Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « oeuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes



MACELLVM macelli, n.g. Locus quò venalia omnia, quæ ad victũ humanũ pertinebãt, contrahebãtur. Le marché. Plaut. in Amphit. 13.4, Nam omnes plateas perreptaui, gymnasia, myropolia, apud emporium atque in macello, in palæstra, atque in foro. Idem in Aulul. 7.86, Sequere propere me ad macellum strenuè. Ibidem, Venio ad macellum: rogito pisces: indicant caros. Cic. Si Epicuri de voluptate liber corrosus esset, putarem annonã in macello cariorem fore.

Macellum, à Macello quodam viro dictum fuit. scribit enim Varro rerum humanarum (ex Donato in Terentii Eunuchum) Numerius Equitius cupes, & Aomanius Macellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes vbi habitabant dirutæ: éque ea pecunia scalæ deûm penatium ædificatæ sunt. Vbi habitabant, locus vbi venirent ea quæ vescendi caussa in vrbem erant allata. Itaque ab altero macellum, ab altero forum cupedinis appellatum est.

Macellarius, Qui macellum exercet, non solum carnium, sed omnium obsoniorum, quinetiam panis & frumenti venditor, Qui vent quelque chose que ce soit au marché. Varro de re rustica, lib. 3. cap. 4, Alterum fructus caussa, quo genere macellarii & in vrbe quidam habent loca clausa & rure maximè conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturam frequentes apparent turdi.

Macellota macellotæ, fœm. gen. ab Ionibus ortorum ostium dicitur, teste Varrone libro quarto de lingua latina.

MACER macra macrum, à mœrore fit, & exilem, extenuatúmque significat. Maigre. Virg. Heu heu quàm pingui macer est mihi taurus in aruo. Columella lib. 2, Nam vel pinguissima vel macerrima humo iacitur.

Macellus macella macellum, diminutiuum, pro macilẽto. Lucilius lib. 6, Si nosti, nõ magnus homo est, nasutus, macellus.

Macilentus macilenta macilentum, Fort maigre. Festus, Macilenti: macie attenuati. Plaut. in Asin. 8 20, Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Idem in Capt. 11.116, Sed qua facie est tuus sodalis Philolacrates? AR. dicam tibi, Macilẽto ore, naso acuto, corpore albo, & oculis nigris.

Macror macroris, mascul. ge. Idem. Pacuuius, Corpúsque meum tali mœrore, errore, macrore senet.

Macritudo macritudinis, fœm. gen. Idem. Plautus in Capt. 4.32, Ossa, atque pellis sum misera macritudine.

Macies maciei, fœm. gen. Maigreté. Apuleius, Vnde ista tam subita macies, & tantus pallor?

Maceo maces, macui, macere, Estre maigre. Plaut. in Aulul. 16.28, Qui ossa, atque pellis totus est, ita cura macet.

Macesco macescis, macui, macescere: Deuenir maigre. Plaut. in Capt. 4.31, Ego qui tuo mœrore maceror, macesco, consenesco, & tabesco miser. Columella libro secũdo, Constat arua segetibus eius (scilicet hordei) macescere. Varro, Tum propter laborem asperantur & macescunt.

Macio macias, maciare, Macrum facere. à quo Emacio. Vide loco suo.

Macreo macres, macrui, macrere, Estre maigre.

Macresco macrescis, macrescere, Macrum fieri. Columella lib. 6, Dabimúsque operam ne penuria cibi macrescat pecus. Varro, Qui earum aspectus ad desyderium macrescere facit vo lucres inclusas.

Macero maceras, macerare, Attenuare, conterere, Faire maigre. & ad corpus tunc refertur. Horat. lib. Car. Quàm penitus lentis macerer ignibus. Plaut. in Capt. Multos iste morbus homines macerat.

Macerare, Mollificare, vt fit cum quippiã tam diu in aqua tenetur donec tenerescat. Mettre attendrir en leaue, Mettre destrẽper. Terẽt. in Adelphis, 3.3.27, Salsamẽta hæc Stephanio fac vt macerentur probé. Columella lib. 1, Piscinas duas, alteram quæ anseribus, pecoribúsque seruiat: alteram in qua lupinum vlmi vimina, & virgas, atque alia, quæ sunt vsibus nostris apta, maceremus.

Macerare ſe, Se affliger, & cõtriſter tellemẽt que lon deuienne maigre. Plaut. in Trinũmo, 5.2, Multas res ſimul in meo corde vorſo, multum in cogitando dolorem indipiſcor, egomet me concoquo, & macero, & defatigo. Idem in Milite, 10.22, At hoc me facinus miſerum macerat, meúmque cor, corpúſque cruciat. Idem in Capt. 4.30, Qui tuo mœrore maceror. Terẽt. in And. 4.2.2, Tu modo anime mi noli te macerare. Ibidem, 5.3.15, Sed quid ego? cur me excrucio? cur me macero? Idem in Eunu. 1.2.107, Rus ibo: ibi hoc macerabo biduum.

Maceratus macerata maceratum, Qui eſt amolli, attendri. Plaut. in Pœnulo, 8.21, Macerato hoc pingues fiunt auro in Barbaria boues.

Marcereſco marcereſcis, macereſcere, Maceratum fieri, Deuenir mol. Cato de re ruſtica, Frumento curgulio ne noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito: palearum paulum addito, ſinito macereſcant.

Macro macras macrare, Faire mol. Vnde emacrare. Vide loco ſuo.

MACERIA maceriæ, vel maceries maceriei, f.g. Paries ſiue murus vel congeries lapidum in vnum compactorũ ſiue cœmento aut alio genere ferruginis, quo vineæ claudi ſolent. Maſurés. Plautus in Trucul. 6.44, Quid maceria illa ait in orto quæ eſt, quæ in noctes ſingulas látere fit minor? Terentius in Adelphis. 5.7.10, Atque hanc in orto maceriam iube dirui quãtum poteſt. Varro lib. 3. cap. 12, Quis ignorat ſepta è maceriis ita eſſe oportere in lepora rio, vt tectario tecta ſint, & ſint alta? Cato de re ruſt. cap. 15, Maceria ſi ex calce & cœmentis vel ſilice ædificetur, vti docuimus, omnia ad opus præbeat, altam pedes quinque facito, & culmen pedem vnum, &c.

Maceries pro macilentia, Maigreté. Afranius, Si ille hoc nũc ſentit facere illi ſatis, vis quãta illius mors ſit, maceries tibi.

MACHAERA machæræ, Græcè μάχαιρα, latinè ſica, gladius, culter. Inſtrumẽtum eſt ad ſcindendum ſimul & vulnerandum. Plautus in Curcul. 8.53, Et has tabellas dare me iuſſit. LY. mihin'? SC. ita: cape: ſignum noſce: noſtin'? LY. quidni nouerim? clypeatus elephantum vbi machæra diligit. Idem in Milit. 8.51, Viſáne ea eſt? SC. immò ædepol planè ea eſt. PA. ſed quomodo diſſimulabat? SC. Abi, machæram huc affer. Iuuenalis, Ames nomen, victúmque machæræ. Apuleius lib. IX. de Aſino, Comminabatur ſeſe conciſurum eum machæra fruſtatim. Quo ſermone cõmonefactus ortulanus, eripit ei ſpatham.

Machæropios, Faber gladiorũ. Quo nomine dictus eſt Demoſthenis pater: ab officina gladiorum quam Athenis egregiam, multíſque artificii ſeruis inſtructam habebat.

Machærophorus machęrophori, Sicarius gladium ferens. Cic. ad Q. fratrem, Machæropho ris centum ſequentibus miros riſus nobis edidêre.

MACHINA machinæ, f.g. Græcè μηχανὴ, molitio, inuentio.

Machina dicitur (vt inquit Vlpianus) vbi non tam materiæ ratio, quàm manus, atque ingenii ducitur.

Machina, Inſtrumentum quo moles aliqua, facile quocunque volueris, impelli poteſt. Vng engin.

Machinas bellicas vocamus opera fabrilia, quibus in bello vtimur.

Machinæ vocantur conſilia, quibus decipere hoſtem conamur. Plaut. in Bacchid. 4.54, Machinabor aliquam machinam.

Machinor machinaris, machinari, Imaginari, cogitare, Machiner, imaginer, & fantaſier quelque choſe, ſoit pour bien, ou pour mal. Plautus in Caſina, 6.22, Illa nubet mihi, machinare quod lubet quouis modo. Idem in Capt. 10.14, Nec copia eſt: niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam. Liuius lib. 1, Confeſtim Turno necem machinatur. Salluſt. Iam tum non conſulibus, ſed pleriſque ſenatoribus perniciem machinabantur.

Machinari dicitur à μηχανάομαι, quod eſt inuenio. Vnde μηχάνημα inuentum & molimen dicitur.

MACIES, & Macilentus. Vide MACER.

MACOR, Vide MACER.

MACRESCO, Vide MACER.

MACROCHERA, macrocheræ, Tunica manicata. Lampridius, Macrocheras ex purpura ad vſum ſuum reuocauit.

FB 1860

MACROCOLLA macrocollæ, Maior & lõgior charta, Vne grande peau de parchemin. Cicero Attico, lib. 13, Sed tamen ego non desperο probatum iri Varroni, & id quoniam impensam fecimus in macrocolla facilè patior teneri. Eidem lib. xv 1, Hunc tu tralatum, & in macrocollam lege in arcano conuiuis tuis.

MACTO mactas, mactare, Interficere, Tuer. Virg. Et nigram mactabis ouem, lucúmque reuises.

Macto dictũ est quasi magis aucto, id est augeo. Nam priusquàm victimam immolarẽt, thus ac vinum super eam fundebant. Vnde mactum esse taurum dicebant, thure vel vino cumulatam hostiã, & magis auctã. Plaut. in Amphit. 14. 14, Sacrufico ego hunc tibi Iupiter. A. quĩ M. quia enim te macto.

Mactare pro augere vsurparunt veteres. Cic. Ferunt laudibus, mactant honoribus.

Mactare per translationem pro malo afficere, seu malè tractare ponitur.

Mactare infortunio. Plaut. in Trinũmo, 13. 148, Ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunio. Idem in Pœnul. 7. 14, Diuitem audacter solemus mactare infortunio. Idem in Curcul. 11. 5, Nõ pol nunc ego te mediocri macto infortunio: & eopse illo, quo mactare soleo cui nihil debeo.

Mactare malo & damno. Plaut in Aulul. 15. 63, Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri. dotatæ mactãt malo & damno viros. Cic. pro M. Cælio, Post te cõtinuo fecit idem in duobus prodigiis reip. Clodius: quo etiam maiore malo es mactandus.

Mactari cupis magna re mala. Plaut. in Mostell. 2. 58, Orationis operam compendi facito, nisi te mala re magna mactari cupis.

Mactare, Præcipitare. Accius, Aut illorum copias fundam in campo, aut naues vestras mactabo in mare.

Mactare, Honorare. Plaut. Tamen honestè mactatum reducam domum.

Mactus macta mactum. Festus, Mactus, magis auctus. Genitiuo & ablatiuo iungitur. Et semper in vocatiuo vtimur. Vt macte virtutis & virtute, Id est magis aucte, cumulatèque. Dictio est quæ laudet simul & adhortetur puerum, quem probitate crescere videat.

Macte animi. Martialis, Macte animi, quem rarus habet, morúmque tuorum. Silius lib. v, Lælius affatur, ò venerande pudici Doctor macte animi.

Macte virtute. Cicero, Macte vir virtute esto. Lucilius, Macte inquam virtute, simúlque his versibus esto. Crois de vertu en vertu. Or auãt de mieulx en mieulx. Apuleius, Macte virtute esto. Liuius, Tũm verò, Abi (inquit) in te magis, quàm in me hostilia ausus, iuberem macte virtute esse, si pro mea patria ista virtus staret. Nunc verò belli liberum te, intactum, inuiolatúmque dimitto. Cicero Attico, lib. x 1 1; Macte virtute.

Macte hac grauitatis gloria. Plinius in Paneg. 75, Macte hac grauitatis gloria Cæsar qua cõsequutus es vt quod antea vis, & imperium, nunc mores vocarentur. Ibidem, 146, Macte vterque ingenti in remp. merito, cui hoc tantum boni contuliſtis.

Macte amare: Fort aimer. Plautus in Milite, 4. 22, Erat herus Athenis mihi adolescens optumus: is amabat meretricem macte Athenis Atticis, & illa illum contrà, qui est amor cultu optimus. Tant quil mouroit sur ses pieds.

Macte, absolutum. Cicero Attico, libro xv, Seruulos autem dicere eum & agripetas electos à Buthrotis. Macte. Sed amabo te, perscribe mihi totum negotium. Or auãt, Courage, De plus en plus.

MACVLA maculæ, Turpitudo ac sordes. Tache, macule, ordure. Plinius, Fullones eas maculas è vestibus tollunt.

Macula, Nota, seu signum. vnde genitiuæ notæ in corpore, maculæ dicũtur. Tache. Plaut. in Capt Viden' illi maculari corpus totum maculis luridis?

Macula, Infamia. Cicero, Cuius vt adolescentiæ maculas, ignominiásque præteream. Terent. in Adelphis, 5. 8. 32, Vitium commune omnium est, quòd nimium ad rem in senecta attenti sumus: hanc maculam nos decet effugere.

Macula, Foramen retis, seu plaga. Cicero in Verrem, act. 7, Reticulũ ad nares sibi admouebat tenuissimo lino, minutis maculis, plenum rosæ.

Macula, pro reti, apud Varronem lib. 2, Septum totum grandibus maculis integitur, ne eo inuolare aquila possit, néve ex ea euolare aues.

Maculoſus, maculoſa, maculoſum, Ord & ſale, Plein de taches. Plaut. Sordida ac maculoſa facie. Idem in Bacchid. 8.30, Si vnam peccauiſſes ſyllabam, fieret corium tuum maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.

Maculoſus, Varius, ac notis plenus. Virg. Succinctã pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis.

Maculo maculas, maculare, Gaſter, ordir, ſouiller & tacher. Plaut. in Capt. 11.65, Vidén' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? Plinius epiſt. 117, a, lib. VI, Nupta hæc tribuno militum honores petituro, & ſuam, & mariti dignitatem, centurionis amore maculauerat.

MADEO mades, madere, Madidum eſſe, Eſtre trempe & mouille. Plin. lib. 8, Tergoris ad ſcuta galeáſque penetrabilis præterquàm ſi humore madeat. Plaut. in Moſtell. 5.13, Madet homo. Ibidem. 4.9. Madent iam in corde parietes.

Madere metu, Eſtre tout en eaue de paour que on ha. Plaut. in Moſtell. 6.47, Hei mihi cómiſta hæc blanda dicta quò eueniant, madeo metu.

Madent mẽbra vino. Plaut. in Truc. 18.2, Si alia mẽbra vino madeãt, cor ſit ſaltem ſobriũ.

Madeſco madeſcis, madeſcere, Habet ſignificationẽ paſſiuã innatã calore intrinſecus ſumpto, vt propriè madeſcere ſit, cũ quis febri vel labore ſeu potione præpotẽtis vini æſtuat, aut aliter ſudorem emittit, Eſtre tout en eaue, & fort ſuer de chaleur que on ſent en ſoy.

Madeſcere, Etiam extrinſecus dicitur. Claud. lib. 3, Largis tunc imbribus ora madeſcunt. Columella lib. 7, Stabulentur ſicco loco, ne humore madeſcant vngulæ.

Madefacio madefacis, madefeci, madefactũ, madefacere, Mouiller, tremper. Cic. Philip. 14, Si pauca antè, quæ ad ipſas literas pertineant, dixero. Imbuti ſanguine gladii P. C. legionũ, exercituúmq; noſtrorũ, vel madefacti potius duorum conſulum, tertio Cæſaris præſidio.

Madefio madefis, madefieri, Extrinſecus aqua, alióve liquore aſpergi. Suet. Cum decidiſſet in mare perducentos paſſus euaſit ad proximam nauem elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent.

Madidus madida madidum, Aliquo liquore reſperſum, Mouillé.

Madidus pro ebrio ponitur aliquãdo. Plaut. in Amphit. 12.18, Faciã vt ſit madidus ſobrius, Ie feray quil luy ſemblera quil ſoit yure, ia ſoit quil nait ne beu ne mange. Idem in Aſin. 16.9, At nunc dehinc ſcito illum antè omnes minimi mortales pretii, madidum, nihili, incontinentem.

Madido madidas, madidare, Madidum facere. Claud. lib. 2, Ille nouo madidantes nectare pennas Concutit, & glæbas fœcundo rore maritat.

Madifico madificas, madificare, Idem quod madefacere. Plinius libro 28, Et ſi contra epipho-ras feruentes oculorum anguli ſubinde madificentur, efficacius ſi cibo vinóque, ſi pridie ea abſtinuerit.

Mador madoris, maſc. gen. Infuſio ipſa, Mouillure, Moyteur. Salluſtius lib. 3. hiſt. Quaſi par in oppido feſtinatio, & ingens terror erat, ne ex latere noua monimenta madore infirmarentur. nam omnia oppida ſtagnabant redundantibus cloacis aduerſo æſtu maris.

Madulſa madulſæ, m. g. Ebrius, quia madidus ſatis vino ſit. Plaut. in Pſeud. 22.6.

MAGAR magaris, m. g. Pœnorum lingua villam ſignificat.

Magalia magaliorum, Villæ dicuntur. quãuis magaria ſecundum Seruium dici debeat, cuius prima producitur. Virg. Miratur molem AEneas, magalia quondam.

MAGINOR maginaris, maginari, Tardè conari, & vngi, inquit Feſtus.

MAGIS, aduerbium. Plus, Dauãtage, En oultre. Plaut. in Curcul. 8.6, Si magis me inſtabũt, ad prætorem ſufferam.

Magis diceres. Cic. de Amicitia, 25, Tu magis id diceres Fanni, ſi nuper in hortis Scipionis, cum eſt de rep. diſputatum, affuiſſes.

Magis dicas. Plautus in Pſeud. 14.44, Lepidè accipis me. P. immò ſi efficis: tum faxo magis dicas. Tu diras bien dauãtage. Idem in Milite, 22.36, Hei mihi. SC. magis dicas, ſi ſcias quod ego ſcio.

Dabimus etiã magis. Plaut. in Perſa, 13.69, Hei colaphum icit, malum vobis dabo. T. at tibi nos dedimus, dabimúſque etiam magis.

Nihil magis dulce. Plaut. in Perſa, 12.15, Agedum ergo accede ad me, atque amplectere ſis. T. ego vero. oh, nihil magis dulce eſt.

Magis dulcius. Plaut. in Sticho, 14.21, Nimium lepidè in mentem venit, potius in ſubſellio Cynice accipiemur, quàm in lecticis. SA. immò enim hic magis eſt dulcius.

Accipiunt magis. Terẽt. in Adelph. Omnes quibus res ſunt minus ſecũdæ, magis ſunt neſcio quomodo ſuſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter ſuam impotentiam.

Magis credo. Cicero de Amicitia, 8, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam eſt, ille ſapiens fuit.

Magis loqui. Plaut. in Caſina, 4.32, Mox magis, quãdo otium mihi & tibi erit, igitur tecum loquar, nunc vale.

Magis lubet. Plaut. in Perſ. 16.190, Adoleſcẽs vín' vẽdere iſtãc? magis lubet, quàm perdere.

Magis metuo. Plaut. in Milite, 22.44, Si ſic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum ſiet, magis metuant.

Magis noris. Terent. in Heaut. 5.1.16, Magis, ſi magis noris, putes ita rem eſſe.

Magis profecta à natura. Cic. de Amicitia, 26, An eſſet hoc quidem proprium amicitiæ, ſed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipſa profecta alia cauſſa eſſet.

Magis ſcibo. Plaut. in Trucul. 10.67, Certum eſt quò ferant obſeruare: huic credo fertur: verum iam ſcibo magis.

Magis vellem. Terent. in Eunucho, 5.7.1, Quanquam ædepol quicquam iam diu quod magis vellem euenire, mihi euenit, quàm quod modo ſenex intrò ad nos venit errans.

Magis vereor. Terent. in Heaut. 1.2.23, Immò ille fuit ſenex importunus ſemper: & nunc nihil magis vereor, quàm ne quid in illum iratus plus ſatis faxit pater.

Magis vidi. Plaut. in Merc. 15.24, Neſcio quid huic dicam. D. hæres? L. haud vidi magis.

Magis maiores. Plaut. in Pœnulo, 2.82, Argentum niſi qui dederit, nugas egerit: verum qui dederit, magis maiores egerit. In Menæch. 2.53, eadem verba referuntur.

Magis elegans. Terẽt. in Eunucho, Nihil videtur mundius, nec magis compoſitũ quicquam, nec magis elegans.

Magis mirum. Plaut. in Amphit. 7.38, Nihilo inquam mirum magis tibi iſtuc quàm mihi.

Magis moleſtus. Terent. in Eunucho, 3.1.24, Is vbi moleſtus magis eſt, Quæſo, inquã, Strato, eóne es ferox, quia habes imperium in belluas?

Magis ſeuerus. Terẽt. in Eunuch. 2.1.21, Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens.

Magis ſimilis. Plaut. in Amphit. 7.43, Nec lac lacti magis eſt ſimile, quàm ille ego ſimilis eſt mei.

Magis apertè. Terent. in Adelphis, 4.5.30, Atque etiam ſi eſt pater dicendum magis apertè, illiberaliter.

Magis ex vſu, pro vtilior, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt.

Magis ex ſeſe. Terent. in And. 5.4.52, Dauo iſtuc dedam iam negoci. S. non poteſt. P. quî? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. Qui luy touche de plus pres.

Magis verũ, pro verius. Terẽt. in And. Non Apollinis magis verũ atque hoc reſpõſum eſt.

Magis lubẽter. Plaut. in Moſtell. 4.1. Iam pridem mecaſtor frigida non laui magis lubẽter, nec vnde me melius mea Scapha rerer ædificatam.

Magis impenſè cupere. Terent. in Adel. Sed ſi id vultis potius, quæ vos propter adoleſcentiã minus videtis, magis impenſè cupitis, conſulitis parum.

Magis pridie. Plaut. in Pœnulo, 7.23, Non decet tumultuari: ſed ſi properabas, magis pridie nos te aduocatos huc duxiſſe oportuit.

Magis quàm. Cic. de Amicitia, 13, Vereor ne inuidi magis quàm amici ſint.

Magis id adeò. Terent. in And. 1.1.135, Quem ego credo manibus pedibúſque obnixè omnia facturũ magis id adeò, mihi vt incõmodet, quàm vt obſequatur gnato.

Mage pro magis, apud Plautũ, in Trucul. 18.32, Quem ecaſtor mage amo quàm dudũ. Apud Terentium aliquando legitur, authore Donato.

Magis humanum. Terent. in Hecyra, Nónne ea diſſimulare nos magis humanum eſt, quàm dare operam id ſcire, qui nos oderit?

Magis ac magis. Plaut. in Moſtell. 9.10, Quom magis ac magis ego cogito cum meo animo, ſi quis domi dotatam vxorem habet malè, neminem ſolicitat ire dormitum ſopor. Idem in Pſeud. 20.104, AEdepol næ iſtuc magis ac magis metuo, cũ verba audio. Suet. in Vitell. cap. x 1, Magis déinde ac magis, omni diuino, humanóque iure neglecto, Allienſi die pontificium maximum cœpit.

Magis, à græco μᾶλλον venit, authore Feſto.

Maximè ſuperlatiuus à magis. Beaucoup.

Maximè adoleſcens, Treſſort ieune. Plaut. in Milite, 10.192, Sicco ſuccidam, quàm lepidiſſimam poteſt, quámque adoleſcentem maximé.

Maximè cupiens illius eſt. Plaut. in Amphit. 3.132.

Maximè mala. Plaut. in Capt. 8.9, Licet paraſiticæ arti maximam malam crucem.

Maximè potentes. Terent. in Adelph. 3.4.56, Quàm vos facillimè agitis, quàm eſtis maximè potentes, dites, fortunati, nobiles.

Maximè dignus. Terent. in Eunucho, 5.2.27, Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen.

Maximè naturalis. Cic. de Amicitia, 68, Itaque pulcherrima illa, & maximè naturali carent amicitia.

Maximè deterrimus. Terent. in And. 5.1.16, Quibus id maximè vtile eſt illum eſſe quàm deterrimum.

Maximè memini. Plaut. in Menæh. 24.61, Filii quot eratis? MEN. vt nunc maximè memini, duo. Ie ſcay bien certainement que nous neſtions que deux.

Maximè omnium. Cic. in Bruto, Qui maximè omniũ nobiliũ Græcis literis ſtuduit. Beaucoup plus que tous les autres.

Maximè, Præcipuè, Principalement. Plaut. in Amphit. 4.38, Atque expugnatum oppidum eſt, imperio atque auſpicio heri mei Amphitruonis maximé. Terent. in prolog. Phorm. 29, Quia primas partes qui aget, is erit Phormio paraſitus, per quem res agetur maximé.

Maximè cognata. Terent. in Phorm. Verum ſi cognata eſt maximè, non fuit neceſſe habere. Quelque prochaine parénte quelle ſoit, ſi neſtoit il point de neceſſite de lauoir.

Maximè, Reſponſio. Plaut. in Curcul. 8.56, Concede, inſpiciam quid ſit ſcriptum. P. maximè, tuo arbitratu. Ouy treſvoulentiers, comme tu vouldras. Terent. in And. 4.5.23, Duc me ad eam: quando huc veni vt videam. P. maximé. Idem in Eunucho, 1.2.109, Fac illi adducantur. P. maximé.

MAGISTER magiſtri, m.g. Propriè dicitur artium præceptor. Terent. in And. Nam antea quî ſcire poſſes, aut ingenium noſcere, dum ætas, metus, magiſter prohibebant? Cic. de Amicitia, 4, Quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus. Tranſfertur tamen hoc nomen ad omnes quibus præcipua cura rerum incumbit. Dicti magiſtri, vel quòd cæteris magis poſſint: vt inquit Feſtus. Vel quòd magis quàm cæteri diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt, debent. Hinc magiſtros pagorum, ſocietatum, vicorum, collegiorum dicuntur, qui pagis, vicis, ſocietatibus, collegiis præſunt.

Magiſter equitum, Cui ſumma poteſtas in equites erat: addebatúrque ſemper dictatori, cui ſumma poteſtas erat in populum: à quo & magiſter populi dicebatur.

Magiſter ſcripturæ. Cic. in Verrem, act. v, Miſit in Siciliam literas ad Carpinatiũ, cum eſſet magiſter ſcripturæ, & rex publicanorum.

Magiſter ad eam rem. Terent. in And. Tum ſi quis magiſtrum cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.

Magiſtra ei ludo. Terent. in Hecyra, 2.1.7, Et ei ludo, ſi vllus eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certo ſcio.

Magiſter aliquando pro cuſtode accipitur. Terentius, Me filiis relinquunt quaſi magiſtrum. Virg. Nec exanimes poſſint retinere magiſtri.

Magiſter pecoris, Vng paſteur. Varro de re ruſtica, lib. 2. cap. 10, Contrà, pernoctare ad ſuũ quenque gregem, eſſe omnes ſub vno magiſtro pecoris, eũ eſſe maiorem natu, potius quàm alios, & peritiorem quàm reliquos.

Magiſtellus magiſtelli, diminutiuum, Vng petit maiſtre.

Magiſterium magiſterii, n.g. Magiſtri dignitas ſeu officium. Plaut. in Bacchid. 2.40, Iam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo. Idem in Moſtell. 2.32, Virtute id factum eſt tua, & magiſterio tuo. Suet. de Auguſto, Auus municipalibus magiſteriis contentus, abundante patrimonio tranquilliſſimè ſenuit. Cic. de Senect. 43, Me verò & magiſteria delectant à maioribus inſtituta, & is ſermo qui more maiorum à ſummo magiſtro adhibetur in poculo.

Magiſtro magiſtras, magiſtrare, Moderari, gubernare, authore Feſto.

Magiſtratus, magiſtratus, magiſtratui, authore Feſto, ſignificat eum qui in poteſtate aliqua eſt conſtitutus, vt eſt conſul, proconſul, prætor, proprætor, & alii qui ciuitates & prouincias regunt. Cic. Quem magiſtratus comprehendi & in vinculis teneri iuſſerat.

Magiſtratus, Ipſa poteſtas, ſeu officium. Cicero, Nam iſtum in vrbe magiſtratum gerebat.

Magiſtratum imminuere dicebant veteres, quod nunc derogare iuribus & prærogatiuis officii dicunt. Cic. in Verrem, Cur imminuiſti ius legationis? Aſconius, Qui poteſtatem ſuam in adminiſtrando non defenderit: imminuti magiſtratus veluti maieſtatis læſæ reus eſt. Liuius lib. 4. de AEmylio Mamerco loquens, qui cenſuram antea quinquennalem lege dictatoria, annuam ac ſemeſtrem fecerat, Cenſores (inquit) ægrè paſſi, Mamercum quòd magiſtratum populi Ro. minuiſſet, tribu mouerũt. Plin. in Paneg. Nullius ab eo magiſtratus ius, nullius poteſtas imminuta eſt, aucta etiam: ſiquidẽ pleraque ad prætores remittebat.

MAGMA magmatis, neut. gen. Paſtillus & maſſa facta ex vnguẽtorum fæcibus. Plinius lib. XIII, cap. 2, Siccis odoribus conſtant quæ diapaſmata vocantur. Nam fæces vnguenti magmata appellant, inter omnes potentiſſimus odor, quiſquis nouiſſimè additur.

MAGMENTVM, vt inquit Feſtus, veteres dixerunt quaſi magis augmẽtum & auxilium, quoniã augebant numerum hi qui accedebant alienigenæ vt adiumento eſſent.

MAGNVS magna magnum, Grand.

Magnus amator mulierum. Plaut. in Menæh. 7. 43, Tu magnus amator mulierum es, Meſſenio.

Magnum caput. Plaut. in Pſeud. 20. 109, Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum, magnis pedibus.

Magnus ignis. Plaut. in Capt. 13. 75, Quid iubeam? ER. ignem ingentem fieri. AE. ignem ingentem? ER. ita dico, magnus vt ſit. Idem in Rudente, 18. 58, Ignem magnum hic faciam.

Magnum ingenium. Suet. de claris grammat. 7, Fuiſſe dicitur ingenii magni, memoriæ ſingularis. Plinius epiſt. 94. b, lib. VI, Non feret magnum & liberum ingenium cum contumelia damnum.

Magnus populus. Plaut. in Trucul. 3. 40, Poſtremo id magno in populo mulier hominibus re placida atque otioſa victis hoſtibus, amare oportet omnes, qui quod dent, habent.

Magnæ iræ. Terẽt. in And. 3. 3. 22, Iræ ſunt inter Glycerium & gnatum. C. audio. S. ita magnæ, vt ſperem poſſe auelli.

Magnum pretium. Plautus in Sticho, 4. 81, Ecaſtor auctionem facit haud magni pretii. Qui neſt pas de grand valeur.

Magnus rumor. Plin. epiſt. 190. d, Nominat quendam, qui tunc ad Orientem ampliſſimum & famoſiſſimum exercitum, non ſine magnis, dubiiſque rumoribus obtinebat.

Magnum ſignum. Terent. in And. 2. 2. 29, Nihil ornati, nihil tumulti. acceſſi intrò, aſpexi. P. ſcio: magnum ſignum.

Magnus ventus. Plaut. in Milite. 9. 33, Quàm magno vento plenum eſt vndarum mare!

Maximus vir. Cic. de Amicitia, 8, Sed hi ne comparentur Catoni maximo & ſpectato viro.

Maior: ad annos relatum. Terent. in Eunucho, 3. 3. 21, Verum ea ſi viuit, annos nata eſt ſedecim: non maior. Elle neſt point plus agee.

Magnum eſt quicquid quæritat: Ceſt quelque grande choſe. Plaut. in Merc. 17. 17.

Maius. Plaut. in Truc. 19. 16, Reſpice ergo, accipe hoc, qui iſtuc efficias opus. P. cedò. quanquam parum eſt. M. ad omne maius iſtuc poſitum parum eſt.

Quod maius eſt, Qui plus fort eſt. Cic. de Amicitia, 28, Quòd ſi tanta vis probitatis eſt, vt eam vel in eis quos nunquam vidimus, vel quod maius eſt, in hoſte etiam diligamus.

Maxima iam parte. Plin. epiſt. 256, Theatrũ domine, Niceæ maxima iam parte conſtructũ, imperfectum tamen feſtertium, vt audio.

Maximũ eſt. Cic. de Amicitia, 61, Sed maximũ eſt in amicitia, ſuperiorẽ parẽ eſſe inferiori.

Maiores intelligi poſſunt quicunque aui, abaui, proaui, attaui, tritaui, & ante hos in infinitum. Nos predeceſſeurs & grands peres. Cicero, Ego meis maioribus virtute mea præluxi: vt ſi prius noti non fuerint, à me incipiãt habere initium. Plaut. in Mili. 7. 20, Ibi enim mei maiores ſunt ſiti. Mes enceſtres.

Magno, abſolutè poſitũ, pro magno pretio. Plaut in Trucul. 19. 51, Iam hercle iam magno tu vapulato. Plin. in Paneg. 60, Magno æſtimaris. Apuleius, Me denique pauperculus quidam ortulanus cõparat L nummis, ſed magno aiebat. Varro lib. 3. de re ruſtica, Piſcinæ ædificantur magno.

Magni, item abſolute. Cic. lib. XV. epiſt. Caſſio, Magni erũt mihi tuæ literæ. Ie tiendray fort chieres tes lettres, & les priſeray fort.

Optimus maximus, non ſolũ de deo dicitur, ſed de fundo, agro, domo, & aliis. Celſus de con-

trahenda emptione, Cum venderes fundũ, non dixiſti, vt optimus maximúſque eſt. Paulus de legatis. L. Si mihi, Vti optimi maximique ſunt. Idem de fundo inſtructo. L. fundo legato, Vt optimus maximúſque eſt.

Magnum, pro valde. Plaut. in Moſtell. 7.57, Atque ille exclamat de repēte maximũ. Idem in Milite, 11.10, Nam eo magnum clamat, tetigit calicem.

Maximus pontifex dicebatur, quòd maximus rerum quæ ad ſacra, & religiones pertinent, iudex ſit, vindéxque contumaciæ priuatorum, magiſtratuúmque. Minorum põtificum maximus dicitur, qui primus in id collegium venit. Feſtus.

Maximæ dignationis flamen dialis eſt inter quindecim flamines. & cũ cæteri diſcrimina maieſtatis ſuæ habeãt, minimè habetur pomonalis, quòd pomona leuiſſimo fructu agrorũ præſidet, id eſt pomis. Feſtus.

Maiores flamines appellabantur patritii generis: Minores, plæbei. Feſtus.

Maximus curio, Cuius authoritate curiæ, omnéſque curiones reguntur. Feſtus.

Maximi annales appellabantur non magnitudine, ſed quòd eos pontifex maximus conſecraſſet. Feſtus.

Maiorem conſulem L. Cæſar putabat dici vel eum penes quem faſces ſunt, vel eũ qui prior creatus ſit. Prætorem autem maiorem, vrbanum: Minores, cæteros. Maximũ prætorem dici putãt alii eum qui maximi imperii ſit: alii qui ætatis maximæ pro collegio: quia augurũ decretum eſt, quòd in ſalutis augurio prætores maiores & minores appellantur, nõ ad ætatem, ſed ad vim imperii pertinere. Feſtus.

Magnum annum dicunt mathematici, quo ſeptem ſidera errantia expletis propriis curſibus ſibimet concordant. Feſtus.

Maximam hoſtiam ouillis pecoris appellabãt, nõ ab amplitudine corporis, ſed ab animo placidiore. Feſtus.

Magnum ſocerum appellat vir vxoris ſuæ auum. Magnam ſocrum vir vxoris ſuæ auiam appellat. Feſtus.

Maior ſocer, vxoris meæ proauus. Maior ſocrus, vxoris meæ proauia. Feſtus.

Maior patruus: aui & auiæ patruus. Maior auita, aui & auiæ auita. Feſtus.

Maior auunculus, Aui & auiæ auunculus. Feſtus.

Maior magiſtratus conſul dicitur. Feſtus.

Maiuſculus maiuſcula maiuſculũ, diminutiuũ, Vng peu plus grandelet, ſoit de corps ou daage. Terent. in Eunucho, 3.3.21, Thais, ego quàm ſum, maiuſcula eſt.

Magnipendo magnipendis, magnipendere, Fort priſer & eſtimer. Plautus in Curcul. 6.12, Neque eum ad me adire, neque me magnipendere viſus eſt. Idem in Aſin. 9.54, Non magnipendo ne duit: ſi non volt, ſic ſine aſtet. Il ne men chault guere. Idem in Pſeud. 4.85, Sed ſcio, tu haud oleum magnipendis, vino te deuincis. Terent. in Adelphis, 5.4.25, Ego, quoque à meis me amari, & magnipendi poſtulo.

Magnoperè aduerbium, Treſſort, Grandemẽt, Soingneuſement. Plaut. in Trucul. 19.43, Malam rem is & magnam, magnoperè ſerua viaticum. Terẽt. in Heaut. 4.1.13, Meminiſtine me eſſe grauidã, & mihi te magnoperè interminatũ, ſi puellam parerem, nole tollí? Plaut. in Perſa, 6.61, Ne hoc cuiquam homini dicerem, edictum eſt mihi magnoperé.

Magno opere ſeparatim etiam dicitur. Plaut. in Caſina, 9.6, Atque id non tam ægrè eſt iam viciſſe villicum, quàm id expetiuiſſe opere tam magno ſenem. Terent. in Eunucho, 3.3.26, Thais maximo me orabat opere, vt cras redires.

Magnificus magnifica magnificum, Qui in magnis pro dignitate ſumptũ facit, qui circa publicam magnificentiã impẽſas facit honorificas, veluti in ludis, in rebus diis ſacrificatis, in ædificiis, in epulo publico, nõ qui in ſeipſum ſumptuoſus eſt. Plaut. in Aſin. 7.95, Extemplo facio facetũ me, atque magnificum virum: dico me eſſe atrienſem. Terẽt. in Heaut. 2.1.15, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Magnifica verba, Parolles pleines de venterie, promettãtes monts & vaulx, & de tout riens. Terẽt. in Eunucho, 4.6.3, Atquí ſi illam digito attigerit vno, oculi ilicò effodiẽtur: vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba.

Magnificiſſima dicebant antiqui pro magnificentiſſima. re enim vera magnificens dici nõ poteſt. vnde magnificentiſſima videtur deduci. Feſtus.

Magnificẽtia magnificentiæ, f. g. Eſt (vt inquit Cicero de inuentione lib. 1,) rerum magnarum & excelſarum cum animi ampla quadam & ſplẽdida propoſitione agitatio atque adminiſtra-

tio. Terent. in Phor. 5.8.37, Nam non eſt æquum me propter vos decipi, cum ego veſtri honoris cauſſa repudium alteri remiſerim, quæ tantũdem dotis dabat. D. I hinc in malã rem cum iſtac magnificẽtia fugitiue: etiã nunc credis te ignorarier, aut tua facta adeó? Cic. pro L. Muræna, Noli ludorũ huius elegãtiam, & ſcenæ magnificẽtiã valde contemnere, quæ huic admodum profuerunt.

Magnificentia verborum. Cic. de Amicitia, Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia.

Magnificè aduerbium, Magnifiquement. Terẽt. in Heaut. 3.2.45, Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnificè, Chreme, tractare poſſim.

Magnificè compellare aliquem. Plaut. in Pſeud. 11.18, Magnificè hominem compellabo.

Magnificè dicere. Terẽt. in Adel. 2.3.4, Nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.

Magnificè ſe efferre. Terent. in Heaut. 4.3.31, Huic quidem cõſilio palmam do: hic me magnificè effero.

Magnificè ire aduorſum. Plaut. in Caſina. 16.4, Atat ceſſo magnificè, patricéque, amicéque hero meo ire aduorſum?

Magnificè aliquem accipere. Plaut. in Pſeud. 4.34, Magnificè volo enim ſummos viros accipere: vt mihi rem eſſe reantur.

Magnificius Cato pro magnificentius dixit: & non fruſtra: nam poſitiuus eius magnificè eſt. Feſtus.

Magnifico magnificas, magnificare, Extollere: Exalter, Louer. Plin. Magnificat & vituli qui nondum herbam guſtauerit, fimum. Plaut. in Menæh. 9.14.

Magnanimus magnanima magnanimum, Qui ha grand courage a endurer toutes choſes. Cic. lib. 4. Tuſcul. Conſtantem enim volumus quendam ſedatũ, grauem, humana omnia prementem illum eſſe quem magnanimum & fortem virum dicimus.

Magnanimitas magnanimitatis, Vng grand & fort courage a endurer toutes choſes.

Magniloquentia magniloquentiæ. Cic. de Oratore, Quod ille dactylus numerus hexametrorũ magniloquentiæ ſit accommodatior.

Magnitas pro magnitudine apud antiquos. Accius Vacces, Nam quæ ſat frugi, neque dici poteſt pro magnitate.

MAGNES magnetis, m.g. Genus lapidis ad ſe ferrũ attrahentis. Aymant. Plin. lib. 36. cap. 16, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit & patitur mores: trahitur nanque à magnete lapide, domitrixque illa rerum omniũ materia ad inane neſcio quid currit: atq; vt propius venit, aſſiſtit, tenetúrque, & complexu hæret. Sideritin ob hoc alio nomine appellant, quidam heracleon. Magnes appellatus eſt ab inuẽtore, vt author eſt Nicander, in Ida repertus. nãque & paſſim inuenitur, vt in Hiſpania quoque. Inueniſſe autem fertur clauis crepidarum, & baculi cuſpide hærentibus cum armenta paſceretur. Hæc Plinius.

MAGVDERIS, huius maguderis, f.g. Vt Priſcianus inquit lib. 7, Frugis, id eſt caulis genus, qui naſcitur ex ea parte cuius radix ſtirpis auellitur. hanc, caulem laſerpitii quidã exiſtimant. Plaut. in Rud. 16.19, Seu tibi confidis fore multam maguderim.

Magudaris etiam legitur. Columella lib. 7, Facit & radix, quam Græci vocant μαγούδαρι, vulgus noſtra conſuetudine laſerpitium appellat.

MAGVS magi, m.g. Dictio Perſica, qua apud nos ſapiens ſignificatur. Sic enim Perſæ magos vocant, vt Græci philoſophos, Latini ſapientes, Galli druydas, AEgyptii prophetas, ſiue ſacerdotes. Cic. de legibus, lib. 2, Patrum delubra eſſe in vrbibus cenſeo, nec ſequor magos Perſarum, quibus authoribus Xerxes inflammaſſe templa Græciæ dicitur. Idem de diuinatione, lib. 1, Et in Perſis augurant & diuinant magi, qui congregantur in fano cõmentandi cauſſa, atque inter ſe colloquendi. Et paulò póſt, Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè magorum diſciplinam, ſcientiámque perceperit.

Magus, ex officio incantator dici poteſt.

MAIESTAS maieſtatis, fœ.g. À magnitudine dicta eſt. Eſt decus, amplitudo & dignitas vel populi vel ſenatus, vel principis, imperatorúmve, aut etiam priuati magni viri.

Maieſtas, populi dicebatur: authoritas autem, ſenatus. Populus enim ſciſcere ſolebat, & iubere: ſenatus cenſere, & author eſſe. Cic. Philipp. 3, Tantus autem cõſenſus municipiorũ, coloniarúmque prouinciæ Galliæ, vt omnes ad authoritatem huius ordinis, maieſtatémque populi Rom. defendendam conſpiraſſe videantur.

Imminuere maieſtatem, vel minuere, Diminuer ou perdre ſon authorite. Cic. lib. 2. de Orat. Si res tota quæritur, definitione vniuerſa vis explicanda eſt, ſic, Si maieſtas eſt amplitudo ac dignitas ciuitatis: is eam minuit, qui exercitum hoſtibus populi Rom. tradidit. Idem alibi, Mihi ipſi cum Sulpitio fuit in Norbani cauſſa contentio. pleraque enim de iis quæ ab ipſo obiiciebantur, cum confiterer, tamen ab illo maieſtatem imminutam negabam: ex quo verbo lege Apuleia tota illa cauſſa pendebat. Et in Partitionibus Orat. Maieſtas eſt in imperii atque populi Ro. dignitate, quam minuit: is qui per vim multitudinem ad ſeditionem vocauit. Hinc extitit illa diſceptatio, minueritne maieſtatem, qui voluntate populi Ro. rem gratã & æquã per vim egit. Idem Philipp. 2, Quid enim turpius, quàm qui maieſtatem populi Ro. per vim minuerit: eum damnatum iudicio ad eam ipſam reuerti propter quam ſit iure damnatus? Per vim minuiſſe maieſtatem publicam dicit eum qui vim publicam commiſerat.

Lædere maieſtatem. Suet. in Claudio, Notauit & quendã quòd comes regis in prouincia fuiſſet: referens maiorum temporibus Rabirio Poſthumo Ptolemeũ Alexandriam crediti ſeruandi cauſſa ſecuto, crimen maieſtatis apud iudices motum. Ex quibus verbis apparet maieſtatem populi Ro. læſam maiores ob id exiſtimaſſe, quòd ciuis Ro. aſſeclam ſe regi & comitem præbere non dubitaſſet contra morem maiorum vt & creditam pecuniã reciperet.

Soluere maieſtatem, Idem quod minuere. Liuius lib. 2. ſecundi belli Punici, Horum opportunus aduentus conſules imperii potentes fecit cum ambitio alterius ſuam primũ apud eos praua indulgentia maieſtatem ſoluiſſet.

Retinere maieſtatem, Id eſt quod nunc vulgus Seruare authoritatem vocat. Liuius lib. 4. belli Macedonici, Si in ſua quiſque noſtrum matrefamiliâs, Quirites, ius & maieſtatem viri retinere inſtituiſſet, minus cum vniuerſis fœminis negotii haberemus. Cicero in Oratore perfecto, Ius omne retinendæ maieſtatis Rabirii cauſſa continebat. Ergo in omni genere contentionis exarſimus.

Conſtituere maieſtatem, Significat lapſam aut labantem confirmare dignitatis veneratione atque amplitudinis exiſtimationem. vt in illo loco concionis Salluſtianæ, Maiores noſtri parandi iuris & maieſtatis conſtituendæ gratia per ſeceſſionem armati bis Auentinum mõtem occupauêre.

Conſeruare maieſtatem, Quod vulgo dicitur, Ita agere vt rex ſit potentior vel fortior: vel ita facere vt iuſtitiæ obediatur. Cicero pro Rabirio perduellionis, Fit ſenatuſcõſ. vt conſules adhiberent trib. plæb. & prætores quos eis videretur: operámque darent, vt imperium populi Ro. maieſtáſque cõſeruaretur. Idem pro Cor. Balbo de Gaditanorũ fœdere loquẽs, Adiunctum etiam illud eſt quod non eſt in omnibus fœderibus: Maieſtatem populi Ro. comiter conſeruent.

Maieſtas in oratione. Cic. de Amicitia, 78, Quanta illi dii immortales, fuit grauitas, quanta in oratione maieſtas.

MALA malæ, f. g. Faciei pars eſt. La ioue. Dicta, quòd rotunda, mali ſpeciem præ ſe ferat. Plin. lib. x i. cap. 37, Infra oculos malæ, homini tantum, quas priſci genas vocabant, x i i tabularũ interdicto radi à fœminis eas vetantes. Pudoris hæc ſedes: ibi maximè oſtenditur rubor. Infra eas hilaritatem, riſúmque indicãtes, buccæ. Cicero malam à maxillis deduci ait, cum inquit, Quin etiam verba ſæpe contrahuntur, non vſus cauſſa, ſed aurium. Quomodo autem veſter axilla ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quam literam etiam à maxillis & axilla & vexillo & pauxillo cõſuetudo elegans latini ſermonis euellit. Plaut. in Merca. 12. 55, Subnigris oculis, oblongis malis, panſum aliquantulum. Idem in Trinũm. 8. 59, At pol ego etiam ſi vetet, edam, atque ambabus malis expletis vorem, & quod illi placet, præripiam potiſſimum. ..

MALACVS malaca malacũ, Mollis. Mol. Plaut. in Bacch. 5. 120, Hic noſtra agetur ætas in malacũ modũ, Id eſt, molliter, Molemẽt. Idem in Trucul. 11. 48, Mœchum malacũ amas. Idem in Milite, 10. 93, Eme mi vir lanam, vnde tibi pallium malacum, & calidum, conficiãtur tunicæ mihi hibernæ bonæ, ne algeam hac hyeme. Idem in Bacchid. 1. 38, Pro haſta, talus: pro lorica, malacum capiam pallium. Id eſt, molle & effœminatum. Idem in Sticho, 4. 74, Vel vnctiones Græcas, ſudatorias, vel alias malis, malacas ampullarias.

Malacia malaciæ, Mollitia, cum maris fluctus omnino quieſcunt & languent, neque vlla aura commouentur.

Malacia, Eſt in grauidis ille languor & mollities diſſoluti, & cuncta faſtidientis ſtomachi.

Plin.lib.23.cap.6,Malicorium expetitur in grauidarum malacia,& quoniam guſtatu moueat infantem.

Malaciſſo malaciſſas,malaciſſare,Mollire,ſubigere.Plaut.in Bacchid.1.31,Apage à me,apage.B.ah,nimium ferus es.P.mihi ſum.B.malaciſſandus es.Il te fault adoulcir.

Malaſſo malaſſas,malaſſare,Idem.à quo Cõmalaſſo.vide ſuo loco.

MALACE malaces,f.g.Maluæ ſpecies.Plin.20.cap.21,Duo maluarũ genera amplitudine folii diſcernuntur.Maiorem Græci malopen vocãt in ſatiuis.alteram ab emolliendo.ventre, dictam putant malacen.

MALAGMA malagmatis,n.g.Fomentum,ad rem duram emolliendam ſuperpoſitũ.Vne empleſtre que on met ſus vng clou,ou autre apoſtume pour lamollir. Nam malagmata contuſa,& ſuper cutem iniecta, abundè mollificant. à μαλάττω mollio. his molliuntur apoſtemata,& matura fiunt.Columella lib.7,Cuminũ conteritur, eique adiicitur exiguum picis liquidæ & axungiæ,vt lentorem malagmatis habeat.

MALICORIVM,malicorii,n.g.Putamen mali granati.Plin.lib.23,Huius aridis foliis, vt malicorio coria perficiuntur.

MALIGNVS,Vide poſt malus.

MALLEVS mallei,m.g.Fabrile inſtrumẽtũ:dictus, quòd res duras molliat quaſi mollens. Vng maillet,ou marteau.Plaut.in Menæh.9.46,Quam tu nũc mihi nauem narras?MEN.ligneam,ſæpe tritam,ſæpe fixam,ſæpe excuſſam malleo. Varro de re ruſtica,lib.1,cap.22, Corbes,fiſcinæ,tribula,mallei,& raſtelli.

Malleolus malleoli,diminutiuum à malleus,Vng petit marteau,ou maillet.

Malleolus,teſte Colu.lib.4,dicitur nouus palmes vitis innatus prioris anni flagello.ſic dict9, ab ipſius mallei ſimilitudine.vel quòd in ea parte quæ deciditur ex veteri ſarmento prominẽs vtrinque malleoli ſpeciẽ præbet,& plantationi aptus eſt.Vel quòd(vt Plinius ait lib.17.cap. 21)ſolebat capitulatus vtrinque & ſurculatus fieri. Cic.de Senect.48,Malleoli,plantæ,ſarmenta,vites,traduces,propagines nónne ita afficiunt,vt quẽuis cum admiratione delectent? Marquotte.

Malleolaris & hoc malleolare.à malleolus fit.Columella lib.3,Virgam malleolarem non amplius quàm ſex gemmarum eſſe conuenit.

Malleo malleas,malleare,Malleo operari.

Malleatus malleata malleatum,Quod malleo factum eſt.Vlpianus,Sed perſcripti ſcripti nõdũ malleati,vel ornati.

MALO mauis,mauult.Pluraliter,malumus,mauultis,malunt. Præterito imperfecto,malebam,&c. Præterito perfecto,malui,&c. Præterito pluſquãperfecto,maluerã,&c. Futuro,malam,males,malet.&c. Quintil.lib.1,Qui græcam figuram ſequi malet,non latinè, ſed citra reprehenſionem loquetur.

Imperatiuo caret.

Optatiuo,mallem.&c. Præt.perf.& pluſquamperfecto,maluiſſem. Futuro,malim.

Cõiunctiuo,malim. Præterito imperf.mallem. Præt.perf.maluerim. Præt.pluſq.perf. maluiſſem. Futuro,maluero.

Infinitiuo,malle. Præt.perf.& pluſq.perf.maluiſſe. Cæteris caret.

Malo,ſignificat magis volo,Iayme mieulx.

Mauellem,mauolo, mauelim dixit Plautus in Amphit.6.14, Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier. In Aſin.15.8,Amari mauolo mi gnate me abs te. In Aulul. 21.1,Mortuum ego me mauelim leto malo,quàm non ego illi dem hodie inſidias ſeni.

MALOBATHRVM malobathri,Arbor,de qua Plinius lib.13.cap.26,Dat & malobathron Syria,arborem folio conuoluto, arido colore,ex quo exprimitur oleum ad vnguenta: fertiliore eiuſdem AEgypto,laudatius in India venit. Horatius, Tinctus malobathro Aſſyrio capillos.

MALLVVIVM malluuii,n.g.Vas in quo lauantur manus.

Malluuiæ malluuiarum(inquit Feſtus)dicuntur,quibus manus ſunt lautæ,périnde vt pelluuiæ, quibus pedes.

MALVA maluæ,Herba,De la mauue.Vide Plinium lib.20.cap.21.

MALVS mali,f.g.Vng põmier.Tractum nomen à Græcis,qui malum μῆλον dicunt.

Malum mali,n.g.Vne põme.Virg.Malo me Galathea petit laſciua puella.

Malinus malina malinum,Qui eſt faict du bois dung põmier. Columella lib.8,Eſt etiam non

ingrati ſaporis muria præduratus, atque ita malinis lignis vel culmi fumo coloratus.

M A L V S mali, m.g. Arbor nauis. Le mas dune nauire. Lucanus lib. 2. Antennas, prorã, malos, tonſáſque natãtes. Plaut. in Trinũmo, 12. 18, Fregere malum, ruere antennas, ſcindere vela. Cic. de Senect. 16, Vt ſi qui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, cum alii malos ſcandant, alii per foros curſant.

M A L V S, mala, malum, Mauuais.

Malum, Mal. vt Malum præſentarium. Aſſuetus malo, Dare malum. Plaut. in Pœnulo, 11. 48, Si quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit : id quod mali promittũt, præſentarium eſt. Virg. Aſſuetúmque malo Ligurem. Terent. in And. 1. 1. 1 16, Quid facias illi qui dederit damnum aut malum?

Mala ætas. Plaut. in Aulul. 4. 4, Atque vt te dignam, mala malam ætatem exigas.

Malum facinus. Plaut. in Pſeud. 11. 56, Ecquid argutus eſt? CH. malorũ facinorũ ſæpiſſimé,

Mala fama. Terent. in Phor. 1. 3. 17, Quòd habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama: palàm beatus.

Mala forma. Plaut. in Merc. 7. 73. Rectè ego emero matri tuæ ancillam viraginem aliquã, non malam, forma mala. Qui ſoit laide.

Malus homo. Plaut. in Menæh. 14. 66, O hominem malum! vt diſſimulat! Vela vng mauuais home. Faict il ſemblant de nen rien ſcauoir.

Peiore res loco non poteſt eſſe, quàm in quo nunc ſita eſt. Terent. in Adelphis, 3. 2. 46, La choſe ne peult eſtre en pire eſtat, quelle eſt.

Mala manus. Plaut. in Amphit. 7. 47, Huic homini neſcio quid eſt mali, mala obiectũ manu, poſtquam à me abiit.

Mala merx. Plaut. in Perſa, 6. 59, Merx tua mala eſt. S. quid eſt quod metuas? Idem in Caſina, 16. 20, Noui ego malas illas merces.

Mala opera. Plaut. in Aſin. 12. 144, Hinc inerunt viginti minæ bonæ, mala opera partæ.

Malum pondus. Plaut. in Amphit. 4. 158, Haud malum huic eſt pondus pugno. S. perii, pugnos ponderat.

Mala tempora. Plin. in Paneg. 153, Si malis temporibus inter mœſtos & pauentes, bonis inter ſecuros gaudentéſque numeror.

Mala verba. Plaut. in Trin. 4. 24, Quid venis? M. malis te vt verbis multis multũ obiurgem.

Malùm, pro interiectione iraſcentis quandoque ponitur. Plaut. in Amphit. 7. 47, Quas (malùm) nugas? ſatín' tu ſanus es? Terent. in Eunucho, 4. 7. 10, Vbi alii? S. qui (malum) alii? ſolus Sannio ſeruat domũ. Donatus, Malùm per παρένθεσιν ſuauiter infertur. Plau. in Epid. Quæ (malùm) hæc impudẽtia eſt? Et nũ interponitur malum, niſi oculis cõuerſis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. Malùm, nunc interiectio eſt. Terẽt. in Phorm. 4. 5. 11, Quid tua (malùm) id refert? C. magni Demipho.

Malùm (inquit Donatus) aduerbium interpoſitæ indignationis. Terent. in Phor. Condonamus te. P. audio. Quid vos (malùm) ergo me ſic ludificamini, inepti veſtra puerili ſentẽtia? Gellius, Quæ (malùm) ratio iſta eſt? Plin. lib. 7, Quæ (malùm) iſta dementia eſt, iterari vitam mortẽ?

Malè, aduerbium, Malement, ou Mauuaiſement.

Malè animo eſt. Terent. in Adelphis, 4. 5. 21, Miletum vſque obſecro? M. ita. AE. animo malè eſt. quid ipſe? quid aiunt? Donatus, Animo malè fieri dicitur, cum ictu alicuius mœroris perculſus animus, non ſuſtinet corpus, ſequitúrque ruina membrorum. Plaut. in Curcul. 7. 33, Animo malè eſt. PH. vín' aquam? C. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam.

Malè animatus erga principem. Suet. in Vitell. cap. 7, Aduenientẽ malè animatus erga principem exercitus, pronúſque ad res nouas, libens ac ſupinis manibus excepit. Mal affectióné, ou ayant mauuais vouloir enuers le prince.

Malè accipere aliquem verbis, Dire iniure a aucun, le mal traicter. Cic. in Verrem, Epicrates homines multis verbis malè acceptos dimiſit. Ibidẽ, Malè accipit verbis Raboniũ. Lentulus Ciceroni, Excluſus enim Antiochia Dolobella, & in oppugnãdo malè acceptus, nulla alia confiſus vrbe, Laodiceam, quæ eſt in Syria, ad mare, ſe contulit. Hircius in cõmẽt. Itaque aduerſarii malè accepti, tum demum præſidia contulerunt. Brutus Ciceroni, Recurri ad meas copiolas (ſic enim eas verè appellare poſſum) ſunt enim extenuatiſſimæ, inopia omnium rerum peſſimæ acceptæ. Mal traictees, par faulte de tous biens.

Malè audire, Auoir mauuais bruit, & renõmmee, eſtre diffamé, & vituperé. Terẽt. Si herum

inſimulabis auaritiæ, malè audies. Idem in Hecyra, Sine me hoc effugere obſecro vulgus quod malè audit mulierum. Cic. Attico, Nonnulli amici Appii ridiculè interpretantur, qui me idcirco putant bene audire velle, vt ille malè audiat. Idem in Orat. Nō quo lubēter malè audiam: ſed quia ego cauſſam non libenter relinquo, nimium patiens & lentus exiſtimor. Idem de finibus, Eſſe hominis ingenui & liberaliter educati, velle bene audire à parentibus.

Malè cogitare de aliquo, Auoir mauuaiſe opinion daucun, mal penſer, & eſtimer de luy. Ouid. Non tamen AEneam, quāuis malè cogitet, odi. Cælius, Et ipſe facilè animaduerterem malè eum de me cogitare. Cic. de Senect. 17, At ſenatui quæ ſunt gerunda præſcribo, & quomodo Chartagini malè iam diu cogitanti bellum inferatur.

Malè cadere, Id eſt malè ſuccedere, ſiue accidere. Cæſar in Cōment. Vbi tantos ſuos labores & apparatus malè cecidiſſe viderunt.

Malè conciliatus. Terēt. in Eunucho, 4.4.2, Fugitiue prodi, malè cōciliate. Donatus, Malè, magno ſignificat. vt Plaut. in Amphit. 4.134, Hæc nox ſcita eſt, exercēdo ſcorto conducto malè. Ergo malè conciliate, magno empte ſignificat. nam omnis conuentio, conciliatio nominatur. Conciliatū ergo, magno emptum. Plaut. in Pſeud. 4.1, Exite hinc, agite, ite ignaui, malè habiti, & malè conciliati.

Malè conſulere alicui. Terent. in Heaut. 3.1.28, Peſſimè iſtuc in te atque in illum conſulis, ſi te tam leni & victo eſſe animo oſtenderis. Ce neſt pas ton prouffit ne le ſien, Ce ſera mal auiſe pour toy, & pour luy, ſi, &c.

Malè credere. Plaut. in Pœnulo, 14.67, Malè credam, & credam tamen. ſed hoc tu tecum tacitum habeto. M. Fidei nō melius creditur. Il neſt point ſeur que ie men fie en toy, que ſe le te baille, touteſfois ie te le bailleray en garde.

Malè deſcribere. Terent. in prolog. Eunuchi, 7, Qui bene vertendo, & eas deſcribendo malè, ex græcis bonis, latinas fecit non bonas.

Malè dicere. Terent. in And. 4.4.15, Verbum ſi mihi vnum, præterquàm quod te rogo, faxis, caue. M. malè dicis. D. vnde eſt? dic claré. Donatus, Malè dicis, Cum cōtemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo malè dicis lentius eſſe dictum, cum ſubiungit, dic claré. Malè dicis: Noue malè dicis, pro comminatione poſuit, cum pro conuitio ſoleat poni, niſi fortè quia contumeliæ genus eſt comminatio.

Malè docere. Terēt. in Heau. 4.1.40, Malè docet te mea facilitas multa. Eſt cauſe que tu fais beaucoup de mal.

Malè formidare, Fort craindre. Plaut. in Amph. 4.150, Formido malè, ne ego hîc nomen cōmutem meum. Idem in Ciſtell. 10.4, Quæ in tergum meum ne veniat formido malè.

Malè habet me hæc res, Ie ſuis marri de ceſte choſe, Cecy me melancholie, & me tormente. Plaut. in Aſin. 15.16, Scio equidem quāobrem me pater triſtem credas nunc tibi: quia iſtæc eſt tecum. atque ego quidem hercle vt verum tibi dicam pater, ea res me malè habet. Terent. in And. 2.6.5, Præter ſpem euenit, ſentio: hoc malè habet virum. Idem in Hecyra, 4.2.30, Nam hæc res non minus me malè habet, quàm te gnate mi. Idem in Eunucho, 4.2.6, Malè verò me habens, vbi ad ipſum veni diuerticulum, conſtiti.

Malè loqui, Maledicere, Maudire. Plaut. in Capt. 11.34, At etiam furcifer malè mihi loqui audes? non ego te noui? Idem in Epid. 7.13, Quî tibi lubet mihi malè loqui? Terent. in Phor. Pergin' hero abſenti malè loqui impuriſſimè? Donatus, Malè loqui, pro maledicere.

Malè maceror. Plaut. in Ciſtell. 2.50, Malè excrucior Gymnaſium mea, malè mihi eſt, malè maceror.

Malè mereri de aliquo, Nuyre, ou faire deſplaiſir a aucun. Plaut. in Aſin. 4.3, Benè merenti mala es, malè merenti bona es? Cic. Nanque cur in hominem petulantem & malè de nobis meritum eſſe debuimus?

Malè metuo eum, Ie le crains fort. Plaut. in Pſeud. 12.18, Atque ædepol vt nūc malè eū metuo miſer, ſi quiſpiam det cui manus grauior ſiet! Idem in Curcul. 15.6, Peſſume metui ne mihi hodie apud prætorē ſolueret. Idem in Menæh. 21.8, Id ego malè malum metuo. Terent. in Hecyra, 3.2.2, Neſcio quid iam dudum hic audio tumultuari miſera, malè metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat.

Malè moratus, Mal conditionné, complexionné, Qui eſt de mauuaiſes meurs. Plaut. in Sticho, 3.52, Facile inuenies & peiorem, & peius moratam pater, quàm illa fuit.

Malè morigerus, Mal obeiſſãt. Plaut. in Epid. 13. 1, Malè morigerus mihi eſt daniſta, qui argentum de me non petit.

Malè muſicus. Plin. epiſt. 62. c, Ac ſicut olim theatra malè muſicos canere docuerũt, ita nunc in ſpem adducor, poſſe fieri, vt eadem theatra benè canere muſicos doceant.

Malè nupta, Mal mariee. Plaut. in Caſina, 4. 5, Ita ſolent omnes quæ ſunt malè nuptæ, domi & foris quod ægrè ſit, ſatis ſemper eſt.

Malè oculatus. Suet. de claris Rhetoribus, 4, Sextus Claudius è Sicilia latinæ ſimul, græcæq; eloquentiæ profeſſor, malè oculatus, & dicax paroculorum.

Malè odi, Ie hais fort. Terent. in Adelph. 4. 1. 7, Et illud rus nulla alia cauſſa tam malè odi, niſi quia propè eſt.

Malè precari alicui, Maudire aucũ. Plau. in Merc. 5. 11, Malè mihi precatur, & facit cõuitiũ.

Malè promeritus. Plaut. in Trinũmo, 17. 48, Miſerum eſt, malè promerita vt merita ſi mihi vlciſci non licet.

Malè ſeruare fidem. Plaut. in Trin. 14. 39, Malè fidem ſeruando, illis quoque abrogant etiã fidem qui nihil meriti.

Malè timeo, Iay grand paour. Plaut. in Aulul. 7. 31, Dii me ſeruant, ſalua res eſt: ſaluum eſt, ſi quid non perit nimis malè timui, prius quàm intrò redii, exanimatus fui. Terent. in Heaut. 4. 1. 56, Sequere me intrò hác. 50. vt præter ſpem euenit, quàm timui malé!

Malè timere alicui, Craindre que mal naduienne a aucun. Terent. in Heaut. 3. 2. 20, Quid ego neſciam? hominem piſtrino dignum. s. quem? c. iſtum ſeruulũ dico adoleſcẽtis. s. Syre tibi timui malé.

Malè vertat, Modus eſt loquendi optantis vel imprecantis, id eſt, orare vt res malè cadat alicui. Virg. Hos illi (quod nec benè vertat) mittimus hœdos. Terent. in Adelphis, 2. 1. 36, Minis viginti tu illã emiſti, quæ res tibi vertat malé. Donatus, Adiicit contumeliam, quaſi & hoc multum ſit inimicum. Vertũnus dicitur deus, qui rebus ad opinata reuertentibus præeſt. ſæpe autem malè cedit quod bonum putatur, & hoc eſt malè vertiſſe. vt ille gladius qui muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti. de quo Virgilius, Enſémque recluſit Dardanium, non hos quæſitum munus in vſus. Hæc Donatus. Plaut. in Pſeud. 10. 16, Bene vbi quid diſcimus cõſilium accidiſſe, hominem cautum eum eſſe declaramus: ſtultum autem illum cui vertit malé.

Malè viuere, Maleureuſemẽt & pourement viure. Plaut. in Rud. 6. 2, Ita malè viuo, ita multæ in pectore ſunt curæ exanimales. Idem in Trinummo, 13. 152, Ego abeo, malè viue, & vale.

Malè ſuadere. Plaut. in Curcul. 10. 22, Hi malè ſuadendo & luſtris lacerant homines.

Male ſuada male ſuadæ, Quæ malè ſuadet. Plaut. in Moſtel. 4. 56, Perii hercle, ni ego illam peſſimis exemplis enicaſſo. illa hanc corrumpit mulierem male ſuada vulgi lena.

Peſſumum. Plaut. in Rud. 10. 62, Nunc eam cum naui ſcilicet abiiſſe peſſumum in altum: & aurum & argentum lenonis fuit ibidem.

Maledico maledicis, maledixi, maledictũ, maledicere, Maudire. Plaut. in Amphit. 7. 15, Merito maledicas mihi, ſi non ita id factum eſt. Terent. in And. 4. 4. 15, Verbũ ſi mihi vnum, præterquam quod te rogo, faxis, caue. M. maledicis.

Maledicere alicui verbo. Plaut. in Aſin. 13. 55, Nec vlli verbo maledicat.

Maledicus maledicentior maledicentiſſimus, Mediſant. Plaut. in Merc. 4. 31, At ego pol maledicentiorem, quàm te, noui neminem.

Malefacio malefacis, malefeci, malefactum, malefacere, Malfaire. Plaut. in Milit. 20. 21, Poſtquam abs te abiit, animo malefactum huic repentè miſeræ.

Maleficus malefica maleficum, Pernicieux, Dõmageable, Nuyſant, & faiſant mal. Plaut. in Caſina, 18. 4. Noui hominum mores maleficos.

Maleficium maleficii, Damnum, iniuria, facinus, Quelque meſchant fait, Dõmage. Plautus in Trucul. 10. 21, Tace, cui adhuc ego: tu malam emones ruſtica me maleficio. Tu mincites a mal. Cæſar, Finitimis imperauit, vt ab iniuria & maleficio ſe ſuóſque prohiberent.

Maleficè, aduerbium, Mauuaiſement, Malicieuſement. Plaut. in Pſeud. 20. 101, Ego nec ſycophantioſè quicquam ago, nec maleficé.

Malitia malitiæ, Mauuaiſtié.

Malitia, Malice, Fineſſe, tromperie. Cic. Virtutis cõtraria eſt vitioſitas. ſic enim malo, quàm

malitiam, appellare, quam Græci κακίαν appellãt. Nam malitia, certi cuiuſdam nomen eſt, vitioſitas omnium. Idem de off. lib. 3, Nec verò in prædiis ſolum ius ciuile ductum à natura, malitiam, fraudémque vindicat: ſed etiam in mancipiorũ vẽditi ne venditoris fraus omnis excluditur. Idem de legibus, lib. 1, Vt enim quiſque maximè ad ſuum commodum referat quæcunque agit, ita minimè eſt vir bonus, vt qui virtutem præmio metiũtur, nullã virtutem, niſi malitiam putent.

Malitia mala. Plaut. in Aulul. 7.38, Certè ædepol equidem te ciuem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus, & nunc arbitror.

Malitia cæli, Mauuais temps. Plin. Quod modo cæli, modo terræ malitia facit. Varro, Id ſæpe accidit malitia ſoli.

Malitioſus malitioſa malitioſum, Plein de malice, & de tromperie, ou de fineſſe.

Malitioſè, aduerbium, Finement, malicieuſemẽt. Plaut. in Milite, 9.79, Nunc demum à me inſipienter factum eſſe arbitror, cum rem cognoſco: at nõ malitioſè tamen feci. Ie ne lay point faict pour deceuoir. Idem in Caſina, 8.41, Nunc tu Cleoſtrata, ne à me memores malitioſè de hac re factum, aut ſuſpices, tibi permitto, tute ſorti.

Malignus maligna malignũ, Qui difficultatem ſui oſtendit, inquit Donatus. hoc eſt qui aſper, difficilis, inuidus, auarus eſt. Maling, enuieux. Terent. in Hecyra, 1.2.84, Sed, vt fit, poſtquã hunc alienũ ab ſeſe videt, maligna multò, & magis procax facta ilicò eſt. Plinius, Homo malignus & inuidus.

Malignus ager, Agricolis illiberalis, & minimè ferax. Virg. Difficiles primũ terræ, colleſque maligni. Plin. epiſt. 41. f, Ortum morus & ficus frequens veſtit: quarum arborum illa vel maximè ferax eſt terra, malignior cæteris.

Aditúſque maligni, apud Virgilium, id eſt anguſti & ardui.

Maligna lux, Subobſcura. Virg. Quale ſub incertam lunam ſub luce maligna.

Malignitas malignitatis, Malignité, Malueillance, rigoureuſeté, illiberalité. Plaut. in Capt. 8.5, Nam hercle huic diei, ſi liceat, oculos effodiã lubens: ita malignitate onerauit omnes mortales mihi. Plin. epiſt. 315, Nam & iudicia amicorũ promeretur & parum fœlix matrimonium expertus eſt, impetrãdúmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit.

Malignè, aduerbium, Enuieuſemẽt, par deſdain, ou malueillãce, a la rigueur. Plin. epiſt. 215, Iudicaui tamen: neque enim ſoli iudicant, qui malignè legunt.

MAMMA, mammæ, f. g. Papilla, quæ & vber dicitur. La mamelle. Iuuenalis, Et nuda teneat venabula mamma. Terent. in Adel. 5.9.18, Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primã mammam dedit hæc.

Mammas habent capræ. Plin. lib. x 1. cap. 40, Quibus ſolida vngula nec ſupra geminos partus, hæc omnia binas habẽt mammas, nec alicubi: quàm in fœminibus. Eodem loco biſulca & cornigera. boues quaternas, oues capræque binas.

Mamma, Pro matre vel nutrice. Plaut. in Moſtell. 5.5, Nũc comeſſatũ ibo ad philolacheten, vbi nos hilari ingenio & lepido accipiet. ecquid tibi videor mammã adire? Cato, Qui cibum ac potionem buas & papas docẽt: & patrem tatam, & matrem mãmam. Martialis, Mammas atque tatas habet.

Mamma, Græca dictio, id eſt auia, patris ſeu matris mater.

Mamilla mamillæ, diminutiuũ, Vne petite mamelle. Iuuenal. Illa loqui recta facie, ſtrictíſque mamillis.

Mamillæ penſiles in capris. Varro lib. 2. de re ruſti. cap. 3, Duo enim genera earum: ſub roſtra duas vt mamillas penſiles habeant, quòd hæ fœcundiores ſunt: vbere ſint grandiore, vt & lac multum, & pingue habeant pro portione.

Mammoſus mammoſa mãmoſum, Quod habet magnas mammas. Martialis, Mammoſas metuo, teneræ me trade puellæ.

Mammoſa pira, apud Plinium lib. 15. cap. 15, Pomponiana cognomine mãmoſa, liceriana, ſeueriana. &c.

Mammeatus mammeata mammeatũ: Idem. Plaut. Cuius amicam mãmeatam vidimus.

MAMMONA, mammonæ, f. g. Syrorum lingua diuitiæ nuncupantur.

MANCEPS mancipis, m. g. Eſt (inquit Feſtus) quiſquis à populo aliquid emit, conducítve: quia manu ſublata ſignificat authorẽ ſe emptionis eſſe. Qui achete, ou prent a ferme quelque choſe, & a ſa charge. Conductor aliâs latinè dicitur, aut redemptor. Qui entreprẽt quelque

beſoingne a faire. Cic. lib. 2. de diuinatione, Magis enim id munere deorũ factũ eſt, quàm caſu, & redemptorum qui columnam illãde Torquato cõduxerant faciendam. Idem in Prætura vrbana, Si opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe quem ipſe oppoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe videt. Hic manceps pro redemptore ſartorum tectorum accipitur. Suet. in Veſpaſiano, Non negarim iactatum à quibuſdam Petronii patrem è regione tranſpadana fuiſſe mancipẽ operarum quæ ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorũ quotannis cõmeare ſolent. Id eſt, Conductorem mercenariorũ & operariorum ſeruorum, vt operis eorũ ad quæſtũ vteretur. Plin. lib. x, de coruo loquens, qui populũ ſalutare ſolitus erat, Hunc ſiue emulatione incitatus manceps proximè ſutrinæ, ſiue iracũdia ſubita, vt voluit videri, excremẽtis eius poſita calceis macula, exanimauit. Mancupem pro magiſtro officinæ dixit, quaſi operis opificum redemptis vteretur ad quæſtum. Vel propolam voluit intelligi, Id eſt venditatorem qui res minoris emptas pluris poſtea vendit.

Mancipes (inquit Pædianus) erant publicanorum principis Romani homines, qui decumas quæſtus ſui cauſſa redimebant, aut publica paſcua, quorum ratio ſcriptura dicebatur. Fermiers. Cic. in diuinatione, Mancipes à ciuitatibus pecuniam exegerunt. Idem in Verrẽ, act. v, Præſertim cum ex iiſdem agris, eiuſdémque anni frumentũ ex decumis Romã mancipes aduexiſſent.

Mancipes, metaphoricõs vſus eſt Plinius epiſtolarũ lib. 2, Sequuntur auditores actoribus ſimiles. conducti & redempti mancipes, conuenitur à conductis & redemptis. Mancipes (inquit) id eſt ii qui cauſſidicos in cauſſis agendis cõducta ad hoc corona vulgi plaudentis laudandos redemerunt.

Mancipo mancipas, mancipare, Quaſi manu capere: Propriè eſt quod gallicè dicitur ſaiſir. cum ſcilicet aliquem rei ſibi titulo iuſto quæſitæ poſſeſſorem efficere volumus. Mancipare igitur fundum, eſt mancipio alicui dare. Lenſaiſiner. Emancipare, Se deſueſtir de ſa poſſeſſion & ſen deſſaiſir. Plaut. in Curc. Alienos mancipatis, alienos manumittitis, alienis imperatis, nec nobis author vllus eſt, nec voſmet eſtis vlli.

Mancipare, pro vendere quandoque accipitur. Cic. Philipp. 2, Tum iſte venditum atque mãcipatum tribunãtum, conſiliis noſtris oppoſuit. Mancipatum emphaticõs dixit, plus quam venditum. Quintil. lib. v 1, Requirebat Craſſus vbi eſſent eæ poſſeſſiones, omnes autem illas Brutus vendiderat, & cum paterna manciparet prædia, turpis habebatur. Plin. epiſt. 158, Nam pro quingentis millibus nummum, quæ in alimenta ingenuorũ ingenuarumque promiſeram, agrum ex meis longè pluris actori publico mancipaui, eundem veſtigali impoſito recepi. Plinius mancipare, non pro vendere poſuit, ſed pro alienare. Cui enim vellet vectigal publicè donare in alimenta puerorum, id eſt rentam conſtituere, vt verbis vulgi loquar, fundum ſuum imaginaria venditione reip. donauit, & ſubinde vectigalem recepit.

Mancipatus mancipata mancipatum, Obligé & ſoubiect a aucun. Cic. de Senect. 33, Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſeipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mãcipata eſt, ſi vſque ad extremum ſpiritum dominatur in ſuos.

Mancipatio mancipationis, eſt (inquit Boetius cõment. 3.) imaginaria quædam venditio. quod ipſum ius, propriũ eſt Romanorũ ciuiũ. Ea res ita agitur. adhibitis nõ minus quàm quinque teſtibus ciuibus Romanis puberibus, & eo qui libripens dicitur: is qui mancipium accipit, æs tenens ita dicit, Hunc ego hominem ex iure Quiritiũ meũ eſſe aio, iſque mihi emptus eſt hoc ære, æneáque libra. Déinde ære percutit libram, idque æs dat ei à quo mancipiũ accipit quaſi pretii loco.

Mancipium mancipii, n. g. Homo in bello captus, & ſeruituti ſubiectus. Plaut. in Sticho, 4. 57, Damna euenerunt maxima miſero mihi, ita me mancipia miſerum affecerunt malé.

Mancipium, Dominii comparatio, poſſidendíque ius, atque etiam dominium & mãcipatio. Poſſeſſion & ſaiſine. Lucretius lib. 3, Sic aliud de alio nunquam deſiſtet oriri, Vitaque mãcipio nulli datur, omnibus vſu. Id eſt, nulli ita datur vt propriã ac perpetuã habeat. Cic. in primo de Orat. Cũ enim Marius Cratidian⁹ ædes Auratæ vẽdidiſſet, neque ſeruire quãquam earũ ædium partem in mãcipii lege dixiſſet, defendebamus quicquid fuiſſet incommodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere.

Mancipio dare, Eſt nexus ſolennitate abalienare, ita vt rem omnino accipientis faciamus. Bailler ou vendre quelque choſe a aucun par tel ſi que on luy guaranti. Plaut. in Curcul. 10. 8, Memini, & mãcipio tibi dabo. cv. egóne ab lenone quicquam mancupio accipiam, quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua? Idem in Perſ. 15. 59. Iſte qui tabellas affert, adduxit

ſimul forma expetunda liberalem mulierem furtiuam, abductam ex Arabia penitiſſima: eã te volo accurare vt iſtic væneat: ac ſuo periculo is emat qui eam mercabitur: mancupio neque accipiet, neque quiſquam dabit. Ibidem, 16.122, Vin' tu pulchrè vendere? T. ego ſcio hercle vtrũque velle. D. age, indica prognauiter. S. prius dico, hanc mãcupio nemo tibi dabit. an ſcis?

Mancupio accipere, Prẽdre ſoub cõdition que celuy qui baille, guarẽtira ce quil baille. Plau. in Trinũm. 8.15, Minas quadraginta accepiſti à Callicle, & ille ædeis abs te mancupio accepit. L. admodum. Varro de re ruſtica, lib. 2, de paſtoribus loquens, In emptionibus dominium legitimũ ſex ferè res perficient, ſi hæreditatem iuſtam adiit, ſi vt debuit mãcupio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit.

Sui mancipii eſſe, Nullius dominio ſubiectum eſſe. Brutus ad Ciceronem, Quærenda eſſe arma putaſti, quibus dominari prohiberetur Antonius, ſcilicet vt illo prohibito rogaremus alterũ qui ſe in eius locũ reponi pateretur? an vt eſſet ſui iuris ac mancipii reſpublica? niſi forte nõ de ſeruitute, ſed de cõditione ſeruiẽdi recuſatum eſt à nobis. Sui mãcipii rẽp. dixit Brutus, quæ nullius dominio ſubiecta eſſet, antequã ſcilicet Auguſtus imperiũ occupaſſet.

Mancipi, ſiue mancupi, indeclinabile, & in ſingulari, & in plurali. Alii figuratè dici volunt in dandi caſu.

Mancupi emptio. Plin. lib. 33. cap. 3, Pop. Ro. ne argẽto quidem ſignato ante Pyrrhum regem deuictum vſus eſt. Libralis, vnde etiam nunc libella dicitur, & dipondius appendebatur aſſis. Quare æris grauis pœna dicta. Et adhuc expenſa in rationibus dicuntur: item impendia & depẽdere. Quin & militũ ſtipẽdiorũ, hoc eſt, ſtipis ponderãdæ penſatores, libripendes dicuntur: qua conſuetudine in iis emptionibus quæ mancipii ſunt, etiam nũc libra interponitur. Hæc Plinius.

Mancipi res, dicuntur omnes quæ abalienari poſſunt, id eſt quæ à noſtro dominio, ad alterius tranſire poſſunt. Cic. pro Murena, Quod ſi in rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is periculum præſtare debet qui ſe nexu obligauit: profecto etiam rectius in iudicio conſulis deſignati, is potiſſimum conſul qui conſulem declarauit, auctor beneficii pop. Ro. defenſorque periculi eſſe debebit.

Mancupi ædes poſcere. Plaut. in Moſtell. 15.42, Vel hominem iube ædeis mãcupi poſcere.

In mancipatum venire. Plin. lib. 18, de vnione loquens, Et hoc tamen æternæ propè poſſeſſionis eſt, ſequitur hæreditatem, in mancipatum venit vt prædium aliquod.

MANCVS manca mancum, Manu eneruatus, carens manu, Qui eſt manehot.

Mancus, pro debili aliquando ponitur, & ad res imminutas trãſfertur. Cic. de finibus, lib. 3, Sed etiam alteris tribus, qui mancam fore putauerunt ſine aliqua acceſſione virtutem.

MANDO mandas, mandare, Cõmittere, vt quum quid faciendũ datur. Enioindre de faire quelque choſe, cõmettre quelque affaire, Dõner charge de quelque choſe. Plaut. in Perſ. 15. 64, Iam hic credo aderit, accerſi illum mandaui. Iay commande que on lappellaſt. Idem in Merc. 12.47, Egomet credidi, homini docto, rem mandans lapidi maximo. Idem in Epid. 2.45. Priuſquã hinc ad legionem abiit domo, ipſe mihi mandauit, ab lenone vt fidicina, quã amabat ſibi emeretur. Il ma encharge. Idem in Trin. 13.111, Cui rẽ aiebat mãdaſſe hic ſuã. mihi cõcrederet. Idem in Merc. 21.6, Vobis mãdo, parentũ meũm rem vt bene tutemini. Idem in Capt. 7.86, Tibi cõmẽdo ſpes, opeſq; meas. P. mãdauiſti ſatis. Terẽt. in Eunu. 2. 1.2, Facite vt iuſſi, deducãtur iſti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet. PH. at maturè. P. fiet. PH. ſatne hoc mãdatũ eſt tibi? Idem in Adel. 3.3.18, Huic mãdes, ſi quid rectè curatũ velis. Idem in Phor. 4.4.8, Hem, ſi quid velis, huic mandes, quod quidem rectè curatũ velis.

Mandare æternitati, Eſcrire quelque choſe en quelque lieu pour en auoir memoire a tout iamais. Plin. in Paneg. 126, Antè orationes principũ tantum eiuſmodi genere monumentorum mandari æternitati ſolebant.

Mandare literis & memoriæ, Eſcrire quelque choſe pour en auoir memoire. Gellius, Memoriæ mandatũ Platonẽ philoſophũ tenui admodũ pecunia familiari fuiſſe. Cic. pro Sext. Hæc fama celebrantur, monumentis annaliũ mandantur, proſperitate propagãtur. Idem Philipp. XII, Quid huic facias qui hoc literis, memoriæque mãdauerit? Idem de Amicitia, 3, Cuius diſputationis ſententias memoriæ mandaui.

Mandare fidei alicuius. Plautus in Trinũmo, 4.67, AEdepol fidei adoleſcentem mandatum malè. Terẽt. in And. 1.5.61, Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei.

Curas mandare. Plinius epiſt. 3.b, Quin tu (tempus eſt enim) humiles & ſordidas curas aliis

mandas, & ipſe te in alto iſto, pinguíque ſeceſſu ſtudiis adferis?

Officium mandare. Plin. epiſt. 110. a. lib. v 1, Aliquanto magis me delectat mandatum mihi officium, poſtquam par Cornuto datum video.

Mandare terræ ſemina, Semer. Columella libro tertio, Semina quàm recentiſſima terræ mandare conuenit.

Mandatus mandata mandatum, Participium, Qui a eſte baille en charge. Cice. pro Roſcio Amerino, In priuatis rebus ſi qui rem mandatum nõ modo malitioſius geſſiſſet, ſui quæſtus aut cõmodi cauſſa, verũ etiã negligentius, eum maiores ſummũ admiſiſſe dedecus exiſtimabant. itaque mandati cõſtitutũ eſt iudiciũ, nõ minus turpe quàm furti. credo propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorũ ſuppo nitur. quã qui lædit, oppugnat omniũ cõmune præſidiũ: & quantũ in ipſo eſt, diſturbat vitæ ſocietatẽ. Nõ enim poſſum⁹ omnia per nos agere, alius in alia eſt re magis vtilis. Idcirco amicitiæ cõparãtur, vt cõmune cõmodũ mutuis officiis gubernetur. Quid recipis mãdatũ, ſi aut neglecturus, aut ad tuũ cõmodũ cõuerſurus es? cur mihi te offers? ac meis cõmodis officio ſimulato officis, & obſtas? recede de medio, per aliũ trãſigam. Suſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe, quod minimè videtur graue iis, qui minimè ipſi leues ſunt. Ergo idcirco turpis hæc culpa eſt, quòd duas res ſanctiſſimas violat, amicitiã, & fidem. nam neque mãdat quiſquam ferè, niſi amico: neque credit, niſi ei quem fidelem putat.

Mandatum, ſubſtantiuum, Commiſſion, Mandement. Salluſt. C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit, cum mandatis eiuſmodi.

MANDO mandis, mandi, manſum, mandere, Dentibus conficere, Macher. Plaut. in Trinũmo, 13. 100, Calliclis ad villam aiebant ſerui depromptum cibum mandere porro.

Manſum oportuit. Terent. in Heaut. 1. 2. 26, Quid tu tecum? c H. dicam: vt vt erat, manſum tamen oportuit, fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius libidinem. Il falloit macher cela & ne dire mot, endurer ce quil te diſoit.

Manſito manſitas, manſitare, Frequentatiuum. Plautus in Amphit. 15. 4, Nam verum eſt quod olim eſt auditum fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines, & ſæuas belluas manſitaſſe, nec vnquam denuo parentibus cognitos.

Mando mandonis, m. g. Edax, qui aſſiduè edit. Qui touſiours mange. Lucilius, Atque omnes mandonum gulæ.

Manduco manducas, manducare, Manger. Suetonius in Auguſt. Cæſ. cap. 76, Qui in balneo demum poſt horam primam noctis duas bucceas manducaui prius quàm vngi inciperem.

Manducor manducaris, deponens apud antiquos. Lucilius lib. 14, Cum illud quod faciat, quod manducamur in ore.

Manduco manduconis, omnis gen. Edax. Vng grand mangeur, beaucoup & touſiours mangeant. Plaut. in Rud. 13. 51, Quid ſi aliquò ad ludos me pro manduco locem? Alii legunt manduca. Feſtus manduce legit. Vide paulò antè.

Manſum manſi, Quod dari ſolet infantibus, Pain ou autre choſe machee. Cicero libro ſecundo de Orat. Atque omnia tenuiſſima manſa, vt aiũt, nutrices infantibus pueris in os inferãt.

Mandibula mandibulæ, La machoere.

Manduces (inquit Feſtus) effigies in pompa antiquorum, inter cæteras ridiculas & formidoloſas imagines ire ſolebat, magnis malis, ac late dehiſcens, & ir gentem dentibus ſonitum faciens, de qua Plautus ait in Rudẽte, 13. 51, Quid ſi aliquo ad ludos me pro manduce locem? 1. quapropter? c. quia pol clare crepito dentibus. Exemplaria manduca legunt, in prima declinatione.

MANDRA mandræ, Speluncæ cubile & receptaculum ouium, boum, aliorúmque huiuſmodi. Iuuenalis, Et ſtantis conuitia mandræ Eripiunt ſomnũ Druſo. Probus ſcribit mandram eſſe vici oſtium vel flexum vel arrectum: aut breue & vile ædificium quod anguſtet latitudinem vici. Vel ingens vehiculum quo trabes portantur. μάνδρον græcè dicitur.

MANE, aduerbium, Le matin. Diei pars prima. Manum, clarum veteres dicebant, teſte Nonio. Alii bonum interpretantur. Plaut. in Trucul. 13. 1, Rus mane dudum hinc ire me iuſſit pater, vt bubus glandem prandio depromerem. Terent. in And. 1. 1. 56, Obſeruabam mane illorum ſeruulos venienteis aut abeunteis. Idem in Heaut. Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer.

Mane & mani dixerunt veteres, here & heri, propter cognationem literarum E & I, autore Donato.

MANEO manes, manſi, māſum, manere, Loco inſiſtere, inquit Nonius, Demourer, ou ſarreſter en vne place. Virg. lib. 10, Manet imperterritus ipſe, Hoſtem magnanimum opperiēs. Cic. in Verrem, Qui iudicia manere apud iudicem ſenatorium volunt. Idem de off. Cyrillū quendam ſuadentem vt in vrbe manerent. Plaut. in Caſin. 5. 18, Mitte me. s. mane. c. non maneo. s. at pol ego te ſequar. Ne te bouge, Ne te depars point. Terent. in Eunuch. 3. 3. 6, Vbi veni, cauſſam vt ibi manerem, repperit. Ibidem, 3. 5. 41, In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola: adnuo. Donatus, Maneam, Remaneam, perſeuerémque in loco. Ibidem, 4. 1. 8, Inuitat triſtis. manſit ibi. illa cum illo ſermonem occipit. Ibidem, 3. 3. 28, At apud nos hic mane, dum redeat ipſa.

Mane, Gaudentis aliquando, nō autem opperiri iubentis, inquit Donatus. Plaut. in Curcul. 4. 3, Placidè egredere, & ſonitum prohibe forium, & crepitū cardinum: ne, quod hic agimus, herus percipiat fieri, meā Plāneſium. mane, ſuffundam aquulam. Terent. in Adel. 2. 3. 11, Sed quidnam foris crepuit? s. mane, ipſe exit foras. Idem in Heaut. 3. 3. 52, Mane, mane, quid eſt quod tam à nobis grauiter crepuêre fores?

Mane mane, Habet ſingularem vim in ſe reuocantis. Plautus in Amphit. 8. 131, Mane mane obſecro te. Terent. in Phorm. 1. 4. 40, Ah, quid agis? quò abis Antipho? mane, mane inquam.

Nam haud manſiſti, vt ego darem illam: tute ſumpſiſti tibi. Tu nas pas attendu, ou Tu nas pas eu la patience que ie la te donnaſſe. Plaut. in Trucul. 17. 66.

Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum, nec voluntate id facere meminit, ſeruus is habitu haud probus eſt. Qui ſattend touſiours que on ladmonneſte de ce qui luy fault faire. Plaut. in Sticho, 3. 1.

Manere aliquem, Attendre aucun. Plaut. in Menæh. 22. 46, Hic me mane. Ibidem, 18. 7, Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent, manendo medicum dum ſe ex opere recipiat. Idem in Amphit. 6. 48, Nūc te nox, quæ me manſiſti, mitto, vt cedas die. Idem in Epid. 8. 22, Is apud forum manet me, quaſi qui amare te caueat.

Manet te bonum. Plaut. in Moſtell. 2. 47, Patiunda ſunt: meum bonum me, te tuum maneat malū. Virg. Qui te cunque manent iſto certamine caſus. Id eſt, inſtant, imminēt, & futura ſunt. Idem lib. 7, Turne, nefas, te triſte manebit Supplicium. Cic. Philipp. Sinautem me aliud fatum manet.

Manet tibi. Virg. Hæc eadem, matríque tuæ, genérique manebunt.

Non manet ætas virginis meam negligentiam. Terent. in Phor. 4. 1. 4, Poſtquam videt me eius mater eſſe hic diutius, ſimul autem non manebat ætas virginis meam negligentiam: ipſam cum omni familia ad me profectam eſſe aiebant.

Manent ingenia ſenibus, modo permaneat ſtudium & induſtria. Leſperit leur demeure. Cic. de Senect. 19.

Manet fama. Plin. epiſt. 180, Alius alium: ego beatiſſimum exiſtimo, qui bonæ, manſuræque famæ præſumptione perfruitur. &c.

Manent ii qui bonis tuis perfruantur. Plin. in Paneg. 61, Donauit pater tuus multa: & ipſe donaſti. ceſſerit parum gratus, manent tamen ii, qui bonis eius fruantur.

Manſit mihi vnicus gnatus domi. Terēt. in Heaut. 3. 2. 29, Iam huic manſiſſet vnicus gnatus domi.

Manere promiſſis, Tenir ſes promeſſes. Virgilius, Tu modo promiſſis maneas, ſeruatáq; ſerues Troia fidem.

Manere in ſententia vel propoſito. Cic. Attico. Planè hoc mihi explices velim, in primis, maneáſque in ſententia, vt mittam ad eum quæ ſcripſi, an nihil neceſſe putes. Suet. de claris grāmat. 24, Nihilominus in propoſito manſit, multáque exemplaria contracta emendare, ac diſtinguere, & adnotare curauit.

Manedum. Plautus in Aſin. 16. 27, Nihil ecaſtor eſt quod facere mauelim. PA. manedum. ART. quid eſt?

Maneri, impersonale. Cic. Attico, lib. x, Sed ad primum reuertor: quid putes faciendum: occulténe aliquò propius veniendum, an mare tranſeundum: nam hic maneri diutius non poteſt.

Manſio manſionis, fœm. gen. Demeuree que on faict en vng lieu, & retargement. Terent. in Phor. 5. 9. 23, Demipho te appello: nam me cum hoc ipſo diſtædet loqui: hæccine erant itiones crebræ, & manſiones diutinæ Lemni?

Manſio, Logis, Demeure. Suetonius in Tit. Veſp. cap. 10, Deinde ad primam ſtatim manſionem febrim nactus, cum inde lectica tranſferretur, ſuſpexiſſe dicitur dimotis plagulis cælum, multúmque conqueſtus eripi ſibi viam immerenti.

MANES, maniũ, manibus, pluraliter tantũ, Dii boni dicũtur. Acron, Dii manes, dii boni, à manum, quod eſt bonum. Antiqui animum à corpore ſeparabant, manem deum nuncupabant. Apuleius de dæmonio Socratis dicit, Manes animæ dicũtur melioris meriti, quæ in corpore noſtro Genii dicũtur: corpori renutiãtes, Lemures: cum domos incurſionibus infeſtarent, Laruæ appellabantur. Contrà, ſi bonæ fuerint, Lares familiares. Seruius per antiphraſin ait manes eſſe deos inferos, quia nõ ſint boni. Idem dicit alibi eſſe animas corporibus exutas, quæ nondum in alia corpora migrauerint.

Manes, quandoque dicuntur pœnæ. Virg. Quiſque ſuos patimur manes.

MANGO mangonis, cõmunis gen. Dicti ſunt mangones, quaſi manu agones. erant enim magiſtri formæ puerorum, & mentiendi coloris probè callentes, qui homines vendebant. Solebant enim pueros, puellaſque, quo facilius vendi poſſent, artificio quodam componere colorẽ, vt Quintilianus inquit. Martialis, Millia pro puero centũ me mango popoſcit. Suetonius in Domit. Caſtrari mares vetuit: ſpadonum qui reſidui apud mangones erant, pretia moderatus eſt. Plinius lib. 24. cap. 6, Terebinthina illinitur: & eadem calida membrorum doloribus, ſpaſticiſque illinitur in ſole, totíſque corporibus: mangonum maximè cura, ad gracilitatem emendandam, ſpatiis ita laxantium cutem per ſingula membra, capacioráque ciborum facienda corpora. Idem, Thynni ſanguine oblitos pueros pubeſcere negant mangones. Maquignons dhommes & de cheuaulx.

Mangones, aliarum etiam rerum dicuntur, qui merces polliunt atque interpollant, vt pluris vendant. Regrateurs, Frippiers. Plinius, Decuſſi fragmenti paululum quod in lamina ferrea teratur, efficaciſſimum experimentum excuſant mangones gemmarum.

Mangones etiam ſunt mulieres. Plinius, Mango obſtetrix erat.

Mangonizo mangonizas, mangonizare, Ornare, componere rem ad alliciendos emptores. Plinius lib. 23, Succus radicis vitis nigræ cum eruo lætiore quodam colore, & cutis tenerita-te mangonizata corpora.

Mangonizata etiam oratio dici poteſt, forma item, & domus, & reliqua: vt lenociniis & fuco potius quàm veritate allectent. Mãgonizantur etiam panni ſiue linei ſiue lanei. Equos præterea mangonizatos vænire videmus.

Mangonicus mangonica mangonicum, Quod ad mangonem pertinet. Plinius, Radix hyacinthi bulbacea, & in mangonicis vænalitiis pulchrè nota, quæ in vino dulci illita pubertatem coercet, nec ſinit erumpere. Suet. Neceſſarióſque ad mangonicos queſtus ſuſtinendæ digni tatis cauſſa deſcendit.

Mangonium mangonii, Artificium quod ad res facilius vendendas adhibetur. Plinius, Nec tamen in hoc mangonio quicquam totum placet, hic clune, alibi pectore tantum gallinarum laudans.

MANIAE maniarum, Deformes perſonæ & turpes dicuntur, inquit Feſtus.

Maniæ dicebantur ficta quædam ex farina in hominum figuras, quòd deformes ſint.

Mania, dea, aLrium mater: cui olim ſacrificabant, inquit Feſtus.

MANICA, manicæ, fœm. g. à manu deriuatur. Veſtis pars qua manus teguntur. Vne manche. Virg. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Manicæ, Manuum vincula. Virgilius in ſecũdo AEneid. Manicas, atque arcta leuari Vincla iubet Priamus. Plaut. in Moſtell. 15. 17, Vt quom extemplo vocem, continuò exiliatis, manicas celeriter cõnectite. Idem in Capt. 12. 1, Iniicite huic actutum manicas maſtigiæ. Cic. Philipp. 12, Solet enim accipere ipſe manicas, nec diutius obſidionis metum ſuſtinere.

Manicæ, Thecæ ſunt ex ferro, quibus brachia & manus contra hoſtium iniurias muniuntur. Braſſelets. Iuuenalis, Quale decus rerum, ſi coniugis auctio fiet, Baltheus & manicæ criſtæ, cruriſque ſiniſtri Dimidium tegmen.

Manicæ, Quibus aduerſum vim frigoris manus muniuntur. Des gants. Plinius Iunior ad Macrũ, Ad latus notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hyeme manicis muniebãtur, vt ne cæli quidem aſperitas vllum ſtudii tempus eriperet.

MANIFESTVS manifeſta manifeſtum, Manifeſte, euident. Clarum & apertum.

Manifeſtum facere. Plin. epiſt. 318, Ita tamen vt qui negauerit ſe Chriſtianum eſſe, idque re ipſa manifeſtum fecerit, id eſt ſupplicãdo diis noſtris: quãuis ſuſpectus in præteritũ fuerit, veniam ex pœnitentia impetret.

Manifeſtum habere. Salluſt. in Catil. Cicero per Sangam conſilio cognito, legatis præcipit, vt ſtudium coniurationis vehemẽter ſimulent, cæteros adeant, bene polliceantur. déntque operam, vti eos quammaximè manifeſtos habeãt. Quils ſachent au vray toute leur fantaſie & entreprinſe.

Manifeſta res eſt: La choſe eſt reſceue & congnue. Plaut. in Moſtell. 8.7, Daniſta adeſt, qui dedit, qui amica eſt empta quoque. manifeſta res eſt: niſi quid occurro prius. Idem in Caſ. 22.16, Perii hercle ego, manifeſta res eſt.

Manifeſtus mendacii. Plaut. in Trucul. 4.29, Manifeſtam mendacii te teneo. Ie te tiens ou ſurprent en menterie toute manifeſte. Salluſt. in Iugurtha, At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit, contrà verò niti, quàm animaduertit ſuper gratiã atque pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe. Le quel eſtoit rencuſe de vouloir faire ſi grande meſchantete. Ou, lequel on ſcauoit manifeſtement quil vouloit faire vne ſi grande meſchantete.

Manifeſtò, aduerbium, Clerement, Euidẽment, Manifeſtement, Deuant tous. Plaut. in Aſin. 16.26, Sequere hàc me modo, iam faxo ipſum hominem manifeſtò opprimas. Idem in Pœnulo, 11.40, Age, omitte actûtũ furcifer marſupiũ: manifeſto fur es. Tu es vn larron manifeſte. Idem in Caſina, 5.22, Oh perii, manifeſtò miſer teneor: ceſſo caput pallio obtegere? Ie ſuis prins, il eſt tout cler, tout certain. Idem in Aſin. 11.23, Vbi deprehenſus in furto ſies, & manifeſtò verberatus. En public.

Manifeſtarius manifeſtaria manifeſtarium, Qui eſt tout notoire, cler, & euident.

Manifeſtaria res eſt. Plaut. in Milite, 8.33, Abeo. SC. abire non ſinam te. PA. mitte Sceledre, manifeſtaria res eſt. Ceſt vne choſe toute aſſuree, ou toute clere que ie men iray.

Manifeſtarius fur. Plautus in Aulul. 14.10, Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium.

Manifeſtarium aliquem tenere. Plaut. in Trinũmo, 13.47, Teneo hunc manifeſtarium, me ſibi epiſtolas dediſſe dicit, ludam hominẽ probé. Il eſt tout certain & tout cler que ie tiens ceſtuy cy, il ne me peult eſchapper.

MANIPVLVS manipuli, m.g. À manu fit: Propriè faſciculus quem manu quis apprehendit metendo. Vne poingnee.

Manipulus, Exigua militum manus, quæ vnum ſequitur ſignum. Vne petite bande de gens darmes. Erat enim pars centuriæ: ita dicta, quòd Romulo adhuc paupere, Romanus exercitus manipulos fœni haſtis alligatos, pro ſignis gerebat. Et in legione quidem erant xxx manipuli. Manipulus dicitur iuxta Varronem ab eo quòd plures militum manus iunguntur. Seruius docet manipulos eſſe ſigniferos: quòd imperante Romulo, cum Romani & Latini ſub vno centurione bellum aggreſſuri eſſent, manipulo herbæ haſtæ alligato, pro ſigno vterentur. Vnde manipularis, Qui fert vexillum. Ouidius lib. Faſt. Pertica ſuſpenſos portabat longa maniplos: Vnde maniplaris nomina miles habet. Vegetius lib. ſecũdo, ſcribit manipulum vocari contubernium decem tantummodo militum ſub vno papilione degentium: ab eo dictum, quòd coniunctis manibus dimicarent.

Manipulus furum, Vne bande de larrons, ou de gendarmes. Terent. in Eunucho. 4.7.6, Cedò alios, vbi centurio eſt Sanga, & manipulus furum?

Manipularis & hoc manipulare, Quod ad manipulum pertinet, Quódque de manipulo eſt. Qui eſt de la bande. Plaut. in Moſtell. 4.155, Conueniunt manipulares, eccos prædam participes petunt. Ibidem, 15.7, Poſtquam ex obſidione in tutum eduxi manipulares meos. Idem in Milite, 11.3, Eripiam ego hodie concubinam militi, ſi centuriati bene ſunt manipulares mei.

Manipulatim, aduerbium, Per manipulos. Plaut. in Pſeud. 4.48, Manipulatim mihi nugigeruli facite ante ædeis iam hic adſint. Par bandes.

MANNA, ſiue man, cibus quo filii Iſrael quondam paſcebantur in deſerto.
Mannam vocat Plinius lib. 12. cap. 14, micas concuſſu eliſas ex thure.

MANNVLVS mannuli, m. g. Equus puſillus. Martialis lib. XII, Mannuli tacebũt. Plin. epiſt. 67. a, Habebat puer mannulos multos, & iunctos & ſolutos: habebat canes maiores, minoreſque.

MANO manas, manare, Propriè dicitur quum aliquid ex integro, ſed non ſatis ſolido per minutiſſimas partes ſtillat. Tractum à Græcis, qui μενὸν rarum & ſine denſitate appellãt. Alii manare à mane deducunt, & de Sole propriè dici volunt, cum orientes radii ſplendorem iactare incipiunt. Frequentius tamen ad aquam & ad humores refertur.
Manare, per tranſlationem, defluere, deſcendere ſignificat. Res quæ manat, quandoque in nominatiuo ponitur, quandoque in accuſatiuo, quandoque in ablatiuo.
Manat ſudor. Virgil. Dum gelidus toto manabat corpore ſudor. Deſcendoit, couloit par tout le corps.
Manat picem. Plinius lib. 14, Arborum ſucco manantium picem reſinámque, aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa feruntur.
Manat cruore. Liuius lib. 1, Cultrum ex vulnere Lucretiæ extractum manantem cruore, præ ſe tenens. Qui degouttoit du ſang.

MANSVETVS, manſueta, mãſuetum, Mitis, Quaſi manu aſſuetus: quòd omnia quæ ſunt natura fera, nimium præmulſione miteſcant. Doulx, Adoulci. Feſtus, Manſuetus, neque miſericordia mœſtus, neque crudelitate ſæuus, ſed modeſtia temperatus. Plautus in Aſin. 10. 1, Nequeón' ego te interdictis facere manſuetam meis? Terent. in And. 1. 1. 87, Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii, manſuetíque animi officia.
Manſuetæ beſtiæ, placidæ & cicures dicuntur, Priuees, ou appriuoiſees, & traitables.

Manſuetudo, manſuetudinis, Manſuetudè, Doulceur.

Manſuetarius manſuetarii, Qui feras manſuefacit, Qui adoulcit & appriuoiſe beſtes. Lampridius in Heliog. Habuit leones & leopardos, quos edoctos per manſuetarios, ſubito ad ſecundam menſam iubebat accumbere.

Manſueſco manſueſcis, manſueſcere, Manſuetum fieri, miteſcere, Deuenir doulx. Columella lib. 7, Nam per hæc blandimenta triduo feræ manſueſcunt.
Manſueſcere, pro manſuefacere poſuit Varro lib. 1. de re ruſtica, cum inquit, Sic ex animalibus cum propter eandem vtilitatem, quæ poſſunt ſylueſtria deprehenderent, ac concluderent, & manſueſcerent.

Manſues pro manſueto poſuerunt veteres, teſte Feſto. Varro, Non vidiſti ſimulachrum leonis ad idam è loco, vbi quondam ſubito eum cum vidiſſent, quadrupedem galli tympanis adeò ferunt manſuem, vt tractarent manibus.

MANTELVM manteli, & mantelium mantelii, apud Varronem, & Mantile mantilis, cõpoſita dictio ex manus & tela, à manibus tergẽdis. Eſt enim linteolum quo manus tergere ſolemus. Vne ſeruiette, ou touaille a main. Ouidius lib. 3. Faſt. Dixerat ad dextrã villis mãtele ſolutis.
Mantelum mendaciis. Plaut. in Capt. 10. 5, Nec mendaciis ſubdolis mihi vſquam mantelum eſt meis. Id eſt, tegmen. Ie nay nulle couuerture de mes menteries, par quoy ie me puis ſauuer. Hic pro pallio latebráque poſuit Plautus, qua dolus tegi poſſit.

MANTILE mantilis, n. g. Vne nappe. Virgilius, Tonſiſque ferunt mantilia villis. Seruius dicit maiores mappas villos habuiſſe.

MANTICA manticæ, f. g. Nummorum receptaculum, quod manu geratur. Vne bourſe, ou gibbeciere.
Mantica, Vne beſaſſe. Perula viatoria.

Manticula manticulæ, diminutiuum, Vne petite bourſe. Feſtus, Manticularum vſus pauperibus in nummis recondendis etiam noſtro ſeculo fuit. Ceſt auſſi vne petite beſaſſe.

Manticularius manticularii, Qui manticulas attrectat vt furetur. Dicitur fur qui inferens ſe confertæ multitudini, marſupia aut ſecat, aut artificio doloſo aperit & euacuat, ablata pecunia. Vng couppeur de bourſes.

Manticularia manticulariorum, dicuntur (inquit Feſtus) ea quæ frequenter in vſu habentur, & quaſi manu tractantur. frequens enim antiquis ad manus tergendas vſus fuit mantiliorum, vnde hæc trahitur ſimilitudo. Hæc Feſtus.

Manticulor manticularis, manticulari, Est (authore Festo) furandi gratia manticulas attrectare. Inde pro dolose aliquid agere vsi sunt quidã eo verbo. Pacuui⁹, Ad mãticulãdũ astu aggreditur. Plaut. in Capt. 13.127, Sume, posce, prome quid vis, te facio cellariũ. nã hercle nisi manticulatus probè hæc fuisti, petito, æternum tibi dapinato victum, si vera autumas.

MANTO mantas, mãtare, Veteres pro manere vsurparũt. Attẽdre. Author est Festus. Plau. in Pseud. 5.50, At dabit, parabit aliquid hos dies, manta modo. Idem in Mostell. 3.23, Quod nummo potest sarciri, vsque mantãt, neque id faciunt, donicũ parietes ruunt. Idem in Pœnulo, 4.43, Nos herus apud ædem Veneris mantat.

MANVBIAE, & MANVBRIVM, Vide post MANVS.

MANVS, manus, manui, f.g. Vne main. Dicta manus, à manando, quòd ex brachiis manat, vel quòd ex eą digiti manant.

Manibus his denumeraui. Plaut. in Epid. 8.17, Nam leno omne argentum abstulit pro fidina: ego resolui, manibus his denumeraui.

Manibus demissis fugere. Plaut. in Epid. 10.16, Imò si audias meas pugnas, fugias manibus demissis domũ. Gallico prouerbio dicimus, La queue entre les iambes, tout peneux.

Manus abstinere. Vide ABSTINERE manus.

Manus adire alicui. Vide ADIRE manum.

Manus afferre. Vide AFFERRE manus.

Manus dare. Vide DARE manus.

Manus ex iure conserere. Vide EX iure manu consertum.

Manum ferre contra. Vide FERRE manum.

Manum iniicere. Vide INIICERE manus.

Manus vetant prius quàm penes sese habeãt, quicquam credere. Plaut. in Trucul. 19.8, Mea voluptas, si quid peccaui prius, supplicium ad hanc minam fero auri, si mihi rides. P. manus vetant, prius quàm penes sese habeant, quicquam credere. Ie ne croy rien, si ie ne voy de quoy.

Manus oculatæ. Plaut. in Asin. 5.50, Quom à pistore panem petimus, vinum ex œnopolio: si æs habent, dant mercem: eadem nos disciplina vtimur: semper oculatæ nostræ sunt manus, credunt quod vident.

Manus multas poscit hoc opus. Plin. epist. 158, Hoc opus: sed multas manus poscit. At hæ porrò non desunt: nam & in agris magna copia est hominum, & maxima in ciuitate.

Manu salutem mittunt milites. Plaut. in Pseud. 15.47, Sed in epistola nullam salutem mittere scriptã solet: s. Ita militaris disciplina est Ballio, manu salutem mittunt beneuolẽtibus: eadem malam rem mittunt maleuolentibus.

Manibus prælium facere. Sallust. in Iugurth. Romani pro ingenio quisque, pars eminus glande aut lapidibus pugnare: alii succedere, ac modo murum suffodere, modo scalis aggredi, cupere manibus prælium facere.

In manu, & in manibus esse. Vide IN manibus. & IN manus dare.

Incidere in manus. Cic. in Bruto, Nunquam enim libri illi in manus inciderunt.

Venire in manus. Sallustius in Iugurtha, Existimans Iugurtham ob suos tutandos in manus venire.

Inter manus, Est collatis simul manibus aliquem sublimem ferre. Plaut. in Mostell. Arripite hunc intrò actûtum inter manus. Cicero in Verrem, Itaque erant exitus eiusmodi, vt alius inter manus, è conuiuio, tanquan è prælio auferretur, alius tanquam occisus relinqueretur. Liuius ab vrb. cond. Inter manus domum allatus.

Inter manus, Per trãslationem, in potestate esse significat. Virg. Ante oculos, interque manus sunt omnia vestra.

Versari inter manus, In vsu esse. Cælius Ciceroni, Gener tamen, quod ad ius pertineat, didascholam quandã vt versetur inter manus, habeat. Pomponius de origine iuris: Lege Necessarium, Denique nec versantur omnino scripta eorum inter manus hominum. Et subdit, Reliquit XL volumina, ex quibus plurima inter manus versantur.

Ad manum esse. Vide AD manum.

Sub manu, Id est quod ferè esse ad latus, expeditum, promptum in vsum. Plancus Ciceroni, Adiunxi hæc, in loco eligẽdo flumen oppositum, vt haberem in quo moræ transitus esset. Voconii sub manu vt esset, per quorum loca mihi fideliter pateret iter. Prest, & en main.

Succedere ſub manus, Eſt aliquid bene, & ad optatũ contingere. Plaut. in Milite, Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotiũ. Idem in Perſa, Si quã rem accures ſobriè, aut frugaliter, ſolet illa rectè ſub manus ſuccedere.

Per manus, De main en main. Cæſar in Cõmẽt. Per manus tractus ſeruatur. Ibidẽ, Nonnullæ de muris per manus demiſſæ, ſeſe militibus tradebant. Ibidem, Per manus, ſeui ac picis traditas glebas in ignem proiiciebat.

Per manus tradita diſciplina vel hiſtoria dicitur, quæ non monumentis literarum, ſed verbo tantum traditur, & à maioribus ad poſteros ſine literis tranſmittitur. Liuius lib. v, ab vrb. cond. Etiam ſi nobis cum Vrbe ſimul poſitæ traditæque per manus religiones nullæ eſſent. Ibidẽ, Diſciplina militaris tradita per manus iam inde ab initiis vrbis. Quintil. lib. x i i, Non ea modo quæ cõſcripta ſunt hiſtoriis, aut ſermonibus velut per manus tradita, quæque quotidie aguntur noſſe: verum ne ea quidem quæ à poetis ficta ſunt, negligere.

Præ manibus, Quod habebam in manibus. Plaut. in Bacchid. Reddidi patri omne aurũ quod mihi fuit præ manibus. Que iauois entre les mains.

Præ manu, Quod vulgo dicunt Ante omnia, vel Ante manum dare, Dõner deuãt la main, Tout premierement, & deuãt toutes choſes, Auancer. Terent. in Adelphis, Atque huic paululum aliquid præ manu dederis vnde vtatur.

Tollere manus, Modus loquendi, ſignum lætitiæ ſignificans. Cic. Cæſari, Suſtulimus manus & ego & Balbus, tanta fuit opportunitas. Liuius ab vrbe cond. Dicitur manus ad cælum tollens precatus.

Plena manu, Hoc eſt abundanter & affluenter. Cic. Attico, At hercle alter tuus familiaris, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit.

Tendere manus. Cæſar in Cõmẽt. Omnes maiores natu ex oppido egreſſi, manus ad Cæſarẽ tẽdere, & voce ſignificare cœperũt ſeſe in eius fœdera ac poteſtatẽ venire. Ibidem, Hedui manus tendere, deditionẽ ſignificare. Virg. Tẽdebántque manus ripæ vlterioris amore. Liuius ab vrbe cond. Alii manus ad cælum tendere deos incuſantes. Ibidem, Supinas manus ad cælum ac deos tendẽtes. Ibidem, Reas ad Capitoliũ manus tendimus. Ibidem, Omnes manus ad conſulem tendentes, pleni lachrymarum. Cic. in Catil. Supplex manus tendit patria communis.

Manu fingere, Eſt arte, curáque formare. Metaphora ſumpta ab iis qui è cera, ſiue argilla fingunt imagines. Seneca in epiſtolis, Quædam ingenia facilia & expedita, quædam manu (vt aiunt) facienda ſunt. Tibullus lib. i, Et manibus canas fingere velle comas.

Manum ferulæ ſubducere, Eſt literas diſcere, & præceptorũ opera vti. Nã antiquitus literatores diſcipulorũ manus ferula cædebant. Vnde manũ ferulæ ſubduxiſſe dicuntur qui deſierũt in ludo literario verſari, neque iam pueri docendi, ſed vtcunque docti ſunt. Iuuenalis Satyra prima, Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus, & nos Conſilium dedimus Syllæ.

Manibus pedibúſque. Extremum conatum ſignificantes, dicimus Manibus, pedibúſque. Terent. in And. i. i. 134, Quem ego credo manibus, pedibúſque obnixe omnia facturũ magis id adeò mihi vt incommodet, quàm vt obſequatur gnato. Donatus, Manibus pedibúſque: prouerbialiter, id eſt omnibus membris. Ibidem, 4. i. 52, Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctéſque & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi.

Manum de tabula. Marcus Tullius in epiſtola quadam, Heus tu, manum de tabula: magiſter adeſt citius quàm putaremus. Videtur hac prouerbiali figura Cicero admonuiſſe vt deſiſteret à ſcribendis dicteriis. Alluſum autem apparet ad Ethionis nobiliſſimi pictoris dictum, qui cum Protogenis opus immenſi laboris, ac curæ ſupra modum anxiæ miraretur, ait omnia ſibi cum illo paria eſſe, aut illi meliora, ſed vno ſe præſtare, quòd manum ille de tabula neſciret tollere, memorabili præcepto, nocere ſæpe nimiam diligentiam. Hæc Plinius lib. 35. cap. 10. Si quãdo admonebimus, vt recedat aliquis ab opere, negotióve quod in manibus habet, iubebimus illum manum de tabula tollere.

Manum habere ſub pallio dicuntur, qui languent otio. Quintilianus lib. x i i, damnat eos qui nunquam commouentur inter agendum, ſempérque manum, quod aiunt, habent ſub pallio. Quapropter (inquit) mihi falli multum videntur, qui ſolos eſſe Atticos credunt, tenues & lucidos & ſignificãtes, ſed quadam eloquentiæ frugalitate cõtentos, ac ſemper manum intra pallium continentes. Hactenus Fabius. Sumptum eſt à geſtu Rhetorum. nam

qui languent, manum occultant ſub pallio: qui commoti ſunt, proferũt, & agitatione manus, brachiíque pronuntiabantur ea quæ contentionis pluſculum haberent.

Plus illi eſt in manu, Il eſt plus riche. Plaut. in Aſin. 3. 74. Dotalem ſeruum Sauriã vxor tua adduxit, cui plus in manu ſit, quàm tibi. Qui ha plus de quoy que toy. Et paulò pòſt, 82, Téne ego defrudem, cui ipſi nihil eſt in manu? Qui nas rien.

Manus, inſtrumentum & telum nauale dicitur, quo naues harpagonibus captæ tenentur. Lucanus lib. 1, In manibus veſtris quantus ſit Cæſar habetis.

Manus, Multitudo vel exercitus. Virg. Hic manus ob patriã pugnãdo vulnera paſſi. Plaut. in Amphit. 4. 82. Denique vt volumus, noſtra ſuperat manus.

Manu mittere ſeruum, Dare ei libertatem. Mettre hors de ſeruitude, & mettre en liberté. Nam quandiu quis in ſeruitute eſt, manui, hoc eſt poteſtati ſubditus eſt. Plaut. in Aulul. 27. 9, Igitur orabo, vt manu me mittat. Ibidem, 9. 5, Saluere iuſſi Littanum libertũ iam manu emiſſus.

Manus, Proboſcis elephanti, Le long muſeau dung elephant. Hanc, manum Latini vocant, quòd ea in decerpendo pabulo pro manu vtatur elephantus. Curtius lib. 4. de elephanto, Præcipuè terribilis illa facies erat, cum manu arma, virósque corriperẽt, & ſuper ſe regentibus traderent. Idem in eodem, Copidas vocabant gladios leuiter curuatos, falcibus ſimiles, quibus appetebant beluarum manus.

Manus, pro ſcriptura manuum aliquando accipitur. Quintil. lib. 2, Cauſſas, Caſſius, Cicero & Virgilius ſcripſerunt: ſic manus eorum docent.

Manicula maniculæ, Parua manus. Plaut. in Rud. 24. 125, Pòſt eſt ſicula argẽteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula.

Mantiola mantiolæ diminutiuum, parua manus. Neuius, Manciolis tene illis.

Manuarius manuaria manuarium, Quod ad manum pertinet. Gellius, Hoc ære, quaſi manuario collecto, cœnula parabatur.

Manuleatus manuleata manuleatum, Qui ha des manches. Manuleatam tunicam dicimus, manicas prolixiores habentem. Plaut. in Pſeud. 11. 48. Manuleatam tunicam habere hominem decet.

Manulearius manulearia manuleariũ, Qui veſtimenta maioribus manicis conficiebat. Plaut. in Aulul. 15. 39, Flamearii, violarii, carinarii, aut manulearii, aut myrobrecharii.

Manicatus manicata manicatum. Manicatam tunicam vocat Priſcianus, manicas longiores habentem.

Manubrium manubrii, n. g. Le manche de quelque inſtrument que ce ſoit. Plaut. in Aulul. 14. 12. Credo eximi ex manu manubriũ. Idem in Epid. 10. 88, Sapientior eſt, vt malo hærens manubrio mulier.

Manubiæ manubiarum, pluraliter tãtum legitur. Præda ex hoſtibus capta. Deſpouillẽ des ennemis. Aſconius ſcribit, manubias prædas imperatorũ pro portione de hoſtibus capta. Spolia quoque quæſita de hoſte nobili per deditionẽ, manubias veteres dicebant, de quibus quod vellent facerent. Cic. in Verrem, act. 3, Dubitamus quid iſte in hoſtium præda molitus ſit, qui manubias ſibi tantas ex L. Metelli manubiis fecerit? qui maiore pecunia quatuor columnas dealbandas, quàm ille omnes ædificandas locauerit? Idem pro Archia poeta, Iam verò ille qui cum AEtolis Ennio comite bellauit Fuluius, nõ dubitauit Martis manubias muſis cõſecrare. Nonius Marcellus, Manubias à præda hoc diſtare veteres exiſtimauerunt, vt ſit præda, corpora ipſa rerum quæ capiũtur: Manubiæ verò pecuniæ ex præda vendita redactæ: & ſic apud plurimos. Nam & M. Tulliũ de lege Agraria ita ſenſiſſe exiſtimauerũt. Feſtus, Manubiæ Iouis tres eſſe dicũtur, quarum vnæ ſunt minimæ, quæ moneant, placidæque ſint. Alteræ, quæ maiores ſunt, ac veniant cum fragore, diſcutiántque aut diuellant quæ à Ioue ſint, & conſilio deorum mitti exiſtimentur. Tertiæ his ampliores, quæ cum igne veniant: & quanquam nullum ſine igne fulgur ſit, hæ propriam differentiam habeant, quòd aut adurant, aut fuligine deforment, aut accendant, quæ ſtatum mutent deorũ conſilio ſuperiorum.

Manubialis & hoc manubiale, Quod ad manubias pertinet. vt manubialis pecunia, Argent que on a receu de la vente des deſpouilles. Suet. in Aug. cap. 30, Quo autem facilius vndiq; vrbs adiretur, deſumpta ſibi Flaminia via, Arimino tenus munienda, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ſternendas diſtribuit.

Manubinarius manubinaria manubinarium, Manubiarũ particeps. Plaut. in Truc. 18. 26, Vbi domi metues malum, fugito huc ad me ſaltem, amicus mihi eſto manubinarius.

MAPALIA mapaliorum, Punica lingua agreſtes caſæ dicuntur. Feſtus, Mapalia, caſæ Pœnicæ appellantur, in quibus quia nihil eſt ſecreti, ſolet ſolutè viuentibus obiici id vocabulum. Cato lib. 4. Originũ, Mapalia vocantur vbi habitãt: ea quaſi cohortes rotundæ ſunt. Loges.

MAPPA, mappæ, f. g. Quæ ſuper menſam ſternitur, quòd manibus pendeat dum ſumus in menſa. Vne nappe. Plin. lib. 19. cap. 1, Inuentum iam eſt etiam quod ignibus non abſumeretur. Viuũ id vocãt, ardentéſque in focis conuiuiorũ ex eo vidimus mappas ſordibus exuſtis, ſplendeſcentes igni magis quàm poſſent aquis. Villoſæ mappæ apud veteres in pretio fuerunt. Vnde Martialis, Nobilius villoſa tegunt tibi lintea citrum.

Mappum, neutro genere etiam legitur.

MARATHRVM marathri, herba quam Latini fœniculum vocant.

MARCEO marces, marcui, marcere, Putrere, Eſtre pourri, & puant de pourriture.

Marceſco marceſcis, marceſcere, Putreſcere, Se pourrir.

Marcidus marcida marcidum, Putridus, pourri.

Marcidus ſomno. Plin. in Paneg. 107, Quotuſquiſque principum antecedentium, honorem iſtũ aut conſulatui habuit, aut populo? Non alii marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur?

Marcor marcoris, m. g. Putredo: pourriture. Plin. Si ferri vel calydis aliqua rubigo, vel panni marcor affuerit.

MARCIPOR marciporis, m. g. Marci puer, hoc eſt famulus, inquit Feſtus. Sic Publipor, Lucipor, & huiuſmodi. Plin. lib. 33. Singuli Marcipores, Luciporéſve dominorum gentiles, victum in promiſcuo habebant. Quibus verbis ſignificat Plinius priſcos Romanos ſingulis ſeruis cõtentos fuiſſe: quare Marcipores quaſi Marci pueri vel Lucii vocabantur, quaſi mini ſtri & aſſeclæ, vt Græci θεράποντας vocant ſeruos. Fabius in primo, In ſeruis iam intercidit genus illud nominis quod ducebatur à domino, vnde Marcipores, Publipores.

MARE, maris, n. g. La mer.

Mare cælo miſcere. Eſt omnia tubare, nihílque non facere. Liuius, Quid eſt quòd cælo terrã, terræ cælũ miſceant? Iuuenalis, Licet & mare cælo confundas, homo ſum. Virg. in. v, de Iunone omnia tentãte, Maria omnia cælo Miſcuit.

Mare, aliquando pro quacunque grandiori aqua vſurpatur.

Mare acerrimũ meretrix. Plaut. in Aſin. 4. 9, Nam mare, haud eſt mare, vos mare acerrimũ.

Mare, terra, cælum, di veſtram fidem, ſatín ego oculis planè video? Plaut. in Trinũm. 14. 61, Exclamatio eſt perturbati & perterriti animi.

Mari terráque quærere. Plaut. in Pœnulo, 2. 105, Sed pater illarum Pœnus, poſtquã eas perdidit, mari, terráq; illas vſquequaq; quæritat. Par mer & par terre. par tout. de toutes pars.

Marinus marina marinum, Quod mare incolit, vel quod in mari eſt, vt piſcis marinus.

Maritimus maritima maritimũ, Quod ad mare incolit, vel quod ad mare eſt, vel quod ad mare ſit, Vt ora maritima, gens maritima, bellum maritimum, Qui eſt pres de la mer, ou demeure aupres de la mer, ou ſe fait aupres de la mer, & ſur la mer.

Maritimi mores. Plaut. in Ciſtell. 5. 11. Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit id oſtentat: maritimus moribus mecum experitur, ita meum frangit amantẽ animum. Id eſt, Periculum de me facit eiuſmodi, cuiuſmodi cum mare iactatur, variis fluctibus. Il faict auec moy comme la mer faict.

Maritima vita. Plaut. in Bacchid. 5. 107. Cenſebam me effugiſſe à vita maritima, ne nauigarem tandem hoc ætatis ſenex.

Maritimus, Quod maris eſt, vt fluctus maritimi, Les flos de la mer. Plaut. in Rud. Fluctus maritimos.

MARGA margæ, Quid ſignificet, Plinius his verbis declarat lib. 17. cap. 6, Alia eſt ratio, quam Britãnia & Gallia inuenêre alẽdi eam ipſa, quod genus vocãt margam. Spiſſior vbertas in ea intelligitur. Eſt autem quidã terræ adeps, ac velut glãdia in corporibus, ibi denſante ſe pinguitudinis nucleo.

MARGARITA, margaritæ, Vne perle. Plin. lib. 9. cap. 35, Principium ergo, culmẽque omnium rerũ pretii margaritæ tenent. Ibidem, Dos omnis in candore, magnitudine, orbe, leuore, pondere. haud promptis rebus in tantũ vt nulli duo reperiantur indiſcreti: vnde nomen vnionum Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. Plura de margaritis in eodem capite.

Margaritum margariti, n. g. Idem. Tacitus de vita Iulii agricolæ, Ferè Britannia aurum & argentum & alia metalla gignit, & oceanus margarita, ſed ſuffuſca & liuentia.

Margaritarius margaritarii, m.g. Vng marchant de perles.

Margaritifera margaritiferæ, Quæ fert margaritas. Plin. Concharum genera & quæ margaritiferæ cochleæ.

Margarida margaridæ, palmæ genus, à margarita nomen trahens. Plin. lib. 13. cap. 4, At in meridiano orbe præcipuam obtinent nobilitatem ſyagri, proximámque margarides. eæ breues, candidæ, rotundæ, acinis quàm balanis ſimiliores. Quare & nomen à margaritis accepere.

MARGO marginis, communis gen. Folii extremitas, Le bort dune fueille, la marge.

Margo, Cuiuſlibet rei etiã extremitas dicitur, vt ripa agri nõ culti. Ouí. lib. 1. Metamorph. Longo margine dixit. Iuuenalis, Plena iam margine libri.

MARISCA mariſcæ, ficus inſipida dicitur. Plin. lib. 15. cap. 18, Ficos mariſcas in loco cretoſo aut aperto ſerito. Cato de re ruſtica. cap. 8. Ficos mariſcas in loco cretoſo & apricó ſerito.

Mariſcas quidam dicunt eſſe ficus, quæ præ pinguedine aperiantur, ſeménque oſtendant. Columella, Purpureáque chelidoniæ, pinguéſque mariſcæ. Mart. Donaſti Lupe rus Subinde nobis legitur, nec boletus hiare, nec mariſca ridere.

Mariſca, Genus morbi, ad ſimilitudinem fici. Iuuenalis, Cæduntur tumidæ medico ridente mariſcæ.

Mariſcum mariſci, n.g. vel mariſcus, m.g. Genus iunci. Plin. lib. 21. cap. 18, Similia præcipit de iunco, quem mariſcon appellant ad texendas tegetes, & ipſum Iunio menſe eximi, ante Iulium medium præcipiens.

MARITVS mariti, m.g. Vxoris vir, Vng mari. Dictus quòd ſit mas. Plaut. in Caſina, 25. 5, Quid agis tu marite, mi vir? vnde ornatu hoc aduenis?

Maritus eſt. Plaut. in Caſina, 6. 12, Sed vtrum nunc ea cœlibem te mauis eſſe liberũ: an maritum ſeruũ ætatem degere & natos tuos? Idem in Epid. 8. 25, Ipſe meo in colo tuus pater crumenam collocauit: is adornat veniẽs, vt domi extemplo maritus fias. Que tu ſoies marié. Plin. epiſt. 144. a, Intra quartum & viceſimum annum maritus: & ſi deus adnuiſſet, pater. Plaut. in Caſina, 18. 3, Nam nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo rus proſequi. Maritæ, mulieres nuptæ. Ouid. lib. 2. Faſt. Dura cum ſorte maritæ Reddebant vteri pignora rara ſui.

Maritus de arboribus etiã dicitur. Plin. lib. 14. cap. 1, Iam in Cãpano agro populis nubunt vites, maritáſque cõplexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato curſu ſcandentes, cacumina æquant.

Marito maritas, maritare, Marier. Suet. in Auguſt. Veſp. cap. 14, Vitellii hoſtis ſui filiam ſplẽdidiſſimè maritauit, dotauítque etiam, & inſtruxit.

Maritare, de arboribus etiam dicitur, & vitibus. Columella lib. 4. cap. 22, Attamen cum eſt vtique vinea recidenda, prius ablaqueare, deinde paulum infra terram conuenit amputare, vt ſuperiecta humus vim ſolis arceat, & è radicibus nouellos prorumpentes caules trãſmittat, qui poſſint vel ſua maritare ſtatumina, vel, ſiqua ſunt vidua, in propinquo propaginibus veſtire. Idem lib. 3, Sexto anno iam videbitur firma, maritabitur hoc modo. De arbore loquitur. Idem lib. v, Et ideò maritandis arboribus nemo minorẽ pedanea ſcrobem vitibus comparat.

MARMARITIS, marmaritidis, f.g. Herba, de qua Plinius lib. 24. cap. 17, Aglaophotin herbam, quæ admiratione hominũ propter eximium colorem acceperit nomen, in marmoribus Arabiæ naſcentẽ Perſico latere. Qua de cauſſa & marmariti den vocari. Magos vtique ea vti, cum velint deos euocare.

MARMOR marmoris, n.g. Marbre. Vide Plinium lib. 36. cap. 7.

Marmoreus marmorea marmoreum, Quod ex marmore eſt.

Marmoratus marmorata marmoratum, Quod ſuperficiem tantum ex marmore habet. Qui eſt couuert & enduit de marbre.

Marmoratum ſubſtantiuè dixit Varro lib. 3. de re ruſtica, Intrinſecus quaſi leuiſſimo marmorato, toti parietes ac cameræ oblinũtur, & extrinſecus circum feneſtras, ne mus aut lacerta adrepere ad columbaria poſſit.

Marmoro marmoras, marmorare, Ex marmore conſtruere.

Marmoratio marmorationis, f.g. Ex marmore conſtructio. Apul. lib. 3. Flor. Quid igitur ſupereſt ad ſtatuæ meæ honorẽ? pauimenti marmoratio, nec pro ſcenæ cõtabulatio, nec ſcenæ

columnatio, ſed nec culminis æris pretium, & artificis miniſterium, quæ mihi ne in mediocribus quidem ciuitatibus inique defuere.

MARRA, marræ, Ferreum inſtrumentum. Columella lib. x 1, Contundat marræ, vel fracti dente ligonis. Iuuenalis, Ne marræ & ſarcula deſint.

MARRVBIVM marrubii, n.g. Herba de qua Plinius lib. 20. cap. 22, Marrubiũ pleríque inter primas herbas cõmendauêre, quod Græci praſion vocãt, alii linoſtrophon, nõnulli philopeda aut philochares, notius quàm vt indicandum ſit. Huius folia ſeménque contrita proſunt contra ſerpentes, pectorum & láteris dolores, tuſſim veterem.

MARS martis, m.g. Apud gentiles deus belli creditus. Dictus quòd maribus in bello præſit. Cic. Philipp. 14, Etenim Mars ipſe ex acie fortiſſimum quenque pignorari ſolet. Idem pro Milone, Adde caſus, adde incertos exitus pugnarum, Martémque communem, qui ſæpe ſpoliantem iam & exultantem euertit, & perculit ab abiecto.

Mars, pro bello interdum ponitur. Liuius, Aliquãdiu ibi Marte incerto, varia victoria pugnatum fuit.

Noſtro Marte, Id eſt, noſtropte ingenio, propriiſque viribus rem aliquam peragere. aut etiã noſtro periculo rem aliquam peragere. Cic. de off. tertio, Hanc igitur partem relictam explebimus, nullis adminiculis, ſed vt dicitur, noſtro Marte. Idem in Verrẽ, act. v, Huius argento domos veſtros, huius ſignis & tabulis foris, comitiúmque ornari? præſertim cum vos veſtro Marte his rebus omnibus abundetis?

Martius Martia Martiũ, Quod ad Martem pertinet. vt Martia auis. Ouid. Martia picus auis gemino pro ſtypite pugnat.

Martius menſis dictus eſt primus menſis anni: quoniam Romulus primũ anni menſem genitori ſuo dicauit. Ouid. À te principium Romano dicimus anno, Primus de patrio nomine menſis erit.

Martius campus, Romæ dictus eſt, quòd Marti conſecratus eſſet. Liuius, Ager Tarquiniorũ qui inter vrbem & Tyberim erat conſecratus Marti: Martius deinde campus fuit.

Martialis & hoc Martiale, Qui natus eſt ſub Marte ſtella: Vel qui Marti ſeruit. Cic. pro A. Cluentio, Martiales quidam Larini appellabantur miniſtri publici Martis, atque ei deo veteribus inſtitutis religionibúſque Larinatium conſecrati.

Martigenus martigena martigenum. Plaut. in Amphit. 15. 14, In noſtro olim Thebano genere pluſquam mira memorant. Martigenã ille aggreſſus belluam magnus Europæ quæſtor, anguineo repente hoſtes peperit ſeminio.

MARSVPIVM, marſupii, n.g. Sacculus nummorum. Vne gibbeciere, ou bourſe. Græcè μαρσύπιον. Plau. in Caſ. 10. 54, Tene marſupiũ: abi, atque obſona, propera. Idem in Amphit. 16. 40, Vt bene nummatum ſeruaretur marſupium. Idem in Epid. 5. 3, Acutum cultrum habeo, qui ſeni exenterem marſupium. Cato de liberis, Et quod perſpicuum eſt, maiorem curam habere marſupii, quàm vitæ noſtræ.

MARTYR martyris, cõm. g. Latinè teſtis dicitur.

MAS maris, m.g. Vng maſle.

Maſculus maſculi, m.g diminutiuum, Vng petit maſle. Plaut. in Ciſtell. 10. 40, Bona fœmina, & malus maſculus hic te volunt.

Maſculus pro forti aliquãdo accipitur, vt vult Nonius. Varro, Si non plus teſticulorũ offenderis quàm in caſtrato pecore in Apulia, vincor non eſſe maſculum ad rem.

Maſculinus maſculina maſculinum, Qui eſt maſle. Plin. lib. 18. cap. 13, Genera eorum Græci duo prima fecêre, maſculinum, fœmininúmque, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine.

Maſculina & fœminina vocabula dici melius eſt ſecundum Græcorum quoque conſuetudinem, inquit Feſtus.

Maſculeſco maſculeſcis, maſculeſcere, Maſculum fieri. Plin. lib. 18. cap. 13. de rapis & napis loquens, Genera eorum Græci duo prima fecere, maſculinum, fœmininúmque, & ea ſerendi modo ex eodem ſemine. Denſiore enim ſatu maſculeſcere, item in terra difficili.

MASPETVM maſpeti, Folium laſerpitii. Plin. lib. 19. cap. 3, In ea laſerpitium gigni ſolitũ, rem feram ac cõtumacem: & ſi coleretur, in deſerta fugientẽ: radice multa, craſſaque, caule ferulaceo, haud ſimili craſſitudine. Huius folia maſpetũ vocabant, apio maximè ſimilia.

MASPITER, quaſi Martis pater.

MASTICHE maſtiches, f.g. vel vt alii, maſtice, abſque h aſpiratione: Lachryma eſt quam Lentiſcus arbor gummi modo ſudat. Plin. lib. 12. cap. 17, Sed maſtiche quoque gemina eſt:

quoniam & in Asia Græciáque herba reperitur è radice folia emittens. Et paulò pòst, Laudatissima autem Chia, candida, cuius pretium in libras xx, nigræ verò xii. Chia è Lentisco traditur gigni, gummi modo.

MASTIX, mastigis, f.g. Flagellum, scutica. Vng fouet. à verbo græco μαστίγω, flagello. Vnde Homeromastix, qui contra Iliadem & Odysseam Homeri scripsit.

Mastigophorus mastigophori, Qui agonothetas in sacris certaminibus comitabatur. Mastigophori, id est flagelliferi, erãt lictores agonothetarum, ad submouendam turbam & cohibendas seditiones.

Mastigia mastigiæ, m.g. Verbero, verberibus dignus. Plaut. in Amphit. 14.18, Ita ego te certo cruce & cruciatu mactabo. exi foras mastigia. Ibidem, 15.36, Si illum datur hodie mastigiam apprehendere, ostendam quid sit herum fallere, minis & dolis incessere.

Mastigeus mastigei, Idem. Apud Plautum in Trinũmo, 13.118, legitur, Aggrediundus est hic homo mastichæus. fortasse legendum mastigeus, cum mastigis in genitiuo facit mastix. & mastiche mastiches aliud significet.

MASTRVCA, mastrucæ, vestis qua Sardi vtuntur. Cic. pro Scauro, Quem purpura regalis non commouit, eum Sardorum mastruca mutauit.

Mastrucatus mastrucata mastrucatum, Qui mastruca vtitur. Plaut. Mastrucatus & plenus puluere. Cic. de prouinciis consularibus, Res in Sardinia cum mastrucatis latrunculis à proprætore vna cohorte auxiliaria gesta.

MASTVS masti, græcè μαστὸς, latinè mamma dicitur: & propriè animalium est. Hinc tubuli mammati seu mammæ in balneis & fontibus intelliguntur: quas Victruuius lib. 7, mastos græca voce nominauit. Athenis, inquit, ex huiusmodi locis & fontibus masti vsque ad portũ Pyrrheum ducti sunt salientes. Eas Varro libro de re rustica, papillas conuertit.

MATELLA matellæ, f.g. diminutiuum à matula. Est aquarium vas, inquit Nonius. Plaut. in Amphit. Nec tu postules matellã vnam tibi aquæ infundi in caput. Varro Endymionib⁹, Diuitum aphocaschias ad communem reuocat matellam.

Matella, Vng pot a pisse. Mart. Dispeream, si tu Pyladi præstare matellam Dignus es.

Matellio, matellionis, fœ. g. Diminutiuum à matula, inquit Varro de lingua latina, & Festus. Varro de vitis patrum, Postularet truelleum, matellionem, peluim.

MATEOLA mateolæ, Genus est marculi. Cato de re rust. cap. 46, Cum taleam demittes, pede tantum opprimito: si parum descendit, malleolo, aut mateola adigito: cauetóque ne librum scindas cum adiges.

MATER, matris, f.g. Mere. Cic. pro A. Cluẽtio, Nã Sassia mater huius Habiti. mater enim à me nominis caussa, tametsi in hunc hostili odio, & crudelitate est, mater inquam appellabitur: neque vnquam illa ita de suo scelere & immanitate audiet, vt naturæ nomen amittat.

Mater (inquit Nonius) quæ quoduis animal partu edit. Virg. libro quarto georg. Mater Cyrene mater.

Mater, nutricem aliquando significat, Nonio interprete. Plaut. in Menæh: Ita forma simili pueri, vt mater sua nõ internosse posset, quæ mammam dabat, neque adeò mater ipsa quæ illos pepererat. Virg. lib. 8. AEneid. Geminos huic vbera circùm Ludere pendentes pueros, & lambere matrem.

Matercula materculæ, Diminutiuũ à mater. Cic. pro L. Flacco, Nunc denique materculæ suæ festiuus filius aniculæ minimè suspicioſum purgat se per epistolam. Horat. in epist. Dum pueris columis pater & matercula pallet.

Maternus materna maternum, Quod est matris.

Materfamiliâs, genitiuo matrisfamiliâs, genitiuus græcus, ad imitationem Græcorum, qui fœminorũ in a purum desinentium genitiuos in as mittunt. Dicimus tamen & materfamiliæ & materfamiliarũ. Est autem materfamiliâs (vt docet Gellius lib. 18. cap. 6,) ea sola quæ in mariti manu mãcipióque est, aut in eius in cuius maritus manu, mãcipióque esset: quoniã nõ in matrimonium tãtum, sed in familiam quoque mariti, & in sui hæredis locum veniisset. Festus, Materfamiliæ nõ antè dicebatur, quàm vir eius paterfamiliæ dictus esset. nec possunt hoc nomine plures in vna familia, præter vnam appellari. Alii matremfamiliâs dicunt esse eam quæ honestè & cum dignitate viuit. Vlpianus, Matremfamiliâs à cæteris fœminis mores discernunt atque seperant. proinde nihil interest nupta sit an vidua, ingenua sit an libertina. nam neque nuptiæ neque natales faciunt matremfamiliâs, sed boni mores. Idem, Matrẽfamiliâs cum audis, accipe notæ authoritatis fœminam.

Mater matuta, Aurora dicitur.

Matermatrima dicitur quæ cum mater ſit, adhuc habet matrem viuentem.

Matrona matronæ, dicitur (inquit Gellius lib. 18. cap. 6) quæ in matrimonium cum viro conuenit, quoad in eo matrimonio manet, etiã ſi ſibi liberi nondum nati ſint. Dictáque eſt à matris nomine, non adepto iam, ſed cum ſpe & omine mox adipiſcendo. Vnde ipſum quoq; matrimonium dicitur. Plaut. in Caſ. 13. 22, Non matronarũ eſt officium, ſed meretricum, viris alienis, mi vir, ſublandirier.

Matronalis & hoc matronale, Quod matronæ eſt. Plin. epiſt. 111. a, Nondum annos quatuor decim impleuerat, & iam illi anilis prudentia, matronalis grauitas erat.

Matrimonium matrimonii, n. g. Maris & fœminæ cõiugatio. Mariage. Plin. epiſt. 219, Eóque magis liberos concupiſco, quos habere etiam illo triſtiſſimo ſeculo volui, ſicut potes, duobus matrimoniis meis credere.

Matertera materteræ, Matris ſoror, quaſi mater altera. Plaut. in Curc. 14. 4, Pater iſtum meus geſtauit. PL. at pol mea matertera, mater ei vtendum dederat.

Matruelis, huius matruelis, Idem quod matertera. Et matrueles dicũtur filii, & filiæ materteræ.

Matreſco matreſcis, matreſcere, Matri ſimilem fieri. Pacuuius, Vtinam nunc matreſcam ingenio, vt meum patrem vlciſci queam.

Matrix matricis, f. g. Fœmina quæ fœtus gratia tenetur. Columella, Sint ergo matrices robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus. Suet. in Auguſto, Ex ea arbore cõtinuò nata ſoboles, adeò paucis diebus adoleuit, vt non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret. Matricem arborem dicit, ex qua ſtolones ſuccreuerunt.

Matricem medici accipiunt pro vtriculo qui in fœminis iunctus eſt veſicæ, quæ ad progenerandum apta eſt.

Matricîda matricídæ, Qui matrem occîdit. Cic. de aruſp reſponſis, Non ſunt illi eiulatus & gemitus Philoctetæ tam miſeri (quanquã ſunt acerbi) quàm illa exultatio Athamantis, & quàm ſomnium matricidarum.

Matralia matraliorum, Matris matutæ feſta.

MATERIA materíæ, vel materies materiei, fœm. g. Eſt qua aliquid fit. Matiere de quoy on faict quelque choſe. Vt materia libri, membrana & atramentum.

Materies non ſuppetit, Ie nay de quoy faire laffaire. Plaut. in Epid. 2. 35, Tum ille prognatus Theti, ſine perdat: alia apportabunt ei Nerei filiæ. Id modo videndũ vt materies ſuppetat ſcutariis: ſi in ſingulis ſtinpendiis ad hoſteis exuuias dabit.

Materia libri, Hypotheſis ipſa. Horat. Sumite materiã veſtris, qui ſcribitis, æquam Viribus. Plin. epiſt. 179, Illi enim & copioſiſſimum ingenium, & par ingenio materia: quam tam varietas rerum, quàm magnitudo largiſſimè ſuppetebat. Suet. de claris grãmat. 17, Ad exercitanda diſcentium ingenia æquales inter ſe committere ſolebat, propoſita non ſolũ materia quam ſcriberent, ſed & præmio quod victor auferret. Plaut. in Milite, 17. 4, Nunquã ego tam ſenſi amarí, quàm nũc ab illa muliere. PA. quid iam? PY. vt multa verba fecit! vt lenta materies fuit! Que la matiere, le proces, ou propos dura long temps. Plin. epiſt. 210. a, Incidi in materiam verã, ſed ſimilimam fictæ, dignámque iſto lætiſſimo, altiſſimo, planéque poetico ingenio.

Materia benefaciendi. Plin. in Paneg. 61, Delibaſſe quædam, ſeu potius demonſtraſſe contentus, largam, ac propè intactã benefaciendi materiã filio reſeruauit. Idem epiſt. 159. c, Hoc tunc votum ſenatus, hoc præcipuum gaudium populi, hæc liberalitatis materia gratiſſima, ſi Pallantis facultates adiuuare publicarum opum egeſtione contingeret.

Materia domus, Calx, lapides, ligna, tegulæ.

Materiæ appellatione, ligna omnia cõprehendũtur: quòd Græci ὕλην & ſyluam & materiem vocent. Du marrien, toute ſorte de bois a edifier ou faire aultre choſe. Liuius, Multã materiam ceciderat miles. Cato de re ruſtica, cap. 17, Robur & materies item pro ridica, vbi ſolſtitium fuerit ad brumam, ſemper tempeſtiua eſt. Quæ materies ſemen habet, cum maturum ſemen habet, tum tempeſtiua eſt. Idem, cap. 31, Prelum de ſapino atra potiſſimũ facito. At vlmeam, pineam, nuceam, hanc atque materiem omnem cum effodies, Luna decreſcente eximito poſt meridiem ſine vento auſtro.

Materiem pro ligno quod eſt inter corticem accipit Columella lib. 3. dicens, Quaſi cuneum ferreum vel oſſeum inter corticem & materiem lente dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem.

Materia, palmes qui de nouello naſcitur, & in tenero alligatus dependet. Columella lib. v. cap. 6, Alterum eſt genus palmitis quod de nouello naſcitur, & in tenero alligatum dependet (materiam vocamus) ea & fructum & noua flagella leue procreat. & iam, ſi ex vno capite duæ virgæ ſummittantur, tamen vtraque materia dicitur.

Materiarius materiarii, Faber lignarius, vel qui materiam præſtat. Vng charpentier, ou bucheron. Plaut. in Mili. 12.46, Adſunt fabri, architectiq, eam quidē ad rem haud imperiti. A. ſi non nos materiarius remoratur, quod quidem opus eſt, noui indolem noſtri ingenii, citò erit parata nauis.

MATERIS, huius materis, fœ. g. Teli genus poſt lanceam longius. Siſenna, Gallia materibus, Sueui lancibus configunt.

MATHESIS, huius matheſis, fœ. g. vel mathema mathematis, Græcè μάθησις, μαθήσιος, vel μάθημα, μαθήματος, Latinè diſciplina dicitur. Ad diſciplinam ſpectāt geometria, muſica, arithmetica, aſtrologia. Et hæ mathematicæ ſciētiæ, diſciplinæ dicuntur, eò quòd diſcantur planè, & per demonſtrationem quandam percipiantur. Philoſophia verò, logica, cū aliis, non dicuntur diſciplinæ: quia non firmiſſima demonſtratione vt illæ, ſed ratione quadam & ſtudii inueſtigatione percipiuntur. Aliâs Mathematici vocantur genethliaci, aſtrologique, & qui Chaldæi vocātur, quorū ars eſt vt naturas hominum ex vultus inſpectione pronūtiēt.

MATRESCO, Matrimonium, Matrix, Matricîda, Matrona, Vide poſt MATER.

MATTA, mattæ, Storia vel teges, in quibus ſtuppa, vel fœnum, vel lanæ rudiores, aut aliud aliquid ſimile infertum eſt, fiúntque interdū è canabi, aut ſcirpo. Ouid. At dominus, diſcedite, ait, plauſtróque morantes Suſtulit, in plauſtro ſcirpea matta fuit.

MATVLA matulæ, f. g. Vng pot a eaue, ou pot a piſſer. Plaut. in Moſtell. 6.38, Iam hercle ego vos pro matula habebo, niſi matulam datis.

Matulam pro meticuloſo vanóque accipere videtur. Plaut. in Perſa, 15.67, Tacén', an non taces? nunquam ego te tam eſſe matulam credidi. quid metuis?

MATVRVS matura maturum, Propriè de frugibus dicitur, quod neque crudum, neque mite, neque caducum, neque nimium coctum, ſed in tempore temperatum prouenit, vt poma matura. Meur. Cic. de Senect. 65, Et quaſi poma ex arboribus ſi cruda ſunt, vi auelluntur: ſi matura & cocta, décidunt.

Maturus, per tranſlationem pro ſene quandoque accipitur. Virg. AEui maturus Aceſtes.

Maturum malum. Plaut. in Pſeud. 5.6, Mittam hodie huic ſuo die natali malam rem magnam & maturam.

Maturum tempus mortis. Cic. de Senect. 69, Quod cum euenit ſatietas vitæ, tempus maturū mortis affert.

Maturitas maturitatis, f. g. Meurté. Cic. de Senect. 30, Vt enim infirmitas eſt puerorum, & ferocitas iuuenum, & grauitas iam cōſtantis ætatis: ſic ſenectutis maturitas naturale quoddam habet quod ſuo tempore percipi debeat.

Maturè, aduerbium, Celeriter, ſiue tempeſtiuè. Soudainement, ou de bonne heure. Terent. in Eunuch. 2.1.2, Fac ita vt iuſſi, deducantur iſti. P. faciam. PH. at diligenter. P. fiet. PH. at maturé. P. fiet. Legierement. Ibidem, 5.4.11, Quo modo adoleſcentulus meretricum ingenia & mores poſſet noſcere. maturè vt cum cognouit, poſtea oderit. Donatus, Maturè, citò, & ante tempus. Plaut. in Curcul. 8.10, Qui homo maturè quæſiuit pecuniam, niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Il ha de belle heure fain aux dens. Cic. pro A. Cecinna, Sed hunc fructum maturè fortuna ademit. nam breui tempore M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt.

Maturè facere oculis. Plaut. in Milit. 13.43, Viden' tu illam oculis maturè facere, atque aucupium auribus? Vois tu comment quelle ſauance de regarder & deſcouter?

Maturiſſimè. Cic. pro A. Cecinna, Nā vt quæque res eſt turpiſſima, ſic maximè & maturiſſimè iudicanda eſt. Meurement, ſans ſoy haſter trop.

Maturo maturas, maturare, Maturum facere. Cic. in Catone, 48, Primò eſt peracerba guſtatu: deinde maturata dulceſcit.

Maturare, Perficere. Quintil. Nam ipſe eos nondum opinabar ſatis maturauiſſe: quibus cōponendis, vt ſcis, paulò plus quàm biennium impendi.

Maturare, Accelerare, ita vt adhibeatur induſtriæ celeritas, & diligentiæ tarditas, ex quibus duobus cōtrariis fit maturitas, vt neque aliquid citius, neque ſerius fiat. Auācer, & haſter. Plaut. in Epid. 13.27, Opperire, dū affero ad te argētū. D. matura. Terē. in Heaut. 3.1.87, Quod ſenſiſti illos me incipere fallere, id vt maturent facere. Idem in And. 4.2.32.

Tu Myſis dum exeo, parumper operire me hic. M. quapropter? D. ita facto eſt opus. M. matura. D. iam inquam hic adero. Plancus Ciceroni, lib. x. epiſt. Cum Iſaram flumen vno die ponte effecto exercitum traduxiſſem, pro magnitudine rei celeritatem adhibens, quod petierat per literas ipſe, vt maturarē venire, præſto mihi fuit ſtator eius cū literis. Virg. Frigidus agricolam ſiquādo detinet imber, Multa, forent quæ mox cælo properare ſereno, Maturare datur. Idem, Maturate fugam. Salluſt. Antonius Catilinā cum exercitu perſequi maturet. Liuius lib. x, Inde comitiorum cauſſa Romam profecturus maturauit.

Maturatè, aduerbium, Haſtiuement. Plaut. in Milite, 14. 100, Iube maturatè illam exire huc. Maturatè properare. Plaut. in Pſeud. 20. 50, At maturatè propera. nam propero. vides iam diei multum eſſe.

Matureſco matureſcis, maturui, matureſcere, Maturum fieri, Meurir, & deuenir meur. À matureo deriuatur. Plin. lib. x i, Cum mella cœperint matureſcere, abigunt fucos. Columella lib. 4, Nam & quæ matureſcere incipiunt, tempeſtiuè leguntur: & quæ nondum maturitatem ceperunt, vuæ ſine diſpendio differuntur.

MATVTA, matutæ, Aurora à noſtris dicitur, à Græcis λευκόθεα. Cic. Tuſcul. lib. 1, Quid Ino Cadmi filia? nónne λευκόθεα nominata à Græcis, matuta habetur à noſtris? Dicta eſt quòd matutino tempori præſit.

Matutinus matutina matutinum, Tempus matutinum, Le matin.

Matutinus pro mane. Virg. Nec minus AEneas ſe matutinus agebat. Matineux.

MAXILLA maxillæ, f. g. La machoere. Diminutiuum à mala, vt putauit Priſcianus. Verùm Mala à maxilla fit per detractionem literæ mediæ, authore Cicerone in libro Oratore ad Brutū. Quomodo enim (inquit) veſter Axilla, Ala factus eſt, niſi fuga literæ vaſtioris? quā literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, conſuetudo elegans latini ſermonis euellit.

Maxilla, In qua fixi ſunt dentes. Quanuis etiam de parte exteriore quandoque dicatur, quæ barbam emittit. Perſius, Tu, cum maxillis balanatum gauſape pectas, Inguinibus quare detonſus gurgulio extat?

Maxillaris & hoc maxillare, Appartenant a la machoere. Vt dens maxillaris, qui & molaris. La dent macheliere. Plin. lib. 32, Maxillaréſque ita ſanari dentes præcipuè putant.

MAXIME, aduerbiū ſuperlatiui gradus, à magnus, Treſſort, Beaucoup, Moult, Grādemēt. Vt maximè doctus. Cic. Lentulo, Vel etiam id quod mihi maximè libet. Idem de Amicitia, 68, Maximè naturalis.

Maximè liberaliſſimus. Cic. Attico, lib. x i, Siue hāc aberrationē à dolore delegerim, quæ maximè liberaliſſima, doctóque homine digniſſima, laudari me etiam oportere.

ME, pro mihi (inquit Feſtus) dicebant antiqui. vt Ennius, cum ait libro ſecūdo, Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis. &c.

MEAPTE, Id eſt, mea propria. Terent. in Heaut. 4. 3. 8, Ita me di ament, vt ego nunc non tam meapte cauſſa lætor, quàm illius.

MEATVS, meatus. Vide MEO meas.

MECASTOR, Iuſiurandi aduerbium. Feſtus, Mecaſtor & Mehercules, iuſiurandum erat: quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules. vt ſubaudiatur iuuet. Terent. in Eunuch. 1. 2. 8, O ſalue Parmeno. SY. ſalue mecaſtor Parmeno. Donatus, Olim ſalutantes addebant iuſiurandum, vt hoc ſcdulò facere viderētur. ME, aut adiectio eſt, & abundat: aut poſitum eſt pro μὰ ſyllaba, vt Græci μὰ τὸν ἀπόλλονα dicunt.

MECHANICVS mechanici, m. g. Faber, opifex eorum operū quæ ingenio ſimul ac manibus fiunt. ἀπὸ τῆς μηχανῆς, quod inuentionem ſignificat. Suet. in Veſp. Auguſto, cap. 18, Mechanico quoque grandes columnas exigua impenſa perducturum in Capitolium pollicēti, præmium pro commento non mediocre obtulit.

Mechanicus mechanica mechanicum. Vt ars mechanica, id eſt fabrilis.

MECOENAS mecœnatis, m. g. Propriū nomen Tuſci equitis clariſſimi, & apud Auguſtū potentiſſimi: ad quem Virgilius & Horatius opera ſcripſerūt. Mirè fauit ingeniis. Horat. Mecœnas atauis edite regibus.

MECVM, Id eſt, cum me, Auec moy. Cic. de Oratore ad Brutū, Ex eo mecū, & tecū, non cū me, & cum te, vt eſſet ſimile illis vobiſcū atque nobiſcum. Plaut. in Ciſtell. 8. 15, Nihil mecum tibi: mortuus tibi ſum: hanc vt habeo, certum eſt nō amittere. Ie nay que faire auec toy. Mecum ſimul. Plaut. in Bacchid. 10. 2, Rebus aliis anteuortam Bacchis, quæ mandas mihi,

Mneſilochum vt requiram, atque vt eum mecum ad te adducam ſimul.

Mecum vnà ſimul. Terent. in Heaut. 5. 1. 34, Hem, Clinia hæc fieri videbat? M. quid ni? mecũ vnà ſimul.

Mecum facit, Id eſt, mecum ſentit. Il eſt de mon opinion. Inſulsè dicitur facit pro me. Cic. pro A. Cecinna, Rem & ſententiam interdicti mecum facere fatebatur, verbo me excludi dicebat. Ibidem, Nam verba ipſa ſponſionis facerent mecum, ſi vellem diligenter attendere. Horat. Et ſapit, & mecũ facit, & Ioue iudicat æquo. Idem, Mecum facientia iura.

Mecum ſentit, Il eſt de mon opinion. Terẽt. in And. 2. 1. 26, Quid eſt? B. ſponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit.

Mecum, Intra me. Terent. in Hecyra, Haud propterea te rogo vt hæc proferam: ſed vt tacita mecum gaudeam.

MEDELA, medelæ, f. g. Medecine, ou le remede & guariſon que on trouue a quelque maladie. A medeor mederis.

MEDERGA, pro erga me: interpoſitum eſt d, propter hiatum vocalium. Plaut. in Epid. 9. 9, Quaſi quid filius meus deliquiſſet mederga.

MEDEOR mederis, mederi, deponẽs, Mediciner, guerir, bailler remede a quelque maladie.

Mederi vitiis & erroribus. Plin. epiſt. 109. b, lib. 4, In fine dixit petendum ab optimo principe, vt quia leges, quia ſenatuſcõſulta contemnerentur, ipſe tantis vitiis mederetur. Idem in Paneg. 75, Mederis erroribus, ſed implorantibus. Cic. pro P. Seſtio, Hi medẽtur reip. qui exſecant peſtem aliquam, tanquam ſtrumam ciuitatis.

Mederi cum accuſatiuo. Terent. in Phor. Quas cum res aduerſæ ſint, minus mederi poſſis.

Medetur, impersonale. Plin. lib. 27, Ex eo medetur oris vlceribus, perunctis hoc ſucco foliis puſillis.

MEDIASTINVS, Vide poſt MEDIVS.

MEDICO medicas, medicare, Mediciner. Virg. lib. 1. georg. Semina vidi equidem multos medicare ſerentes.

Medicor medicaris, medicari, deponens, vſitatius quàm medico.

Datiuo aliquando iungitur. Terẽt. in And. 5. 4. 42, Egóne huius memoriam patiar meæ voluptati obſtare? cũ ego poſſim in hac re medicari mihi. Ibidẽ, 5. 1. 11, Eius labore, atque eius dolore gnato vt medicarer tuo impetraſti. Virg. Senibus medicantur anhelis.

Accuſatiuo. Plaut. in Moſtell. 6. 39, Habe animum bonum, ego iſtum lepidè medicabor metum. Virg. lib. 6, AEneid. Sed non Dardaniæ medicari cuſpidis ictum Eualuit.

Medicatus medicata medicatum, Qui eſt medecine.

Medicatus ſapor. Plin. epiſt. 173. b, Color ceruleo albidior, viridior, & preſſior: ſulphuris odor, ſapórque medicatus, vis qua fracta ſolidantur.

Medicus medici, Medecin. Plaut. in Rud. 30. 18, AEdepol vna litera plus ſum quàm medicus. G. tũ tu mẽdicus es? L. tetigiſti acu. Cic. pro A. Cluentio, Iam hoc quoque propè iniquiſſimè comparatum eſt, quòd in morbis corporis, vt quiſque eſt difficillimus ita medicus nobiliſſimus atque optimus quæritur: in periculis capitis, vt quæque cauſſa difficillima eſt, ita deterrimus, obſcuriſſimúſque patronus adhibetur.

Medicus medica medicum, Quod eſt medici. Virg. 3. georg. Dum medicas adhibere manus ad vulnera paſtor Abnegat.

Medica medicæ, herba quæ præcipuè nutrit equos. Seruius ſcribit medicam à Medis in Græciã tranſlatam, quo tempore eam Romani inuaſerunt. Columella lib. 2. cap. 11, Pabulorũ genera complura. ſicut medicam, & viciã, farraginam quoque ordeaceam, &c. Et paulò poſt, Sed ex iis quæ placẽt, eximia eſt herba medica: quòd cum ſemel ſeritur, decem annis durat: quòd per annum, deinde rectè quater, interdũ etiam ſexies demetitur: quòd agrum ſtercorat: quòd omne emaciatum armentum ex ea pingueſcit: quòd agro tanti pecori remediũ eſt: quòd iugerũ eius toto anno tribus equis abundè ſufficit. De eadem loquitur Cato de re ruſt. cap. 42.

Medicina medicinæ, f. g. Medecine.

Medicinã adhibere reip. Cic. pro P. Seſtio, Et cohortari auſus eſt accuſator in hac cauſſa vos iudices vt aliquãdo eſſetis ſeueri, aliquãdo medicinã adhiberetis reip. non ea eſt medicina, cũ ſanæ parti corporis ſcalpellũ adhibetur, atque integræ. carnificina eſt iſta & crudelitas.

Medicinam facere. Cic. Terentiæ lib. 14. epiſt. Ita ſum leuatus, vt deus mihi aliquis medicinã feciſſe videatur.

Medicinam facere morbo. Plaut. in Ciſtell. 2. 64, Confidam fore, ſi medicus veniat, qui huic morbo facere medicinam poteſt.

Medicinæ medicinarum, Medicorum taberna, vicus thurarius, taberna aromataria, vbi ſpeciarii obuerſantur, & ſpecies venduntur. hoc nomem in album latinitatis receptum eſt, & eo vtitur Macrobius. ἰατρεῖον græcè medicinam, hoc eſt medicorum officinam ſignificat. Plautus in Amphit. 13. 5, Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium atque in macello, in palæſtra, atque in foro, in medicinis, in tonſtrinis, apud omnes ædes ſacras.

Medicinam dicimus & venenum (inquit Nonius) tractũ à Græcis, qui venenũ φάρμακον appellant. Accius Phœnicis, Si venis ſterilem eſſe illius operæ eſt medicina autumans.

Medicamen medicaminis, n. g. Idem quod medicina. Plin. de viris illuſt. 76, Quum id tardius biberet, quia aduerſum venena multis antea medicaminibus corpus firmauerat, immiſſum percuſſorem Gallum Sithocum authoritate vultus territum reuocauit.

Medicamentũ medicamenti, n. g. Quo homines & cætera animalia curantur. Medicine. Cic. de off. lib. 3, Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem.

Medicamentum, rurſus venenum ſignificat, vt græcè φάρμακον. author eſt Nonius.

Medela medelæ, f. g. Idem. Vide loco ſuo.

Medicinalis & hoc medicinale, Quod ad medicinam pertinet. vt herba medicinalis.

Medicinalis, digitus dictus eſt minimo proximus, vt inquit Macrobius. quoniã neruus quidam de corde natus pergit vſque ad digitũ manus ſiniſtræ. Ob quã cauſſam nouus nuptus huic digito tanquam cordis vicario, ſuæ ſponſæ imponit annulum.

Medicabilis & hoc medicabile, Cui medicina adhiberi poteſt. Que on peult medeciner & guerir par medecine. Ouid. Heu mihi quòd nullis amor eſt medicabilis herbis.

Medibilis & hoc midibile, Idem quod medicabile, vt exponit Feſtus.

Medicamentarius, Qui medetur. Vng medecin & aultre qui gueriſt par medecines. Plin. lib. 19, Sectiui duo genera, hoc herbaceũ, folio, inciſuris eius euidẽtibus, quo vtũtur medicamẽtarii.

Medicamentarius medicamentaria medicamentarium, Quod ad medicamentum pertinet. Plin. lib. 17, Herbariam & medicamentariam. Scilicet artem.

MEDIDIES medidiei non dicitur, ſed meridies. Cic. de Orat. ad Brutum, Ipſum meridiẽ, cur non medidiem? credo quòd erat inſuauius.

MEDIETAS, Vide poſt MEDIVS.

MEDIMNVS, medimni, maſcu. gen. Genus menſuræ, Gallicè vne mine. Lucilius ſatyr. lib. xv, Præterquam in pretio primus ſemiſſe, ſecũdus numo, tertius iam plures quam totus medimnus.

Medimnum etiam neutro genere dicimus, teſte Nonio.

MEDIOCRIS & hoc mediocre, Quaſi medium tenens, Moyen, Ne trop grand ne trop petit. Lucilius lib. 37, Paulò hoc melius quàm mediocre hoc minus, malúmque & peſſimum, ſed tamen omnia hæc mediocriter.

Mediocre telum. Cic. de Amicitia, 55, Nec verò negligenda eſt fama, nec mediocre telum ad res gerendas exiſtimare oportet beneuolentiã ciuium. Mediocre infortunium. Plaut. in Curcul. 11. 5, Non pol nunc ego te mediocri macto infortunio. Mediocre initium. Suet. de claris grammat. 1, Initium quoque eius mediocre extitit. Mediocri iracundia iratus. Plaut. in Curcul. 11. 1, Non ego nunc mediocri incedo iratus iracundia. Mediocres pugnæ. Plaut. in Bacchid. 8. 21, Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras, Gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Mediocri ſtatura. Plaut. in Rud. 9. 9, Ecquem vos adoleſcentem ingenuum huc ire, dum hic aſtatis ſtrenua facie, rubicundum, mediocri ſtatura, fortem, qui tres duceret chlamydatos cum macheriis, vidiſtis? Mediocris ſtatus. Cic. ad Q. fratrem lib. 1, Quòd ſi in mediocri ſtatu ſermonis ac prædicationis noſtræ res eſſent, nihil abs te eximium, præter aliorum conſuetudinem poſtularetur.

Mediocritas mediocritatis, Moyennete. Cic. lib. de off. primo, Eadem ratio eſt habenda veſtitus, in quo, ſicut in pleriſque rebus, mediocritas optima eſt. Columella libro 4, Mediocritas in electione loci maximè probatur: quoniam in confinio boni, malique poſita eſt.

Mediocriter, Aduerbium, Moyennemẽt. Mediocriter cupere. Plin. epiſt. 315, Potes autẽ colligere quantopere cupiam, quod non rogarem abſens, ſi mediocriter cuperem. Mediocri-

ter diligere. Plin.in Paneg.143, Ipſum quidem quis mediocriter diligat, quum leges amãdi nõ det, ſed accipiat, &c. Mediocriter doctꝰ. Plin.epiſt.10.b, Vt mediocriter quoque doctos aduertãt & afficiant. Haud mediocriter fieri damnum. Plaut.in Merc.5.13, Ait ſeſe illius opera, atque aduentu capræ, flagitium & damnum feciſſe haud mediocriter. Mediocriter facere. Terent.in And.1.1.32, Horum ille nihil egregiè, præter cætera, ſtudebat: & tamen omnia hæc mediocriter. Mediocriter veſtitus. Terent.in Heaut.2.3.45, Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus: mediocriter veſtitam veſte lugubri.

Medioximus medioxima medioximũ, vel medioxumus, Mediocris, ſiue medius. Vnde medioxumi dii vocantur poteſtatis mediæ. Seruius lib.8.AEneid. dicit Herculem cõmunem deum vtriuſque naturæ, medium & inter mortalitatem & inter diuinitatem. Sunt numina aliqua tantum terreſtria, aliqua tantum cæleſtia, aliqua media, quos deos medioxumos Apuleius vocat. Plaut.in Ciſtell.5.36, At ita me dii deæque, ſuperi, inferi, & medioxumi, &c.

Medioxima vxor. Plaut.in Ciſtell.7.68, Conteris tu tua me oratiõe mulier, quiſquis es: medioxumam quam duxit vxorem, ex ea nata eſt hæc virgo.

MEDIPONTVS mediponti, inſtrumentum funarium, apud Catonem de re ruſtica, cap. 3, Funes loreos, prinos, vectes ſenos, fibulas duodenas, medipontos, prinos, loreos, trochleas græcanicas binas. Idem cap.12, de vaſis torcularis loquẽs, Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque, trochleas quinque.

MEDITOR meditaris, meditari, Quaſi medio animo verſari, cogitare. Penſer & ſonger a quelque choſe. Plautus in Amphit.4.43, Ea nunc meditabor quo modo illi dicam, quum illò aduenero. Idem in Bacchid.71, Multis meditatus modis egomet mecum ſum, & ita eſſe arbitror &c. Idem in Aulul.16.14, Pol ego te vt accuſem meritò meditabar. Terent.in Adelphis, 2.1.41, Nunc vide vtrum vis argentum accipere, an cauſſam meditari tuam. Ibidem, 5.6.8, Meditor eſſe affabilis, & bene procedit. Idem in Phor.2.1.11, Quamobrem omnes, cum ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè meditari ſecum oportet quo pacto aduorſam ærumnam ferant.

Meditari malè nugis. Plaut.in Pſeud.20.98, Num confidit ſycophanta hic nequam eſt, nugis meditatur malè. Il penſe a quelque meſchantete & menterie.

Meditari, Cogitando inuenire. Terent.in And.2.4.3, Venit meditatus alicunde ex ſolo loco. Plaut.in Milit.12.29, Sed dic mihi, ecquid hic te onerauit præceptis? PE. probè meditatam vtranque duco. Plinius in Paneg.5, Igitur quod temperamentum omnes in illo ſubito pietatis calore ſeruamus, hoc ſinguli quoque meditati teneamꝰ, &c. Meditati, Id eſt præparata oratione.

Meditari ſe, Eſt ſe exercere. Plaut.in Sticho, 5.31, Simúlque ad curſuram meditabor me ad ludos Olympiæ. Virg. Agreſtem tenui meditabor arundine muſam.

Meditari dolũ ceruis, Tendre aux cerfs. Virg. Nec lupus inſidias pecori, nec retia ceruis Vlla dolum meditantur.

Meditatus in paſſiua ſignificatione reperitur. Terẽt.in Phorm.2.1.18, Meditata mihi ſunt omnia mea incõmoda herus ſi redierit, molẽdũ vſque in piſtrino. Ie ſcay pour certain quelles malencontres maduiendront. Cic.in Catil. oratione ſecunda, Ad huius vitæ ſtudium, meditati illi ſunt qui feruntur labores tui: iacere humi non modo ad obſidendum ſtuprũ, verum etiam ad facinus obeundum: vigilare &c.

Dicitur meditor quaſi melitor. Græci μελετάω meditor dicũt. L enim & D inuicem ſibi cedunt, vt ſella pro ſeda.

Meditatè, aduerbiũ, Tout par cueur. Plaut.in Mil.3.40, Nouiſſe mores me tuos meditatè decet. Idem in Bacchid.11.16, AEdepol ne tu illorũ mores perquàm meditatè tenes. Tu ſces leurs conditions ſur le doigt, tout courant. Tu les as diligemment conſiderees, & y a penſe ſoigneuſement.

MEDIVS media medium, Quod menſuratum æqualiter diſtat ab extremis. Qui eſt au milieu. Cic.in libello de mundo, Vt in ſingulis eſſent bina media.

Medium dicitur etiam quicquid inter duo extrema eſt, etiam ſi non æqualiter diſtet. Virg. Iam mediũ tenuere rates. Terent.in prolog.Phor.17, Is ſibi reſpõſum habeat, in medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant ludicram.

Medius & ambiguus ſermo. Plinius epiſt. 190. f, Tum Satrius Rufus medio, ambiguóque ſermone, Puto, inquit, iniuriam factam Publicio Certo, ſi non abſoluitur.

Medius annus. Plinius in Paneg. 100, Multum in commutandis moribus hominum medius annus valet.

Medium tempus. Plin. epiſt. 111. c, Quod vt facilius admittat, multum faciet medii temporis ſpatium.

Media mulieris ætas: Ceſt moyenne aage. Plautus. in Aulularia, 6. 32, Sed eſt grandior natu: media eſt mulieris ætas. Et paulò pòſt, Poſt mediam ætatem qui mediam ducit vxorem domum, &c.

Mediũ arripiam ſublimem, Ie lempoingneray par le milieu du corps, & lenleſueray en hault, Ie lagraperay par le foie du corps, & lenleſueray en hault comme vng corps ſainct. Terẽt. in Adelphis, 3. 2. 18, Sublimem mediũ arriperem, & capite primum in terram ſtatuerem. Plaut. in Caſina, 7. 15, AEdepol ego illam mediã diruptam velim. Idem in Curcul. 5. 7, Nihil metuo niſi ne medius diſrumpar miſer. Idem in Truc. 11. 53, Tãge modo, iam ego te hic agnum faciam, & medium diſtruncabo.

Mediam mulierem complectitur. Terent. in And. 1. 1. 106, Accurrit, mediam mulierem complectitur, Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?

Medium tenere. Plin. epiſt. 74. c, In hac difficultate placuit medium quiddam tenere. videor tenuiſſe.

Medius, Intercedens, Qui entreuient. Virgilius, Ne quis ſcire dolos, mediúſve occurrere poſſet.

Medius, ſecundũ Priſcianum à modo dicitur, hoc eſt à menſura. vnde & modius: & differentiæ cauſſa, medius mutauit o in e. Vel dicitur à Græco μέσος medius.

Medietas medietatis, Moytie. Qua voce Cicero non auſus eſt vti, vt inquit ipſe in libello de mundo, dicens, Vt in ſingulis eſſent bina media: vix enim audeo dicere medietates: ſed quaſi ita dixerim, ita intelligatur.

Mediuſſidius (inquit Feſtus) compoſitum videtur, & ſignificare Iouis filium, id eſt Herculem: quod Iouem græce ζεὺς Διὸς, & nos Iouem, ac fidium pro filio: quod ſæpe antea pro L litera, D vtebantur. Quidam exiſtimant iuſiurandum eſſe per diui fidem. quidam per diurni temporis, id eſt diei fidem. Hæc Feſtus. Alii ſic, Medius fidius, hoc eſt, per deum Fidium. nam Fidius deus eſt, qui fidei præeſt. Plautus, Per deum fidium credis iurato mihi. Plin. epiſt. 255, Verè credo te ea qua debebis diligentia, hoc opus aggreſſurum: ſed mediuſſidius ad eandem diligentiam tuam pertinet inquirere, quorum vitio ad hoc tempus tantam pecuniam Nicomedenſes perdiderint.

Media vocabula dicuntur quæ & in bonã & in malã partem accipi poſſunt. Qualia ſunt Tempeſtas, Valetudo, Facinus, Dolus, Gratia, Induſtria, Periculum, Venenum, Contagiũ. Et apud veteres honor: quo ſignificabatur iniuria.

Medianus mediana medianum, Quod in medio eſt. Vnde medianas columnas Victruuius dixit, vt ab angularibus quæ craſſiores ſunt, diſtingueret.

Mediaſtinus mediaſtini, m. g. Qui in medio lauãtium ſtat in balneis, inquit Priſcianus. Nonius mediaſtinos pro balneatoribus, itemque pro miniſtris & curatoribus ædium accipit, qui in medio ſtent, vt omnibus miniſtrẽt. Sed viliſſima quæque mancipia, in agro maximè, mediaſtinos eos accipere debemus, qui abiectiſſima quæque inter ſeruos officia obeũt: cuiuſmodi ſunt hodie in principum domibus, cognomine lignearii, bacularii: quorum vna illa functio eſt, vt omnibus pareant, nec vllius imperium detrectent, in medio ſemper & propatulo ad nutus omnes excubent. Cicero in Catil. Magnopere contemno exercitum collectum ex ſenibus deſperatis, ex agreſti luxuria, ex ruſticis mediaſtinis decoctoribus, ex iis, qui vadimonia deſerere, quàm illum exercitum maluerũt. Columella lib. 1, Mediaſtinus, qualicunque ſtatu poſſit eſſe, modo perpetiendo labori ſit idoneus. Idem, Separandi ſunt aratores à vinitoribꝰ, atque à mediaſtinis. Horatius in epiſt. Tu mediaſtinus tacita prece rura petebas. Lucil. Villicum Ariſtocratem mediaſtinum atque bubulcum.

Mediaſtinus mediaſtina mediaſtinũ, Quod ad mediaſtinum pertinet. Vlpianus, Qui mediaſtina opera fungitur, non continetur, vt purpurarii, atrierii, & focarii, & his ſimiles.

Mediterraneus mediterranea mediterraneum, Quod eſt à mari remotũ, quaſi in media terra. Mediterraneum mare, quod per medias funditur terras, cum in ambitu terrę circũfluat Oceanus ab Abila Mauritaniæ, & Calpæ Hiſpaniæ promontoriis.

Mediterreus mediterrea mediterreum. Feſtus, Mediterreã melius quàm mediterraneã Siſenna dici putat.

Meditullium meditullii, Non medium terræ dicitur, inquit Feſtus, ſed procul à mari, quaſi meditellium, ab eo quod eſt tellus.

Meditrinalia meditrinaliorũ (inquit Feſtꝰ) dicta hac de cauſſa, Mos erat Latinis populis, quo die quis primũ guſtaret muſtum diceret omnis gratia Vetus nouum vinũ bibo, veteri nouo morbo medeor. A quibus verbis etiam Meditrinæ deæ nomen cœptum, eiúſque ſacra meditrinalia dicta ſunt. Hæc Feſtus. Varro de lingua latina, lib. v, Meditrinalia dies dictus eſt à medendo, quòd vt ait Flaccus, flamen Martialis dicebat hoc die ſolitum vinum nouum & vetus libari, & deguſtari medicamẽti cauſſa. quod facere ſolent etiam nunc multi cum dicant Nouum, vetus vinum bibo: nouo veteri morbo medeor. Hæc Varro.

MEDVLLA medullæ, fœ. g. Moelle. Dicta quòd in oſſibus media ſit. Plin. lib. 11. cap. 37, Et medulla ex eodem videtur eſſe in iuuenta rubens, & ſenecta albeſcens: non niſi cauis hæc oſſibus, nec cruribus iumentorũ aut canum: quare fracta non ferruminantur, quod defluente euenit medulla. Plaut. in Sticho, 6. 16, At ego perii, cui medullam laſſitudo perbibit.

Medullitus, aduerbium, Ex intimo, vel intimè, Tout du parfond. Plautus in Moſtell. 4. 85, Vt videas eam medullitus me amare. Idem in Trucul. 8. 61, Oſtendit mihi iam ſeſe medullitus, ſe infidelem nũquam dum viuat fore. Varro, Medullitus aquiloniam ſeruat frigedinẽ.

MEGALESIA, Megaleſiorũ, neutri generis, pluralis numeri, Dies qui dicatus erat magnæ matri deorũ. Ludi quoque qui celebrabantur ante templum in ipſo magnæ matris conſpectu, etiam megaleſia dicebãtur: & Ludi Megalenſes. Liuius, M. Iunius Brutus ædem magnæ matris deûm in palatio dedicauit: & ludos ob eam dedicationem factos, megaleſia appellauit.

MEGISTANES, dicũtur proceres, primatéſq. Nã μέγιστος, latinè dicitur magnus. Cornelius Tacitus, Simul conſilio terrorem adducere, & Megiſtanas Armenios, qui primi à nobis defecerant, pepulit ſedibus.

MEHERCVLE, aduerbium iurandi, Per Herculem. Cic. Attico, lib. x, Epiſtola tua gratiſſima fuit meæ Tulliæ, & mehercule mihi: ſemper ſecum aliquid afferunt tuæ literæ.

Mehercules, Idem. Feſtus, Mecaſtor & Mehercules iuſiurandum erat, quaſi diceretur, ita me Caſtor, ita me Hercules. vt ſubaudiatur: iuuet. Cic. in Verrem, act. 6, Verè mehercules hoc Iudices dicam. Idem in Oratore ad Brutum dicit, Impetratum eſt à conſuetudine, vt peccare ſuauitatis cauſſa liceret, & pomeridianas quadrigas, quàm poſtmeridianas libẽtius dixerim, & mehercule, quàm mehercules.

MEIO, meis, minxi, mictum, meiere. Vrinam emittere, Vriner, piſſer. Diomedes præteritũ meii eſſe dicit, ſed in vſu minxi. Perſius, Sacer eſt, pueri, locus, extra meiite. Horat. ſecundo ſermonum, Ditior aut formæ melioris meiat eodem. Martialis, Minxiſti currẽte ſemel Pauline carina, Meiere vis iterũ, iam palinurus eris. Iuuenalis, Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt.

MEL mellis, n. g. Miel. Plin. lib. 11. cap. 14, In quocunque tamen tractu terna ſunt mellis genera: Vernum ex floribus cõſtructo fauo, quod ideò vocatur anthymum. Et paulò poſt, Alterũ genus eſt mellis æſtiui: quod ideò vocatur horæũ, à tempeſtiuitate præcipua, ipſo ſirio explendeſcente poſt ſolſtitium diebus triginta ferè. Ibidem cap. 12, Venit ex hoc aere & maximè ſyderum exortu, præcipuéque ipſo ſirio explendeſcente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu ſublucanis temporibus, &c.

Mel, à Græco μέλι fit. Plaut. in Trucul. 4. 72, In melle ſunt linguæ ſitæ voſtræ, atque orationes: corda in felle ſunt ſita, atque acerbo aceto.

Mel meum: blandientis eſt vox. Plaut. in Curcul. 48, Nam ſi abſim, haud recuſem quin mihi male ſit mel meum.

Melliculum melliculi, Diminutiuum: quo vtimur blandiendo. Plautus in Caſ. 20. 15, Meum corculum, melliculum, verculum. Idem in Curcul. 2. 11, Egón' apicularũ opera congeſtum non feram, ex dulci oriundum melliculo dulci meo?

Mellillus mellilla mellillum, Diminutiuum alterum, quo ſimiliter blandiendo vtitur Plautus

in Casina, 3.46, Mea vita, mea mellilla, mea festiuitas, sine tuos ocellos deosculer voluptas mea.

Mellarius mellaria mellarium, Quod ad mel pertinet. Plinius, Vasa mellaria aut fauos lauari aqua præcipiunt: hæc etiam apiaria dicuntur.

Mellarius, Qui mellis opus exercet. Varro lib. 3. de re rustica, cap. 16, Ad extrema, qua mellarii fauũ eximere possint, opercula imponunt alueis.

Mellarium mellarii, n. g. Vbi apes nutriuntur. Varro de re rusti. lib. 3. cap. 16, Melittonas ita facere oportet, quos alii melittrophia appellant: eandem rem quidam mellaria.

Melliturgus, melliturgi, Idem quod mellarius, qui mellaria exercet. Varro de re rust. lib. 3. cap. 16, Merula, vt cætera fecit, historicῶς, quæ sequi melliturgi soleãt, demõstrabit. Primũ apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto.

Mellatio mellationis, fœ. g. Mellis vindemia, cum mel eximitur. Columella lib. XI, cap. 2, Sin autem maiore parte vacant, aut sine operculis adaperti sint, nondum esse maturos significatur. Itaq; mellatio est differenda. Plin. Hæc ergo mellatio fine vindemiæ & vergiliarum. Idem lib. 11, cap. 15, AEstiua mellatione decimam partem Thasio Dionysio apibus relinqui placet.

Melleus mellea melleum, Quod ex melle est, vt melleus sapor apud Plinium lib. 15. cap. 14. Melleus, aliquando pro dulci accipitur. vt vox mellea.

Mellitus mellita mellitum, Quod est melle cõditum. Plin. lib. 36. cap. 19, Mellitites succũ remittit dulcem, mellitúmque tusus. Varro, Et faui melliti intus ponendi à faucibus longé. Suet. in Claud. Nerone, cap. 27, Indicebat & familiaribus cœnas, quorũ vni mellita quadragies HS constiterunt.

Mellifluus melliflua mellifluum, Ex quo fluit mel, vel fluere videtur, hoc est, dulce, iucundũ. vt melliflua oratio.

Melliloquus, melliloqua, melliloquum, Qui dulcè loquitur.

Mellifico mellificas, mellificare, Mel facere.

Mellificus mellifica mellificum, Quod mel facit. Columella, lib. 10, Vt ab opere mellifico euocatæ apes fœtibus expleant.

Mellificium mellificii, Mellis factio. Varro de re rustica, lib. 3. cap. 16, Sed vt hoc aptissimum ad sanitatem apium, sic ad mellificium thymũ. Idem, Quod ad mellificium bonum vehementer prodest.

MELAMPHYLLVM, melãphylli, Species acanthi herbæ. Plin. lib. 22. cap. 22, Acãthos est topiaria & vrbana herba, elato, longóque folio, crepidines marginum adsurgentiúmque puluinorũ toros vestiens. Duo genera eius sunt, aculeatũ & crispum quod breuius. alterũ leue, quod aliqui pæderoton vocant, alii melamphyllum.

MELAMPODIVM, melampodii, Genus nigri ellebori, à Melampode vate dictũ. Plin. lib. 25. cap. 5, Melampodis fama, diuinationis artibus nota est. Ab hoc appellatur vnũ elleborí genus melãpodion. Aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem, datóque lacte, earum sanasse Prœtidas furentes. Quamobrem de omnibus eius generibus dici simul cõuenit. Prima duo sunt, candidum & nigrum. hoc radicibus tantum intelligi tradũt plerique. Alii folia nigri, platani similia, sed minora, nigriorá que, & pluribus diuisuris scissa. Albi, betæ incipientis. Hæc quoque nigriora, & canalium dorso rubescentia. vtraque caule palmi ferulaceo bulborum tunicis conuoluto, radice fibrata ceparum modo, &c.

MELANCHOLIA, melancholiæ, fœ. g. Latinè dicitur nigra cholera, hoc est atra bilis, quæ sæpe in furorẽ agit homines. Græci μελαγχολία. Cic. lib. 3. Tusc. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, melancholiam ipsi vocant. quasi vero atra bili solum mens, ac non sæpe vel iracundia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur.

Melancholicus melancholica melancholicum, Qui nigram choleram habet, Melancholique. Plin. lib. 20. cap. 7, Dantur & melancholicis candidæ copiosiores, & ad vesicæ vitia. Cic. lib. 1, Tusc. Aristoteles quidem ait omnes ingeniosos melancholicos esse.

MELANCORYPHVS, melancoryphi, Auis quæ & ficedula dicitur, sed ficedula tantũ dicitur in autumno ab edendis ficis. aliis temporibus melancoryphus, quod κορυφὴν μελαν, hoc est verticem nigrum habeat, latinè atricapillam dicere possumus, mutat enim formam & colorem.

MELANVRVS melanuri, piſcis ſic dictus quòd nigricantem caudam habeat, & inter ſaxatiles numeratur. Ennius, Melanurum, turdum, merulam, timbrámque marinam.

MELANTHIVM melanthii, n.g. Nigella herba. Plin. lib. 20. cap. 17, Gith ex Græcis alii melāthion, alii melaſpermon vocāt: optimū quàm excicatiſſimi odoris, & quàm nigerrimū. Medetur ſerpentum plagis & ſcorpionum.

MELAPPIVM melappii, n.g. Malum maius eſt Appiis. Plin. lib. 15. cap. 14, A colore ſerica, cognatione melappia, muſtea à celeritate miteſcendi, quæ nunc melimela dicuntur à ſapore melleo.

MELEAGRIDES, gallinæ Africæ. Plin. lib. 10. cap. 26, Simili modo pugnāt meleagrides in Bœotia Africæ, hoc eſt gallinarum genus gibberum, variis ſparſum plumis, quæ nouiſſimæ ſunt peregrinarum auium in menſas receptæ propter ingratum virus. Verum Meleagri tumulus nobiles eas fecit.

MELGEMELLVM melgemelli, n.g. Malum quod & capunculum vocatur. Perottus.

MELICERIS, meliceridis, fœ.g. vel meliceria meliceriæ, à cera & melle nomen accepit. Tuberculū, mellis craſſitudine in cubitis & genib⁹, interdū quoq; aliis partib⁹ & in ore ipſo & in capite. quod ita nominatur, quia humor in eo melli ſimilis includitur, nec preſſū remittitur, vt id quod gangilion ſiue ganglion appellant, in eadem parte, ſed molle, cedénſque. Plinius lib. 20. cap. 21, Sed ſatiuum in epiphoris oculorū illiniunt frondib⁹. Radice melicerias & lepras curant. Idem lib. 21. cap. 20, Deferueſcit in vino dulci. peculiariter & contra meliceridas efficax. Sunt qui ſcribant mellicéris.

MELILOTOS, fœ.g. Herbæ genus. Plinius lib. xxi. cap. 11, Melilotos vbique naſcitur. Laudatiſſima tamen in Attica. Vbicunque verò recens, nec candicans, & croco quàm ſimillima: quanquam in Italia odoratior & cādida. Ibidem, cap. xx. Melilotos quoque oculis medetur cum lacte, aut cum lini ſemine.

MELIMELI, mèlimelis, n.g. Columella lib. 12. cap. 45, Cydonia maturiſſima integra ſine macula & ſereno cælo decreſcente luna legantur, & in lagena noua quæ ſit patentiſſimi oris, deterſa lanugine, quę malis ineſt, componantur leuiter & laxè, ne collidi poſſint: deinde cum ad fauces vſque fuerint compoſita, vimineis ſurculis ſic tranſuerſis arctentur, & modicè mala comprimant, nec patiantur ea cum acceperint liquorem ſubleuari. Tum quàm optimo & liquidiſſimo melle vas vſque ad ſummum ita repleatur, vt pomum ſubmerſum ſit. Hæc ratio non ſolum ipſa mala cuſtodit, ſed etiam liquorem mulſei ſaporis præbet, qui ſine noxa poſſit interdum dari febricitantibus, iſque vocatur melimeli.

MELIMELVM, melimeli. Dicitur pomum muſteum, ſiue dulce, quaſi mel & pomum. nam μέλι, mel, & μῆλον malum, quòd mellis ſaporem habeat, ſeu à celeritate naſcendi denominatum. Plin. lib. 15. cap. 14, A colore ſerica, cognatione melappia, muſtea à celeritate miteſcendi: quæ nunc melimela dicūtur à ſapore melleo. Orbiculata, ex figura orbis in rotūditatem circūacti. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 59, Cōditiua mala ſtruthea, cotonea, ſcantiana, quiriniana, orbiculata, & quæ antea muſtea vocabantur, nunc melimela appellantur. Mart. Infanti melimela dato, fatuáſque mariſcas: Nam mihi quæ nouit pungere chia ſapit. Plin. lib. 23. cap. 6, Melimela, & reliqua dulcia, ſtomachum & ventrem ſoluunt, ſiticuloſa, æſtuoſa, ſed neruos non lædunt.

MELINVM, melini, Apiaſtrum vocat Varro de re ruſtica lib. 3. cap. 16, his verbis, Et ortū habuiſſe, ac reliquum thymo, & cythiſo obſeuiſſe, & apiaſtro, quod alii meliphyllon, alii meliſſophyllon, quidam melinum appellant.

Melinum, oleum ex flore malorum. Plin. lib. 23. cap. 6, Fit & oleum ex his, quod melinū vocauimus, quoties non fuerint in humidis nata. Ideò vtiliſſima quæ ex Sicilia.

Melinum, Vnguentum. Plinius lib. 13. cap. 1, Poſtea eodem loco prælatum eſt melinum, Cyprinum in Cypro.

Melinum, color candidiſſimus. Plinius lib. 35. cap. 6, Melinum candidum & ipſum eſt, optimum in Melo inſula. in Samo quoque naſcitur. ſed eo nō vtuntur pictores propter nimiā pinguedinem. Plaut. in Moſtell. 4. 106, Non iſtanc ætatem oportet pigmentum vllū attingere, neque ceruſam, neque melinum, neque aliam vllam offuciam. Quidam volunt eſſe colorem medium inter album & fuſcum, qui dicitur giluus.

Melina melinæ, Genus veſtis apud Plautum in Epidico, 2. 21, Vbi ergo eſt, niſi ſi in vidulo, aut ſi in melino attuliſti.

MELIOR & hoc melius, Comparatiuum à Bonus. Meilleur. Terent. in Adel. 5.7.24, Nihil enim vidi melius mi pater. Plaut. in Aul. 4.38, Neque quicquã melius eſt mihi, vt opinor, quàm ex mè vt vnam faciam literam longam, laqueo collum quando obſtrinxero.

Melior ager. Terent. in Heaut. 1.1.12, Agrum in his regionibus meliorem neque pretii maioris nemo habet.

Melius conſilium. Terent. in Eunucho, 2.3.84, Dixti pulchre: nunquam vidi melius conſilium dari.

Melius dictum. Plaut. in Sticho, 6.85, Ibo intrò ad libros, & diſcam de dictis melioribus.

Melior locus. Plau. in Menæh. 14.95, Quaſi nõ habeam quo intromittar, aliũ meliorẽ locũ.

Meliore vultu me reſpexit fortuna imperii: inquit Plinius in epiſt.

Melior mens, pro bona & tolerabili, inquit Donatus. Terent. in Adel. Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.

Melioreſco melioreſcis, melioreſcere, Meliorem fieri. Colu. lib. 2. cap. 10, Napus deuexã amat & ſiccam tenuíque peiorem terrã atque glareoſis ſabuloſíſque aruis melioreſcit. Exemplaria impreſſa quæ videre contigit, legunt melior exit.

MELIS, huius melis, fœ. g. Animal quod & taxo ſiue taxus dicitur, quòd ſit mellis auidiſſimũ, & aluearib⁹ ſemper infeſtum, in cauernis viuẽs, aſperum, mordáxque, magnitudine vulpis, colore felis, ex cuius pelle pharetras & canũ collaria obtegunt. Plin. lib. 8. cap. 38, Alia ſolertia in metu melibus, ſufflata cute diſtentæ ictus hominum & morſus canum arcent. Vng teſſon.

MELISSOPHYLLVM, meliſſophylli, apiaſtrum dicitur. Plin. lib. 20. cap. 11, Apiaſtrũ Hyginus quidem meliſſophyllon appellat: ſed in confeſſa damnatione eſt venenatũ in Sardinia. Virg. per ſyncopam dixit lib. 3. georg. Trita meliſphylla & cerinthe ignobile gramen.

MELITES melitis, m. g. Lapis mali coloris, vt inquit Plinius lib. 37. cap. 11.

MELITITES melititis, f. g. Potio ex muſto & melle facta, authore Plinio lib. 22. cap. 24.

Melitites, Lapis. Plin. lib. 36. cap. 19, Melitites lapis ſuccũ remittit dulcẽ, mellitumq; tuſus.

MELITTON, melittonis, m. g. Vbi apes nutriuntur. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 16, Μελιττῶνας ita facere oportet: quos alii μελιττοτροφεῖα appellant, eandem rem quidam mellaria.

MELIVS, Comparatiuũ aduerbiũ, à bene. Mieulx. Cic. lib. 3. Tuſcul. Græci autem μανίαν vnde appellent, non facilè dixerim. eam tamen ipſam diſtinguimus nos melius quàm illi. Terent. in And. 3.5.11, At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile. P. nempe vt modo. D. immò melius ſpero. Donat⁹, Melius, Bene melius, comparatiuo eſt vſus, quaſi hoc bonum ſit, illius melius.

Melius nemo accipit, Il ny a perſonne qui traicte mieulx les gens. Terẽt. in Eunuch. 5.9.52, Præterea hoc etiã, quod ego vel primũ puto, accepit hominẽ nemo melius prorſus, neque prolixius. Donatus, Horum alterum, apparatum: alterum copiam.

Melius adhuc Plaut. in Bacchid. 20.18, Probè ita res ſucceſſit, meliúſque adhuc.

Melius dicere. Terent. in Adelph. 3.2.52, Quid iſtuc? accedo vt melius dicas.

Melius erit iſti morbo. Plaut. in Ciſtell. 2.63, Bono animo es, erit iſti morbo meli⁹. On trouuera quelque remede a ceſte maladie. Idem in Trucul. 4.81, Immò ædepol melius iã credo fore, vbi te videbit. Ie croy quil ſe portera mieulx.

Melius eſt eum adire. Plaut. in Menæh. 24.34, Poſtea autem eandem patriam ac patrem memorat. melius nos eſt adire, atque hunc percunctarier.

Verum illud verbum eſt, vulgo quod dici ſolet, omnes ſibi melius malle eſſe, quàm alteri. Terent. in And. 2.5.16.

Melius peius: proſit, obſit, nihil vident niſi quod lubet. Il ne leur enchault ſoit bien ſoit mal, ſoit a perte ou a gaigne, pourueu quils facent leur plaiſir. Terent. in Heaut. 4.1.30.

Meliuſculus meliuſcula meliuſculũ, diminutiuũ. Vng peu mieulx. Plaut. in Capt. 17.6, Si eris verax, rem tuam facies ex mala meliuſculam. Et paulo pòſt, 15, Si eris verax, tuas res feceris meliuſculas.

Meliuſculum, aduerbiũ. Plaut. in Curc. 10.3, Attamen meliuſculum eſt monere. Ce ſeroit vng peu mieulx faict de laduertir.

MELLATIO, vide poſt MEL.

Mellatum mellati, Sapa, ſiue muſtum ad mediam partem decoctum, authore Nonio.

MELLARIVM & mellarius, Vide poſt MEL.

MELLICÉRIS, Vide MELICERIS.

MELLIFICATIO, Mellificator, Mellifico, vide poſt MEL.

MELLIGO, melliginis, f.g. Succus è lachrymis arborũ ſiue florum, quem apes deuorant, poſtea ad alueos regreſſæ euomunt, operáque componũt. Plin. lib. xi. cap. vi, Primũ itaque fauos conſtruunt, ceram fingunt, hoc eſt, domos, celláſque faciunt. Deinde ſobolem, poſtea mella, ceram ex floribus, melliginem è lachrymis arborũ, quæ glutinũ pariunt, ſalicis, vlmi, harundinis, ſucco, gummi, reſina.

MELOS, n.g. indeclinabile, Cantus ſuauitas, vel dulcis modulatio. Perſius, Cantare credas Pegaſeium melos.

Melodia melodiæ, Dulcis cantus ſiue melleus. Melodiè.

Melodes, Qui dulcia carmina cantat. Sidonius, Proculus melodes inſonare pulſibus.

Melicus melici, Muſicus. Vnde poetæ lyrici melici dicti ſunt. Auſonius, Tu melicos lyricóſque modos.

MEMBRVM, membri, n.g. Caro artus tegens propriè dicitur.

Membrum pro ſingulis corporis partibus ponitur. Terent. in Adelph. 4.4.3, Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit.

Membrum, cum ad inanimata tranſfertur, pro parte ſumitur. Cic. ad Heren. lib. 4, Membrũ omnis appellatur res breuiter abſoluta, ſine totius ſententiæ demonſtratione, quæ denuo alio membro orationis excipitur.

Membratim, aduerbium, Per membra ſingula.

Membrana membranæ, f.g. Pellis ſuperior, quæ & pergamena charta dicta, quòd tracta ſit de membris animalium: in quorũ tergoribus primum ab vno latere ſcribi cœptum, deinde ab vtroq; deraſis pilis. Earũ vſ9 Pergami, regnãte Eumene, inchoauit: poſtea pergamena vocata.

Membraneus membranea membraneũ, Quod ex membranis eſt. Vlpianus de legat. Quod ſi in codicibus ſint membraneis vel chartaceis, vel etiam eboreis.

Membrari, per membra formari: quo verbo vtitur Cenſorinus.

Membratura membraturæ, f.g. Membrorum compoſitura.

MEME, Pronomen geminatũ, quorũ alterũ redundat. Virg. Meme adſum qui feci, in me cõuertite ferrum O Rutuli. Idem, Meme duce ferrum Corripite ô Rutuli, &c.

MEMET, Pronomen compoſitũ, Moymeſme. Plaut. in Capt. 7.69, Nec me ſecus vnquam ei facturũ quicquã, quàm memet mihi. Idem in Ciſtell. 10.26, Sed nũc ego memet moror.

MEMINI, Verbum defectiuum, in præterito tantũ coniugatur, & temporibus à præterito formatis. præter hoc, habet etiam in imperatiuo, memento, mementote.

Memini, Iay ſouuenance & memoire. A meno antiquo verbo fit, quo veteres vſi ſunt pro recordor, & in mentẽ reuoco. Plaut. in Perſa, 5.8, Potin' ne moneas? memini, & ſcio, & calleo, & cõmemini. Il men ſouuient. Idem in Epid. 13.33, Lunulam, atque anellum aureolum in digito? v. memini mi homo. E. non meminiſti me inaurem ad te afferre natali die? Idem in Aſin. 9.75, In ius voco te. LE. non eo. ME. non is? memento. LE. memini. Terẽt. in And. 5.5.13, Facturũ quæ voles ſcio eſſe omnia. P. memini. Ie le ſcay bien. Plautus in Trucul, 5.10, Nos diuitem eum meminimus, atque iſti pauperes nos.

Meminero. Plaut. in Aſin. 3.105, Ibi ſi quid opus fuerit. L. meminero. Il men ſouuiendra.

Memineris vnde. Plaut. in Aulul. 16.6, Pro re nitorem, & gloriam pro copia qui habent, meminerint ſeſe vnde oriundi ſient.

Meminiſti quantũ. Cic. de Amicitia, 2, Meminiſti enim profecto vt opînor Attice, &c. quãta hominum eſſet vel admiratio vel querela.

Memini comprimere. Plaut. in Epid. 11.13, Certè ea eſt quam in Epidauro pauperculã memini me cõprimere. Terent. in And. 2.5.18, Ego illam vidi virginẽ. forma bona memini videre. Iay memoire de lauoir veu belle fille. Cic. Papirio, lib. 9. epiſt. Nec tamẽ eas cœnas quæro, vt magnæ reliquiæ fiant. quod erit, magnificũ ſit & lautũ. Memini te mihi Phaneæ cœnam narrare, temperius fiat: cætera eodem modo. Idem Papirio lib. 9. epiſt. Memini in ſenatu diſertum conſularem ita eloqui. Apud eundem, memini facere legitur. Idem Act. v, in Verrem, Hoc me memini dicere. Idem de legibus, Iuri ſtudere te memini. Idem Appio, Ad me adire quoſdam memini. Idem Mario, lib. xi. epiſt. Quibus rebus intereſſe memini Trebatium.

Memini promiſiſſe. Cic. Attico, lib. 1, De comitiis meis & tibi me promiſiſſe memini. Idẽ pro Roſcio Amerino, Meminiſtis me ita diſtribuiſſe initio cauſſã. Idem pro Cor. Balbo,

Quod quidem nuper in columna ænea meminimus poſt roſtra inciſum, & perſcriptũ fuiſſe. Idem pro Tito A. Milone, Meminit etiam ſibi vocem præconis modo defuiſſe, quam minimè deſyderat.

Memineris meminiſſe. Plaut. in Capt. 5.54, Atque qui fueris, & qui nunc ſcis meminiſſe vt memineris. Que tu ayes memoire de te ſouuenir quel tu as eſte.

Memineris de. Plaut. in Aſin. 16 89, De Palla memento amabo.

Meminit de. Il a faict mention. Quintil. De quibus multi meminerunt.

Memini dici. Terent. in Eunucho, 4.7.31, Faciam vt huius loci, dieique, meique ſemper memineris. Cic. Titio, lib. 13. epiſt. Quare velim mihi ignoſcas, ſi illius voluntati obtemperans, minus videbor meminiſſe conſtantiæ tuæ.

Meminit huius rei, Il en a faict mention, il en a parle. Quintil. Neq; omnino huius rei meminit poeta ipſe.

Meminit officium ſuum. Plaut. in Caſ. 5.43, Mirum ecaſtor, ſenecta ætate te officium tuum non meminiſſe. Idem in Capt. 6.67, Memini ego iſtoc. Cic. de ſenect. 13, Equi fortis & victoris ſenectuti comparat ſuam, quam quidem probè meminiſſe poteſtis. Ibidem, 19, Omnia quæ curant meminerunt ſenes, &c.

Memini diſputata ab eo. Cic. de Amicitia, 4, Quæ diſputata ab eo meminiſſet magiſter meus Scæuola.

MEMOR memoris, omnis generis, ſecundũ Priſcianum, à Memini fit. Qui ha ſouuenãce, A qui il ſouuient de quelque choſe. Plaut. in Merc. 24.36, Para me clientem, memorem dices beneficii. Idem in Pſeud. 7.66, Aduerte ergo animum, & fac ſis promiſſi memor. Idem in Capt. 4.88, Nunquid vis? P. venias tempori. A. memorem mones. Terent. in Adel. 2.2. 43, Scio non te vſum antehac amicitia mea: memorẽ me dices eſſe, & gratũ. Idem in And. 1.5.46, Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe vt memor eſſes ſui. P. memor eſſem!

Memor: Cuius nos memores ſumus. Virg. Sæuæ memorẽ Iunonis ob iram. Horat. lib. Car. Siue puer furiens impreſſit memorem Dente labris notã. Hoc eſt, tam vehementem, vt nõ facilè excidat memoria.

Memoria memorię, fœ. g. Eſt (inquit Cicero lib. 1. ad Herẽ.) firma animi rerũ & verborũ diſpoſitionis perceptio. Memoire & ſouuenãce que on ha de quelque choſe. Terent. in And. 5.4. 41, Nũquid meminiſtiſc R. id quæro. P. egone huius memoriã patiar meæ voluptati obſtare? cum ego poſſim in hac re medicari mihi.

In memoria habere: Se ſouuenir, Auoir en memoire. Terent. in And. In memoria habeo. Donatus, Plus eſt quàm ſi dixiſſet ſcio. nam quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci: quæ verò memoriæ mandamus, nunquam amittimus.

Memoriæ mandare. Cic. de Amicitia, 3, Omnis diſputationis ſentẽtias memoriæ mandaui, quas in hoc libro expoſui meo arbitratu.

Memoriam alicuius ſibi præponere. Cic. de Amicitia, 85, Nemo vnquam animo aut ſpe maiora ſuſcipiet, qui ſibi non illius memoriam atque imaginem præponendam putet. Qui reduira a memoire.

Memoriã alicuius vſurpare. Cice. de Amicitia, 28, Quis eſt qui C. Fabritii, M. Curii cũ charitate aliqua & beneuolentia memoriã non vſurpet, quos nunquã viderit? Qui eſt ce a qui ſil ſouuiẽt de Fabritius & de Curius, ne les aime, & nait vne beniuolẽce enuers eulx, ia ſoit quil ne les ait iamais veus?

Memoria tenere, Se ſouuenir, & auoir in memoire. Cic. in Catil. oratione tertia, Nam profecto memoria tenetis Cota & Torquato conſul. complures in Capitolio turres de cælo eſſe percuſſas. Idem pro A. Cluẽtio, Memoria teneo Mileſiam quandam mulierem, cum eſſem in Aſia, quòd ab hæredibus ſecũdis accepta pecunia, partum ſibi ipſa medicamentis abegiſſet, rei capitalis eſſe damnatã. Idem Philippo, lib. 13. epiſt. Etſi non dubito pro tua in me obſeruãtia, proque noſtra neceſſitudine, quin cõmendationẽ meã memoria teneas.

Memoria memini facile. Ien ay bõne memoire. Plaut. in Capt. 7.33, Iſtuc non præcipias, facilè memoria memini.

Memoria alicuius intermortua. Cic. pro L. Murena, Et vt Scaurus memoriam propè intermortuam generis ſui, virtute renouare.

Memoria ſempiterna. Cic. de Amicitia, 14, Itaque non tã iſta me ſapiẽtiæ, quam modo Fannius cõmemorauit, fama delectat, falſa præſertim, quàm quod amicitiæ noſtræ memoriam ſpero ſempiternam fore.

Memoriæ proditum eſt. Cic. de ſenect. 58, Quinetiã memoriæ proditũ eſt, cum Athenis ludis quidã in theatrũ grandis natu veniſſet, magno in conſeſſu nunquã ei locũ datum à ſuis ciuibus. Il eſt redige par eſcript, On trouue par eſcript, que &c.

Memoriæ traditum eſt. Cic. de Amicitia, 37, Tum etiam cum iis, & inter ſe coniunctiſſimos fuiſſe M. Curium, & T. Corũcanum, memoriæ traditum eſt.

Memoria eſt. Plaut. in Trucul. 5.10, Actũtum fortunæ ſolẽt mutarier: varia vita eſt: nos diuitem eum meminimus, atque iſti pauperes nos. vertere ſeſe memoria eſt vices ſic. On voit aduenir.

Memoria patrũ, Du temps de nos peres. Suet. de claris gramm. 4.b, Audiebam etiã memoria patrum quoſdam è grãmaticis ſtatim ludo tranſiiſſe in forum.

Memoria rerũ. Suet. de claris grãmat. 23, Sed capiebat homines cum memoria rerũ, tum facilitate ſermonis: necnon etiam poemata faciebat extempore.

Memoriter, aduerbium, Par cueur. Quod Barbari dicunt, mente tenus.

Memoriter cognoſcere. Terẽ. in Eun. 5.3.6, Amabo quid ait? cognoſcitne? c. ac memoriter.

Memoriter memorat. Plaut. in Amph. 4.263, Hic quidem certè quæ illic ſunt res geſtæ memorat memoriter. Memoriter meminit. Plaut. in Capt. 5.56, Hem iſtuc ſi potes memoriter meminiſſe, ineſt ſpes nobis in hac aſtutia. Idem in Pœnul. 7.59, Vbi is detulerit, tu eho quæſitũ ſeruũ aduentes tuũ cum pecunia? AG. meminiſtis memoriter, ſeruaſtis me.

Memoriter narrare. Cic. de Amicitia, 1, Q. Mutius Augur Scæuola multa narrare de C. Lælio ſocero ſuo memoriter & iucũdè ſolebat. Terent. in Phor. 2.3.47, Di tibi male faciãt. P. primus eſſes memoriter progeniam veſtrã vſque ab auo atque atauo proferens.

Memoriter reſpondere. Cic. in Vatinium, Tum memoriter reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro.

Memoriter me vocat. Plaut. in Aſin. 11.38, Vt memoriter me Sauriã vocabat Atrienſem!

Memorabilis & hoc memorabile, Quod eſt dignũ memoria. Plaut. in Capt. 12.26, At erit mihi hoc factũ mortuo memorabile. Idem in Sticho, 14.48, Vnũ ſcortũ ducere, hoc memorabile eſt, ego tu ſum, tu es ego, vnanimi ſumus. Terent. in And. 4.1.1, Hoccine credibile eſt, aut memorabile, tanta vecordia innata cuiquam vt ſiet, vt malis gaudeant, atque ex incõmodis alterius ſua comparẽt vt cõmoda? Idem in Heaut. 2.3.73, Heus tu, non fit ſine periclo facinus magnũ & memorabile. Columella in præf. Cum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces. Cic. de Amicitia, 4, Sic cum accepiſſemus à patrib⁹ maximè memorabilem C. Lælii & P. Scipionis familiaritatem.

Memoro memoras, memorare, Reduyre a memoire, penſer. Plaut. in Pœn. 16.100, Patris atq; matris memini. P. memorãdum mihi, ſi noui forte, aut ſi ſunt cognati mihi. Il me fault penſer, & reduire en memoire.

Memorare, Raconter, reciter, reduire a memoire. Plaut. in Amphit. 3.134, Quæ illi ad legionem facta ſunt, memorat pater meus Alcmenæ. Et paulò pòſt, 136, Ibi nunc meus pater memorat, legiones hoſtium vt fugauerit.

Memorãt, On dict. Liui⁹ lib. 1, Herculémque in ea loca Geryone interẽpto boues mira ſpecie abegiſſe memorant.

Memorare memoriter. Plaut. in Amphit. 4.263, Hic quidem certè, quæ illic ſunt res geſtæ, memorat memoriter.

Verbum eſt verũ quod memoratur, Il eſt vray ce que on dict. Plaut. in Trucul. 18.31, Verbum eſt verum quod memoratur, vbi amici, ibidem opus.

Memorare, Dicere. Plaut. in Trin. 13.38, Agedũ nomen tuũ primũ memora mihi. Idem in Pſeud. 15.29, Noſce imaginem: tute eius nomen memorato mihi, vt ſciam Ballionem te eſſe ipſum. Idem in Aulul. 9.42, Sed vter veſtrorum eſt celerior, memora mihi.

Memoror memoraris, deponens, Idem. Plaut in Amphit. 6.14, Experiri iſtuc mauellem me, quàm mihi memorarier.

Memorat⁹ memoratus memoratui, Idem quod memoratio. Salluſt. Incredibile memoratu eſt.

Memorandus memoranda memorandũ: Digne de memoire. Plaut. in Epid. 9.49, Cum militabam: pugnis memorandis meis eradicabam hominum aures quando occœperam.

MENDA mendæ, & mendum mendi, pro errore, Faulte. Cic. Attico, lib. 2, Caſtritianum mendum nos corrigemus: & tamen ad me Q. Decelini mendum ſcripſerat. Idem Cecinnæ, Nã cum mendũ ſcripturæ litura tollatur. Ouid. Mendæ nocte latenti. Cic. in Verrẽ, act. 4, Queſo codicem circũfer, oſtẽde. videtiſne totum hoc nomen, coràm vbi facit delatũ,

eſſe in litura? quod fuit iſtic antea ſcriptum? quid mendum iſta litura correxit?

Mendoſus mendoſa mendoſum, Plenum mendis & erratis. vt exemplar mendoſum, apud Plinium in epiſtolis. Vne copie pleine de faultes.

MENDACIVM, mendacii, n.g. Menterie.

Mendacium dicere & mētiri, quemadmodū diſtent, P. Nigidius (inquit Nonius) bonarū artiū præclariſſimus manifeſtiſſimè ſeparauit, Qui mentitur, ipſe non falſus alterū fallere conatur. qui mendacium dicit, ipſe fallitur, quantum in ſe eſt. Vir bonus præſtare debet vt non mentiatur: prudens, ne mendacium dicat. alterum iudicet in homine, alterum non.

Mendaculum mendaculi, Paruus error, Vne petite mēterie. Cic. de Orat. Quod tamen eſt mendaculis aſpergendum.

Mendax mendacis, o.g. Menteur. Cic. pro Roſcio Comœdo, At quid intereſt inter periurum & mendacem? qui mentiri ſolet, peierare conſueuit. Plaut. in Menæch. 8.59, AEdepol haud mendacia tua verba.

Mendax huius rei eſt, Il a menti de cecy. Plautus in Aſin. 16.5, Si huius rei eſſe mendacem inueneris.

Mendaciloquus mendaciloqua mendaciloquū, Qui mendacium loquitur. Plaut. in Trinum. 4. 120, Nihil eſt profecto ſtultius, neque ſtolidius, neque mendaciloquius, neq; argutum magis.

MENDICVS mendica mendicum, Vng poure qui demande ſa vie par les rues, Mendiant. Feſtus, Mendicum dici Verrius putat, a mente eius quā fefellerit fortuna. vel quod precetur quēque vt vitæ ſuæ medeatur cibo. vel quòd manu indicet. Plaut. in Bacchid. 9.16, Mendicū malim mendicando viuere. Idem in Trin. 12.12, Hoc dis dignū eſt, ſemper mendicis modeſti ſint. Idem in Aulul. 12.9, Sed quid tibi nos mendice homo tactio eſt? quæ res? Idem in Perſa, 10.68, Cum hac dote poteras vel mendico nubere.

Mendico mendicas, mēdicare, Vitæ alimēta poſtulare, Mendier, pourchaſſer ſa vie. Iuuenalis, Arcanam Iudæa tremens mendicat in aurem.

Mendicarier pro mendicari, apud Plautū in Aulul. Malim moriri meos quàm mendicarier.

Mendicare ſibi malum per metaphoram dixit Plautus in Amphit. 14.12, Quia ſenecta ętate a me mendicas malum. Tu pourchaſſe que ie te dōne malencontre.

Mendicans mendicantis, o.g. Plaut. in Capt. 6.73, Decere videatur magis me ſaturum ſeruire apud te ſumptu & veſtitu tuo, quàm illic vbi minimè honeſtum eſt mendicantem viuere.

Mendicula mendiculæ, Veſtis: à mendice, qui magiſtratus nomen erat apud Hoſcos, vt inquit Feſtus. Plaut. in Epid. 5.40, Quid erat indutaſan regillam induculam, anmendiculam?

Mendicitas mendicitatis, fœ.g. Mendicité. Cic. pro Sex. Roſcio, In hac enim cauſſa cum viderent illos ampliſſimā pecuniam poſſidere, hunc in ſumma mendicitate eſſe, illud quidem non quærerent cui bono fuiſſet, ſed eo perſpicuum crimen & ſuſpicionem potius ad prædam adiungerent, quàm ad egeſtatem.

Mendicimonium mendicimonii, n.g. pro eodem accepit Laberius, teſte Nonio.

Mendiciter, aduerbium, Per inopiam.

Mendicabulum mendicabuli, n.g. Mendicatio. Plaut. in Aulul. 24.3, Nam iſtos reges cæteros memorare nolo hominum mendicabula.

MENIANA, non à mœnibus dicta, ſed à Menio quodam qui primus id genus ædificii inuenit extēſis tignis vltra columnas, quo ſuperiora ampliarētur, vulgo nūc quoque Meniana, ſiue podioli dicuntur. Suet. Pauci è proximis menianis ſpectabant.

MENO, verbum antiquū, id eſt recordor, & in mentem reuoco. A quo prima ſyllaba geminata fit præteritum memini, ſicut à pungo pupugi.

MENS, mentis, f.g. Quaſi eminēs. eſt enim altior animi pars, qua etiam diuina percipimus. Lactantius lib. 7, Primū, non idem eſt mens & anima. aliud eſt enim quo viuimus, aliud quo cogitamus. nam dormientiū mens non anima ſopitur: & in furioſis mens extinguitur, anima manet. Ouid. Mente deos adiit, & quod natura negabat Viſibus humanis, oculis ea pectoris hauſit. Cic. pro C. Rabirio, Itaque cum multis aliis de cauſſis virorū bonorū mentes diuinæ mihi atquæ æternæ videntur eſſe, tum maximè quòd optimi & ſapientiſſimi cuiuſque animꝰ ita præſentit impoſteriū, vt nihil niſi ſempiternū ſpectare videatur. Plaut. in Ciſtell. 5.6, Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior: ita nullam mentē animi habeo. Ie nay ne ſens ne entendement, Ie ſuis trouble en mon eſperit. Idem in Epid. Pauor territat mētem animi: neque eſt vbi meas collocem ſpes.

Mens, voluntas. Virg. Accipit in Teucros animũ, mentémque benignam. Vng bon vouloir.
Terent. in And. Mala mens, malus animus. Vng mauuais vouloir & courage.
Mentem deponere, Sesshonter. Cic. in Antonium, Philipp. 13, Tu verò, qui te ab eodem Cæsare ornatũ negare nõ potes, quid esses, si tibi ille nõ tam multa tribuisset? ecquò te tua virtus prouexisset? ecquò genus? in lustris, popinis, alea, vino, tempus ætatis omne consumpsisses: vt faciebas, cum in gremiis mimarũ mentem, metúmque deponeres.
Mente captus, dicitur (authore Festo) cum mens ex hominum potestate abiit. Fol.
Mens, Consilium. Virg. Nostram nunc accipe mentem.

Mentio mentionis, f. g. A supino mentum, quod à meno verbo antiquo deducitur.
Mentionem facere. Ramenteuoir, faire mention, reduyre a memoire. Terent. in Eunu. 3.1.47, Rogas? scín' siquando illa mentionem Phædriæ facit, aut si laudat, te vt malè vrat &c. Cic. de senect. 58, Lysandrum Lacedæmoniũ, cuius modo mentionem feci, dicere aiunt solitum, Lacedæmone esse honestissimum domicilium senectutis.

Mentior mentiris, mentiri, deponens, Mentir. Plaut. in Pœnulo, 11.18, Mentire: nam ad te venit, aurúmque attulit. Idem in Amphit. 4.190, Verbero, mentiris nunc. at iam faciam vt verum discas dicere. Terẽt. in Heaut. 3.2.38, Non est mentiri meum. Ie nay point de coustume de mentir.
Mentiri aduersus aliquem. Plaut. in Aulul. 23.9, Egóne vt te aduorsum mentiar mater mea?
Mentiri alicui. Plaut. in Amphit. 5.6, Ille adeò illũ mentiri sibi credet, neque credet huc profectum vt iusserat.
Mẽtiri se esse aliquẽ: Faindre que on soit ce que on nest pas. Plin. de viris illust. 62, Q. Læli? Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triumphauit, censor, Quintium qui se Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in censum non recepit.
Mentibor. Plaut. in Mil. 5.99, Quantum vis prolationũ, dũmodo nunc prima via inducam?, vera vt esse credat quæ mẽtibimur. Ibidẽ, 3.35, Et assentãdũ est quicquid hic mentibitur.

MENSA, mensæ, f. g. Super quam edere solemus. Vne table. Virg. Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula.
Mensa, pro prandio vel cœna quandoque ponitur. Iuuenalis, Cum de tot præclaris orbibus & tam Antiquis vna comedunt patrimonia mensa.
Primæ & secundæ mensæ, Id est primi & secundi cibi. Virg. Non ego te diis & mensis accepta secundis Transierim Rhodia.
Mensa: tabula qua argentarii vtuntur, La table dung changeur.

Mensula mensulæ, Vne petite table.
Mensulam apponere. Plaut. in Mostell. 4.150, Cedo aquã manibus puer, appone hic mẽsulã.

Mensarius mensarii, m. g. Vng changeur. Argẽtarius à Latinis dicitur, à Græcis trapezita.

MENSIO mensionis, f. g. à mensum, significat mensuram. Cic. de Orat. Aures vel animus aurium nuntio, naturalem quandam in se continet vocum omnium mensionem.

MENSIS, huius mensis, m. g Vng mois. A metior deducitur, quasi res numero dierũ mensa. Cic. lib. secundo de nat. deorũ, Qui quia spatia conficiunt, menses nominantur. Macrobius à græco μένη, id est à luna trahit. nam lunæ curriculo mensis cõficitur. Terẽt. in Adel. 3.4.29, Compressu grauida facta est, mensis hic decimus est. Voycy le dixieme mois. Plaut. in Persa. 16.160, Nunquam herclè hunc mensem vertentem credo seruibit tibi.
Menses, in plurali, pro menstruo mulierum aliquãdo accipitur. Plin. lib. 21. cap. 21, Prodest & orthopnoicis, mulierúmque mensibus retardatis.

Menstruus menstrua menstruũ, Qui ce faict de mois en mois, Ou qui dure lespace dung mois. Varro de re rustica, lib. 1, cap. 27, Et quando tempora duorum generum sunt, vnum annale, quod sol circuitu suo finit: alterum menstruum, quod luna circũiens comprehendit: prius dicam de sole. Plin. epist. 225, Nam & menstruum meum calendis septembris finitur, & sequens mensis complures dies feriatos habet.
Menstruũ menstrui, substãtiuũ, Mulierũ profluuium est, quod illis singulo quoque mense accidere solet. Vide Plinium lib. 7. cap. 15.

Menstrualis & hoc menstruale, Quod singulis mẽsibus fit. Plaut. in Capt. 8.23, Quibus solebã menstruales epulas antè adipiscier.
Menstrualis mulier, Quæ menstruum patitur. Plin. lib. 7. cap. 15, Solum autem animal menstruale mulier est.

Menstruatus menstruata menstruatum, Quod menstruum patitur. vt menstruata mulier.

Menſurnus menſurna menſurnum, à menſe, ſicut diurnus à die. Cic. ad Heren. Pars quædã æternitatis, cum alicuius animi menſurni, diurni, nocturni, veſpertini certa ſignificatio habetur.

MENSVRA, menſuræ, f. g. Vne meſure. Plin. lib. 7. cap. 56, Menſuras & pondera Phidon Argiuus aut Palamedes, vt malluit Gellius, inuenit.

Menſura beneficii. Plin. epiſt. 268, Ex illo enim menſurã beneficii tui penitus intelligo, cum tam plenam indulgentiam cum tota domo mea experiar.

MENTA, mentæ, f. g. Herbæ genus. De la mente. Columella lib. x 1. cap. 3, Sed etiam menſe Ianuario menta dulcem deſyderat vliginem: quam ob cauſſam iuxta fontem menſe Martio rectè ponitur.

MENTAGRA, mentagræ, f. g. Morbus dictus à mento. Plin. lib. 26. cap. 1, Grauiſſimũ ex his lichenas appellauere, græco nomine, latinè (quoniã à mẽto ferè oriebatur) ioculari primũ laſciuia (vt eſt procax natura multorũ in alienis miſeriis) mox & vſurpato vocabulo mẽtagrã, occupantem in multis totos vtique vultus, oculis tantum immunibus, deſcendentem verò & in colla, pectuſque ac manus fœdo cutis furfure.

MENTASTRVM, mentaſtri, n. g. Menta ſylueſtris. Plin. lib. 20. cap. 14, Mentaſtrum ſylueſtris menta eſt, differẽs ſpecie foliorum quaſi figura ocimi, pulegii colore, propter quod quidam ſylueſtre pulegium vocant.

MENTIGO mentiginis, f. g. Genus morbi. Columella lib. 7. cap. 5, Eſt etiam mentigo, quã paſtores oſtiginem vocant, mortifera lactentibus. Ea plerunque fit ſi per imprudentiã paſtoris, emiſſi agni, vel etiam hœdi, roſidas herbas depauerit, quod minime cõmitti oportet: ſed cum id factum eſt, velut ignis ſacer, os atque labra fœdis vlceribus obſidet.

MENTIO, mentionis, f. g. & MENTIOR. Vide poſt MENS.

MENTVM mẽti, n. g. Ab eminẽdo dicitur: à gula enim eminet. Le mẽton. Plin. lib. x 1. cap. 37, Mentum nulli præter hominem: nec malæ. Plaut. in Mil. 5. 54, Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulcit ſuo.

MEO, meas, meare, Ire. vel fluere, manare.

Meatus meatus meatui, Cõduict. Græci poros vocant meatus. Plin. Succus maluæ decoctæ poros, hoc eſt meatus ſuaues facit.

Meabilis & hoc meabile. Plin. lib. 2. cap. 5, Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totóque confectum. Qui facilement ſeſcoulle par tout.

MERACVS meraca meracum, Solum & purum. Vnde vinũ meracũ dicimus, quod merum eſt, nulla aqua admiſta. Vnde meracius bibere dicuntur, qui minus aquæ vino miſcent. Celſus præcipit hyeme meracius bibendũ eſſe, æſtate dilutius. Plin. lib. 23. cap. 1, Meracis potionibus per viginti dies ante canis ortum, totidemque poſtea, ſuadet Heſiodus vti. Horat. Expulit elleboro bilem, morbúmque meraco.

MERCATOR, & Mercatura, Vide poſt MERCOR.

MERCES, mercis, f. g. Quicquid emitur, venditúrve lucri cauſſa. Marchandiſe.

Merces mercedis, Præmium quod datur pro labore ſeu ſtipendio. A merendo dicta, vt inquit Varro lib. 4. de lingua latina, Louyer. Cic. pro Sex. Roſcio, Interim mihi videris Eruci vna mercede duas res aſſequi velle, nos iudicio perfundere, accuſare autem eos ipſos a quibus mercedem accepiſti. Iuuenalis, Scire volunt omnes, mercedem ſoluere nemo.

Mercula merculæ, diminutiuũ. Cic. Attico, lib. 13, Eſt aliud poſtea quam ſum a te deiunctior, ſed fuit faciendum, vt & conſtituerem mercedulas prædiorum, & ne magnũ onus obſeruantiæ Bruto noſtro imponerem.

Mercenarius mercenaria mercenariũ, Quod ad mercedem pertinet, De quoy on ha louyer. Cic. in Verrẽ, act. 3, Itaq; cum à te caput illud tam multis verbis mercenario proœmio eſſet ornatum, ecquis eſt inuentus poſtea prætor, qui illud idem ediceret?

Mercenarius mercenarii, Qui mercedis gratia operã præſtat. Vng mercenaire, qui loue ſa peine. Columella, Siue mediarũ facultatũ dominus ex mercenariis aliquem recuſantẽ iam quotidianum illud tributum, qui vectigalis eſſe non poſſit, ignarum rei cui præfuturus eſt, magiſtrum fieri iubet.

Mercimoniũ mercimonii, Marchandize. Plaut. in Amphit. 3. 1, Vt vos in voſtris vultis mercimoniis emundis vẽdundiſque me lętũ lucris afficere. Idem in Curcul. 12. 8, Sed quid agit meum mercimoniũ apud teſe. nihil apud me quidem, ne facias teſtes, neque equidem debeo quicquã. Idem in Moſtell. 11. 9, Dii immortales mercimonii lepidi. Et paulo poſt, 12, Bene

res noſtra collocata eſt iſtoc mercimonio. Nous nauons point mal employe noſtre argent en ceſte marchandiſe.

MERCOR mercaris, mercari, Deponẽs, Lucri cauſſa mercaturam exercere, Demener marchandiſe, Acheter & reuendre pour gaigner. Ou ſimplemẽt acheter quelque choſe. Plaut. in Heaut. 1.1.2, Inde adeò, quòd agrum in proximo hic mercatus eſt. Ibidem, 1.1.94, Agrũ hunc mercatus ſum: hic me exerceo.

Mercatur minori pretio. Gellius, Libros tras reliquos mercatur, nihilo minori pretio.

Mercari à, vel de. Cic. de off. Sordidi etiam putandi, qui mercãtur à mercatoribus quod ſtatim vendãt. Plaut. in Epid. 10.59, Mercatus te hodie eſt de lenone Apoecides. Ibidem, 2.42, Quia forma lepida, & liberali captiuã adoleſcẽtulam de præda mercatus eſt. Idem in Trucul. 13.4, Qui oues Tarentinas erat mercatus de patre, quærit patrem. Cic. pro L. Flacco, Fundum Cymeum Romæ mercatus eſt de pupillo.

Mercari alicui. Terent. Quidam eunuchus quem mercatus fuerat frater Thaidi. Plaut. in Perſa, 7.6, Domitos boues vti ſibi mercarer.

Mercari græca fide. Plaut. in Aſin. 5.49, Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem: hæc argento nõ emo: cætera quæ volumus vti, græca mercamur fide. Plaut⁹ Græcam fidem dixit, vbi nõ verbis, neque ſtipulationibus, ſed præſente pecunia res agitur. Argent content.

Mercari præſente pecunia, Acheter argent content. Plaut. in Capt. 6.8, An verò non iuſta cauſſa eſt, vt vos ſeruem ſedulò, quos tam grandi ſim mercatus pecunia?

Mercator mercatoris, m.g. Vng marchãt. Horat. Impiger extremos currit mercator ad Indos.

Mercatura mercaturę, Marchãdiſe. Plaut. in Trin. 6.50, Mercaturámne, an vęnales habuit, vbi rem perdidit? L. nihil iſtorum. Cic. de off. Mercatura autem ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſin magna & copioſa, multa vndique apportãs, multíſque ſine vanitate impertiens, nõ eſt admodũ vituperãda. Idem de lege Agraria, Hanc verò emẽdi & vendẽdi quæſtuoſiſſimam ac turpiſſimam mercaturam, alienam actione Tribunitia, alienam dignitate populi Ro. ſemper putaui.

Mercatus mercatus mercatui, m.g. Mercandi actus, Achet, Marchãdiſe. Plaut. in Moſtell. 8.120, AEdes filius tuus emit. TE. ædes? TR. ædes. TE. euge Philolaches patriſſat, & iam homo in mercatũ auortitur. Il ſe meſle de marchandiſe, & la demene. Idem in Aſin. 8.18, Aſinos vendidit Pellæo mercatori mercatu. Liuius lib. 1, Tullus ad Feroniæ fanũ mercatu frequenti negotiatores Romanos comprehenſos querebatur.

Mercatus mercati, Locus in quo res vendũtur, Le marché. Plaut. in Perſa, 7.6, Nam ibi mercatum dixit eſſe die ſeptimi, Que la foire, ou le marche ſera en ce lieu la. Idem in Pœn. 4.117, Quia apud ædem Veneris hodie eſt mercatus meretricius. Cic. lib. 1. de off. Quò cum tanquã ad mercatum bonarũ artium profectus ſis, inanem redire turpiſſimũ eſt. Terent. in Adelph. Emptæ mulieres complures: & item hinc alia quæ porto in Cyprum. niſi eò ad mercatum venio, damnum maximum eſt. Donatus, Mercatus, locum, tempúſque ſignat.

Inſtituere mercatũ. Cic. Philipp. 3, Earúmque rerum omniũ domeſticum mercatum inſtituerit: Pop. Ro. leges impoſuerit, armis & præſidiis pop. Ro. & magiſtratus foro excluſerit.

Indicere mercatũ. Cic. in Verrem, act. 4, Tanto mercatu prætoris indicto, concurritur vndique ad iſtum Syracuſas, flagrabat domus tota prætoria ſtudio hominum, & cupiditate.

Mercalis & hoc mercale, Quaſi vendibilis. Columella lib. 8, Ex his ſingula capita quæ videntur eſſe robuſtiora, in ſupplementum gregis reſeruãtur, cætera mercalibus traduntur. Id eſt vendibilibus.

MERCVRIALIS, huius mercurialis, f.g. Herba. De la mercuriale. Plin. lib. 25. cap. 5, Linozotis ſiue parthenion à Mercurio inuẽtus, ideò apud Græcos hermupoan multi vocãt: eam apud nos omnes mercurialem, &c.

MERDA, f.g. A μέρος dicitur, quod eſt pars, & edo comedo. Eſt enim cibi excremẽtũ, hoc eſt pars eorũ quæ comedim⁹. Merde. Horat. lib. 1. Serm. Mentior: at ſi quis merdis caput inquinet albis Coruorum, & in me veniant mictum atque cacatum.

MERENDA merẽdæ, f.g. Dicitur (authore Nonio) cibus qui poſt meridiem datur. Plaut. in Moſtell. 9.28, Eia maſtigia, nunquid ad merendã iſtic ero? Feſtus, Merẽdam antiqui dicebant pro prandio: quòd ſcilicet medio die caperetur.

MEREO meres, merui, & meritus ſum, & Mereor mereris, mereri, Deponẽs, A mercede deriuatur, & ſignificat aliquid mercedis pro labore parare vel ſumere, ſeu dignũ eſſe. Meriter ſoit bien ou mal. Plaut. in Trin. 17.5, Nõ videor meruiſſe laudẽ, culpa caruiſſe arbitror.

Idem in Caſ. 24. 12, Et ſi malũ merui, hâc dabo protinã, & fugiam. Idem in Sticho, 2. 17, Noui illum: ioculo iſtæc dicit: neque ille ſibi mereat Perſarum montes, qui eſſe aurei perhibentur, vt iſtuc faciat quod tu metuis. Terent. in And. 1. 5. 46, Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui.

Mereri, etiam de turpi lucro dicitur, vt ſit quæſtum ſordidum facere. Varro Eumenidibus, Primum iſte qui meret ſeſtertios vicenos.

Mereri de aliquo, Conferre aliquid in aliquem. Plaut. in Aſin. 4. 22, Te pol ego vlciſcar, te ego, vt digna es, perdam, atque vt de me meres. Cõme tu las deſerui enuers moy. Idem in Aulul. 7. 45, Nam de te, neque re, neque verbis merui vt faceres quod facis. Iamais ie ne te feis, ne ne dis choſe de quoy tu me deuſſe faire ce que tu fais. Idem in Menæh. 11. 25, Quid de te merui, qua me cauſſa perderes? Que tay ie faict, &c. Idem in Amphit. 3. 38, Debetis velle quæ velimus: meruim⁹ & ego & pater de vobis, & rep. Nous lauõs bien deſerui enuers vous. Nous vous auons bien faict le parquoy. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 30, An cuiquã eſt vſus homini, ſe vt cruciet? M. mihi eſt. c. ſi quid laboris eſt, nollẽ. ſed quid iſtuc mali eſt? quæſo quid de te tantum meruiſti? Quel grand cas as tu cõmis encontre toy? Idem in Hecyra, 5. 1. 33, Nam meritus de me eſt, quod queam, illi vt cõmodem. Il ma tant faict de plaiſirs, que ie ſuis tenu de luy aider en tout ce que ie pourray.

Bene mereri de aliquo, Cõferre beneficiũ in aliquem, Luy faire plaiſir & ſeruice. Virg. lib. 4, Si bene quid de te merui. Cic. de Amicitia, 76, Scitum eſt enim illud Catonis, multò melius de quibuſdam acerbos inimicos mereri, quàm eos amicos, qui dulces videantur.

Malè mereri de aliquo, Offenſer aucun, Luy faire deſplaiſir. Plaut. in Trin. 6. 57, De mendico malè meretur, qui ei dat quod edat, aut quod bibat. Il ne luy faict point de plaiſir. Idem in Curcul. 4. 3, Heus tu mulier, malè mereri de immerente, inſcitia eſt. Cic. Nam quo animo in hominem petulantem & malè de nobis meritum eſſe debuimus?

Meruit illa virum dote. Plaut. in Moſtell. 4. 124, Verùm illic eſſe maxima pars veſtrorũ intelligit, quibus anus domi ſunt vxores, quæ vos dote meruerũt. Leſquelles vous ont eu pour leurs eſcus.

Neque hodie vt te perdã, meream deũm diuitias mihi: Ie ne vouldroie pas ou iourdhuy gaigner le threſor des dieus pour te laiſſer. Plaut. in Menæh. 5. 35.

Mereri erga aliquem. Plaut. in Amphit. 17. 49, Iam iſtuc gaudeo, vtvt erga me merita. Quelque choſe quelle mait faict.

Mereri, Stipẽdia facere in militia, hoc eſt ſtipendii gratia militare & dimicare.

Mereri abſolutè. Cic. in Verrem, act. 7, Clamabat ille miſer, ſe ciuem eſſe Romanum, municipem Cauſſanum, meruiſſe cum L. Precio ſplendidiſſimo equite Romano, qui Panormi negotiaretur.

Merere, cum ablatiuo. Cic. pro Roſcio Comœdo, Nam illa membra merere per ſe nõ amplius poterãt duodecim ęris: diſciplina quę erat ab hoc tradita, locabat ſe nõ minus ſeſtertiis CCCLIII. Lucanus, AEre merent paruo.

Meruit ſub. Liuius, Cum hac indole virtutum ac vitiorum triẽnio ſub Haſdrubale imperatore meruit.

Merere ſtipendia. Suet. Prima ſtipendia meruit.

Merere alicui. Stathius lib. 4. Theb. Nõ hi tibi ſolum Amphiarae merẽt. Lucanus lib. 6, Sæua viro nomen caſtrorum in plebe merebat.

Meritus merita meritum, Merite, deſerui. Terent. in Phor. 5. 9. 25, Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritã non nego, ſed eã quę ſit ignoſcẽda. Ie ne nye pas que ie naye deſerui deſtrè blaſmé en cecy.

Meritos aris imponit honores, Id eſt congruos & conuenientes. Virg.

Meritiſſimo eius. Plaut. in Aſin. 12. 147, Iube aduenire quæſo meritiſſimo eius quæ volet, faciemus. Qui la bien deſerui.

Meritum meriti, Præſtitum, Ce que on a faict a aucun. Plancus Ciceroni, Quid enim tibi pro maximis tuis ac penè immortalibus in me meritis, præſtare amplius poſſim?

Meritum meum eſt, Ie lay ainſi deſerui, Iay faict le parquoy. Terent. in Heaut. 1. 1. 40, Huſtam graues hos quæſo! M. ſic meritum eſt meum. Idem in Phor. 5. 9. 62, Faciam & dicã. P. benignè dicis. N. Pol meritum eſt tuum.

Merito meo. Plaut. in Aſin. 9. 86, Nemo etiã me accuſauit merito meo. Par ma faulte, pour faulte que ieuſſe faicte. Ibidem, 15. 7, Decet verecundum eſſe adoleſcentem Argyrippe.

AR. ædepol pater merito tuo facere poſſum. Tu me las bien mõſtre. Tu mas faict le parquoy. Vatinius Ciceroni, Scis meã fortunam: neſcio quomodo facilè obtrectatores inuenire non meo hercle merito. Plaut. in Ciſtell. 2.16, Merito veſtro amo vos, quia me colitis, & magnificitis. Terẽt. in Eunu. 3.2.5, Ecquid nos amas de fidicina iſthac? THA. plurimum merito tuo.

Meritò, aduerbium, Digné, A bon droict, & a bõne cauſe, cõme layant ainſi gaigne & deſerui, ayant faict le parquoy. Plaut. in Mil. 10.42, Immò hoſpes magis cum periculũ facies, magis noſces meã comitatem, meritò te amantem. Terẽt. in Eunuc. 1.2.106, Faciundum eſt quod vis. T. meritò te amo. PH. bene facis. Ie te doibs bien aimer. Idem in Adel. 5.8.24, Si vos tantopere iſtuc vultis, fiat. AE. bene facis: meritò te amo. Plaut. in Amphit. 7.15, Meritò maledicas mihi, ſi nõ ita id factũ eſt. Ibidem, 3.49, Datum arbitratur eſſe id à vobis ſibi, meritóque vobis bona ſe facere, quæ facit. Idem in Pœnu. 14.107, Verùm ſi ſit qui malam rem mihi det, meritò fecerit. Terent. in Eunuch. 2.3.95, Quod qui reſcierint, culpent? illud meritò factum omnes putent. Idem in And. 3.2.50, Si nolit, quin eum meritò poſſim cogere.

Merito meritas, meritare, Meriter, Dignũ eſſe & militare. Cic. in Verrem, act. v, Vt ſi quis vilic⁹ ex eo fundo, qui HS dena meritaſſet, exciſis arboribꝰ, ac venditis, demptis tegulis, inſtrumento, pecore abalienato, domino XX millia nummûm pro x miſerit, &c.

Meritorius meritoria meritoriũ, Quod quæſtum facit corpore ſuo. Cic. in Antoniũ, Ingenui pueri cum meritoriis, ſcorta cum matribuſſamiliâs verſabantur.

Meritoriũ cœnaculũ, Quod quæſtus gratia locatur, Chambre de louage. Suet. in Vitell. cap. 7, Vt vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis domũ in reliquam partẽ anni ablocaret. Meritoria vehicula. Suet. in Calig. cap. 39, Quidquid inſtrumẽti veteris aulę erat ab vrbe repetiit, cõprehẽſis ad deportãdũ, meritoriis quoq; vehiculis.

Taberna meritoria, Diuerſoriũ atque hoſpitium mercenariũ, vbi cuique licet introire danti mercedem. Vne hoſtellerie, Vng logis.

Meritoria abſolutè quandoque pro tabernis mercede conductis. Iuuenalis, Nam quæ meritoria ſomnum Admittunt.

Meretrix meretricis. Vne paillarde. À merendo: nam mercede ſuam exercet militiaã. Plaut. in Capt. 2.56, Hic neque periurus leno eſt, neque meretrix mala. Terent. in prolog. Eunuchi, 37, Meretrices malas, paraſitum edacem. Plaut. in Trucul. 11.14, Meretricẽ ego item eſſe reor mare vt eſt, quod des deuorat, nunquam abundat.

Meretricium meretricii, n.g. Ipſa meretricandi ars.

Meretricius meretricia meretriciũ, Quod eſt meretricis, vel quod ad meretricem pertinet. Terent. in And. 5.4.12, Ac meretricios amores nuptiis conglutinas? Idem in Eunucho, 5.5.18, Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia deprehendi quenquã?

Meretriciè, aduerbium, En paillarde. Plaut. in Milite, 11.57, Quàm dignè ornata incedit, haud meretriciè!

Meretricor meretricaris, meretricari, Paillarder. Gellius, Thais meretricando magnam pecuniam demerebat.

MERGA mergæ, f.g. Furcula qua acerui frugũ fiunt. Dictæ mergæ à mergis volucribꝰ: quia vt illi ſe in aquam mergũt, dum piſces perſequũtur, ſic meſſores eas in fruges mergũt, vt eleuare poſſint manipulos. Vne fourche a fein. Plaut. in Pœn. 16.55, Palas vendũdas ſibi mergas datas vt ortum fodiat, atque vt frumentum metat. Idem in Rud. 18.55, Si attigeris oſtium, iam hercle tibi meſſis in ore fiet mergis pugnis probè.

MERGO mergis, merſi, merſum, mergere, Sub aqua ponere. Mettre & plonger en leaue. Plin. epiſt. 173.c, Idem lacus in flumen egeritur: quod vbi ſe pauliſper oculis dedit, ſpecu mergitur. Et paulò antè, Hæc ab omni latere perſpicitur, eadẽ aqua pariter ſuſpẽſa, & merſa. Merſus furno, per trãſlationem dixit Plautus in Epid. 3.16, Malim iſtiuſmodi mihi amicos furno merſos quàm foro.

Merſo merſas, merſare, Sæpe mergere, Souuent plonger en leaue. Columella lib. 8, Quarto die ſi eſt vicina maris, ad littus deducta merſatur ouis.

Merto mertas, mertare, Idem quod merſare. Accius, Vel hic qui in ea parte effrenata imprudẽtia præſentem præſens dictis mertare inſtituit.

MERGVS, mergi, m.g. Auis. Vng plongeon. Dicta, quòd ſe in aquam cibum captans aſſi-

duè immergat, quem alii mergonem appellant. Virg. lib. 1, georg. Cum medio celeres reuolãt ex æquore mergi. Huius auis natura eſt, vt ſæpe mergens aurarum ſigna colligat: & præuidens tempeſtatem futuram, properè medio reuolat ex æquore, & ad litorum tuta cum clamore contendit.

Mergus, in vite quid ſit, declarat Columella lib. 4. cap. 15, his verbis, Mergi genus eſt vbi ſupra terrã iuxta ſuũ adminiculũ vitis curuatur, atque ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. tum ex arcu vehementer citat materiem, quæ protinus applicata ſuo pedamento, ad iugum euocatur. Idem lib. 5. cap. 5, Deinde rurſus ad arundines erigere, & in fructũ ſummittere, quos noſtri agricolæ mergos, Galli candoſoccos vocant: eóſque adobruunt ſimplici ex cauſſa, quòd exiſtiment plus alimenti terrã præbere fructuariis flagellis. Itaque poſt vindemiam velut inutilia ſarmenta decidunt, & à ſtirpe ſummouent.

Mergus mergoris, Genus vaſis, quam nonnulli ſitulam appellant.

MERGITES, mergitis, m. g. Spicarum manipulus à mergendo dictus. Virg. lib. 1. georg. Aut fœtu pecorum, aut cerealis mergite culmi, Prouentúque oneret.

MERIDIES, meridiei, m. g. Medius dies, quaſi medidies. nam vt inquit Varro, d antiqui, non r, hoc loco dicebant. Terẽt. in Adelphis, 5. 3. 62, Præter hæc meridie ipſo faciam vt ſtipulam colligat, tam excoctam reddam.

Meridianus meridiana meridianum, Quod ad meridiem ſpectat.

Meridianus ſubſtantiuum. Suet. in Claudio Cæſ. cap. 34, Beſtiariis meridianiſque adeò delectabatur, vt etiam prima luce ad ſpectaculũ deſcẽderet, & meridie dimiſſo ad prandiũ populo præſederet, prætérque deſtinatos etiam leui, ſubitáque de cauſſa quoſdam cõmitteret.

Meridio meridias, vel meridior meridiaris, meridiari, deponens, Cibum meridianum capere. Plaut. Ientando, meridiando, comeſſando, pergræcando, vitam ducere.

Meridiare, Somnũ meridianũ capere. Suet. in Cæſ. Caligula, cap. 38, Gloriatúſque eſt, expergefactæ ſomno Ceſoniæ, quantum egiſſet, dum ea meridiaret. Idem de Nerone, Miſſos à Meſſalina vxore Claudii, qui eum meridiantem, quaſi Britannici æmulum ſtrangularent. Cor. Celſus, Lõgis diebus meridiari potius ante cibũ vtile eſt. ſin minus pòſt, cum per hyemem potius totis noctibus conquieſcere.

Meridiatio meridiationis, fœ. g. Quies meridiana. Cic. lib. 2. de diuinatione, Tunc & lucubrationes detraxi, & meridiationes addidi, quibus antea vti non conſueueram.

MERITO meritas, Meritum, Meritorius, Vide poſt MEREO.

MEROBIBA, Vide poſt MERVM.

MEROCTES, meroctis, f. g. Lapis. Plin. lib. 37. cap. x, Meroctes porracea lacte ſudat.

MEROPS meropis, m. g. Auis quæ apes comedit. Virg. lib. 4. georg. Meropes, aliæque volucres. Plin. lib. 10. cap. 33, Merops vocatur genitores ſuos reconditos paſcens, pallido intus colore pennarum, ſuperne cyaneo, priori ſubrutilo. nidificat in ſpecu, ſex pedum defoſſa altitudine.

MERTO, Vide MERGO.

MERVLA merulæ, f. g. Auis, Vne merle. Dicta, quòd ſola volet, & ſolitaria paſcatur, quaſi mera volãs. Plin. lib. 10. cap. 29, Merula ex nigra ruffeſcit, æſtate canit, hyeme balbutit, circa ſolſtitiũ muta. roſtrum quoque anniculis in ebur tranſfiguratur, duntaxat maribus.

MERVS mera merum. Idem quod ſolum.

Merum, per tranſlationem pro puro ponitur. Cic. lib. 2. de Orat. Ecce tibi exortus eſt Iſocrates, magiſter iſtorũ omniũ: cuius è ludo, tanquã ex equo Troiano, meri principes exierũt.

Meri bellatores. Plaut. in Mil. 14. 84, Meri bellatores gignũtur, quas hic prægnantes fecit: & pueri, annos octoginta qui viuunt. Se ſont vrays, ou drois gendarmes.

Merus clamor. Plaut. in Moſtell. 8. 123, Nam quid ita ſpecula clamas clamorem merum?

Meræ nugæ. Plaut. in Curcul. 4. 44, Hanc amas, meras nugas. Toutes menteries, Ce ne ſont que menteries.

Mera mora. Plaut. in Capt. 7. 36, Quæ memini, mora mera eſt monerier.

Merum rus. Plaut. in Trucul. 6. 14, Rus merũ hic quidem eſt pudendũ, & vero larinũ pecus.

Mera ſpes. Plaut. in Phor. 1. 2. 96, Immò nihil niſi ſpem meram.

Merum vinum, Vin pur, ſans eaue. Plaut. in Amphit. 4. 276, Eam ego, vt matre fuerat natũ, vini eduxi meri.

Merum ſubſtãtiuum, idem quod merum vinum, Vi pur & ſans eaue. Plinius lib. 6. cap. 21,

Merum Libero patri ſacrum : vnde origo fabulæ, Iouis femine editum. Idem libro 23. cap. 1, Merum quidem remedio eſt, contra cicutas, coriandrum, aconita, viſcum, meconiũ, argentum viuum.

Merobiba merobibæ, Celle qui boit vin pur, ſans y mettre deaue. Plaut. in Curcul. 2.77, Anus hic recubare ſolet cuſtos ianitrix: nomen eſt lenæ multibiba, atque merobiba.

Merè, aduerbiũ, Purement. Plaut. in Trucul. 3.16, Interim ille hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit merè.

MERX, mercis, fœ.g. Marchandiſe. Plaut. in Ciſtell. 10.66, Mala merx hera hæc, & callida. Cic. lib. 3. de rep. Phœnices primi mercaturis & mercibus ſuis, auaritiam & magnificentiam & inexplebiles cupiditates omniũ rerum exportauerũt in Græciam.

MESOCHORVS, meſochori, m.g. Fiſtulator, cythariſta in medio ſaltationum. Sidonius, Nullus ibi lyriſtes, choraules, meſochorus, tympaniſtria, ſaltria canit.

MESOLEVCOS eſt (inquit Plinius lib. 37. cap. 10) mediam gemmam candida diſtinguẽte linea.

MESOMELAS, Plin. lib. 37. cap. 10, Meſomelas nigra vena quemlibet colorem ſecante per medium.

MESON, authore Feſto, perſona comica appellatur, aut coci, aut nautę, aut eiꝰ generis: dicta ab inuentore eius Meſone comœdo ait Ariſtophanes Grammaticus.

MESOSPHAERVM meſoſphæri, n.g. Plin. lib. 12. cap. 12, de nardi generibus loquẽs, Quod minore folio eſt, meſoſphærum appellatur.

MESPILVS, meſpili, f.g. Arbor. Vng nefflier.

Meſpilum meſpili, n.g. Fructus, Vne neffle. Plin. lib. 15. cap. 20, Malorum, pyrorúmque generi adnumerantur iure meſpila, atque ſorba.

MESSIAS hebraicè, græcè Chriſtus, latinè vnctus dicitur.

MESSIS, huius meſſis, fœ.gen. Le temps de la moiſſon. Tempus metendi. Plin. lib. 6. cap. 17, Alia illius cæli facies, alii ſyderum ortus: binæ meſſes in anno, binæ æſtates. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 50, Meſſis proprio nomine dicitur in iis quę metũtur, maximè in frumento: & ab eo eſſe vocabulo declinata. Virg. Ante focum, ſi meſſis erit: ſi frigus, in vmbra.

Meſſim accuſatiuus, pro meſſem, apud Plautum in Moſtell. 4.5.

Meſſis, res ipſa, ſeges iam matura, La moiſſon. Virg. in georg. Atque interfice meſſes.

Meſſorius meſſoria meſſorium, Quod ad meſſem pertinet. Cicero, Meſſoria ſe corbe cõtexit.

Meſſor meſſoris, m.g. Moiſſonneur.

Meſſor ſcelerum. Plaut. in Capt. 12.3, Rogas? ſator, ſartórque ſcelerum, & meſſor maximé.

Meſſio meſſionis, f.g. Ipſa metendi actio.

MET ſyllaba, ornatus cauſſa ponitur, & aduerbium eſt. vt egomet, Moymeſme. Iungitur caſibus omnibus pronominum primæ perſonæ tam ſingularis quàm pluralis numeri, abſque genitiuo plurali, vt egomet, memet, noſmet. Secundæ verò perſonæ obliquis tantum caſibus, vt tuimet, tibimet. nominatiuo non addunt, ne verbum putetur tumet à tumeo.

Tanquãmet. Plaut. in Curcul. 14.29, Phædrome obſecro ſerua me. PH. tãquam met geniũ meum. Comme mon propre eſperit.

META, metæ, f.g. Congeries ſeu ſtrues in acutum tendẽs, ceu turbo inuerſus, conos à Græcis appellata: quia eſſet poſita in dimẽſo ſpatio: vel quia eam metiãtur quadrigę circũ currentes. Moris enim erat ſepties metam luſtrare. Propertius, Aut prius effracto depoſcit præmia curſu, Septima quàm metam triuerat antè rota. Cum enim iam carceribus emiſſæ ad metã veniſſent quadrigæ, erat opus vt circum ipſam flecterentur. Virg. Hic viridem AEneas frondenti ex ilice metam Conſtituit, ſignum nautis pater vnde reuerti Scirent, & longos vbi circũ flectere curſus. Plin. lib. 2. cap. 10, Figuram autem vmbræ ſimilem metæ, ac turbini inuerſo, quando mucrone tantum ingruat, neque lunæ excedat altitudinem, quoniam nullum aliud ſydus eodem modo obſcuretur, & talis figura ſemper in mucronem deficiat.

Meta, per tranſlationem pro agrorũ termino ponitur, quem pyramidali forma effigiari mos fuit. Le but, ou la borne. Vnde & meta fœni, Vng monceau de fain que on faict es champs apres quil eſt fec. Columella lib. 1, Certè quicquid ad eum modum quo debet, ſiccatũ erit, in meta conſtrui conueniet, eáſque ipſas in anguſtiſſimos vertices exacui. ſic enim commodiſſimè fœnum defenditur à pluuiis.

Meta, pro quocunque termino ac fine ponitur. Fin, but, & arreſt. Virg. His ego nec metas rerum, nec tempora pono. Syl. Tormentis finem, metámque laboribus orat.

Meta quãdoque accipitur pro inferiore parte molæ, ſicut catillus pro ſuperiori.

Meta lactis dicitur caſeus qui factus eſt ad formam metæ. Martialis, Fert ille ceris cana cum ſuis mella, metámque lactis Saſſinate de ſylua.

METALEPSIS, huius metalepſis, f.g. Figura eſt quã modo trãſlatiuã, modo trãſſumptiuam, modo tranſpoſitiuã dicimus. μετὰ trans, λῆψις acceptio. Fit autem cum aliqua dictio aliud à propria ſua ſignificatione ex his quæ præceſſerunt, denotat, vt apud Virgilium, Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas. Id eſt ſegetes.

METALLVM, metalli, n.g. Metal. dici poteſt perſcrutatũ, à μεταλλάω, quod perſcrutor ſignificat, quòd metallũ intra terræ venas ſcrutentur homines. Plin. lib. 33. cap. 6, Id quoque in ſterili ſolo, atque etiam in mõtibus. & vbicũque vna inuenta vena eſt, nõ procul inuenitur alia. hoc quidem & in omni ferè materia: vnde metalla Græci videntur dixiſſe.

METAMORPHOSIS, huius metamorphoſeos, fœm. g. Latinè tranſformatio, vel trãſfiguratio.

METAPHORA, metaphoræ, f.g. Tranſlatio à Cicerone dicitur. Fitque cum nomen aut verbũ ex proprio loco in eum tranſfertur locum in quo aut propriũ deeſt, aut tranſlatũ proprio melius eſt. vt, Claſſique immittit habenas.

METAPHYSICA, metaphyſicorum, tantum pluraliter, ſupernaturalia dicuntur.

METAPLASMVS, metaplaſmi, dici poteſt tranſformatio. Eſt autem trãſlatio recti, ſolitíque ſermonis in alteram ſpeciem, vel metri, vel ornatus, vel neceſſitatis gratia.

METAPONTVM, metaponti, id eſt trans pontum. Plin. lib. 14. cap. 2, Metaponti templum Iunonis vitigineis columnis ſtetit.

METATHESIS, huius metatheſis, f.g. Latinè trãſpoſitio dicitur, cum vna litera neceſſitatis cauſſa ex vno dictionis loco, in alium tranſponitur. vt Tymbre pro Tymber.

METATOR, vide METOR.

METEOROS, μετέωρος, Suſpenſus, ſublimis, ſubleuatus ad aliquam rem. Inde meteora Ariſtotelis, in quibus de rebus ſublimibus tractatur.

METHODVS methodi, f.g. ex μετὰ, & ὁδὸς, breue dicẽdi compendium vertit Quintilianus, quaſi breuem viam qua quàm celerrimè ad peritiam euadimus. Cicero, viam, artem, & rationem vocat.

METICVLOSVS, Vide METVO.

METIOR metiris, menſus ſum, metiri, Menſurare, ponderare.

Metiri ſtipẽdium. Curtius lib. 3, Ex pecunia deinde Babyloniæ, Macedonibus equitibus ſexcenti denarii tributi: peregrinus eques quingenos accepit, ducenis pedeſtriũ ſtipendiũ mẽſum eſt. Fut paie.

Metiri, Eſtimer. Cic. de ſenect. 41, Neque enim ipſorum cõuiuiorũ delectationem voluptatibus corporis magis, quàm cœtu amicorũ & ſermonibus metiebar.

Metiri, Tranſmeare. Lucili⁹ lib. 30, Vir mare metitur, magnũ fluctibus tradidit. Virgilius, georg. lib. 4, Et iuncto bipedum curſu metitur equorum.

Metiri gradibus pro abire. Plaut. in Pſeud. 17. 11, Quin hinc metimur gradibus militariis?

METO, metis, meſſui, meſſum, metere, Moiſſonner. Plaut. in Pœn. 16. 56, Vt ortũ fodiat, atque vt frumentum metat.

Metere meſſem malorum. Plaut. in Trin. 3. 8, Neque quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali: eorum licet iam meſſem metere maximam. Idem in Epid. 14. 54, Sed vt eſt acerbũ, pro bene factis cum mali meſſem metas.

Tibi metis, Le prouffit ten reuiẽt. Tu fais tout prouffit. Plaut. in Merc. 3. 71, Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.

Metitur, imperſonale. Plaut. in Epid. 5. 81, Mihi iſtic nec ſeritur nec metitur: niſi ea quæ vis, nolo. Ie ne fais point icy mon prouffit.

METOR metaris, metari, deponens. Metas in agris terminandi gratia diſponere, & menſurare locum, Meſurer vng lieu, & mettre les butes. Liuius lib. 1, Hæc tibi victor Romulus rex regia arma fero: templúmque his regionibus, quas modo animo metatus ſum, dedico. Gellius lib. 1, Nam quum ferè cõſtaret curriculum ſtadii, quod eſt Piſis apud Iouem Olympium Herculem pedibus ſuis metatum, idque feciſſe longum pedes ſexcentos.

Metari, Disponere & parare. Virg. lib. 2. georg. Si pinguis agros metabere campi Densa sere. Vnde dicimus, Castra propè Tyberim metatus est.

Metata, etiam passiuè dicitur. Horat. lib. 2. Car. Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat arcton.

Meto metas, etiam inuenitur. Virg. in Culice, Metabat se circum loca.

Metator metatoris, m. g. Vng mesureur, qui partit & diuise les terres. Lucan⁹, Audax Hesperios veniam metator in agros. Plin. lib. 18, Hunc oliueti metator vergiliarum quatriduo, hunc caueat insitor calamis, gemmisque inoculator.

METONYMIA, metonymiæ, Latinè transnominatio, vel denominatio, vt Bacchus pro vino. Similiter cum dicimus pigrum frigus. Festus, Metonymia est tropus, cum ab eo quod continet, significatur id quod cõtinetur: aut superior inferiore, aut inferior superiore, quod continetur id quod cõtinet. vt Ennius cum ait, Africa terribili tremuit horrida terra tumultu. Ab eo quod continetur, id quod continet, vt epota amphora vini. A superiore inferior, vt Ennius, Cum magno strepitu Volcanus ventus vegetat rem. Ab inferiore superior, vt, Perua-sisti animo vinum deus, qui multò est maximus.

METOPOSCOPVS, metoposcopi, Qui frontem consyderat, id est diuinat ex facie hominis: quique priuatim ex inspectione frontis, quid cuique euẽturum sit, prædicit. Μέτωπον, frons. σκόπος, inspector. Plin. lib. 35. cap. 10, Imaginũ ille similitudines adeò indiscretè pinxit, vt (incredibile dictu) Appion grammaticus scriptum reliquerit, quendam ex facie hominum ad diuinantẽ (quos metoposcopos vocant) ex iis dixisset aut futuræ mortis annos, aut præteritæ. Suet. in Tit. Vesp. cap. 2, Quo quidem tempore, aiunt metoposcopum à Narciso Claudii liberto adhibitum, vt Britannicum inspiceret, cõstantissimè affirmasse, illum quidem nullo modo, cæterum Titum, qui tunc propè astabat, vtique imperaturum.

METRETA, metretæ, f. g. Genus vasis quod conficitur ex duobus battis.

METRVM, metri, n. g. Mensura.

Metra dicuntur versus à nostris, quoniam mensurantur versus.

METVO metuis, metui, metuere, Craindre, auoir paour. A quodam motu animi dicitur, vt inquit Varro. Et propriè seruorum est. Cic. de Senect. 33, Metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant.

Metuo illum. Plaut. in Pseud. 16. 3, Nimisque ego illum hominem metuo & formido malè. Idem in Amphit. 3. 31, Contagione meæ matris metuo malum. Terent. in Eunucho, 3. 1. 43, Metuebant omnes iam me.

Metuo illum ne. Terent. in Eunucho, 3. 5. 61, Nunc metuo fratrem ne intus sit. Iay paour, ie crains que mon frere ne soit lyens. Ibidem, 5. 2. 16, Hanc metui ne me criminaretur tibi. Idem in Phor. 3. 2. 6, Hei metuo lenonem, ne quid suo suat capiti.

Metuo illum de. Plaut. in Merc. 9. 22, De lanificio neminem metuo, vna ætate qui sit.

Metuo tibi. Ie crains que mal ne taduienne. Plaut. in Amphit. 17. 62, Ego cunas recessim rursum prorsum trahere, & ducere, metuens pueris.

Metuo meo amori moram: Iay paour que mon mariage ne soit retarge. Plaut. in Pœnul. 7. 6, Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram.

Metuo illum mihi ne. Plaut. in Asin. 3. 99, Profecto nemo est, quem iam dehinc metuam mihi, ne quid mihi nocere possit. Idem in Milite, 14. 6, Eos nunc homines metuo mihi, ne obsint, néve obstent vspiam.

Metuo à vel ab. Plaut. in Capt. 5. 11, Quid à nobis metuis? scimus nostrũ officiũ quod est, si solutos sinat. Idem in Pseud. 19. 24, Quid est, quî nõ metuas ab eo? id audire expecto. Terent. in And. 1. 1. 79, Hei metui à Chrysíde.

Metuo de vita. Cic. Attico, lib. x, Iacet in mœrore meus frater, neque tam de sua vita, quàm de mea metuit.

Haud metuo. Terent. in Eunucho, 4. 6. 20, Haud metuo qualem tu me esse hominem existimes. Il ne men chault guere quelle estime tu ayes de moy.

Metuo ne. Plaut. in Pseud. 14. 10, Nimis metuebã malè ne abisses. Idem in Asin. 12. 153, Ne vxor resciscat, metuit. Idem in Milit. 20. 38, Metuóque & timeo, ne hoc tandẽ palàm fiat nimis. Terẽt. in Heaut. 4. 6. 4, Nec quicquã magis nunc metuo, quàm ne denuo miser aliquò extrudat hinc. Cic. Attico, lib. 7, Cur dedissem ad te literas tristes, & metuo ne veras &c.

Metuo ne non. Plautus in Caſina, Metuo ne non ſit ſurda. Iay paour quelle ne ſoit ſourde. Idem in Perſa, Ne non ſat eſſes leno, id metuebas miſer. Terẽt. in Heaut. 5.3.14, Quid? metuis ne non cum velis, conuincas illum eſſe tuum? Idem in Adelph. Metuiſti hominũ homo ſtultiſſime, ne non tibi iſtud fœneraret. Cic. pro T. Annio Milone, Cur igitur hos manu miſit? metuebat ſcilicet ne iudicaretur, ne doloré perferre nõ poſſet. Liuius de bello Maced. Metuentes ne dilationem res non paterentur.

Metuo nequãdo. Terent. in Eunucho, 3.1.59, Metuet ſemper, quem ipſa nunc capit fructũ, nequando iratus tu aliò conferas.

Metuebam propter vos, ne. Plau. in Rud. 24.2, Metuo propter vos, ne vxor mea me extrudat ædibus.

Metuo quid agam. Terent. in Heaut. 4.3.42, Metuo quid agam. s. metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua, quo velis in tempore vt te exoluas. Ibidem, 4.1.7, Metuo quid triſtis eſt: non temerè eſt: metuo quid ſit.

Metuo quin. Plautus in Amphit. 17.54, Diuinitus non metuo quin meæ vxori latæ ſuppetiæ ſient.

Metuo quot. Plaut. in Trucul. 17.32, Puer quidem beatus, matres duas habet, & auias duas: iam metuo patres quot fuêre.

Metuo vt. Plaut. in Curcul. 9.3, Ornamenta quæ locaui, metuo vt poſſim recipere. Ie crains que ie ne les puiſſe rauoir. Terent. in Hecyra, 2.2.15, Te mihi iniuriam facere arbitror Phidippe, ſi metuis ſatis vt meæ domi curetur diligẽter. Idem in And. 5.4.11. Perii, metuo vt ſubſtet hoſpes.

Metuo vt ne. Plaut. in Bacchid. 16.2, Inſanum magnũ molior negotium: metuóque vt hodie ne poſſim emolirier. Cic. Metuo vt ne pereat.

Metuens metuentis, Participium, Craignant. Terent. in And. 3.4.6, Idque adeò metuens vos celaui quod nunc dicam.

Metuens legum, Nomen. Cic. poſt reditum in ſenatu, Nam conſules modeſti, legúmque metuentes impediebantur lege, nõ ea quæ de me, ſed ea quæ de ipſis lata erat. Idem pro domo ſua ad pontif. Homines legum, iudiciorúmque metuentes.

Metus metus metui, m. g. Eſt de inſtanti vel futuro periculo mentis trepidatio, inquit Vlpian⁹. Crainte & paour. Et tam actiuè quàm paſſiuè ſumitur. nã metus hoſtium rectè dicitur, & quũ timent hoſtes, & quum timentur.

In metu eſſe, Auoir crainte & paour. Plaut. in Aſin. 3.70, Demiror quid ſit: & quò euadat ſum in metu. Terent. in Phorm. 1.2.7, Egóne? neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim.

Amoto metu. Terent. in And. 1.2.10, Sperantes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi.

Metus pro religione aliquando accipitur: quoniã vt docet Seruius, nata eſt ex timore. Virg. lib. 7, Multóſque metu ſeruata per annos.

Meticulus meticuli, diminutiuum.

Meticuloſus meticuloſa meticuloſum, à meticulo diminutiuo, Timidus, Craintif, paoureux. Plaut. in Amphit. 4.139, Nullus eſt hoc meticuloſus æquè. Idem in Moſtell. Neſcis quàm meticuloſa res ſit ire ad iudicem.

MEVS, mea, meum, Pronomen poſſeſſiuum. Plaut. in Trin. 6.47, Nam quod tuum eſt, meũ eſt: omne meum, eſt autem tuum. Idem in Milite, 10.21, Quis homo ſit magis meus, quàm tu es? A moy, mien. Idem in Pſeud. 9.7, Meus hic eſt homo, ni omnes dii me atque homines deſerunt. Terent. in Heaut. 3.1.22, Meus gnatus domi eſt? P. ſic eſt. M. venit? P, certé. M. meus venit? P. dixi.

Meum vel mea eſt negare: Ceſt a moy affaire de le nier. Plaut. in Pſeud. 7.68, Ecquã ſcis filiũ tibicinã meũ amare? P. negare mea eſt. Idem in Perſ. 2.47, Si id domi eſſet mihi, iam pollicerer: hoc meum eſt vt faciam ſeduló. Idem in Aſin. 12.85, Nimis bella es, atque amabilis: Et ſi hoc eſſet meum, hodie nunquam remorarem quin darem.

Mea, Mea tu, & huiuſmodi, muliebria ſunt blandimenta, authore Donato. Terent. in Adel. 3.1.2, Modo dolores mea tu occipiunt primulum. Idem in Eunucho, 4.3.14, Hau obſecro mea Pythias, quid iſtuc nam monſtri fuit? Mea tu, inquit Donatus, blandimentũ eſt, ſine quo non progreditur colloquium fœminarum, & maximè trepidantium.

Meus ſum, Id eſt, meæ poteſtatis ſum. Perſius, Poſtquam meus à prætore receſſi.

Meus, tuus, aliquãdo ſubſtãtiua ſunt. Virg. lib. 4, Dulcéſq; meorũ Relliquias. Idem lib. 1, Cape dona extrema tuorũ. Terent. in Phor. Ego meorum ſolus ſum meus.

Mea quidem ſententia, Selon mon opinion. Cõme il me ſemble. Terent. in Adelphis, Et erat longè mea quidem ſententia, qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Donatus, Modeſtè addidit, mea quidem ſentẽtia, ne quis hoc pro præcepto dici exiſtimet.

Meus carnifex. Terent. in And. Habeas. P. habeam? ah, neſcis quantis in malis verſer miſer, quantáſque hic ſuis cõſiliis mihi cõfecit ſollicitudines, meus carnifex. Donatus, Id eſt in me carnifex, qui me torſerit. vt alibi, Deo irato meo. hoc eſt, in me irato deo.

Meum eſt: Ceſt de mon inuention. Terent. in Eunucho, Tuum obſecróne, hoc dictum erat? vetus credidi. T. audieras? O. ſæpe: & fertur in primis. T. meum eſt. Mea eſt deſcriptio: Moymeſme, & non autre la deſcripte, & ainſi ordõnee. Cic. de Senect. 55, Atqui ego ſum iſta omnia dimenſus, mei ſunt ordines, mea eſt deſcriptio, multæ etiam iſtarum arborum mea manu ſunt ſatæ.

Meo pretio, à me facto, à me ſtatuto, inquit Donatus. Terẽt. in prolog. Hecyræ, Mea cauſſa cauſſam hanc accipite, & date ſilentiũ, vt libeat ſcribere aliis, mihíque vt diſcere nouas expediat poſthac, pretio emptas meo.

Meopte ingenio, De mon entẽdemẽt, ſans que aucun me ait aide. Ce a eſte par moy. Plaut. in Moſtell. 3. 52, Nũc poſtquã nihili ſũ, id verò meopte ingenio repperi. Idem in Pſeud. 13. 14, Ego dico tibi, hominũ auaritia factus ſum improbior coquos, non meopte ingenio. Meapte malitia, De ma propre malice. Plaut. in Trucul. 9. 18. Ego quòd mala ſum, matris opera mala ſum, & meapte malitia. Terent. in Heaut. 4. 3. 8, Ita me di ament, vt ego nũc non tam meapte cauſſa lætor, quàm illius.

M I

M I. Dandi caſus, à genitiuo mis. Virg. Et mi genus ab Ioue ſummo. Plaut. in Caſ. 8. 4, Plus artificum eſt mi, quàm rebar.

Mi, vocatiuus, pro meus. Terent. in Adel. O mi AEſchine, ô mi germane. Ibidem, Hau hau mi homo, ſanúſne es? an hoc proferendum tibi vſquã eſſe videtur? Idem in And. 5. 3. 18, Mi pater. P. quid mi pater? quaſi tu huius indigeas patris. Idem in Phor. Mi patrue ſalue. D. ſalue. Donatus, Mi, vim blandimenti habet: nam ſignificat meus.

Mi, vocatiuus à meus, proprium meretricum blandimentum. Terẽt. in Eunucho, Ne crucia te obſecro anime mi Phædria.

Mi homo. Terent. in Phor. Mi vir, non mihi narras? c. at. N. quid at? c. non opus dicto. Et paùlò pòſt, Mi homo, dii melius diunt. Plaut. in Epid. 13. 33, Memini mi homo. Donat⁹, Fœminarum oratio, & ſi non blanditur, blanda eſt.

Mi inuidioſè rogitãtis eſt aliquãdo. Terẽt. in Hecyra, Illius dices culpa factũ. S. haud equidẽ dico, mi Laches. Donatus, Non eſt blandientis modo mi, ſed inuidioſè rogitantis.

MICA, micæ, f. g. Puluiſculus ille qui in arena quaſi argentũ fuluet. A quo & panis & omniũ rerum fruſtula, quæ tractãtibus nobis aliquam rem, inde emicant. Miette.

MICO, micas, micare, Eſt ſubinde & per interualla, vt micæ faciunt, reſplendere. Reluyre. Virg. Micat ignibus æther.

Micare, Luſus genus quoddã, quod adhuc apud Italos durat, vt repentè porrectis digitis certantium vterque numerum diuinet. Per trãſlationem dictum, quod talis quędam variatio, dum digitis ſortimur, apparet. Huius Cicero mentionem facit libro de diuinatione ſecundo. Quid eſt enim ſors? idem propemodum quod micare, quòd talos iacere, quòd teſſeras. M. Varro, Micandum erit cum Græco, vtrum ego illius numerum, an ille meũ ſequatur. Qui certiſſima eſſet fide, eum dignum dicebãt qui cum in tenebris micaretur. Cic. lib. off. 3, Hoc nónne eſt turpe dubitare philoſophos, quæ ne ruſtici quidem dubitant, à quibus natum eſt id quod iam tritum eſt vetuſtate prouerbium. Cum enim fidem eius, bonitatémque laudant, dignum eſſe dicunt, quicum in tenebris mices. Idem de finib. lib. 2, Cum iuſtitia laudatur, an verũ eſt hoc tritum vetuſtate prouerbium, quicum in tenebris mices? Porrò, quicum mices in tenebris, ei liberum eſt, ſi velit, fallere. Proinde dignus quicum in tenebris mices dicitur, qui ſit vſqueadeò certa fide, vt nec ſi tuto poſſit, velit quempiam mendacio fallere.

Micare, Salire: quòd ſplendor tremulus ſit, & crebro ſaliat. Virg. Emicat Euryalus.

Micare, Per vices mouere, & ſine ordine: quòd ſplẽdor tremulus per vices ſaliat. Virg. lib. 3. georg. Et linguis micat ore triſulcis.

MICROCOSMVS, microcoſmi. m. g. Paruus mundus.

MICROPSYCHOS, puſillanimus dicitur. Plinius lib. 22. cap. 24, Inuenio apud authores hũc potũ bibẽdũ alcioſis: item animi humilis ac præparci, quos illi dixere micropſychos.

MICTYRIS, Paupercula pulmentaria, inquit Nonius. Lucilius lib. xx, Pulmentaria vtentibus, aut aliquod genus herba & ius menarum bene habet ſe mictyris, hoc eſt meri.

MIDION, n. g. Genus nauigii, apud Feſtum Pompeium.

MIGRO, migras, migrare, Sen aller demourer en vng autre lieu.

Migrare ex. Terẽt. in Hecyra, 4. 2. 13, Illius ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?

Migrare hinc. Plaut. in Epid. 8. 7, Sed ego hinc migrare ceſſo, vt importem in coloniã hunc, hunc auſpicio meo commeatum?

Migrare ex vita, Mourir. Cic. de rep. ſexto, Antequã ex hac vita migro, cõſpicio in meo regno & his tectis Pub. Cor. Scipionem.

Migrare in cælum, Se partir & aller au ciel. Plaut. in Amphit. 18. 13, Ego in cælum migro.

Migrare è phano foras. Plaut. in Curcul. 5. 1, Migrare certũ eſt iam nunc è phano foras.

Migratum eſt Romam. Liuius lib. 1, Et Romam inde frequenter migratum eſt à parẽtibus, maximè & propinquis raptarum.

Migrat officium. Plaut. in Trinũmo, 10. 14, Scio ego, & ſentio ipſe quid agam, neque à me officium migrat. Ie ſuis tenu de faire mon deuoir.

Migrant dicta. Plaut. in Pſeud. 7. 55, Fac ſis iam vacuas Pſeudole ædes aurium, mea vt migrare dicta poſſint quo volo. Eſcoute ce que ie te veuls dire, & entens diligemment.

MIHI, Datiuus eſt primæ perſonæ, A moy, ou pour moy.

Mihi, A mon prouffit. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 97, Hic mihi quanto nunc plus ſapit, quàm egomet mihi. Idem in Adel. 1. 2. 35, Siquid peccat Demea, mihi peccat. Ceſt a mon dõmage.

Mihi, Quantũ ad iudicium meum pertinet, interprete Donato. Terent. in Adelphis, 5. 6. 5, Nam is mihi eſt profecto ſeruus ſpectatus ſatis, cui dominus curæ eſt. A mon aduis, ſelon mon iugement.

Mihi, à me. Terent. in Eunuch. 3. 5. 2, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? Mihi pro à me, interpretatur Donatus. Terent. in Heaut. 3. 1. 84, Operam dabo: Syrus eſt prehendendus, atque adhortandus mihi.

Mihi, Circa me. Terent. in And. 1. 1. 85, Quid ſi ipſe amaſſet? quid mihi hic faciet patri? Donatus, mihi, circa me. Idem in Hecyra, 2. 1. 21, Vt vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris. Enuers moy.

Mihi & tibi aliquando ita ponũtur in oratione, vt neque ad me, neque ad te, neque ad aliquẽ referantur. Cic. Mihi gloriatur, hic ſe omnes honores ſine repulſa obtinuiſſe. Idem, Ecce tibi Pompeius. Apuleius, Dum ita loquimur, ecce tibi amicus aduenit. Terẽt. in Phor. 5. 9. 21, An quicquam hodie eſt factum indignius? qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.

Mihipte pro mihiipſi poſuit Cato.

MILES, militis, cõm. gen. Qui pedes militat. A militia, id eſt duritia, quam pro rep. ſuſtinet, dictus. Aut à multitudine. Aut à malo quod arcet. Feſtus, Militem AElius à mollitia per antiphraſin dictum putat: eo quòd nihil molle, ſed potius aſperum quid gerat. Vng gendarme.

Militia militiæ, f. g. quandoque bellũ, & quandoque rem militarem ſignificat. Guerre, ou faict de guerre.

Dare nomen militiæ, Eſt ad delectum ſe exhibere. Cic. in Philipp. Re & veritate nobis milites ſine vlla recuſatione ſummo etiam cum ſtudio nomina dant.

Imaginaria militia. Suet. in Claudio, Equeſtris militias ita ordinauit, vt poſt cohortẽ, alam, poſt alam tribunatũ legionis daret: Stipẽdiáque inſtituit & imaginariæ militiæ genus quod vocatur ſuper numerum: quo abſentes, & titulo tenus fungerentur.

Militia, Exercice. Plautus in Perſa, 6. 51, At confidentia illa militia militatur magis, quàm pondere.

Militiæ genitiuus, En la guerre. Terent. in Adel. 3. 5. 49, Vnà à pueris paruuli fuimus educati, vnà ſemper militiæ & domi fuimus. Salluſt. Sed mihi multa legenti, multa audienti, quæ populus Ro. domi, militiáque, mari atq; terra præclara facinora fecit. Liuius, Quibus artibus domi, militiæque & partum & auctum imperium ſit.

Milito militas, militare, Militiam exercere, Hanter la guerre & lexercer. Plaut. in Epid. 14. 11, Duodecim ego deis pluſquam placeo, deorum immortaliũ mihi nunc auxilio adiutores ſunt, & mecum militant.

Militat ſub Cæſare dicimus.

Militare mercede. Curtius, Græcis mercede apud Perſas militantibus.

Militatur imperſonale, apud Plautum in Perſa. 6. 51, Illa militia militatur magis.

Militaris & hoc militare, Quod ad milites pertinet. vt militaris homo, Vng homme de guerre. Plaut. in Epid. 2. 14, Scio te eſſe quidem hominem militarem. Idem in Trucul. 19. 14, Non enim poſſunt militares pueri ſetania educier. Salluſt. Præmittit illis militares homines. Militaris timor. Plaut. in Pſeud. 14. 23, Sic ego illum dolis atque mendaciis dabo in timorẽ militarem aduenã. Ie luy feray vng tel aſſault, vne telle alarme. Militare ſepimentũ. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 14, Tertium militare ſepimentũ eſt foſſa & terreus agger. Militaris via. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. v, Nec paludem quidem vicinã eſſe oportet ędificiis, nec iunctam militarem viam: quòd illa &c. Hæc autem prætereuntiũ viatorũ populationibus & aſſiduis diuertentiũ hoſpitiis infeſtat rem familiarem. propter quæ cenſeo eiuſmodi vitare incõmoda, villámque nec in via, nec peſtilenti loco, ſed procul & editiore ſitu condere.

Militarius militaria militarium. Idem. Plaut. in Pſeud. 17. 11, Quin hinc metimur gradibus militariis?

Militariter, aduerbium, More militum, vel more militiæ.

MILIVM milii, neutri gen. Genus frugis. Du millet. Plin. lib. 18. cap. 10, Milio Cãpania gaudet præcipuè, pultémque candidam ex eo facit. fit & panis prædulcis. Ibidem, cap. 7, Milium intra hos decem annos ex India in Italiam inuectum eſt, nigrum colore, amplũ grano, harũdineũ culmo. adoleſcit ad pedes altitudine ſeptem prægrandib⁹ culmis. Lobas vocãt, omniũ frugum fertiliſſimũ. Mart. Frumentum, milium, ptiſanámque, fabámque ſolebat. Milium (inquit Feſtus) quidã putãt cepiſſe nomẽ à maxima numerorũ ſumma, quæ eſt mille.

Miliarius miliaria miliarium, Miliaria auis, quæ milio veſcitur & pingueſcit. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 5, Igitur teſtudo fit magna, in qua millia aliquot turdorũ ac merularum includere poſſint. Quidam cum eo adiiciunt præter eas aues alias quoque, quæ pingues væneunt carè, vt miliariæ ac coturnices.

MILLE, ſubſtantiuũ, neutri generis, declinatur hoc mille, huius mille. Pluraliter hæc millia, horum millium. Genitiuo iungitur. Plaut. in Milite, 14. 86, Quin mille annorũ perpetuo viuunt ab ſeculo ad ſeculum. Cic. in Antonium, Quis vnquam in illo inuẽtus eſt, qui L. Antonio mille nummũ ferret expenſum? Quadrigarius lib. 3, annaliũ, Ibi occiditur mille hominum. Varro lib. 3. rerum humanarum, Plus mille & centum annorum eſt.

Milli in ablatiuo lectum eſt apud antiquos, teſte Gellio. Lucilius lib. IX, Tum milli nũmũm poteſt vno quærere centum. Hoc eſt quod Græci vocant χιλίαδας.

Mille etiam adiectiuũ eſt, & tunc pluraliter tantũ declinatur, pluraliter mille, horũ mille &c. Plaut. in Truc. 7. 9, Improbus, nihilíque homo, qui tibi mille paſſus peperit moræ. Virg. Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ.

Milliarius milliaria milliarium, Mille librarũ. vnde apri milliarii dicebantur mille librarũ, qui apponebantur in cœnis Romanorũ. Varro de re ruſtic. lib. 3. cap. 2, Et num pluris nunc tu è villa illic natos verres lanio vendis, quàm hic apros milliarios emis? Plin. lib. 17. cap. 12, Milliarias vocari multas oleas narrat à pondere olei, quod ferant annuo prouentu.

Milliarius grex. Varro de re ruſtica, lib. 2. cap. 10, In gregibus ouium, ſed magnis, quos milliarios faciũt quidam, facilius de ſumma hominum detrahere poſſunt, quàm de minorib⁹, vt ſunt Attici.

Milliaria milliariæ. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 31, Veſtibulum eius fuit, in quo coloſſus CXX pedum ſtaret. Ipſius effigiei tãta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet.

Milliarium milliarii, n. g. Mille paſſuum ſpatium: Vne demie lieue. Suet. in Claud. Cæ. cap. 31, Foſſam ab Auerno Hoſtiam vſque vt nauibus, nec tamen mari iretur, longitudinis per CLX milliaria, latitudinis qua contrariæ quinque remes cõmearent. Cic. Attico, lib. 8, Nã quod ad te non ſcripſeram, poſtea audiui, à tertio milliario tum eum iſſe πολλὰ μαθεῖν, καὶ ἐαθυμεῖν δῆτα.

Milliarium, Vas ad coquendum accõmodatum. Cato de re ruſtica, Inter orbem & milliarium vnum digitum intereſſe oportet. Palladius lib. 1, Vas æneum milliario ſimile, id eſt altũ & anguſtũ, veſpere inter aluearia collocemus: & in fundo eius ponamus lumen accenſum.

Millies, aduerbiũ, Mille fois. Terent. in And. 5.4.44, Ex ipſa millies audiui. Idem in Eunucho, 3.1.32, Sed narra obſecro. plus millies iam audiui. Idem in Phor. 3.2.2, At enim tædet iam audire eadem millies. Cic. pro C. Rabirio, Sed moreretur prius acerbiſſima morte millies Gracchus, quàm in eius concione carnifex conſiſteret.

Millium millii, n. g. Miliarium ſignificat. Liuius lib. x, Alio itinere ad ſtationem nauiũ, millia autem quatuordecim ab oppido aberant.

MILLEFOLIA, millefoliæ, Herbæ genus. Plinius lib. 25. cap. 5, Aliqui & hanc panacen heradion, alii ſideriten. Hanc apud nos millefoliam vocant, cubitali ſcapo, ramoſam, minutioribus quàm fœniculi foliis veſtitam ab imo.

MILLEPEDA, millepedæ, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è vermibus terræ piloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque trahens ſe, oniſcon Græci vocant, alii tilon. Hæc Plinius lib. 29. cap. 6. Vne cheneille.

MILLVM, vel millus milli, Vng collier a chien. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 9, Et ne vulnerentur à beſtiis, imponũtur his collaria, quæ vocãtur millum, id eſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, cui intra capita inſuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Feſtus, Millus collare canum venaticorũ, factum ex corio multis clauis ferreis eminẽtibus aduerſus impetum luporũ. Scipio AEmilianus ad populum, Nobis (inquit) reíque publicæ præſidio eritis quaſi millus cani.

MILVVS milui, vel miluius miluii, Auis rapaciſſima, Vng milan. A molli volatu, vt quibuſdam placet: vel factitio nomine à voce quam facit. Plaut. in Aulul. 9. 37, Vt ſibi liceret miluiũ vadarier. Terent. in Phor. 2.2.16, Non rete accipitri tenditur, neque miluio. Ouid. lib. 3. Faſt. Iuppiter alitibus rapere imperat, attulit illa Miluius, & meritis venit in aſtra ſuis. Plin. lib. 10. cap. 10, Milui ex eodem accipitrũ genere, magnitudine differunt. Notandum in his rapaciſſimã & famelicam ſemper alitem, nihil eſculenti rapere vnquã ex funerũ ferculis, nec Olympiæ ex ara.

Miluus de homine rapaci dicitur. Plaut. in Rud. 24. 80, Vidi petere miluiũ, etiã cum nihil auferret tamen. Idem in Pœnul. 19. 13, Tene ſis me arcte mea voluptas, malè ego metuo miluos, mala iſta beſtia eſt, ne fortè me auferat pullum tuum.

Miluus, piſcis, de quo Plinius lib. 9. cap. 27, Item miluus ſubit in ſumma maria, piſcis ex argumẽto appellatus lucerna, linguáque ignea per os exerta, tranquillis noctibus relucet. Attollit cornua è mari ſeſquipedalia ferè, cornuta, quæ ab his nomen traxit.

Miluinus miluina miluinũ, Ad miluũ pertinens. Plaut. in Pſeud. 13.63, An tu inuenire poſtulas quenquã coquũ, niſi ſit miluinis aut aquilinis vngulis? Qui ne ſoit larron.

Miluina mẽſa. Plaut. in Menæh. 5.30, Madida quæ mihi appoſita mẽſam miluinã ſuggerãt.

Miluinus pullus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1, Quid verò ad Caium Fabium neſcio quem (nam eam quoque epiſtolam T. Catienus circũgeſtat) renuntiare tibi Liciniũ Plagiarium cũ ſuo pullo miluino tributa exigere?

Miluinus pes, Herbæ nomen. Columella lib. xi. cap. 7, Item ferulæ cum coliculo ſilẽtes, quã tenerrimum florem paſtinacæ agreſtis, vel ſatiuæ cum coliculis ſilentem florem vitis albæ, & aſparagi, & ruſci, & thanni, & digitelli, & pulleii, & nepetæ, & lapſanæ, & battis, & eius coliculum, qui miluinus pes appellatur.

MIMVS mimi, Effictor latinè dicitur, qui vel intra, vel extra ſcenam geſticulationes exercet, imitatúrque dicta factáque moréſve hominum, & naturas, quaſi ſolus imitetur. à μιμέομαι, vt Diomedes inquit, quod ſignificat imitor. Vng bateleur.

Mimi etiam dicuntur poemata ſine reuerentia laſciuiã imitantia. Nam cum & alia poemata idem faciant, ſolus tamen Laberius poeta quaſi quodã priuilegio, poſſedit. Hanc fabularum ſpeciem Latini vocant Planipediã. Ouid. Scribere ſi fas eſt imitãtes turpia mimos. Suet. in Cæſare, Decius Laberius eques Romanus mimum ſuum egit.

Mimographus mimographi, Huius poematis ſcriptor. Vt fuit Philiſtio, vt Publius, vt Laberi⁹.

Mimicus mimica mimicum, Quod ad mimum pertinet. Plin. epiſt. 149, Maximè tamen hic me titulus admonuit quàm eſſent mimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has ſordes abiicerentur.

MINA minæ, Apud Græcos idem eſt quod libra & põdo apud Romanos: hæc cẽtũ drachmas cõtinebat, hoc eſt centũ denarios Romanos, ſeu quadringẽtos ſeſtertios. Mina igitur decem aureos coronatos valuit: & drachma tres ſolidos turoneos & ſemiſſem, quãti ſcilicet denarius Roman⁹ æſtimatur à doctis qui de hac re ſcripſerũt, hoc eſt quaterni nummi. Plin. lib. 21,

cap.vltimo. Mna quam noſtri minam vocant, pendet drachmas atticas centum. Plaut.in Aſin.8.16,Argenti viginti minas,ſi adeſſet,accepiſſet. Idem in Trin.8.1,Minus quindecim dies ſunt,quòd pro his ædibus minas quadraginta accepiſti à Callicle.

Mina,menſuræ genus,qua agri metiuntur. Varro de re ruſtica,lib.1.cap.10,Actus quadratus,qui & latus eſt pedes centum viginti, & longus totidem : is modius ac mina latinè appellatur.

Minam ouem,Varro de re ruſt.lib.2.cap.2,interpretatur ventre glabro,his verbis,Emptor ſtipulatur priſca formula,ſic,Illaſce oues,qua de re agitur, ſanas rectè eſſe,vti pecus ouillum,quod rectè ſanum eſt,extra luſcam,ſurdam,minam,id eſt ventre glabro, neq; de pecore morboſo eſſe,habereque rectè licere.

MINACIAE,minaciarum,à Plauto dicuntur,quæ nunc minæ dicũtur,Menaces.Plaut.in Trucul.19.54,Melius te munere certare mecum,quàm minaciis. Idem in Milit.7.21,Ibi enim mei maiores ſunt ſiti,pater,auos,proauos,abauos, non mihi poſſunt minaciis tuis hice oculi fodiri. Idem in Rud.Minacias ego iſtas flocci non facio tuas.

Minaciter aduerbiũ,Auec menaces,en menaceant,par menaces. Plaut.in Stich.3.21,An potius temptem leniter,an minaciter? Plin.epiſt.139.b,Quærẽte minaciter Mettio Caro,an rogaſſet:reſpondit,rogaui. Liuius lib.2,Minaciter fremunt.

MINAE,minarũ,pluraliter tantũ,Cõminationes, & metus incuſſiones per verba aut ſigna. Menaces. Terẽt.in And.1.3.5,Si illum relinquo,eius vitæ timeo:ſin opitulor,huius minas.

MINAX,Vide MINOR.

MINIARIVS,Vide MINIVM.

MINIMVS & Minimè,Vide MINOR comparatiuum.

MINISTRO miniſtras,miniſtrare,Seruire,porrigere, præparare, Miniſtrer,bailler,ſeruir.Plaut.in Curcul.Tu tabellas conſignato,hic miniſtrabit. Gellius lib.2,Idque facile factu dixit,quoniam filii ſua pocula in conuiuio regi miniſtrarent.

Miniſtrator miniſtratoris,Qui baille,adminiſtre,ou ſert,ſeruiteur. Cic. pro L.Flacco,Nõ eſt ita iudices,non eſt profecto.vidi ego in quodam iudicio nuper Philodorũ teſtem Trallianũ, vidi Parrhaſium,vidi Archidemũ. cum quidem idem hic mihi Meandrius quaſi miniſtrator aderat,ſubiiciens, quid in ſuos ciues,ciuitatémque ſi vellem,dicerem. Suet.in Vitell.cap. 17,Alterum femur ſubdebile,impulſu olim quadrigæ,cum aurigãti Caio miniſtratorem exhiberet, tandem apud Gemonias minutiſſimis ictibus excarnificatus atque confectus eſt,& inde vnco tractus in Tiberim.

Miniſtratrix miniſtratricis,f.g.Seruante.Cic.Sed vt omnes comites,atque miniſtratrices eſſe diceres.

Miniſter miniſtri,m.g.Qui ſeruit.Seruiteur.

Miniſter libidinis. Cic.de Amicitia,33,Magna etiam diſſidia & plerunque iuſta naſci, cum aliquid ab amicis,quod rectum non eſſet,poſtularetur,vt aut libidinis miniſtri,aut adiutores eſſent ad iniuriam.

Miniſterium miniſterii,n.g.Seruice.Miniſtri opera eſt. Plin.epiſt.244,Confirmat neceſſarios eſſe milites:ex his interim,ſicut inueneram in miniſterio eius,relinquendos exiſtimaui.

Miniſterium, pro omni operatione poni conſueuit,vt de rege Latino Virgilius,Mœſtúſque refugit Fœda miniſteria.

Miniſterium pro miniſtris aliquando ponitur.Palus Iuriſcõſ.Vrbica miniſteria dicimus etiã quæ extrà vrbem nobis miniſtrare conſueuerunt.

MINITO,& MINITABILITER,Vide MINOR minaris.

MINIVM minii,n.g.Vermillon. Plinius lib.33,cap.7,abundè de minio tractat,in quo & hæc,Syncero minio,cocci nitor eſſe debet. Minium in voluminũ quoq; ſcriptura vſurpatur, clarioréſque literas vel in auro,vel in marmore,etiam in ſepulchris facit. Cic.Attico,Cera & minio,ſiue quod idem eſt,miniatula notare.

Miniaria miniariæ,Locus in quo foditur miniũ.Plin.lib.33.cap.7,Siſaponenſibus autẽ miniariis ſuæ venæ harena ſine argento excoquitur:auri modo probatur.

Miniacus miniaca miniacum,Quod ex minio eſt.Victruuius lib.7,Parietes paſſim expolitione miniaca expoliebantur.

Minio minias,miniare,Minio tingere,Peindre de vermillon.Plin lib.33.cap.7,Hac religione etiã nunc addi in vnguẽta cœnæ triũphalis,& à cenſoribus in primis Iouẽ miniandũ locari.

Miniarius miniaria miniarium,Miniarium metallum. Plin. lib.33.cap.7, Celeberrimum ex

Siſaponenſi regione in Bethica, miniario metallo vectigalibus pop. Romani nullius rei diligentiore cuſtodia.

M I N O minas, minare, Ducere. Mener. Feſtus, Agaſones equos agentes, id eſt bene minãtes.

M I N O R minaris, minatus ſum, minari, Menacer.

Minatur mortem illi. Cic. in Tuſcul. Cui quũ Lyſimachꝰ rex crucem minaretur. Terẽt. in Eunucho. 5. 5. 15, Quid aisꝰ. nunc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet.

Minatur vrere. Plaut. in Menæh. 17. 81, Perii mi pater, minatur, mihi oculos exurere. Idem in Aſin. 12. 14, Qui nunc feſtinat, atque ab hac minatur ſeſe abire.

Minatur abiturum ſe. Terent. in Heaut. 9. 1. 80, Abiturum ſe abs te eſſe illicò minabitur.

Minito minitas, minitare. Plaut. in Amphit. 15. 57. Quid minitabas te facturum, ſi iſtas pepuliſſem fores? Næuius Danae, Etiam minitas? mitte ea, quæ tua ſunt magis, quàm mea.

Minitari malũ. Plaut. in Curcul. 12. 15, Mihin' malũ minitare? c. atque ædepol non minitabor, ſed dabo. Terent. in Phor. 5. 6. 11, Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitatur malum. Cic. pro Milone, Quorum vtrique mortem eſt minitatus.

Minitabiliter, aduerbiũ, pro minaciter, antiquum verbum. Accius AEneadis, Calleti voce canora fremitu peragrant minitabiliter. Pacuuius Antiopa, Minitabilitérque increpare dictis ſæuis incipit.

Minax minacis, o. g. Qui frequenter minatur. Virg. lib. 3. georg. Primus & ire viam, & fluuios tentare minaces Audet, & ignoto ſeſe committere ponto.

M I N O R & hoc minus, Comparatiuus à paruus. Moindre de quelque choſe que ce ſoit.

Minor dominus. Plin. epiſt. 144. c, Lætor etiam, quòd domus aliquando C. Caſſii huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori.

Minor filius. Terent. in Eunucho, 2. 2. 58, Sed video herilem filium minorem huc aduenire. Plaut. in Amphit. 5. 22, Verum minori puero maior eſt pater, minor maiori.

Minor natu. Cic. de Amicitia, 32, Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo.

Minor mea res agitur. Terent. in Heaut. 2. 3. 113, Ridiculũ eſt iſtuc me admonere Clitipho: quaſi iſtic minor mea res agatur quàm tua. Cõme ſi ce neſtoit point autant a moy a faire comme a vous, & ſi ce neſtoit point auſſi bien mon prouffit.

Minoris vendere. Plaut. in Merc. 16. 83, Dum quidem hercle ne minoris vendas, quàm emi ego pater.

Minimus minima minimũ, Superlatiuus à paruus. Treſpetit. Plaut. in Sticho, 3. 63, È malis multis, malum quod minimũ eſt, id minimũ eſt malum. Idem in Aulul. 13. 14, Acceſſit animus ad meam ſentẽtiã, quàm minimo ſumptu filiam vt nuptum darem. Minimi pretii homo. Plaut. in Aſin. 16. 8, At nunc dehinc ſcito illum ante omnes minimi mortales pretii.

Minimo emit. Plaut. in Epid. 5. 107, Quãti emi poteſt minimo? Au millieur marché. Idem in Perſa, 16. 123, Indica, minimo daturus qui duci queat? Terent. in Eunucho, 1. 1. 32, Quid agas, niſi vt te redimas captum, quàm queas minimo?

Minus, Aduerbium, comparatiui gradus, Moins. Terent. in Eunucho, 4. 6. 22, Minus potens quàm tu. Idem in Heaut. 2. 3. 18, Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens.

Minus homo. Plaut. in Epid. 9. 44, Ego ſi allegaſſem aliquẽ ad hoc negotium minus hominẽ quàm doctum, minúſq; ad rem hanc callidum, os ſublitum eſſet.

Minus dixi, quàm. Plaut. in Capt. 7. 71, Et quod minꝰ dixi quàm volui de te animũ auortas volo. Idem in Mil. 14. 87, Minus eo dixi, ne hæc cenſeret me aduorſum ſe mentiri.

Minus habent. Terent. in Phor. 1. 1. 8, Quàm iniquè comparatum eſt, hi qui minus habent, vt ſemper aliquid addant ditioribus.

Minus intellexi. Terẽt. in Eunuc. 4. 5. 9, At neſciebã id dicere illam, niſi quia correxit miles quod intellexi minus. nã me extruſit foras. Ce que ie nauoie point bien entendu. Cic. de Amicitia, 23, Id ſi minus intelligitur, quãta vis amicitiæ cõcordiæque ſit, ex diſſentionibꝰ atque ex diſcordiis percipi poteſt.

Minus poteſt per ſe. Cic. de Amicitia, 26, Num propter imbecillitatem atque inopiam deſyderanda ſit amicitia? vt in dandis recipiendiſque meritis, quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet.

Minꝰ, id eſt nõ. Cic. de Amicitia, 83, Quæ tamẽ ipſa effloreſcit ex amicitia, etiã ſi tu eã minꝰ ſecutus ſis. Terẽt. in Heaut. 1. 2. 17, Quid narrat? CL. quid ille? ſe miſerũ eſſe. CH. miſerũ!

quàm minus credere eſt. Ce neſt pas choſe a croire. Plaut. in Amph. 5.18, Nũc de Alcmena dudum quod dixi minus, hodie illa pariet filios geminos duos. Minus memini. Plaut. in Caſ. 25.19, Redi modo huc intrò, monebo, ſi quidẽ meminiſti minus. Terẽt. in And. 4.1.31. Immó etiam quo tu minus ſcis ærumnas meas, hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Ie vois bien que tu ne ſces gueres mes fortunes &c.

Minus valet. Plaut. in Bacchid. 4.15, Si non inuenta eſt, minus valet, moribundúſque eſt. Il ne ſe porte pas bien. Idem in Amphit. 7.26, At ego te faciam pol hodie perinde ac meritus es, vt minus valeas, & miſer ſis, ſaluos domum ſi rediero.

Minus cum cura lectum. Plaut. in Milit. 10.7, Nam bene conſultũ, inconſultũ ſi ſit, inimicis vſu eſſe poteſt, ſi minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum ſiet.

Minus diu. Plau. iu Trucul. 7.1, Piſces ego credo qui vſquedum viuunt lauant, minus diu lauare, quàm hæc lauat Phroneſium. Cic. de Senect. 29, Ego verò me minus diu ſenem eſſe mallem, quàm eſſe ſenem antequam eſſem.

Minus multi, & minus audacter. Plaut. in Mil. 10.137, Si hoc parauiſſet, homines eſſent minus multi mali, & minus audacter ſceleſta facerẽt facta. Terent. in prolog. Phor. 11, Minus multo audacter, quàm nũc lædit, læderet, & magis placerent quas feciſſet fabulas.

Minus minúſque. Plaut. in Aulul. 3.18, At ille verò minus, minúſque impendio curare, minúſque me impartire honoribus. De moins en moins. Terent. in Heaut. 3.3.33. Nã mihi iam minus, minúſque obtemperat.

Minus, cũ nominatiuo. Plaut. in Trinũ. 8.1, Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta accepiſti à Callicle. Il ny a pas quinze iours. Cic. in Verrem, Iuſſit vt quæ ſtatuæ C. Verres ipſius & patris & filii eſſent, eas quæſtores demoliendas locarent: dúmque ea demolitio fieret, ſenatores triginta nõ minus adeſſent. Liuius de bello Punico, Minus duo millia hominũ effugerunt. Ibidem, Haud multo minus quàm mille capta. Idem, Hiſpani paulò minus mille homines pacti tranſtulerunt ſigna.

Minus, cum genitiuo. Plaut. in Mil. 22.43, Si ſic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum ſiet. Terent. in Eunucho. 4.6.22, Minus potens quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus.

Minus, cum accuſatiuo. Cic. in Verrem, act. 3, Ei cum cautũ vellet, ſcripſit vt hæredes iurarent ſe curaturos vt ex ſua quiſque parte, ne minus dimidium ad A. Treboniũ fratrẽ illũ proſcriptum perueniret. Liuius, Nunquam nix minus quatuor pedes alta iacuit. Victruuius, Aluei autem latitudo inter parietem & pluteum nõ minus ſit pedes ſenos.

Minus, cũ ablatiuo. Plaut. in Perſ. 18.2, Probati hic argẽti ſunt ſexaginta minę: duob⁹ nũmis minus eſt. Il ſen fault deux ſouls. Cic. pro L. Flacco, Ante pedes prætoris in foro expenſum eſſe auri pondo centum paulò minus. Cæſar in Cõment. Minus horis tribus miliũ pedum quindecim in circuitu munitionem perfecerũt. Ibidem, A millibus paſſuũ minus duob⁹ caſtra poſuerũt. Victruuius, Cũ nõ minus tribus coriis fuerit deformatũ.

Minus nihilo. Plaut. in Pſeud. 14.3, Nam ſi ego exoptem quãtũ dignus, tantũ dent: minus nihilo eſt. Terent. in Phor. 3.3.2, Vnde ego nunc tam ſubito huic argentũ inueniã miſer, cui minus nihilo eſt?

Quo minus. Terent. in And. 1.2.25, Si ſenſero hodie quicquã in his te nuptiis fallaciæ conari, quo fiant minus.

Minuſculus minuſcula minuſculũ, diminutiuũ à minus. Varro, Ex hoc auiario vt ſumãtur idoneæ, excludantur in minuſculũ auiariũ. Plaut. in Trin. 13.43, Eſt minuſculũ alterum, quaſi vaſculum vinariũ. Idem in Amphit. 14.20, Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula tuum diminuam caput.

Minimum, aduerbiũ ſuperlatiuũ eſt. Cic. de Amicitia, 29, Quod ſi ita eſſet: vt quiſque valetudinis minimũ in ſe eſſe arbitraretur, ita ad amicitiam eſſet aptiſſimus. Ibidem, 43, Itaque vt quiſque minimum firmitatis habeat, minimúmque virium, ita amicitias appetere maximé. Idem in Orat. perf. Sed loquor de vno pede extremo: adiungo quod minimũ ſit proximum ſuperiorem.

Minimũ, quod illiterati dicunt ad minus, A tout le moins. Varro de re ruſt. Ita fiunt omniũ partes minimum octoginta vna. Ibidem, Harum genera minimum in binas ſpecies diuidi poſſunt.

Minimè, aduerbium negandi eſt. Cic. de Amicitia, 38, Turpis enim excuſatio eſt, & minimè accipienda, cum in cæteris peccatis, tum ſi quis contra remp. ſe amici cauſſa feciſſe fateatur.

Cic. lib. 1. off. Miniméque artes hæ probandæ quæ miniſtræ ſunt voluptatum. Plaut. in Mil. 19. 25, Maris cauſſa hercle hoc ego oculo minimè vtor. Terẽt. in prolog. Eunuchi, 2, Et minimè multos lædere.

Minimè feceris. Plaut. in Moſtell. 4. 115, Etiámne vnguẽtis vnguendam cenſes? s. minimè feceris.

Minimè mirum, Ce neſt pas de merueille. Terent. in Hecyra, 2. 1. 23, Iam pridem equidem audiui cepiſſe odiũ tui Philumenã: miniméque adeò mirum. Idem in Heaut. 2. 3. 4, Minimè mirũ adeò impeditæ ſunt, ancillarum gregem ducunt ſecum.

Minimè, Tout au moins. Columella lib. 1, Lata bubilia eſſe oportebit pedes decem vel minimè nouem: quæ menſura & ad procũbendum pecori & iugario ad circũeundum laxa miniſteria præbeat.

Minimè gentium, dicebãt veteres (inquit Feſtus) pro eo quod eſt omniũ gentium iudicio minimè eſſe faciendum. Terent. in Eunucho, 4. 1. 11, Heus inquit, puer, Pamphilam accerſe, vt delectet hic nos. Illa exclamat, minimè gentium. Idem in Phor. 5. 9. 44, Meritóne hoc meo videtur factum? D. minimè gentium. Idem in Adelphis, 3. 2. 44, Quapropter quo quopacto celato eſt opus. S. ah, minimè gentium. non faciam.

MINVO, minuis, minui, minutum, minuere, Minorem reddere. Amoindrir, diminuer. Ex græco μειοῦν dictum videri poteſt, inquit Feſtus.

Minuere æs alienũ: Paier ſes debtes. Plin. epiſt. 214, Inde pleriſque nulla iam cura minuẽdi æris alieni, quòd deſperent poſſe perſolui.

Minuere conſiliũ. Terent. in Hecyra, 4. 3. 10, Sed non minuam meum conſiliũ: ex vſu quod eſt, id perſequar. Idem in And. 2. 3. 18, Nec tu ea cauſſa minueris hęc quæ facis: ne is mutet ſuam ſententiam. Ne laiſſe rien a faire de ce que tu fais. Pourſuis ton affaire.

Minuere imperium matris. Plaut. in Aſin. 10. 6, Hoccine eſt pietatem colere, imperium matris minuere?

Minuere iram. Teren. in Phor. 2. 3. 88, Minue verò iram. Rappaiſe toy.

Minuere fructũ. Terẽt. in Phor. 5. 9. 24, Hæccine erat quæ noſtros fructꝰ minuebat vtilitas?

Minuere dolorẽ, laborẽ. Terent. in prolog. Heaut. 42, Vt aliqua pars laboris minuatur mihi. Plin. Radix cõmanducata, dentium dolorem minuit.

Minutus minuta minutum, Participium, Amoindri, Minué.

Minutus nomen, Breuis, Menu. Minutũ argẽtum. Plaut. in Perſ. 7. 4, Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt argẽti minuti. Varro epiſtola latina, Si veniſſes Capuam, quod & pueros minutos vides libenter, & maiores animaduertere non vis. Cic. Verrinarũ, lib. 3, Reticulúmque ad nares admouebat tenuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ.

Minuti dei. Plaut. in Caſ. 7. 24, Tu iſtos minutos deos floccifeceris. Idem in Ciſtell. 5. 46, Dii me omnes magni, minutíque & patellarii faxint.

Minutus quum diminutiuis additur, redundare videtur. Terẽt. in And. 2. 2. 32, Olera & piſciculos minutos ferre obolo in cœnam ſeni. Plaut. in Rud. 30. 37, Curculiunculos minutos fabulare. Cic. Minutis interrogatiũculis, quaſi punctis, id quod propoſuit, effecit.

Minutæ literæ. Plaut. in Bacchid. 20. 66, Heu literas minutas. c. qui quidem videat parum.

Minutæ quæſtiones. Suet. de claris grãm. 24, Nimis pauca & exigua de quibuſdam, minutis quæſtiunculis edidit.

Minutum, obſcurum & ſcrupuloſum interpretatur Nonius, vt à Græcis dicitur λεπτομερές. Cic. de finib. bon. & mal. lib. 1, Ecce autem mali minuti & anguſti, & omnia ſemper deſperantes, aut maleuoli, inuidi, difficiles, lucifugi.

Minutulus minutula minutulum, diminutiuũ à minutus. Plaut. in Pœnulo, 2. 28, Siminus curaſſint cum venient heri domum, nutrices pueros infanteis minutulos.

Minutatim, aduerbiũ, In minutiſſimas partes. Pomponius Verre ægroto, Verum illi valent qui luctantur cum leonibus, & te obiectes fruſtatim paſſerinum prandium ſaturarum non fruſtillatim, nec minutatim dari.

Minutatim pro paulatim vſurpauit Varro de re ruſt. lib. 1, Tum ita ad ſubigendũ, vt minutatim aſſuefaciãt, & vt tyronem cum veterano adiungant. imitãdo enim facilius domãtur.

Minutim aduerbium, pro minuté, Fort menu, Par menues parties. Lucilius lib. v, Dic quã cogat vis ire minutim per commiſſuras rimarũ noctis nigrore. Columella lib. v, Inſequitur deinde foſſor, qui crebris bidentibus æqualiter & minutim ſoli terga comminuat.

Minutia minutiæ.f.g.Contemptibilis paruitas cuiuſcunque rei.

Minutal,minutalis,n.g.Genus edulii quod ex cõciſis minutatim olerib⁹ fit.Vng paſte en pot.

MIRABILIS,MIRACVLVM,& alia,vide poſt MIROR.

MIROR miraris,miratus ſum,mirari,Eſt re aliqua tanquã noua obſtupefieri. Seſmerueiller de quelque choſe.accuſatiuo iungitur. Virg.Artificúmque manus inter ſe, operúmq; laborẽ Miratur. Idem,Miratur portas.

Mirari,Cum voluptate intueri,delectari,accendi,inquit Nonius.Virg.Seu quis Olympiacæ miratur præmia palmæ Paſcite equos.

Mirari,Neſcire:quia(inquit Donatus)admiratio ab ignorãtia deſcendit. Plaut.Ne quis miretur qui ſim,paucis eloquar. Terent.in And.Miror vnde ſit.

Mirantur terrã oculi.Plaut.in Merc.7.31,Per mare vt vectus,nũc oculi terrã mirãtur tui.

Miror,cum genitiuo laudis vel vituperii. Virg.in x 1,Fama ingẽs,ingentior armis Vir Troiane quibus cælo te laudibus æquem?Iuſtitiæne prius mirer,belline laborũ?Græca metabaſis eſt,quam Græci κατ' ἐξοχὴν vocant.ſupplendũ eſt,vt ſit cauſſa laborũ,cauſſa iuſtitiæ.

Miror non iuſſiſſe me arripi.Terent.in Heaut.5.2.48.

Mirari ſe,Eſt ſibi placere,& de ſe magnificè ſentire.Martialis,Qui ſe mirantur in illos. •

Miror abſolutum. Terẽt.in Heaut.2.3.134,Laudabis.s.vide ſis.CLIT.tutemet mirabere. Ouid.lib.13.Metamorph.Dúmque moror mirórque ſimul,fugit omnis in vndas.

Miror ſi potuit. Cic.de Amicitia,49,Quanquam miror in illa ſuperbia & importunitate ſi quenquã habere potuit. Terent.in And.1.2.4,Mirabar,hoc ſi ſic abiret.Ie meſmerueilloie bien ſi &c.

Miror quòd. Cic.de Senect.39,Dicebant mirari ſolitum C.Fabritium,quòd cum apud regẽ Pyrrhum legatus eſſet,audiſſet à Theſſalo Cynea Athenis quendam eſſe qui ſe ſapientem profiteretur.

Miror quid.Terent.in Eunuch.2.2.59,Miror quid ex Pæræo abierit.

Miror quapropter. Plaut.in Amphit.3.86, Mirari nolim vos quapropter Iuppiter nunc hiſtriones curet.

Miror quomodo. Terent.in Heaut.5.3.2,Idque adeò miror,quomodo tam ineptũ quicquã potuerit tibi venire in mentem mi vir.

Miror vnde ſcis.Terent.in And.4.4.11.

Miro miras,eiuſdem ſignificationis.Varro Eumenidibus,Hoſpes quid miras?

Mirus mira mirum, Miratione dignus, De quoy on ſe doibt eſmerueiller. Plaut.im Amphit. Enimuerò,illud præter alia mira miror maximè ſi hæc habet plateã illam. Idem in Pſeud. 7.97,Si abſtuleris,mirum & magnum feceris facinus.

Mirum facinus quomodo. Plaut.in Milite,7.24,Niſi mirum eſt facinus quomodo nũc hinc tranſire potuerit.

Mira apud veteres pro monſtris atque horrendis ſumitur.Plaut.in Amphit.17.65, Nimia memoras mira.

Mirum.Terent.in Eunucho,3.1.13,Rex te ergo in oculis.T.ſcilicet.G.geſtire.T.verũ credere omnem exercitum,conſilia.G.mirum.Ceſt merueille.

Mirum cur. Terẽt.in prol.Heaut.1,Ne cui ſit veſtrum mirũ cur partes ſeni poeta dederit.

Nec mirum:Ce neſt pas de merueille. Cic.de Amicitia,31,Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,longè diſſentimus.nec mirum.nihil enim altum, nihil magnificum,&c.Il ny a point cauſe de ſeſmerueiller.

Mira ſunt niſi.Plaut.in Amphit.4.129,Mira ſunt niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculũ. Ceſt bien de merueille ſi &c.

Non mirum facis.Plaut.in Capt.11.52,Non mirum facis:eſt miſerorũ,vt maleuolẽtes ſint, atque inuideant bonis.Ce neſt pas de merueille ſi tu fais cela.Tu ne fais rien de nouueau que on ne face. Terent.in Hecyra,4.4.87,Non mirum fecit vxor mea,ſi hoc ægrè tulit: amaræ mulieres ſunt,non facile hæc ferũt. Plaut.in Merc.8.14,Haud mirum factũ eſt.

Mirum de illo. Plaut.in Amphit.8.197,Nãque de illo ſubditiuo Soſia mirum nimis eſt:certè de hoc Amphitruone iam alterum mirum eſt magis.

Mirum ni. Plaut.in Amphit.4.165,Mirum ni hic me quaſi murenã exoſſare cogitat. Terent.in And.3.4.19,Age igitur.vbi nunc eſt ipſus?D.mirum ni domi eſt. Ceſt bien dauẽture,ou de merueille ſil neſt en la maiſon. Idem in Eunucho,5.9.53,Mirum,ni illoc homine quoquo pacto opus eſt.

Mirum quin. Plaut. in Amphit. 8. 117, Mirum quin te aduorſus dicat. Mais dommage quil ne parle contre toy. Irriſio. Idem in Aulul. 5. 7, Mirum quin tua nunc me cauſſa faciat Iuppiter Philippum regem, aut Darium triuenefica. Idem in Trin. 13. 122, Mirum quin ab auo eius aut proauo acciperem, qui ſunt mortui.

Mirum ſi. Terent. in And. 4. 1. 27, Quid iſtuc tam mirum eſt ſi de te exemplum capit?

Mira verò. Terent. in Eunucho, 2. 2. 57, Mira verò militi quæ placeant. Donatus, Mira pro mirum. & eſt ἀρωνεία. Quid mirum eſt, inquit, facete loqui eum qui militi placeat? Idem in And. 4. 4. 16, Mirum verò, imprudenter mulier ſi facit meretrix.

Mirum quantum. Liuius lib. 1, Mirum quantũ illi viro hæc nuntianti fides fuerit. Pro mirũ eſt quantum. Accipitur pro maximé. Ceſt merueille comment on luy creu.

Mirum in modum, Id eſt in maiorem modum, quaſi infra rationem. Plaut. in Amphit. 1. 7, Vterque deluditur dolis mirum in modum. Merueilleuſement.

Miris modis. Plaut. in Amphit. 15. 28, Totam miris modis noſtram video turbatã familiã.

Mirius pro magis mirum apud antiquos. Varro, Nunquid hoc mirius?

Mirè, aduerbium. Terent. in Heaut. 5. 1. 25, Sed ille tuus quoque Syrus idem mirè finxit filiũ.

Mirandus miranda mirandũ. Digne dadmiration. Terent. in And. 5. 4. 36, Mirando hoc tanto, tam repẽtino bono. Plaut. in Rud. 10. 14, Pol haud mirãda facta dicis, ſi deos decepit.

Mirandum in modum. Cic. Metello, Marcellum tuum conſulem factum, téque ea lætitia eſſe affectum, mirandum in modum gaudeo.

Mirabilis & hoc mirabile, Admiratione dignus, Merueillable, Merueilleux. Cic. lib. 1. de off. Quare ex multis mirabilibus exemplis haud facile quis dixerit hoc exemplo aut laudabilius, aut præſtantius. Idem de Amicitia, 42, Nam quibuſdam quos audio ſapientes fuiſſe habitos in Græcia, placuiſſe opinor mirabilia quædam.

Mirabilis illi. Virg. Hic tibi ſit potius quàm tu mirabilis illi.

Mirabilitas mirabilitatis, f. g. Cic. lib. 1. de off. Ea ergo & hæc animi deſpiciẽtia mirabilitatem magnam facit.

Miraculum miraculi, n. g. Quicquid admirationem afferre poteſt.

Miracula pro monſtris vel horrendis ponebant veteres. Lucilius lib. primo, Miracula ciet thelephantas. Virg. lib. 4. georg. Omnia cõmutat ſeſe in miracula rerum. Liuius lib. 2, Adiiciũt miracula huic pugnæ, ſilentio proximæ noctis ex ſylua Arſia ingentẽ auditã vocẽ.

Mirificus mirifica mirificum, Quod eſt mirabile. Cic. de Senect. 8, Cum multum diúque vixeris, mirificos afferunt fructus.

Mirificiſſimus. Terent. in Phor. 5. 6. 31, Atqui mirificiſſimum.

Mirifico mirificas mirificare, Mirabilem facere. Plaut. in Amphit. Quanquam adeò Thebani ciues modo miro mirificant, probaui.

MIRMILLONES dicebãtur gladiatores qui genere quodam Gallicæ armaturæ vtebantur, quod mirmilloniũ nominabãt. Vnde Galli antè mirmillones nominabãtur, in quorum galleis piſcis effigies erat. Digladiãtium alter, retiarius, alter mirmillo appellabatur. Feſtus, Retiario pugnãti aduerſus mirmillonem cantatur, Non te peto, piſcem peto, quid me fugis Galle?

MIS pro meis dicebant antiqui. Ennius, Ingens cura mis concordibus æquiparare. Mis pro meis poſuit, non pro mei.

MISCEO miſces, miſcui, miſtum, miſcere, Cõfundere, & ſine ratione perturbatéque facere. Touiller, & meſler tout enſemble. Virg. Interea magno miſceri murmure pontũ. Plaut. in Pſeud. 3. 61, Dulce amarúmque vnà nunc miſcens mihi.

Miſcere nationes diuerſas. Plin. in Paneg. 47, Diuerſaſq; gẽtes ita cõmercio miſcuit, vt quod genitum eſſet vſquã, id apud omnes natum eſſe videretur.

Miſceto ita iſtæc. Terent. in Heaut. 4. 5. 35, Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas. Fais tellement ton cas, Brouille tellement tes choſes que tu ne my meſles point.

Miſtus pluribus. Plin. epiſt. 147. e, Puer in pædagogio miſtus pluribus dormiebat.

Miſcere, Dare bibere. Cic. de finibus, Dico ergo in eadẽ voluptate eſt qui alteri miſceat mulſum, ipſe non ſitiens, & eum qui illud ſitiẽs bibat. Ouid. in Metamorph. Arripit Iliaden qui nunc quoque pocula miſcet: Inuitáque Ioui nectar Iunone miniſtrat. Iuuenalis, Neſcit tot millibus emptus Pauperibus miſcere puer.

Miſcellaneus miſcellanea miſcellaneum, pluraliter miſcellanea, à miſtura indiſcreta rerum dici ſignificare videtur Gellius lib. vltimo, cum ait, Quia variã & miſcellaneã, & quaſi confuſaneã doctrinã cõquiſiuerũt, eo titulos quoque ad eam ſententiam exquiſitores indiderunt.

Apuleius in Metamorphoſi, Miſcellaneam turbam cõfuſam velut ex colluuione omniũ gentium, his verbis accipit, Nec mora, cum magna irruptione patefactis ædibus, magiſtratibꝰ eorúmque miniſtris, turbæ miſcellaneæ cuncta cõpleta. Hinc quidam opera ſua miſcellanea inſcripſerunt, in quibus variis de rebus tractatur.

Miſcellus miſcella miſcellum. Idem.

Miſcellum, columbarum genus vocat Varro, quod nec agreſte eſt, nec domeſticũ, ſed ex vtroque temperatum.

Miſcellæ vites, quæ in omni agro conueniunt, quòd cæteris vbique vtiliter miſceantur. Cato de re ruſtica, cap. 6, Cæteræ vites, & de his miſcellæ maximè, in quẽuis agrum conueniunt. Varro de re ruſtica, cap. 54, Nam & præcox, & miſcella quam vocant nigram, multò antè coquitur.

MISER miſera miſerũ, Flebilis, calamitoſus. Miſerable & ſouffreteux. Terent. in Eunucho, 3.2.34, Apparet ſeruum hũc eſſe domini pauperis, miſeríque. Idem in Heaut. 2.3.22, Nemo eſt miſerior me. Salluſt. in Iugurth. Etiam arte expertus ſum, parum fidei miſeris eſſe. Cic. pro Cn. Plancio, Quo quidem etiam magis ſum nõ dicam miſer (natura quidem abhorret à virtute verbi) ſed certe exercitus.

Miſer animi. Dolent. Plaut. in Milite, 14.75, Quid illam miſeram animi excrucias, quæ nunquam malè de te merita eſt? Idem in Ciſtell. 10.3, Itaque petulantia mea me animi miſeram habet.

Miſer ambitionis. Plin. in Paneg. 98, Miſeros ambitionis, qui ita conſules ſemper vt ſemper principes erant.

Miſer animo. Plaut. in Trucul. 11.35, Animo hercle homo eſt ſuo miſer, quiſquis eſt. Il eſt dolent.

Miſer ex animo. Plaut. in Sticho, 2.1, Credo ego miſerã fuiſſe Penelopam ſoror ſuo ex animo, quæ tandiu vidua viro ſuo caruit.

Miſerrima miſeria. Plaut. in Amphit. 7.32, Miſerrima iſtæc miſeria eſt ſeruo bono, apud herum qui vera loquitur, ſi id vi verum vincitur. Ceſt vne grande miſere.

Miſer, ægrotus aliquando dicitur. nam ægritudo, genus eſt infœlicitatis. Plautus, Miſeram eſſe prædicat buccam, ſibi fortaſſe medicos non eſſe putat.

Miſer, Innocens. Cic. pro Milone, Miſeros interdum ciues optimè de rep. meritos.

Miſerum, pro Interiectione aliquãdo ponitur. Virg. Cecropidæ iuſſi (miſerum) ſeptena quotannis Corpora natorum. Choſe miſerable.

Miſeram me. Terent. in And. 1.5.4, Miſeram me, quod verbum audio. Idem in Heaut. 5.4.6, Miſeram me, hocciné quæſti obſecro. Idem in Adelph. 3.1.4, Miſeram me, neminem habeo. Donatus, Miſeram me, proprium eſt mulierum quum loquũtur, aut aliis blandiuntur. Maleureuſe que ie ſuis.

Miſerè, aduerbium, Infœliciter. Cic. Neque commoueri eius deſyderio nõ poſſum qui tam miſerè periit. Si miſerablement.

Miſerè, Valdè, nimis. Plaut. in Curcul. 4.33, Vidén' vt miſerè moliuntur, neque queunt cõplecti ſatis? Terẽt. in Heaut. 1.2.16, Eam miſerè amat. Idem in Adelphis, 4.5.33, Qui infœlix haud ſcio an illam nũc miſerè amat. Idem in And. 3.2.39, Nam omnes nos quidem ſcimus quàm miſerè hanc amarit. Idem in Adelphis, 4.5.65, Neſcio, niſi quia tam miſerè hoc eſſe cupio verum, eò vereor magis. Idem in Adelphis, 4.1.6, Nam hunc diem miſerè nimis cupio, vt cœpi perpetuum in lætitia degere. Idem in Eunucho, 1.1.23. Hæc verba vna me hercle falſa lacrumula, quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit, reſtinguet.

Miſeriter, pro miſerè legitur apud antiquos. Laberius, Mens incorrupta miſeriter corrũpitur.

Miſellus, miſella, miſellum, Diminutiuum à miſer. Plautus, Cenſén' miſello mali aliquid facturum?

Miſellum pallium. Plaut. in Rud. 13.66, Heu ſum redactus ad hanc vſque vnam tuniculam, & ad hoc miſellum pallium.

Miſeria miſeriæ, f. g. Miſere. Cic. lib. 2. Tuſcul. Gentes noſtras flebunt miſerias.

Miſeritudo, antiquum verbum. Actius, Qui infœlix miſeritudine factus eſt aliena.

Miſereor miſereris, miſertus ſum vel miſeritus ſum, miſereri, Eſt ex alicuius miſeria corde

anxium esse. Auoir pitie & compassion de laduersite & misere daucun.

Misereor, genitiuo iũgitur. Plaut. in Capt. 12.107, Neminis misereri certũ est, quia mei miseret nemo. Virg. Nil nostri miserere, mori me denique cogis.

Misereo antiqui vsurpabant. Ennius in Hecuba, Miserete manus, date ferrum, vt me anima priuem.

Miseret impersonale, Ex alicuius miseria angorem suscipere. Plaut. in Pseud. 5.41, Misereat, si familiam alere possim misericordia. Idem in Trin. 6.61, Vt ita aliorum misereat, caue tui alius misereat. Ibidem, 8.24, Miseret te aliorum, tui te nec miseret nec pudet. Idem in Pseud. 5.75, Nihílne te mei miseret? Idem in Rud. 7.13, Miseriarúmque ambarũ te obsecramus vti misereat. Terẽt. in Eunucho, 5.7.32, Miseret tui me qui hunc tantũ hominem facias inimicum tibi. Idem in And. 5.2.28, Nónne te miseret mei?

Miseret me vicem tuam. Terẽt. in Heaut. 4.5.1, Ita me di amabũt, vt nunc Menedemi vicem miseret me, tantum deueniſſe ad eum mali.

Miseret me. Terent. in Eunucho, 5.5.3. Quid est? P. miseret me: itaque, vt ne viderem, misera huc effugi foras.

Miseretur impersonale, Moueor misericordia. Cic. pro Ligario, Cauete fratrum pro fratris salute precantium vos misereatur.

Misertum vel miseritum est. Plaut. in Trin. 8.23, Nam nunc eum vidi miserum, & me eius misertum est. Terent. in Phor. 3.2.16, Miseritum est. Ibidem, 1.2.49, Miseritum est.

Misereſco misereſcis, misereſcere, Moueri misericordia. Virg. lib. 2, His lachrymis vitam damus, & misereſcimus vltró. Plaut. in Epid. 11.1, Si quid est homini miseriarum quo misereſcat miser, ex animo est.

Misereſco, cum genitiuo. Stathius lib. 1. Theb. Et generis misereſce tui. Virgil. Misereſcite regis.

Misereſcit, impersonale. Terent. in Heaut. 5.4.3, Atque inopis nunc te misereſcat mei.

Misericors misericordis, omnis ge. Qui est misericordieux, & ha pitie & compassion de la misere daucun. Plautus in Amphi. 4.143, Certè aduenientem hic me hospitio pugnę acceptu-rus est: credo misericors est. Idem in Rudente, 14.27, Vænalis illic ductitauit, quisquis est, non est misericors.

Misericordior. Plaut. in Rud. 7.16, Misericordior nulla est me fœminarum.

Misericordia misericordiæ, Est ægritudo cordis ex miseria alicuius iniustè laborantis suscepta. Terent. in And. 1.5.26, Tot me impediunt curæ quæ meũ animũ diuersum trahunt, amor, misericordia huius, nuptiarũ sollicitatio. Cic. pro Ligario, Nulla de tuis virtutibus plurimis nec gratior, nec admirabilior misericordia est. Idem in tertio Tuscul. Si sapiẽs in ægritudinem cadere posset, posset & in misericordiam, & in inuidentiam.

Miseratio miserationis, Significatio misericordiæ, qua ex alicuius infœlicitate mouemur. Plin. epist. 51.c, Quod me recordantẽ, fragilitatis humanæ miseratio subit. Liuius lib. 1, Agmen migrantium impleuerat vias, & conspectus aliorũ mutuo miseratione integrabat lachrymas.

Miseror miseraris, miseratus sum, miserari, Verbis, aut lachrymis, aut opere dolorem, quem ex alicuius miseria habemus ostendere. & cõstruitur cum accusatiuo. Plaut. in Epid. 11.8, Quis illæc est mulier timido pectore peregrè aduenies, quæ ipsa se miseratur? Qui se complainct & faict tant de lamẽtations & de dueil. Salluſt. in Iugurtha, Eos multa pollicẽdo, ac miserãdo casum suum confirmat. Cæsar, Abditi in tabernaculis, aut suum factum querebantur, aut cum familiaribus suis cõmune periculum miserabantur. Id est deplorabant.

Miserator miseratoris, Qui opus aliquod misericordiæ exhibet in eum cuius miseretur.

Miserabilis & hoc miserabile, Miseratione dignus, per quem alii misericordia commouentur. Ouid. in Ibin, Síque miser semper, nec sis miserabilis vlli.

Miserabilis, Flebilis, lamentabilis. Liuius lib. 1, Euentus tamen belli minus miserabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum est, & tectis modo diruptis, alterius vrbis duo populi in vnum confusi sunt. Idem, Voces etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipuè.

Miserabiliter aduerbium legitur apud Donatum in Terentium.

M I S S V S missa missum. Vide M I T T O.

M I T E S C O mitescis, mitescere, Mansuescere. Deuenir doulx & priue. Plin. Vt feræ domi educatæ mitescunt.

Miteſcere, Tranquillari. Apul. Conflacceſcunt fluctus, mare miteſcit.

Miteſcere, Matureſcere. Plinius, Reliquorum pomorum velocitas cito miteſcentium tranſuolat.

MITIGO mitigas, mitigare, Placare, quaſi mitem agere. Appaiſer & adoulcir aucun.

Mitigare, Maturare. Cic. lib. 4, de rep. Cúmque Autumno terras ad concipiẽdas fruges patefaceret, hyeme ad concipiendas relaxarit, à fiſtula maturitate alia mitigauerit, alia torruerit.

MITIS, & hoc mite, Lenis, clemẽs, mãſuetus. Cic. de Senect. Facit perſępe ſibi audientiã diſerti ſenis compta & mitis oratio. Idem in Hortenſio, Aut Theopompo acrius, aut Theophraſto mitius inueniri poteſt.

Mitis, Tranquillus, lenis. Virg. lib. VIII, Mitis vt in morem ſtagni, placidæque paludis.

Mitis, Maturus. Virg. Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles.

MITTO mittis, miſi, miſſum, mittere, Enuoyer. Terent. in Eunucho, 3.3.22, Miſit porrò orare vt venirem ſerio. Idem in And. 3.2.34, Miſſa eſt ancilla illico obſtetricem accerſitũ ad eam, & puerum vt adferret ſimul.

Mitto tibi. Cic. primo epiſt. famil. Rogas vt tibi mea ſcripta mittam.

Mitto ad te. Terent. in Heaut. 1.2.17, Nunc ſeruolum ad eam in vrbem miſit, & ego noſtrũ vnâ Syrum. Cic. in Catone, Hunc librũ ad te de ſenectute miſimus. Plaut. in Amphit. 3.20, Pater huc me miſit ad vos oratum meus.

Mittere tẽpeſtatem. Plaut. in Rud. 3.2, Prò dii immortales tempeſtatem cuiuſmodi Neptunus nobis nocte hac miſit proxima!

Mittere, Donare. Virg. Hos illi, quod nec bene vertat, mittimus hœdos.

Mittere, Deponere, Excludere. Mitte lachrymas, Ne pleure plus. Terent. in Adel. 3.2.37, Hera, lachrumas mitte. Mitte male loqui. Terẽt. in Adel. 5.3.2, Rem potius ipſam dic: ac mitte male loqui. Ceſſe de dire mal. Mitte iram. Terẽt. in Hecyra, 5.2.14, Nam ſi cõpererit crimini tua ſe falſò vxor credidiſſe, miſſam iram faciet. Elle ſappaiſera. Mittere timorem. Virg. Mœſtúmque timorem Mittite. Terent. in Adel. 5.3.9, Repreſſi, redii, mitto maledicta omnia. Ie me deporte, ie me tais.

Mitte ambages. Plaut. in Ciſtell. 10.92, Sed quæſo ambages mulier mitte, atque hoc age, eloquere. Ie te prie laiſſe ces parolles qui ne ſont point a propos.

Mitto de illo. Plaut. in Pœnul. 16.97, Sed mitto de illo nunc: ad te redeo. Ie me tais de cela pour le preſent.

Mitto ſcrutari. Plaut. in Aulul. 20.23, Nunc leuam oſtende. ST. quin equidem ambas profero. EV. iam ſcrutari mitto, redde huc. Ie ne te veulx plus fouiller.

Mitto vitam duram. Terẽt. in Adel. 5.4.6, Nam ego vitam duram, quam vixi vſque adhuc, prope iam excurſo ſpatio, mitto. Ie me tais, Ie ne dis mot, Ie ne parle point de, &c. Ibidem, 5.3.34, Mitto rem, conſuetudinem ipſorum. Idem in Heaut. 5.1.27, Mitto iam oſculari atque amplexari, id nihil puto. Idem in And. 4.4.25, Mitte id quod ſcio: dic quod rogo. Idem in Phor. 2.1.2, Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? nec meum imperium: age, mitto imperium: non ſimultatem meam reuereri ſaltem?

Mitte hunc ire, Laiſſe le aller. Plaut. in Milite, 22.20, Si te ſaluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum. Idem in Amphit. 15.68, Amphitruo mitte hunc mea gratia, & me audias. Laiſſe le aller. ne luy fais rien. Terent. in Adelphis, 5.2.5, Quid agis? quò abis? D. mitte me. Plautus in Caſina, 5.17, Quò nunc abis? C. mitte me. S. mane. C. non maneo. Idem in Epid. 2.69, Tu ædepol rees turbulentus. T. mitte me, vt eam nunc iam.

Mitte hanc noxiam, Pardonne moy ceſte faulte. Terent. in Eunucho, 5.2.14, Credin' te impune abiturum? C. vnam hanc noxiam mitte: ſi aliam vnquã, vllam admiſero, occidito.

Miſſum facere, Eſt deponere, ac etiam à noſtro conſortio, familiaritate, poteſtate, arbitrio dimittere. Multi barbarè dicunt, dare licẽtiam, vel licentiare. Cæſar Oppio, Cn. Magnũ Pompeii præfectum deprehendi: ſed & meo inſtituto vſus ſum, & eum ſtatim miſſum feci. Ie luy ay baille cõge. Cicero in Verrem, Deinde alii quæſtus inſtituũtur ex vno genere nauali iudices quàm multi accipere à ciuitatibus pecunias, ne nautas darent pretio certo miſſos facere, nautas miſſorũ omne ſtipẽdiũ lucrari. Ibidem, Vt illud miſſum faciã. Varro de re ruſt. Colũbas redire ſolere ad locũ licet animaduertere: quod multi in theatro è ſinu

miſſas faciunt. Plaut.in Amphit.19.3,Ibo ad vxorem intrò,miſſum faciam Tireſiam ſenem. Terent.in Phor.5.8.53,Miſſum te facimus.

Me miſſum face,Noli vti opera mea,inquit Donatus.Paſſe toy de moy. Terẽt.in And.4.1.56,Parum ſucceſſit quod ago,at facio ſedulò:vel melius tu aliud repperi,me miſſum face. Ibidem,5.1.14,Illam hinc ciuẽ eſſe aiunt.puer eſt natus.nos miſſos face. Ne nous en parle plus,tais toy.

Verum vt hæc miſſa faciam quæ iam facta ſunt, ex his quæ nunc maximè fiunt, nónne quiuis poteſt intelligere,omnium architectũ & machinatorem vnum eſſe Chryſogonum? Cic. pro Sexto Roſcio Amerino. Prenes que ie me taiſe de ce qui eſt ia faict.

Miſſa facio. Terent.in Adel.5.9.34,Miſſa facio,effundite,emite,facite quod vobis lubet.Ie vous en laiſſe faire,Il ne menchault, faictes ainſi que vous vouldres. Plaut.in Trin.17.43,Quid id eſt? CA.ſcies.ſi quid ſtultè fecit,vt ea miſſa facias omnia.Que tu ne ten ſoucies de rien.

Miſſum facere amorem. Plaut.in Merc.3.83,Dico eſſe iturum me mercatum,ſi velit:amorem miſſum facere me,dum illi obſequar.Que ie me deporte de mes amours,De delaiſſer mes amours. Idem in Merc.12.72,Quanto ſatius eſt rus aliquò abire,ibi eſſe, ibi viuere,adeò dum illius te cupiditas,atque amor miſſum facit?

Miſſam facere vxorem,id eſt repudiare. Suet.in Cæſare Caligula,cap.25,Subitò ex prouincia euocauit,ac perductam à marito coniunxit ſibi,breuique miſſam fecit.

Mittere in conſilium, Eſt dimittere iudices ad ſententiam dicendam vbi orator dixerit,dixi, authore Aſconio. Cicero pro Cluentio,Cur Stalenum,cum in conſilium iretur,Cluentius & Cannutius abeſſe patiebantur? & cum in cõſilium mittebant, Stalenum iudicem cui pecuniam dederant,non requirebant? Oppianicus quærebat? Hæc Cicero. Si hoc eſt(inquit Cicero)verum quòd Cluentius & Cannutius iudicium corruperint, quo modo id explicari poteſt quòd cum iudices ipſi in conſilium mitterent,id eſt,cum iudicium iam expectare ſe dicerent,dicendi finem facientes,non requirebant Stalenum vnum iudicum quem conſtat redemptorem totius corruptionis fuiſſe:ſed facilè patiebantur illum abeſſe,non autem Oppianicus qui erat Cluentii aduerſarius? Mittere in conſilium hodie dicere poſſumus eos qui à iudicibus poſtulant,vt extempore ius dicatur,id eſt ſuper campum,ſur le champ, vt noſtrates dicunt. vt fit in Parlamento interdum,cum aduocati ex actionibus ſuis perpetuis,aut etiam ex altercationibus ius reddi ſibi poſtulant ex ſententia curiæ:quo tempore iudices,aſſurgente præſide,capita conferẽtes, de lite aut poſtulatis,vel extempore ſtatuũt, vel iuris diſceptationem eſſe pronuntiant,& conſilio agitandam. Inde illud Plinii in Panegyrico ad Traianum,114,Alii(inquit)ſe ſuperſtites reip.optabant,faciebántque:tibi ſalus tua inuiſa eſt ſi non ſit cum reip.ſalute coniuncta.Nihil pro te pateris optari,niſi expedit optantibus, omnibúſque annis de te in cõſiliũ deos mittis,exigíſque vt ſententiã ſuam mutẽt,ſi talis eſſe deſieris qualis electus es.Sed ingenti cõſcientia Cæſar paciſceris cũ diis, vt te ſi mereberis,ſeruent, cum ſcias merearíſne neminem magis quàm deos ſcire. Quo in loco præpoſterè legitur ne merearis.Eſt autem hæc Plinii ſententia,Nuncupationem votorum,quæ quotannis pro ſalute & incolumitate principis fieri ſolet,tu his verbis Cæſar cõcipi iubes,ſi bene remp.éxque omnium vtilitate rexeris. Digna (inquit) vota quæ ſemper ſuſcipiantur,ſemperque ſoluantur.Quotannis diis ipſis (inquit) tanquam iudicibus,calculum de te permittis an dignus ſis incolumitate.

Mittere ad nomen,Enuoyer aus mõſtres.Quintil.in declamat (ſi tamen is eſt author)ad nomen mittere filios parentes feſtinarunt, quãuis aſperrimo bello, vt ſub te ponere rudimẽta militiæ contingeret.

Mittere ſanguinem,id eſt quod vulgo dicitur extrahere ſanguinẽ,vel Græco vocabulo Phlebotomare.Cic. Attico,Miſſus eſt ſanguis inuidię ſine dolore. Eidem,Sic Appius prouinciam curauerit,ſanguinem miſerit,quicquid potuit detraxerit. Cornelius Celſus,Sanguinem inciſa vena mitti nouum nõ eſt:ſed nullum morbum eſſe in quo non mittatur,nouũ eſt. Ibidem,Sed vt aliquando primo die ſanguinem mittere neceſſe eſt.

Miſſito miſſitas,miſſitare,Frequentatiuum,Sæpe mittere.

Miſſiculo miſſiculas,miſſiculare,à miſſito frequentatiuo,Idem ſignificat.Plaut.in Epid.3,29, Empta eſt ancilla,quod tute ad me literas miſſiculabas.

Miſſus miſſa miſſum,Participium,Enuoyé.Miſſa vox ex æthere.Plautus in Amphit.1.9.

Miſſus miſſus, miſſui, Nomen, Immiſſionem ferarum ſiue ludorum aut gladiatorum in arenam ſignificat. Suet. in Domitiano, In his Circenſium die quo facilius centum miſſus peragerentur, ſingulos à ſeptenis ſpatiis ad quina corripuit. Idem, Circenſes frequenter etiã in Vaticano cõmiſit, nonnunquam interiecta per quos miſſus venatione.

Miſſus, pro immiſſione ferculorum, Mets. Lampridius ſcribit Heliogabalũ celebraſſe tale conuiuium, vt apud amicos ſingulos ſinguli miſſus apparărentur, & aliquãdo omnes miſſus ſola carne phaſianorum ſtruxiſſe.

Miſſilis & hoc miſſile, Quod facilè mittitur, Que on iette facilement.

Miſſile, telum omne quod manu in longum mittitur. Vnde & lapides, miſſilia dicuntur.

Miſſilia, dicebãtur munera quæ à principib⁹ populo ſpargebãtur, vtputa bellaria linea, odores, vnguenta, quod cum aliis temporibus, tum maximè Saturnalibus in theatro fieri ſolebat. Suet. in Calig. cap. 18, Sparſit & miſſilia variarum rerum, & panaria cum obſonio viritim diuiſit. Miſſilia variarum rerum dixit, pro varias res miſſiles. Idem in Claud. Nerone, cap. xi, Sparſa & populo miſſilia omnium rerum per omnes dies ſingula quotidie millia. auiũ cuiuſcp generis multiplex penus, teſſerę frumẽtariæ, veſtis, aurũ, argentũ, gemmæ, margaritæ, &c. Ibidem, cap. xxii, Quare ſpectaculum multiplicatis miſſilibus in ſerum protrahebatur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus, niſi ad totius diei curſum greges ducere.

Miſſio miſſionis, f. g. Enuoyement.

Miſſio, pro dimiſſione. Renuoyement. Suet. in Cæſ. Miſſionem continuò efflagitauit. Il ſupplia que on le renuoyaſt, que on le laiſſaſt aller de guerre, & quil fut exempt. Huiuſmodi miſſionum in re militari multa ſunt genera. Eſt enim honeſta, quæ emeritis ſtipendiis ab imperatore indulgetur. Eſt Cauſaria, quæ propter valetudines à laboribus militiæ ſoluitur. vnde Cauſarii milites dicuntur à Liuio. Eſt ignominioſa, cum quis propter delictum ſacramento ſoluitur.

MISTVRA, vide MISCEO.

MITELLA, vide MITRA.

MITHRA, mithræ, cum h, à Perſis dicitur ſol. Strabo lib. xv, Perſæ cælum Iouem putãt, colunt ſolem quem mithram vocant. Sta. lib. i. Theb. Indignata ſequi torquentem cornua mithram.

Mithra, primarius ſacerdos aliquãdo dicitur. Apul. lib. vltimo, Ipſúmque mithram illum ſuũ ſacerdotem præcipuum ſacrorum miniſtrum inſtituit.

MITRA, mitræ, Dictio barbara, qua ſignificatur quoddam capitis ornamenti genus, primo apud Mæonios, deinde AEgyptii, Syrii, Phrygii, & Lydii eo vſi ſunt. Erat enim pileus incuruus. quãuis & pro muliebri corona ad ornatum capitis adoleſcentularum accipiatur, ex qua pendebant faſciolæ quæ phiſiræ dicebantur, quoniam florum inſtar penderent.

Mitella mitellæ, diminutiuũ. Virg. Coxa ſyriſca caput graia redimita mitella.

MITRAX, mitracis, f. g. Lapis pretioſus. Plin. lib. 37, cap. 10, Mitrax à Perſis accepta eſt, & rubri maris montibus, multicolor, contra ſolem variè refulgens.

MN

MNA, mnæ, vide MINA. Plaut. in Rud. 30. 27, Præterea centum mnæ Philippicæ.

MNEMOSINE mnemoſines, f. g. Memoria dicitur. Catullus, Mnemoſinem mei ſodalis.

MO

MOBILIS & hoc mobile, Qui facilè mouetur. Mobile, Mouuant.

Mobilis pedes. Plaut. in Mil. 10. 36, Clarè oculis video, pernix ſum manibus, ſum pedes mobilis. Legier des pieds.

Mobilitas mobilitatis, f. g. Virg. Quo non aliud velocius vllum Mobilitate viget.

MODERO moderas, moderare, Modum ponere, Moderer, gouuerner. Salluſt. Vbi hoc exemplo per ſenatuſdecretum conſul gladium adduxerit, quis illi finem ſtatuet, aut quis moderabit? Plaut. in Milite, 17. 16, At modico diſce moderare animo, ne ſis cupidus.

Moderor moderaris, moderatus ſum, moderari, Deponens. Idem.

Moderari, cum genitiuo. Plautus in Menæh. 9. 82, Sed ego inſcitus, qui hero me poſtulem moderarier. Idem in Bacchid. 1. 59, Sũmne ego nihili, qui nequeam ingenio meo moderari? Idem in Perſa, 8. 26, Scis quid huic porrò dicturus fuerim? nil

linguæ moderari queam. Idem in Mil. 14.80, Nequeo hercle quidem riſu meo moderarier. Salluſt. Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Cic. pro Cælio, Quod & pudor tuus moderatur orationi meæ.

Moderari, accuſatiuo. Suet. in Auguſt. Nec ſucceſſum victoriæ moderatus eſt. Plinius epiſt. 159.e, Imaginare Pallantem velut intercedentem ſenatuſconſulto moderantémque honores ſuos.

Moderari, accuſatiuo & datiuo. Plaut. in Curc. 4.45, Hoccine fieri, vt immodeſtis hic te moderere moribus?

Moderari, datiuo, cum prępoſitione pro. Plaut. in Curcul. 4.40, Hem tibi maledicis pro iſtis dictis moderari vt queas?

Moderari ex. Terent. in Heaut. 2.1.4, Ex ſua libidine moderantur, quæ nunc eſt, non quæ olim fuit.

Moderandũ. Plaut. in Curcul. 9.25, Sed interim crepuere fores, linguæ moderandũ eſt mihi. Il me fault taire. Cic. in Verrem, act. v. Sentio iudices moderandum mihi eſſe iam orationi meæ, fugiendámque veſtram ſatietatem.

Moderator moderatoris, m.g. Rector, gubernator. Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. Si hæc nata ſunt vt Platoni videtur, vel ſi ſemper fuerunt, vt Ariſtoteli placet, moderator tanti operis & muneris, ſicut mentem hominis, quamuis eam nõ videas, vt deum non vides, tamen & deum cognoſcis ex operibus eius.

Moderatrix moderatricis, f.g. Gubernatrix, rectrix. Plaut. in Ciſtell. 6.3, Vt illæc hodie quot modis ſibi moderatrix fuit, atque immemorabilis.

Moderatio moderationis, f.g. Modeſtia ſiue lenitas. Moderation. Quæ temperat, aurigatúrque modos in factis & dictis, & cæteris talibus quæ agendi officio vtuntur. Cic. de Senect. 1, Noui enim moderationem animi tui, & æquitatem. Ibidem, 29, Moderatio modo viriũ adſit, tantum quantum quiſque poteſt, nitatur. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 32, Parem moderationem minoribus quoque perſonis & rebus exhibuit.

Moderatus moderata moderatum, Modere. Cic. de Senect. 7, Moderati enim nec difficiles ſenes, nec inhumani, tolerabilem agunt ſenectutem.

Nihil habere moderati. Salluſt. in Catil. Igitur ex diuitiis iuuentutẽ luxuria, atq; auaritia cũ ſuperbia inuaſere: rapere, conſumere, ſua paruipẽdere, aliena cupere, pudorẽ, pudicitiam, diuina atque humana promiſcua, nihil penſi neque moderati habere.

Modeſtia modeſtiæ, vt diffinit Cicero lib. 1. ad Heren. eſt in animo continens moderatio cupiditatum.

Moderatè, aduerbium, Moderemment.

Ferre moderatè. Cic. de Amicitia, 7, Quod animaduerti te dolorẽ, quem acceperis, tum ſummi viri, tum amantiſſimi morte, ferre moderatè, nec potuiſſe non commoueri.

Modeſtus modeſta modeſtum, Temperatus. Terẽt. in Adelph. Proba & modeſta vxor. Idem in Hecyra, Hæc item vti liberali eſſe ingenio decet, pudẽs, modeſta: incõmoda atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias. Plaut. in Trinũ. 12.12, Hoc dis dignũ eſt, ſemper mendicis modeſti ſint.

Modeſtum iter, Apud Plinium in epiſtolis.

Modeſtus vultu. Terent. in And. 1.1.93, Et vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprá.

Modeſtè, aduerbium, cum modo, inquit Donatus, moderatè, adhibito modo. Plaut. in Pœn. 18.50, Vt modeſtè orationem præbuit. Idem in Menæh. 21.4, Cui cor eſt modeſtè ſitum, recordetur id. Idem in Stich. 14.10, Modeſtè melius facere ſumptum, quàm ampliter, ſuũ quenque decet. Terent. in Hecyra, 4.1.38, Quid tum poſtea, ſi modeſtè ac rarò hoc fecit? Idem in Phor. 1.3.18, Beatus, ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè iſtæc ferat. Idem in Eunucho, 3.5.32, Adnuo, terram intuens modeſtè.

Modeſtiſſimè. Varro Modio, Non eos optimè vixiſſe qui diutiſſimè vixerint, ſed qui modeſtiſſimè. Id eſt modicè, inquit Nonius.

MODICE, MODICVM, MODIFICOR, vide MODVS.

MODIVS modii, Menſuræ genus, nõ diſpar ei mẽſuræ quam boſſulũ noſtrates vocãt. Vng boiſſeau. Columella libro 7. cap. 3, de bubus aratoriis loquens, Bubus pro temporibus anni pabula diſpenſantur. Ianuario menſe ſingulis freſi & aqua macerati erui quaternos

ſextarios miſtos paleis dare conuenit : vel lupini macerati modios. vel cicerculæ maceratæ ſemodios. Idem ſi grano abſtinemus, & regionis copia permittat: cũ fronde laurea & ilignea glans adiicitur: quæ niſi ad ſatietatem detur, ſcabiem parit. Poteſt etiam ſi prouentus vilitatem facit: ſemodius fabæ freſæ præbeti Nouembri menſe, ac Decembri: per ſementem quãtum appetit bos tantum prębendum eſt: plerunque tamen ſufficiunt ſingulis modii glandis: & paleæ ad ſatietatem datæ: vel lupini macerati modii: vel erui aqua conſperſi ſeſtarii ſeptẽni permiſti paleis, vt cicercule ſimiliter maceratę ſextarii duodeni: vel ſinguli modii vinaceorum. His exemplis coniicere poſſumus modium Romanum (vt dictum eſt) non diſparem fuiſſe ei menſuræ quam boſſulum noſtrates vocant, cum ſit diurnus cibus bouis aratoris modius aut ſemimodi⁹, pro varietate pabuli . Apud nos equis viatoriis per diuerſoria cibus ſtatus eſt in dies ciſternæ ternæ auenæ (Gallicè trois piquotins) vt in Italia hordei. Sic enim ſemper tulit ſtabulariorum formula. Sed ſtrigoſis equis, cum longis itineribus fathiſcunt, auctarium noctu dari ſolet, id eſt quarta ciſtella. Hæ quaternæ menſuræ boſſellũ noſtrum triticarium implent : qui modus pabuli eſt omnibus iam ſarcinariis equis per ſtabula viatoria ſtatutus. Cic. de Amicitia, 60, Verúmq; illud eſt quod vulgo dicitur, multos modios ſalis ſimul edendos eſſe, vt amicitiæ munus expletum ſit.

Modius vini Pariſinus, tricenos ſenos ſextarios noſtros capit, Trẽte ſix ſeptiers. Sextari⁹ autem octonas eas, quas pintas dicimus, huict pintes.

Modius tritici Pariſinus, quatuor & viginti medimnos atticos capit: vingt quatre mines.

Modiolus modioli, maſcul. generis, diminutiuum: Eſt quarta pars modii.

Modiolus, Paruum vas quadratum ad hauriendum ex puteo aut lacu aut flumine aquam. Vitruuius, Ita cum rota à calcantibus verſabitur, modioli pleni ad ſummum elati, & rurſus ad imum reuertentes infundent in caſtellum ipſi per ſe quod extulerunt. Plautus in Ciſtell. 6.7, Vix excalpſi vt diceret, quia ei promiſi modiolum vini dare.

Modulum aquarii à principibus impetrabantur, quibus priuatis licebat aquam publicam in priuata loca ducere è caſtellis aquæductuũ. Sũt erogatorii moduli, quibus aqua erogatur & diſtribuitur, vt eſt apud Frontinum.

Modialis & hoc modiale, à modio, quod modium continet. Plautus in Capt. 15.8. Aulas caliçéſque omnes confregit, niſi quæ modiales erant.

MODO, Aduerbium, ŏ finali breui, aliquando pro tempore præſenti accipitur, Maintenant, A ceſte heure, A preſent. Terent. in Adelphis, 3.1.2, Modo dolores mea tu, occipiunt primulum. Idem in Hecyra, 3.5.8, Aduenis modo? PAM. admodum. Donatus, Difficile inuenitur præſentis temporis MODO. Atque vt oſtendat eſſe momentum etiam præſentis temporis, dixit admodum, quod eſt minus. Tout maintenant. Idem in Adelphis, 5.3.56, Imò de nocte cenſeo. hodie modo hilarũ fac te. Et paulò pòſt, 59, Modo facito vt illam ſerues. Idem in And. 5.2.9, Modo introii. S. quaſi ego, quàm dudũ, rogem. Plaut. in Sticho, 10. 45, Deos ſalutabo modo, poſtea ad te continùo tranſeo.

Modo ait, modo negat. Terent. in Eunucho, 4.4.47. Il dict maintenant dung, maintenant dautre.

Modo, de tempore præterito. Plaut. in Moſtell. 14.10, Nouum vnum vidi efferri mortuum foras, modo eum vixiſſe aiebant. Ils diſoient quil ny auoit point long temps quil viuoit. Idem in Rudente, 9.2, Nam cum modo exibat foras, ad portum ſe aiebant ire. Idem in Amphit. 4.156, Apage, non placet me hoc noctis eſſe, cœnaui modo. Ie viens a ceſte heure de ſouper. Idem in Aſin. 7.71, Adoleſcens venit modo, qui argentum attulit. Il eſt venu a ceſte heure. Terent. in Eunucho, 4.4.30, Quando? DO. hodie. PH. quàm dudum? DO. modo. Donatus, Nota MODO apertè pro præterito tempore dictum eſſe, id eſt, iam dudum. nam qui vitiauerat virginem, non modo, ſed longè antè veſtem mutauit cum Eunucho Phedriæ.

Modo pro tantũmodo. Terent. in Phor. 1.2.9, Quid iſtuc eſt? G. ſcies: modo vt tacere poſſis. Pourueu ſeulement que tu ten puiſſe taire. Idem in And. 2.4.6, Proin tu face apud te vt ſies. P. modo vt poſſim. Plautus in Aſin. 7.8, AEtatem velim ſeruire, Litanum vt conueniam modo. Terent. in Eunucho, 2.3.16, Cherea aliquid inuẽni modo quod ames. Plautus in Rudente, 18.12, Agedum ergo, tange vtramuis digitulo, minimo modo. Idem in Capt. 4.64, Habe modo bonum animum. nam illum confido domum in his

diebus me recõciliaſſere. Quintil. Veteres enim, quorum fuerunt Ariſtoteles, & Thodectes, verba modo & nomina & coniunctiones tradiderunt.

Modo, Pourueu que. Plaut. in Trin. 17.36, Nihil euenit, ne time, bene re geſta ſaluos redeo, ſi tu modo frugi eſſe vis. Terent. in Heaut. 5.2.28, Modo liceat viuere, eſt ſpes. Plaut. in Perſa. 5.76, Iámne illam deſtinas? D. videam modo mercimoniũ. Virg. lib. 4, Si modo quod memoras factum fortuna ſequatur.

Modo ne. Cic. de Amicitia, 54, In quibus eorũ aut de capite agatur, aut fama, declinandũ eſt de via, modo ne ſumma turpitudo ſequatur.

Modóne. Terent. in And. 5.3.11, Me miſerum. s. modóne id demum ſenſiſti Pamphile?

Modo non, Rei non planè peractæ aduerbiũ. Id eſt tantũ nõ. Perinde valet quaſi dicas propemodum. Terent. in Phor. 1.2.18, Senem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens.

Modo, duntaxat, tantũmodo. Liuius, Euentus belli minus miſerabilem dimicationem fecit, quòd nec acie certatum eſt, & tectis modo dirutis, alterius vrbis duo populi in vnum confuſi ſunt. Seulement.

MODVLOR modularis, modulatus ſum, modulari, Menſurare, ſiue cum mẽſura & numerorũ ratione cõponere. Gellius, Scitè, ſubtilitérque ratiocinatum pythagorã philoſophũ dicit in reperiẽda, modulandáque ſtatus lõgitudiníſque eius præſtãtia. Virg. Carmina deſcripſi, & modulans altera notaui.

MODVS, modi, m.g. Propriè rationem ſignificat, id eſt menſuram ſiue formã. Ratio verò iubet ne quid nimis, ſed omnia cum moderamine fiant. Raiſon & maniere, facon. Plaut. in Pœn. 4.21, Verum hoc vnũ tamen cogitato, modus omnib⁹ in rebus ſoror eſt optimũ habitu. Columella lib. 2, Eſt autem modus in ſiccando fœno, vt neque peraridũ, neque rurſus viride colligatur. Il y a maniere. Idem lib. 3, In quo ſcrobe deſtinaueris nuces ſerere, terrã minutam in modũ ſemipedis ponito. De la grandeur dung demy pied.

Modus benignitatis. Terent. in And. 5.1.7, Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dum efficias id quod cupis: neque modum benignitatis, neque quid me ores cogitas.

Modo bono fiat. Plaut. in Merc. 24.62, Neu quiſquã poſthac prohibeto adoleſcẽtem filiũ, quin amet, & ſcortum ducat, quod bono fiat modo. Pourueu quil le face par bon moyen. Idem in Amphit. 12.14, Amat, ſapit, rectè facit animo quãdo obſequitur ſuo: quod omnes homines facere oportet, dum id modo fiat bono. Par raiſon.

In germanum modum. Plaut. in Caſina, 14.25, Amicus nunc tu mihi es in germanũ modũ.

Modus nouus. Plaut. in Amphit. 3.119, Propterea ornatus in nouũ inceſſi modũ. A la nouuelle mode, ou facon. Idem in Milite, 10.195, Itaque eam huc ornatam adducas matronarum modo.

Modus viuẽdi. Cic. de Senect. 78, Nam habet natura, vt aliarũ omniũ rerũ, ſic viuẽdi modũ.

Modo meo. Plaut. in Amphit. 4.67, Nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus legiones. Idem in Menæh. 7.25, Dictum faceſſe elatum, & diſcaueas malo: moleſtus ne ſis, nõ tuo hoc fiet modo. On ne le fera pas a ta fantaſie. Terent. in And. 1.1.126, Sine nunc meo me viuere modo.

Modis omnibus. Plaut. in Aulul. 14.3, Veluti Megadõrus tentat me omnibus miſerum modis. En toute ſorte, & facon, ou maniere. Terẽt. in Eunuch. 2.3.92, Quæ nos, noſtrámq; adoleſcentiam habent deſpicatam, & quæ nos ſemper omnibus cruciant modis. Idem in Heaut. 2.3.79, Enimuero reticere nequeo: multis modis iniurius Clitipho eſt.

Modus agri, Certa diffinitio ſeu mẽſura agri, qua quot iugerũ eſſet, intelligi poſſet. Plaut. in Aulul. 3.13, Agri reliquit ei non magnum modum. Cic. Attico, Etſi nihil ſcripſit niſi de modo agri. Horatius in Serm. Hoc erat in votis, modus agri nõ ita magnus. Liuius ab vrbe cond. Ne cui maior quàm quinquaginta iugerum agri modus eſſet.

Modus, Quantitas. Columella lib. 2, Atque rurſus in ſole ſiccata & mox refrigerata recondi-tur, ſi maior eſt modus in horreo: ſi minor, in vaſis olearíis, ſalſamentariíſque.

Modus, Finis, ſeu euentus. Iuuenalis, Imponítque modum ſapiens & rebus agendis. Virg. lib. 4. AEneid. Sed quis erit modus? Quen aduiendra il? Plaut. in Merc. 12.67, Quis modus tibi exilio tandem eueniet? qui finis fugæ? Idem in Menæh. 7.8, Nam quid modi futurum eſt illum quærere? Il ny auroit iamais fin a le chercher: ce ne ſeroit iamais faict.

Modulus moduli, diminutiuum à modus. Ponitur pro ipſa compoſitiõe in cãtu, qui etiam modulamen dicitur.

Modicus modica modicum, Paruum & puſillum.
Modica anus. Plaut. in Curcul. 3.13, Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica eſt, capit quadrantal.
Modica claſſis. Liuius de bello Maced. Comparauerat & Tyrannus modicam claſſem.
Modicus collis. Plin. epiſt. 161.a, Modicus collis adſurgit, antiqua ingreſſu nemoroſus & opacus.
Modicus, Paucus. Plaut. In angiportu turba eſt, domum modici introierunt.
Modicum propriè dicimus, nõ cui aliquid ſit imminutũ, ſed quod nõ excedat modum, & modeſtum eſt, & temperatũ. Plaut. Cui animus modicus, continens, expers ambitionis.
Modica centuria. Varro de re ruſt. Modica centuria ea ducentorum iugerum.
Modicus titulus. Plin. epiſt. 159.a, Inueni tam copioſum & effuſum, vt ille ſuperbiſſimus titulus modicus atque etiam demiſſus videretur.
Modicus cultu. Plin. in Paneg. 137, Eadẽ quàm modica cultu, quàm parca comitatu. Idem epiſt. 22.b, Ad hoc quàm parc⁹ in victu, quàm modic⁹ in cultu. Id eſt tẽperat⁹ & modeſt⁹.
Modicus facultatibus, Moyennement riche. Plin. epiſt. 118, Te porrò animo beatiſſimũ, modicũ facultatibus ſcio. Modicæ res. Plaut. in Perſa, 10.17, Quanquã res noſtræ ſunt pater pauperculæ, modicæ, & modeſtæ: melius eſt tamen ita viuere.
Modico gradu. Plaut. in Pœn. 7.18, Liberos homines per vrbem modico magis par eſt gradu ire. A petit pas, ou bellement, & comme par meſure.
Modicis minis. Plaut. in Pſeud. 20.118, At me viginti modicis multauit minis.
Modicum prælium. Liuius de bello Maced. Vt modico ædito prælio in fugam inclinarent.
Modica quies. Liuius de bello Maced. Refecti cibo ſumpto, & modica quiete.
Modicum, Aduerbium, Parum. Plaut. AEdepol id modicum curat.
Modicè, Aduerbium, Idem. Plaut. in Milite, Modicè ſapis. Tu es peu ſage. Tu nes guere ſage.
Ibidem. 17.15, At modicè diſce moderare animo, ne ſis cupidus. Apprens vng peu.
Modicè tangere. Cic. Attico, Minæ Clodii, contemptionéſque quæ mihi proponũtur, modicè me tangunt. Ne me touchent guere. Ie ne men ſoucie guere, Il ne men chault guere des menaces, &c. Eidem, Sed ea res modicè me tangit.
Modicè vtile. Cic. Attico, Sed vt modicè cæteris vtile eſt, tibi neceſſe eſt.
Modicè aduerbium, non ſemper à parco, ſed à modo quandoque deducitur, vt modeſtiã deſignet, quæ inter parum & nimiũ verſatur, non paucitatem. Varro de re ruſt. Furfures obiiciuntur modicè, ne parum aut nimium ſaturentur, Moyennement. Ibidem, Cum aer eſt modicè temperatus. Temperemment.
Modicè agere Cic. Tyroni, Nos agemus omnia modicé.
Modicè dicere. Cic. pro P. Sylla, Quanquã à me timidè, modicéque dicetur. Idem contra Rullũ, Quare dignus veſtro ſummo honore, ſingularíque iudicio ſim, ipſe modicè dicã. Liuius de bello Punico, De re pauca, ac modicè loquutus eſt.
Modicè ſpernere, Liuius, Libertatem nec ſpernere modicè, nec habere ſciunt.
Modicè vti. Liuius de bello Maced. Libertate modicè vtãtur, temperatam eã ſalubrẽ eſſe.
MOECHVS, mœchi, m.g. Adulter. Græci enim μοιχὸν adulteram dicũt. Plaut. in Amphit. Illa illum ſencet virum ſuum eſſe, quæ cum mœcho eſt.
Mœchus mulierum. Plaut. in Mil. 10.179, Herus meus ita magnus mœchus eſt mulierum, vt neminem fuiſſe æquè, neque futurum credo.
Mœchiſſo mœchiſſas, mœchiſſare, Adulterare. Plau. in Caſ. 25.7, In adulterio, dum mœchiſſat Caſinam, credo perdidit.
MOENIA, mœnium, mœnibus, Pluraliter tantũ declinatur, n.g. à muniendo dicuntur. Veteres enim œ & u indifferenter ponebant. Feſtus, Mœnia, muri, & alia muniendæ vrbis gratia facta. Virg. Et mœnia pandimus vrbi. Murailles.
Mœne ſingulariter protulit Ennius, inquit Feſtus, Apud emporiũ in cãpo hoſtiũ per mœne.
Mœnitus mœnita mœnitum, Quod mœnibus cinctum eſt. Plaut. in Bacchid. 20.2, Cum Priami patriam Pergamum diuina mœnitum manu, armis, equis, exercitu, atque exumiis bellatoribus, &c.
Mœniana mœnianorum. Feſtus, Mœniana appellata ſunt à Mœnio cenſore, qui primus in foro vltra columnas tigna proiecit, quo empliarentur ſuperiora ſpectacula. Saillies. Vnde columna mœniana. Cic. Acad. lib. 4, Interim ille cum æſtuaret, veterum, vt mœnianorum, ſic academicorum viam ſecutus. Potius ſcribendum per e. Vide loco ſuo.

MOEREO, mœres, mœstus sum, mœrere, ab μοῖρα. Varro tamen per æ, ab marceo deducit. est tristari, & dolore affici, lugere. Plaut. in Trucul. 8.9, Primum dum mœret animus, præmium si obolus est, obeūt tres noctes. Cic. de Amicitia, 13, Quocirca mœrere hoc eius euẽtu, vereor ne inuidi magis, quàm amici sit.

Mœreo cum accusatiuo. Cic. Terentiæ, à te quidem omnia fieri fortissimè & amantissimè video: nec miror, sed mœreo casũ huiusmodi, vt tãtis tuis miseriis meæ miseriæ subleuẽtur.

Mœreri, Deplorare. Cic. 1. Tuscul. At illa sicut acerbissimã rem mœret. Et iterum, Cum grauiter filii mortem mœreret.

Mœro mœras, mœrare, Antiquum verbum, mœrentem facere. Pacuuius, Qui multis mœrauit modis.

Mœstus mœsta mœstum, Triste, miserandũ. Virg. Et mœstas promere voces. Plaut. in Asin. 15.12, An tu esse me tristem putas? DE. putem ego, quem videã æquè esse mœstum, vt quasi dies si dicta sit?

Mœror mœroris, m.g. Doleur, pleur, Tristesse. Cic. de Amicitia, 10, Quàm autẽ ciuitati charus fuerit, mœrore funeris indicatum est.

Mœstitia mœstitiæ, f.g. Tristesse, doleur. Quintil. Dolore, atque animi mœstitia langues.

Mœstitudo mœstitudinis, Idem. Accius, Ni vestitus teter, mœstitudo, vastitudo prædicarẽt hominem esse. Plautus, Cui tanta mœstitudo obtigit.

Mœstiter, aduerbium pro mœstè. Plaut. in Rud. 7.5, Obsecro tam mœstiter veste vestitus?

MOLA molæ, f.g. Meule. Dicta est, quia veluti mole quadam frumentum, legumina, aliáeq; res teruntur: quòd earum motu eò coniecta moliuntur. Vnde molæ frumentariæ, molæ fabariæ, molæ olearíæ dicuntur.

Molæ operam dare. Cic. Attico, lib. 2, Ac modestè tamẽ dixit, vt Rhodi videretur molis potius, quàm Moloni operam dedisse.

Molæ inuẽtæ sunt quædã asinariæ, quædam trusatiles, id est hominũ opera versatiles. Gellius lib. 3, de Plauto comico loquens, Sed enim saturiorẽ & addictũ, & tertiã quandã comœdiã, cuius mihi nũc nomen nõ suppetit, in pistrino eum scripsisse Varro & plerique alii memoriæ tradiderunt, cum pecunia omni quam in operis artificum scenicorũ pepererat, in mercationibus perdita, inops Romam rediisset, & ob quærẽdũ victum ad circũagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset.

Molas versatiles Volsinæ inuentas, aliquas & spõte motas inuenimus in prodigiis, inquit Plinius lib. 36. cap. 18.

Mola, Caro informis. Plin. lib. 7. cap. 15, Solum autẽ animal menstruale mulier est. In vnius vtero, quas appellarunt molas. ea est caro informis, inanima, ferri ictum & aciem respuẽs. mouetur, sistitque menses. Idem lib. 10. cap. 64, Molas, de quibus antè diximus, gigni putant, vbi mulier nõ ex mare, verum ex semetipsa tantum conceperit: ideò nec animari: quia non sit ex duobus: altricémque habere per se vitam illam, quæ satis, arboribúsque cõtingat.

Mola, à molito farre, dicitur far tostum & sale sparsum, quòd eo molito hostiæ asperguntur. Virg. Sparge molam. Plin. lib. 12. cap. 18, Nec minus propitii erãt dii mola salsa supplicantibus, immò verò (vt palàm est) placatiores. Plaut. in Amphit. 7.107, Prodigiali Ioui aut mola salsa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

Molaris, huius molaris, m.g. Dens maxillaris est, à molo molas, quòd cibum à cæteris dentib⁹ infractum ipsi molunt.

Molaris, lapis qui est molæ fragmen. Ouid. li. 4. Metamorph. Aut comes inquit ero dixit, dextráque molarem Sustulit. Stath. lib. 3. Theb. Vastæque sudes, fractique molares.

Molaris & hoc molare, Lapis molaris, ex quo mola fit.

Molarius molaria molarium, Quod ad molam pertinet: vt asinus molarius quo vtimur ad molam. Cato de re rust. cap. xi, Asinum molarium vnum.

Molo molis, molui, molitum, molere, Mola terere, Mouldre. Cæsar lib. 1. cõment. Triumm mensium molita cibaria sibi vnũquenque domo efferre iubent. Terent. in Phor. 2.1.19. Molẽdum vsque in pistrino, vapulandum.

Molitor molitoris, m.g. Qui molit, Vng munier.

Molitrix molitricis, f.g. Vne muniere.

Molendinum molendini, Vng molin.

Molendinarius molendinarii, m.g. Vng munier.

Molendinarius molendinaria molendinariũ, Quod ad molẽdinum pertinet, vt mola molendinaria. Paulus iureconſultus negat aſinam molendinariam ea appellatione contineri.

Moletrina moletrinæ, f.g. À molendo, piſtrinum olim dicebatur, quo tempore tundebãtur frumenta, non molebantur. Cato in Thermum, Neruo, carcere, moletrina. Nonius.

MOLES, molis, f.g. Res magna & magni ponderis. Virg. Totámque infuſa per artus Mens agitat molem. Columella lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis.

Moles, Difficultas: quoniam quæ magna ſunt, difficilia eſſe conſueuerunt. Virg. Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

Moles, Motus. Virg. Inde Gyan, ipſámque ingenti mole chimæram Conſequitur.

Moles in mari dicitur quoties excluditur aqua.

Moles, à mouendo dicitur.

MOLESTVS moleſta moleſtũ, Qui alicui grauis eſt, nec ſinit eum quieſcere. Qui eſt grief, facheux & ennuyeulx a aucun. Terent. in Eunucho, 3.2.31, Verum vbi moleſtũ nõ erit, vbi tu voles, vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur. Plaut. in Epid. 10.26, Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtum nõ eſt. Si ie ne tennuye point. Idem in Merc. 18.14, Verùm ſi non amant, oderũt, moleſti itidem atque difficiles. Terent. in And. 4.1.17, Atque aliquis dicat, Nihil promoueris. multũ: moleſtus certè ei fuero. Idem in Adel. 1.2.42, Eſt (diis gratia) & vnde hæc fiant, & adhuc nõ moleſta ſunt. Et paulò pòſt, 62, Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicit, tamen nõnihil moleſta hæc ſunt mihi. Plaut. in Trucul. 16.9, Tu eras? D. moleſtúſne ſum? A. nũc magis quàm fuiſti. nã niſi qui nobis vſu eſt, nobis moleſt9. Idem in Amphit. 14.44, Si moleſtus ſis, euades nunquam quin te ſacrificem. Idem in Pſeud. 5.18, Quis eſt qui moram occupato moleſtã obtulit? Idem in Menæh. 14.1, At hoc viuitur more morum moleſto maximè omniũ. Terent. in Eunucho, 3.3.23, Aut dicat quid vult, aut moleſta nõ ſiet. Cic. de Senect. 7, Importunitas autem & inhumanitas omni ætati moleſta eſt. Idem de Amicitia, 75, Moleſta veritas eſt, ſiquidem ex ea naſcitur odiũ. Ibidem, 63, Sunt enim quidam qui moleſtas amicitias faciunt, cum ipſi ſe contemni putant.

Moleſtia moleſtiæ, Solicitudo, grauitas, Ennuy, faſcherie. Plaut. in Pœnu. 2.35, Ne & hic viris ſint & domi moleſtiæ. Terent. in Eunucho. 1.1.32, Si ſapis, neque præterquàm quas ipſe amor moleſtias habet, addas. Ibidem, 5.4.6, Virginem quam amabat, eam confeci ſine moleſtia.

Moleſtè, aduerbium, Auec ennuy, & grieuemẽt. Cic. de Amicitia, 76, Obiurgari moleſtè ferũt. Ils ſont marris, ennuies, & faſches quant on les reprent.

Moleſto moleſtas, moleſtare, Moleſter, ennuyer, facher, greuer. Modeſtinus, Ab Aurelio Sempronio fratre meo neminem moleſtari volo.

MOLETRINA, vide poſt MOLA.

MOLIOR moliris, molitus ſum, moliri, à mouẽdo, vel à molibus, Significat mouere. Mouuoir. Ennius, lib. 9, Num montes moliri ſua ſede paramus?

Moliri, Eſt vel ingenio, vel corpore ad aliquid agendũ moueri. Sefforcer a quelque choſe faire. Plaut. in Bacchid. 16.1, Inſanum magnum molior negotium. Idem in Curcul. 4.33, Vidén' vt miſerè moliuntur, neque queunt complecti ſatis. Cic. de Senect. 23, Sed videtis vt ſenectus non modo languida, atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid, & moliens.

Moliri, inuenire. Plaut. Aliquid moliar quo me hoc diſcrimine liberem.

Moliri, Operari, vel facere. Cic. lib. 1. Tuſcul. Quarum altera, quam nos incolimus, ſub expoſita ad ſtellas ſeptem. vnde horrifer aquilonis ſtridor gelidas molitur niues. Columella lib. 2, Et ideò minoribus aratris moliuntur. id eſt operantur.

Moliri, paſſiuè, pro retardari. Lucilius lib. 7, Mutilamur, molimur, ſubiicimur.

Moliri arcem, Extruere arcem.

Moliri bellum, Belligerare. Columella in præf. Qui bella molitur, armorum & militiæ gnaros adhibeat.

Moliri claſſem, Parare claſſem. Virg. Claſſémq; ſub ipſa Antandro, & Phrygię molimur mõtibus Idæ.

Moliri habenas, Gubernare. Virg. Et manibus molitur habenas.

Moliri iacula, Iaculari. Virg. Ipſe pater media nimborum in nocte coruſca Fulmina molitur dextra.

Moliri insidias, Meditari aut tendere insidias. Virg. lib. 1. georg. Insidias auibus moliri, incendere vepres. Apul. Dum mihi moliuntur insidias.

Moliri iter, Iter peragere. Virg. Inde datum molitur iter.

Moliri moram, Moram facere. Virg. Molirive moram, aut veniendi poscere causas.

Molimen molimínis, n.g. Id est quod molimur, & conatus. Effort que on faict a faire quelque chose.

Molimentũ molimẽti, n.g. Idem. Sisenna, Magno iam molimento ac perpetuo sono procedũt.

Molitor molitoris, m.g, Qui sefforce a faire quelque chose. Suet. in Domitiano, cap. x, In his aliquot consulares interemit: ex quibus Ciuicam Cerealem in ipso Asiæ proconsulatu, Saluidienum Orficum, Acilium Glabrionem exilio, quasi molitores nouarum rerum.

Molitrix molitricis, f.g. Suet. in Claudio Nerone, cap. 35, Antoniam filiam Claudii recusantem post Poppęæ mortem nuptias suas, quasi molitricem nouarum rerum interemit.

MOLLIS, & hoc molle, Tener, non durus, Mol. À mouendo dicitur, quasi mobilis, quòd in quamcunque partem facilè trahi ac moueri possit. Quintil. de signis loquens, Illius opera dura, molliora huius. Virg. Quid nemora AEthiopũ, molli canentia lana? Plaut. in Capt. 13.82, Et mollem caseum.

Mollis homo, est effœminatus, non seuerus, non fortis, non constantis animi.

Molle, Recens, nouum. Virg. in Buc. Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles. Nonius.

Molle, Opportunum. Virg. li. 4. AEneid. Sola viri molles aditus & tempora noras. Idem, Et quæ mollissima fandi Tempora. Nonius ita interpretatur. Alii aditus non abruptos, & præruptos exponunt.

Molle, Leue, contemnendũ. Virg. lib. 3. georg. Tua mecœnas haud mollia iussa. Nonius.

Molle, Non arduum, nec erectum. Virg. in Buc. Qua se subducere colles Incipiunt, mollique iugum dimittere cliuo. Nonius.

Molle, Dulce, iucundum. Virg. lib. 2. georg. Mollésque sub arbore somni. Cic. de legib⁹ lib. secundo, In animos teneros, atque molles influere, quàm varios canendi sonos. Idem de Senect. 2, Nõ modo omnes absterserit senectutis molestias, sed etiam effecerit mollem, ac iucundam senectutem. Nonius.

Mollis, Maturus. Virg. Sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles.

Molliculus mollicula molliculum, diminutiuũ. Plaut. in Pœn. 4. 145, Meus molliculus caseus. Idem in Casin. 10. 56, Sed lepidè volo molliculas escas, vt ipsa mollícula est. Viandes tendres & delicates.

Mollities mollitiei, f.g. Mollete.

Mollities maris, Placiditas, tranquillitas. Plin. de viris illust. 22, Vbi per mollitiem matis anguis proximum AEsculapii phanum petiit.

Mollities animi. Terent. in Eunucho, 2. 1. 16, Abi sis. nihil dicis Parmeno. eiicienda hercle hæc mollities animi, nimis me indulgeo. Il fault oster ceste lachete & paresse.

Mollitia mollitiæ, f.g. Idem.

Mollitia animi, Effœminatio. Sallust. Sed inertia & mollitia animi alius alium expectantes cunctamini.

Mollitudo mollitudinis, f.g. Idem quod mollities. Cic. lib. 6. de Orat. In ipso factu modum mollitudinis & leuitatis.

Mollitudo corporis, Placiditas. Cic. Lenitudo orationis, mollitudo corporis.

Molliter, aduerbium, Mollement.

Molliter se curare, id est delicatè, inquit Donatus. Terẽt. in Adel. 5. 1. 1, AEdepol Syrisce te curasti molliter. Plaut. in Pœnulo, 9. 80, Ego id quæro hospitium, vbi ego curer mollius, quàm regi Antiocho curari hospites solent.

Molliter ferre, Placidè, æquo animo. Cic. de Senect. 5, Quod ferendũ est molliter sapienti. Doulcemẽt, en patience. Plaut. in Pseud. 23. 9, Quid tu (malùm) ergo in os mihi ebrius eructas? P. molliter, sustine nunc me, caue ne cadã. Tout doulcemẽt. Ne soies si rigoureux.

Molliter bellum gerere. Sallust. de rep. ord. Sed tibi hoc grauius est, quàm ante te omnibus armis parta componere, bellum aliorum pace mollius gessisti.

Mollio mollis, molliui, mollitum, mollire, Mollir.

Mollire mare, id est placare, molle reddere. Appaiser, Faire quoye. Acci⁹ Theleph. Nisi pariter nauem in fugam tradũt subter saxa ad leuam, qua modo molliebat mare. Gellius, Sed

poſtea cum Brunduſium aduentaremus, mollitíque eſſent venti, percontatus ſum eum ego quænam illa ratio eſſet pauoris ſui.

Mollire hominem, Lappaiſer, ladoulcir, & vaincre le courage diceluy. Terent. in Phor. 3.2. 13, Adeóne ingenio te eſſe duro atq; inexorabili, vt neq; miſericordia, neq; precibus molliri queas? Ibidem, 4.3.27, Poſtquam hominem his verbis ſentio mollirier, &c. Cic. de Senect. Et Annibalem iuueniliter exultantem patientia ſua molliebat.

Mollire, pro effœminare. Salluſt. Loca amœna, voluptuoſa facilè in otio feroces militum animos molliuerant.

Mollifico mollificas, mollificare, Mollifier.

Mollefacio mollefacis, mollefeci, mollefactum, mollefieri. Idem.

Molleſco molleſcis, molleſcere, mollem aut placatum fieri. Claud. lib. 1, Ditíſque ſeueri Ferrea laſciuis molleſcant corda ſagittis.

Molleſtra molleſtræ, f.g. Pelles ouinas dicebãt antiqui, quib⁹ galleas ſubtergebãt, inquit Feſt⁹.

Mollicina mollicinæ, f.g. Veſtis, inquit Nonius, à mollitie dicta. Næuius Epidico, Mollicinã, crocotam, chirodotam, ricam.

MOLLVSCA, molluſcæ, f.g. Nucis genus, à mollitie putaminis dictæ. Plin. Molluſcæ putamen rumpentes. Non eſt molluſca pomũ quod vulgo perſicũ nominatur, vt putauit Macrobius, authore Perotto.

MOLLVSCVM molluſci, n.g. Arboris ſpecies. Plin. lib. 16. cap. 16, Pulcherrimum verò eſt bruſcum, multóque excellentius etiãnum molluſcum. Tuber vtrunque arboris eius. Sed bruſcum intorſius, criſcum: molluſcum, ſimplicius ſparſum. Et ſi magnitudinem menſarum caperet, haud dubiè præferretur cedro.

MOLO molis. vide poſt MOLA.

MOLOCHINVS, molochini, m.g. Color qui in purpuram inclinat, quòd maluæ flori ſimilis ſit, quaſi malachinus. Græci enim μάλαχην maluam dicunt.

Molochinarius molochinarii, Molochini coloris infector. Plaut. in Aulul. 15.42, Aſtãt molochinarii, petunt fullones.

MOLOTHROS, Genus vitis albæ, quã nõnulli ampeloleucen appellãt, inquit Perottus.

MOLORTHVS, molorthi, m.g. Perpẽdiculum. Dictio compoſita qua ſignificatur rectũ plumblum. μόλυβδος plumbum, ὀρθός rectus. Vng plomb.

MOLYBDENA, molybdenæ, Eſt (inquit Plinius lib. 35. cap. 18.) quam alibi galenam vocauimus, plumbi & argenti vena communis. Idem lib. 25. cap. 13, Naſcitur vulgo molybdena, id eſt plumbago, etiam in aruo, folio lapathi, craſſa radice, hiſpida. Hæc cõmanducata, ſi oculis ſubinde religatur, plumbum, quod eſt genus vitii, ex oculis tollit.

MOLYBDITIS, huius molybditis, f.g. Plumbi ſpuma. Plin. lib. 33. cap. 6, Genera eius tria: optima quam chryſitin vocant: ſecunda, quam argyritin: tertia, quã molybditin. Et paulò pòſt, Molybditis plumbi ipſius fuſura, quæ fit Puteolis, & inde habet nomen.

MOMAR, Siculi ſtultum vocant, authore Feſto.

MOMEN, mominis, Id eſt momẽtũ. Lucretius, Momine ſi à paruo poſſunt impulſa moueri.

MOMENTVM, momenti, n.g. Significat exíguam quandam mutationem, & penè indiuiſibilem, quod Græci atomon vocãt. Moment. Varro, Momẽto temporis vterque diſceſſit.

Momentum quodcunque minimũ poteſt appellari. Plin. Proſunt & combuſtæ, vt cinis earũ bibatur in vino addito reſinæ momento.

Momentum, Exiguum ſpatium temporis. En moins de rien, incõtinẽt. Horatius, Quid enim concurritur horæ momento? Liuius, Momẽto fuſi. Idem, Momento arx occupata eſt. Idem. Momento enim ad inanem locum peruenerunt.

Momentum temporis, horæ. Liuius ab vrb. cond. Momento temporis in aduerſum incurſando aciem. Ibidem, Vt ſignum momento temporis acciperent. Ibidem, Momento horæ arſura omnia. Ibidem, Momento illo horæ. Idem de bel. Maced. Verſa momẽto temporis fortuna pugnæ eſt.

Momento paulo. Terent. in And. 1.5.31, Dum in dubio eſt animus, paulo momento huc, illuc impellitur.

Momentum etiam iuxta eum modum dicitur, quo multi dicunt, res parui momenti, magni momenti. Liuius ab vrbe condita, Rege ſuperato, nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copiis fore.

Momenta maximarum rerum. Liuius ab vrbe cond. Puncto ſæpe temporis maximarum rerũ momenta verti.

Momentaneus momentanea momentaneum, Quod eſt caducum, & facilè mutatur ac deficit.
MONAS monadis, f.g. Vnitas.
Monachus monachi, Solitarius, Qui vit ſeul.
Monarcha monarchæ, m.g. Vnicus omnium princeps.
Monarchia monarchiæ, f.g, Vnius principatus.
MONEDVLA monedulæ, f.g. Auis. Vng choucas. Plin. lib. 17. cap. 14, Tradunt & monedulam condentem ſemina in theſauros cauernarũ, eiuſdem rei præbere cauſſas. Idem lib. 10. cap. 29, Inſubrium tractu examina gracculorũ, & monedularũ, cui ſoli aui furacitas auri argẽtique præcipuè mira eſt. Plaut. in Capt. 19. 5, Nam vbi illò aduenì, quaſi patriciis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut cothurnices dantur, quiſcum luſitent.
MONEO mones, monui, monitum, monere, Admonneſter. Scientem ſeu memorem facere.
Monemus conſilio. Terent. in And. 3. 3. 30, Neque poſtulem abs te niſi ipſa res moneat.
Monere apertè & acriter. Cicero de Amicitia, 41, Eáque adhibeatur ad monendũ, nõ modo apertè, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit, & authoritati adhibitæ pareatur.
Moneo te hanc rem dicimus. Terent. in And. 5. 4. 15, Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probé.
Monuit mihi illud. Plaut. in Truc. 15. 12, Vnum animus monuit mihi, omnia agã precario.
Moneo ne. Terent. in prolog. Eunuchi, 16, Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere. Idem in Hecyra, 1. 1. 8, Ergo propterea ſedulò & moneo & hortor ne cuiuſquam miſereat.
Moneor à te de. Cic. lib. 2. de diuinatione, À qua præterquam de ſue plena, quid vnquã moniti ſumus?
Moneor id ab eo. Cic. de Amicitia, 74, Nec ea quæ ab ea monemur, audimus.
Moneo quid. Terent. in Adel. 3. 3. 75, Poſtremó, tanquam in ſpeculum, in patinas Demea inſpicere iubeo, & moneo quid facto vſus ſiet.
Moneo vt. Plaut. in Capt. 5. 46, Et propterea ſæpius te, vt memineris moneo. Terent. in And. 5. 4. 1, Mitte orare, vna harum quæuis cauſſa me, vt faciam monet.
Monere vt veniat ad cœnam, Id eſt vocare ad cœnam. Terent. in Heaut. 1. 1. 118, Sed vt diei tempus eſt, monere oportet me hunc vicinum Phaniã, ad cœnam vt veniat.
Moneris, pro monueris. Pacuuius Armorũ iudicio, Dic quid faciam, quod me moneris effectum da. Idem Chryſide, Dii monerint meliora.
Monitor monitoris, m.g. Qui monet quid agendum. Terẽt. in Phor. 2. 1. 4, O facinus audax, ô Geta monitor.
Monitor, vocator ad cœnã. Terent. in Heaut. 1. 1. 119, Sed vt diei tempus eſt, monere oportet me hunc vicinum Phaniã, ad cœnam vt veniat: ibo vt viſam ſi domi eſt. nihil opus fuit monitore: iam dudum domi præſto apud me eſſe aiunt.
Monitio monitionis, f.g. Admonition. Fit ante cõmiſſum: obiurgatio, poſt turpe factũ. Cic. de Amicitia, 75, Primum vt monitio acerbitate, deinde vt obiurgatio contumelia careat.
Monitorius monitoria monitorium, Quod monet.
MONETA monetæ, f.g. Monoye. Dicta quòd nos ſigni impreſſione vel authoris vel pretii moneat.
Moneta Iuno, à monendo dicta. Cic. de diuinatione lib. 1, Atque etiam ſcriptum à multis eſt, cum terræmotus factus eſſet, vt ſue plena procuratio fieret, vocem ab æde Iunonis ex arce extitiſſe: quocirca Iunonem illam appellatam Monetam. Ibidem lib. 2, Quod idem dici de Moneta poteſt: à qua, præterquam de ſue plena, quid vnquam moniti ſumus?
Monetarius monetarii, Qui monetam cudit. Vng monoyer.
Monetalis & hoc monetale, Quod ad monetam pertinet. Apul. de Aſino, Plotina pretioſiſſimis monilium & auro monetali zonis refertus incincta.
Monetales trium viri dicti ſunt, ſicut ſcribit Pomponius iureconſ. æris, argẽti, auri flatores.
MONILE monilis, n.g. Ornamentum gutturis, quod ſolet de collo virginum pendere. Vne bague. Dictum quòd virtutis admoneat. nam primo ob aliquod egregium factum dari ſolebat. Ouid. in Faſt. Dat digitis gemmas, dat longa monilia collo.
Monile, Non ſolum hominũ, verũetiam equorum pendens à collo, monile vocatur. Virg. de equis Latini, Aurea pectoribus demiſſa monilia pendent. Gellius, Equitatũ frænis, ephippiis, monilibus, phaleriſque præfulgentem.
MONIMENTVM monimẽti, vel vt alii volũt monumentũ per u, Quicquid nos monet, ſiue monere poteſt, quicquid ſit illud in quod intendimus, vt tituli, ſepulchra, ſtatuæ, fana,

porticus, carmina, hiſtoria, documẽta, doctrina, libri, cæteráque quæ nos alicuius rei præteritæ moneant. Cic. ad Cæſarẽ, Sed ego quæ monumenti ratio ſit, nomine ipſo admoneor: ad memoriam magis ſpectare debet poſteritatis, quàm ad præſentis temporis gratiã. Idem in Verrem, act. 6, M. Tullius, P. Africani monimenta requirit. P. Scipio eum, qui illa ſuſtulit, defendit. Cum mos à maioribus traditus ſit, vt monimenta maiorũ ita ſuorũ quiſque defendat, vt ea ne ornari quidẽ nomine alieno ſinat, tu iſti aderis? qui nõ obſtruxit aliqua ex parte monimenta P. Scipionis, ſed funditus ſuſtulit, ac deleuit. Quiſnam igitur per deos immortales tuebitur P. Scipionis memoriã mortui, quis monimenta, atque indicia virtutis? Florentinus iurecõſ. ſic ſcribit, Monimentũ generaliter eſt res memoriæ cauſſa impoſterũ prodita: in quam ſi corpus vel reliquiæ inferantur, fiet ſepulchrum. Si verò nihil eorum inferatur, erit monimentũ memoriæ cauſſa factum, quod Græci cenotaphiũ appellant. Varro, Monimenta à monendo quæ ſunt in ſepulchris. Et ideò ſecundũ viam, quo prætereuntes admoneant & ſe fuiſſe, & illos eſſe mortales. Plaut. in Curcul. 8.70. Ibi nunc ſtatuam vult dare aureã, ſolidam faciundã ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis, factis monimenta ſuis. Idem in Rud. 22.27, Et ego vrbi Gripo indam nomen monimẽtũ meæ famæ. Virg. Quem candida Iuno Eſſe ſui dederat monimentum, & pignus amoris. Plaut. in Curcul. 3.47, Tibi næ ego, ſi fidem ſeruas mecum, vineam pro aurea ſtatua ſtatuam, quæ tuo gutturi ſit monumentum. Idem in Sticho, 3.6, Quum ego reuortar, vos monumentis cõmonefaciam bubulis. Terent. in Eunucho, 4.6.15, Abi tu, ciſtellã Pythia domo effer cum monimentis.

MONOCEROS, monocerotis, m. g. Animal, de quo Plinius lib. 8. cap. 21, Aſperrimã autem feram monocerotẽ, reliquo corpore equo ſimilem, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorũ duũm eminente. Hanc feram viuam negant capi. Vne licorne.

MONOCVLVS monoculi, m. g. Qui na quun oeil.

MONS, montis, m. g. Terræ tumor altiſſimus, ab eminendo, quaſi eminẽs dictus. Vne montaigne, ou mont. Mons quicquid eminet dici poteſt. Mons aquæ. Mont, ou mõceau deaue. Virg. Præruptus aquæ mons. Montes frumẽti. Plaut. in Pſeud. 4.56, Quibus cunctis montes maximi acerui frumenti ſunt domi.

Montes mali. Plaut. in Merc. 12.32, Montes tu quidem mali in me ardẽtes iamdudũ iacis.

Montes aureos polliceri: Prouerbialis hyperbole, de iis qui immẽſa promittunt, ſpéſque ampliſſimas oſtentant. À Perſarũ arrogantia ducta, qui propter auriuenas montes aureos iactabant. Plaut. in Sticho, Neque ille ſibi mereat Perſarũ montes, qui eſſe aurei perhibentur. Terent. in Phor. 1.2.18, Is ſenem per epiſtolam pellexit, modo non montes auri pollicens. Paulo diuerſius dixit Salluſtius in Catil. Maria, montéſque polliceri cœpit. Ad eundem modum Perſius, Magnos promitteree mõtes: vt hyperbole magnitudinis ſit nõ in aureis, ſed ſimpliciter in ipſis montibus.

Monticulus monticuli, diminutiuum, Petite montaigne.

Monticellus monticelli. Idem.

Montanus montana montanum, Quod eſt ex monte. vt montani imbres.

Montoſus montoſa montoſum, Vbi ſunt multi mõtes, vt montoſa regio. Plinius, Naſcitur in montoſis & aſperis, aliquando & herboſis. Virgil. Et te montoſæ miſere in prælia Mirſæ. Cic. de Amicitia, 60, Cum locis etiam ipſis montoſis delectemur & ſylueſtribus.

MONSTRO monſtras, mõſtrare, Oſtendere, declarare. Mõſtrer. Plaut. in Rud. 5.20, Saltem aliquem velim, qui ex his locis mihi viam aut ſemitam monſtret. Terent. in Adelphis, 4.2.32, Vbi illum quæram cogito. s. ſcio vbi ſit, verum hodie nunquam monſtrabo. Ie ne te ſenſeigneray point.

Monſtrare, pro docere. Plaut. in Bacchid, 2.25, Iam perdidiſti te, atque me, atque operã meã: qui tibi nequicquam ſæpe monſtraui bene.

Monſtratio monſtrationis, f. g. Enſeignement. Terent. in Adel. 4.6.2, Defeſſus ſum ambulãdo, vt Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Iuppiter.

Monſtrabilis & hoc monſtrabile. Plin. epiſt. 107, lib. v 1, Neſcio an noris hominem, quãquam noſce debes. eſt enim probitate morum, ingenii elegantia, operum varietate monſtrabilis.

Monſtrum monſtri, à monſtrando dictum eſt, quòd aliquid ſignificando monſtret. Cic. de natura deorum, Monſtra, prædictiones, & preſenſiones rerum futurarum quid aliud declarãt, niſi hominibus ea quæ futura ſunt, portendi, prædici, ex quo illa oſtenta, monſtra, portenta, prodigia dicuntur?

Monſtrum, Eſt omne contra naturam, inquit Donatus, quod præter naturam aut deficit aut excedit. Terent. in Eunucho, 4.4.29, Iſtam quã habes, vnde habes, veſtem? taces? monſtrum hominis, non dicturus? Contrefaict, vng monſtre.

Monſtrum alitur, vbi quid occulti vitii latere ſignificam⁹, haud ſcio an inde ſumpta metapho ra quòd monſtra ob pudorem clanculum aluntur, & occultantur. Siquidem Pamphilus in Andria Terentiana, 1.5.16, Quòd prius repudiat⁹ gener, rurſum ad affinitatẽ repetere tur, ſuſpicans aliquid eſſe vitii in puella, quod cælaretur, Repudiatus (inquit) repetor. Quã obrem? niſi id eſt quod ſuſpicor, Aliquid monſtri alunt.

Monſtrum pro monſtratione aliquando accipitur. Virg. Monſtra deũm refero.

Monſtroſus monſtroſa monſtroſum, Contrefaict. Lucanus, Monſtroſique hominum partus. Suet. de claris grãmat. 15, Laſcaurũ & lurconem, & nebulonem, popinonémque appellans, & vita, ſcriptiſque monſtroſum.

Monſtrificus monſtrifica monſtrificum, Qui monſtra dicendo vel faciendo mõſtrat. Plin. Inuẽta in his & ratio inſerendi monſtrificis hominum ingeniis.

MONTANVS. Vide MONS.

MORA moræ, Expectatio, temporis dilatio: Retargement, Arreſt.

Moram creare. Plaut. in Pſeud. 5.158, Potín' vt abeas? tibi morã dictis creas. Tu te retarge.

Moram dare. Terẽt. in Hecyra, 1.2.52, Poſtquam videt paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari: ibi demũ ægrè tulit. Que on ſe haſtoit.

Mora eſt. Plaut. in Capt. 14.6, Nam ſi alia memorem, quæ ad ventris victum conducũt, mora eſt. Ie ſeroye long temps.

Mora eſt in me. Terent. in And. 2.5.9, Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora. Ie ſuis tout preſt a faire ce que tu vouldras. Idem in Adelph. 4.7.1, Ibo, illis dicam nullam eſſe in nobis moram. Que nous ſommes preſts, quil ne tient point a nous.

Mora eſt per te. Terent. in And. 3.4.14, Nunc per hunc nulla eſt mora. Il ne tient point a luy.

Mora ne ſit. Plaut. in Pſeud. 4.35, Intrò abite, atque hęc citò celebrate, ne mora quæ ſit, quũ coquus veniat mihi. Quil ny ait rien qui retarge. Terẽt. in Adel. 2.1.17, Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam demoueas tuos: ne mora ſit, ſi innuerim, quin pugnus continuò in mala hæreat.

Mora nulla quin. Terent. in And. 5.6.7, Nec mora vlla eſt quin eam vxorem ducam. Il ny a rien qui empeſche.

Mora fui illi. Terẽt. in Adel. 4.5.79, Sed ceſſo ire intro, ne mora meis nuptiis egomet ſiem? Ibidem, 5.7.6, Cupio, verùm hòc mihi mora eſt, tibicina, & hymenæum qui cantent.

Moræ eſſe. Plaut. in Amphit. 11.117, Quin veni, quando vis, intrò: faxo haud quicquam ſit moræ. Ne arreſte point, ne targe point. Que on nattende point apres toy.

In mora eſſe. Terent. in And. 3.1.9, Sed ſequere me intrò: ne in mora illi ſis.

Morula morulæ, Diminutiuum.

Moramentum moramenti, Idem quod mora. Apul. in Flor. Hiſce igitur moramentis omnibus qui volunt equitare aduectorem ſibimet equum deligunt.

MORBVS, morbi, m.g. Habitus cuiuſcunque corporis cõtra naturam, qui vſum eius faciat deteriorem. Maladie. Plaut. in Bacchid. 22.24, Idem mihi morbus in pectore eſt. Terẽt. in Phor. 4.1.9, Pol me detinuit morbus. D. vnde, aut qui? C. rogas? ſenectus ipſa eſt morbus. Idem in Hecyra, 2.1.42, Tuos eſſe illi mores morbũ magis, quàm vllam aliam rem arbitror. Cic. lib. 4. Tuſcul. Morbum appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem, morbũ cum imbecillitate: vitium, cum partes corporis inter ſe diſſidẽt, ex quo prauitas membrorũ, diſtortio, deformitas. Itaque illa duo, morb⁹ & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis cõquaſſatione & perturbatione gignuntur.

Morbus animi. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quomodo autem in corpore eſt morbus, ægrotatio, & vitium, ſic in animo. Sall. in Ciceronem, Grauiter & iniquo animo maledicta tua paterer M. Tulli, ſi te ſcirem iudicio magis, quàm morbo animi petulantia iſta vti.

Morbidus morbida morbidum, Qui eſt malade.

Morboſus morboſa morboſum, Morbo aliquo affectus. Malade.

MORDEO mordes, momordi, morſum, mordere, Mordre. Dentibus lædere.

Morſi aliquando fecit in præterito. Plaut. in Trige. Ni fugiſſem, inquit, medium credo pre morſiſſet.

Mordere frænum. Vide FRAENVM.

Mordere humum. Plaut. in Merc. 18.9, Iacent beneuolentes odioſi, humum mordent, caput reptant, fremunt, perſtrepúntque: cúmque putant viuere, tunc ruuntmaximé.

Mordere, per tranſlationem detrahere alicui, Detracter. Terent. in Eunucho, 3.1.21. Inuidere omnes mihi, mordere clanculum, ego non floccipendere.

Mordere, Pungere. Terent. in Adel. 5.3.21, Principio ſi id te mordet, ſumptum filii quẽ faciunt, quæſo facito hæc tecum cogites. Si cela te point, te faict mal, ſi tu as regret & te deſplaiſt des deſpens que font tes filz. Cic. Appio, Neque nõ me tamen mordet aliquid quomodo ea tuear quæ mihi tuenda ſunt.

Morſus morſa morſum, Participium, Mordu. Plin. Datur morſis à rabioſo, ne rabidi fiant.

Morſus morſus morſui, m.g. Dẽtiũ lęſio. Morſure. Cic. de Senect. 47, E quibus cũ emerſerint, fundit frugẽ ſpicæ ordine ſtructam, & contra auium minorũ morſus munitur vallo ariſtarũ.

Morſiũcula morſiunculæ, diminutiuum, Paruus morſus. Plaut. in Pſeud. 3.65, Compreſſiones arctæ amantium compares, teneris labellis, molles morſiunculæ.

Mordax mordacis, o.g. Qui mordendo lædit, Qui bleſce en mordant. Plaut. in Trucul. 8.1, Num tibi iam amabo ianua eſt mordax mea, quo introire metuas mea voluptas? Idem in Bacchid. 23.23, Et præter eos agnos, meus eſt iſtic clàm mordax canis.

Mordacitas mordacitatis, f.g. Morſure, ou detraction.

Mordicibus, pro morſibus. Plaut. in Alul. 7.57, Aſini me mordicibus ſcindãt, boues incurſitãt cornibus.

Mordicus, aduerbium, Mordendo. Plaut. in Curcul. 13.7, Mordicus manũ arripuit. Idem in Menæh. 5.12, Iamdudum oportuit naſum ademptum mordicus.

Mordicus, Strictim & quaſi morſu ac dente. Suet. in Cæſ. Ne libelli quos tenebat, madefierent, paludamentum mordicus trahens, ne ſpolio potiretur hoſtis.

Mordicus tenere, Eſt ſumma pertinacia tueri. Cice. lib. 1. Acad. quæſt. Nã ab omnibus eiuſmodi viſis, perſpicuitatem, quam mordicus tenere debemus, abeſſe dicemus.

Morſicatim, ſignificat mordendo. Varro, Sicut pulli incedunt, & in bellis morſicatim ludunt. En ſe mordant lung lautre.

MORIO, morionis, m.g. Stultus.

MORIOR, moriris, vel moreris, mortuus ſuum, mori, & moriri, Mourir. Terent. in Eunucho, 3.3.12, Quãpridem pater mihi & mater mortui eſſent. Ouid. lib. 4. Metamorph. At ſtrepitum mortémque timens, cupidúſque moriri. Plaut. in Rud. 17.17, Acta hæc res eſt, certum eſt moriri, quàm hunc pati lenonem in me graſſari. Iaymeroye mieulx mourir.

Moriẽtur virgę. Plau. in Cap. 11.119, Vę illis virgis miſeris, quę hodie in tergo moriẽtur meo

Moriebatur in ſtudio. Cic. de Senect. 45, Videbamus in ſtudio dimetiendi cæli atque terræ mori penè C. Gallum familiarem patris tui Scipio.

Mortuus mortua mortuum, Mort. Plaut. in Aulul. 21.1, Mortuum ego me mauelim leto malo, quàm nõ ego illi dem hodie inſidias ſeni. Idem in Trin. 8.71, Atque ille opulẽtiſſimus cenſetur ad Acherontem mortuus.

Mortuo verba facere, Eſt fruſtra vel ſuadere, vel orare, perinde quaſi mortuo quis loquatur. Plaut. in Pſeud. 5.28. Mortuo verba fabulare, ſatis ſtultus es, rem actam agis. Idẽ, Mortuo verba nũc facio. Ie pers ma peine. Idem, Nihilo pluris refert, quàm ſi ad ſepulchrum mortuo dicat iocum. Terẽt. in Phor. 5.9.26, Verba fiunt mortuo. Natum adagium à ridicula conſuetudine veterum, vita defunctos ter voce cientium, vnde & cõclamati dicebantur, præterea in pompis funeralibus multa deplorantium erga mortuum.

Moribundus moribunda moribundum, Moriens. Plaut. in Bacchid. 4.15, Quia ſi illa inuenta eſt quam amat, viuit, rectè valet. ſi non inuenta eſt, minus valet, moríbundúſque eſt.

Mortalis & hoc mortale, Qui morti ſubiectus eſt. Mortel. Cicero lib. 3. de natura deorum. Omne animal mortale eſt. Plaut. in Bacchid. 5.59, Quoniam vident nos ſtare, occeperunt ratem turbare in portu. N. ędepol mortales malos. Idem in Pſeud. 4.32, Sed quid ceſſamus prælium committere? dum mane eſt, omnes eſſe mortales decet.

Mortualis & hoc mortuale, Quod ad mortuos pertinet. Mortuaire. Plaut. in Aſin. 13.63, Hęc ſunt non nugæ, non enim mortualia.

Mortiferus mortifera mortiferũ, Quod mortẽ affert. Cic. lib. 1. Tuſcul. Et cum penè manu iam mortiferũ illud teneret poculum, locutus eſt Socrates, vt non ad mortem tradi, verũ in cælũ videretur aſcendere. Columella lib. 7, Et etiam mortiferus ſerpentis ictus.

ortiferé, aduerbium, En danger de mort. Plin. epiſt. 60.a, AEgrotabat mortiferé.

Morticinus morticina morticinum, Exangue, corruptum. Morticinam carnem dicimus animalium, quæ non ſunt mactata, ſed per ſe mortua. Charongne. Plin. Sola hæc auis in eo genere morticinã carnẽ non attingit. Varro, Morticinæ ouis non patiuntur veſci carne. Plautus in Perſa, ad hominẽ tranſtulit, 8.13. Non hercle, ſi os pertuderint, tibi metuã morticine.

MORO R, moraris, moratus ſum, morari, Detinere, retardare. Quintil. Quid me adhuc pater retines, quid moraris abeũtem? Pourquoy me detiẽs tu, ou retardes tu? Pourquoy me fais tu tant ſonger? Plaut. in Mil. 19.27, Nimis morãtur me diu. Il me font icy trop ſonger, & attendre. Item in Epid. Nihil ego te moror. Ce neſt pas par moy que tu ſonges, ie ne te fais pas attendre.

Non moror. Plaut. in Curcul. 7.86, Eamus intrò, vt tabulas conſignemus. PH. non moror. Il ne tient pas a moy que nous nallions. Terent. in Eunucho, 3.2.7, Eamus ergo ad cœnam, quid ſtas? THA. vbi vis, non moror. Ie ſuis contente, allons.

Moratur me quin. Plaut. in Aulul. 18.5, Nũc lauabo, vt rẽ diuinam faciam, ne affinẽ morer, quin vt accerſat me meã extemplo filiã ducat domũ. Que ie ne le retarge, ou que ie ne le face trop attẽdre. Terẽt. in Heaut. 1.1.120, Egomet cõuiuas moror: ibo adeò hinc intrò.

Morari, Expectare, Attendre aucun.

Morari, Habitare, Demourer en quelque lieu.

Morari, Curare, æſtimare. Plaut. in Aulul. 6.42, Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram nihil moror, quæ in ſeruitutem ſumptibus redigũt viros. Ne nay que faire, Que men chault il, ie ne fais compte de &c. Idem in Capt. 8.11, Nihil morãtur iam Lacones imi ſubſellii viros plagipatidas. Idem in Caſ. 14.13, Quin ea ipſa vltrò mihi negauit eius operam ſe morarier. Quelle na que faire quelle luy aide.

Morari, Hęrere, dubitare. Virg. Quidve moror, ſi vno omnes ordine habetis Achiuos?

MOROS Græcè, latine ſtultus dicitur. Plaut. in Trin. 10.43, Amor mores hominum moros & moroſos efficit.

Morari, prima longa, Inſanire ſignificat. Quod oſtendit Suetonius, ſcribens ſolitum eſſe dicere Neronem, deſiiſſe Claudium inter homines morari. Nam Græci μωρὸν ſtultum vocant & fatuum. Videbatur dicere Claudium deſiiſſe manere & viuere inter homines, cum intelligi vellet eum deſiiſſe per mortem delirare & deſipere, qui viuus deliraverat.

MOROLOGVS, MOROSVS, Vide MOS.

MORS mortis, f.g. La mort. Cic. lib. 1. Tuſcul. Sũt enim qui diſceſſum animę à corpore putent eſſe mortem. Ibidem, A malis igitur mors abducit, non à bonis.

Mortes, pluraliter apud Plinium, epiſtola 169, Confecerunt me infirmitates meorũ, mortes etiam & quidem iuuenum. Item apud Plinium de naturali hiſtoria lib. 13. cap. 21. Qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortęſque miſeras.

Morti adiicere. Cic. in Vatinium teſtem, Qui conſulem morti adieceris, incluſum obſederis, extrahere ex ſuis tectis conatus ſis.

Mortem obiicere, & offerre. Cic. pro P. Seſtio, Eadem ſibi manu vitã exhauſiſſe, qua mortẽ ſæpe hoſtibus obtuliſſet.

Mortem obire, Mourir. Feſtus, Morte obiiſſe, ea conſuetudine dicitur, qua dixerunt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum, pro ad: ſimilitérque vadimonium obiiſſe, id eſt ad vadimonium iſſe, & obuiam ad viam.

Mortalis, mortifer, Vide MORIOR.

MORTARIVM, mortarii, n. gen. Vas in quo res reſoluẽdæ, piſtillo teruntur. Vng mortier. Plaut. in Aulul. 5.17, Cultrum, ſecurim, piſtillum, mortarium, quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant.

Mortarium, Lacus & conceptaculum in quo calx ſiue intrita ſubigitur, ſeruatúrve. Plin. lib. 36. cap. 22, Authoribus curæ fuere lapides mortariorum quoque, nec medicinalium tantũ, aut ad pigmẽta pertinẽtiũ. Victruuius de tectorio loquẽs, Cũ ab arena præter truliſſationem non minus tribus coriis fuerit deformatũ, tũc è marmore grandi directiones ſunt ſubigendæ, dum ita materies temperetur vti cũ ſubigatur non hæreat ad rutrũ, ſed purum ferrũ è mortario liberetur. Idem, Græcorum verò tectores non his rationibus ſolũ vtendo faciunt opera firma, ſed etiam mortario collocato calce & arena ibi cõfuſa decuria hominũ inducta ligneis vectibus pinſant materiem, & ad certamen ſubacta tunc vtuntur.

MORVS, mori, f.g. Vng meurier.

Morum mori, n.g. fructus mori. Vne meure.

Morus à mora, id eſt tarditate dicitur, vt quidam putãt, nam poſtrema omnium arborũ morus floret: propter quod prudentiſſima arbor dicitur, quia lædi ſe à frigore non ſinit. Sunt tamen qui à græco id nominis deriuent. μαυρὸν enim, nigrum dicitur.

Mora quoque in rubis ſunt, ſed multum ab his differentia. Columella lib. 5. cap. 12, Mororum ab idibus Februarii vſque ad æquinoctium vernum ſatio eſt.

MOS, moris, m. g, Eſt vitæ inſtitutum conſuetudine firmatum. Couſtume. Varro ait morem eſſe inſtitutum animi, quod ſequi debeat conſuetudo.

Mos obliuiſci hominibus, neque nouiſſe quoius nihili ſit facienda gratia. Plaut. in Cap. 18. 8. Ceſt la couſtume des hommes.

Mos bonus. Plaut. in Capt. 5. 4, Nũc ſeruit⁹ ſi euenit, ei vos morigerari mos bonus eſt, eámque herili imperio, ingeniis veſtris lenem reddere. Ceſt vne bonne facon de faire.

Mos commodus. Cic. de Amicitia, 49. Atque hoc quidem videre licet, eos qui antea cõmodis fuerunt moribus, imperio, poteſtate, proſperis rebus immutari.

Mos improbus. Plaut. in Trin. 14. 26, Morem improbum. Ceſt vne treſmeſchãte couſtume.

Moribus antiquis viuendum. Plaut. in Trin. 6. 16, Neu imbuas ingenium, meo modo & moribus viuito antiquis.

Mos eſt, Ceſt la couſtume. Terent. in Adel. 4. 1. 16. Quàm vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari. Plaut. in Amphit. 3. 46, Sed mos nũquam illi fuit patri meo, vt exprobraret quod bonus faceret boni.

More. Plaut. in Trin. 14. 25, Scuta iacere, fugeréque hoſtes, more habent licentiam.

More fit. Plaut. in Trin. 14. 26, Petere honorẽ pro flagitio, more fit. Ce neſt que la couſtume

More maiorũ. Plaut. in Trin. 14. 23. & in Ciſtell. 12. 6, More maiorũ date plauſum poſtrema in comœdia. Selon la maniere des anciens.

More hominum euenit. Terent. in And. 5. 6. 3, More hominum euenit, vt quod ſim nactus mali prius reſciſceres tu, quàm ego quod tibi euenit boni.

More ingenii humani. Salluſt. in Iugurtha, Vbi poſtquam ſolitudinem intellexit, more ingenii humani, cupido difficilia faciendi, animum vertit.

More fluentis aquæ dixit Ouidius, Eunt anni more fluentis aquæ. Comme eaue coulante.

More meo. Plaut. in Amphit. 4. 44, Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Ce neſt que ma couſtume. Idem in Curcul. 4. 29, At meo more dormio, hic ſomnus eſt mihi.

More iſto. Plaut. in Bacchid. 11. 11, Multi more iſto atque exemplo viuunt, quos cum cenſeas tibi amicos, reperiuntur falſi falſimoniis, lingua factioſi, inertes opera, ſceleſta fide. Ont ceſte maniere de viure, ſont tels.

In morem. Virg. Pérque duas in morem fluminis arctas.

Morem gerere, Obeir. Terent. in Eunucho, 1. 2. 108. Mos gerundus eſt Thaidi. Cic. pro L. Murena, Geſtus eſt mos & voluntati & dignitati tuæ.

Morem gerere animo. Plaut. in Amphit. 3. 131, Pater nunc intus ſuo animo morem gerit. Il faict ſon plaiſir.

Morem antiquum referre, pro reducere. Suet. in Iulio Cæſare, cap. 20. Antiquum etiam retulit morẽ, vt quo menſe faſces nõ haberet, accenſus ante eum iret, lictores ponè ſequerẽtur.

Moratus morata moratum, Participium ſine verbo. Qui bonis moribus præditus eſt, Qui eſt de bonnes meurs. Plaut. in Aulul. Dum mihi morata veniat, dotata eſt ſatis.

Morata ianua. Plaut. in Aſin. 8. 9, Ita hęc morata ianua eſt, extemplo ianitorẽ clamat, procul ſi quem videt ire ad ſe calcitronem. Elle eſt tellement accouſtumee.

Moratus, etiam in malam partem accipitur. Plaut. in Trucul. 4. 5, Noui ego hominũ mores: ita nunc adoleſcentes morati ſunt. Ilz ſont ſi mal apprins, & de ſi mauuaiſes meurs.

Morat⁹ benè. Plau. in Perſ. 16. 88, Si incolę benè ſũt morati, pulchrè munitũ arbitror oppidũ

Moratus, tam in bonum quàm in malum. Plaut. in Aulul. 3. 22, Is ex ſe hunc reliquit qui hic nunc habitat filium pariter moratum vt pater, auóſque huius fuit. Terẽt. in Hecyra, 4. 4. 22, Sed quid mulieris vxorem habes? aut quibus moratam moribus?

Morigeror morigeraris, morigeratus ſum, morigerari, Obſequi, & quaſi ad alterius volũtatem mores trãſformare. Obeir aux meurs dautruy. Terẽt. in Adel. 2. 2. 10, Metuiſti ſi nũc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime, ne nõ tibi iſtuc fœneraret. Plaut. in Capt. 5. 4, Ei vos morigerare mos bonus eſt.

Morigero morigeras, morigerare dixit Plautus in Amphit. 11. 27. Volo deludi illum, dũ cum hac vſuraria vxore nunc mihi morigero, hæcicurata ſient.

Morigeratio morigerationis, f.g. Obeiſſance.

Morigerus morigera morigerum, Obeiſſant. Plaut. in Caſina, 10.27, Vt tibi morigerus hodie, vt voluptati fui! Idem in Amphit. 8.211, Tibi morigera, atque vt munifica ſim bonis, proſim probis. Idem in Menæh. 5.20, Cape tibi hanc quũ vna viuis meis morigera moribus. Terent. in And. 1.5.59, Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi, ſeu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Moroſus moroſa moroſum, Qui peruerſis eſt moribꝰ, Faſcheux, Difficile, & qui ha meurs fort contraires. Cic. lib. 1, de Orat. Vſqueadeò moroſi ſumus, vt nobis non ſatiſfaciat Demoſthenes. Idem de Senectute, 60, At ſunt moroſi & anxii & iracundi & difficiles ſenes, ſi quærimus etiam auari. Idem lib. 7. epiſt. Trebatio, Quàm ſint moroſi qui amant, vel ex hoc intelligi poteſt. Suet. in Cæſare, Circa corporis curam moroſior, vt nõ ſolum tonderetur diligenter, ſed etiam velleretur.

Moroſitas moroſitatis, f.g. Faſcherie, difficulte. Cic. de Senect. 60, At moroſitas tamen & ea quæ dixi vitia, habent aliquid accuſationis.

Morologus morologi, m.g. Qui in ſermone moroſus eſt, id eſt moleſtꝰ. Vnde & ſermones huiuſmodi dicuntur morologi. Plaut. in Pſeud. 22.15, Neque ibi eſſe aliũ alio odio, ibi nec moleſtum, nec ſermonibus morologis vti. Parolles faſcheuſes.

Moſillus moſilli, m.g. Paruus mos, quo Cato vſus eſt.

MOVEO moues, moui, motum, mouere, Mouuoir. Terẽt. in And. 4.4.10, Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligas. Diligente toy, haſte toy. Idem in Eunucho, 5.3.3, Moue verò ocyus te nutrix. s. moueo. c. video: ſed nihil promoues. Remue toy haſtiuement.

Moue abs te moram, Haſte toy. Plaut. in Capt. 13.21, Moue abs te moram, atque Ergaſile age hanc rem.

Mouere animũ, Eſt inducere, allicere. Virg. lib. 3. georg. Non vmbræ altorum nemorum, nõ mollia poſſunt Prata mouere animũ. Seruius, Mouere animum, in ſuum deſyderiũ illicere.

Mouere caſtra. Cæſar, Poſtero die caſtra ex eo loco mouent.

Mouere calculos in vtraq; parte, id eſt difficultates, rationes. Plin. epiſt. 43. c, Sed planè adhuc an ſit recitandũ, examina tecum, omneſque quos ego moui in vtraque parte calculos, pone, idq; elige in quo vicerit ratio.

Mouere hæredes, pro excludere. Cic. lib. 3. off. Quid ergo, nonne nocet, qui quodam quaſi veneno perficiat, vt veros hæredes moueat, in eorum locum ſuccedat?

Mouere nuptias, perturbare & differre. Terent. in And. 3.2.36, Hoc niſi fit, puerum vt tu videas, nihil mouentur nuptiæ.

Mouere ordine, Deſmettre aucun de ſon office. Plin. epiſt. 36. a, Cornelius Tertullus cenſuit ordine mouendum. Plin. de viris illuſt. 47, L. Flaminium conſularem ſenatu mouit.

Mouere ventrem, pro ciere aluum. Suet. in Nerone, cap. 33, Quod acceptũ à quadam locuſta venenariorum indice, cum opinione cederet, ventre modo Britannici moto, accerſitam mulierem ſua manu verberauit.

Moueo iſtæc, aut curo. Terent. in And. 5.4.18, Ego iſtęc moueo aut curo. Ie penſe beaucoup ou me ſoucie de ce que tu dis, ſi tu le ſcauois bien. Irriſio.

Mouet me. Papinianus de cõd. furtiua, lege Parui refert, Nec me mouet, præſens homo fuerit, nécne. Cela ne me meut en rien, ne mẽpeſche de rien. Caius de damno infecto, Lege Si ædibus, Sed mouet me quòd ipſe meas ædes reficere poſſim.

Moto motas, motare, Frequentatiuũ. Virg. Siue ſub incertas Zephyris motantibus vmbras, Siue antro potius. Plaut. in Amphit. 4.120, Neque ſe luna quoquã motat, ſtátque vti exorta eſt ſemel.

Motuantibus pro motantibus dixit Plautus in Trucul. 4.84, Næ vt in æſtu motuãtur iræ.

Motus mota motum, Participium. Virg. Sed motos præſtat componere fluctus.

Motus motus motui, m.g. Ipſa motio. Mouuement.

Motus animi. Cic. de Amicitia, 29, Quibus rebus ad illum primũ motũ animi & amoris adhibitis, admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo.

Motiuus motiua motiuum, Quod mouetur & non permanet. Donatus in expoſitione Andriæ, à re nihil eſt proprium, à perſona cuiquam proprium perpetuum, non temporale ac motiuum.

MOX, aduerbium, ſignificat ſtatim, Tout incontinent. Terent. in Eunucho, 2.1.13, Nã aut

iam reuertere: aut mox noctu te adigent horſum inſomnia. Idem in And. 3.2.5, Et quantum imperaui date: mox ego huc reuertar.

Mox, paulo pòſt, vel poſtea. Cic. lib. 1. de Orat. Verum illa mox: nunc de ipſa exercitatione quid ſentias quærimus. Vng peu apres, incontinent apres.

Mox pro deinde. Suet. in Octauio Aug. cap. 47, Nec mox occaſio aut cauſſa traiiciendi fuit. Quàm mox. Plaut. in Bacchid. 27.6. Bone ſerue ſalue. quid fit? quàm mox nauigo in Epheſum vt aurum repetam ab Theotimo domum? Seray ie tantoſt preſt &c. Terent. in Phor. 1.3.9. Dum expecto quàm mox veniat qui adimat hanc mihi cõſuetudinem. Que incontinent vienne aucun qui &c.

M V

MVCOR mucoris, n.g. Lanugo quæ diutino ſitu contrahitur, quemadmodum in pane, carne, aliiſque huiuſmodi fieri videmus. Moyſiſſure.

Mucidus mucida mucidũ, Quod mucorẽ habet. Qui eſt moyſi. Iuuenalis, Neque enim omnia ſuſtinet vnquàm, Mucida cerulei panis conſumere fruſta.

Mucoſus mucoſa mucoſum, Idem quod mucidus.

Muceo muces, mucui, mucere, Eſtre moyſi. Vinum mucidũ, vim poulſe, chenu. Cato de re ruſt. Vini ſingulæ vrnæ dabuntur, quod neque aceat neque muceat.

Muceſco muceſcis, muceſcere, Idem. Plin. lib. 14. cap. 20. Proprium autẽ inter reliquos liquores muceſcere, aut in acetũ verti. Il ſe poulſe. Idem lib. 18. Iterũmque exporrigi in ſole ſuper lintea: quod niſi feſtinato peragatur, lurido colore muceſcere. Il ſe moyſit.

MVCRO, mucronis, m.g. Cuſpis & acumẽ enſis ac telorum. La poincte dune eſpee, ou aultres telz baſtons. Apul. Circulatorem aſpexi equeſtrem ſpatham præacutam infeſto mucrone deuoraſſe.

Mucro, impropriè aliquando ponitur pro enſe.

Mucro etiam dicitur de aliis rebus, pro illo ſummo acumine. Vnde apud Plinium, herbarum mucrones dicuntur.

Mucronatus mucronata mucronatum, Poinctu.

Mucronatũ, ad mucronis ſpeciẽ formatũ. Plin. lib. 32. cap. 2. ſcribit inter piſces Xipphiam, id eſt gladium, roſtro mucronato eſſe, à quo naues perfoſſæ merguntur in Oceano.

MVCVS, muci, m.g. Narium humiditas, & craſſior pituita. Morueau. Catullus, Mucus & mala pituita naſi.

Mucoſus mucoſa mucoſum, Id eſt muco plenus. Morueux.

MVGIL, mugilis, m.g. vel mugilis huiꝰ mugilis, Genus piſcis capitoſi. Vng mulet. Plin. lib. 39. cap. 17. Mugilum natura ridetur, in metu capite abſcõdito, totos ſe occultari credẽtium. Idem lib. 32. cap. 2. Scit & mugil eſſe in eſca hamum, inſidiáſque non ignorat. auiditas tamẽ tanta eſt vt cauda verberãdo excutiat cibos. Græci à capite κέφαλον vocãt: qui omnium piſcium ſquammis intectorum, velociſſimus eſt, adeò vt trãſuerſa nauigia interim ſupernatet.

MVGINOR, muginaris, muginari, Murmurare. Lucilius, Muginamur, molimur, ſubducimur. Cic. Attico, lib. 16, De Ocella dum tu muginaris, nec mihi quicquam reſcribis, cepi conſilium domeſticum.

MVGIO, mugis, mugiui, mugitum, mugire, Factitium verbum à voce boum. Liuius lib. 1, Inde cum actæ boues quædam ad deſyderium, vt fit, relictarum mugiſſent.

Mugitus mugitus mugitui, Vox boum. Virg. Mugituſque boum.

MVLA, Vide MVLVS.

MVLCEO, mulces, mulſi, mulſum, & mulctũ, ſecundum Priſcianum. Mulcere, Lenire, molire, mitigare, dulcem facere, vngere, delectare, polire. Adoulcir, appaiſer, amollir. Virg. Et mulcere dedit fluctus, & tollere ventos. Feſtus, Mulcere, molire eſt, ſiue lenire. Pacuuius, Quid me obtutu terres, mulces laudibus?

MVLCTA mulctæ, Vide MVLTA.

MVLCTRA mulctræ, f.g. Ipſum lac mulctũ, ſeu emũctio. La traicte de laict. Virg. lib. 3. georg. Hinc largi copia lactis, Quam magis exhauſto ſpumauerit vberre mulctra, Læta magis preſſis manabant vbera mammis.

Mulctra, Vas in quo mulgũtur, Vaiſſeau en quoy on tire le laict dune vache au autre beſte. Columella lib. 8, Sed mulctra cum eſt repleta lacte, non ſine tempore aliquo debet eſſe.

Mulctrale mulctralis, n.g. Vas in quod mulgẽtur animalia. Virg. in Georg. Implebunt mulctralia vaccæ.

M V L G E O mulges, mulsi vel mulxi, mulsum vel mulctum. Prisc. Mulgeo quoque mulsi facit: quãuis differentiæ causſa quidam mulxi protulerunt: quia mulceo quoque mulsi facit.

Mulgere hircos, De re palàm absurda prouerbialiter dicitur. Virg. in Thyrside, Qui Bauium non odit, amet tua carmina Meui, Atque idem iungat vulpes, & mulgeat hircos.

Mulgere, Lac è mãmis exprimere, Traire vne vache, ou autre beſte, tirer le laict de leurs pics. Virg. lib. 3. georg. Quod surgẽte die mulsere, horisque diurnis, Nocte premunt.

M V L G O mulgas, mulgare, Palàm facere. Plaut. in Cist. Pro puella seruulus nequam qui dominum mulgat atque villicum. À quo promulgo compositum.

M V L I E R, mulieris, f.g. Vne femme. Vlpianus, Mulier dicitur quæ virgo non est. Quòd si, inquit, ego me virginem emere putarem, cum esset mulier, emptio nõ valebit. Cic. Obiurgantibus quòd sexagenarius Pompiliam virginem duxisset, Cras mulier erit, inquit.

Mulier etiam dicitur ea quæ virum non cognouit, inquit Vlpianus, Mulierem ita arctam vt mulier fieri non possit, sanam non videri constat.

Mulierem eunuchum vocat Terentius in Eunucho, 2.3.65.

Mulier, à mollitie dicitur, vt inquit Varro, immutata & detracta litera, quasi mollier.

Muliebris & hoc muliebre, Quod ad mulieres pertinet. Vt muliebre vestimentũ. Plaut. in Menæh. 4.54. Muliebris malitia. Plaut. in Epid. 11.18.

Muliebris animus, Courage de femme, Paoureux & inconstant. Plaut. in Rud. 17.18, Sed muliebri animo sum tamen: vt miseræ in mentem mihi mortis metus membra occupat.

Muliebris fides, Promesse de femme, Qui na point de tenue. Plaut. in Mil. 8.44, Do tibi fidẽ si omittis, istuc me intrò ituram quò iubes. SC. ecce ergo mitto. PH. at ego abeo missa. SC. muliebri fecisti fide. PA. Sceledre manibus amisisti prædam.

Muliebria muliebriorum, tantum pluraliter. Dicuntur menstrua.

Muliebria, pro libidine. Quintil. Nobilis adolescens à centurione muliebria passus. Sic Salustius, Viros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere.

Muliebritas muliebritatis, f.g. Mollities, Delicatete, lachete.

Muliebriter, aduerbium, Effœminatè, seu more mulierum. Iustinus, Quæ nõ muliebriter hostiũ aduentu territa.

Mulierosus mulierosi, Qui nimium appetit mulieres.

Mulierosus mulierosa mulierosum, Quod est mulieris. Plaut. in Pœn. 19.24, Sanè genus hoc mulierosum est tunicis demisitiis.

Mulierositas mulierositatis. Cic. lib. 3. Tusc. Similitérque cæteri morbi, vt gloriæ cupiditas, vt mulierositas, vt ita appellem eam quæ Græcè φιλογυνέα, id est amor mulierum.

Mulierarius mulierarii, Qui nimium amat mulieres. Iulius Capitolinus, Mulierarius fuit inter primos amatores.

Mulierarius mulieraria mulierariũ, Quod mulieris est. Cicero, pro M. Cælio, Quæro enim cur Licinium titubantẽ, hæsitantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria manus ista de manibus emiserit.

Muliero mulieras, mulierare, Effœminare. Varro, Et rex misellus ille pauper amat. habet ignẽ intus acrem. hic ephebum mulierauit. hic ad medica adolescentem traxit.

M V L I O mulionis, Vide M V L V S.

M V L L E V S mullei, m.g. Festus exponit quid sit, his verbis, Mulleos genus calceorum aiunt esse, quibus reges Albanorum primi, deinde patritii vsi sunt. M. Cato originũ lib. V I I, Qui magistratum curulem cepisset, calceos mulleos allucinatos, cæteri perones. Item Titinnius in Feciana, Iam cum mulleis te ostendisti, quod tibiatis in calceos, quos putant à mullãdo, id est suendo dictos.

M V L L V S mulli, Piscis genus. Vng mullet. De quo Plin. lib. IX. cap. 17, Ex reliqua nobilitate & gratia maxima est & copia mullis, sicut magnitudo modica, binásque libras ponderis raro admodũ exuperant, nec in viuariis, piscinisque crescunt. Septentrionalis tantum hos & proxima occidentis parte gignit oceanus. Cętera eorum genera plura. Nam & alga vescũtur, & ostreis & limo & aliorum piscium carne, barba gemina insigniuntur inferiori labro. Et paulò pòst, Nomen his Fenestella à colore calceamentorũ datum putat. Horat. Laudas insigne trilibrem Mullum. Mart. Nolo mihi ponas rhombum, mullúmque bilibrem.

Mulli barbati. Cic. Attico, lib. 2, Noſtri autem principes digito ſe cælum attingere putent, ſi mulli barbati in piſcinis ſint, qui ad manum accedant.

MVLSVM mulſi, n.g. Vin mielle. À mulceo dicitur, quaſi melle delinitum. Eſt potio ex vino, melléque confecta. Plin. lib. 22. cap. 24, Semper mulſum ex vetere vino vtiliſſimũ, facilíméque concorporatur in melle, quod in dulci nunquã euenit. Ex auſtero factum non implet ſtomachum, neque ex decocto melle, minúſque inflat, quod ferè euenit. Appetendi quoque reuocat auiditatem cibi. Aluũ mollit frigido potu plurib⁹, calido ſiſtit. corpora auget. Multi ſenectam longam mulſi tantũ nutritu toleraſſe, neque alio vllo cibo. Mart. Attica nectareum turbatis mella falernum, Miſceri decet hoc à Ganymede merum. Mulſum ſi calidum bibatur, vocem permulcet: ſi frigidũ exaſperat. Cic. lib. 2. de Orat. Suadebat grauius vt frigidum mulſum biberet ſimul ac domum rediiſſet.

Mulſus mulſa mulſum, pro adiectiuo vſurpat Plinius lib. 22. cap. 24, de mulſa aqua loquens, quæ melle concinnatur, dicens, Rurſus naturam rerũ pernoſcere volentibus, in mellis operibus & aqua mulſa tractari debet.

Mulſa loqui. Plautus in Pœnul. 4. 103, Obſecro hercle vt mulſa loquitur. Ie vous prie eſcoutés, parle il beau. Ceſt ſuccre que de ſes parolles. Mulſa dicta. Plaut. in Rudẽte, 10. 33, Vt ego amo te mea Ampeliſca, vt dulcis es! vt mihi mulſa dicta dicis! Que tes parolles me ſont doulces.

Mulſa mea, Ex amantis & blandientis affectu dicitur. Plautus in Caſina, 8. 20, Dicam enim mea mulſa.

MVLTA multæ, fœm. g. Solutionis pœna: quòd olim, vt Varro inquit, ſingula ob peccatum exigebantur vt ouis, aut bos, poſtea multa ſimul exigi cœperunt, & vinum atque oleũ addi. Vne amende. Plin. lib. 18. cap. 3, Multatio non niſi ouium, boúmque impendio dicebatur. Varro lib. 9. rerum humanarum, dicit hoc vocabulum, nõ latinũ, ad Sabinum eſſe.

Multam dicere antiqui tum dicebant, cum ad populum & in comitio multa diſceptanda irrogabatur, quod ipſi certare multã dicebãt. Liuius lib. 5, Sp. & L. Caruilii cũ rem inuiſam infamémque cernerent, ducentũ milium æris multam M. Poſthumio dixerunt. Cuius certandæ cum dies adueniſſet, conciliúmque frequens plæbis adeſſet, vna ſpes videbatur eſſe, ſi Caſca trib. pleb. qui propinquus erat, cognatúſque Poſthumio, priuſquam ad ſuffragium tribus vocarentur, interceſſiſſet. Idem paulò pòſt, Hæc cum ab optimo quoque pro atrocitate rei acta eſſent, vímque eam contra remp. pernicioſo exemplo factam ſenatus decerneret, confeſtim Caruilii trib. plebis omiſſa multæ certatione, rei capitalis diem Poſthumio dixerunt, ac ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem dari iuſſerunt. His verbis apparet, moris fuiſſe vt trib. plebis multam dicerẽt, quæ poſtea populi ſuffragiis vel irrogaretur, vel abrogaretur, vel etiam remitteretur, quo tempore multa certari dicebatur. non enim tribuni damnare multæ poterant, ſed tantum rogare populum. apud quem cum reus non iure multatum ſe contenderet, lis illa multatitia diſceptabatur. Sic fit hodie, cũ iudicum edicta geſtantes viatores iubent vetántve quid fieri, multam dicentes, ni edicto pareatur. cui ſi non paruerint ii ad quos ea res pertinet, diem tum ad iudices dicunt, à quibus edicta manarũt, quo die cõmiſſam eſſe multã pronũtiatione iudicum amplius audituri ſint, id eſt ſe incurriſſe pœnas, vt nũc dicimus. Cic. in Antoniana x 1, Craſſus cõſul põtifex max. Flacco collegæ flamini Martiali multã dixit ſi à ſacris diſceſſiſſet: quã multã populus Ro. remiſit: pontifici tamen flaminem parere iuſſit. Plinius in epiſt. Licinius Nepos prætor acer & fortis multam etiam dixit ſenatori. egit ille in ſenatu cauſſam ſuam, ſic vt deprecaretur. remiſſa eſt multa.

Multa ei eſto, vt. Plaut. in Aſin. 13. 56, Hæc multa ei eſto, vino viginti dies vt careat. Quil ſoit condamne a ne boire point de vin vingt iours.

Multatitius multatitia multatitium, quod ex multa fit, vel quod ad multam pertinet, ſiue quod nomine multæ exigitur. Liuius lib. x, Ex multatitia item pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis ludificati. Idem lib. 27, AEdiles plebis ex multatitio argento ſigna ænea ad ædem Cereris dedere.

Multo multas, multare, Punire, condemnare. Cõſtruitur cũ genitiuo, aliquando cum ablatiuo. Multare morte. Virg. Multatam triſti morte Camillam.

Multare pecunia, Punir par argent, condamner a paier vne ſomme dargent. Curtius lib. 2, Is quoque inſulas præſidiis occupat, pecunia multat.

Multare infortunio. Plaut. in Merc. 3.22, Magno atque ſolido multat infortunio.

Multare, Priuare. Multari patria. Virgil. Quod ſi perdiderim, patria multabor. Plaut. in Trucul. 17.67, Verùm hoc ego te multabo bolo, ſex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia.

Multare, Lacerare, mutilare, verberare. Terẽt. in Adel. 1.2.10, Ipſum dominũ atque omnẽ familiã multauit vſque ad mortem. Columella lib. 2, Quo euenit vt in iteratione quoque ſcamna fiant, & boues iniquitate operis maximè multantur.

Multare, Augere, & voti compotem facere. Næuius, Et vobis quidem gratias ago, cum votis me multatis meis.

Multare, Malè tractare. Columella lib. 1, Nam illud vet⁹ eſt Catonis, agrum peſſimè multari, cuius dominus quid in eo faciendũ ſit, non docet, ſed audit villicum.

Multare matrimonio, Diuortiũ facere. Plaut. in Amphit. 8.221, Nũquid cauſſam dicis, quin te hoc multem matrimonio?

Multor multaris, multari, deponens. Idem. Suet. in Auguſto, cap. 21, Neque aut crebrius, aut perfidioſius rebellantes grauiore vnquam multatus eſt pœna, quàm vt captiuos ſub lege vẽnũ daret, vt in vicina regione ſeruirent.

M V L T V S, multa, multum, Beaucoup. Plaut. in Mil. 10.137, Si hoc parauiſſent, homines eſſent minus multi mali. Cic. pro P. Sextio, Et in cæteris, quæ rerũ potitæ ſunt, multis fortiſſimis atque optimis viris iniuſtis iudiciis tales caſus incidiſſe.

Multus in opere. Salluſt. in Iugurtha, Ioca atque ſeria cum humillimis agere, in operibus, in agmine atque ad vigilias multus eſſe. Il eſtoit fort continu a la beſogne.

Multus dies. Cic. Attico, lib. 13, Multus ſermo ad multum diem. Bien auant du iour.

Multo mane. Cic. Attico, Binas quidẽ tuas Beneuenti accepi, quarum alteras Feſulanus multo mane mihi dedit.

Multis modis, Id eſt vehementer. Terent. in Hecyra, 2.3.7, Niſi pol filium multis modis iam expecto.

Multa nox. Plaut. in Ciſtell. 4.11, Raptam multa nocte in via.

Multam ſalutem dicere. Plaut. in Pœn. 4.185, Etiam Veneri dicito multã meis verbis ſalutẽ.

Multo tanto, Eadem forma dicitur qua altero tanto. Græci dicunt πολλαπλοσίως. Plaut. in Rud. 13.37, Ego multo tãto miſerior quàm tu Labrax. Idem in Menæh. 17.41, Multo tanto illum accuſabo, quàm te accuſaui amplius. Trop plus miſerable.

Multa verba. Plautus in Pœnulo, 20.31, Multum valete, multa verba fecimus. Nous auons aſſes parle.

Multæ vtilitates. Cic. de Amicitia, 30, Sed quanquã vtilitates multæ, & magnæ conſecutæ ſunt, non ſunt tamen ab earum ſpe cauſſæ diligendi profectæ.

Multiſſimus. Cic. Attico lib. x 1, Ex multiſſimis & miſerrimis meis eſt vna enata, ſi, vt ſcribis, iſta hæreditas fidem & famam meam tueri poteſt.

Multum, aduerbium, Beaucoup. Plaut. in Mil. 8.4, Vbi ſum afflictata multum.

Multum amare. Plaut. in Perſa, 9.2, Dice me illam amare multum.

Multum diei. Plaut. in Pſeud. 20.50, Vides iam diei multum eſſe? Il eſſe ia tard.

Multum fleuit. Plin. epiſt. 198. Multum ineptus labor. Plin. epiſt. 9.b. Multum obiurgabo, Plaut. in Trin. 4.24. Multum tacuit, Plin. epiſt. 198.

Multum ſalue. Plaut. in Trin. 17.55, Salue multum gnate mi. Et in Menæh. 17.18.

Multum me in ſilentio tenui. Plin. epiſt. 126.b.

Multum vale. Plaut. in Sticho, 8.40, Sed procedit parum, cras de reliquiis nos volo. multum vale. Idem in Pœn. 20.31, Multum valete.

Multum excelluit. Cic. lib. v. de finibus.

Multum præſtat. Cic. de finibus, Longè, multúmque præſtat mens atque ratio.

Multum & diu cogitare. Cic. de Senect. 35, Adſum amicis, venio in ſenatum frequẽs, vltróq; affero res multum & diu cogitatas.

Multum vtebare. Cic. de Amicitia, 2, Et eò magis quòd P. Sulpitio vtebare multum.

Multo, aduerbiũ, cum dictionib⁹ alius, aliter, ſecus, antè, pòſt, præſto, malo, antecedo, excello, & ſimilibus ſuperlatiuam vim habentibus.

Multo aliter. Terent. Verum aliter euenire multo intelligit. Bien autrement.

Multo ante. Terent. in Eunucho, 4.5.7, Sed Thais multo ante venit? Cic. in Verrem, Cui quemadmodum reſiſtam, multo mihi ante eſt iudices prouidendum.

Multo pòſt. Plaut. in Amphit. 8. 51, Atq; me nũc perinde appellas, quaſi multo pòſt videris.
Multo ſecus. Cic. Multo ſecus euenit.
Multo præſtat. Salluſt. Multo præſtat beneficii, quàm maleficii memorem eſſe.
Multo, comparatiuo iungitur. Cic. de Amicitia, 62, Quod quidem eſt multo profecto magis in veris patribus, certiſque faciendũ. Multo moleſtius. Cic. de Amicitia, 75, Sed obſequiũ multo moleſtius quod peccatis indulgens, præcipitem amicum ferri ſinit.
Multo, elegantiſſimè ſuperlatiuo iungitur. Plaut. in Sticho, 3. 66, Quæ tibi mulier videtur multo ſapientiſſima? Ibidem, 4. 10, Verum hercle multo maximã & grauiſſimam. Idem in Merc. 3. 69, Ibi multo primũ ſeſe familiariũ laborauiſſe. Terẽt. in Heaut. 4. 8. 1, Multo omniũ nunc me fortunatiſſimũ factũ puto eſſe gnate, cum te intelligo reſipiſſe. Idem in And. 3. 2. 45, Illud mihi multo maximũ eſt quod mihi pollicitus eſt ipſus gnatꝰ. Idem in Eunucho, 2. 2. 22, Is quæſtus nunc eſt multo vberrimus. Idem in Hecyra, Atque ea res multo maximè diſiunxit illum ab illa. Cic. pro lege Manilia, Conſpectus veſter multo iucundiſſimus. Idem in Verrem, Nam cum omnis arrogãtia odioſa eſt, tum illa ingenii atq; eloquentiæ multo moleſtiſſima. Ibidem, In ciuitate totius Siciliæ multo maxima. Salluſt. in Catil. Si ita res eſſet, remp. multo pulcherrimam haberemus. Liuius ab vrbe cond. Nouiſſimum bellum ab Sabinis ortum, multóque id maximum fuit.
Multo maxima pars. Cic. pro lege Manilia, Magna, ac multo maxima parte non modo vtilitatis, ſed dignitatis, atque imperii caruit. Idem in Catil. Multo vero maxima pars eorũ, qui in tabernis ſunt. Idem in Verrem, Qui agri Acunenſis multo maximam partem poſſident.

Multitudo multitudinis, f. g. Multitude, Aſſemblee. Cic. de Orat. lib. 2, Habet enim multitudo vim quandam talem, vt quemadmodum tibicen ſine tibiis canere, ſic orator ſine multitudine audiente eloquens eſſe non poſſit.

Multibarbus, Qui habet multam barbã. Apul. in Floridis, Multibarbus, ſpinis obſitus & pilis.

Multibibus multibiba multibibum, Qui multum bibit. Plaut. in Curcul. 2. 77, Nomen eſt lenę multibiba atque merobiba.

Multifariam aduerbium, Multis modis fari poteſt. En beaucoup de ſortes & manieres. Suetonius in Tiberio Cæſ. cap. 52, Quem mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, niſi ea ſecreta obſtarent, per quæ multifariam increpitum, & per noctes celeberrimè acclamatum eſt. Idem in Calig. cap. 18, Scenicos ludos & aſſiduè & varii generis multifariam fecit. Idem in Sergio Galba, cap. 19, Nihil amplius quàm continere ſe ſtatuit, & legionariorũ firmare præſidiis, qui multifariam, diuerſéque tendebant. Feſtus, Multifariam dixerunt antiqui, quod videlicet in multis locis fari poterat, id eſt dici.

Multifacio multifacis, multifacere, dicitur ſicut magnifacere & paruifacere, inquit Feſtus. Cato, Neque fidem, neque iuſiurandum, neque pudicitiam multifacit.

Multiforatilis & hoc multiforatile, Qui habet multa foramina. vt tibia multiforatilis, Apud Apuleium in Floridis.

Multigeneris & hoc multigenere, Multorũ generum. Plaut. in Capt. 4. 56, Multis & multigeneribus opus eſt tibi militibus. De diuerſes ſortes. Idem in Sticho, 6. 59, Poſthæc vnguenta multigenerum multa.

Multeſima pars pro quantitate infinita. Lucil. Quàm paruula pars, quàm multeſima conſtet.

Multiiugus multiiuga multiiugum, Multiplex & varium, Multum & numeroſum. Iugus nihil ſignificat, protractionem ſolum demonſtrat. Apul. in Apol. Legiſti Ariſtotelis multiiuga volumina. Cic. Attico, lib. 14, Verũtamẽ de rep. multa cognoui ex tuis literis, quas quidẽ multiiugas accepi vno tempore à Veſtorii liberto.

Multipes multipedis, vel multipeda multipedæ, Animal multorũ pedum, Vne chenille. Plinius lib. 22. cap. 25, Ad multipedum morſus cum melle. Idem lib. 30. cap. 6, Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è vermibus terræ piloſum, multis pedibꝰ arcuatim repens, tractúque contrahens ſe.

Multiplex multiplicis, o. g. Varius, inuolutus, multas plicationes habens, Entremeſle, De pluſieurs ſortes, de diuerſe ſorte. Suet. de claris grãmat. 10, Multiplici variáque doctrina cenſebatur. Plaut. in Epid. 11. 3, Simul ærumnã multiplex exercitũ habet paupertas. Suetoniꝰ in Iulio Cæſare, cap. 35, Iámq; multiplici ſucceſſu præferocem intra quintũ (quàm adfuerat) diem, quatuor, quibus in conſpectum venit horis, vna profligauit acie.
Multiplex animus. Cic. de Amicitia, 77, Quî fieri poterit, ſi ne in vno quidem quoque vnus

animus erit, idémque ſemper, ſed varius, commutabilis, multiplex?

Multiplico multiplicas, multipliçare, Multiplier. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 22, Quare ſpectaculum multiplicatis miſſilibus in cælum protrahebatur.

Multipotens multipotentis, g. g. Qui multum poteſt. Plaut. in Bacchid. 15. 10, Nequius nihil eſt, quàm egens conſilii ſeruus, niſi habet pectus omnipotens, vbicunque vſus ſiet. Idem in Trin. 12. 1, Salſipotenti, & multipotenti Iouis fratri tibi Nerei Neptune lætus, lubens laudes ago.

Multopere, ea forma dixit Plaut⁹, qua magnopere dicimus. In Merc. 3. 65, Multopere in mũdo ruſtico ſe exercitum.

Multitia multitiorum, pluraliter tantũ, n. g. Indumẽta dicebantur minutiſſimis filis cõtexta. Vnde à multis filis & propterea ſubtilibus, nomen inditum. Vel à mulcendo, quoniã carnem demulceant. Iuuenalis, Quæro an doceant multitia teſtem.

M V L A mulæ, f. g. Vne mule. Plin. lib. 8. cap. 44, Gignitur autem mula ex equo & aſina, ſed effrænis, & tarditatis indomitæ. Lenta omnia eſſe vetulis.

Mulus muli, m. g. Vng mulet. Plin. lib. 8. cap. 44, Ex aſino & equa mulus gignitur menſe duodecimo, animal viribus in labore eximiũ. Et paulò pòſt, Equo & aſina genitos mares, hinnulos antiqui vocabant: cõtráque mulos, quos aſini & equæ generarent.

Muli Mariani, ſunt furculæ, quibus religatas ſarcinas viatores gerunt: quarũ vſum quia marius retulit, muli Mariani poſtea appellati. Front. lib. 4. Stratag. C. Marius recidendorum impedimentorũ gratia, quibus maximè exercitus agmen oneratur, vaſa & cibaria militum in faſciculos aptata furcis impoſuit, ſub quibus & habile onus & facilis requies eſſet.

Mulio mulionis, m. g. Qui mulos clitellarios ſiue quadrigarios ducit. Vng multier. Iuuenalis, Nam mihi commoto iam dudum mulio virga.

Mulius mulii, m. g. Idem. Horat. in Serm. Audit cum magno blateras clamore, furcíſque Mulius.

Mulio, culicum genus. Plin. lib. 11. cap. 18, Impugnant eas naturæ eiuſdem degeneres veſpæ atque crabrones, & è culicum genere qui vocãtur muliones. Idem lib. 30, cap. 15, In culicum genere muliones non amplius quàm vno die viuere.

M V N D V S mundi, m. g. Dicitur ornatus muliebris, quo ſcilicet mulier mundior fit. In cuius nominis appellatione continetur ſpeculum, armillæ, anuli, gemmæ, & ſimilia quibus mulier ornatur. Accius, Cum virginali mundo clàm pater.

Mundum, neutro genere dixit Lucilius, Legauit quidam vxori mundum omne penúmque.

Mundus, Le monde, qui cõſtat ſole & luna, & terra, & ſtellis, & omnibus elementis, & quicquid cæli ambitu continetur. Nam ſicut Græci κοσμὸν, quod apud nos ornatum ſignificat, ita nos à perfecta abſolutáque elegantia vocamus mundũ, quòd nihil eo ſit mundius & pulchrius & ornati⁹. & à Græcis ab ornatu coſmos dicitur. Cic. de fin. bo. & mal. lib. 3, Mũdũ autem cenſent regi numine deorũ, eúmque eſſe quaſi cõmunem vrbem & ciuitatem hominum & deorum, & vnumquẽque noſtrum huius mũdi eſſe partem, ex quo illud natura cõſequitur, vt cõmunem vtilitatem noſtræ anteponamus.

Mundanus mundana mundanũ, Quod mundi eſt. Vnde interrogatus philoſophus cuias eſſet, mundanum ſe eſſe reſpondit.

Mundus munda mundũ, Monde, net, ſans ordure. Purũ, terſum, politum. Plaut. in Ciſtell. 2. 46, Neque munda es adæque vt ſoles. Terent. in Eunucho, 5. 4. 12, Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam.

Mundulus mundula mundulum, diminutiuũ, Vng muguet, vng perruquet. Plaut. in Trucul. 13. 10, Nunc ego iſtos mundulos vrbanos amaſios hoc ictu exponam.

Munditer aduerbiũ, Nettement. Plaut. in Pœnul. 4. 20, Nam cum ſedulo munditer eos habemus, vix ægrè amatorculos inuenimus

Munditia munditiæ, vel mundities muditiei, Lautitia qua quis ſe mundum ac politum tenet, Nettete, proprete. Plaut. in Caſina, 5. 11, Qui poſtquam amo Caſinam, magis initio munditiis. Cic. lib. 1. de off. Adhibenda præterea munditia eſt, non odioſa nec exquiſita nimis.

Mundo mundas mundare, Detergere, Nettoyer.

M V N E R O muneras, Vide Munus.

M V N G O, mungis, munxi, munctum, mungere, Quaſi mucum agere, Se moucher.

Mungor deponens aliquando legitur apud antiquos. Cato de liberis educandis, Neque emungentur libertatem.

MVNICEPS,& MVNIO Vide post MVNVS.

MVNVS muneris,n.g. Donum,Don. Dictum munus,vt inquit Varro,ab eo quòd qui mutuo animo sunt,id dant officii gratia. Plaut.in Trucul.19.54,Melius te munere certare mecum,quàm minaciis. Terẽt.in Eunuch.2.1.88,Munus nostrũ ornato verbis quod poteris.

Munus,pro onere accipitur,Charge que on baille a aucun de quelque affaire.

Munus,Officium,Office. Vnde munera militaria vocantur.

Officii munus. Cic.de Senect.26. Á nne eas quidem res senectuti relinquemus vt adolescentulos doceat,instituat, ad omne officii munus instruat? Idem de Senect.65,Senectutis autem nullus est certus terminus,rectéque in ea viuitur quoad munus officii exequi possis,& tamen mortem contemnere.

Munus,Spectacula,seu ludi,qui à principe populis,quasi muneris loco exhibẽtur. nanque id genus oblectamẽti antiqui munera nominarũt,quòd populus tali spectaculo perinde ac munere quodam capiebatur. Sueto.in Cæs. Bestias quoque ad munus populi comparatas trucidauerant. Mart. Prisca fides taceat,nam post tua munera Cæsar,Hæc iam fœminea vidimus acta manu. Cic.lib.2.de offi. Itaque & P. Crassus tum cognomine diues,tum copiis,functus est edilitio maximo munere:magnificentissima verò nostri Põpeii munera secũdo cõsulatu.nã Mamerco homini ditissimo prætermissio ędilitatis,cõsulatus repulsam attulit.

Muneris appellatione frequentius apud authores significantur gladiatores. Suet.in Cęs. Edidit spectacula varii generis,munus gladiatorium, ludos etiam regionatim vrbe tota. Idẽ paulo pòst,Munere in foro depugnauit Furius Leptinus stirpe prętoria. Idẽ in Augusto,Quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primum missos per arenam mediam ad spectaculum induxit. Plin. Iunior,Recte fecisti qui gladiatorium munus Veronensibus vestris promisisti:à quibus olim amaris,suspiceris,ornaris.

Munusculum munusculi,diminutiuum,vng petit don.

Munerarius munerarii,Muneris gladiatorii exhibitor. Suet.in Domit. Patremsa.quòd Thracẽ Mirmiloni parem, munerario imparem dixerat, detractũ è spectaculis in arena canibus obiecit. Quibus verbis munerarius Domitianus dicitur,vt ludorum exhibitor, à quo Thrax coactus fuerat depugnare.hoc enim significat imparem ei fuisse: quæ figura sermonis exitialis homini intẽpestiue faceto fuit. Plin.lib.34.sine adiectione dixit,vt Suetonius, sed pro ferarũ spectaculo, Cęsar(inquit)qui postea dictator fuit,primus in ædilitate munere patris funebri omni apparatu arenæ argenteo vsus est, feráque argenteis vasis incessiuere tum primũ.

Muneralis & hoc munerale,Quod ad munus pertinet. Vnde muneralis lex, qua Cincius(vt inquit Festus)cauit ne cui liceret munus accipere. Plaut. Nec muneralem legem,neque lenoniã rogo fuerit,nécne flocci æstimo.

Munero muneras,munerare,& Muneror muneraris munerari deponens,Donare, Donner en don. Plaut.in Capt.16.14. Et di potestatẽ dabũt, vt beneficium benemerenti nostro merito muneres. Terẽt.in Heaut.2.3.59. Nam disciplina est eisdem munerarier ancillas primum ad dominas qui affectant viam. Macrobius,Ianus cum Saturnũ classe prouectum excepisset hospitio,& ab eo edoctus peritiam iuris ferum illum & rudem ante fruges cognitas victum in melius redegisset, regni eum societate munerauit.

Munis & hoc mune,officiosus,Qui faict son office & debuoir enuers vng autre. Plaut.in Mil. 3.104. Dico eius pro meritis gratum me & munem fore.

Munis,qui onera populo soluit. Qui faict son office enuers le peuple.

Munia muniorũ,Obsequia lege debita,& officia quę publice pręstantur. Loffice,& seruice que officiers sont tenus de faire au peuple. Columella lib.1. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exequuntur. Cic.pro L. Murena,Omnia hæc sunt officia necessariorũ,cõmoda tenuiorũ,munia candidatorum. Salust.ad plebem, Absit periculũ & labor, quibus nulla pars fructꝰ inest,nisi forte repẽtina ista frumẽtaria lege munia vestra repetamus.

Munificus munifica munificum. Munifici apud antiquos, non à largitione quæ nulla erat, sed consentiẽtes appellabantur ad ea quæ amici vellent. Nunc autem pro liberali ponitur, quasi sit munera largè præbẽs. Plaut.in Amphit.8.211. Tibi morigera, atque vt munifica sim bonis,prosim probis.

Munificus laudis. Claudianus in quarto consulatu Honorii, Munificus laudis, sed non es prodigus auri.

Munificus munificentior munificentissimus dicimus. Cato olim dixit, munificior, munificissimus,teste Festo.

Munificè, aduerbiũ. Plin. epiſt. 216, Videor ergo munificè ſimul, religioſéque facturus, ſi ædẽ quàm pulcherrimam extruxero, cuius tibi videbitur generis.

Munigerulus munigerula munigerulũ, Qui porte le don daucun a vng aultre. Plaut. in Pſeud. 4.49, Manipulatim mihi munigeruli facite ante ædes iam hic adſint.

Municeps municipis, o. gen. Propriè municipes dicuntur, qui in ciuitatem Romanam recepti, munerũ participes fiebãt. Feſtus, Municeps eſt, vt ait AElius Gallus, qui in municipio liber natus eſt. Item qui ex alio genere hominũ munus functus eſt. Item qui in municipio à ſeruitute ſe liberauit à municipe. Item municipes erãt qui ex aliis ciuitatibus Romam veniſſent, quibus non licebat magiſtratum capere, ſed tantum muneris partem. Hæc Feſtus. Cic. Philipp. 3. Videte quàm deſpiciamur omnes qui ſumus è municipiis, id eſt omnes plane: notus enim quiſque non eſt.

Municipes abuſiuè nunc dicimus, ſuæ cuiuſque ciuitatis ciues: quo nomine tã oratores quàm poetæ vtuntur. Iuuenalis, Iam princeps equitum, magna qui voce ſolebat Vendere municipes fracta de merce ſiluros. Cic. in Bruto. Non dubito quin ſcias nõ ſolum cuius municipii ſim, ſed etiam quàm diligenter ſoleam municipes Arpinates tueri.

Municipium municipii, n. g. Id genus hominum dicitur (inquit Feſtus) qui cum Romam veniſſent, neque ciues Romani eſſent, participes tamen fuerunt omnium rerum ad munus fungẽdum vnà cum Romanis ciuibus, prẽter quàm de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiendo, ſicut fuerunt quondã Fundani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tuſculani, qui poſt aliquot annos ciues Romani effecti ſunt. Alio modo cum id genus hominũ definitur, quorũ ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venerũt, vt Aricini, Cerites, Anagnini. Tertio definitur, cũ id genus hominum qui ad ciuitatem Romanã ita venerunt, ſicut municipia eſſent ſua cuiuſque ciuitatis & Coloniæ, vt Tiburtes, Prænestini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini, Nepeſini, Sutrini, Lucrenſes. Hæc Feſtus.

Municipalis & hoc municipale, Quod ad municipes pertinet.

Municipalia ſacra vocantur, quæ ab initio habuerunt ante ciuitatem Romanam acceptam, quæ obſeruare eos voluerũt põtifices, & eo more facere, quoad fuiſſent antiquitus. Feſtus.

Municipale ius dicitur, priuatum ius vniuſcuiuſque ciuitatis.

Municipalia magiſteria vocantur adminiſtrationes & officia ſui municipii.

Municipatim aduerbium, per municipia.

MVNIO munis, muniui, munitũ, munire. Fulcire, fortificare, reficere, reparare, præparare, defendere, Fortifier, munir, garnir, reparer. Plaut. in Mil. 5.73, Magnum illic honorem incipis, ſi magna munis mœnia. Idem in Perſa. 16.87, Vt munitum muro tibi viſum eſt oppidum? P. Si incolæ bene ſunt morati, pulchre munitum arbitror.

Munire viam, Preparer ou fortifier la voye & le chemin. Cice. lib. 1. Tuſcul. Abiit ad deos Hercules, nunquam abiiſſet, niſi cum inter homines eſſet, eam ſibi viam muniſſet. Plaut. in Mil. 5.68, Tibi muni viam qua cibatus commeatúſque ad te & legiones tuas tuto poſſit peruenire.

Munire viam ad. Cic. in Verrem act. 3. Iſte qui hoſpitis relinquendi cauſſam reperire nõ poſſet, alia ſibi ratione viam munire ad ſtuprum cœpit.

Munita peccata. Salluſti. in Iugurtha. Interim Calphurnius pacato exercitu legit ſibi homines nobiles, factioſos: quorum authoritate, quæ deliquiſſet, munita fore ſperabat.

Munita virtus. Cic. de Amicitia, 29, Vt enim quiſque ſibi plurimũ confidit, & vt quiſque maxime virtute & ſapientia ſic munitus eſt vt nullo egeat &c.

Munitur contra. Cic. de ſenect. 47. Et contra auium minorũ morſus munitur vallo ariſtarũ.

Munito munitas, munitare, frequentatiuum. Cic. pro Sex. Roſcio Amerino, Quæ quidem dominatio iudices, in aliis rebus antea verſabatur: nũc verò quam viam munitet, quod iter affectet, videtis.

Munimen muniminis, n. g. Munitio eſt, quæ propriè caſtrorum eſt, cæterarúmque rerum quæ contra aduentum hoſtiũ muniunt, ſiue vallo, ſiue foſſa, ſiue alio quouis modo, vt poſſint milites ab hoſtium aduentu muniri. Vng rempart.

Munimentum munimenti, n. g. Idem.

Munitio munitionis, f. g. Idem.

MVRATVS, vide MVRVS.

MVRAENA, murænæ, μύραινα, Piſcis eſt non diſſimilis anguillæ: Vne lamproe. Plin. lib. 9. cap. 23. Muræna quocunque tempore parit, cum cæteri piſces ſtato pariant. Oua eius citiſ-

simè crescunt in sicco litore. Elapsas vulgus coitu serpentium impleri putat. Aristoteles Myrinum vocat marem qui generat. Discrimen esse, quòd muræna varia & infirma sit, myrinus vnicolor & robustus, dentésque extra os habeat. In Gallia septentrionali murænis omnibus dextra in maxilla septenæ maculæ, ad formam septentrionis, aureo colore fulgent, duntaxat viuentibus, paritérque cum anima extinguntur. Macrobius, Accersebantur ad piscinas vrbes abusque freto Siculo. Illic enim optimæ esse creduntur tam murænæ quàm anguillæ : & vtraque ex illo loco plotæ à Latinis flotæ vocantur, quòd in summo supernatantes, sole torrefactæ, curuare se posse, & in aqua mergere desinunt, atque ita facilè capiuntur. Mart Quæ natat in Siculo grandis muræna profundo, Non valet exustam mergere sole cutem. Plaut. in Aulul. 14. 2, Cõgrum, murænam exdorsua quantũ potes. Idem in Amphit. 4. 165, Mirum ni hic me quasi murænam exossare cogitat.

MVRCIDVS, murcida, murcidũ, Ignauus, stultus, interprete Festo. Plaut. in Epid. 7. 12, Væ tibi murcide homo.

MVREX, muricis, m. gen. Piscis marinus ex concharum genere à purpura diuerso. Plin. lib. 9. cap. 25, Mutianus, muricem esse latiorem purpura, neque aspero, neque rotũdo ore, neque in angulos prodeũte rostro, sed simplice, cõcha vtroque latere sese colligente: quibus inhærẽtibus, plẽnã ventis stetisse nauem, portantẽ nuntios à Periandro, vt castrarẽtur nobiles pueri, conchásque quæ id præstiterunt apud Gnidiorum Venerem coli, &c.

Murex, per excellentiam, conchyliũ aliquando dicitur. Plin. Conchylia & purpuras omnes ore atterit.

Ex muricis colore fit color purpureus. Virg. Ipse sed in pratis aries iã suaue rubenti Murice.

Murex pro purpura interdum accipitur, quam Sidon vrbs Syrię gignit. Virg. lib. 4. Tyrióque ardebat murice læna.

Murex, acumen seu asperitas saxi, inquit Nonius. Virg. lib. 5, Et acuto in murice remi Obnixi crepuêre. Ab asperitate murorum, inquit Perottus.

Murices, sunt tribuli, vel vt Græcè τρίβολοι, machinulæ ferreæ, dolosæ, tetragona forma, quæ in quãcũque partem incubuerint, vnũ aut plures aculeos infestos protendunt. Chauces, trappes. Curtius lib. 14, Bion quidã tranfuga nuntiat regi murices ferreos in terrã defodisse Darium, quà hostem equitem emissurũ esse credebat. Valerius lib. 3. de Scipione AEmiliano loquens, Suadẽtibus quibusdam, vt circa mœnia vrbis quam obsideret, ferreos murices spargere, ne subita eruptione hostes impetum in præsidia nostra facere possent, & reliqua.

Muricatus muricata muricatum, Quod est muricis modo factum. Plin. de Carduo, Muricatis cacuminibus.

Muricati gressus Fulgentio, id est formidolosi & pauendi: Intuemur (inquit) arua, quibus adhuc impressæ bellantium plantę muricatos (quod aiunt) sigillauerunt gressus. Et formidine mente nõdum exersa, hostes in vestigiis ponebamus, terrorem enim pro sui memoria miles hostis hæredem reliquerat.

MVRGER (inquit Festus) dici solet à castrensium omnibus quasi mucosus, is qui talis male ludit.

Murginare, tardare est, inquit Perottus.

Murgiso, murgisonis, m. g. Iners, desidiosus. À mora & desidendo dictus, inquit Festus.

MVRIA muriæ, f. g. Genus liquaminis, quod ex thymno pisce cõficiebatur. Persius, Tingit holus sic cum muria vafer in calice empta.

Muria, aqua salsa. Columella lib. 12. cap. 25. Quoniã quidam, immò etiam ferè omnes Græci, aqua salsa, vel muria mustum condiunt, eam quoque partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo quò nõ est facilis aquæ marinæ inuectio, sic erit ad cõdituras cõficiẽda muria. Huic rei vel maximè est idonea cælestis aqua, si minus ex fonte liquidissimo profluens. Plin. lib. 31. cap. 8, Muria quoque, siue illa salsugo, spissat, mordet, extenuat, siccat. Saulmure.

Muries muriei, m. g. Sal in pila tusum & in ollam fictilem coniectum, & in furno percoctum. Quidam tamen existimant idem esse muriem & muriam, significareque salsamentorũ aquã. À mari nomen deductum. Saulmure.

Muriaticus muriatica muriaticum, Quod in muria fuit diu. Plaut. in Pœn. 4. 24. Soror cogita amabo itẽ nos perhiberi, quasi salsa muriatica esse autumantur sine omni lepore & sine suauitate, nisi multa aqua vsque & diu macerantur, olent, salsa sunt, tangere vt non velis : item

nos ſumus eiuſcemodi. mulieres ſũt admodũ inſulſę atq; inuenuſtæ, ſine mũditia & ſumptu.

M V R I N A murinæ, vel myrina myrinæ, Vinum myro, id eſt odore conditum. Græci enim myron dicunt, quod nos odoramentum vnguentúmve dicimus. Huiuſmodi enim vina apud priſcos laudatiſſima erant, vtpote aromatibus condita, iunço ſcilicet, myrrha, calamo, & huiuſmodi. Plin. lib. 14. cap. 13, Laudatiſſima apud priſcos vina erant myro odore condita, vt apparet in Plauti fabula, quæ Perſa inſcribitur, quanquam in ea & calamum addi iubet. Ideò quidam aromaticis delectatus maxime credunt. Sed Fabius Dorſennus his verſibus decreuit, Mittebant vinum pulchrum, murinũ. Et in Achariſtione, Panem & polentam, vinum murinũ. Scæuolam quoque & Lælium. & Atteum Capitonem in eadem ſententia fuiſſe video, quoniã in Pſeudolo ſit, 11. 51, Quòd opus ſit, vt dulce promat indidem, ecquid habet? CH. rogas. murinam, paſſum, defrutum, mellinã, mel quoiuſmodi. Quibus apparet non inter vina modo murinam, ſed inter dulcia quoque nominatum.

Murinus murina murinum. Murinus odor. Plaut. in Pœn. 18. 6, Tanta ibi copia venuſtatũ aderat, ſuo quæque loco ſita nitidè, Arabius, murinúſque omnis odor complebat.

M V R M V R, murmuris, n. g. Lenis aquæ ſtrepitus, licet & pro alio quocunque ſtrepitu poni conſueuerit.

Murmuro murmuras, murmurare, Bruyre, Faire bruit. Plaut. in Caſina, 19. 5, Mihi inanitate iamdudum inteſtina murmurant.

Murmurare, Contredire, Aller contre, meſdire, murmurer. Plaut. in Milite, 10. 148, Verùm vbi dies decem continuos ire ad eundem inſtat, tametſi dominus nõ inuitus patitur, ſerui murmurant. Idem in Aulul. 4. 13, Vt ſceleſta ſola ſecum murmurat.

Murmurillum murmurilli, n. gen. Diminutiuum. Plaut. in Rudente, 31. 48, Palàm age, nolo murmurillum, neque ſuſurrum fieri mihi.

Murmurillo murmurillas, murmurillare, Murmurare. Plautus, Quid murmurillas tecum, & te diſcrucias?

Murmuror murmuraris, murmurari, deponens apud antiquos. Varro, Ita vt ſoliti eramus Romæ in balneis plodere cœpimus, & murmurari. Quadrigarius in Annalib⁹, lib. 8, In eo loco populus murmurari cœpit.

M V R R H A murrhæ, Gemmæ ſpecies. Martialis, Si calidum potas ardenti murrha falerno Cõuenit, & melior fit ſapor inde mero. Humorem eſſe putant qui in Oriente, maximè in Parthico regno ſub terra condenſatur, vt inquit Plinius lib. 37. cap. 2.

Murrhinus murrhina murrhinum, Quod ex murrha factum eſt, vel quod ad murrhæ colorem accedit. Fiebant enim vaſa ex ea. Plinius lib. 37. cap. 2, Oriens murrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pluribus locis nec inſignibus, maximè Parthici regni, præcipuè tamẽ in Carmania. Humorem putant ſub terra calore denſari. amplitudine nuſquam paruos excedunt abacos. Craſſitudine rara, quanta dictum eſt vaſi potorio. Splendor his ſine viribus, nitórque verius quàm ſplendor. Sed in pretio varietas colorum ſubinde circũagẽtibus ſe maculis in purpuram, candorémque, & tertium ex vtroque igneſcẽtem velut per tranſitum coloris purpura rubeſcente, aut lacte cãdeſcente. Martialis, Surrentũ bibis, nec murrhina picta, nec aurum Sume: dabunt calices hæc tibi vina ſuos. Columella lib. 7, Murrhinus cum ſit in aſino, vulgaris tamen etiam non optimè reſpondetur in mula. Hic pro colore accipitur.

Murrheus murrhea murrheum, Idem quod murrhinus. Iabolenus iuriſcõſ. ſcribit, murrhea vaſa quæ ad vſum edendi & bibendi cauſſa reperta ſunt, eſſe in ſupellectili.

M V R V S muri, m. g. Vng mur, ou muraille. À muniendo dicitur. Propriè eſt vrbis lapideus ambitus.

Muralis & hoc murale, Quod ad murũ pertinet, vt muralis corona, qua donari ſolebat ab imperatore, qui primus murũ ſubiiſſet, & in hoſtium oppidum per vim aſcendiſſet.

Muratus murata muratum, Quod muros habet. Muré.

Murus, agger etiam dicitur. Varro de re ruſtic. cap. 14, Ad viam ſalariam, & in agro Cruſtuminio videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum foſſis, ne flumen aggeris noceat. Aggeres qui faciunt ſine foſſa, eos quidam vocant muros, vt in agro Reatino.

M V S, muris, m. g. Græcè μῦς, Exiguum animal eſt, nobiſcum in domo habitans: à corroſionis ſono, quem facit, dictus. Vne ſouris. Plaut. in Trucul. 18. 14, Sed tamẽ cogitato, mus puſillus quàm ſit ſapiens beſtia, ætatem qui vni cubili nunquam cõmittit ſuam: quaſi vnum obſideatur, aliunde perfugium gerit. De murib⁹ vide Plinii lib. 8. cap. 57. Cic. Attico, lib. 14, Sed quòd quæris quid arceſſerim Chryſippum, tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt. itaque non ſolum inquilini, ſed mures migrauerunt.

Mus, araneus etiam eſt, quem Græci migalem appellant: quia muris magnitudine ſit, muſtelina ſpecie, ore oblongo, cauda gracili, verſu dentium quadruplici, vt inquit AEtius. Abundat inſula Britannia. Plin. lib. 29, cap. 4, Et ipſe mus araneus cõtra ſe remedio eſt, diuulſus & impoſitus eſt. nam ſi prægnans momorderit, protinus diſſilit.

Muſculus muſculi, Diminutiuũ, Vne petite ſouris. Plin. lib. 8. cap. 28, Ruinis imminentibus muſculi præmigrant, aranei cum telis primi cadunt.

Muſculus, Articulus, in quo neruorum capita ſunt. Muſcle. Plaut. in Amphit. 16. 60, Quid dicas noui: cicatricem in dextro muſculo, ex illoc vulnere quod mihi impegit Pterela.

Muſculos etiam dixerunt minores machinas, quibus protecti bellatores, foſſatum ciuitatis, adportatis lapidibus, lignis & terra, non ſolum complent, ſed etiam ſolidant, vt turres ambulatoriæ ſine impedimento vehantur ad murum. Sunt minores vineis, ſubditioréſque, & maiores firmioréſque pluteis.

Muſculus, genus piſcis parui, qui paruo moderamine caudæ temperat balænam, ne in ſcopulum impingat. eſt enim balæna luſcioſa, & penè exoculata. quæ cum fortè ſe direxerit profectura aliorſum maris, indiget hoc piſciculo præuio, qui eam deducit & reducit. De hoc Claudianus lib. 2. in Eutropium, Sic ruit in rupes amiſſo piſce ſodali Belua, ſulcandas cui primus edocet vndas, Immenſúmque pecus paruo moderamine caudæ Temperat, & tanto cõiungit fœdera monſtro. Muſculos piſces marinos dicit Plin. lib. 32. cap. 11.

Murinus murina murinum, Quod ex mure eſt. Plin. lib. 30. cap. 8, Murino fimo cõtra calculos illinere ventrem prodeſt.

Muſcerda muſcerdę, f. g, Murium ſtercus. Plin. lib. 29. cap. 6, Præterea, vt Varro noſter tradit, murinum fimũ, quod item muſcerdas appellat.

M V S A, muſæ, f. g. Cantum ſignificat. Virg. Paſtorum muſam Damœnis & Alpheſiboei.

Muſica muſicæ, vel muſice muſices, f. g. Scientia, quæ modum canendi demonſtrat. Plin. lib. 7. cap. 6, Muſicam Amphion inuenit.

Muſicus muſica muſicum, Quod ad muſicã pertinet. Plin. lib. 2. cap. 22, Sed Pythagoras interdum ex muſica ratione appellat tonũ, quantũ abſit à terra Luna. Idem lib. 37. cap. 1, Hic videtur inſtituiſſe, vt omnes muſicæ artis, hac quoque oſtentatione cẽſerentur, velut Dionyſiodorus æqualis eius & æmulus, vt ſibi quoque par videretur.

Muſicè, aduerbium, Integrè, vt nihil deſit. Muſicã veteres encyclopediam dixere, in qua omnes ſunt comprehenſæ. Muſicè etiam delicatè ſignificat, & genialiter. nam muſicos adipatè & genialiter viuere manifeſtum eſt. Plaut. in Moſtell. 9. 33, Muſicè hercle agitis ætatem. itaque vti vos decet, vino & victu, piſcatúque probo electili vitam colitis.

Muſæum muſæi. n. g. Domiciliũ muſis dicatum: accipitúrque pro diuerſorio eruditorũ. Plin. in epiſt. O mare, ô littus verum ſecretúmque muſæon: quàm multa inuenitis, quàm multa dictitatis. Scribit Strabo libro vltimo, apud Alexãdriã fuiſſe muſæum celebratiſſimũ. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 5, Vbi confluit alter amnis ad ſummũ flumen, vbi eſt muſæum.

M V S C A muſcæ, f. g. Vne mouſche. Plaut. in Curcul. 10. 14, Item genus eſt lenonũ inter homines, meo quidem animo, vt muſcæ, culices, pedéſque, pulicéſque. Idem in Merc. 7. 21. Muſca eſt pater meus, nihil poteſt haberi clam illum.

Muſcæ liguriunt. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 16, Non vt muſcæ liguriunt, quòd nemo has videt, vt illas, in carie, aut ſanguine, aut adipe.

Muſcula muſculæ, diminutiuum, Vne petite mouſche. Boetius, Quid imbecillius homine? quos morſus muſcularum necat.

Muſcarius muſcaria muſcarium, Quod ad muſcas pertinet. Plin. Aranei muſcarii tela.

Muſcarium muſcarii, n. g. Flabellum quo muſcæ abigũtur. Martialis de muſcario pauonino, Lãbere qui turpes prohibet tua prandia muſcas, Alitis eximiæ cauda ſuperba facit. Idem de muſcario bubulo, Sordida ſi paruo fuerit tibi puluere veſtis, Colligat hanc tereti verbere cauda leuis.

Muſcarium, ab huius ſimilitudine etiam appellatur coma illa quarundã herbarum in qua ſemina dependent, qualis eſt ferulæ, fœniculi, aneti, oleriſatri, & ſimilium. Plinius, Semine in muſcariis dependẽte, vt ferulæ in papauere & ſimilib⁹, ſcapus in glandib⁹, auellanis pannicula expellatur.

Muſcinus muſcina muſcinum, Ea formatione fit, qua formicinus, inquit Perottus.

M V S C E R D A, Vide M V S.

M V S C V S muſci, m. g. Viridis herba in corticibus fontiũ, & locis humidis naſcẽs, Mouſce.

Virg. Muſco circundat amaræ Corticis.

Muſcus in vite. Columella lib. 4. cap. 24, Iam verò muſcus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, ſitúque ex veterno macerat, ferro diſtringendus & eradendus eſt.

Muſcoſus muſcoſa muſcoſum, Quod muſco opertum eſt, Couuert de mouſche. Vt muſcoſi fontes.

Muſcor muſcaris, muſcari, Eſt muſco tegi. Columella lib. x 1, Muſcantur oleæ.

M V S E A muſeorum, dicuntur quæ in ædificiis ex pumicibus dependentia fiunt ad imaginem ſpecus arte reddendam. Plin. lib. 36. cap. 20, Non prætermittenda eſt & pumicũ natura: appellantur quidem ita & cætera ſaxa eroſa annis, in ædificiis muſea vocant, dependentia ad imaginem ſpecus arte reddendam.

M V S I M O N E muſimones, m. g. Aſinus, mulus, aut equus breuis. Lucilius lib. 6, Pretium emit, qui vendit equum muſimonem. Cato Deletorio, Aſinum, aut muſimonem, aut arietem. Nonius.

De muſimone ſic Plinius lib. 8. cap. 49, Eſt & in Hiſpania & maximè Corſica, non maximè abſimile pecori, genus muſimonum, caprino villo, quàm pecoris velleri propius. quorum è genere, & ouibus matres Priſci vmbros vocauerũt. infirmiſſimũ pecori caput: quãobrem auerſum à ſole paſci cogendum.

M V S S O muſſas muſſare, Frequentatiuũ à mutio mutis, Occultè & depreſſa voce loqui, quod celatum quis velit. Saccouſter. Plaut. in Aulul. 6. 12, Neque occultũ id haberi, neque per metum muſſari, quin participem ego te, & tu me vt facias: eò nunc te ſecreto huc foras ſeduxi. Idem in Merc. 3. 49, Summo hoc clamore muſſans interdum loqui. Virg. lib. x, Quid fortuna ferat, populi ſed dicere muſſant. Et alibi, Stant, flent mœſti, muſſántque patres. Plin. epiſt. 121. b, Poſtea quũ viceſimo valetudinis die balineo præpararer, muſſantéſque medicos repente vidiſſem, cauſſam requiſii.

Muſſare, Murmurare, inquit Feſtus. Ennius, In occulto muſſabant.

Muſſare, Vulgo pro tacere ponitur, authore Feſto. Ennius, Non decet muſſare bonos. Terentius, Sile, cela, occulta, tege, tace, muſſa.

Muſſito muſſitas, muſſitare, Frequentatiuũ à muſſo. Liuius lib. 1, In abſentem Tarquiniũ erat inuect9 haud mirũ eſſe ſuperbo Romę cognomẽ. Iam enim ita clàm quidã muſſitãtes vulgo tum eum appellabant. Plaut. in Milite, 10. 119, Illi inter ſe certant donis: ego mecũ muſſito. Idem in Caſina, 15. 42, Infectatur omnes domi per ædes: nec quenquam propè: ita omnes ſub arcis, ſub lectis latentes metu muſſitant. Idem in Milite, 6. 40, Hercle quicquid eſt, muſſitabo potius quàm inteream malé. Terent. in Adel. 2. 1. 53, Verum cogita id quod res eſt, quando eum quæſtum occœperis accipiunda & muſſitanda iniuria aduleſcentium eſt.

M V S T A C E muſtaces, genus lauri. Plinius lib. 15. cap. 30, Duo lauri genera tradit Cato, Delphicã & Cypriam, Pompeius Lenæus adiecit quam muſtacem appellauit, quoniã muſtaceis ſubiiceretur. Hanc eſſe folio maximo, flaccidóque & albicante.

M V S T A C E V S, vide M V S T V M.

M V S T E L A muſtelæ, f. g. Animal mures perſequẽs & ſerpẽtes. Plin. lib. 29. cap. 4, Muſtelarum duo genera: alterum ſylueſtre. diſtant magnitudine, Græci vocant ictidas. Harum fel contra aſpides dicitur efficax, cætero venenum. Hæc autem quæ in domibus noſtris oberrat, & catulos ſuos (vt author eſt Cicero) quotidie tranſfert, mutátque ſedem, ſerpentes proſequitur. Vne blette.

Muſtela, Piſcis genus, murænæ ferè ſimilis.

Muſtelinus muſtelina muſtelinum, Quod eſt muſtelæ, vel ſimile muſtelæ. Vt color muſtelinus. Terẽt. in Eunucho, 4. 4. 21, Hic eſt vetus, vietus, veternoſus, ſenex, colore muſtelino.

M V S T R I C O L A muſtricolę, f. g. Eſt machinula (authore Feſto) ex regulis, in qua calceus nouus inſuitur. Afranius, Muſtricolam in dentes indam tibi. Vne forme de cordõnier.

M V S T V M muſti, n. g. Vinum nouum, Du mouſt. Ouidius in Faſt. Præmia de lacubus proxima muſta tuis. Plinius lib. 23. cap. 1, Muſta differentias habent naturales has, quòd ſunt candida, aut nigra, aut inter vtrunque alia ex aliis, ex quibus vinũ fiat, alia ex quibus paſſum. Muſtum, inquit Nonius, non ſolum vinum, verum nouellum quicquid eſt, rectè dicitur. Næuius Gymnaſtico, Vtrum eſt melius virginem an viduam vxorem ducere? virginem ſi muſta eſt.

Muſtus muſta muſtum, Recens. Plautus muſtam iuuencam dixit.

Muſteus muſtea muſtum, Quod muſtum, hoc eſt dulcedinem in ſe habet. vt poma muſtea. Cato de re ruſtica, cap. 7, Eadem in ſapa & muſto rectè conduntur. Et paulò pòſt, Item alia condi-tiua mala muſtea. Plin. Eſt tãta muſteis pomis ſuauitas, vt finis mãdendi non niſi periculo-ſa fiat.

Muſteus, Recens, Nouueau. Plin. lib. x i i, Amaritudo grano eadẽ quæ piperi muſteo. Co-lumella lib. 10, Tranſfertur in vaſa fictilia mel dum muſteus fructus deferueſcat.

Muſteus liber. Plin. epiſt. 174. b, Nõ dubito cupere te pro cætera mei charitate quàm ma-turiſſime legere hunc adhuc muſteum librum.

Muſtulentus muſtulenta muſtulentum, Idem quod muſteus. Plaut. in Ciſtell. 10. 101, Equolam hanc ſoli ſi detur, poſſum ego, ita muſtulentus æſtus nares attigit.

MVTABILIS, Vide MVTO.

MVTILO mutilas, mutilare, Eſt (vt inquit Donatus) aliquid detrahere, ſine quo res eſſe nõ poſſit. Terẽt. in Hecyra, 1. 1. 8, Ergo propterea te ſedulò & moneo & hortor, ne cuiuſquam miſereat, quin ſpolies, mutiles, laceres, quenquem nacta ſis.

Mutilus mutila mutilum. Mutili boues authore Donato dicti ſunt ſine cornibus.

Mutulus mutuli, quadrãgulus qui ex aliqua parte cõminutus eſt. Varro, Sed pro columbariis in pariete mutulos aut palos in ordine, ſupra quos tegeticulæ cãnabinæ fiunt impoſitę. Idem, Eas aluos ita collocant, in mutulis parietis, vt ne agitentur, néve inter ſe contingant. Vng apouy ſortant de la muraille pour ſouſtenir la poultre, lequel on appelle corbeau.

MVTIO mutis, Vide MVTVS.

MVTO mutas, mutare, Tranſferre, Tranſporter. Varro, Fac vt te aliquo cum omni familia mutes.

Mutare, Variare, Varier, muer.

Mutare animum, Changer de courage, de propos. Terent. in Phor. 5. 2. 9, Haud ſcio hercle, vt homo eſt, an mutet animũ. D. hem, mutet autem? O. neſcio: verùm, ſi fortè, dico. Mu-tare ſententiam. Plaut. in Mil. 18. 19, Ergo iſtius metus me macerat, quòd ille faſtidioſus eſt iam, ne oculi eius ſententiam mutent, vbi me viderint, atque eius elegantia meã exem-plo ſpeciem ſpernat. Quil ne vouldra point de moy incontinent quil me voira. Terẽt. in And. 2. 3. 18, Nec tu ea cauſſa minueris hæc quæ facis: ne is mutet ſuam ſententiam.

Mutare aliquid de. Terent. in And. 5. 4. 47, O lepidũ patrem: de vxore ita vt poſſedi, nihil mutat Chremes.

Mutare dicta, Se deſdire. Plaut. in Bacchid. 23. 31, Ego quod dixi, haud mutabo.

Mutauit id. Terẽt. in And. 1. 5. 7, Quid Chremes, qui denegarat ſe cõmiſſurum mihi gnatã ſuam vxorem: id mutauit, quoniam me immutatum videt. Il ſeſt deſdit, Il a change de pro-pos, Il ne fera rien de cela.

Mutare factum, Soy repentir de lauoir faict. Terent. in And. 1. 1. 13, Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. S o. in memoria habeo. S 1. haud muto factum. Donatus, Vetuſtè: nõ me pœnitet. Idem Donatus in Comment. in Phormionem Terentii, Sic enim veteres di-cebant, & nolo factum, cum alicuius rei eos pœnitebat.

Mutare fidem, Ne tenir point ſa foy, ou ſes promeſſes. Plaut. in Milite, 13. 36, Sed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem, vide modo.

Mutare fidem cum aliquo. Terẽt. in Phor. 3. 2. 27, Nequeo exorare vt maneat, & cum illo vt mutet fidem, triduum hoc? Quil ne luy tienne point ſa promeſſe.

Mutatur fortuna. Plautus in Trucul. 5. 9, Actũtum fortunæ ſolent mutarier.

Mutare mores, Changer des meurs. Terent. in Adelphis, 5. 9. 27, Quid iſtuc? quæ res tam repentè mores mutauit tuos? Plaut. in Milite, 20. 48, Ah ah cùm venit in mentem mo-res vt mihi mutandi ſient, muliebres mores diſcendi, obliuiſcendi tui.

Mutare nuptias. Plautus in Sticho, 2. 36, Neque eſt cur ſtudeam, nunc has nuptias muta-rier.

Mutare aliquid cum aliquo, Changer, Prendre ou bailler en change. Plaut. in Capt. 2. 28, Cœpit captiuos cõmercari hic alios, ſiquem reperire poſſet, cum quo mutet ſuũ. Terẽt. in Eunucho, 3. 5. 24, Vt veſtem cum illo mutem, & pro illo iubeam me ducier.

Mutare aliquid cum altero ære, Faire change auec aucun de quelque choſe a vne autre. Salluſt. in Iugurtha, Statuit tamen Metellus pecoris & mancipiorũ prædas certatim agere, eáque mutare cum mercatoribus vino aduectitio, & aliis talibus.

Mutare ære. Columella lib. x, Quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis cõſeruat, ære mutandi ſunt.

Mutare merces. Virg. Nec nautica pinus Mutabit merces.

Mutare bellum pro pace. Salluſt. Nemo niſi victor pro pace bellum mutauit.

Mutare gaudium mœrore. Plin. epiſt. 111. b, Quod gaudium quo mœrore mutatum eſt! O quelle grande ioye muee en triſteſſe. Mutare iucũda ſeueris. Plin. epiſt. 112. a, Aptè enim & variè nunc attollebatur, nũc reſidebat, excelſa depreſſis, exilia plenis, ſeueris iucũda mutabat. Mutare prætextam paludamento. Plin. in Paneg. 94, Geſtus non in hoc vrbis otio & intimo ſinu pacis, ſed iuxta barbaras gentes, vt illi ſolebant, quibus erat moris paludamento mutare prætextã, ignotáſque terras victoria ſequi. Nihil mutauit fortuna teipſo. Plin. in Paneg. 38, Eadémque omnia illa circa te, nihil ipſo te fortuna mutauit. Fortune ne ta point change, Tu es tout tel que tu eſtois deuant que paruinſes a ces honneurs.

Mutare ſe in formam alterius, Se trãſmuer. Plaut. in Amphit. 2. 2, Amore captus Alcmenæ Iuppiter, mutauit ſeſe in formam eius coniugis.

Mutatio mutationis, f. g. Mutation, Changement. Terent. in Hecyra, 4. 4. 11, A Myrrhina hæc ſunt mea vxore exorta omnia: mutatio fit: ea nos perturbat Laches.

Mutabilis & hoc mutabile, Quod facilè mutatur. Virg. Varium & mutabile ſemper Fœmina.

Mutito mutitas, mutitare, Sæpe facere, aut ſæpe exercitare, modo vnum modo aliud. Gellius lib. 2, Principes ciuitatis qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent. Id eſt, mutua inter ſe conuiuia agitarent.

M V T V S muta mutum, Muet. Quidam à mugiẽdo deduci putant, etenim cum loqui nõ poſſit, prorumpit tamen in vocem quæ mugitus potius quàm ſermo videtur. Vel dicitur mutus, quaſi minutus, quòd eo ſenſu minutꝰ ſit. Vel dicitur à muſſando, quòd hic nõ amplius quàm mus dicat. Terent in Heaut. 4. 4. 26, Tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. D. mutum dices.

Mutus illicó. Terẽt. in Eunu. 3. 1. 27, Papæ iugulares hominẽ. quid illeſt. mutus illicó. Donatus, Tam hoc ſtultum eſt, quàm ſi diceret, ſtatim nihil. Et luy de ne dire mot, Et luy de ſe taire.

Mutio mutis, mutiui, mutitum, mutire, Tanquam mutus ſignum facere ſeu ſtrepitũ, ſiue ſubmiſſa & imperfecta voce fabulari, aut vnum tantum verbum dicere. Terent. in And. Siquid narrare occœpi, continuò dari tibi verba cenſes. S. falſó. D. itaque hercle nihil iam mutire audeo. Ie noſe plus mot dire. Plaut. in Curcul. Vidén' vt aperiuntur ædes fæſtiuiſſumé? Non mutit cardo. Id eſt, non crepitat.

Muſſo muſſas, Vide ſuo loco.

M V T V V M mutui, neut. g. Choſe preſtee, ou empruntee. Dicitur ab eo, quòd de meo tuũ fit. Paulus iuriſconſ. Mutuum damus non recepturi eandem ſpeciem quam dedimus, alioqui aut commodatum erit, aut repoſitum, ſed idem genus. nam ſi aliud genus, veluti pro tritico vinum recipiamus, non erit mutuum.

Mutuum argentũ, Argent preſte, ou a preſter. Plaut. in Pſeud. 5. 61, Omnes tibi patres ſunt, nullus eſt tibi quem roges mutuum. Il ny a perſonne de qui tu puiſſes emprunter argent. Ibidem, 3. 78, Miſer ſum, argentum nuſquam inuenio mutuum. Ie ne trouue perſonne qui me vueille preſter argent.

Mutuum argentum dare, Preſter argent. Plaut. in Pſeud. 3. 84, Actum hodie de me eſt. ſed potes nunc mutuam drachmam dare mihi vnam? Idem in Perſa, 4. 37, Tecúmque orauí, vt nummos ſexcentos mihi dares vtendos mutuos.

Mutuas pecunias ſumere, Emprunter argent daucun. Apud Plautum in Aſin. 5. 95, Nam ſi mutuas non potero, certum eſt ſumam fœnore.

Mutuus amor dicitur, cum ab eo amaris quẽ amas. Plin. epiſt. 106, AEquum eſt nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Terent. Meretrix adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur excluſit. Quintilianus, Ac ne tãquam pauper quidem mercedem accipiet, ſed mutua beneuolentia vtetur. Id eſt reſpondente.

Mutua conſilia. Plaut. in Epid. 2. 87, Quid faciam? mén' tu rogas? tu quidem antehac aliis ſolebas dare conſilia mutua.

Mutuum facere cum aliquo. Plaut. in Trin. 8. 30, Bene vult tibi. I. ædepol mutuum mecum facit. Il neſt pas engigne. Ie luy veulx autant de bien quil men veult. Idem in Perſa, 12. 17, Quin in lectis nos actûtum commodamus? omnia quæ tu vis, ea cupio. T. mutua fiunt à me. Ien ſuis auſſi cõtent que tu es, Ie veulx ce que tu veulx. Idem in Milite, 18. 39, Vt quæſo amore perdita eſt miſera! P Y. mutuum fit.

Mutua inter ſe fiducia. Plin. epiſt. 237, In primis enim, ſicut ſcribis, verendum eſt ne ſi permiſceãtur ſeruis publicis milites, mutua inter ſe fiducia negligẽtiores ſint. Par trop ſattandre les vngs aux autres.

Mutuas operas tradere, Saider lung lautre. Terent. in Phor. 2. 1. 37, Hic in noxia eſt: ille ad defendendam cauſſam adeſt: cum ille eſt, hic præſto eſt: tradunt operas mutuas.

Mutuis vulneribus. Plin. de viris illuſt. 10, Deinde in prælio quod aduerſus eos gerebat, ſingulari certamine cũ Arũte filio Tarquinii cõgreſſus, ſe ambo mutuis vulneribꝰ cõciderũt.

Mutuò aduerbium, ſignificat inuicem, Lung lautre. Plautus in Milite, 2. 1, Meretricem ingenuam deperibat mutuò Athenienſis iuuenis. Plin. epiſt. 66. a, Gratum eſt vtrique noſtrum quod cupis. mutuò me hercule. nam inuicem nos incredibili quodã deſyderio veſtri tenemur, quod non vltrà differemus.

Mutuitans mutuitantis, Rogans mutuum. Plautus in Mercatore, 3. 52, Conclamitare tota vrbe, & prædicare, omnes tenerent mutuitanti credere. Quils ſe gardaſſent de luy rien preſter.

Mutuo mutuas, mutuare, Preſter pour rendre le meſme.

Mutuare, Emprunter pour rendre la choſe meſme. Cæcil. Ad amicos currat mutuatum, mutuet cauſſa mea.

Mutuor mutuaris, mutuari, deponẽs, Mutuo accipere, Emprũter. Cic. de fato, Orator ab Academicis ſubtilitatem ingenii mutuatur.

M Y

MYA myæ, Genus conchæ in freto circa Boſphorum Thracium, vniones rufos ac paruos gignens, vt inquit Perottus.

MYAGROS, herba ferulacea eſt foliis ſimilis rubię, tripedanea. ſemen oleoſum, quod & fit ex eo. Medetur oris vlceribus perunctis hoc ſucco. Author Plinius lib. 27. cap. 12.

MYLOECOS, Vermiculi genus ex blattis, circa molas ferè naſcens, inquit Plinius lib. 29. cap. 6.

MYMPHVR, lignum mediocris longitudinis, rotundum, quod loro circũuolutum circũagunt fabri in operibus tornandis.

MYOPARO myoparonis, m. g. Genus nauigii: ex duobus diſſimilibus formatum, inquit Feſtus. nam mydion & paron per ſe ſunt. Nonius, Myoparo eſt nauicula Piratarum. Cic. de rep. lib. 3, Nam cum quæreretur ex eo, quo ſcelere impulſus mare haberet infeſtum vno myoparone, Eodem (inquit) quo tu orbem terræ. Salluſt. lib. 3. Hiſtor. Et fortè in nauigando cohors vna grandi faſelo vecta à cæteris deerrauit, marique placido, à duobus prædonum myoparonibus circumuẽta. Siſenna hiſtoriarum lib. 4, Nauiſque triginta biremis, totidem myoparones.

MYRIAS myriadis, f. g. Numerus continens decem milia.

MYRICA myricæ, vel myrice myrices, Genus humilis virgulti, in Italia ferè. Virg. Nõ omnes arbuſta iuuãt, humileſque myricæ. Plin. lib. 13. cap. 21, Myricem & Italia, quam alii tamaricen vocant. Achaia autem bryan ſylueſtrem, inſignem in ea (quòd ſatiua tantũ ferat) gallæ ſimilem fructũ. In Syria & in AEgypto copioſa hæc eſt, cuius infœlicia ligna appellamus, quæ tamen infœliciora ſunt Græciæ. Gignit enim arborem oſtryn, quam & oſtryam vocant, ſolitariam circum ſaxa aquoſa, ſimilem fraxino cortice & ramis, folio piri, paulò tamen longioribus craſſioribuſque, ac rugoſis inciſuris, quæ per tota diſcurrunt. Semine hordeo ſimili, & colore & materia dura atque firma: qua in domum illata, difficiles partus fieri produnt, mortéſque miſeras.

MYRINVS, Mas murenæ eſt. Plin. lib. 9. cap. 23, Ariſtoteles myrinũ vocat marem qui generat: diſcrimen eſſe, quòd murena varia & infirma ſit, myrinus vnicolor & robuſtus, denteſque extra os habeat.

MYRMECIA, Gemma nigra quæ habet eminentias ſimiles verrucis. Plin. lib. 37. cap. 10.

MYRMECION, fœ. g. Plin. lib. 29. cap. 4, Myrmecion formicæ ſimilis capite, aluo nigra, guttis albis diſtinguentibus.

MYROBALANVM, myrobalani, n. g. Quaſi vnguentaria glans. Plin. lib. 12. cap. 21, Myrobalanum Troglodytis & Thebaidi & Arabiæ, quæ Iudæam ab AEgypto diſterminat, commune eſt, naſcens vnguento, vt ipſo nomine apparet. Quo item indicatur & glandem eſſe arboris heliotropio, quam dicemus inter herbas, ſimili folio. Fructus magnitudine auellanæ nucis.

MYROBRECHI, quaſi vnguento ſtillantes. μύρον Græci vnguentum vocãt. ῥέχω, proluo & irrigo. Plaut. in Aulul. Myrobrecharios pro vnguentorum confectoribus accipit ad capillos irrorandos. ait enim, Aut manulearii, aut myrobrecharii.

MYROPOLA, myropolæ, m. g. Vnguentorum venditor, Vng apoticaire. Plaut. in Trin. 8. 5, Lanii, coqui, holitores, myropolæ, aucupes. Idem in Caſina, 5. 12, Myropolas omnes ſolicito, vbicunque vnguentum eſt lepidum.

Myropolium myropolii, n. g. Locus vbi vnguenta venduntur. Plaut. in Amphit. 13. 31, Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium.

Myrothecium myrothecii, Vnguentorum repoſitorium.
Cicero ſcribit ſe myrothecium Iſocratis totum conſumpſiſſe in commentario conſulatus ſui ſcribendo. Hoc eſt, pigmenta oratoria.

MYRRHA myrrhæ, Arbuſcula eſt, in Arabia præcipuè naſcẽs, altitudo ei ad quinque cubita, nec ſine ſpina, cortice duro & intorto, cuius gutta quę ſpõte ſtillat, viridis eſt & amara, quæ eodem nomine vocatur myrrha Arabica ſiue Stacte, id eſt gutta ſiue ſtilla myrrhæ. Eius virtus eſt vt corpora imputribilia reddat. Vide Plinium lib. 12. cap. 15. & 16.

Myrrhinus myrrhina myrrhinum, Myrrhinum vinum, quod myrrha conditum eſt.

Myrrheus myrrhea myrrheum, Quod ex myrrha eſt. Propertius, Myrrheáque in partis pocula cæca focis.

MYRTVS myrti, f. g. Meurte arbre. Arbor baccas ſaporis præcipui producẽs, ex quibus vinum fit. Vide Plinium lib. 16. cap. 19.

Myrtidanus myrtidana myrtidanum, Quod ex myrto factum eſt, vt myrtidanum vinum. Plin. lib. 16. cap. 19.

Myrtatus myrtata myrtatum, Idem. vt myrtatum obſonium. Plin. lib. 16. cap. 19.

Myrtheus myrthea myrtheum, Idem. Tibullus, Et gerit inſigni myrtea ſerta coma. Plin. lib. 23. cap. 4, Similis eſt & myrtei olei ratio, aſtringit, indurat, &c.

Myrtinus myrtina myrtinum, Eiuſdem ſignificationis. Plinius, Oleo myrtino illitum ſtatim reſoluitur.

Myrtetum myrteti, n. g. Locus myrtis conſitus. Dicitur & myrtetus. Plaut. in Aulul. Neſcio qui ſeruus è myrteto profiluit.

MYSTERIVM myſterii, n. g. Arcanum ſacrum, quod, niſi ſacerdoti, ſcire nefas eſt.

Myſta myſtæ, m. g. Sacerdos.

Myſticus myſtica myſticum, Quod in arcanis deorum ſacris fiebat, qualia erant Bacchi orgia, quæ noctu clàm à ſolis mulieribus celebrabantur.
Myſticum, à noſtris figuratum dicitur.

MYTHOS, Latinè fabula.

Mythologia, Sermo ſeu ratiocinatio fabularum.

MYXA myxæ, Pituita è naribus fluens, qui & mucus dicitur.

Myxon, mucoſus, hoc eſt, nares muco ſordidas habens.

Myxetis, Naris.

Myxos, Prominens pars lucernæ, ex qua profertur elychnium, quaſi ex naribus mucus. Mart. Tótque geram myxos vna lucerna vocor.

N A

NABIS, huius nabis, f.g. Animal, de quo Plinius ſic ſcribit, lib. 8. cap. 18, Horũ aliqua ſimilitudo in duo tranſfertur animalia: Nabin AEthiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus, vnde appellata camelopardalis, dictatoris Cæſaris Circenſibus ludis primũ viſus Romæ. Ex eo ſubinde cernitur, aſpectu magis, quàm feritate conſpicua: quare etiam ouis ferè nomen conuenit.

NABLIVM nablii, Inſtrumentum muſicum, quod aliàs pſalteriũ dicitur. Ouid. Diſce etiam duplici genialia nablia palma Vertere: conueniunt dulcibus illa modis.

NACCAE, vt author eſt Feſtus, appellãtur vulgo fullones, vt ait Curiatius, quòd nauci ſint, id eſt nulli⁹ pretii Idem ſentit & Cincius. Quidã aiunt, quòd omnia ferè opera ex lana, naccæ dicuntur à Græcis.

NACTVS, Vide NANCISCOR.

NAE, Græca dictio, ναὶ, Valde vel nimis aliquando ſignificat, vt inquit Donatus. Terent. in Prolog. And. Faciunt næ intelligendo vt nihil intelligant. Idem in Heaut. Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod cupis, quàm ocyſſimè vt des. M. cupio. C. næ, tu propediem (vt iſtã rem video) iſtius obſaturabere. Idem in And. Sponſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit. Donat⁹, Næ, valde. vt & Cicero, Næ illi vehemẽter errant. Senſus hic eſt, nõ id amat quod amo, nec id odio habet, quod odi. hoc eſt, valde iſte, inquit, non mecum ſentit: id amat quod ego odi. Et paulò pòſt, Næ, valde: aut, vt quidã volũt, O quàm. Lucili⁹ in x, Næ in arce bouem diſcerpſi magnificè, inquit. Terẽt. in And. Næ iſtam multis tuã inueniri gaudeo.

Næ, Certè, vtique, profecto, Certainement. Cicero Curio, Incredibile quàm turpiter mihi facere videar, qui his rebus interſim. næ tu videris multo antè prouidiſſe quid impendẽret. Idem Trebatio, Næ ego multo libentius emerim diuerſorium Tarracinæ. Horat. Clarus erit fortis, iuſtus, ſapiens, næ etiam rex. Plaut. in Amphit. 4. 28, Næ ille ædepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os ocillet probé. Ibidem, 4. 230, Peccaueram: nam Amphitruonis ſociũ næ me volui dicere. Cic. in Philipp. Næ tu ſi id feciſſes, melius famæ, melius pudicitiæ tuæ conſuluiſſes. Terẽt. in And. 4. 5. 33, Næ illa illum haud nouit cuius cauſſa hæc incipit.

NAENIA næniæ, vel næniæ næniorum, Eſt (inquit Feſtus) carmen quod in funere laudandi gratia cantatur ad tibiam. Sunt qui eo verbo finem ſignificare putent. Quidam volunt ideò dici, quòd voci ſimilior querimonia flentiũ ſit. Quidã aiunt næniæ ductũ nomen ab extremi inſtituti vocabulo. Græci enim νέατον extremũ dicũt: ſiue quòd chordarũ vltima νέτη dicitur, extremam cantionis vocem næniam appellarunt. Diomedes, Apud Romanos id carmen quod cum lamẽtatione extremũ atq; vltimũ mortuo adcanitur, nænia dicitur. Acron docet eſſe factitium, nomen à ſimilitudine vocis eorum qui queruntur & dolent. Quintil. lib. 7, Tertius eſt diuerſus tranſlationis modus, cum res communis plurib⁹ in vno aliquo habet nomen eximiũ, vt carmen funebre, propriè nænia dicitur. Nonius, Nænia ineptum & inconditum carmen quod adducta mulier, quæ præfica diceretur, iis quibus propinqui non eſſent, mortuis exhiberet. Varro de vita populi Rom. lib. 4, Ibi à muliere, quæ obtutum à voce eſſet, per quam laudari, deinde næniam cantari ſolitam, ad tibias.

NAEVVS næui, m.g. Corporis inſigne, ſeu genuina macula. Vne tache que de nature on ha en quelque partie du corps.

Næuoſus næuoſa næuoſum, Næuis plenus.

NAM, Coniunctio cauſalis, primũ tantum locum ſortitur. Plaut. in Curcul. 8. 25, De coclitũ proſapia te eſſe arbitror: nã hi ſunt vnoculi. Car ceulx la nõt que vng oeuil. Terẽt. in And. 2. 6. 27, Quidnam hoc rei eſt? quidnam hic vult veterator ſibi? nam ſi hic mali eſt quicquam, hem illic eſt huic rei caput.

Nam, nõ tam cauſſam aliquãdo reddit, quàm ingreſſum rei ſignificat. Vt Terẽti⁹, Rem omnem à principio audies: eo pacto & gnati vitam, & conſilium meum cognoſces, & quid facere in hac re te velim. Nam is poſtquam exceſſit ex ephebis. &c.

Nam, pro autem vel ſimili diſcretiua ponitur. Cic. in Salluſt. Nam quòd in vxorem & filiam meam tam petulanter inuectus es, &c.

Terent. in Eunucho, 5. 2. 58, Quam tu rem actura obſecro es? T. nam quid ita eſt? P. rogitas? hunc tu in ædes cogitas recipere poſthac? T. Cur non?

Nam profecto. Salluſt. in Catil. Nam profecto, aut metus aut iniuria te ſubegit Syllane, Cõſulem deſignatum genus pœnæ nouum decernere.

Nam quis, pro quiſnam. Virgilius, Nam quis te iuuenum confidentiſſime, noſtras Iuſſit adire domos?

NANCISCOR nanciſceris, nactus ſum, nanciſci, Acquirere, Acquerir, Auoir, trouuer, Obtenir. Fit à nancio nancis, ſecundũ Priſcianum. Nanciſci (inquit Donatus) propriè dicitur qui paratus ad tenendum ante quàm poſſit reperire quod teneat: ſtatim quod occurrerit præhẽdit. Plaut. in Rud. 20.33, Vt nactus es abi bono animo: melius eſt te in neruũ corripere: tibi obtigit quod plurimi exoptant ſibi. Vaten a tout ce que tu as, ou a tout ce que tu as trouue, acqueſte, & prens en gre.

Nanciſci hoſpitium: Trouuer lieu pour loger. Plaut. in Menæh. 9.59, Aſſentabor quicquid dicet mulier, ſi poſſim hoſpitium nanciſci.

Nanciſci malum. Plaut. in Aſin. 7.59, Cupio nanciſci malum. Ie demande a trouuer malencõtre. Ie cerche malẽcõtre. Terent. in And. 5.6.3, More hominũ euenit, vt quod ſim nactus mali, prius reſciſceres tu, quàm ego, quod tibi euenit boni. Ce mal qui meſt aduenu. Idem in Phor. 3.3.10, Non triumpho ex nuptiis tuis, ſi nihil nanciſcor mali.

Nanciſci impudentiam. Plaut. in Bacchid. 2.52, AEdepol haud ætati optabile feciſti, quum iſtanc nactus es impudentiam.

Nanciſci piſces, prædam. Terẽt. in Adel. 3.3.52, Piſces ex ſententia nactus ſum, hi mihi ne corrũpantur, cautio eſt. Plaut. in Aſin. 7.5, Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis partiam.

Nacti ſunt hami. Plaut. in Rud. 23.45, Quod rete atque hami mei nacti ſunt, meũ potiſſimum eſt. Ce quilz ont peu tirer a ſoy.

Nanciſci valentiorem. Plaut. in Capt. 2.64, Proin ſi quis pugnam expetat, lites cõtrahat, valentiorem nactus aduerſariũ ſi erit, ego faciam vt pugnam inſpectet non bonam. Nactus ſum Venerem. Plaut. in Bacchid. 4.39, Ni nactus Venerem eſſem, hanc Iunonem dicerem. Nanciſci veſtimentũ. Terent. in Eunucho, 3.5.8, Vbi ſiem veſtitum hunc nactus. Nãciſci otium. Cic. Appio Pulchro, Plurib⁹ verbis ad te ſcribam, cum plus otii nactus ero. Nanciſci poteſtatem. Salluſt. Homines adoleſcentes ſummam poteſtatem nacti.

NANQVE, Coniunctio cauſalis, quæ ſecundo loco ponitur. Car.

Nanque, primo loco poſitũ. Certes. Terẽt. Nanq; eſt hæc anus à fratre egreſſa modo. Plaut. Pœn. 16.91, Ergo hic apud me hoſpitium tibi præbebitur. nanque haud repudio hoſpitiũ. Virg. Nanque erit ille mihi ſemper deus.

NANVS, nana, nanũ, teſte Gellio lib. 18, græcum vocabulum eſt, quo vocauerũt breui corpore hominẽ paululũ, ſupra terrã extãtẽ, quẽ latinè pomilionẽ dicim⁹. Vng nain, ou naintre.

Nanum, inquit Feſtus, Græci vas aquariũ dicũt humile & cõcauum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum. Vnde nani pomiliones appellantur. Hæc Feſtus.

Nanus, non ſolum de homine, ſed etiam de aliis rebus dicitur, teſte Perotto. Vnde etiã mala nana, quæ alio nomine melimella vocantur.

Nanium nanii ſunt qui dicant diminutiuũ eſſe fictũ à Comicis pro muliere parua, ſicut Glycerium & huiuſmodi. Plaut. in Amphit. 3.91, Etiam hiſtriones Nanio in proſcenio hic Iouem inuocauerunt.

NAPHTHA naphthæ, Genus veneni ex bitumine. Plin. lib. 2. cap. 105, Similis eſt naturæ naphtha, ita appellatur circa Babyloniã, & in Auſtagenis Parthiæ profluẽs, bituminis liquidi modo. huic magna cognatio igniũ, tranſiliũntque protinus in eam vndecunque viſam.

NAPVS napi, m.g. Genus rapæ quæ longior. Vng nauet ou naueau. Columella lib. 2, Napus deuexam terram amat, & ſiccam. Vide Plinium lib. 20. cap. 4.

Napunculus napunculi, diminutiuum. Vng petit naueau.

Napina napinæ, f.g. Vbi ſeminãtur napi. Vne nauetiere. Columella lib. 7, Napinę item rapinæ ſiccaneis locis per hos dies fiunt.

NARCISSVS narciſſi, Lilii genus. Vng oeuillet. Plin. lib. 21. cap. v, Sunt & purpurea lilia aliquando gemino caule, carnoſiore tantum radice, maioríſque bulbi, ſed vnius narciſſum vocant. Idem eodem libro, cap. 19, Narciſſi duo genera, in vſu medici recipiunt: vnũ purpureo flore, & alterum herbaceũ. hunc ſtomacho inutilem, & ideò vomitoriũ, aluos quoque ſoluentem, neruis inimicum, caputque grauantem. Et à νάρκη narciſſum dictum, nõ à fabuloſo puero. Vtriuſque radix, mulſei ſaporis eſt.

Narciſſinus narciſſina narciſſinũ, Quod factũ eſt è narciſſo. Vt narciſſinum oleũ. Plin. lib. 21. cap. 19, Ex hoc flore fit narciſſinũ oleum ad emolliendas duritias, calefacienda quæ alſerint.

NARCISSITES narciſſitæ, f.g. Gemmæ nomen. Plin. lib. 37. cap. x 1, Narciſſites venis etiam ederæ diſtinguitur. Colorem narciſſi habet.

NARDVS nardi, f.g. Frutex eſt (inquit Plinius lib. 12. cap. 12.) graui & craſſa radice, ſed breui, ac nigra, fragilique, quamuis pinguí, ſitum redolẽte vt cyperi, aſpero ſapore, folio paruo, denſóque. cacumina in ariſtas ſe ſpargũt, ideò gemina dote nardi ſpicas ac folia celebrãt. Tibullus, Illius puro diſtillent corpora nardo. Lauande ou aſpic.

Nardinus nardina nardinum, quod nardũ redolet. Plin. lib. 15. cap. 15, Pira ab odore myrrhapia, laurea, nardina.

Nardinum vnguentum, ex nardo factum. Plin. lib. 13. cap. 1, Nardinum ſiue foliatũ conſtat omphacio, balanino, iunco, coſto, nardo, amomo, myrrha, balſamo.

NARICA naricæ, authore Feſto, Genus eſt piſcis minuti. Plautus, Muriaticã video in vaſis ſtanneis, naricam bonã & canatam & taguma, quinas fartas conchas piſcinarias. Naticem (inquit Feſtus) piſcem leges apud antiquos per t, non per r, & videtur à natando dictus.

NARIS, huius naris, f.g. Nares propriè naſi latiores partes, in quibus ſunt ſpiracula, à naritate, inquit Donatus, quæ nos odoratu doceant præſto & propè eſſe quod adhuc oculi non vident. Les narines. Virgilius in georg. Collectúmque premẽs voluit ſub narib⁹ ignẽ. Plin. lib. x 1. cap. 17, Item omnium auriculæ ac nares quæ modicum eminent, flexili mollitia, naturæ prouidentia, ne frangerentur.

Feſtus, Nares appellari putant, quòd per ea naſi foramina odoris cuiuſque gnari ſimus. Melius dici à græco per inuerſionem literarum, vt Latinis conſuetum eſt. ῥῖνες nares, vt μορφὴ forma, & τέρμ tener, & multa huiuſmodi.

Naribus indulgere, Se mocquer daucun, & le brocarder. Perſi⁹, Rides ait, & nimis vncis Naribus indulges.

NARRO narras, narrare, Dicere, recitare, Narrer, racõter. Donatus, Narrare aliena & quæ nobis non ſunt neceſſaria, dicimus. Plaut. in Trucul. 3. 48, Quem infeſtum ac odioſum ſibi eſſe memorabat mala Babylonienſem militem, is nunc dicitur venturus peregré. Terent. in Eunucho, 5. 5. 28, Tu, iſti narrato omnem rem ordine vt factum ſiet. Idem in And. 3. 1. 8, Bonum ingenium narras adoleſcentis. Idem in Heaut. 2. 1. 10, Næ ille haud ſcit quàm mihi nũc ſurdo narret fabulam. Idem in Eunucho, 3. 5. 14, Narra iſtuc quæſo quid ſiet. Ibidem, 3. 2. 29, Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat, neque tibi obſtat. Plaut. in Pœn. 16. 64, Narra quid eſt? quid ait? Dis moy que ceſt.

Quid narras! admirãtis vox, nõ interrogãtis, inquit Donatus. Terent. in Adel. 4. 2. 19, Quid (malùm) bone vir mihi narras! equidem perii. Idem in Phor. Perſuaſit homini, factũ eſt. ventum eſt. vincimur. ducimur. D. quid narras! G. hoc quod audis.

Opinor narras. Terẽt. in And. 2. 2. 30, Num videntur conuenire hæc nuptiis? P. non opinor Daue. D. opinor narras? non rectè accipis, certa res eſt. Dis tu que tu le penſe? Idem in Heaut. 3. 2. 9, Rectè, equidem te demiror Chreme tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis. S. nihil narras? viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus.

Mulieres cõuenire volo veſtras. S. quas tu mulieres mihi narras, vbi muſca nulla fœmina eſt in ædibus? Plautus in Truculento 6. 29.

Narrat epiſtola. Plaut. in Pſeud. 15. 50, Sed vt occœpiſti, perge opera experirier, quid epiſtola iſta narret.

Narrare ſtomachum. Plin. epiſt. 194, Non rationem, ſed ſtomachum tibi narro. Ie te dis ce que iay ſur le cueur.

Narrauit vt. Plaut. in Amphit. 8. 111, Quis igitur illic narrauit mihi, illic vt fuerit prælium?

Narratio narrationis, f. g. Eſt rerũ geſtarum, aut perinde vt geſtarum, expoſitio. Vng recit.

Narratiuncula narratiunculæ, f.g. Parua narratio. Vng recit faict en brief. Quintil. Narratiũculas à poetis celebratas, notitiæ cauſſa, non eloquentiæ tractandas puto.

NARTHECIA nartheciæ, Genus ferulæ. Plin. lib. 13. cap. 22, Ferula calidis locis naſcitur, atque trans maria, geniculatis nodata ſcapis. Duo eius genera: Narthecan Græci vocãt, aſſurgentem in altitudinem: Narthecià verò ſemper humilem à genibus, exeuntia folia maxima, vt quæque terræ proxima. cætero natura eadem quæ anetho, & fructui ſimilis.

Narthecium narthecii, Pro repoſitorio medicamẽtorũ ponitur, etiam ſi ex alia materia fuerint facta: quòd id genus ligni accommodatum ſit ad ſeruãda medicamẽta. Cicero de fin. bon. Iam doloris medicamenta illa epicurea tanquam de narthecio, promant.

NASCOR naſceris, natus ſum, naſci, Naiſtre.

Natus ex. Plaut. in Amphit. 3.98, Natus Argus ex Argo patre. Idem in Epid. 12.5, Egóne oſculum huic dem? P. cur non, quæ ex te nata ſit? Terent. in Heaut. 5.4.7, Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque hoc natus es.

Natus ex ea familia. Terent. in Adelph. 3.1.10, Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.

Natus ſummo genere. Plaut. in Ciſtell. 2.19, Vbi iſtas videas ſummo genere natas, ſummates matronas, vt ſanctè amicitiam colunt. Natus humana matre. Plaut. in Amphit. 3.27, Etenim ille cuius huc iuſſu venio, Iuppiter, non minus quàm voſtrum quiuis, formidat malum, humana matre natus, humano patre.

Natus male volente genio. Plaut. in Bacchid. 14.4, Illepidus viuo, male volente genio natus.

Natus de. Plaut. in Capt. 6.27, Quo de genere natus eſt illic Philocrates? P. Polyplusio.

Natus Athenis. Plaut. in Rudente, 18.33, Quid ego ex te audio? T. hanc Athenis eſſe natam liberam. Idem in Pœnulo, 16.75, Chartagini ego ſum natus olim, vt ſis ſciens.

Natus ibidem. Plaut. in Pœnul. 14.80, Nam herus meus ibidem natus eſt.

Natus in Apulis. Plaut. in Milite, 10.53, Epheſi ſum natus, non enim in Apulis, non ſum in Vmbria.

Natus animo leni. Terẽt. in Hecyra, 2.2.23, Ego ſum animo leni natus: non poſſum aduorſari meis.

Natus cum virtutibus. Plaut. in Rud. 9.16, Cum iſtiuſmodi virtutibus operiſque natus qui ſit, eum ad carnuficem eſt æquius, quàm ad Venerem commeare.

Natus laudi. Cic. pro Sext. Qui ſe patriæ, qui ciuibus ſuis, qui laudi, qui gloriæ, non ſomno, non conuiuiis, non delectatione natos arbitrantur. Terent. in Adel. 4.2.7, Nequeo ſatis decernere: niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis.

Natus ad. Cic. pro Sext. Nam quid ageret vir ad dignitatem & gloriam natus? Idem de fin. bon. & mal. lib. v, Ergo hoc quidem apparet, nos ad agendum eſſe natos. Natus ingenio ad miſeriam. Terent. in Heaut. 3.1.12, At ego profecto ingenio egregiè ad miſeriam natus ſum, aut illud falſum quod vulgo audio dici, diem adimere ægritudinem hominibus.

Natus annos quinque. Plaut. in Mil. 10.35, Nam equidẽ haud ſum natus annos præter quinquaginta & quatuor. Ie nay pas plus de cinquante & quatre ans. Terent. in Eunucho, 3.3.20, Verum ſi ea viuit, annos nata eſt ſedecim. Ibidem, 4.4.26, At ille alter venit annos natus ſedecim. Cic. de Senect. 13, Mortuus eſt (cum ego quidem quinque & quinquaginta annos natus, legem Voconiã voce magna & bonis lateribus ſuaſiſſem) annos ſexaginta natus, tot enim vixit Ennius.

Naſci diſſidia. Cic. de Amicitia, 33, Magna etiã diſſidia, & plerunque iuſta naſci. Natũ facinus. Plaut. in Milit. 6.10, Neſcis tu fortaſſe apud nos facinus quod natum eſt nouum. Idem in Bacchid. 4.41, AEdepol Mneſiloche, vt rem hãc natam eſſe intelligo, quod ames paratũ eſt. Terent. in Adel. 5.3.19, Nunc demum iſtæc nata oratio eſt. Ce neſt que de maintenant quæ ce prouerbe a eſte trouue.

Natus nati, m.g. Vng filz. Virg. Nate patris ſummi, qui tela Typhoea temnis. Natorũ appellatio, inquit Modeſtinus, ad nepotes extenditur.

Natus aliquando aſſumit g, & dicimus gnatus.

Nata natæ, Vne fille.

Natus, genitiuo natus, in ablatiuo tantum legitur. Terẽt. in Adel. 5.4.27, Id mea minimè refert, qui ſum natu maximus. Cic. in Catil. Quanquam eum colere cœpi, non admodũ grãdem natu, ſed tamen iam ætate prouectum.

Grauior natu animus. Terẽt. in Heaut. 4.1.32, Nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidii.

Natio nationis, f.g. Eſt authore Feſto, genus hominum qui non aliunde venerunt, ſed ibi nati ſunt. Plaut. in Menæch. 7.33, Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominũ, voluptuarii, atq; potatores maximi. Idem in Capt. 13.118, Sed Stalagnus, cuius erat tunc nationis, cũ hinc abiit? AE. cuius & nunc.

Natio candidatorũ. C. pro L. Murena, Quid ſi illa officioſiſſima, quæ neminen patitur non honeſtè in vrbem introire, tota natio candidatorũ? Idem pro P. Seſtio, Nimirũ hoc illud eſt quod de me potiſſimũ in accuſatione quæſiſti, quæ eſſet noſtra natio optimatium.

In pecoribus quoque, inquit Feſtus, bonus prouentus, bona natio dicitur. Vne bonne race.

Natalis, m.g. Vel natale, n.g. & hoc natalitiũ, ſumitur pro die quo quis natus eſt. Cic. Attico, lib. 7, Sed de Formiano Tarracinã pridie cal. Ianuarias. inde Pontinũ ſumã. inde Albanum Põpeii. ita ad vrbem, III. nonas natali meo. Virg. Meus eſt natalis Iola. Plin. Dum natales ſuos celebraret. Cic. Attico, lib. x 1, Hæc ad te die natali meo ſcripſi, quo vtinam ſuſceptus non eſſem, aut ne quid ex eadem matre poſtea natum eſſet.

Natalis & hoc natale, Idem. Plaut. in Curcul. 14.55, Prò Iuppiter, hic eſt quẽ ego tibi miſi natali die: tam facile noui, quàm me. Idem in Pſeud. 4.32, Nam mihi hodie natalis dies eſt, decet eũ omnes vos concelebrare. Il eſt auiourdhuy le iour de ma natiuite. Terent. in Phor. 1.1.14, Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies, vbi initiabũt, omne hoc mater auferet.

Natalis, de rebus inanimatis etiam dicitur, pro naſcens. Plin. lib. 37, Similis eſt huic quidem Arabicus, minor tantum ſimiliter & naſcẽs, cæteris pallor gentis, & in auro non niſi excellentiſſimo natalis. Cic. Philipp. ſecunda, Dat natalitia in hortis.

Natales natalium, Pluraliter tantum, ſignificant cõditionem ſanguinis ac familiæ, vt generoſi natales, natales obſcuri. Cor. Tacitus, Aderat Cornelius Fuſcus, vigens ætate, claris natalibus. Plin. epiſt. 171, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua. De noble lignee.

Natales pro ignobilitate & ſordibus generis poſuit Plinius in epiſtola ad Meſſium, Nonnunquam candidatus aut natales competitoris, aut annos, aut etiam mores arguebat.

Natales pro celebritate diei ſumpſit Iuuenalis, Palmã inter dominas virtus natalibus æquat. Id eſt non aliter à victoria exhilaratur, quàm dies natales celebrantur.

Natiuus natiua natiuum, in quo aliquid naſcitur. Plin. lib. 31, Sunt & montes natiui ſalis.

Natiuus, Qui natus eſt, Paſſiuæ ſignificationis. Gellius, Propterea obliteratis & abolitis natiuæ pietatis.

Natiuus color dicitur naturalis, quæ nulla arte, ſed natura producitur, modo in albedinẽ tendens, modo in nigredinem, non tamen perfectè, vt albus vel niger. Du gris.

Natiuitas natiuitatis, f.g. Ortus, Natiuite.

Natalitius natalitia natalitium. Natalitius dies, Le iour de la natiuite daucun.

Natura naturæ, dicta eſt, quòd naſci aliquid faciat. Eſt deus. Plinius vbique naturam parentem rerum, opificémque appellat.

Natura, pro genitalibus aliquando accipitur. Plinius, Si quadrupedes fœtum non admittãt, vrtica naturam fricandam monſtrat.

Natura nihil aliud eſt quàm quod intelligitur in ſuo genere aliquid eſſe.

Natura rerum. Cic. de Amicitia, 22, Quod ſi exemeris de natura rerum beneuolentiæ cõiunctionem, nec domus vlla, nec vrbs ſtare poterit.

Natura mundi. Cic. de Amicitia, 74, Si quis cælum aſcendiſſet, naturámque mũdi, & pulchritudinem, inſuauem illam admirationem ei fore.

Natura nihil ſolitarium amat, ſempérque ad aliquid, tãquam adminiculum annittitur. Cice. de Amicitia, 74. Bona natura. Terent. in Eunucho, 2.3.24, Siqua habitior paulo, pugilẽ eſſe aiunt, deducunt cibum, tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas.

Natura & mores Cic. de Amicitia, 27, Si aliquem nacti ſumus cuius cum moribus & natura congruamus.

Naturæ ſatiſſacere, Mori. Cicero pro Aulo Cluentio, Vos auditis de eo, in quem iudices nõ eſtis, de eo quem non videtis, de eo quem odiſſe tum non poteſtis, de eo qui & naturæ, & legibus ſatiſſecit, quem leges exilio, naturæ morte multauit.

Natura inſitum. Cic. pro P. Scylla, Hoc natura eſt inſitum, vt quem timueris, quicum de vita fortuníſque contenderis, cuius ex inſidiis euaſeris, hunc ſemper oderis.

Naturæ cedere, Mori. Salluſt. de repub. ordinanda, Vbi anima naturæ ceſſit, demptis obtrectatoribus, ipſa ſe virtus, magis magíſque extollit. Idem in Iugurtha, Pater, vti neceſſe erat, naturæ conceſſit.

Natura, Vis. Vnde arborum atque herbarum naturas dicimus. La force & vertu. Natura loci, Ceſt le terroy. Cic. pro lege Agraria, Carthaginenſes fraudulenti & mendaces non genere, ſed natura loci, quòd propter portus ſuos, multis & variis mercatorum ſermonibus, ad ſtudium fallendi, ſtudio quæſtus vocabantur.

Natura, Mos, Maniere, Facon de faire. Virg. Nunc age, naturas apibus, quas Iuppiter ipſe Addidit, expediam.

Vt fert natura. Terent. in And. Paulum intereſſe cenſes ex animo omnia vt fert natura

facias, an de induſtria? Donatus, Figura ἐπιξήγησις, nam quid eſt ex animo, niſi vt fert natura? Et paulò pòſt, Vt fert natura, hoc eſt naturalis & ingenita actio.

Præter naturam. Terent. in Adel. 5. 5. 4, Iam nunc hæc tria primum addidi præter naturam. Donatus, Præter naturam plus dicit, quàm ſi diceret præter conſuetudinem.

Naturalis & hoc naturale, Quod ſecundũ naturam eſt. Vnde naturales filii dicũtur legitimi, qui ſola natura coniugali lege ſint orti, non ex concubina. Suet. in Tib. Filiorum neque naturalem Druſum neque adoptiuum Germanicum, patria charitate dilexit.

Naturalia, Plurali tantum numero, dicuntur pudenda. Columella, Si equa marem non patitur, detrita ſcylla, naturalia eius linuntur, quæ res accẽdit libidinem. Idem lib. 9, de pullicenis, Plumulæ ſub cauda clunibus detrahẽdæ, ne ſtercore coinquinatæ dureſcãt, & naturalia præcludant.

Naturaliter, aduerbium, Naturellemẽt, de nature. Cic. de Senect. 24, Quod enim homini naturaliter inſitum eſt, eo vti decet: & quicquid agas, agere pro viribus.

NASITERNA naſiternæ, Vas aquarium anſatum & patens, inquit Nonius. Varro de re ruſtica, lib. 1, Vt ex ære ahena, vrſeos, naſiternam faceret.

NASSA naſſæ, inquit Feſtus, eſt piſcatorii vaſis genus, quò cum intrauit piſcis, exire non poteſt. Vne naſſe. Plaut. Nunquam hercle ex iſta naſſa hodie ego eſcam petam.

NASTVRTIVM naſturtii, n. g. Herba hortẽſis. Du creſſon. Plin. li. 20. ca. 13, Ecõtrario naſturtiũ Venerẽ inhibet, animũ exacuit. Vt diximus duo eius genera. Albũ purgat, detrahit bilem potũ in aqua x denariorũ pondo. Cũ lomẽto ſtrumis illitũ opertúmque braſſica præclarè medetur. Alterum eſt nigrum, quod capitis vitia purgat, viſum clarificat. Cõmotas mẽtes ſedat ex aceto ſumptum. Prodeſt & contra ſuſpiria & tuſſim cum origano & vino dulci.

Naſturtiũ, à nariũ tormẽto nomen accepiſſe docet Plinius lib. 19. cap. 8, his verbis, Naſturtiũ nomen accepit à nariũ tormento. Et inde vigoris ſignificatio prouerbio id vocabulũ vſurpauit, veluti torporem excitantis. In Arabia miræ amplitudinis dicitur gigni. Varro in Vopiſco, Naſturtium nónne vides ideò dici, quòd naſum torqueat?

NASVS naſi, m. g. Dicitur ea pars capitis, quæ à ſuperciliorũ cõfinio oriens, & quaſi æquali porrecta iugo, vtrãque aciem ſimul & diſcernit & munit. Le nes.

Naſus, pro acrimonia & dicacitate aliquando accipitur. Vng brocard. Plin. lib. x i. cap. 37, Et altior homini tantum quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus.

Naſo ſuſpendere, Vafrè ac ſubolè irridere. Horat. in Serm. Naſo ſuſpendis adunco. Idem alibi, Balatro ſuſpendens omnia naſo. Perſius de Horatio, Qui vafrè tectéque rideat, Callidus exterſo populum ſuſpendere naſo. Idem alibi, Diſce, ſed ira cadat naſo, rugoſáque ſania.

Naſum habere, Venuſta quadam & ſubdola irriſione alium deridere. Mart. Nõ cuique datum eſt habere naſum. Id eſt acrimoniam ad deridendũ, & dicacitatem. Idem, Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Naſutus naſuta naſutum, Qui doctè nouit alios irridere. Brocardeur. Mart. Naſutus ſis vſque licet, ſis denique naſus.

Naſutius comparatiuum formauit Martialis, dicens, Nil naſutius hac, maligniúſque eſt.

Naſutulus naſutula naſutulum, diminutiuũ. Apul. Naſutula mulier atque dicacula.

NATALES, Vide NASCOR.

NATES natis, pluraliter hæ nates. Les feſſes. Cõglobata in nates caro, ſedendi officio aptiſſima. À nitendo dictæ, vt vult Perottus: quòd ibi ſit caro firmior quàm in cæteris membris, ne præmente corporis molle, oſſibus cogatur. Horat. in Serm. Diffiſſa nate ficus.

NATINATIO, inquit Feſtus, dicebatur negotiatio. Et natinatores ex eo ſeditioſi.

NATO natas, natare, Frequentatiuũ à No nas, Proprium eſt piſcium. Nager.

Natare, Per tranſlationem, vltra ire. Columella lib. 3, Alioqui etiam nouellam vineã ex refectione natam viri, inutilem habebis, prima parte terræ natantibus radicibus.

Natare, Trepidare. Ouid. lib. 6. Faſt. Nox erat, & viris oculíque animíque natabant.

Natatus natatus natatui, m. g. Ipſe natãdi actus. Claud. lib. 3, Luc⁹ erat propè flumen Atim, quod candida præfert Sæpe mari, pulchróque ſecat Galathea natatu.

Natatilis & hoc natatile, Qui natat, vel natare poteſt.

Natinabulum natinabuli, Ab Apuleio dicitur locus natationis.

NATRIX natricis, gen. maſc. & fœm. Genus ſerpentis. À nando, quòd in aqua quoque venenum ſpargit. Priſcianus, lib. v, Natrix cum ſpeciem anguis ſignificat, maſculinum quoque

inuenitur. Cic. Qui omnia noſtri cauſſa cum faceret, tantam vim natricum viperarúmque &c. Lucanus, Et natrix violator aquæ.

Natrix herba eſt, de qua Plinius lib. 27. cap. 12, Natrix vocatur herba, cuius radix euulſa virus hirci redolet. Hac in Piceno à fœminis abigunt, quos mira perſuaſione, fatuos vocant.

NATVRA, Vide NASCOR.

NAVALE, Vide NAVIS.

NAVCI, n. g. indeclinabile. Feſtus Põpeius ait nauci ſignificare nucis putamen, aut oleæ nucleũ, aut eã mẽbranulam quæ viſitur in medio nucis iuglandis interſita. denique rei cuiuſvis putamen, quod Græci περίψημα, nauci vocari, exiſtimat.

Nauci, pro nihili ponitur. Plaut. in Moſtell. 15. 1, Qui homo timidus erit in dubiis rebus, is nauci non erit. Idem in Trucul. 11. 50, Hominem non nauci.

Naucifacio naucifacis, naucifacere, Nihili facere, Rien neſtimer. Plaut. in Bacch. 22. 16, Perii, hoc ſeruom meum non naucifacere eſſe auſum?

NAVFRAGIVM, vide NAVIS.

NAVIA nauiæ, Lignum cauatum vt nauis, quo in vindemiis vti ſolent, inquit Feſtus.

NAVIS, huius nauis, f. g. Vne nauire. À græco ναῦς. Plaut. in Menæh. 9. 46, Perii miſera, quã tu nunc mihi nauem narras? MEN. ligneam, ſæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo.

Nauis bonorum. Cic. Cornificio, Vna nauis eſt iam bonorũ omnium, quam quidem nos damus operam vt rectam teneamus, vtinã proſpero curſu. ſed quicunque venti erunt, ars noſtra certè non aberit.

Nauicula nauiculæ, diminutiuum, Vne petite nauire.

Nauicella nauicellæ, Diminutiuum à nauicula.

Naualis & hoc nauale, Quod ad naues pertinet, Vt bellum nauale, Guerre ſur mer.

Naualis corona, qua donari ſolebat, qui primus in hoſtium nauem armatus tranſiliſſet.

Nauale naualis, n. g. Locus in quo ſtant, vel fieri ſolẽt naues. Virg. Diripiúntq; rates alii naualibus iræ. Ouid. lib. 3. Metamorph. Haud aliter quàm ſi ſiccum nauale tenerent.

Nauarchus nauarchi, m. g. Nauis princeps, qui in naui nautis imperat, quæcunque ad faciendã nauigationem. Le pilot. Cice. in Verrem, Sumptum omnem in claſſem frumento, ſtipendio, cæteríſque rebus nauarcho ſuo quæque ciuitas ſemper dare ſolebat.

Nauarchis nauarchidis, f. g. Nauis prætoria, in qua eſt prætor.

Nauclerus naucleri, Qui nauem regit, latinè nauiculari? dicitur. Le patron dune nauire. Plaut. in Milit. 15. 16, Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis nauclerus dixit qui illas aduexit, mihi.

Naucleríus naucleria nauclerium, Quod ad nauclerũ pertinet. Plaut. in Aſin. Volo mei patris me ſimilem, qui cauſſa mea nauclerio ipſe ornatu per fallaciam, quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.

Naucleriacus naucleriaca naucleriacũ, Idem. Plaut. in Milite, Facito vt venias huc ornatu naucleriaco.

Naumachia naumachiæ, Nauale bellum, ſeu naualis pugna.

Naumachia, Locus vbi fit pugna. Suet. in Tib. Semel triremi vſq; ad proximos naumachiæ ortos ſubuectus eſt.

Naumachiarius naumachiarii, Qui prælium nauale committit. Suet. in Claud. Proclamantibus naumachiariis. Hi etiam epibatæ dicuntur græca voce.

Nauigium nauigii, Nauis ductio, quod & nauagium dicitur.

Nauigium, omne genus nauis quo nauigamus appellatur. Columella, Ianq; qui ędificare volunt, fabros & architectos aduocent: qui nauigia mari cõcedere, gubernãdi peritos. Plin. lib. 32. cap. 1, Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia.

Nauiger nauigeri, Qui nauem ducit.

Nauiger nauigera nauigerum. Plin. lib. 9. cap. 30, Nauigeram ſimilitudinem & aliam in Propontide viſam ſibi prodidit Mutianus.

Nauigo nauigas, nauigare, Naui iter facere. Nauiger. Cic. Attico, lib. v, Negotium magnum eſt nauigare, atque id menſe Quintili.

Nauigare mare. Virg. Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor.

Nauigare in portu, Eſt à periculo abeſſe. Eſtre hors des dangiers. Propterea quòd qui mediis adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorũ & æſtus arbitrio nauigant. Terent. in And. Huius periculo fit, ego in portu nauigo.

Nauigatur occidens. Plin. lib. 2. cap. 67, à Gadibus, columníque Herculis, Hiſpaniæ & Galliarum circuitu totus hodie nauigatur occidens. Septentrionalis verò Oceanus maiore ex parte nauigatus eſt.

Nauigatio nauigationis, f. g. Nauigation.

Nauta nautæ, cõm. g. vel nauíta nauitæ, Qui ſe in naui agẽda exercet, & quicunque in naui eſt, nauis ducendæ gratia. Vng maronnier. Terent. in Phor. 4. 1. 10, Saluas audiui ex nauta qui illas vexerat. Plaut. in Menæh. 7. 1, Nulla eſt voluptas nauitis maior meo animo, quàm cũ illi ex alto procul terram conſpiciunt.

Nauigabilis & hoc nauigabile, Quod poteſt nauigari. Plin. epiſt. 210. 2, Adiacet & nauigabile ſtagnum, quod in modum fluminis æſtuarium emergit.

Nauticus nautici, Qui nauem gubernat. Plin. lib. 9, Quod vbi videre nautici, ſtatim pluribus anchoris nauigia infrenant.

Nauticus nautica nauticũ, Quod eſt nautarum. Virg. lib. 3, Nauticus egreditur vario certamine clamor.

Nauiculor nauicularis, nauiculari, Otioſa nauicula vehi. Martialis, Piger lucrino nauiculatur in ſtagno.

Nauicularius nauicularii, m. g. Vng gouuerneur & patron dune nauire. Cicero Tironi, Mare magnum & difficile tibi reſtat: Si poteris cum Meſcinio, cautè is ſolet nauigare. Si minus, cũ honeſto aliquo homine, cuius authoritate nauicularius moueatur. Idem in Verrem, act. 7, Malo inquam te, iſti generi hominum, quàm mercatoribus & nauicularíis inimicum atque infeſtum putari.

Nauiculator nauiculatoris, Idem. Cic. pro lege Manilia, Maiores veſtri ſæpe mercatoribus ac nauiculatoribus iniurioſius tractatis, bella geſſerunt.

Nauicularia nauicularíæ, Lart de gouuerner nauire.

Nauicularíam facere, Se mettre a gouuerner nauire. Cic. in Verrẽ, act. 7, Quid eos loqui qui videbant, quid exiſtimare eos qui audebant, arbitrabare? inanem te nauem eſſe in Italiam ducturũ? nauicularíam te, cum Romam veníſſes, eſſe facturum?

Naufragus naufragi, Qui naui fracta, bona amiſit. Propertius, Tetra venena bibens, & naufragus ebibat vndas.

Naufragus patrimonio, Qui a tout deſpendu ſon patrimoine. Cic. pro P. Sylla, Sed vt aliquis patrimonio naufragus, inimicus otii, bonorum hoſtis, aliter indicata hæc eſſe diceret.

Naufragium naufragii, Nauis fractio.

Naulũ nauli, Pretium quod ſoluitur pro vectura in naui. Iuuenalis, Furor eſt, poſt omnia perdere naulum. Le ſalaire du baſtelier pour auoir paſſe leaue.

NAVO nauas, nauare, Studioſè implere, dare, conferre, cum effectu demonſtrare, id eſt adiumento eſſe, Aider, dõner ſecours. Tractum verbũ à nautis cum ſunt auxilio aliis in gubernãdis nauib⁹. naues enim cũ ex naualib⁹ in mare deducũtur, maximo hominũ auxilio indigẽt.

Nauare beneuolentíam. Cic. Appio Pulchro, Illud pugna & enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: vt cum tibi hic ſatiſfecerímus, iſtic quoque noſtram in te beneuolẽtiam nauare poſſimus.

Nauare operam, Faire plaiſir ou ſeruice. Cic. lib. 2. de Orat. Iam mihi videor nauaſſe operã, quòd huc venerim.

Nauare operam alicui. Cic. de Aruſpicũ reſpõſis, Cum is publicanorũ cauſſam ſtultiſſimis interrogationib⁹ impediret, & P. Tullioni Syro nauaret operam. Il luy aidoit, ſecouroit.

Nauare opus. Cic. Attico, lib. 9, Vtínam aliquod opus in hac míſeria reip. πολιτικὸν opus efficere & nauare mihi liceat.

Nauus naua nauum, Celer ac ſtrenuus, inquit Feſtus, à nauium velocitate videtur dict⁹. Ennius lib. v 1, Nauus repertus homo, graio patre, graius homo rerum.

Nauiter aduerbium, Strenuè & diligenter, Vaillãment & diligemment. Terent. in Eunucho, 1. 1. 6, Verum ſi incipies, neque perficies nauiter : atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet, infecta pace vltrò ad eam venies.

NAVPLIVM nauplii, n. g. Piſcis, de quo Plinius lib. 9. cap. 30, Concham eſſe acatii modo carinatam inflexa puppe, prora roſtrata, in hac condi nauplium animal ſepiæ ſimile, ludendi ſocietate ſola.

NAVSCIT, inquit Feſtus, cum granum fabæ ſe naſcendi gratia aperit, quod fit non diſſimile nauis formæ.

NAVSEA nauſeæ, fœmin.gen. Appetit de vomir. Stomachi ad vomitum ex graui odore perturbatio. À naui deductũ nomen, ex cuius ſentina mouetur vomitus. Plin.lib.21.cap.19, In febre per ſe, vel cum aceto ad ſomnos, nauſeas. Plaut.in Merc.7.49, Neſcio quî animus dolet. D. nauſea ædepol factum arbitror.

Nauſeoſus nauſeoſa nauſeoſum, Quod nauſeã inducit. Plin. Radice craſſa, madida, nauſeoſa.

Nauſeo nauſeas, nauſeare, Auoir mal au cueur, & fain de vomir. Nauſeam habere, & vomitu infeſtari. Plaut.in Amphit.4.175, Laſſus ſum hercle è naui vt vectus huc ſum, etiam nunc nauſeo. Cic.Fabio Gallo, Vidit me nauſeantem, non modo mittendi cauſſam habuiſti, ſed etiam viſendi.

NAVSTIBVLVM nauſtibuli, n.g. Alueum ad nauis ſimilitudinem factum.

NAVTEA, nauteæ, f.g. Herba granis nigris, inquit Feſtus, qua vtuntur coriarii. À naue ductum nomẽ, quia ναυτέαν facit per mutationem t in s. Nonius, Nautea eſt aqua de coriis, vel, quod eſt verius, aqua de ſentina. dicta à nautis. Plaut.in Curcul.3.5, Nam omniũ odor vnguentûm præ tuo naucea eſt. Idem in Aſin.16.44, Nauceã bibere malim ſi neceſſum eſt, quàm illam oſcularier.

NE

NE, aduerbium prohibendi, Idem ſignificat quod non. Secundis perſonis ſubiunctiuorũ aliquando iungitur. Plaut.in Milit.21.1, Ne me moneatis, memini ego officiũ meum. Idem in Epid.3.42, Meam domũ tu ne imbites. Terẽt.in Adelph.5.8.20, Age, da veniam. AE. ne grauare. Idem, Ego quoque vnà pereo, quod mihi charius eſt, ne iſtuc tam iniquo patiare animo. Plin.ad Suet. Aut ſi tutius putas illud, cautiſſimi cuiuſque præceptũ, quod dubites, ne feceris, idipſũ reſcribe. Terẽt. Hic nebulo magnus eſt, ne metuas. Idem in And. 1.5.56, Te obteſtor, ne abs te hãc ſegreges. Idem in Eunucho, Si certum eſt facere, facias, verùm ne poſtea conferas culpam in me. Idem, Hoc modo te obſecro, vt ne credas à me allegatum hunc ſenem.

Secundis perſonis imperatiuorũ aliquando iungitur. Plaut.in Perſa, 17.5, Ne doce. Idem in Merc.19.50, Præter ſpem ſaluæ ſumus. ne dubita, apud me ea eſt. Ibidẽ, 20.14, Ne fle. Idem in Perſa, 15.21, Abi, ne iura, ſatis credo. Terent.in And.2.3.10. Nunquã faciam. D. ne nega. Idem in Heaut.5.5.8, Age quæſo, ne tam obfirma te. Idẽ in And.5.2.27, Ah ne ſæui tantopere. Ne ſoies point ſi furieulx. Plinius, Craſtino die oriente ſole in aciẽ redite, erit pugnãdi copia, ne timete. Donatus, Ne imperatiuo magis, quàm coniũctiuo adiungitur.

Optatiuo aliquando iungitur. Cic. Sed ne viuam, ſi tibi cõcedo. Terẽt.in Phor.1.3.5, Quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mentem incidiſſet.

Ne abeo. Plaut.in Moſtell.8.30, Quò nũc te agis? TR. Ne quoquam abeo. Idem alio loco, Ne vult.

Ita, ne. Terẽt.in Heaut.4.5.35, Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas. Fais tellemẽt ton tripotage, que tu ne my meſles point.

Ego tibi daturus nihil ſum ne tu fruſtra ſis, Affin que tu ne tabuſes. Plaut.in Rud. 27.29. Terent.in And.4.2.23, Dies hic mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.

Ego id agam mihi quî ne detur. Terent.in And.2.1.37. Ibidem, 2.2.12, Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas.

Ne, cauſalis. Plaut.in Caſina, 22.14, Forem obdo, ne ſenex me opprimeret. Affin que il ne. Terent.in And.1.5.65, Verbum vnum caue de nuptiis, ne ad morbum hoc etiam. Virg. Neu recipi portis, aut duci in mœnia poſſit.

Vide ne. Terẽt.in Eunu.5.5.23, Vide Parmeno quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas.

Vt ne. Terent.in And. Nunc te per amicitiam & per amorem obſecro, principio vt ne ducas. Ibidem, 5.3.28, Hoc modo te obſecro, vt ne credas à me allegatũ hunc ſenem. Idem in Eunucho, Id vt ne fiat, hæc res ſola eſt remedio. Idem in Phor. Amicos aduocabo ad hãc rem qui adſient, vt ne imparatus ſim cum aduenias Phormio. Græci dicunt ἵνα μὴ, inquit Donatus.

Vt ne addam, quòd ſine ſumptu ingenuã, liberalem nactus es. Sans que plus oultre ie die que &c. Terent.in Phormione.

Ne dici quidem opus eſt quanta dimicatione ciuium. Cic. Pro neque, coniunctio copulatiua.

Ne quidem. Cic. Attico, lib.VI, Igitur meo decreto ſoluta res: Scaptio ſtatim: quàm decretũ

ſit, tu iudicabis. ne ad Catonem quidem prouocabo. Idem de Amicitia, 85. Nunquã illum ne minima quidem re offendi. Ibidẽ, 80, In qua, niſi vt dicitur, apertum pectus videas, tuúmque oſtẽdas, nihil fidum, nihil exploratũ habeas, ne amare quidem, aut amari poſſis, cum id quàm verè fiat, ignores. Ibidẽ, 30, Quid erat Aphricanus indigens mei? minimè hercle: at ne ego quidem illius. Ibidem, 77, Quî fieri poterit, ſi ne in vno quidem quoque vnus animus erit, idémque ſemper, ſed varius, cõmutabilis, multiplex? Ibidem, 37, Igitur ne ſuſpicari quidem poſſumus, quenquã horum ab amico quippiam contendiſſe.

Ne nunc quidem. Terent. in Eunucho, 1.1.1, Quid igitur faciã? non eam, ne nunc quidem cum accerſor vltró.

Ne id quidem. Terent. in Eunucho, Quid virgo cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. P. vbi habitat? CH. ne id quidem. Ne cela auſſi.

Ne hoc quidem tacebit Parmeno. Terent. in Eunucho.

Ne tantillũ quidem cõmotus eſt, Il ne ſeſt tant ſoit peu eſmeu, Cicero ea forma dixit qua Terentius, Huius non faciam, vt inquit Donatus. Idem Cicero Attico, lib. v, Interea è Cappadocia, ne pilum quidem. Point vng cheueulx.

Ne ita, vt. Cic. de Amicitia, 39, Ne exiſtiment ita ſe alligatos vt ab amicitia in magna re aliqua in remp. peccantibus non diſcedant.

Ne plura, ſupple dicam, vel dictum ſit, prout ſenſus poſcit. Cice. Caio Memmio, Si peccat, magis ineptiis, quàm improbitate peccat. ſed ne plura. Il ſouffit. Ceſt aſſes dict.

Ne multa. Idem. Cic. pro Cluentio, Ne multa: perquiritur à coactoribus, inuenitur ea ſerrula ad Stratorem peruenìſſe. Idem Attico, Ne multa, nihil me in illo itinere præter cõſcientiam meam delectauit. Affin que ie te le face court, Brief, En brief. Idem in Verrem, Ne multa, locuturũ ſe eſſe cõfirmat. Ibidẽ, Ne multa, ſeſtertia decem me, inquit, dixi daturũ. Ibidem, Vndique reclamatur. ne multa, iterum iſte aliquanto pòſt ad illos venit. Ibidem, Ne multa, iudices: libertate quam vos ſociis dediſtis, hac ille in acerbiſſimo ſupplicio miſerimæ ſeruitutis abuſus eſt. Idem, Ne multa, Ipſum dicere adoleſcentem audiſtis. Idem, Ne multa, iudices iis cõtumeliis ſcitote Quintum Lollium coactum ad Apronii leges, conditionéſque veniſſe.

Ne multis. Cic. pro Cluentio, Ne multis, Diogenes emitur.

Ne l ngum ſit. Cic. pro Cluentio, Et ne longum ſit, Omnium vicinorum ſummam eſſe in hunc beneuolentiam confirmamus.

Ne longum faciam inquit Horatius.

Ne viuam, ne valeam, ne ſim ſaluus, Modi ſunt dicendi, cum quid aſſeuerare, & veluti quibuſdam precibus deuouere, aut ſacramento aliquo obteſtari contendimus. Cic. Attico, Ne ſim ſaluus, ſi aliter ſcribo ac ſentio. Eidem, Quid poteris inquis pro iis dicere, ne viuam ſi ſcio? Idem Caio, Fabio Gallo, ſed ne viuã ſi tibi concedo, vt eius rei tu cupidior ſis quàm ego ſim.

Ne, dubitatiua coniunctio, indicatiuis iuncta. Terent. in And. 4.5.6, Éſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Neſt ce point cy, &c. Virg. Iuſtitiáne prius mirer, belline laborum?

Ne, an non. Plaut. in Epid. 11.11, Éſtne, an nõ? I eſt il, ou ſil ny eſt pas? Idem in Mil. 8.7, Éſtne herilis filia, an non eſt? Terent. in Heaut. 2.4.25, Adeóne Cliniam, an non?

Ciuémne? Terent. in Eunucho, Puellam domo quidam mercator dedit ex Attica hinc abreptam. P. ciuémne? T. arbitror. Eſt elle citoienne?

Viſe, redieritne iam, an nondum, domum. Terent. in Phor. 2.4.5.

Nec quid agam, certũ eſt, Pamphilúmne adiutem, an auſcultem ſeni. Terent. in And. 1.3.4.

Ne, nécne. Plaut. in Capt. 12.55, Emitteréſne, nécne manu?

Néve hoc, néve illud. Cic. Lẽtulo. Peto à te, ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras. Idem de Orat. Vt néve aſper eorum concurſus, néve hiulcus ſit. Ibidem, Néve aſperè cõcurrãt, néve vaſtius deducantur.

Ne dicam. Terent. in Adel. 3.3.21, Eſt inepta ratio, ne dicam dolo, atque abſurda.

Ne, adiunctiuum. Mart. Lex hæc carminibus data eſt iocoſis, ne poſſint, niſi pruriãt, iuuare.

Ne, Rationalis, pro ergo. Virg. Méne incepto deſiſtere victam?

Ne nihil. Cic. Ne amicis nihil tribuamus, epulamur. Id eſt etiam, vt aliquid tribuamus.

Ne, aduerbium percontantis, vt inquit Donatus. Terẽt. in And. 4.3.1, Nihílne eſſe propriũ cuiquam? di veſtram fidem!

Egóne? P. tu ergo. Moy? Ouy vrayement toy. Terentius. Datúrne illa hodie Pamphilo

nuptum? Terentius. Et puis ne ſera elle pas dõner en mariage au iourdhuy a Pamphilus.

Ne diminutiuã vim habet, & pro ſaltem ponitur. Salluſt. Secundæ res ſapientum animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriæ temperent.

Ne ſuperfluit aliquando in oratione. Horat. in Ser. Nemõ' vt auarus ſe probet?

NEBVLA nebulæ, Vapor è terra atque aquis ſurgens, quę ſiue ſtatim euaneſcit, ſiue in altũ ſublata conuertitur in nubem. Plin. lib. 2. cap. 60, Nebulam nec æſtate nec maximo frigore exiſtere.

Quaſi per nebulam audire. Plaut. in Capt. 19. 26, Nunc ædepol demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam, AEgionem meum patrem vocarier.

Nebulo nebulonis, vt inquit Donatus, Fur, quòd nebulas obiiciat: vel mollis, vt nebula eſt: vel inanis & vanus, vt nebula eſt. Terent. in Eunucho, 2. 2. 38, Nebulonem hunc certum eſt ludere. Ibidem, Sanè quòd tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Lucilius, Nugator quidam ac nebulo ſit maximus multo.

NEC, Diſiunctiua coniunctio. Cic. de Amicitia, 5, Nec enim melior vir fuit Aphricano quiſquam, nec clarior. Ne meilleur, ne &c. Feſtus, Nec cõiunctionem Grãmatici ferè dicũt eſſe diſiunctiuam, vt nec legit, nec ſcribit: cum ſi diligentius inſpiciatur, vt fecit Aſinius Capito, intelligi poſſit eam poſitam eſſe ab antiquis, pro non. & vt in XII, eſt. aſter, cuſtos nec ſit.

Nec opinata bona dixit Cicero in off. & Liuius, Nec opinato, pro inopinato.

Nec, Non. Terent. in And. 4. 4. 45, Audiui iam omnia. D. ah, nec tu omnia. Cic. lib. 3. de legibus, Senatori qui nec aderit, aut cauſſa, aut culpa eſto.

Nec opinanti, non opinanti. Terent. in Hecyra, 3. 3. 2, Nequeo mearum rerũ initium vllum inuenire idoneum, vnde egrediar narrare, quæ nec opinanti accidunt. Idem in Heaut. 1. 2. 12, Vt hanc lætitiam nec opinanti primus ei obiicerem domi. A deſprouueu: ſans y penſer. Idem in And. 1. 2. 9, Id voluit, nos ſic nec opinantes duci falſo gaudio, ſperantes iam amoto metu duci falſo gaudio.

Nec, ſecundo loco poſitum. Terent. in Eunucho, 5. 4. 13, Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius, nec magis compoſitum quicquam. Ibidem, Ad omnia hæc, magis opportunus, nec magis ex vſu tuo nemo eſt. Ne plus a ton prouffit.

Nec nihil. Terent. in Adelph. 1. 2. 61, Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicit, tamen.

Nec, neque. Plaut. in Pſeud. 3. 95, Quidni fleam, cui nec paratus nummus argenti ſiet, neque libellæ vlla ſpes ſit vſquam gentium?

Nec enim. Cic. de Amicitia, 51, Nec enim illa prima vera eſt, vt quemadmodũ in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus.

Nec mirum. Cic. de Amicitia, 31, Ab his qui pecudũ ritu ad voluptatẽ omnia referũt longè diſſentimus, nec mirum: nihil enim altum, nihil magnificum ac diuinum ſuſpicere poſſunt.

Nec modo, ſed etiam. Cic. de Amicitia, 60, Nec modo in hoc quod eſt animal, ſed in iis etiã quæ ſunt inanimata, conſuetudo valet.

Nec ſicut vulgus, ſed vt. Cic. de Amicitia, 6, Nec ſicut vulgus, ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem.

Nec verò, ſecundo loco poſitũ. Cic. de Amicitia, 53, Negabat vllam vocem inimicitiorẽ amicitiæ potuiſſe reperiri, quàm eius qui dixiſſet ita amare oportere, vt aliquando eſſet oſurus: nec verò ſe adduci poſſe, vt hoc quemadmodum putaretur à Biante, eſſe dictum, crederet.

Nec, pro etiam. Quintil. Perſolui gratia non poteſt, nec malo patri.

Nec caput nec pedes habet, Modus loquẽdi vulgaris, cum res intricata & impedita eſt ita, vt quò te vertas neſcias. Cic. Curioni, Propter res tuas ita contractas, vt quemadmodũ ſcribis, nec caput nec pedes, equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires.

Nec eo minus, pro Nihilo ſecius. Suet. in Othone, cap. 4, Quoties cœna principẽ acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat: nec eo minus aliũ alia via militũ demerebatur.

Ne quicquam aliud, pro tantum. Suet. in Nerone, cap. 43, Affirmauit, ſimul ac primum prouinciã attigiſſet, inermem ſe in conſpectu exercituum proditurũ, nec quicquam aliud quàm fleturum.

Necnon et. Suet. in Tit. Veſp. cap. 5, Tanto militũ gaudio ac fauore, vt in gratulatione imperatorem eũ conſalutauerint, & ſubinde decedentem prouincia detinuerint, ſuppliciter, necnon & minaciter efflagitantes, aut remaneret, aut ſecum omnes pariter abduceret.

Necnon etiam. Suet. de claris gramm. 23, Necnon etiam poemata faciebat extempore.

Nec à neque factum eſt, per apocopen extremarum vocalium. Et quia in fine ſyllabæ, q ſcribi

non poterat, tranſiuit in c. nam q & c affines literæ ſunt.

Necdum, Non adhuc.

NECESSE, ſiue neceſſum, Nomen eſt, inquit Donatus, nam neceſſus, neceſſis, & neceſſitas, & neceſſum lectum eſt. Dicitur neceſſe, quod vi aliqua cogente fieri opus eſt. À ceſſo verbo, quia non ſit in eo ceſſandum. Terent. in Eunucho, 5.6.28, Niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo. Ibidem, 5.5.27, Sed neceſſe eſt, huic vt ſubueniat. Ibidē, 5.9.45, Et quod des, paululū: & neceſſe eſt multū accipere Thaidē. Cic. de Amicitia, 43, Quæ neceſſe eſt vt cum aliqua cura res ſibi contrarias aſpernetur.

Neceſſum, Idem. Plaut. in Aſin. 16.45, Nauteam bibere malim ſi neceſſum eſt, quàm illam oſcularier. Idem in Sticho, 4.66, Foras neceſſum eſt quicquid habeo vendere. Idem in Ciſtell. 7.83, Nunc mihi bonæ neceſſum eſt eſſe ingratiis.

Neceſſitas neceſſitatis, Neceſſite, Vis ipſa quæ cogit. Plaut. in Epid. 14.66, Inuit⁹ do hāc veniā tibi, ni ego neceſſitate cogar. Idem in Perſa, 10.54, Neceſſitate me mala vt fiã, facis. Cic. lib. 1. Acad. quæſt. Quam interdum eandem neceſſitatē appellāt, quia nihil aliter poſſit atq; ab ea conſtitutum ſit, intra quaſi fatalem & immutabilem cōtinuationem ordinis ſempiterni. Idem lib. 2, Sin qua neceſſitas huius muneris alicui reip. obuenerit, danda erit opera vt homines intelligant, ſi ſalui eſſe velint, neceſſitati eſſe parendum.

Neceſſitas, Affinitas dicitur. C. Cæſar, cum Plautiam ſuaſit rogationem, Equidem mihi videor pro noſtra neceſſitate, nō labore, non opera, non induſtria defuiſſe. Significat hic cōiunctionem ſanguinis vel amoris, hoc eſt affinitatem, vel ſtrictam amicitiam.

Neceſſitudo neceſſitudinis, f. gen. Idem quod neceſſitas. Salluſtius in Iugurtha, Coactus rerum neceſſitudine, ſtatuit armis certare. Varro Modio, Aſſe vinum, aſſe pulmentarium ſedeas, quo natura arrigatur nō neceſſitudo. Imponere neceſſitudinem. Salluſt. in Catil. Néve nobis eam neceſſitudinem imponatis, vt quæramus quonāmodo maximè vlti ſanguinē noſtrū pereamus. Dicere ad neceſſitudinē. Sall. in Iugurtha, De Africa & eius incolis ad neceſſitudinem rei ſatis dictum eſt. Neceſſitudinibus publicis implicitus, inquit Plin. epiſt. 2.

Neceſſitudinibus circumuētus. Salluſt. in Catil. Petere conſulatum C. Antonium, quem ſibi collegam fore ſperaret, hominem familiarem, & omnibus neceſſitudinibus circumuentū, cum eo ſe Conſule initium belli agendi facturum.

Neceſſitudo, Amitie & familiarite que on ha les vngs enuers les aultres par plaiſirs & ſeruices. Cicero ait ſibi cum equitibus Romanis neceſſitudinem eſſe.

Neceſſitudo, Affinitas. Salluſt. in Iugur. Etiam antea Iugurthæ filia Boccho nupſerat. Verū ea neceſſitudo apud Numidas Mauróſque leuis ducitur.

Neceſſitudo, Cognatus vel affinis. Suet. in Auguſto, Remiſit tamen hoſti iudicato neceſſitudines, amicóſque omnes.

Neceſſarius neceſſaria neceſſarium, Neceſſaire.

Neceſſarii ſunt, vt Gallus AElius ait, qui aut cognati, aut affines ſunt, in quos neceſſaria officia conferuntur præter cæteros. Hæc Feſtus.

Neceſſariò, aduerbium, Neceſſairement. Terent. in And. 4.1.7, Pòſt vbi tempus promiſſa iam perfici, tum neceſſariò ſe aperiunt & timent, & tamen res cogit denegare.

NECO necas, necaui, necatum, & necui nectum, necare, Interimere, interficere, Tuer. Diomedes, Neco necui, verūtamen & necaui legimus, vt nectus & necatus. Et hoc differre volunt: necui, quaſi ſuffocaui: necaui, quaſi ferro occidi. Vnde necem cædem appellamus. Sic & Priſcianus ſentit. Hæc Diomedis & Priſciani differētia ſæpe infringitur. Plaut. in Moſtell. 7.69, Hoſpes hic me necauit, iſque me defodit inſepultum clàm ibidem in hiſce ædibus, ſceleſtus auri cauſſa. Liuius, Obrutam armis necauere.

Necatus fame. Suet. in Tiberio, Hoſtes fame necauit. Apul. lib. 3, Hinc adulter loris cæſus aut fame necatus.

Necatus veneno. Cic. lib. 3. ad Herē. Si accuſator dixerit ab reo hominem veneno necatum.

Necantur herbæ. Columella lib. 2, Sic omnes radices herbarum præruptæ necantur.

Nectus ſemper ſine ferro dicitur. Liuius lib. 1, Fame, frigore, illuuie, ſqualore enecta.

NECROMANTIA necromantiæ, Diuinatio quæ fit per mortuos, vt apud Lucanū cum mortuus ſuſcitatus, euētum belli Pharſalici Sexto Pompeio prædixit. Νεκρὸς enim mortuus dicitur. necron, cadauer. μαντεῖα, diuinatio.

NECTAR nectaris, inquit Feſtus, ſignificat deorum potionem. Vnde Virgilius ait, Stipant & dulci nectare cellas. Lucretius lib. 2. Et nardo florem nectar, qui floribus habet.

Nectarea, Herba, de qua Plinius lib. 14. ca. 17.

Nectarites, potio ex herba nectarea facta. Plin. lib. 14. cap. 16, Inuenitur & nectarites ex herba, quã alii helenion, alii medicã, alii ſymphiton, alii ideam & horeſtion, alii nectareã vocãt, radice ponderis quadraginta denariorum in ſeſtarios ſex muſti addita.

NECTO nectis, nexui, & nexi, nexũ, nectere, Ligare, iungere, Lier, ioindre enſemble. Virg. lib. v, Et paribus palmas amborũ innexuit armis. Propertius, At tibi qui noſtro nexiſti retia lecto.

Nexus nexa nexum, Lie, ioind.

Nexus, Vng neu. Plaut. in Mil. 16.43, Idem & cum nexu in humero, leuo expapillato brachio, præcinctus.

Nexus, ſiue nexum, Eſt genus obligationis ciuilis, qua corpus etiam vt pignus afficitur. Obligation de corps & de biens. Varro de ling. latina lib. 3. Nexum, Manilius ſcribit omne quod per libram & æs geritur in quo ſint mancipia. Mutius, Quæ per æs & libram fiunt, vt obligẽtur, præterquã mãcipio detur. Hoc Verius Flaccus eſſe ipſum verbũ oſtẽdit de quo quærit. Nã idem quod obligatur per librã, neque ſuũ ſit. Inde nexum dictum, liber qui ſuas operas in ſeruitute pro pecunia quã debebat, dum ſolueret, nexus vocatur, vt ab ære obæratus. Hoc C. Pupillo vocare Sylla dictatore, ſublatũ ne fieret, & omnes qui bonã copiã iurarẽt ne eſſent nexi diſſoluti. Feſtus lib. x ii, Nexũ eſt, vt ait AElius Gallus, quodcũque per æs & librã geritur, ídque necti dicitur: quo in genere ſũt hęc, teſtamẽti factio, nexi cautio, nexi liberatio. Nexũ æs apud antiquos dicebatur pecunia quæ per nexũ obligatur. Cic. pro A. Cecinna, Deinde quòd Sylla ipſe ita tulit de ciuitate, vt nõ ſuſtulerit horum nexa, atque hæreditates.

Nexi (inquit Varro) ſunt liberi homines qui operas ſuas in ſeruitute pro pecunia quam debebant, domino præſtabant.

Nexum inire, Lege nexus addici. Liuius lib. 7, Non eadem domi quæ militiæ erat fortuna plæbi Romanæ. nam etſi vnciario fœnore facto leuata vſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes, nexúmque inibant. Se obligeoient corps & biens.

Nexu obligare. Cic. pro L. Murena, Quod ſi in his rebus repetendis, quæ mãcipii ſunt, is periculũ iudicii præſtare debet, qui ſe nexu obligauit, profecto etiã rectiũs in iudicio conſulis deſignati, is potiſſimum conſul, qui conſulem declarauit, author beneficii pop. Ro. defenſórque periculi eſſe debebit.

Nexo nexas, nexui, & Nexo nexis, nexui, nexum, nexere, ſecundum Priſcianũ, frequẽtatiuum à necto nectis. Virg. lib. v, Nexantem nodis, ſéque in ſua membra plicantem.

Nexilis & hoc nexile, Quod nectitur, ſicut textile quod texitur. Lucillius, Nexilis antè fuit veſtis qua textile tegmen.

NECVBI, Aduerbiũ loci, Ne alicubi, id eſt, ne in aliquo loco, & ſemper duo verba poſtulat, vt iuſſi necubi mihi præſto ſis, id eſt ne in vllo loco.

Necubi, pro nuſquam. Liuius lib. 3, ſecundi belli Punici, Hiſpanos & Aphros, & omne quod veterani erat robur exercitus, admiſtis ipſorum impedimentis necubi conſiſtere coactis.

NECVNDE, Aduerbium loci, id eſt, ne ex aliquo loco.

NEDVM, Coniunctio, ſignificat non ſolum, Non ſeulement. Duobus tantum modis vſurpatur. Vno cum vtrãque ſententiam eodem claudimus verbo. Vt, Funderem pro te ſanguinẽ, nedum pecuniam. Cic. Curio, lib. 7. epiſt. Erat enim multo domiciliũ huius vrbis, cũ quidem hæc vrbs, aptius humanitati, & ſuauitati tuæ, quàm Peloponneſus, nedum Patræ.

Altero modo accipitur nedum, cum ſuũ vtrique ſententiæ verbũ accõmodamus, vt, Funderem pro te ſanguinem nedum tibi pecuniam crederem. Salluſt. in Catil. Quippe ſecundæ res, ſapientum animos fatigãt, nedum illi corruptis moribus victoriæ temperarẽt. Tant ſen fault que ceulx qui ſont meſchants ne puiſſent temperer la victoire. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 45, Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat, nedum tu poſſis. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 44, Maiore adhuc & turpiore infamia flagrauit, vix vt referri, audíríve, nedum credi fas ſit.

NEFANDVS nefanda nefandum, Quod non eſt fandum.

Nefans nefantis, o. g. Idem. Lucillius lib. 7, Tãtalus qui pœnas ob facta nefantia luit. Varro, Ego inquit, eam ſuppetias, quæ tũc mihi nec res, nec ratio eſt, diſſoluat, atq; omnia nefantia.

NEFARIVS nefaria nefariũ, Sceleratus, Vng meſchant hõme, qui neſt pas digne de viure. Nonius, Nefarii proprietatem lib. 1. de vita populi Ro. Varro patefecit, à farre quod adoreũ eſt, quo ſcelerati vti nõ debeant, nõ triticũ, ſed far. hoc quoque idem ſignificat, quòd qui indigni ſunt qui viuant, nefarii vocantur. Cic. de off. lib. 2, Item eſſe habendũ religione nocentem aliquando, modo nefarium, impiúmque defenderes.

NEFAS, impium, & execrabile.
Nefas ſit. Cic. de Amicitia, 37, AEquè autẽ nefas ſit tale aliquid & facere rogatũ, & rogare.
Nefas dictu. Cic. de Senect. 12, Quorſum igitur hæc tam multa de Maximo? quia profecto videtis nefas eſſe dictu, miſeram fuiſſe talem ſenectutem.

NEFASTVS nefaſta nefaſtũ, Nefaſtus dies, Quo non licet ius fari. Ouid. Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur. Varro de lingua latina lib. 5, Dies nefaſti vocantur, per quos dies nefas fari prætorem. Nefaſti dies, N litera notabantur, inquit Feſtus.

NEFRENDES, arietes dixerũt antiqui, inquit Feſtus, quòd dẽtibus frendere non poſſint. Alii dicũt nefrendes infantes eſſe nondum frendentes, id eſt frangentes. Liuius, Quem ego nefrendem alui lacteã immulgens opem. Sunt qui nefrendes teſticulos dici putent. Varro de re ruſt. cap. 4, Porci, amiſſo nomine lactentis dicuntur nefrendes, ab eo quòd nondum fabam frendere, id eſt frangere poſſint.

NEGABVNDVS, vide NEGO.

NEGLIGO negligis, neglexi, neglectum, negligere, Contemnere, nõ curare, quaſi ne legere quidẽ nec videre dignari. Ne tenir cõpte. Plaut. in Merc. 22.97, Matris iam iram negligo. Ie nay que faire du courroux de ma mere, Il ne men chault. Ibidẽ, 3.85, Sed mea promiſſa nõ neglexit perſequi. Terent. in Hecy. 4.4.48, Quem ipſa neglexit pater ego alam? Idem in Heaut. 2.3.58, Magnum hoc quoque ſignũ eſt, dominũ eſſe extra noxiam, cum eius tam negliguntur internuntii. Cic. in Catil. Orat. 4, Quæ cum ita ſunt patres Cõſcr. pro imperio, pro exercitu, pro prouincia, quam neglexi, pro triumpho, cæteriſque laudis inſignibus.
Non negligere aliquod negotiũ, eſt diligẽter illud curare. Terẽt. in Phor. 1.2.4, Accipe hem, lectum eſt, conueniet numerus quantum debui. G. amo te, & non neglexiſſe habeo gratiam.
Neglexi niſi. Suet. in Claud. Nerone, cap. 33, Denique buſtũ eius cõſepiri niſi humili, leuique materia neglexit.

Negligens negligẽtis, o.g. Negligent, qui ne tient compte de rien, ſans ſoing. Plaut. in Moſtell. 3.41, Poſt illa obtexere eam, negligens fui.
Negligentem facere, Faire que aucun delaiſſe le ſoing quil auoit de quelque choſe, & quil ne ſen ſoucie plus. Terent. in And. 2.3.33. Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, neglegentem feceris.
Negligens in amicis eligendis. Cic. de Amicitia, 55, Et in illis quidem parandis curam adhibere, & in amicis eligendis negligentes eſſe.

Negligentia negligentiæ, Negligence. Terent. in And. 1.1.44, Ex Andro cõmigrauit huc vicinæ, inopia, & cognatorũ negligentia coacta. Idem in Adelph. prolog. 14, Furtúmne factũ exiſtimetis, an locum reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt.
Negligentia tua feci, Par meſpriſemẽt. Terẽt. in Phor. 5.9.27, Nã neque negligẽtia tua, neque id odio fecit tuo. Il ne la point faict pour te meſpriſer.

Neglectus neglectus neglectui, Contemptus, Meſpriſement. Terẽt. in Heaut. Hæc res neutiquã neglectui eſt mihi.

Negligẽter aduerbiũ, Negligẽment. Terent. in And. 1.5.18, Nam quid ego dicã de patre? ah, tantámne rem tam negligẽter agere? Idem in Heaut. 2.3.50, Capillus paſſus, prolixus circum caput reiectus negligentia, pax. Sans y prendre garde, ſans attifferie.
Negligenter, Per contemptum, Par meſpriſement. Suet. de claris grãmat. 9, Librum etiã, cui eſt titulus perialogos, edidit, continentem querelas de iniuriis, quas profeſſores negligẽter ab ambitione parentum acciperent.

NEGO negas, negare, Renier quelque choſe eſtre faicte. Terent. in And. 1.1.120, Ego illud ſedulò negare factũ, ille inſtat factum. Idem in prolog. Heaut. 18, Factum hic eſſe id non negat, neque ſe id pigere.
Negare, Refuſer. Terent. in And. 1.1.122, Denique ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam neget daturum. Ibidem, 2.4.2, Hic nunc nõ dubitat, quin te ducturũ neges. Ibidem, 2.3.5, Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te tranſferet.
Negare, Dicere quod nõ. Plaut. in Bacchid. 13.10, Paucis me miſit miles ad eam Clomachus,

vel vt ducẽtos Philippos reddat aureos, vel vt hinc in Elatiã hodie eat ſecũ ſimul. PL. Non it: negato eſſe ituram: abi, & renuntia. Cic. de Amicitia, 53, Negabat vllã vocem inimicitiorem amicitiæ potuiſſe reperiri quàm eius qui dixiſſet, &c. Ibidem, 16, Negant enim quenquam virum bonum eſſe, niſi ſapientem. Plaut. in Epid. 5.44, At tributus quũ imperatus eſt, negant pendi poſſe.

Negat quis, nego. Terent. in Eunucho, 2.2.21, Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque. Negat quis, nego: ait, aio.

Negabundus negabunda negabundum. Feſtus, Negabundum pro negente dixẽre veteres.

Negito negitas, negitare, Frequentatiuũ. Plaut. in Merc. 3.50, Abnuere, negitare adeò me natũ ſuum. Il renioit a toute force que ie fuſſe ſon filz. Idem in Bacchid. 23.72, Vix quidem negito. A grand peine te loſeroeie refuſer.

Negatiuus negatiua negatiuum, Quod negat.

NEGOTIVM negotii, n.g. Labor, occupatio, Affaire, Labeur, Beſongne. Terẽt. in prologo Adel. 20, Quorũ opera in bello, in otio, in negotio, ſuo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia. Idem in prolog. Hecyræ, 26, Vt in otio eſſet potius quàm in negotio. Cic. Etſi negotiis familiaribus impediti. Idem Cornificio, Etſi periniquo patiebar animo te à me digredi, tamen eo tempore me conſolabar, quòd & in ſummum etiam otium te ire arbitrabar, & ab impendentibus magnis negotiis diſcedere.

Negotium dare, Donner charge. Cæſar lib. 2. Cõment. Ipſe cum primũ pabuli copia eſſe inciperet, ad exercitum venit, dat negotium Senonib⁹, reliquiſque Gallis, qui finitimi Belgis erant, vti ea quæ apud eos gerantur, cognoſcant.

Habere negotiũ in re aliqua, Auoir fort a faire a quelque choſe & y traueiller. Cic. Fabio, Adhibui diligentiã quoties ſenatus fuit, vt adeſſem: plurimúmque in eo negotii habui.

Negotium, Cura, moleſtia, ſolicitudo, Soing, ſouci. Terent. in prolog. Andriæ, Poeta cũ primũ animũ ad ſcribendũ appulit, id ſibi negotii credidit ſolũ dari, populo vt placerẽt, quas feciſſet fabulas. Donatus, Negotium modo pro moleſtia, & cura, non labore.

Faceſſere negotium, Faire ennuy. Cic. Cum eſt allatum ad nos de temeritate eorum, qui tibi negotiũ faceſſerent.

Eſt mihi negotium. Plaut. in Amphit. 4.196, Quod apud haſce ædes negotiũ eſt tibi? s. imò quod tibi eſt? Qui te meine icy? Quas tu icy a faire? Idem in Epid. 10.63, Quid tibi negoti eſt, meæ domi igitur? Idem in Mercatore, 6.17, Quanquam negotiũ eſt, ſi quid vis Demipho, non ſum occupatus vnquam amico operam dare. Ia ſoit que ſoie empeſche. Idem in Moſtell. 10.45, Nam egomet ductarem, niſi eſſet mihi ad forum negotium. Terẽt. in Adel. 4.5.7, Mirabar quid hic negotii eſſet tibi.

Ita eſt negotium, Ainſi laffaire le requiert. Plaut. in Mil. 9.43, Tranſcurre curriculo ad nos, ita negotium eſt.

Nullum negotium eſt. Plaut. in Capt. 10.11, Omnis res palàm eſt: neque vllum pol de hac re negotium eſt quin malè occidam. Il ny a point de remede.

Negotii nihil eſt. Plaut. in Aulul. 12.7, Sic verba hic facio, quaſi negotii nihil ſiet. Cõme ſi ie nauoye que faire.

Negotii plenus. Plaut. in Pſeud. 5.145, Iámne abis? B. negotii ſum plenus. Ie ne ſcay que ie doibs faire tant ay daffaires. Ie ſuis ennuye, faſche &c.

Sed quid negotii quamobrem ſuccenſes mihi? Quelle choſe y a il, Pourquoy &c. Plautus in Capt. 12.11.

Negotiũ obiicere. Plaut. in Curc. 7.4, Secedite, ne quẽ in curſu capite aut cubito, aut pectore offendam, aut genu, ita nunc ſubitò, properè & celeriter obiectũ eſt mihi negotium. On ma baille fort affaire.

Negotioſus negotioſa negotioſum, Quod eſt negotiis plenũ, Qui ha beaucoup daffaires. Plaut. in Aſin. 12.9, Audin' hunc, opera vt largus eſt nocturna? nũc enim eſt negotioſus interdius. Salluſt. Prudentiſſimus quiſque quaſi maximè negotioſus erat. Plaut. in Truc. 4.37, Si rem ſeruaſſem, fuit vbi negotioſus eſſem.

Negotioſus ſuo negotio. Plaut. in Merc. 4.76, Quia enim negotioſi eram⁹, nos noſtris negotiis, armamẽtis cõponẽdis & cõplicãdis ſtuduim⁹. Pourtãt que eſtiõs ẽpeſches a nos affaires

Negotioſa res. Plaut. in Sticho, 6.32, AEdepol rem negotioſam: quid ſit, nihil etiã ſcio. Vne choſe ou il ya beaucoup affaire.

Negotioſum tergũ, Vng dos qui a fort a faire a endurer les coups. Plaut. in Mil. 8.35, Nihil moror, negotioſum mihi eſſe tergum.

Negotialis & hoc negotiale, Ad negotium pertinens. Cice. Hæc conſtitutio partes duas videtur habere, iuridicialem & negotialem.

Negotior negotiaris, negotiari, Negotia exercere, & mercaturæ operam dare, Demener affaires & marchãdiſes. Cic. lib. 3. de off. Cum ſe Syracuſas otiãdi cauſſa, nõ negotiãdi cõtuliſſet. Idem Ser. Sulpitio, M. Curius qui Patras negotiatur, id eſt mercaturæ operam dat.

Negotiator negotiatoris, Qui in aliorum negotiis ſe exercet. Vnde Labeo, Negotiatores ſerui videntur, qui prepoſiti ſunt negotii exercendi cauſſa, veluti qui ad emendum, aut locandum, aut conducendum præpoſiti ſunt. Vng facteur.

Negotiatio negotiationis, f. g. Mercaturã ſignificat, Marchandiſe. Columella lib. 1, Hæc enim negotiatio curam villici auocat.

NEMO neminis, cõm. g. Feſtus, Nemo compoſitũ videtur ex ne & homo, quod firmatur magis, quia in perſona ſemper ponitur, nec pluraliter formari ſolet: quia intelligitur pro nullo. Nulle perſonne, Nul. Plaut. in Amph. 4. 228, Quid igitur? quî nunc vocare? s. nemo, niſi quẽ iuſſeris. Idem in Milit. 16. 2, Neminẽ pol video, niſi hunc quem videmus cõuentũ. Terẽt. in Eunuch. 3. 5. 13, O feſtus dies hominis, amice ſalue: nemo eſt, quem ego magis nũc cuperẽ videre quàm te. Ibidem, 2. 1. 20, Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam.

Nemo homo. Plaut. in Mil. 22. 18, Iura te nõ nociturum eſſe hominem de hac re neminem. Terent. in Eunuch. 3. 5. 1, Nunquis hic eſt? nemo eſt. nunquis hic me ſequitur? nemo homo eſt. Cic. Hominem quidem ſcire arbitror neminem.

Nemo hominũ. Plaut. in Trucul. 6. 41, Dicis cõtumeliã, nemo hominũ hic perire ſolet apud nos, res perdent ſuas. Terent. in Eunucho, 4. 6. 18, Ego formidoloſus? nemo eſt hominũ qui viuat minus. Moins poureux.

Non nemo, pro Aliquis, Aucun. Varro de re ruſtica, Tonſas recentes eodem die perungunt vino & oleo, non nemo adiuncta cera alba & adipe ſuillo. Cic. pro L. Murena, Non nemo etiam in illo ſacrario reip. in ipſa inquam curia nõ nemo hoſtis eſt. Idem pro P. Sextio, Vel vt non nemo putaret. Idem pro lege Manilia, Cum eſſet non nemo in ſenatu, qui diceret non oportere. Idem pro L. Cornelio Balbo, Vt nõ nemo putaret. Idem in Verrem, Nam quòd fortaſſe non nemo veſtrum audierit iſtum à Syracuſanis publicè laudari.

Nemo quiſquam. Terent. in Eunuch. 5. 9. 2, O populares, ecquis me viuit hodie fortunatior? nemo hercle quiſquam. Idem in Hecyra, Nemo quiſquam illorum ad te venit, quin paret ſeſe. Liuius ab vrbe condita, Victoria cui nec deus, nec homo quiſquam inuideat.

Nemo vnus. Cæſar in Cõment. Ad neminem vnum ſumma imperii. Liuius ab vrb. cond. Quia nemo vnus ſatis dignus regno viſus eſt. Ibidem, Neminem vnum eſſe cuius opera putet remp. reſtitutam. Ibidem, Vt nemo vnus inde præcipuum quicquam gloriæ domũ referret. Point vng ſeul.

Nemo vnus vir. Liuius ab vrb. cõd. Haud dubiè illa ætate qua nulla virtutum feracior fuit, nemo vnus erat vir, quo magis enixa res Romana ſtaret.

Nemo pro vllus. Cic. Dolabellæ, Contingit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis nõ modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet.

Nemo non. Cic. de Amicitia, 81, Apertè enim adulantem nemo non videt, niſi qui admodum eſt excors.

Neminis genitiuo vſus eſt Cato, inquit Feſtus, cum dixit, Sunt multi corde, quos miſereCheminis. Plaut. in Capt. 12. 106, Neminis miſereri certum eſt, quia mei miſeret nemo.

Nemo, de fœminis dictum. Terent. Hoc ſcio vnum ego, neminem peperiſſe hic.

NEMPE, aduerbium confirmantis. Quod aliquãdo cum interrogatione ponitur, aliquando ſine interrogatione.

Nempe ergo in ſomnis? T R. ſic? Eſtoit ce doncques en dormãt? Idem in Bacchid. 4. 11, Rogabis me vbi ſit: viuit. P. nempe rectè valet? C. iſtuc vôlebã ego ex te percõtarier. Idem in Rudẽte, 24. 13, Nempe hic tuus eſt? D. meus eſt. Idem in Menæh. 22. 40, Nempe iubes? MEN. iubeo hercle verò,

Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturũ patrem, ducas volo hodie vxorẽ. Ie ſcay certainemẽt, que &c. Terẽ. in And. 2. 3. 13. Idem in Eunu. 1. 2. 78, Nẽpe omnia hæc nũc verba huc redeũt.

Nempe de tuo. Ce ſera doncques du tien. Plaut. in Trin. 6. 46, Bene volo ego illi facere, ſi tu non abnuis. P. nempe de tuo. L. de meo.

Nempe in foro. Plaut. in Aſin. 3. 105, Audin' tu? apud Archibulum ego ero argentariũ. L. nempe in foro. D. ibi, ſi quid opus fuerit. Ie ſcay bien, ceſt au marche. Terẽt. in Phor. 2. 1. 80, Eo recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.

Nempe, Reſpõſio. Terẽt. in And. 5.4.48, Cauſſa optima eſt: niſi quid pater aliud ait. P. nẽpe. S. ſcilicet. Il eſt ainſi. Plaut. in Aulul. 9.15, Nempe huic dimidium dicis, dimidiũ domi. S. nempe ſicut dicis.

Nempe vt modo. Terẽt. in And. 3.5.12, At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile. P. nempe vt modo. D. imò melius ſpero.

Scio iam quid velis, nempe me hinc abire vis. Plaut. in Merc. 16.36. Ceſt que tu veulx que ie me parte dicy. Terent. in And. 1.1.3, Paucis te volo. So. dictum puta: nempe vt curentur rectè hæc.

Nẽpe enim. Plin. epiſt. 60. c, Nempe enim (inquit) daturi eſtis cõſulari viro ſeruulos aliquos.

NEMVS nemoris. n. g. Vng bois. Propriè dicitur quòd voluptatis cauſſa comparatum eſt, & plenum amœnitatis. ἀπὸ τοῦ νέμω paſco, quòd in eo greges atque armenta depaſci ſoleant.

Nemoroſus nemoroſa nemoroſum. Nemoroſus collis. Plin. epiſt. 161. a, Modicus collis adſurgit, antiqua cupreſſu nemoroſus & opacus. Pleine de bois de cipres.

Nemoralis & hoc nemorale, Quod ad nemus pertinet, vt vmbra nemoralis.

Nemorenſis & hoc nemorenſe, Idem. Nemorenſis ager.

Nemorenſis rex, qui Dianæ Aricinæ ſacrificiis præerat. Suet. Nemorenſi regi, quòd multos iam annos potiretur ſacerdotio, & validiorem aduerſarium ſubornauit.

NEMVT, vt inquit Feſtus, verbum antiquum, ſignificat niſi, etiam, vel nempe.

NENVM, pro non, antiquum. Lucillius lib. 30, Sed tamen hoc dicas quid eſt, nenum moleſtum eſt. Varro epiſtola ad Fuſium, Si hodie nenum venis, cras quidem ſi veneris meridiem die natalis fortunæ.

NEO nes, neui, netum, nere, Filum torquere, Filler. Terẽt. in Heaut. 2.3.52, Anus ſub tegmine nebat. Iuſtinus lib. 1, Inuenit eum inter ſcortorũ greges purpuram colo nentem. Plin. Supérque omnia netur ac texitur lanæ modo & ſine lana.

NEOMENIA neomeniæ, Nouilunium.

NEOTERICVS neoterici, m. g. Recentior. νεώτερον recentiorem dicunt Græci.

NEOPHYTVS, Nouellus, quaſi νέον φυτὸν, id eſt nouum germen.

NEOPTOLEMVS, Nouus miles.

NEPA, nepæ, f. g. vel nepes nepis, more græco, ſcorpiũ ſignificat. Cic. lib. v. de finib⁹, Serpere anguiculos, natare anaticulas, volare merulas, cornibus vti videamus boues, nepas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad viuendum ducem. Feſtus, Nepa Afrorũ lingua, ſidus, quod cancer appellatur, vel vt quidam volũt, ſcorpius. Plaut. in Caſ. 10.7, Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam, captandus eſt horum clanculum ſermo mihi.

NEPOS nepotis, m. g. Qui ex filio filiáve natus eſt: quòd natus ſit poſt patri quàm filius, vt inquit Feſtus. Nepueu. Cice. in Verrem, act. 7, Tu inter huiuſmodi mulieres prætextatũ tuũ filium, nepotem meum, collocauiſti.

Nepos (inquit Nonius) dici & fœmina poteſt, Ennio authore, quæ nunc neptis dicitur. Iliada nepos quas ærumnas retuliſti.

Nepotes poſteri vocantur. Virg. Fortè recenſebat numerum, charóſque nepotes. Id eſt poſteros ac deſcendentes.

Nepotes appellantur cõſumptores, à nepa, quæ, vt inquit Plinius, deuorat omnes filios ſuos, vno ſolum ſaluo. Siue dicũtur luxurioſæ vitæ homines, quòd nõ aliter his rei ſuæ familiaris cura ſit, quàm iis, quibus pater & auus viuunt. Horatius, Vincit enim ſtultos ratio inſanire nepotes.

Neptis, huius neptis, f. g. Niepce.

Nepotulus nepotuli, m. g. Paruus nepos. Plaut. in Mil. 22.20, Si te ſaluum hinc mittimus ire Venerium nepotulum.

Nepotor nepotaris, nepotari, Luxurioſè & prodigè viuere. Hinc nepotat⁹ nepotata nepotatũ, de quo Affranius, Scurrilitate ac nepotatu nobilis.

NEQVALIA, ſunt detrimenta, inquit Feſtus.

NEQVA, aduerbium, Ne per aliquem locum.

NEQVAM, Nomen indeclinabile, quod apud veteres ſignificat hominẽ nullius pretii, quòd ne tanti quidẽ ſit, quãti quod habetur minimi. Varro, Nequam ex ne & quicquã, media ſyllaba extrita componi oſtẽdit in libro de lingua latina. Quidam à nequeo, quòd nihil queat, nullique rei ſit aptus. Caper docet nequam ſignare nõ malum, ſed inutile: Feſtus verò peiorẽ quàm creditur eſſe. Plau. in Bacch. 11.27, Nequã homo eſt, verũ hercle amicus eſt tibi.

Idem in Moſtell. 3.16, Atque vbi illò immigrat nequam homo, indiligens, cum pigra familia, &c. Idem in Bacch. 23 59, Omnia quæ cupio cõmemoras. N. vidi ego hominẽ nequã: verùm te neminem deteriorem. Idem in Caſ. 5.41, Quos ea pariat potius quàm illi ſeruo nequam, armigero, nihili atque improbo. Cic. in Verrem, act. 2, Cum ſacerdotem execrabantur qui Verrem tam nequam reliquiſſet. Idem Philipp. 2, O hominem nequam. quid enim aliud dicam? magis propriè nihil poſſum dicere.

Nequior, nequiſſimus. Plaut. in Moſtell. 3.44, Ego ſum in vſu factus nimio nequior. Columella, Nulla eſt vel nequiſſimi hominis amplior cuſtodia, quàm quotidiana operis exactio. nam illud verum M. Catonis oraculum, Nihil agendo homines malè agere diſcunt.

Nequã, pro nequiter. Plaut. in Pœn. 1.45, Locũ ſibi velle liberũ præberier, vbi nequã faciat.

Nequiter, aduerbiũ, Meſchãment, mauuaiſemẽt. Plaut. in Rud. 24.20, Vt nequiter comprimitur. Idem in Caſ. 25.18, Et ſi quidem hercle feci, feci nequiter. Idem in Amphit. 4.161, Nequiter ferire malam malè diſcit manus. Idem in Aſin. 12.88, Nũquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.

Nequitia nequitiæ, fœm. gen. Meſchantete, mauuaiſtie. Cice. Attico, lib. 1, Nam planè ita putauerũt cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum ſenatus authoritas cõcidiſſet, fore vt apertè victrix nequitia, ac libido pœnas ab optimo quoque peteret ſui doloris.

Nequitia, inquit Donatus, propriè libidinoſa inertia dicta eſt, quòd nihil queat, nullíque rei apta ſit. Terent. in Adel. 3.3.4, Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Nequitia, Luxus vitæ prodigus atque effuſus. Ouid. Nequitia eſt quæ te nõ ſinit eſſe ſenem. Terent. in Heaut. 3.1.72, Nam ſi ſemel tuũ animum intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, hui quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris.

NEQVANDO, aduerbium, Ne vllo tempore. Cic. de Amicitia, 54, Illud potius præcipiẽdum fuit, vt eam diligentiam adhibeamus in amicitiis præparandis, vt nequãdo amare incipiamus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.

NEQVAQVAM, aduerbium negandi, ſignificat non.

NEQVE, diſiunctiua coniunctio. Plaut. in Bacch. 5.4, Nam meus formidat animus, noſtrũ tandiu ibi deſidere neque redire filiũ. Et que noſtre filz ne retourne point. Ibidẽ, 20.128, Ego neque te iubeo, neque veto, neque ſuadeo. Terent. in Eunu, 2.3.2, Occidi. neque virgo eſt vſquam, neque ego qui illam è conſpectu amiſi meo. Cic. de Amicitia, 69, Neque quicquã vnquam niſi honeſtum & rectum alter ab altero poſtulabit: neque ſolum colent ſe inter ſe ac diligẽt, ſed etiam verebũtur. Salluſt. in Iugurtha, Primum quòd procul abſumus, in quo offenſæ minium eſt, & gratia par, ac ſi propè adeſſemus. dein quòd parentes abundè habemus: amicorum nobis neque cuiquam hominum ſatis fuit.

Neque enim. Cic. de Amicitia, 44, Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem durã & quaſi ferream eſſe quandam volunt. Et ne fault point certes &c.

Neque, &. Terent. in Eunucho, 1.1.32, Si ſapis, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras.

Neque ſine. Terent. in And. 1.2.7, At nunc faciet: neque, vt opinor, ſine tuo magno malo.

Ne, neque. Terẽt. in And. 1.2.4, Irrides, nihil me fallis. ſed dico tibi, ne temerè facias: neque tu haud dicas tibi non prædictum, caue.

Neque id quidem. Cic. de Amicitia, 17, Quare ſibi habeant ſapiẽtiæ nomen & inuidioſum, & obſcurũ: concedántque vt hi boni viri fuerint. neque id quidem facient: negabunt id niſi ſapienti poſſe concedi. Et ie ſcay bien quils nen feront rien.

Neque dum. Plaut. in Curcul. 2.57, At illa eſt pudica, neque dum cubitat cũ viris. Et ne couche point encore auec les hommes. Cic. Qu. fratri, lib. 3, Sed ei rei maturitas neque dum venit, & tamen iam appropinquat.

Neque veró. Quintil. Neque verò Lacedæmonii atque Athenienſes magis nouerũt quàm populus Romanus, apud quem ſumma ſemper oratoribus dignitas fuit.

Neque quicquam quàm, pro tantum. Suet. in Claud. Cæſ.

Neque ſecius eo, pro nihilominus. Suet. in Domitiano, cap. 12, Sed cum obnoxium ſe barbaris per hoc animaduerteret, neque ſecius eo in explicãdis oneribus omnibus hæreret, nihil penſi habuit, quin prædaretur omni modo bona viuorum ac mortuorũ vſquequaque, quolibet & accuſatore & crimine corripiebantur.

NEQVEO nequis, nequiui, nequitũ, nequire, Non ire interpretatur Festus. Ne pouoir. Cic. de Amicitia, Cuius autem aures clausæ veritati sunt, vt ab amico verum audire nequeat, huius salus desperanda est. Terent. in Eunucho, 3.4.9, Quid illud mali est? nequeo satis mirari, neque coniicere.

Nequeo exorare vt. Terent. in Phor. 3.2.4, Nequeo te exorare vt maneas triduum hoc.

Nequeo quin. Plaut. in Mil. 20.32, Heu mihi, nequeo quin fleam, quũ abs te abeam. Idem in Menæh, 5.8, Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.

NEQVICQVAM, aduerb. id est frustra. Plaut. in Cas. 13.7, Quẽ hercle ego litem adeò perdidisse gaudeo, ne me nequicquam sibi hodie aduocauerit. En vain, pour neãt. Idem in Trin. 3.128, Charmides ego sum. 8. nequicquã hercle es. Idem in Bacchid. 15.52. Emungam hercle hominem probè hodie: ne id nequicquam dixerit. Sans cause, A tort. Idem in Trin. 8.31, Nequicquã illud verbum est, Bene volt nisi quũ bene facit. ego quoque volo esse liber, nequicquã volo. Idem in Bacchid. 2.25, Iam perdidisti te atque me, atque operã meã, qui tibi nequicquã sæpe mõstraui bene. Terẽ. in Heaut. 2.3.103, Age modo, hodie serò ac nequicquã voles. Plaut. in Amphit. 8.204, Vera dico, sed nequicquã, quoniã nõ vis credere.

Nequicquam, Non. Virg. Nequicquam pinguis paleæ teret area culmos.

NEQVINO nequinas, nequinare, Modo lasciuire, modo negare significat.

NEQVINVNT, pro nequeunt, id est non possunt, dixerunt antiqui, authore Festo.

NEQVIS, nequa, nequod, vel nequid. Ex ne & quis cõpositũ, Ne aliquis. Terent. in Heaut. 2.3.28, Hoc primum, vt nequid huius rerum ignores, anus quæ est dicta mater esse ei antehac, non fuit.

NEQVITVS, pro nequiter apud antiquos, inquit Perottus.

NEQVITIA, vide NEQVAM.

NERVVS nerui, m.g. Vng nerf. Plaut. in Pœnulo, 18.98, Condamus alter alterum ergo in neruum brachalem.

Neruia neruiæ in fœminino genere lectũ est apud Doctos sæpe, inquit Nonius. Varro, Sciẽtia doceat quẽadmodũ in psalterio est, tendamus neruias. Neruias pro fidiculis, id est chordis citharæ accepit Varro.

Neruiũ neruii, n.g. Varro, Et id dicũt suã Briseidẽ producere, quæ ei⁹ neruia tractare solebat.

Neruum etiã appellamus (inquit Festus) vinculum ferreũ quo pedes impediuntur, quanquam Plautus eo etiam ceruices vinciri ait, perfidiosè captus, eo ædepol neruo ceruices probat. Plaut. in Capt. 12.71, Nam noctu neruo vinctus custodibitur, interdiu sub terra lapides eximet. Idem in Curcul. 15.12, Atque ita te neruo torquebo itidem vt catapultæ solẽt. Idem in Aulul. 26.13, At ego credo deos voluisse, vt apud te me in neruo enicẽ. Idem in Asin. 11.5, Crucésque, compedésque, neruos, catenas, carceres.

Neruus, Pro robore & virib⁹ aliquãdo ponitur. in neruis enim robur peculiariter exístit. Vnde dicimus rem esse sine neruis, quæ debilis est. Horat. Sine neruis altera quicquid compositi pars esse putat.

Intendere neruos in re aliqua, Sefforcer, & mettre tout son pouoir a quelque chose faire. Terẽt. in Eunucho, 2.3.20, Fac sis nunc promissa appareant, siue adeò digna res est vbi tu neruos intendas tuos.

Erumpetur fortitudo in neruum. vide ERVMPO.

Nerui reip. Id est milites, classes, & vectigalia. Cic. pro lege Manilia, Etenim si vectigalia, nerui reip. semper duximus, eũ certè ordinẽ qui exercet illa, firmamẽtũ cæterorũ ordinũ rectè esse dicem⁹. Nerui belli, pecunia. Cic. Philipp. v, Primũ neruos belli pecuniã infinitã, qua nũc eget: deinde equitatũ, quãtũ velit. Nerui vectigaliũ. Cic. in Verrẽ, act. v, Quæ cũ de pop. Ro. victu, de vectigalium neruis, de sanguine detraxisset ærarii, Tertiæ Mimæ condonauit.

Nerui, chordæ citharæ dicũtur. Cic. lib. 1. Tusc. Summã eruditionem Græci sitam censebant in neruorũ vocúmque cantibus. Propertius, Hæc carmina neruis Aptat.

In neruũ abire. Terẽt. in Phor. 4.4.15, Cæterũ cum argentum repetent, nostra causa scilicet in neruum potius ibit. Donatus, Decipiet. à prouerbio tracto à sagittariis: cum vis, conatúsque tendentis arcum, non in volatu teli, sed in ruptionem nerui expetatur.

Neruosus neruosa neruosum, Quod multos neruos habet.

Neruosè, Aduerbium, Auec force.

Neruosius disputare, per translationem dixit Cicero lib. 3. de off. Neruosius qui ista dissẽrũt, solum audent malum dicere id quod turpe sit.

NESCIO neſcis, neſciui, neſcire, Ne ſauoir point. Terent. in Eunucho, 4.7.29, Caue ſis, neſcis cui maledicas nunc, viro.

Neſcio alias: me ſcio quidem ſemper feciſſe ſedulò, vt ex illius cõmodo meũ cõpararem commodum. Terent. in Heaut. 2.4.16. Ie ne ſcay des autres, ou que font les autres.

Neſcias eius ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi. Terent. in Heaut. 2.3.104.

Neſcio de. Plaut. in Merc. 7.42, Nam hunc neſcire ſat ſcio de illa amica.

Neſcit niſi. Plaut. in Moſtell. 8.75, Fœnus illic fœnus, hic neſcit quidẽ niſi fœnus fabularier. Terent. in Heaut. 4.1.50, Quid nunc ſuſpicare, aut inuenis de illa? S O. neſcio, niſi vt ex ipſa quæras vnde hunc habuerit.

Neſcio vnde eam. Terẽt. in Eunuch. 2.3.13, Ego neſcio hercle, neque vnde eam, neque quorſum eam.

Neſcio quomodo. Cic. de Amicitia, 72, Serpit enim neſcio quomodo per omnem vitã amicitia. Et paulò pòſt, 75, Sed neſcio quomodo verum eſt quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, Obſequium amicos, veritas odium parit.

Neſcio quopacto. Cic. de Amicitia, 4, Genus autem hoc ſermonũ poſitũ in hominũ veterum authoritate & eorũ illuſtriũ, plus neſcio quopacto videtur habere grauitatis. Ibidem, 82, Sed neſcio quopacto ab amicitiis perfectorum hominũ, id eſt ſapientũ, ad leues amicitias deflexit oratio.

Neſcias quod ſcis. Plaut. in Mil. 9.89, Næ tu hercle ſi te di amabunt, linguã cõprimas: poſthac etiam illud quod ſcies neſciueris. Doreſenauãt tu ne diras pas tout ce que tu ſces. tu te tairas, feras ſemblant de nen rien ſauoir, Tu nen diras mot. Terẽt. in Heaut. 4.4.26, Næ ille haud ſcit hoc paulum lucri quantum ei damni apportet. tu neſcis quod ſcis Dromo, ſi ſapies. D. mutum dices. Idem in Eunucho, 4.4.55, Ita, vtrum taceámne, an prædicem? D. tu pol ſi ſapis, quod ſcis neſcis, neque de Eunucho, neque de vitio virginis.

Neſcio quid. Terent. in Heaut. 2.2.7, Faciam: ſed neſcio quid profecto mihi animus præſagit mali. Ie ne ſcay quoy. Idem in And. 2.2.3, Lætꝰ eſt, neſcio quid. Il y a ie ne ſcay quoy. Idem in Eunu. 2.3.7, Neſcio quid de amore loquitur. Idem in Heaut. 4.2.7, Neſcio quid triſtis eſt, non temerè eſt: metuo quid ſit. Il eſt triſte de ie ne ſcay quoy. Idem in And. 3.1.19, Ego quid narres neſcio. Ie ne ſcay de quoy tu parles. Ibidem, 4.4.13, Neſcio quid narres. Ie nentens point ce que tu dis.

Neſcio quis. Cic. de Amicitia, 73, Quinetiam ſi quis aſperitate ea eſt, & immanitate naturæ vt congreſſus & ſocietatem hominum fugiat, atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Temonem neſcio quem accepimus.

Neſcio quod. Terent. in Hecyra, 3.1.39, Neſcio quod magnum malum profecto Parmeno me cælas. Idem in Phor. 1.4.16, Te nominat. A. neſcio quod magnũ hoc nuntio expecto malum.

Neſcimus qui ſiet. Plaut. in Pœnulo, 9.36, Quis hic eſt? AD. neſcimus nos iſtum quidem qui ſiet. Nous ne ſcauons qui eſt ceſtuy cy.

Neſcio te ego? Plaut. in Menæh. 16.44, Quem tu hominem me arbitrare? V. neſcio te ego? M. ſcis tu me? V. non te noui? Penſes tu que ie ne te cõgnoiſſe pas bien?

Neſcis nec in pace nec in bello viuere. Cicero.

Neſcius neſcia neſcium, Qui neſcit. Neſcia viri, Ouid. Viri quaſi neſcia quærit. Plin. epiſt. 176.b, Accedit lachrymis meis, quòd abſens, & impẽdẽtis mali neſcius, pariter ægrum, pariter deceſſiſſe cognoui.

Neſcius, Incognitus, qui ignoratur. Plaut. in Rud. 7.11, Nunc tibi amplectimur genua egẽtes opum, quæ in locis neſciis neſcia ſpe ſumus, vt tuo recipias tecto, ſeruéſque nos.

NESSETROPHIVM neſſetrophii, n.g. Locus vbi anates clauſæ paſcũtur. Columella lib. 1x, Media deinde parte neſſetrophii lacus defoditur in duos pedes altitudinis. Neſſi, anates Græcis dicuntur.

NEVGMATE, inquit Feſtus, in carmine Cn. Marci vatis ſignificat negare, cum ait, Grauis Meientium duonum neugmate. Fortaſſe negumate. Hæc Feſtus.

NEV, à néve deductũ eſt, per apocopen. Id eſt nõ. Plaut. in Stich. 2.15, Neu lachryma ſoror.

Neu, néve, & non. Plaut. in Pœnulo, 8.28, Agite intrò, abite Agoraſtocles, ne his vos mecũ cõſpicetur leno, neu fallacię præpedimẽtũ obiiciatur. Idem in Menæh. 22.18, Nũc obſecro te, quiſquis es, operã mihi vt des, neu ſinas inſignite fieri tantã iniuriã. Terẽ. in And. 1.5.56, Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras. Que tu ne la delaiſſe point auſſi.

NEVE, Ne etiam ſignificat. Cic. Lentulo, Peto à te ne id à me, néve in hoc reo, néve in aliis quæras. Idem de Orat. Vt néve aſper eorum concurſus, néue hiulcus ſit. Ibidem, Vt néve aſperè concurrant, néve vaſtius deducantur.

NEVOLO, nevis, neuult, veteres dixerunt pro non volo. Plaut. Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio, niſi tu nevis. Titinius, Ipſius quidem hercle ducem neuult.

NEVROBATA, neurobatæ, m. g. Neurobatæ, Qui omnifariã prorepũt, qui ambulãt ſuper neruos & funes neruiceos. τὰ νεῦρα Græci neruos dicũt. Iulius Firmicꝰ lib. 7 Matheſeos, Cum teſtimonio verò Martis & Lunæ erant funãbuli, olibatæ, neurobatæ occident.

NEVTER neutra neutrum, genitiuo neutri neutræ neutri, & neutrius. Nec hic, nec ille, Ne lung nè lautre. Plaut. in Menæh. 17.27, Quoties tandem edixi tibi, vt caueres, neuter ad me iretis cum querimonia? Terentius in And. 5.1.20, At verò vultu, cum ibi me adeſſe neuter tum præſenſerat. Cic. de Amicitia, 49, Quod Tarquiniũ dixiſſe ferunt, tum cum exul eſſet, ſe intellexiſſe quos fidos amicos habuiſſet, quóſq; infidos, cum iam neutris gratiam referre poſſet.

Neuter alterum diligit, dicimus, non autẽ neuter neutrũ, Id eſt neque ille hunc diligit, neque hic illum, Ils ne ſaiment ne lung ne lautre.

Neuter vtri inuidet. Plaut. in Sticho, 14.51. Vnanimi ſumus, vnam amicam amamus ambo: mecum vbi eſt, tecum eſt tamẽ: tecum autẽ vbi eſt, mecũ autem ibi eſt: neuter vtri inuidet. Nous ne ſommes point enuieulx lung ſur lautre.

Neutro, aduerbium, Nec ad vnam partem, nec ad aliam, Ne dung coſte ne dautre. Liuius, Et neutro inclinata ſpe torpebat.

Neutrobi. Idem. Plau. in Aulul. 7.56, Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat, neutrobi habeam ſtabile ſtabulum.

Neutralis & hoc neutrale, Quod eſt neutrius partis. Vnde neutralia verba dicta ſunt, quæ neq; agunt aliquid, neque patiuntur, vt ſto, iaceo &c.

NEVTIQVAM, inquit Donatus, vna pars orationis eſt, pro nequaquam. Nullo modo, inquit Feſtus. Terent. in And. 2.1.32, Ego Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, cũ is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Idem in Heaut. 2.3.116, Quapropter neutiquã hæc res neglectu eſt mihi. Idem in Hecyra, 1.2.50, Vſque illud viſum eſt Pãphilo neutiquam graue.

NEX necis. f. g. Mors quæ ferro fit, aut alia vi. Cædes, Meurtre. Rarò in nominatiuo reperitur. Quintil. lib. v, Inſidiatori verò & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? Siſenna hiſtoriarũ lib. quarto, Quoniam neque mea nex, neque interceſſio poſſe videntur illorum dementem reprimere audaciam. Cic. lib. 4. Rhet. Tiberium Gracchum remp. adminiſtrantẽ prohibuit indigna nex diutius in ea commorari. Apud Plinium inuenies neces in nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo pluralibus.

Necem à Græco dici certum eſt, inquit Feſtus. νεκρὸν enim mortuum dicunt Græci.

Neci datus, authore Feſto, propriè dicitur, qui ſine vulnere interfectꝰ eſt, vt veneno aut fame.

NEXO nexas, & NEXVS, vide NECTO.

N I

NI, à niſi per apocopen factum, Si non. Subiunctiuo iungitur, aliquando indicatiuo. Plaut. in Moſtell. 4.66, Dii me faciant quod volunt, ni ob iſtam orationem te liberaſſo denuo. Terent. in And. 3.4.19, Mirum ni domi eſt. Idem in prolog. Heaut. 8, Nunc qui ſcripſerit, & cuia Græca ſit, ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem. Idem in Eunucho, 5.7.13, An pœnitebat flagitii, te authore quod feciſſet adoleſcens, ni miſerum inſuper etiam patri indicares? Idem in And. 5.4.15, Ni metuam patrem, habeo pro illa re illũ quod moneam probè. Idem in Phor. 2.1.48, Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria.

Ni mala, ni ſtulta, ni indomita, impóſque animi, quod viro eſſe odio vides, tute tibi odio habeas. Si tu nes vne mauuaiſe femme. Plaut. in Menæh. 4.1.

Ni pro non dicebant veteres, authore Donato. Plaut. Ni ſtulta ſis.

NICTO nictas nictare, Frequentatiuũ eſt verbi niueo niues, Eſt oculorum patefaciendo eos, aut claudẽdo, vel vtrũque vel alterũ. Faire ſigne des ieulx. Plaut. in Aſin. 13.39, Neque illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Plin. lib. x1, Pleriſque verò naturale eſt vt nictare non ceſſet, quos pauidiores accipimus. Ibidem, Grauiores alitũ inferiore gena conniuẽt, eædem nictantur ab angulis membrana obeunte.

Nictare(inquit Festus)& oculorũ & aliorum membrorũ nisu sæpe aliquid conari, dictum est ab antiquis, vt Lucretius libro quarto, Hic vbi nixari nequeunt, insisteréque alis. Cæcilius in hyrmide, Garulis medentes iactant siue nictentur perticis. Nonius in Macchoco, Pone actûtum scribit, cum in neruo nictabere. Vnde quidam nictationem, quidã nictũ, vt Cæcilius in Pugilem, Tamen inter laudandum hunc tumidum tremulis palpebris percutere nictu, hic gaudere & mirarier.

NICTO nictis, nictit, nictere. Festus, Nictit canis in odorãdis vestigiis ferarum leuiter ganiens, vt AEnius in lib. x, Veluti siquando vinculis venaticis veneno capta solet, si forte exnare sagaci sensit, voce sua nictit, vlulat, quod ibi accita est.

NIDOR nidoris, m.g. Propriè dicitur odor cuiuscunque rei adustæ. À nitore ignis. Senteur de cuysine, Fleureur. Plaut. in Mostell. 2.5, Exi inquam nidor è culina, quid lates? Virg. lib. xii, Illi ingens barba reluxit, Nidoréq; ambusta dedit. Mart. Pasceris & nigræ solo nidore culinæ.

Nidor, Etiam de stercore dicitur. Apuleius libro quarto, Alios putore nidoris fœtidi à mei scapulis abegissem.

Nidor, Risus. Horat. in Serm. Nasum nidore supino. Sic Porphirio interpretatur.

NIDEO, nides, Cuius compositum in vsu est, Renideo.

NIDVS nidi, m.g. Auium domicilium. Vng nid doyseau. À nidore, vt putatur, quòd mali odoris sint auium cubilia.

Nidus, aliquando accipitur pro fœtu auium, inquit Nonius. Virg. lib. 4 georg. Ipsæque volãtes Ore ferunt dulcem nidis immitibus escam.

Nidus, pro poculo, ad nidorum similitudinem facto, inquit Nonius. Varro Quinquatribus, Quam lympham melius è lacuna fontium alatam, nidos potili permisceat.

Nidi, dicũtur in quibus merces in tabernis separatim tenentur. Mart. De primo dabit, alteróve nido rasum pumice, purpuráque cultum.

Nidulus niduli, m.g. Paruus nidus. Gellius, De auiculæ nidulo.

Nidifico nidificas, nidificare, Nidum facere, Nicher. Virg. Sic vos non vobis nidificatis aues.

Nidulor nidularis, nidulari, Idem quod nidificare. Plin. lib. xi, Aliud rursus eorum genus quiè fimo ingentis pilas auersi pedibus volutant, paruósque in his contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur.

Nidulari, Ouis incubare. Couuer. Varro, Prima dies, deinde illos quibus halcyones hyeme in aqua nidulantur, eos quoque septem esse dixit.

Nidamentum nidamenti, n.g. Lieu a nicher. Plaut. in Rud. 20.51, In neruo mille hodie nidamenta congeret.

NIGER nigra nigrum, Fuscus propriè dicitur. Noir. Plaut. in Mil. 11.116, Macilento ore, naso acuto, copore albo, & oculis nigris.

Niger, per translationem quãdoque ponitur pro mortuo. Iuuenalis, Institutúque rudes melior locusta propinquas Per famam & populum nigros afferre maritos.

Niger, Noxius. Virg. Et nigris exesa chelidris Creta.

Niger, Malus. Iuuenalis, Nigrum in candida vertunt. Solebant enim Prisci quod bonum & laudabile erat, creta, vel alba linea notare.

Nigellus nigella nigellum, Diminutiuum, Parum nigrum.

Nigredo nigredinis, f.g. Ipse color fuscus.

Nigrities nigritiei, f.g. Idem.

Nigritia nigritiæ, f.g. Idem. Vnde Plinius Capillorum nigritiam dixit.

Nigror nigroris, n.g. Ipsa nigredo. Cic. lib. 1. de diuinatione, Interea propè iam occidente sole inhorrescit mare, tenebræ conduplicantur, noctisque & nimborum occœcat nigror. Noirete, Obscurite.

Nigreo nigres, nigrui, nigrere. Deuenir noir.

Nigresco nigrescis, nigrescere, à nigreo frequentatiuum. Claud. lib. 3, Nũc sibi mutatas liceat nigrescere vestes. Columella, Oliuæ cum nigruerint, sereno cælo distringere manu cõuenit.

Nigro nigras, nigrare, Nigrum facere, Noircir.

Nigrare, Nigrum esse. Columella lib. 7, Parãdi sunt boues nouelli, quadrati, magis membris, cornibus proceris, & nigrãtibus & robustis. Plin. lib. ix. Rubeus color nigrãte deterior.

Nigrefacio nigrefacis, nigrefeci, nigrefactum, nigrefacere, Noircir.

Nigrefio nigrefis, nigrefieri, Deuenir noir.

Nigrico nigricas, nigricare, Aliquantulum nigrũ eſſe. Plin. lib. x, Viribus præcipua, colore nigricans, ſola aquilarum fœtus ſuos alit.

NIHIL, Componitur ex non & hilum, per apocopen. Rien. o. g.

Nihil ad illum, Id eſt nihil ad comparationem illius, vel nõ eſt cum illo comparandus, Se neſt rien aupris de ceſtuy la. Terent. in Eunucho, 2. 3. 69, Eſtne vt fertur forma? P. ſanè. CH. at nihil ad noſtram hanc. P. alia res eſt. Cic. in Orat. Quem cognouimus virum bonum, & non illiteratum, ſed nihil ad Perſium.

Nihil mihi propius quàm vt perirem, Plautus in Milite. Ie nattedoie que la mort.

Cic. in Somnio Scipionis, Nihil mihi fuit potius, quàm vt Maſiniſſam conuenirem.

Nihil ad te, Tu nen as que faire, Cela ne te touche en rien. Terent. in And. 4. 1. 60, Concrepuit à Glycerio oſtium. P. nihil ad te. D. quæro.

Nihil ad te attinet. Terent. in And. 1. 2. 16, Nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Ibidem, 1. 1. 64, Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum quicquam attinere.

Nihil ad hanc rem eſt. Terẽt. in Phor. 5. 6. 21, Omitte proloqui, nam nihil ad hanc rem eſt Antipho. Ce neſt rien a propos.

Nihil agere dicũtur qui ſumũt operã inanem. Cic. de Senect. 15, Nihil igitur agebat Q. Maximus, nihil L. Paulus pater tuus Scipio ſocer optimi viri filii mei? cæteri ſenes Fabritii, Curii, Coruncani, cũ remp. cõſilio & authoritate defendebãt, nihil agebant? Plin. epiſt. 9. b, Proinde tu quoque ſtrepitum iſtum, inanémque diſcurſum, & multum ineptos labores, vt primum fuerit occaſio, relinque, téque ſtudiis, vel otio trade. Satius eſt enim, vt Attilius noſter eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit, otioſum eſſe, quàm nihil agere. Plautus in Merc. 7. 115, Quid? illic quidem qui mãdauit, cum ille nolet, nihil agis. Tu pers ta peine. ce que tu fais ne ſert de rien. Idem in Caſina, 2. 77, Quid, nunc nihil agitis, ſentio, nemo ſitit.

Nihil aliud quàm, pro duntaxat. Suet. in Iulio Cæſ. cap. 20, In eam coegit deſperationem, vt quoad poteſtate abiret, domo abditus nihil aliud quàm per edicta obnuntiaret.

Nihil amplius quàm, pro tantum. Suet. in Sergio Galba, cap. 19, Haud multò pòſt cognoſcit teneri caſtra ab Othone, ac pleriſque, vt eodem quamprimum pergeret ſuadentibus (poſſe enim authoritate & præſentia præualere) nihil amplius quàm cõtinere ſe ſtatuit, & legionariorum firmare præſidiis.

Nihil aliud niſi. Plaut. in Curcul. 5. 7, Nihil metuo, niſi ne medius diſrumpar miſer. Terẽt. in And. 2. 1. 7, Nihil aliud niſi Philumenã volo. Cic. de Amicitia, 19, Eſt autem amicitia nihil aliud niſi omnium diuinarum, humanarúmque rerum cum beneuolentia & charitate ſumma cõſenſio. Ibidẽ, 83, Amare enim nihil aliud eſt, niſi eũ ipſum diligere quẽ ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita.

Nihil omnino. Cicero de Amicitia, 47, Atque haud ſcio, ánne opus ſit quidem, nihil vnquam omnino deeſſe amicis.

Nihil, pro non. Nihil audio. Terẽt. in And. 5. 2. 22, Quid feci? s. cape. D. Si quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio. ego iam te cõmotũ reddam. Ie noy goutte. Ie ſuis ſourd de ceſte oreille. Ie ne te veulx point ouyr. Ie nay que faire de tõ babil. Idem in Heaut. 5. 5. 11, Pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio, faciet. CH. nihil etiam audio ipſum.

Nihil ceſſauerũt illicò. Plaut. in Mil. 22. 40, Nam poſtquam exierũt porta, nihil ceſſarunt illicò oſculari atque amplexari inuicem. Terent. in Hecyra, 4. 1. 30, Sed vt olim te oſtendiſti, eandem eſſe, nihil ceſſauiſti vſque adhuc, vt filiam ab eo abduceres.

Nihil deſydero. Plaut. in Stich. 9. 10, Nunc me gratiam abs te inire verbis nihil deſydero.

Nihil dixit vt. Terẽt. in Eunuch. 4. 5. 9, Nihil dixit tum vt ſequerere ſeſe? C. nihil, niſi abiẽs mihi innuit.

Nihil eſt. Plaut. in Trucul. 17. 73, At ego ab hac puerum repoſcam, ne mox inficias eat. nihil eſt: nam ipſa & vltrò vt factum eſt fecit omnem rem palàm. Ce neſt rien. il ny a rien a faire. il eſt facile.

Nihil eſt æque quod faciam lubens. Terent. in Phor. 3. 3. 34.

Nihil, Reſponſio. Terent. in Phor. 3. 3. 30, Nunquid eſt quòd opera mea vobis opus ſit? o. nihil. verum abi domum.

Nihil eſt, Il ne ſi fault point attẽdre. Terẽt. in Heaut. 4. 2. 5, Nam quod ſperem de argẽto, aut poſſe poſtulem me facere, nihil eſt. Il ny a point deſperãce. Idem in Adel. 2. 2. 25, Niſi eò ad mercatum veniam, damnũ maximum eſt. nunc ſi hoc omittam, actum agam.

vbi illinc rediero, nihil eſt. Donatus, Noue, nihil eſt, pro nulla ſpes eſt.

At nihil eſt, agnotum ad illum mittere, operam luſeris. Ce neſt rien, Ceſt follie, peine perdue. Plaut. in Capt. 6.94.

Nihil eſt quod dicas, Pro, non eſt opus quod dicas. Il ne fault point que tu me die. Terent. in Heaut. Nam nihil illic quod moremur diutius. Il ne fault point la demourer long temps. Idem in Eunucho, Nihil eſt quod dicas mihi, quærebam alium. Idem in prolog. Eunuchi, 15, Dehinc ne fruſtretur ipſe ſe, aut ſic cogitet, defunctus iam ſum: nihil eſt quod dicat mihi. Cic. Torquato, Nihil eſt quod pro malis temporũ moleſtè feras. Idem Terentiæ, De familia liberata nihil eſt quod te moueat. Idem Trebonio, Epiſtolæ copioſæ & ſuauiter ſcriptæ: nihil eſt quod multa reſpondeam. Idem pro Sylla, Quare nihil eſt quod ex tanto comitatu virorũ ampliſſimorũ ne vnum abſtrahas. Idem ad Lentulum, Dignitatem quidem illam cõſularem fortis & cõſtantis nihil eſt quod cogitemus. Idem Attico, Sí nondũ profectæ ſunt, nihil eſt quod ſe moueat, quoad perſpiciamus quo loci ſit res.

Nihil eſt quod illi non proſequantur ſuis argutiis. Cic. de Amicitia, 42.

Nihil eſt hoc. Plaut. in Mil. 3.19, Iſtuc quidem ædepol nihil eſt. A. nihil hercle hoc quidem, prout alia dicam tu quæ nunquam feceris.

Nihil facilius. Terent. in And. 2.6.6, Potín' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.

Nihil dictu facilius. Terent. in Phor. 2.1.70, Non ratio, verum argentum deerat. D. ſumeret alicunde. G. alicũde? nihil eſt dictu facilius. Il eſt bien facile a dire. Donatus, Hoc quaſi ſubridens & auerſo ab illo vultu pronuntiauit Geta. quod genus actionis, ſecuritatem oſtendit hominis manifeſta dicentis.

Nihil intelligo. Terent. in And. 4.4.16, Ego quid agas, nihil intelligo. Ie ne peulx entendre queſt ce que tu fais.

Nihil magis. Plaut. in Merc. 15.30, Etiam vis vt nomen tibi dicam? D. nihil magis manifeſto teneo, in noxia es.

Nihil moror. Plaut. in Moſtell. 9.49, Patrone ſalue. S. nihil moror mihi clientes huiuſmodi. Idem in Bacchid. 20.158, Sed ſpectatores vos nunc ne miremini quòd non triũpho: peruolgatum eſt, nihil moror. Idem in Aulul. 6.42, Imperia eburata vehicula, pallas, purpurã nihil moror. Idem in Sticho, 14.32, Nihil moror cupedia. Idem in Rud. Salutem tuam nihil moror. Idem in Caſ. 16.17, Cœnam mihi vt ebria ſit, lepidè nitidéque volo, nihil moror barbarico ritu. Idem in Curcul. 8.82, Imò etiam porrò, ſi vis, dicam. L. nihil moror. Ce meſt tout vng. Ie ne men ſoucie point.

Nihil minus ſum. Plaut. in Sticho, 8.41. Perii hercle verò planè, atque obnixè, nihil vno Gelaſimo minus eſt, quàm dudum fuit.

Nihil minus. Terẽt. in Eunucho, 3.1.45, Sed heus tu, purgón' ego me de iſtac Thaidi, quòd eam me amare ſuſpicatur? G. nihil minus: imò magis auge ſuſpicionẽ. Nen fais rien. Ibidem, 3.3.29, At apud nos hic mane, dum redeat ipſa. C. nihil minus. Idem in Heaut. 4.1.54, Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus.

Nihil nimis bibi. Terẽt. in Heaut. 3.2.8, Equidem te demiror Chreme tam mane, qui here tantum biberis. C. nihil nimis. S. nihil narras? Point trop.

Nihil niſi. Terent. in Adel. 3.3.40, Tum quantus quantus, nihil niſi ſapientia es.

Nihílne. Terent. in And. 4.2.1, Nihílne eſſe proprium cuiquam? Ibidem, 2.6.4, Quid Dauus narrat? D. æquè quicquam nunc quidem. S. nihílne? hem.

Nihil ocyus. Plaut. in Sticho, 11.2, More hoc fit, atque eſt ita mea ſententia, ſi quem hominem expectent, eum ſolent prouiſere, qui hercle illa cauſſa nihil ocyus venit.

Nihil opus eſt. Plaut. in Merc. 24.44, Nihil opus eſt reſciſcat.

Nihil parcunt. Terent. in prolog. Heaut. 43, Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcũt ſeni. Plaut. in Capt. 2.32, Nihil pretio parſit, filio dum parceret. Terẽt. in Adel. 4.2.24, Nihil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem, quem ego &c.

Nihil poterit ferre. Plaut. in Mil. 16.17, Si præſenſerit miles, nihil hãc ferre poterit, huius nũc quàm maximè opus eſt dolis.

Nihil prorſus. Terent. in And. 2.6.4, Nihílne? hem. D. nihil prorſus. Idem in Heaut. 5.1.21, Opus eſſe argentum vt dares. M. non. C. quid non? M. nõ inquam. C. neque ipſe gnatus? M. nihil prorſus Chreme.

Nihil quicquam. Plaut. in Merc. 22.64, Nihil Charine te quidem quicquam pudet. Terẽt. in Heaut. 5.1.23, Quid Syrus meus? ne is quidem quicquam? M. nihil. Idem in Adel. 3.3.12,

Nihil quicquam vidi lætius. Idem in Eunucho, 5.2.45, Nihil tibi quicquam credo.
Nihil quàm, pro nihil aliud quàm legitur apud Suetonium.
Nihil refert mea. Terent. in Eunucho, 2.3.28, Mea nihil refert, dum potiar modo.
Nihil ſcio, Ie nen ſcay rien. Plaut. in Pſeud. 7.155, Quo ſim facturus pacto, nihil etiam ſcio. Idem in Bacchid. 13.6, Vtram ergo? P A. nihil ſcio, niſi Bacchidem. Idem in Capt. 13.73, Gaudeo, etſi nihil ſciam quod gaudeam.
Nihil ſcit niſi verum loqui. Plaut. in Perſa, 16.175.
Nihil triſtis. Terent. in And. 2.6.17, Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi. D. nihil propter hanc rem.
Nihil vſus circuitione. Terent. in And. 1.2.31, Ita apertè ipſam rem modo loquutus, nihil circuitione vſus es.
Nihil verbum, Vne parolle qui ne vault rien. Plautus in Sticho, 4.35, Nihil quidem hercle verbum, ac viliſſimum.
Nihil falſi. Terẽt. in And. 4.4.49, Me miſerã, nihil pol falſi dixi mi ſenex. Idem in Heaut. 5.2.46, Et iam haud ſcio ánne vxorem ducat, ac Syro nihil gratiæ. Nihil incõmodi. Terent. in Hecyra, 3.3.40, Hic tibi nihil eſt quicquam incõmodi: & illi miſeræ indignè factã iniuriam contexeris. Nihil morę. Plaut. in Trin. 15.12, Solutum eſt portitori iam portorium. S. nihil eſt moræ. Terent. in And. 1.1.139, Sin eueniat (quod volo) in Pamphilo vt nihil ſit moræ. Quil ne tienne point a Pamphilus. Nihil piſcium. Plautus in Rud. 23.3. Nihil habeo adoleſcens piſcium. Nihil quæſti. Plaut. in Aulul. 5.5, Nam hic apud nos nihil eſt aliud quæſti furibus Nihil rerũ. Terẽt. in Heaut. 2.3.26, Nam mihi nũc nihil rerum omnium eſt quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.
Nihildum, id eſt nihil adhuc. Cic. Caſ. Et quãquam nihildum audieramus nec vbi eſſes. Suet. in Iulio Cæſ. cap. 7, Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihildum à ſe memorabile actum eſſet in ætate.
NIHILVM nihili, Ex non & hilum compoſitum. Feſtus, Hilum putant eſſe quod grano fabæ adhæret, ex quo nihil & nihilum.
Nihili, Quod nec hili eſt, inquit Feſtus. Qui ne vault pas vne feue, Vng vault neant. Plaut. in Bacchid. 23.35, Nihili ſum. N. iſtuc iampridem ſcio: ſed quid nihili ſis memora. Ibidem, 1.58, Súmne ego nihili, qui nequeam ingenio meo moderari?
Nihilifacio nihilifacis, nihilifeci, nihilifacere, Ne rien eſtimer. Plaut. in Merc. 7.97, Nequicquã poſcit, ego habeo. C. at illęc pollicit? eſt prior. D. nihilifacio. Il ne men chault. Idem in Curcul. 3.63, Reſpicio, nihili vos meam gratiam facere. Idem in Bacchid. 1.57, Equidem pol nihilifacio, niſi cauſſa tua. Idem in Mil. 5.13, Sed me excepit: nihilifacio quid faciat cæteris.
Nihilipendo, nihilipendis, nihilipendi, nihilipenſum, nihilipendere, Idem. Plaut. in Moſtell. 4.87, Video te nihilipendere omnes homines præ Philolache, Idem in Pœn. 19.21, Iampridem ego me ſenſi nihilipendier. Terent. in Eunucho, 1.2.14, Aut ego iſtuc abs te factũ nihilipenderẽ? Quil ne me challuſt de ce que tu as faict, Que ie nen tinſe cõte. Idem in Adel. 3.4.6, Id illi nunc dolet alieno: pater is nihilipendit.
Nihilo aliter. Terent. in Phor. 3.2.45, Is me fefellit, ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Nihilo magis, Rien plus. Plau. in Aſin. 8.14, Si ſit domi, dicã tibi, nõ eſt. M. quid? eius atrienſis? L. nihilo magis intus eſt. Il neſt pas cy ens nõ plus. Donatus, Nihilo magis, Quaſi in nihilo poſſit eſſe magis aut minus. Et nihilo magis, aſſeueratiõis eſt. Idem in Amph. 10.27, Tibi habeas: niſi ſis ſtultior ſtultiſſimo. 1. ſi dixi, nihilo magis, neque eſſe arbitror. Tu nen es point pourtãt plus fol. Idem in Truc. 7.13, Me nihilo magis reſpiciet, vbi is huc venerit, quàm ſi hinc ducentos annos fuerim mortuus. Terẽt. in Hecyra, Nocte illa prima virginẽ nõ attigit. quæ conſecuta eſt nox, eam nihilo magis. Non plus.
Nihilo minus. Plautus in Menæh. 20.50, Quot ſunt ſatis? MED. quatuor, nihilo minus. Rien moins. Idem in Pœnulo, 4.141, Dum te expecto, neque vſquam aliam mihi paraui copiã, neque iſtuc vſquã apparet, ita nunc nihilo minus ſeruio, Neautmoins ie ſers touſiours. Terent. in Heaut. 5.3.9, Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules. C. nõ poſtulo: iam loquere: nihilo minus ego hoc faciam tamen.
Nihilo plus. Plau. in Moſtell. 8.134, Quatuor quadraginta illi debẽtur minę, & ſors, & fœnus. tantũ eſt. D. nihilo plus peto. Ie nen demande point plus, ou dauantage. Terent. in Eunu. 1.1.17, Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias. Non plus feras ou proufiteras tu que ſi &c.

Nihilo ſecius. Plaut. in Capt. 7.58, Nã ſeruus meus ſi eſſes, nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti. Non autrement. Idem in Menæh. 22.52, Mira ſũt hæc: nihilo mihi eſſe videtur ſecius, quàm inſomnia. Terẽt. in And. 3.2.27, Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe hic. D. intellextin' ſed nihilo ſeci? mox deferẽt puerũ huc ante oſtiũ. Ce neantmoins ſi porterõt.

NIL, à nihil ſyncopatum eſt. Aliquando nomen eſt. Plaut. in Rud. 23.56, Nil agis: dare verba ſperas mihi te poſſe furcifer.

Nil, aduerbium. Virg. Deponunt animos, nil magnæ laudis egentes. Id eſt non.

NIMBVS nimbi, maſc. g. Repentina & præceps pluuia. Vne ondee deaue qui chet ſoudain du ciel.

Nimbus, pro vento aliquando ponitur. Virg. Nimborum in patriam loca fœta furentibus auſtris, AEoliam venit.

Nimbus, Nubes qua ſolent dii in terras deſcendere. Virg. Ipſe pater media nimborũ in nocte coruſca Fulmina molitur dextra. Lucil. Cum nimbo cœlitus deſcendit Iuppiter.

Nimbus, Vaſis genus: quo vina, vnguẽta, & alii liquores funduntur. Martialis, à Ioue qui venit miſcenda ad pocula largas Fundet nimbus aquas, hic tibi vina dabit.

Nimboſus nimboſa nimboſum, Pluuioſus, ventoſúſve. Virg. Fluctu nimboſus Orion.

Nimbatus nimbata nimbatum, Vnguentatus, ſiue vnguento perfuſus. à nimbo vaſe. Plaut. in Pœn. 4.126, Bellula hercle eſt, quàm magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ merę.

NIMIRVM, Aduerbiũ confirmandi, Sine dubio, pro certè, interpretatur Donatus. Terẽt. in Eunucho, 2.2.37, Nimirum hic homines frigent. Ibidem, 4.7.14, Nimirum conſilium illud rectum eſt de occludendis ædibus. Ibidem, 3.3.2, Nimirũ dabit hæc Thais mihi magnum malum.

Nimirum, ad reſponſionem aliquando adhibetur. Quintil. Demus id quod nullo modo fieri poteſt, idem ingenii, doctrinæ, ſtudii, peſſimo atque optimo viro, vter melior dicetur orator? nimirum qui homo quoque melior.

NIMIS, Aduerbium, Trop.

Nimis doctum dolum, Plaut. in Mil. 5.93.

Nimis immerito meo. Plaut. in Caſ. 23.17, Nimis tu quidem hercle nunc immerito meo mihi hoc facis, quia mihi te expetiui.

Nimis pulcher. Plaut. in Amphit. 4.64, Legiones educũt ſuas nimis pulchris armis prędítas.

Nimis cito. Cic. de Amicitia, 67, Vt ne nimis citò diligere incipiamus, néve indignos.

Nimis diu. Plaut. in Pſeud. 10.21, Nimis diu & longum loquor. Idem in Perſa, 16.187, Dum quidem ne nimis diu tua ſim, volo.

Nimis bene. Plaut. in Menæh. 22.29, Nimis haud bene ora cõmẽtaui, atque ex mea ſentẽtia.

Nimis ferociter. Plaut. in Amphit. 4.59, Nimis ferociter legatos noſtros increpant.

Nimis nihil. Plau. in Rud. 22 10, Nimis homo nihil eſt, qui piger eſt, nimíſque id genus odi.

Nimis iracundé. Plaut. in Bacchid. 13.12, Duc te ab ædibus. PA. nimis iracundé.

Nimis malé. Plaut. in Capt. 15.5, Nimíſque hercle ego illum malè formidabam. Idem in Aulul. 7.31, Nimis malè timui prius quàm intrò redii, exanimatus fui. Ibidem, 4.22, Nimíſque hanc ego metuo malè, ne mihi ex inſidiis verba imprudenti duit. Idem in Pſeud. 14.10, Hem te hercle ego circunſpectabam: nimis metuebam malè ne abiiſſes. Ie crain doye fort.

Nimis mané. Plaut. in Perſa, 4.33, Nimis penè manè eſt.

Nimis quàm cupio. Plaut. in Capt. 4.17, Quod quidem ego nimis quàm cupio vt impetret.

Nimis vellem. Terent. in Eunucho, 4.7.16, Fundam tibi nunc nimis vellem dari. Plaut. in Aſin. 11.43, Nimis vellem habere perticam.

Nimis velim. Plaut. in Aulul. 22.4, Nimis hercle ego illum coruum ad me veniat velim.

Nimium, aduerbium, Nomen pro aduerbio, Trop.

Nimium eſt. Plaut. in Perſa, 16.193, Habe tibi centum mnis. D. nimium eſt. s. octoginta. D. nimium eſt. s. nũmus abeſſe hinc non poteſt. Terent. in Phor. 4.3 58, AEdiculæ item ſunt ob decem alias. D. hei hei, nimium eſt. Ceſt trop.

Nimium iſtoc abiſti. Terent. in Adel. 2.1.15, Nimium iſtoc abiſti, hic propter hunc aſſiſte.

Nimium citó. Plaut. in Epid. 13.24, Nimium aduenisti citó.

Nimium bonæ rei. Plaut. in Sticho, 6.55, Tum Babylonica periſtromata, ſellas & tapetia aduexit nimium bonæ rei.

Nimium diu. Plinius in Paneg. 122, Fuit tempus, ac nimium diu fuit, quo alia aduerſa, alia

ſecunda principi, & nobis.

Nimium familiariter. Plaut. in Rud. 11,6, Ah nimium familiariter me attrectas. Nimium libenter. Plaut. in Aulul. 16.1, Nimium lubenter audiui ſermonem tuũ. Nimium parcè. Terent. in And. 2.6.19, Ait, nimium parcè facere ſumptum. Nimium ſæuiter. Plaut. in Trin. 14.51, Quid ſi egomet te velle nolo ſc. ah nimium Staſime ſæuiter.

Nimium bonus. Terẽt. in Adel. 5.3.49, Næ nimiũ modo bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſte animus æquus ſubuortit. Nimium indoctus. Plaut. in Pſeud. 4.72, Sed nimis ſum ſtultus, nimiũ fui indoctus. Nimium graphicus mortalis. Plaut. in Trin. 13.88, Nimium graphicum hũc nugatorem. Nimiũ lepidus. Plaut. in Mil. 14.8, Atque amat hunc hominem nimium lepidum, & nimia pulchritudine militem. Nimium indiligens. Terẽt. in And. 4.5.50, Sed vereor ne indiligens nimiũ ſies. Idem in Trucul. 17.74, Sed nimiũ pol opportuna ecce ab ſe egreditur foras. Nimium miris modis. Plaut. in Trin. 13.83, Nimium miris modis mirabiles.

Nimium obſonauit. Plaut. in Merc. 14.4, Decem vocaſſet ſi ad cœnam ſummos viros, nimiũ obſonauit. Nimium multũ ſcis. Plaut. in Merc. 8.11, Tuus pater vult vendere. c. rem tenes. E. tuam amicam. c. nimiũ multum ſcis. Nimium videre volo. Terẽt. in Eunucho, 3.5.49, Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium velim.

Nimio, Beaucoup, Trop plus. Plau. in Rud. 5.1, Nimio pol hominũ fortunę minus miſerè morantur, quàm re ipſa experiundo iis datur acerbum. Idem in Bacchid. 2.14, O Lyde es Barbarus: quem ego ſapere nimio cenſui plus quàm Thalem. Idem in Trin. 14.31, Vbi malos mores affigi nimio fuerat æquius.

Nimio minus. Plaut. in Trucul. 14.3, Nimio minus fæuus iam ſum Aſtaphium, quàm fui. Idem in Rud. 12.3, Nimio minus altus puteus viſus eſt, quàm prius.

Nimio plus. Plaut. in Bacchid. 2.42, Video nimio iam multo plus, quàm volueram.

Nimio ſatius. Plaut. in Bacchid. 2.43, Vixiſſe nimio ſatius eſt, quàm viuere magiſtrum.

Nimiè, Par trop. Aduerbium. Plaut. in Milit. 18.33, Nam nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc niſi duobus, tibi, & Phaoni Leſbio, tam nimiè vt amarentur.

Nimius nimia nimiũ, Qui eſt par trop. Plaut. in Amphit. 7.58, Nimia memoras mira. Idem in Mil. 3.69, Nimia eſt miſeria, pulchrum eſſe hominem nimis. Idem in Trucul. 3.35, Ea nimia eſt ratio. Terẽ. in Heaut. 1.1.57, Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. Cic. de Senect. 48, Ne ſylueſcat ſarmẽtis, & in omnes partes nimia fundatur.

Nimietatem pro ſuperfluitate vſurpant recentiores.

NINGO ningis, vel ninguo ninguis, ninxi, ningere. Neger. Priſcian⁹, Ninguo quoque ninxi. vnde & nix: ſicut à duxi, dux: à rexi, rex. Virg. lib. 3. georg. Interea toto non ſecius æquore ninguit.

Ninguis huius ninguis, antiqui dixerũt, nunc nix dicimus. Lucreti⁹, Albas effundere ningues. Apul. in 1, Herma. Aſpera hyems erat, omnia ningue canebant.

NINGVLVM, veteres dixere, quaſi nec vllum, authore Feſto. Ennius in ſecundo, Qui ferro micuit ære, atque in te ningulus mederi queat.

NIPTRA niptrorum, dicũtur lauacra: à νίπτω, id eſt lauo. Quo nomine dicta eſt tragœdia Pacuuii, quam allegat Cicero lib. 2. Tuſcul.

NIS pro nobis, vetus verbum, inquit Feſtus.

NISI, Coniunctio cõpoſita ex non & ſi, & ſignificat ſi non, vel præterquã. Sinon, Fors que. In principio ſentẽtiæ indicatiuũ deſyderat. Plaut. in Menæch. 24.24, Nã niſi me animus fallit, hi ſunt gemini germani duo. Terẽt. in Heaut. 4.1.1. Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus quẽ ego ſuſpicor. Plaut. in Mil. 6.1, Niſi quidẽ ego hodie ambulaui dormiẽs in tegulis, certo ædepol ſcio vidiſſe &c. Idem in Rud. 4.32, Sed niſi moleſtũ eſt, paucis percõtarier volo ego ex te. Terẽt. in Phor. 1.4.44, Ego plectar pendẽs, niſi quid me fefellerit. Niſi ſecũdo loco poſitũ. Terẽt. in Heaut. 1.1.90, Corraſi omnia, ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico faciundo facile ſumptũ exerceant ſuũ. Plaut. in Rud. 22.7, Neque piſcium vllam vnciam pondo hodie cepi, nihi hoc quod nunc fero.

Hanc, niſi mors, mihi adimet nemo, Terent. in And. 4.2.14. Idem in Heaut. 5.3.18, Talem, niſi tu, nulla pareret filium. Cic. de Amicitia, 55, Iudicare difficile eſt ſanè, niſi expertum.

Profecto niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali. Teren 1t. in Heaut. 5.3.1.

Niſi multis blanditiis, à me gutta non ferri poteſt. Plaut. in Rud. 11. 20. Si ce neſt &c.

Niſi vnum hoc faciã. Plaut. in Aulul. 12. 3, Quos tibi vt ego hodie ſeruẽ, cura maxima eſt. niſi vnum hoc faciam, vt in puteo cœnam coquant. Idem in Capt. 6. 59, AEgio, hoc te monitum, niſi forte ipſe nõ vis, volueram. Idem in Aſin. 3. 96, Tum tu igitur aliud cura quod lubet, eo ego ad forum: niſi quid vis. Idem in Trin. 17. 32, Filiam meã tibi deſponſatam eſſe audio. 1. niſi tu ne vis. Terẽt. in And. 5. 4. 48, Cauſſa optima eſt, niſi quid pater aliud ait. Cic. de Amicitia, 32, Ortum quidem amicitiæ videtis, niſi quid adhuc forte vultis.

Niſi vellet. Cic. de Amicitia, 9, Niſi enim immortalitatem optare vellet, quid nõ eſt adeptus quod homini fas eſt optare? Niſi videas. Cicero de Amicitia, 80, In qua niſi (vt dicitur) apertum pectus videas, tuúmque oſtendas, nihil fidum, nihil exploratum habeas.

Non dubium eſt quin mihi magnum ex hac re ſit malum: niſi quia neceſſe fuit hoc facere, id gaudeo, propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali. Terent. in Eunucho, 5. 6. 28.

Niſi nunc. Plaut. in Amphit. 8. 52, Imò equidem te, niſi nunc, hodie nuſquam vidi gentium: Ibidem, 15. 67, Nec te, niſi nunc, video poſtea.

Niſi quòd. Plaut. in Rud. 8. 14, Nulla nobis ſpes eſt, niſi quòd concharum capſimus, incœnati ſumus profecto. Idem in Perſa, 15. 51, Ego tantundem ſcio, quantũ tu: niſi quòd pellegi prior. Cic. de Amicitia, 64, Nec ob aliam cauſſam vllam boni improbis, improbi bonis amici eſſe non poſſunt, niſi quòd tanta eſt inter eos, quanta maxima poteſt eſſe, morũ, ſtudiorúmque diſtantia.

Non eſt niſi. Cic. de Amicitia, 16, Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. Ibidem, 63, Quod non ferè contingit, niſi his qui etiã contemnẽdos ſe arbitrãtur.

Niſi forte. Cic. de Senect. 16, Niſi forte ego vóbis, qui & miles & tribunus & legatus & Cos. verſatus ſum in vario genere bellorum, ceſſare nunc videor, cum bella non gero.

Niſi ſi. Plaut. in Curcul. 2. 52, Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit. niſi ſi eſt oſculando quippiam impudicior. Idem in Trin. 8. 58, Edam: niſi ſi ille vetet. Terẽt. in And. 1. 5. 15, Repudiatus repetor. quamobrem? niſi ſi id eſt quod ſuſpicor, aliquid monſtri alunt. Idem in Adelphis, 4. 3. 3, Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putãt ſibi fieri iniuriam vltrò ſi quam fecêre.

NITEO, & NITEDVLA, vide pòſt NITOR niteris.

NITIDVS, vide NITOR nitoris.

NITOR niteris, nixus & niſus ſum, niti, Conari. Virg. Poſt valido nitens ſub pondere fagi nus axis Inſtrepat. Nobeiſſant & ne ſe pliant point ſoub le faiz.

Niti, Firmari, ſuſtentari, Se ſoubtenir, Saffermir, & appoier. Virg. Ille vides pura iuuenis qui nititur haſta. Idem, Preſſit humi nitens.

Nititur in eo ciuitas, per tranſlationem. Cic. Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis ſalus. Id eſt ſuſtineatur. Elle ſe ſoubtiendra, & ſe tiendra ferme.

Niti & aſcẽdere. Plin. epiſt. 101. m, Nam lætiſſima vitis per omne tectum in culmen nititur & aſcendit.

Niti gradu, Ambulare. Pacuuius, Ardua per loca agreſti ac trepidante gradu nititur.

Niti alis, Volare. Virg. lib. 3, Hic primum paribus nitens Cyllenius alis Stitit.

Niti, Fulciri, Se tenir fort, Se fonder. Cice. lib. 1. de off. Eſt igitur adoleſcentis maiores natu vereri, ex hiſque diligere optimos ac probatiſſimos, quorum conſilio atque authoritate nitatur, Id eſt fulciatur, gubernetur, inſtituatur. Plin. epiſt. 5. b, Nitebamur nos in parte cauſſæ ſententia Metti modeſti optimi viri. is tunc in exilio erat à Domitiano relegatus.

Niti pari iugo. Plin. epiſt. 53. b, Nobis tamen nullum certamen, nulla cõtentio, cum vterque pari iugo, non pro ſe, ſed pro cauſſa niteretur. Veu que lung & lautre ſefforceoint & metoient peine.

Niti ad gloriã immortalem. Cic. de Senect. 75, Quod quidem ni ita ſe haberet, vt animi immortales eſſent, aut optimi cuiuſque animus maximè ad immortalem gloriam niteretur. Sefforceroit de paruenir.

Niti, Sefforcer, mettre peine, Traueiller pour faire quelque choſe. Terent. in Adel. 3. 4. 51, Quapropter nitar, faciam, experiar. Cic. de Senect. 29, Moderatio modo virium adſit: & tantum quantum quiſque poteſt, nitatur.

Nixus nixa nixum, Qui ſappuit, ſoubtient, & tient ferme. Plaut. in Mil. 5.48, Ecce autē auortit, nixus leua in femore habet manum.

Nixus nixus nixui, Partus. Virg. Haud fœtus nixibus edunt.

Nixurio nixuris, nixurii, nixurire, Niti velle, ſeu cupere, aut conari facere. Nigidius, Nixurit qui niti vult, & in conatu ſæpius aliqua re perpellitur.

NITOR, nitoris, m.g. Splendor in quacunque re. Reſplendiſſeur, nettete, & Reluyſeur. Terent. in Eunucho, 2.2.19, Qui color, nitor, veſtitus, quæ habitudo eſt corporis! Cic. in Catil. Tum Lyſandrum intuentem purpurā eius, & nitorem corporis. Scilicet Cyri. Columella lib. 2, Verum ex his maximè ferendum quod robur dicitur, cum & pondere & nitore præſtat. Plautus in Aulul. 16.5, Pro re nitorem, & gloriam pro copia qui habent, meminerint ſeſe vnde oriundi ſient. Qui ſont habillez & viuēt honeſtemēt ſelon les biens quilz ont.

Niteo nites, nitui, nitere, Splendidum, cultum, politum eſſe, Eſtre poli, net, reluyre de nettete. Plautus in Trucul. 8.3, Feruidè vt tota floret, vt oleum nitidè nitet. Idem in Bacchid. 23.4, Ouas nos vocant peſſumæ. B. & pol nitent, haud ſordidæ videtur ambæ. Idem in Pſeud. 4.28, Tibi hoc præcipio, vt niteant ædes. Plin. in Paneg. 82, Muta quidē illa, & anima carentia, ſentire tamen & lætari videntur quòd niteant, quòd frequententur.

Nitidus nitida nitidum, Splendidus, Reſplendiſſant, Reluyſſant, & net. Plaut. in Sticho, 3.8, Facite ſultis vt nitidæ ædes meæ ſint cum redeam domum. Nitida fœmina. Plaut. in Milite, 14.12, Tum autem illa ipſa eſt nimis lepida, nimíſque nitida fœmina. Nitidiſſima laurus. Plin. epiſt. 101.a, Laurum tamen patitur, atque etiam nitidiſſimam profert interdū, ſed non ſæpius, quàm ſub vrbe noſtra necat.

Nitidus filiæ nuptiis. Plautus in Aulul. 16.4, Tamen è meo quidem animo aliquanto rectius facias, ſi nitidior ſis nuptiis filiæ. Si tu thabilles vng peu plus honneſtement.

Nitidè nitidius nitidiſſimè, Aduerbium, Nettement.

Nitidiuſculè, diminutiuum à Nitidè. Plaut. in Pſeud. 12.7, Neque ego amatorem mihi inuenire vllum queo, Qui amet me vt curet tandem nitidiuſculè. Qui mentretienne honneſtement aucunement.

Nitido nitidas, nitidare, Nitidum facere, Faire net. Columella lib. XII, Ferramenta deterſa nitidentur, atque rubigine liberētur. Ennius, O pie eam ſecum aduocant, eunt ad fontem, nitidant corpora.

Nitedula nitedulæ, f.g. Animal, muris exigui genus, vt docet Seruius. Cic. pro P. Seſtio, Quoniam id etiam fatum ciuitatis fuit, vt illa ex vepreculis extracta nitedula rempub. conaretur arrodere.

Nitedula eſt & cicindela, quæ noctu lucet.

NITRVM nitri, n.g. À quibuſdam dici putatur à Nitria vbi naſci ſolet. Hoc non multum diſtat à ſalis hamoniaci ſpecie, quod nonnulli exiſtimant eſſe ſalis genus. Sicut enim ſalem in litore maris feruor conficit ſolis, durando in petram aquas marinas, ita in Nitria vbi æſtate pluuiæ prolixiores tellurem infundunt, ardor nimius aquas excoquit in petrā ſali ſimillimā, ſed nihil gelidi rigoris, nihil ſalſi ſaporis habentem, quæ tamen iuxta naturam ſalis durare in caliditate, & nubiloſo aere fluere & liqueſcere ſolet. Ex nitro medicinæ fiunt, & ſordes veſtiū corporúmque lauantur. De nitri generibus & confecturis, & medicinis, & obſeruationibus, vide Plinium lib. 31. cap. 10. Salpettre.

Nitroſus nitroſa nitroſum. Plinius lib. 31. cap. 10, Aquæ verò nitroſæ pluribus locis reperiuntur, ſed ſine viribus denſandi. Et paulò pòſt, Lacus eſt nitroſus, exiliente è medio dulci fonticulo.

Nitraria nitrariæ, Locus vbi nitrum fit & inuenitur. Plin. lib. 31. cap. 10, Sunt ibi nitrariæ, in quibus & rufum exit à colore terræ.

NIVALIS, NIVEVS, vide pòſt NIX.

NIX, niuis, fœm. gen. Neige. Plin. lib. 17. cap. 2, Alioqui vota arborum communia ſunt, frugúmque, níues diutinas ſedere. Cauſſa non ſolum, quía animam terræ euaneſcentem, exhalatione includunt, & cōprimūt, retróque agunt in vires frugum, atque radices, verùm quòd & liquorem ſenſim præbent, purum præterea, leuiſſimúmque, quando nix aquarum cæleſtium ſpuma eſt. Ergo humor ex his non vniuerſus ingurgitās, diluénſque, ſed quomodo ſtitur diſtillans, velut ex hubere alit omnia quæ non inundat, tellus quoque illo modo fermenteſcit, & ſucci plena ac lacteſcentibus ſatis non effœta, cum tempus aperit, tepidis arridet horis.

Niueus niuea niueũ, Quod eſt ex niue, vt maſſa niuea. licet quandoque pro candido ponatur.

Niualis & hoc niuale. Idem. Gellius, Qui aquam niualem frugibus ſanè & arboribus fœcũdam diceret, ſed hominibus potu nimio inſalubrem eſſe.

Niuale cælum dixit Columella lib. 4, quod ſæpe niues inducit. Ait enim, Cælum porrò neque niuale vinea, neque rurſus æſtiuoſum deſyderat.

Niuatus niuata niuatum, Quod eſt niue refrigeratum. Suet. in Nerone, Refotus ſæpius calidis piſcinis, ac tempore æſtiuo niuatis.

Niuoſus niuoſa niuoſum, Locus in quo ſunt frequentes niues. Plein de neiges.

NIXVRIRE, Vide NITOR niteris.

NO

NO, nas, nare, Piſcium eſt proprium, Nager.

NOBILIS, & hoc nobile, Quaſi noſcibilis, à noſco: pro noto accipitur. Virg. Eſt locus Italiæ medio ſub montibus altis Nobilis. Plaut. in Pſeud. 20. 8, Cum iis mihi nec locus nec ſermo conuenit, iis nunquam nobilis fui. Id eſt cognitus.

Nobilis, Dignus, & excellens in quacunque re, ſiue bona ſiue mala. De bona, vt cum ad generis nobilitatem refertur. Salluſt. Nobili genere natus fuit. De mala. Liuius, Nobilis ille clade Romana locus. Martialis, Nobilis hæc eſſet pietatis rixa duobus. Id eſt excellẽs, & digna notitia. Plaut. in Rud. 16. 5, Ne impiorũ potior ſit pollentia, quàm innocentum, qui ſe ſcelere fieri nolunt nobiles.

Nobilis & notus. Cic. in Verrem, act. 2, Proponit inania mihi nobilitatis, hoc eſt hominum arrogantium nomina, qui nõ tam me impediunt, quòd nobiles ſunt: quàm adiuuant quòd noti ſunt. Idem pro M. Cælio, Res eſt omnis in hac cauſſa nobis Iud. cum Clodia, muliere non ſolum nobili, ſed etiam nota.

Nobilitas nobilitatis, f. g. Generis, vel alterius rei excellentia & dignitas. Nobleſſe. Columella lib. 4, Deprehẽdi poteſt nobilitas in guſtu. Cic. pro P. Seſtio, Alter multos planè in omnes partes fefellit. erat enim hominum opinione nobilitate ipſa blanda conciliatricula commendatus. Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt reip. nobiles eſſe homines dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de repub. meritorum memoria.

Nobilito nobilitas, nobilitare, Nobilem facere, dignitatem addere, decorare. Anoblir. Cic. de Senect. 25, Neque enim ex te vnquam es nobilitatus, ſed ex lateribus & lacertis tuis. Apul. Quem non excellentia generis, ſed mores, virtutéſque nobilitarunt.

Nobilitare, Notum facere, Faire a congnoiſtre. Cic. lib. 2. de off. Teſtis eſt Phalaris, cuius eſt præter cæteras nobilitata crudelitas. Terent. in Eunucho, 5. 7. 20, Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitiis, & eundem indicas. Donatus, Duas res ſignificat ſimul: & cogis flagitia facere, & facientem indicas.

NOCEO noces, nocui, nocitum, nocere, Obeſſe, Nuyre. Columella lib. 2, Non nocebitur ei nocturnis roribus, aliiſque ex cauſſis, dum à pecore & ouibus vindicetur.

Nocere, Faire deſplaiſir: Plaut. in Amphit. 4. 237, Non loquar, niſi pace facta: quãdo pugnis plus vales. M. Dicito quiduis, non nocebo. Idem in Mil. 22. 18, Iura te non nociturũ eſſe hominem de hac re neminem.

Nocens nocentis, om. g. Qui iniuriam aut maleficium commiſerit. Qui a nuy, & faict quelque mal & deſplaiſir. Malfaicteur. Cice. de off. lib. 2, Item eſſe habendum religione nocentem aliquando, modo nefarium, impiúmque defenderes.

Nocuus nocua nocuum, Qui nocet. Qui nuyt ou empeſche.

Nocumentum nocumenti, Empeſchement & nuyſance. Choſe qui empeſche ou nuyt.

NOCTESCO, NOCTV, vide NOX.

NOCTVA noctuæ, Auis à tẽpore noctis dicta, quo canit & volat. Vng hibou. Plin. lib. 10. cap. 17, Noctuarum contra aues ſolers dimicatio. maiore circundatæ multitudine reſupinæ pedibus repugnant, collectæque in arctum, roſtro & vnguibus totæ teguntur.

Noctuas Athenas. Subaudiendum portas aut mittis. Conueniet prouerbium in ſtultos negotiatores, qui merces eò comportant vbi per ſe magis abundant. Venuſtius fiet, ſi metaphora ad res animi tranſfertur, vt ſi quis doceat doctiorem, carmina mittat poetæ, conſiliũ det homini conſultiſſimo. Cice. ad Torquatum, Sed rurſus γλαῦκα εἰς Ἀθήνας, qui hæc ad te. Idem ad fratrem, Ego te libenter, vt rogas, quibus rebus vis adiuuabo, & tibi verſus, quos

rogas γλαῦκα ἐς ἀθήνας mittam. Dæmon apud Ariſtophanis interpretem exiſtimat nõ ob id ſolum dici noctuas Athenas, quòd Athenis noctuarũ ſit copia, ſed quòd in nummis etiam tum aureis tum argenteis Athenienſium noctua inſcalpi ſoleat, vnà cum facie Mineruæ.

NODVS nodi, m.g. Ligatura quæ non facilè ſoluitur. Vng neud.

Nodum ſoluere dicebatur qui negotiũ alioqui impeditũ facilè conficeret. Natum hinc aiunt, quòd tradũt Midam curru, nodis quibuſdã inexplicabilibus cõnexo, vectari ſolitũ. De hoc in templo repoſito, proditus erat apud Phrygas rumor, vt qui vinculũ illius ſoluiſſet, eum Aſiæ imperio potiturum. Alexander Magnus explicuit. Quidam aiunt gladio diſſecuiſſe.

Cicero Attico, lib. v, Cæſari nullus honos à ſenatu habeatur, dum hic nodus expeditur. Id eſt, dum hoc negotium conficitur.

Nodus amicitiæ. Cic. de Amicitia, 47, Atque etiam mihi quidem vidẽtur, qui vtilitatis cauſſa fingunt amicitias, amabiliſſimum nodum amicitiæ tollere.

Nodus in rep. Cic. lib. 1. epiſt. Marco Bruto, Maximus autem (niſi me fortè fallit) in rep. nodus eſt inopia rei pecuniariæ.

Nodus in arbore, Groſſior ille callus, vbi veluti colligati ſimul rami eſſe apparebant. Columella lib. 3, Eius imam partem quam in terram dimiſſurus es, acutiſſima falce iuxta nodum rotunda plaga amputato.

Nodum in ſcyrpo quæris. In anxium dicebatur, nimiſque diligentem, aut meticuloſum, qui illic ſcrupulum moueret, vbi nihil eſſet addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæhmis, 7. 22, Operam præterea nunquam ſumam quærere: verùm inter viuos nunquã deſiſtã exequi, ego illũ ſcio quàm cordi ſit charus meo. MES. In ſcyrpo nodũ quæris: quin nos hinc domum redimus. Terent. in And. 5. 4. 39, At mihi vnus ſcrupulus etiã reſtat, qui me malè habet. P. dignus es cum tua religione, odio. nodum in ſcyrpo quæris. Feſtus ex Ennio citat, Quæris & in ſcyrpo ſoliti quod dicere nodum. nominatim prouerbii titulo referens. Donato iunci ſpecies eſt ſcyrpus leuis atque enodis. Quanquam apud Gellium ſcyrpi dicuntur captiunculæ, argutiæque.

Nodus in exercitu dicitur denſa peditum multitudo, quòd non facilè poſſit reſolui.

Nodoſus nodoſa nodoſum, Plein de neuds, Nouilleux.

Nodo nodas, nodare, Nouer. Nodos facere, Ligare in nodos, Lier en facon de neud. Virg. lib. 4, Crines nodantur in aurum.

NOEGAEVM, noegæi, n.g. Feſtus, Noegeum quidam amiculi genus prætextum purpura. Quidam candidum ac pellucidum, quaſi à Nauco, quod putamen quorundam pomorum eſt tenuiſſimum, non ſine candore. Vt Liuius in Odyſſea, Simul ac lachrymis de ore noegæo deterſit. id eſt candido. Hæc Feſtus.

NOLO, verbum ſic coniugatur. Nolo, non vis, non vult. Pluraliter, Nolumus, nõ vultis, nolunt. Nolebã. Nolui. Noluerã. Nolam noles. Imperatiuo, tẽpore præſenti ad ſecũdã perſonã, noli. Et pluraliter nolite. Futuro, ad ſecundam perſonã nolito. Et pluraliter nolitote. Optatiuo, Nollem. Noluiſſem. Nolim. Cõiunctiuo, Nolim. Nollem. Noluerim. Noluiſſem. Noluero. Infinitiuo, Nolle. Nolluiſſe.

Nolo, Non volo. Terent. in Eunucho, 5. 2. 57, Obſecro abeamus intrò Thais: nolo me in via cum hac veſte videat. Ie ne veulx point. Ibidem, 4. 7. 43, Noui ingenium mulierum: nolunt vbi velis: vbi nolis cupiũt vltrò. Idem in Heaut. 4. 3. 23, Quid dicam? quam cauſſam afferam? s. quin nolo mentiare.

NOMEN nominis, n.g. Quaſi nouimen, inquit Feſtus, quia notitiã faciat. nam per id quicquid nominamus agnoſcitur. Nonius, Nomen, Eſt propriũ vocabulum ſingulorũ, Le nom dung chaſcun. Virg. lib. XII, Cui nomina mille, Mille nocendi artes. Plaut. in Pœnulo, 14. 15, Nomina inſunt cubitum longis literis.

Nomine iſto. Terent. in Phor. 2. 3. 45, Neque ego illum noram: nec mihi cognatus fuit quiſquam iſtoc nomine. Qui euſt nom ainſi.

Nomen eſt mihi auxilio. Plaut. in Ciſtell. 4. 6, Nam mihi nomen eſt auxilio. Terẽt. in And. 1. 1. 59, Illi id erat nomen.

Nomen nominare. Plaut. in Aſin. 13. 35, Cum iaciat, te non dicat, nomen nominet. Quil te nomme par ton nom.

Nomen, Fama, Renom. Virg. Et nos aliquod noménque decúſque Geſſimus.

Magna nomina, Gens de grand renom. Plin. in Paneg. 117, Sunt in honore hominũ & in honore famæ magna nomina ex tenebris obliuionis indulgentia Cæsaris.

Nomen, Decus, dignitas, inquit Nonius. Virgil. lib. 2, Auulsúmque humeris caput, & sine nomine corpus.

Nomen, pro caussa ponitur. Suet. in Galba. Nam cum in verba eius absentis iurantibus donatiuũ grandius subito præpositi pronũtiassent, neque rem ratam habuit, & subinde iactauit se legere militem non emere, atque eo quidem nomine omnes qui vbique erãt, exacerbauit. Cic. in Verrem, act. 3, Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio cõfectas tabulas societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio feciſſe, qui pecuniã Verri dediſſent. Idem de Amicitia, 76, Quãuis enim multis nominibus est hoc vitium notandum, leuium hominum atque fallacium, ad voluptatem loquẽtiũ omnia, nihil ad veritatem. Pour beaucoup de cauſes & raiſons. Ibidem, 66, Ab amicitia Q. Pompeii meo nomine se remouerat, vt scitis, Scipio. Pour lamour de moy. Idem in Vatiniũ teſtem, Non tam tuo, quàm reip. nomine. Idem in Verrem, Id mihi C. Verres eripuiſti, atque abſtuliſti: quo nomine abs te seſtertiũm millies ex lege repeto. A cauſe de quoy. Idem Terentiæ, Nam ego eo nomine Dirachii hoc tempore, vt quàm celerrimè quid agas audiam. Pour ce. Cæsar in Cõment. Odiſſe etiam suo nomine Cæsarem & Romanos. A cauſe de luy.

Nomine alicuius ad inuidiam vti. Nõmer aucun affin de le faire enuier. Cic. Attico, Cum enim ille ad conciones confugiſſet, in iisque meo nomine ad inuidiã vteretur, dii immortales quas ego pugnas, & quantas strages edidi.

Suo nomine, En son nom. Cic. pro Cluentio, Res suo nomine in iudicium nunquã est vocata.

Nominibus honestis dixit Salluſtius, pro, Sub honesto prætextu.

Nomen, pro generositate. Virg. lib. 2. georg. Aut pomis suа nomina seruant.

Nomen, Caput est breuiarii, id est rationis argentariæ. Nomina Cicero appellare solet cauſſas & negotia & personas, quibus in conficiendis rationibus expensæ pecuniæ feruntur. Vulgo nunc articuli dicũtur, Les articles & Item que on faict es papiers esquels on escript les debtes. Vne debte. Cic. in Verrinis, Homo amentiſſime, tabulas cum conficeres, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, iis expensum non ferres? neque in tuas tabulas vllum nomen referres? Idem, Cum tot tibi nominibus acceptum Curtii referrent, quid proderat tibi expensum illis non tuliſſe? Idem in Frumentaria, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primũ pro expectatione, & collybo, deinde pro nescio quo Ceratio. Idem in secunda actione, His nominibus solis Cn. Dolabellæ ad seſtertiũ trities litem esse æstimatã. Id est (vt inquit Asconius) his titulis & capitibus criminũ. articulos vulgo nunc dicimus. Cicero de natura deorum, Aut tu illum fructu fallas, aut per literas auertas aliquod nomẽ, aut per seruum percutias pauidum. Idem Attico, Salaminos autem (hos enim poteram coercere) adduxi, vt totum nomen vellent Scaptio soluere. Toute la debte. Vlpianus de doli mali exceptione, L. apud Celsum. Quòd si is, cui pecunia debebatur, cum debitore decidit, & nomen eius vendidit Seio, cui debitor mandauerat, vt nomen emeret.

Expedire nomen, Paier ce que on doibt. Cinna de Catone, Mirati sumus vnicũ magistrum, summum grammaticum, optimum poetam, omnes soluere posse quæstiones, vnum difficile expedire nomen.

Nomina facere, Debitores comparare, Preſter a pluſieurs argent. Cicero de off. Hortos emit instructos, nomina facit, negotium conficit. Idem Fabio Gallo, Tantum ex Arpinati veneram, cum mihi à te literæ redditæ sunt: ab eodémque accepi Aniani literas, in quibus hoc inerat, liberaliſſimũ nomina se facturum, cum veniſſet qua ego vellem die.

Nomina exigere. Cic. in Verrem, Vt reperiretur pecunias sumpsiſſe mutuas, nomina sua exegiſſe. Paulus de vsuris, Lege Caius: Exigi solent etiam si omnia nomina idonea sint.

Nomen dare, Vide Dare nomen.

Ad nomina respondere, Comparoiſtre. Liuius lib. 7, Acerbitas in delectu, non damno modo ciuium, sed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæsis qui ad nomina non respondiſſent, partim in vincula ductis, inuisa erat. Qui nauoiẽt point comparu quant on les nommoit & appelloit.

Nomen accipere. Vide Accipere nomen.

Ad nomen mittere. Vide Mittere ad nomen.

Nomino nominas, nominare, Nommer, appeller. Plaut. in Asin. 13.12, Alienũ hominũ intromittat neminem quod illa aut amicum, aut patronũ nominet. Idem in Mostell. 10.1, Hem quis me nominat? Qui est ce qui mappelle? Terent. in Heaut. 2.3.62, Quid ait, vbi me nominas? Idem in Phor. 5.9.1, Quis nominat me? Idem in Eunucho, 3.1.50, Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam cõtinuó. Quant elle fera mention de Phedria. Plaut. in Trucul. 17.43, Timeo quàm mox nominer.

Nominare nomen. Plaut. in Asin. 13.35, Te ne dicat, nomen nominet. Terent. in Phor. 5.1.12, Quis hic loquitur, & nomen meum nominat?

Nominare, Bailler nom. Cicero de Amicitia, 46, Amor enim, ex quo amicitia est nominata, princeps est ad beneuolentiam cõiungendam. Idem de Senect. 69, Ego vestros patres P. Scipio, túque Cai Læli viros clarissimos, mihi amicissimos viuere arbitror, & ea quidẽ vita, quæ est sola vita nominanda.

Nominatim, aduerbiũ, Per singulorũ nomina, Par chascun nom. Plin. Cum villico omnes nominatim assignati essent. Plaut. in Rud. 24.90, Vbi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi nullum ostenderis. Quant ie tauray nomme chascune chose par son nom.

Nominatim, de vno dicitur, Nõmement, expressement. Cic. lib. 3. de off. Quicquid enim est in prædio vitii, id statuerunt si venditor sciret, nisi nominatim dictum esset, præstari oportere. Idem Attico, lib. 4, Cum per eos dies senatus de annona haberetur, & ad eius procurationem sermone nõ solum plæbis, verũ etiam bonorũ Pompeius vocaretur, idque ipse cuperet, multitudóque à me nominatim, vt id decernerem postularet, feci, & accuratè sententiam dixi. Eidem, lib. x, Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius, nec me tamen ipse adhuc viderat.

Nominatio nominationis, f. g. Plin. epist. 73. a, Mihi verò etiam illud gratulatione dignũ videtur, quòd successi Iulio Frontino principi viro, qui me nominationis die, per hos continuos annos inter sacerdotes nominabat, tanquam in locum suum cooptaret. Nominationis die, id est principio anni, authore Tacito, quo sacerdotes solent nominare quos dignissimos suo sacerdotio iudicent.

Nominatiuus nominatiua nominatiuum, Quod nominat.

Nomenclator nomenclatoris, m. g. à nomine calando, id est vocãdo, qui memoriter vnũquenq; vocare didicit, vtputa in foro reos, in cõuiuio cõuiuas. Apuleius, Et ad nomenclatorem mox citati venerunt. Cice. Attico, lib. 4, Ad vrbem ita veni, vt nemo vllius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obuiam nõ venerit. Horum opera vtebãtur potissimum canditati, vt sibi imprẽsando suffragatores nomina ciuium suggererẽt. Vnde laudatur Cato quòd legem seruauerit quæ canditato nomenclatores adesse vetat, vt per seipsum sine nomẽclatore nominatim salutaret ciues Romanos. Hi & fartores quoque dicebãtur, quia salutatorum nomina, vt ait Festus, velut infarcirent petitorum auribus.

Nomenclatio nomenclationis, f. g. Nũcupatio & nominatio. Columella lib. 4, Quare prudẽtis magistri est, eiusdem nomenclationis aucupio, quo potiri nequeat, studiosos non demorari.

Nomenclatura nomenclaturæ, f. g. Idem. Plinius lib. 2, Iouem quidem aut Mercurium alitérve alios inter se vocari, & esse cælestis nomenclaturæ.

NOMOS græcè, latinè dicitur lex.

Nomophylax nomophylacis, om. gen. Legum custos & seruator. ἀπὸ τοῦ νόμου, à lege: & φύλαξ, custos. Columella lib. xii, Non satis visum est bonas habere leges, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos Græci nomophylacas appellant.

Nomotheta nomothetæ, Latinè legifer dicitur. Vnde Solon nomothetes dictus.

NON, aduerbium negandi. Omnibus modis præter imperatiuum iungitur.

Indicatiuo. Plaut. in Trucul. 8.10, Nõ ædepol bibere possum iam, ita animo malè est. Idem in Mostell. 5.12, Si cades, non cades quin cadam tecum. Idem in Pseud. 5.102, Ex tua re nõ est vt ego emoriar. Terẽt. in Eunuch. 5.2.25, Missa hæc faciamus, nõ te dignũ Chærea feciſti. Idem in Heaut. 4.5.33, Non ego, in perpetuum dicebam vt illam illi dares, verùm vt simulares.

Optatiuo. Plau. in Mil. 6.45, Nõ ego emam nũc vitã tuã vitiosa nuce. Ie ne bailleroye point vne meschante nois de ta vie. Idem in Menæh. 11.38, Non negem, si nouerim. Ie ne le vouldroie pas nier, si. Virg. Non mihi si centum linguæ sint, oráque centum.

Subiunctiuo. Virg. Non illa quisquam me naue per altum Ire, neque à terra moneat subducere classem.

Infinitiuo. Terẽt. in Phor. 1. 2. 4, Amo te, & non neglexiſſe, habeo gratiam.

Non, non ſic. Terẽt. in Phor. 2. 1. 73, Hui dixti pulchrè, ſi quiſquã crederet te viuo. D. non, non ſic futurum eſt: nõ poteſt. Idem in Adelp. 1. 2. 21, Non eſt flagitiũ (mihi crede) adoleſcentulum ſcortari, neque potare, non eſt, neque fores effringere.

Non, Interrogatio negatiua, & ſubintelligimus affirmationem. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 27, Nõ tu ei dixiſti vt eſſem? c. non. Idem in Phor. 1. 2. 69, Non ſi rediſſet pater, ei veniã daret? Plau. in Amphit. 4. 252, Nónne ego nunc ſto ante ædes noſtras? nõ mihi eſt laterna in manu? non loquor? non vigilo? nónne hic homo modo pugnis contudit? fecit hercle.

Non, per admirationem dictũ. Plaut. in Menæh. 11. 34, Etiam derides, quaſi nomen non noueris? M. non ædepol ego te, quod ſciam, vnquam ante hunc diem vidi, neque noui. verum te hortor, quiſquis es, ſi æquum facias, vt mihi odioſus ne ſies. P. non me nouiſti? M. nõ negem, ſi nouerim. Terẽt. in Heaut. 3. 3. 51, Atqui nõ eſt opus. S. non eſt opus? C. non hercle veró. Dis tu que tu ne me congnois point? Ibidem, 4. 5. 32, At illi ego neque do, nec ſpondeo.

Non, Reſpõdẽtis negatio. Terẽ. in And. 5. 4. 30, Suámne eſſe aiebat? CR. nõ. CH. cuiã igitur? Non, non. Terẽt. in Heaut. 5. 1. 21, Opus eſſe argẽtum vt dares. M. non. C. quid nõ? M. non inquã. C. ipſe gnatus? M. nihil prorſus Chreme. Plaut. in Pſeud. 5. 92, Non habes? B. nõ hercle veró.

Nunquam non. Terẽt. in And. 4. 2. 12, Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturũ: nõ, ſi capiendos mihi ſciã eſſe inimicos omnes homines. Non, ie ne la laiſſeray point, quant ores &c.

Nónne, vide ſuo loco, & ordine.

Non adeò inhumano ingenio ſum Chærea, neque tam imperita, vt quid amor valeat, neſciã, Terent. in Eunucho. Donatus, Hoc eſt immitis non ſum. Virg. Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni.

Non adhuc, Point encore. Cic. de Senect. 25, Quod equidem non amiſi adhuc, & tamen videtis annos meos.

Non admodũ. Cic. de Amicitia, 45, Quid enim tam abſurdũ quàm delectari multis inanibus reb⁹, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultúque corporis, animo autẽ virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamari poſſit, non admodum delectari?

Non ante. Cice. Attico, lib. x, De die nihil ſanè poteſt ſcribi certi, præter hoc, non ante lunam nouam.

Non auſim, pro non audebo, inquit Donatus. Terẽt. in Eunucho, Tum pol tibi ab iſto hera cauendum intelligo. C. non auſim. Ie noſeroye.

Non audio, Non libẽter admitto, & cõſentio, interpretatur Donatus. Terẽ. in Phor. 3. 2. 1, Dorio audi obſecro. D. non audio. P. parumper. Ie nen feray rien.

Non bonus. Plaut. in Capt. 2. 65, Si erit, ego faciam, vt pugnam inſpectet non bonam.

Non clam me eſt. Terẽt. in Hecyra, Nam vt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet reſciuerit, non ædepol clam me eſt. Ie nen ſuis pas ignorant.

Non dictum eſt, Autant que ſi tu nen auois rien dict. Plaut. in Pœnulo, 14. 92, Vale, & hæc cura clanculum vt dicta ſint. M. non dictum eſt.

Non dico inter pecudem. Cice. de Amicitia, 46, Quid enim intereſt, motu animi ſublato, nõ dico inter pecudem & hominem, ſed inter hominem & ſaxũ, aut truncum, aut quid vis generis eiuſdem?

Non diu apud me ſeruies, Plaut. in Perſa, 16. 47.

Non dubiè. Plin. epiſt. 109. c, lib. v, Erit fortaſſe, imò non dubiè, huius propoſiti mei & minor laus, & obſcurior fama. Sans doubte.

Non eſt conſilium. Terent. in Hecyra, Si ſanus ſies, iube illam redire. P A. nõ eſt conſiliũ pater. Ie nen ſuis point daduis.

Non eſt de nihilo quòd. Terẽt. in Hecyra, 5. 1. 1, Non hoc de nihilo eſt, quòd Laches nũc me cõuentam expetit. Ce neſt pas pour rien, Ce neſt pas ſans cauſe.

Non eſt ita. Salluſt. in Catil. Sed per deos immortales, quò illa oratio pertinuit? an vt vos infeſtos cõiurationi faceret? ſcilicet quã res tanta, atque tam atrox nõ permouit, eam oratio non accenderet? Non ita eſt. neque cuiquam mortalium iniuriæ ſuæ paruæ videntur.

Non ergo, Non igitur. Cic. de Amicitia, 48, Non igitur vtilitatem amicitia, ſed vtilitas amicitiam cõſecuta eſt. Non ergo erunt homines diuitiis affluentes audiendi &c.

Non ferè quàm. Cic. pro P. Seſtio, Denique ex bellica victoria, nõ ferè quàm eſt inuidia ciuiũ conſecuta. Idem de Amicitia, 63, Quod non ferè cõtingit niſi iis etiã qui cõtemnendos ſe arbitrãtur. Plin. epiſt. 190. g, Nõ ferè quiſquam in ſenatu fuit qui nõ me cõplecteretur.

Non ita lõga diſputatione. Cic. de Senect. 67, Mortẽ igitur omnib⁹ horis impẽdentẽ timẽs, quis tranquillo poſſit animo cõſiſtere? De qua nõ ita lõga diſputatione opus eſſe videtur.

Non habeo quod te accuſem. Cic. de Senect. Non habeo quod accuſem ſenectutem.

Non iniuria. Terent. in And. 1. 1. 34, Gaudebam. s o. non iniuria. Non ſans cauſe.

Non magis. Plaut. in Perſa, 7. 5, Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam.

Non malus. Plaut. in Merc. 7. 73, Ancillam viraginem aliquã non malã forma mala. Idem in Moſtell. 9. 83, Nouitiũ mihi quæſtũ inſtitui, non malum. Terent. in Eunucho, 2. 2. 43, Sed quid videtur hoc tibi mancipium? P. non malum hercle.

Non malè valeo. Plaut. in Moſtell. 9. 24, Saluos ſis Tranio. TR. vt vales? s. ego? non malè.

Non metuo ne quid doleat quod ferias, Plaut. in Bacch. 23. 53. Ie nay pas peur que les coups que tu me bailleras, me facent mal.

Non minus. Plin. in Paneg. 131, Non eſt minus ciuile & principem eſſe pariter & conſulem, quàm tantum conſulem. Plaut. in Amphit. 3. 27, Non minus quàm veſtrum quiuis, formidat malum.

Non modo. Quintil. Primi, quorum quidã opera nõ vetuſtatis modo gratia viſenda ſunt, clari pictores fuiſſe dicuntur Polygnotus atque Aglaophon.

Non modo, ſed etiam. Cic. de Amicitia, 41, Eáque adhibeatur ad monendũ, nõ modo apertè, ſed etiam acriter, ſi res poſtulabit. Ibidem, 34, Vt omnia ſubterfugere, nonmodo ſapientiæ, ſed etiam fœlicitatis dicere ſibi videri.

Non modo, verum etiã. Cic. de Amicitia, 10, Qui duabus vrbibus euerſis inimiciſſimis huic imperio, nõ modo præſentia, verum etiam futura bella deleuit.

Non modo, ſed ne. Aſinius Pollio Ciceroni, Militem non modo legionarium, ſed ne auxiliarium quidem vllum quoque mihi. Idem Attico, lib. 13, Sed vnum eiuſmodi, quod niſi exercitus ſciret, nõ modo Tironi dictare, ſed ne ipſe quidem auderem ſcribere.

Non modo non, ſed etiam. Cic. Dolabellæ, Cõtigit enim tibi, quod haud ſcio an nemini, vt ſumma ſeueritas animaduerſionis nõ modo non inuidioſa, ſed etiam popularis eſſet.

Non modo non, ſed ne. Cic. Attico, Horum ego ſum morum, imperatorũ nõ modo res geſtas non antepono meis, ſed ne fortunam quidem ipſam, qua illi florentiſſima, nos duriori conflictati ſumus.

Non modo non, ſed potius. Cic. de Amicitia, 40, Quare talis improborũ cõſenſio, nõ modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt.

Non modo, pro nõ modo non. Cic. Philipp. x1, Duas tamen res magnas præſertim, nõ modo agere vno tempore, ſed ne cogitando quidem explicare quiſquam poteſt.

Non modo, pro nedũ. Trebonius Ciceroni, Non enim neſcis quanti te faciã, & quàm pro veterrimo amore omnibus tuis etiã minimis cõmodis, nõ modo tanto bono gaudeã. Plin. nat. hiſt. Cum res inter ruſticos geratur literarum expertes, non modo ſyderum.

Non multò poſt. Plaut. in Trucul. 8. 42, Nunc vt præmiſit nuntium miles mihi, non multò poſt hæc aderit.

Non nemo. Varro de re ruſt. Tonſas recẽtes eodem die perungunt vino & oleo, nõ nemo adiuncta cera alba, & adipe ſuillo. Cic. pro lege Manilia, Cũ eſſet nõ nemo in ſenatu qui diceret nõ oportere. Idem pro Murena, Non nemo etiam in illo ſacrario reip. in ipſa inquã curia non nemo hoſtis.

Non nimis. Plaut. in Epid. 9. 24, Doctè & ſapienter dicis, Non nimis poteſt pudicitiam quiſquam ſeruare ſuæ filiæ. On ne peult trop &c.

Non, niſi. Plau. in Amphit. 6. 27, Niſi te amarem plurimũ, nõ facerem. Cic. de Amicitia, 63, Quod non ferè contigit niſi iis qui etiã cõtemnendos ſe arbitrantur. Ibidem, 16, Sed hoc primũ ſentio, niſi in bonis amicitiam eſſe nõ poſſe. Ibidem, 27, Quæ dirimi, niſi deteſtabili ſcelere, non poteſt.

Non viuam veſperi, niſi illanc à me ſceleſtam abigam, Plaut. in Merc. 19. 20.

Non omnes poſſunt. Plaut. in Moſtell. 2. 41, Non omnes poſſunt olere vnguẽta exotica, ſicut tu oles. Cic. pro P. Sylla, Nõ poſſunt omnes eſſe patricii: ſi verũ quæris, ne curãt quidẽ.

Non parua exercitatio. Cic. de Amicitia, 16, Magnũ opus eſt, egẽtque exercitatiõe nõ parua.

Non plus quàm. Cic.de Amicitia,45,Nõ plus quàm vt virtutes,quia nõnullas curas & moleſtias afferunt,repudientur.

Non poſſum ſatis narrare quos ludos præbueris intus. Terent.in Eunucho,5.7.9.

Non pridem(inquit Feſtus)æquè & rectè & frequenter dicitur ac iam pridem,quàm pridem.

Non probus. Cic. de Senect. 33,Nec tamen omnium adoleſcentiam,ſed non proborum.

Non queo,pro Nequeo. Plaut.in Aſin. 16.57,Non queo durare. Cic.de Amicitia,38,Sine lachrymis non queo dicere.

Quia non ſine magna cauſſa ſit neglecta amicitia,Cic. de Amicitia,56.

Non quò. Cic. Attico,lib.v 11,Vt ab vrbe diſceſſi,nullũ adhuc intermiſi diem quin aliquid ad te literarũ darem:non quò haberem magnoperè quid ſcriberem, ſed vt loquerer tecum abſens. Non point pour tant que ieuſſe.

Non ſolum,ſed etiam. Non ſeulement. Cic. Eſt enim munus eius non ingenii ſolum,ſed laterum etiam & virium. Idem de Senect. 11,Omnia memoria tenebat,non domeſtica ſolũ, ſed etiam externa bella.

Non ſolum,verũ etiam. Cic. de Senect. 8,Non ſolum quia nũquam deſerunt,nec in extremo quidem tempore ætatis(quanquã id maximũ eſt)verũ etiam quia cõſcientia benè actæ vitæ,multorúmque benefactorum recordatio iucundiſſima eſt.

Non ſolum,ſecundo loco poſitum inter imparia,aliquãdo inter paria. Cic.pro Cn. Cluentio,Plura ne dicam,tuæ me etiam lachrymæ impediunt,veſtræque iudices,nõ ſolũ meæ. Idem,Ad quod eſt adhibenda actio quædam,non ſolum mentis agitatio. Idem Attico, Veſtrum iam conſilium eſt,non ſolum meum,quid ſit vobis faciendum.

Non enim tam vtilitas parta per amicũ,quàm amici amor ipſe delectat,Cic. de Amicitia,47.

Non tantũ valet vt. Il na point ſi grand pouoir,quil peuſt &c. Cic. de Amicitia,45,Quãobrem angor iſte qui pro amico ſæpe capiendus eſt, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam,non plus quàm vt virtutes,quia nõnullas curas & moleſtias afferunt,repudientur.

Non tantum,ſed etiam. Cic.Nec verò dubitet agricola,quãuis ſenex,quærenti cui ſerat, reſpondere,diis immortalibus,qui me non accipere tantũ à maioribus voluerũt, ſed etiã poſteris prodeſſe. Non point ſeulement.

Non tantum. Quintil. Et Quinti Hortenſii filiæ oratio apud triũviros habita legitur non tantum in ſexus honorem.

Non temerè eſt,& properans venit. Ce neſt point ſans cauſe. Terent.in Eunucho.

Non temerè,pro vix vnquam,ſiue ferè nunquã. Suet.in Octauio Auguſto,cap.73, Veſte nõ temerè alia quàm domeſtica vſus eſt. Idem in Cæſ. Calig. cap. 36,Super ſororum inceſta, & notiſſimum proſtitutæ Pyrallidis amorem,non temerè vlla illuſtriore fœmina abſtinuit. Id eſt non feré.

Non vltra quàm,pro Tantum. Suet.in Oct. Auguſto, cap. 67, Coſinium ſeruum grauiſſimè de ſe opinantem non vltra quàm compedibus coercuit.

Non verò,rariſſimè legitur. Cic. de Senect. At ii quidem iam mortui ſunt:non verò tam iſti, quàm tu ipſe nugator.

NONAE,nonarum,Dicuntur in Martio,Maio,Iunio,& Octobri,ſex illi dies qui primũ ſequuntur:in reliquis verò menſibus,quatuor tantum illi dies primum ſequentes.

Nonæ,Quaſi nouæ dicũtur,propter initiũ obſeruationis. Vel quòd ab eo die ſemper ad idus nouem dies computantur. Vel ideò nonæ dicuntur,quòd ante nonum diem ſunt. Siue à noua luna,quòd põtifex eo die nouã lunã obſeruaret,& viſam regi ſacrificulorũ indicaret.

NONAGINTA,indeclinabile,nomen numerale,Nonante,ou quatre vingts & dix.

Nonageſimus nonageſima nonageſimum,Vltimus ex nonaginta,Le nonantieme.

Nonagecuplus nonagecupla nonagecuplum,Nonante fois autant.

Nonagecuplex nonagecuplicis,o.g.Qui eſt en nonante manieres ou ſortes.

Nonagenarius nonagenaria nonagenarium,Qui ha nonante ans.

Nonageni nonagenæ nonagena,pluraliter tantum vtimur,& ſæpe in neutro.

Nonagies,aduerbium,Nonante fois.

NONDVM,Id eſt non adhuc,Non point encore. Terẽt.in And.4.1.35,Scio:coactus tua voluntate es.P.mane:nondum ſcio. Idem in Adel.3.4.21,Mane:nondum audiſti Demea quod eſt grauiſſimum.

Nondum etiam. Terent.in And.4.5.12, Quid Glycerium, iam hic ſuos parentes repperit, M.vtinam.c.an nondum etiam? Ibidem,1.2.30,Quid,hoc intellextin',an nondum etiã ne hoc quidem?

NONINGENTENI, noningentenæ, noningentena., De neuf cens en neuf cens.
Nongenteni nongentenæ nongentena, Idem. à nonigenteni ſyncopatum.

NONNE, aduerbium interrogãdi, Ex non & ne cõpoſitum. Plaut. in Amphit. 4. 241, Quid (malùm) nónne ego ſum ſeruus Amphitruonis Soſiaſ nónne hac noctu noſtra nauis ex portu Perſico venit, quæ me aduexitſ nónne me huc herus miſit meusſ nónne ego nũc ſto ante ædes noſtraſ nõ mihi eſt laterna in manuſ nõ loquorſ nõ vigiloſ nónne hic homo modo me pugnis cõtuditſ fecit hercle. Terẽt. in And. 1. 5. 4, Nónne oportuit præſciſſe me anteſ nónne prius cõmunicatum oportuitſ Ne falloit il pas que &c.

NONNIHIL, o. g. Indeclinabile, Aliquid. Terent. in Adel. 1. 2. 62, Nõnihil moleſta hæc ſunt mihi. Ce choſes mennuyent aucunement. Quelque peu. Idem in Eunucho, 4. 1. 1, Ita me di bene ament, quantũ ego illum vidi, nõnihil timeo miſera. Idem in And. 3. 4. 3, Ego dudum nonnihil veritus ſum.

NONNVLLVS nonnulla nonnullum, Aucun. Plin. epiſt. 140. a, Nonnullius in literis nominis. Ayant aucun bruit quant a doctrine. Plaut. in Capt. 3. 23, Nonnullum periculum eſt. Il y a aucunement danger.

NONNVNQVAM, Id eſt aliquando, Aucuneſſois. Terẽt. in Eunucho, 2. 3. 76, Cibum nonnũquam capiet cum ea: interdum propter dormiet. Plin. epiſt. 197, Si colligere eſt nõ nunquam decerpere vuam, torculum inuiſere.

NORMA normæ, f. g. Fabrorum inſtrumentum, habens duo latera, quo omnia dirigũt, metiuntúrq;, quæ & regula dicitur. Noſtrates quadram vocãt, Vne eſquierre. Plin. lib. 36. cap. 22, Structuram ad normam & libellam fieri, & ad perpendiculum reſpondere oportet. Vitruuius lib. 7. de tectorio opere loquẽs, Longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur.

Norma oratoris, La reigle ſur quoy il ſe doibt reigler & quil doibt enſuyure. Plin. epiſt. 203. c, Sed Demoſthenes ipſe ille norma oratoris, & regula, non ſe cohibet, & cõprimit, cum dicit illa notiſſima &c.

Dirigere ad normã. Cic. pro L. Murena, Et primũ M. Catoni vitam ad certam rationis normam dirigenti, & diligentiſſimè perpendenti momẽta officiorum omnium, de officio meo reſpondebo.

Ad iſtorũ normã ſapiens. Cic. in Lentulo, Nunquã ego dicam C. Fabritiũ, M. Curiũ, Tulliũ Corũcanum quos ſapientes maiores noſtri iudicabant, ad iſtorũ normam fuiſſe ſapientes. Ils neſtoient point auſſi ſages que ceulx cy.

Normula normulæ, diminutiuum, Parua norma.

Normalis & hoc normale, Quod ad normã factum eſt. Faict a leſquierre. Vt normalis angulus. Quintil. lib. x 1, de pronuntiationis geſtu loquens, Siniſtrum brachium eouſque alleuandum eſt, vt quaſi normalem illum angulũ faciat, ſuper quod ora ex toga duplex æqualiter ſedeat. Normalem pro recto poſuit, qualem norma efficit.

Normatus normata normatum, Qui eſt dreſſe a leſquierre. Columella lib. 4, Antiquã illam ciconiam infiximus, vt tanquam ſuppoſito vaſi ad perpendiculum normata inſiſteret.

NOS, noſtrum vel noſtri, plurale eſt ab Ego mei vel mis. Nous.

Nos inter nos. Cic. Cn. Pompeio, Illud non dubito, quin ſi te mea ſumma erga te ſtudia parum mihi adiunxerunt, reſp. nos inter nos cõciliatura, coniunctúráque ſit. Lung a lautre, Entre nous. Idem Attico, lib. x, Ego enim ad eum ſcribam vt tu ipſe voles, de ea re nos inter nos loquutos. Terent. in Adel. 2. 4. 7, Quaſi nõ norimus nos inter nos. Comme ſi nous ne nous entrecongnoiſſions.

Noſmet, Nouſmeſme. Plaut. in Rud. 4. 70, Si non moneas, noſmet meminimus. De nous meſme. Idem in Sticho, 14. 6, Noſmet inter nos miniſtremus Monoſtrophe.

Noſmetipſi. Terent. in Phor. 1. 4. 46, Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus, id noſmetipſos facere oportet Phædria.

NOSCO noſcis, noui, notum, noſcere, Cõgnoiſtre, Scauoir. Plaut. in Amphit. 7. 69, Verùm actûtum noſces, inquam, illum ſeruum Soſiam. Tu ſauras quel il eſt.

Noui animum tuum, Ie congnois bien ton courage, ton affection. Terent in Heaut. 3. 3. 9, Noui ego amantium animos, aduertũt grauiter quæ non ſentias. Idem in Adel. 2. 2. 15, Age, noui tuum animum, quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ.

Noui tuum animum de noſtris factis. Plaut. in Sticho, 2. 3, Nam nos eius animum de noſtris factis noſcimus.

Noui omnia tecum, Ie ſcay tout auſſi bien que toy. Terent. in Phor. 5.9.43, Quid ego nunc cõmemorem Demipho, ſigillatim qualis in iſtum fuerim? D. noui æquè omnia tecum.

Noui omnem rem. Terẽt. in And. 4.4.50, Nihil pol falſi dixi, mi ſenex. M. noui rem omnem. Plaut. in Amphit. 2.9, Omnem rem noſcunt. Idem in Menæh. 14.67, Non potes celare, noui rem probé.

Nouimus nos inter nos. Terent. in Adelphis, 2.4.7, Age ineptè, quaſi nunc nõ norimus nos inter nos.

Noui faciem hominis. Terent. in Hecyra, 3.4.25, At non noui hominis faciem. PAM. at faciam vt noueris. Ibidem, 4.1.59, Forma in tenebris noſci non quita eſt.

Noſcere ingenium. Terẽt. in And. 1.1.26, Nam antea quî ſcire poſſes, aut ingeniũ noſcere, dum ætas, metus, magiſter prohibebãt? Idem in Eunuch. 5.4.10, Quo modo adoleſcentulus meretricum ingenia & mores poſſet noſcere. Plaut. in Trin. 4.42, Sunt quorũ ingenia, atque animos non poſſim noſcere.

Noui te cuius ſis. Plaut. in Rud. 23.23, Vidulũ iſtum quoius eſt, noui ego hominẽ iã pridẽ.

Noui locum. Terẽt. in Adel. 4.2.34, At nomẽ neſcio illius hominis, ſed locum noui vbi ſit.

Noui viam. Terẽt. in Heaut. 2.3.7, Veſperaſcit, & non nouerunt viam.

Noui ludum, Ie ſcay cõment il fault iouer. Plaut. in Amphit. 15.32, Noſtris occiſum manibus fortiter. atat noui iam ludum.

Noui vt. Plaut. in Amphit. 3.104, Nam ego vos nouiſſe credo iam vt ſit pater meus.

Noui & ſcio. Terẽt. in And. 5.4.32, Phania ille frater meus fuit. S. noram & ſcio.

Notum facere, pro ſignificare. Suet. in Oct. Auguſto, cap. 65, De filia abſens ac libello per quæſtorem recitato, notum ſenatui fecit, abſtinuitque congreſſu hominum diu præ pudore. Plin. epiſt. 238, Cui ego notum feci, præcepiſſe te vt ex cohortibus, quibus me præeſſe voluiſti, contentus eſſet beneficiariis decem.

Noſco à græco fit. nam Græci γινώσκειν dicunt cognoſcere. γνωτὸν cognitum. Hinc Latini veteres non noſco, ſed gnoſco dicebant, & gnotum cognitum.

Noſcito noſcitas, noſcitare. Frequẽtatiuum à noſcere. Plaut. in Trin. 13.19, Contemplat, circũſpectat ſeſe, atque ædes noſcitat credo. Il regarde ſil pourra cõgnoiſtre la maiſon. Idem in Ciſtell. 10.15, Nunc veſtigia hic ſi qua ſunt, iam noſcitabo. Liuius lib. 3, Circũſpectare omnibus fori partibus ſenatorem, raróque vſquam noſcitare.

NOSTER, noſtra noſtrum, noſtri noſtræ noſtri, Pronomen poſſeſſiuum. Noſtre.

Noſter, ἀπὸ ἀντιθέσεως, qui non eſt noſter. Terẽt. in Phor. 1.2.67, Noſter quid ageret, neſcire: & illam ducere cupiebat, & metuebat abſentem patrem. Noſtre homme, ceſtuy de qui ie parle. Idem in prolog. And. 19, Qui cum hunc accuſant, Næuium, Plautum, Ennium accuſant, quos hic noſter authores habet.

Noſter eſt, Il eſt des noſtres, de noſtre famile. Terẽt. in Adel. 5.8.29, Agelli hic ſub vrbe eſt paululum, quod locitas foras: huic demus qui fruatur. M. paululum id autem? D. ſi multum ſit, faciundum eſt. pro patre huic eſt. bonus eſt. noſter eſt. rectè datur.

Noſter pro noſtras, De noſtre pais. Terẽt. in Eunucho, 2.3.21, Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarũ. Donatus, Noſtrarum, ciuium ſcilicet, id eſt terræ ac patriæ noſtræ. vt Virg. Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.

Noſter, Blandientis eſt aliquãdo. Terent. in Hecyra, 5.2.4, Noſter ſocer video venit, puero nutricem adduxit. Virg. Noſter es, & noſtri e grege ſemper eris. Plaut. in Bacchid. 8.39, Noſter eſto, dum te poteris defenſare iniuria. Et magis hoc cõſuetudine dictũ eſt, quàm integritate, inquit Donatus.

Noſtra pro mea, moraliter dictum, authore Donato. Terent. in Eunucho, 2.3.69, Eſtne vt fertur, forma? P. ſanè. CH. at nihil ad noſtram hanc.

Noſtra omnis lis eſt. Nous auons gaigne noſtre proces, ou brigue. Plaut. in Caſ. 10.73, Sed ſi nunc facere volt hera officium ſuum, noſtra omnis lis eſt.

Noſtri, an alieni. Plaut. in Mil. 8.20, Perſcrutari hic volo Sceledre, nos noſtri, an alieni ſim?. Ie veulx demander ſi ne ſommes pas nouſmeſmes, ou ſi nous ſommes dautres.

Noſtrûm pro noſtrarum. Terent. in Eunucho, 4.4.10, Hunc oculis ſuis noſtrarum nunquam quiſquam vidit. Donatus, ἀρχαϊσμὸς eſt figura, pro noſtrum vel noſtrarum, id eſt quæ familiæ noſtræ ſunt.

Noſtrapte culpa fecimus, De noſtre propre faulte. Terent. in Phor. 5.2.1, Noſtrapte culpa facimus, vt malos expediat eſſe. Ne nous en prenons que a nous meſmes.

NOTHVS notha nothum, Non legitimum, Baſtard. Quintil.lib.3, Nothũ qui nõ ſit legitimus Græci vocant. Latinum rei nomen, vt Cato quadam quoque oratione teſtatur, nõ habemus, ideóque vtimur peregrino. Virg.lib.7, Suppoſita de matre nothos furata creauit. Nothum Græci appellãt, quicquid non legitimum eſſe volunt, nec verum, vt Nothum Atticiſmum dicunt, non verum ſchema Atticum, ſed adulterinum, ſpuriúmque.

NOTO notas, notare, Frequẽtatiuum à noſco. Priſcianus, In quo ſimiliter eſt notandũ, quòd cum à notu ſit deriuatum, corripuit tamen penultimã. Nec mirum. cõpoſita enim à notus, mutando o in i, corripiunt, vt agnitus, cognitus, cum ignotus ſeruauerit o.

Notare, Animaduertere eſt, Apperceuoir, noter, marquer.

Notare, ſignum, notámve apponere. Iuuenalis, Sed quæ Fabritius cenſor notet.

Notare, Ignominia afficere. Cic. de Senect. 38, Sed notandã nimiam putaui libidinẽ. Idem de Amicitia, 76, Quãuis enim multis nominibus eſt hoc vitium notandũ, leuium hominũ atque fallacium ad voluptatem loquentium omnia, nihil ad veritatem. Horatius, Multa cum libertate notabant.

Notare ignominia. Accuſer aucun de quelque meſchantete. Cic. Aulo Cecinnæ, Deinde vt eã in ciuitatem boni viri & boni ciues nulla ignominia notati nõ reuertãtur, in quã tot ſcelerum condemnati reuerterunt.

Notatus notata notatum, Qui eſt note de quelque meſchãtete. Cice. pro domo ſua ad pontif. Quid? homini teterrimo, crudeliſſimo, omnium ſcelerũ, libidinúmque maculis notatiſſimo, L. Piſoni nónne nominatim populos liberos multis ſenatuſconſultis etiam recẽti lege, ſoceri ipſius liberatos, vinctos & conſtrictos tradidiſti?

Nota notæ. Feſtus, Nota aliâs ſignificat ſignum, vt in pecorib⁹, tabulis, libris, literę ſingulæ aut lineæ. Vne marque.

Nota, pro ſcriptura vſurpatur. Curius Ciceroni, Quare Cicero mi perſeuera conſtanter nos conſeruare, & Sulpitii ſucceſſori nos de meliori nota commenda.

Notæ ſunt quibus compendio ſcribitur, Siffres. Suet. de Cæſare, Extant ad Ciceronem, item ad familiares domeſticos de rebus in quibus ſi qua occultius perferenda erãt, per notas ſcripſit. Hoc eſt, ſic ſtructo literarum ordine, vt nullum verbum effici poſſet: quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt d pro a, & perinde reliquas cõmutet. Gellius de notis Cæſaris, ſic ſcribit, In epiſtolis Cæſaris inueniuntur literæ ſingulariæ ſine coagmẽtis ſyllabarum, ex quibus verba confici nulla poſſunt.

Notis ſcribere, Eſt compendioſo ſcribendi genere excipiendo vti. Modeſtinus, Eos qui notis ſcribũt acta præſidum reip. cauſſa, nõ abeſſe certum eſt. Suet. de Tito principe Romanorũ, è pluribus comperi notis quoque excipere velociſſimè ſolitum, & cum amanuẽſibus ſuis per ludum iocúmque certantem, imitari chirographa quæcũque vidiſſet. Huiuſmodi exceptores ſunt hodie in curia Parlamenti mirãda ſolertia omnia propemodum dicta, aduocatorũ quoque, nedum iudicum excipiẽtes. Quales olim etiam in iudiciis fuiſſe Romanis multis teſtimoniis conſtat.

Nota, Infamia, & ignominia aliquãdo dicitur, ſiue probrũ. Lucil. lib. 30, Quẽ ſcis ſcire tuas omnes maculas, notáſque. Suet. Variis affectus notis. Cic. lib. 3. de off. O turpem notam temporum.

Eximere notæ, Remittere infamiam, Bailler remiſſion. Gellius lib. 4, Sed cum illo deieraſſet, inuitiſſimũ ſeſe oſcitatione victum, teneríque eo vitio quod oſcedo dicitur, notæ iam deſtinatæ exemptus eſt à Cenſoribus.

Ad notam vocare. Plin. epiſt. 30. b, Tu ergo, inquit, quam conſuetudinem ſequeris? Eadem omnibus pono: ad cœnã enim, nõ ad notam inuito, cũctíſque rebus exæquo, quos menſa & toro æquaui. Nota hic dicitur infamia.

Nota aliquando ad laudem refertur. Ouid. Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Nota, ſignum quo aliquid notatur. Plin. epiſt. 137. b, Itaque nullũ emendandi genus omitto: ac primum quæ ſcripſi, mecum ipſe pertracto. deinde duob⁹ aut tribus lego. mox aliis trado adnotãda: notáſque eorum, ſi dubito, cum vno rurſus aut altero penſito. Cic. Qu. Valerio, Quare Cuſpianorum omnium commendationis cauſſam hac tibi epiſtola exponendã putaui: reliquis epiſtolis tantum faciam vt notam apponam eam quæ mihi tecum cõuenit, & ſimul ſignificem de numero eſſe Cuſpii amicorum.

Notabilis & hoc notabile, Qui noſci poteſt. Columella lib. 4, Neque foliũ notabile gerit. Id eſt per quod noſci crebrò poſſit. Quintil. Macie notabilis, pallor deformis.

Notabilis, pro insigni, in bonam partem acceptum. Suet. in C. Caligula, cap. 14, Accessit ad immensum ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. Idem in Octauio Augusto, cap. 72, Sua verò quãuis modica nõ tam statuarũ, tabularúmque ornatu, quàm xystis & nemoribꝰ excoluit, rebúsque vetustate ac raritate notabilibus. Idem in Domitiano, cap. 20, Dictorum interdũ etiam notabilium, Vellem, inquit, tam formosus esse, quàm Metius sibi videtur.

Notabile est illud. Plin. epist. 51. c, Illud etiam notabile, vltimus ex Neronianis cõsularibus obiit, quo consule Nero periit. Idem epist. 119. b, Notabilis prorsus res, & mira: eadem in caussa, iisdem iudicibus, iisdem aduocatis, eodem tempore, tanta diuersitas accidit casu, quòd non casus videretur.

Notabilem se facere. Plin. epist. 190. d, Notabilem te futuris principibus fecisti.

Notabiliter, Aduerbium, Tellement que on le pouoit apperceuoir. Plin. epist. 5. f, Sed tu qui huius iudicii meministi, cur illius oblitus es, in quo me interrogasti, quid de Metii Modesti pietate sentirem? Expalluit notabiliter, quanuis palleat semper.

Notarius notarii, m. g. Qui scribit. Dictus à literis. Vng notaire, ou escriuain. Plin. epist. 213, Cogito si quid in manibus, cogito ad verbum, scribenti, emendantíque similis, nunc paucióra, nunc plura, vt vel difficile, vel facile componi, tenerique potuerunt. Notarium voco: & die admisso, quæ formaueram, dicto.

Notesco notescis, notescere, à noteo notes, Notum fieri, Venir a estre cõgnu. Propertius, Nec minus hæc nostri notescet fama sepulchri.

Notifico notificas, notificare, Notum facere. Ouid. lib. 1, de Ponto, Atque modum pœnæ notificare velis.

Notio notionis, f. g. Cognitio, demõstratio, manifestatio. Cõgnoissance. Cic. lib. 3. de off. Explica, atque excute intelligẽtiam tuam, vt videas quæ sit in ea species, forma & notio boni viri. Propriè autem Boetius, cõmẽt. tertio Top. Notio intellectus est quidam & simplex mẽtis cõceptio, quæ ad res plures pertineat à se inuicem differẽtes. Cic. de Prouinciis cõsularibus, Censorium iudicium ac notionem, & illum morem seueriſſimum magistratuum nõ esse nefariis legibus de ciuitate sublatum.

Notitia notitiæ, f. g. Cõgnoissance. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 1, Quanquã hæc inter nos nuper notitia admodũ est. Cic. de Senect. 11, Qui sermo! quæ præcepta! quanta notitia antiquitatis!

Notus nota notum, Qui est cognu.

Notus, Amicus & charus. Virg. lib. 7, Et notis cõpellat vocibus vltró. Idem, Hic inter flumina nota. Id est chara, inquit Seruius.

Notus, Qui nouit. Plaut. in Pseud. 15. 39, Ita herus meus est imperiosus. B. noui: notis prædicas. Tu le dis a ceulx qui le sceuent bien.

Notorius notoria notorium.

Notoria, Testificationum genus est. In pandectis, Capite ab accusatione ad senatusc̃os. Turpilianum, Nuntiatores qui per notoria iudicia produnt, notoriis suis assistere iubentur. Ibidem, Verùm falsis nécne notoriis insimulatus sit, perpenso iudicio dispici debet. Sensus hoc in loco est, Nuntiatores qui reos deferũt, per notoria, licet citra calumniæ metũ accusent, debere tamen assistere suis iudiciis, atque tueri notoria quæ attulerunt, interim dum quæstio de crimine habetur.

NOTVS noti, m. g. Vẽtꝰ meridionalis, auster dictꝰ. νοτὶς enim græcè, latinè humor dicitur.

NOVACVLA nouaculæ, Culter rasorius. Vng rasoir. À nouo nouas, quòd nouare, id est nouum facere videatur.

Nouacula, pro cultro nõ rasorio à Columella lib. vltimo ponitur, cap. 54, Raporum, inquit, quàm rotundissima sumito, eáque si sint lutosa detergito, & summam cutem nouacula decerpito.

NOVALIS, huius noualis, f. g. Vel hoc nouale noualis, Est vt inquit Festus, ager nouæ relictus sementi. Plinius lib. 18. cap. 19, Quidam vtique ab æquinoctio verno proscindi volunt. Quódque vere semel aratum est, à temporis argumento veruactum vocatur. Hoc in nouali, atque requieto necessariũ est. Nouale est quod alternis annis seritur. Varro, Qui intermittitur, à nouando noualis ager dicitur. Virg. Alternis idem tonsas cessare nouales, Et segnẽ patiere situ durescere campum. Seruius vult noualem esse aruum tunc primum ad sementem proscissum. Vnde Virgilius, Impius hæc tam culta noualia miles habebit. Seruius alio loco dicit, Noualia, id est noua terra, quæ per singulos annos renouatur per semina.

NOVEM, o.g. indeclinabile, Genus numeri. Neuf.

Nouenus nouena nouenum. Varro, Quo pacto erũt in mulis & paſtoribus nouenæ partes, vbi nec admiſſuræ, nec fœturæ obſeruantur?

Nouenarius nouenaria nouenarium. Varro, Sed do in hominibus poſſe nouenarium retinere numerum.

Nouendium nouendii, n.g. Nouem dierum ſpatium.

Nouendialis & hoc nouendiale. Nouendiale ſacrificiũ, quod mortuo fieri ſolebat nono die poſt quam erat ſepultus. Liuius, Nouendiale ſacrum publicè ſuſceptum eſt.

Nouuncium nouuncii, dicitur quod eſt nouem vnciarum.

Nouies, aduerbium, Par neuf fois.

Nonus nona nonum, Neufieme.

NOVELLVS, vide NOVVS.

NOVEMBER nouembris, m.g. Le mois de Nouembre.

NOVERCA nouercæ, f.g. Dicitur (authore Feſto) quam quis ſublatis liberis nouam vxorem ducit, accerſendæ familiæ gratia. Vne marratre. Plin. de viris illuſt. 58, Taceãt quibus Italia nouerca eſt, non mater. Virg. in Bucco. Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca.

NOVISSIMVS, NOVITAS, NOVO, vide NOVVS.

NOVVS noua nouum, Recens, Qui eſt tout neuf ou nouueau. Terent. in Adel. 4.7.4, Fero alia flagitia ad te ingentia boni illi⁹ adoleſcẽtis, noua, capitalia. Idem in Phor. 3.1.11, Nihil feci noui. Ouid. primo Metamorph. In noua fert anim⁹ mutatas dicere formas Corpora

Nouæ ædes. Plaut. in Moſtell. 3.5, Nouarum eſſe ædium arbitror ſimilem ego hominem.

Nouus amator. Plaut. in Trucul. 16.12, Amator nouus quiſpiam?

Nouus maritus, Vng nouueau marie. Plaut. in Caſina, 18.3, Nam nouum maritum hinc, & nouam nuptam volo. Terent. in Adel. 5.8.16, Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo fiam, atque anum decrepitam ducam?

Nouo modo. Plaut. in Mil. 10.30, Nouo modo tu homo amas. Idem in Trin. 4.76, Subigis maledictis me tuis Megaronides nouo modo. Terẽt. in Phor. 5.8.79, Neque huius ſis veritus fœminæ primariæ, quin tu nouo modo ei faceres contumelias.

Noua nupta, Nouuelle mariee. Terent. in Adel. 4.7.33, Et noua nupta eadem hæc diſcet?

Nouum, Magnum, & mirandum. Virg. Pollio & ipſe facit noua carmina.

Nouus, Inopinatus. Virg. Quis furor iſte nouus?

Noui homines dicuntur, quorum nulli maiores clari fuere, ſed ipſi per ſeipſos clari eſſe incipiunt, & magiſtratus in ciuitate aſſequi. Cic. in Verrem, act. 6, Næ iſta præclara nobilitas deſinat queri, populum Ro. hominibus nouis, atque induſtriis libẽter honores mandare, ſempérque mandaſſe. Idem T. Fabio, Plus tibi virtus tua dedit, quàm fortuna abſtulit: propterea quòd adeptus es quod non multi homines noui, amiſiſti quod plurimi homines nobiliſſimi. Idem in Verrem, act. 7, Videmus quãta ſit in inuidia, quãtóque in odio apud quoſdam homines nobiles, nouorum hominum virtus & induſtria.

Nouè, aduerbium, De nouueau, Nouuellement.

Nouiter, aduerbium, Idem. Plin. in Paneg. 54, Vidimus delatorum iudicium, quaſi graſſatorũ, quaſi latronum: non ſolitudinem illi nouiter, ſed templum, ſed forum inſederant.

Nouiſſimus nouiſſima nouiſſimum, Vltimus, Dernier. Quòd quæ recenter fiunt, vltimum locũ habeant. Cic. lib. 1. de Orat. Quæ duo ſunt ad iudicandum nouiſſima. Idem pro Roſcio Comœdo, Itaque perbreui tempore, qui ne in nouiſſimis quidem erat hiſtrionib⁹, ad primos peruenit Comœdos. Entre les plus moindres, & de moins deſtime. D. Brutus C. Caſſio, Si melior caſus fuerit, reuertemur Romam: ſi mediocris, in exilio viuemus: ſi peſſimus, ad nouiſſima auxilia deſcendemus. Derniers ſecours. Idem Octauio, Nam vt ordiar ab initio, & perducam ad extremũ, & nouiſſima cõferam primis: quæ nõ poſterior dies acerbior priore?

Nouiſſimè, aduerbium, En fin, finablement. Plancus Ciceroni, Denique quòd ad omnes caſus cõiunctiores reip. eſſe volebam: nouiſſimè vt ab omni omnium ſolicitatione auerſos eos, tales vobis præſtare poſſem, quales adhuc fuerũt. Eidem, Studium in ea re ſuum mihi L. Gellius de trib⁹ fratrib⁹ Segauiano probauit, quo ego interprete nouiſſimè ad Lepidũ ſum vſus.

Nouitas nouitatis, fœm. g. Nouuellete, ou nouueaute. Cic. de Amicitia, 60, Nouitates autem ſi ſpem afferunt vt tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non ſunt illæ quidẽ repudiandæ, vetuſtas tamen ſuo loco conſeruanda eſt.

Nouitius nouitia nouitium, Quod eſt nouum. Plaut. in Moſtell. 9. 83, Nouitium mihi quæſtũ inſtitui, nõ malum. Idem in Capt. 12. 60, Quid tu vna nocte poſtulauiſti, & die, recens captum hominem & nuperum, & nouitium te perdocere? Terent. in Eunucho, 3. 5. 34, Abducit ſecum ancillas: paucæ quæ circum illam eſſent, manent nouitiæ puellæ. Martialis, Si tamen nouitia mancipia fuerunt, non etiam veterana.

Mancipia nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruiuerũt. Plinius, Nouitium vinum reſinatum conducit.

Nouo nouas, nouare, Nouum ſiue recens facere, Faire quelque choſe de nouueau. Salluſt. Conſul optimum factu ratus, noctem quæ inſtabat, antè capere, ne quid eo ſpatio nouaretur.

Nouare agrum. Cic. in ſecundo de Oratore, Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grandiores edere. Nouatũ agrum appellat, diu ante ſementem cultum, vt interim fermẽtaretur, & ſub ſementem iteraretur.

Nouare, pro mutare. Suet. in Domitiano, cap. 7, Multa etiam in cõmuni rerum vſu nouauit.

Nouellus nouella nouellum, Diminutiuum à nouus.

Nouello nouellas, nouellare, Nouum agrum colere, ſeu nouas vites pangere. Suet. in Domitiano, cap. 7, Edixit, ne quis in Italia nouellaret.

Nouelletum nouelleti, Sumitur pro vinea ex nouellis vitibus cõſita. Paulus Iuriſc. Veluti ſi nouelletum in fundo ſatum ſit.

NOX, noctis, f. g. La nuict. Dicta quòd oculis noceat. Vel à græco quod eſt νύξ. Plau. in Bacchid. 1. 56, Nox, mulier, vinum, homini adoleſcentulo.

Noctes & dies, Nuict & iour, Touſiours. Plaut. in Merc. 3. 46, Obiurgare pater ob hæc me noctes & dies. Idem in Aſin. 13. 8, Vt ſecum eſſet noctes & dies.

Noctes & dies ſemper. Plaut. in Sticho, 2. 5, Vt æquom eſt ſolicitæ noctes & dies foror ſumus ſemper.

Noctéſque diéſque. Plaut. in Amphit. 4. 16, Noctéſque diéſque aſſiduò ſatis ſupérque eſt.

Noctes, diéſqũe. Plaut. in Pœnulo, 4. 14, Quæ noctes, diéſque in omni ætate ſemper ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.

Noctéſque & dies. Terent. in Eunucho, 5. 9. 49, Fatuus eſt, inſulſus, tardus: ſtertit noctéſque & dies.

Noctu, pro nocte. Plautus in Amphit. 4. 118, Credo ego hac noctu nocturnum obdormiſſe ebrium. Quadrigarius, Conuenit ſenatum noctu multa domum dimitti. Salluſt. Diu, noctúque laborare, feſtinare.

Nox, pro noctu, vt eſt in XII TABVLIS, Si nox furtũ factum ſit, ſi im aliquis occiſit, iure cæſus eſto. Vbi im accuſatiuum dixerunt ab is, & occiſit pro occidit.

De nocte. Terent. in Adel. 5. 3. 55, Cum prima luce ibo hinc. M. imò de nocte cenſeo.

Nocturnus nocturna nocturnum, Quod eſt noctis. Vt nocturna lux. Claud. Omnia quæ ſenſu voluuntur vota diurno, Tempore nocturno reddit amica quies. Cic. in Verrem, act. 7, Sic etiam fortunis hominum abutebatur ad nocturna vota cupiditatum ſuarum.

NOXA noxæ, eſt vt inquit Feſtus, peccatum, aut pro peccato pœna: vt Accius Menalippę, Te eſſe huic noxæ obnoxiũ. Item cum lex iubet noxæ dedere, pro peccato dedi iubet. Hæc Feſt. Salluſt. Maximè vellem P. C. remp. quietam eſſe, aut in periculis à promptiſſimo quoque defendi: denique praua incœpta conſultoribus noxæ eſſe.

Eximere noxæ, Eſt gratiam criminis facere, hoc eſt remiſſionem dare. Liuius lib. 8, ab vrbe cond. Benè habet (inquit dictator) Quirites, vicit diſciplina militaris, vicit populi maieſtas: non noxæ eximitur Fabius, qui contra edictum imperatoris pugnauit, ſed noxæ damnatus donatur populo Romano, donatur tribunitiæ poteſtati precariũ nõ iuſtũ auxiliũ ferenti.

Iureconſ. de verborum ſignificatione ſcribit, noxæ appellatione, omne delictum contineri. Liuius, Ob quam meam noxam?

In noxia tenere inimicos. Plau. in Caſ. 10. 71, Manifeſtè teneo in noxia inimicos meos. Ie les ay prins en faulte.

Noxa, Læſio, damnum. Ouid. lib. XV. Meta. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur. Columella lib. 4, Ea res à noxa curculionum videtur cõditas fruges defendere. Suet. Spurinámq; irridẽs, & vt falſum arguẽs, quòd ſine vlla noxa ſua idus Martiæ adeſſẽt. Plaut. in Mil. 20. 24, Poſtquam abs te abiit, animo malè factum eſt huic repentè miſeræ. PY. Accurrite intrò, atque afferte aquam. P. Nihil moror aquam. PY. quur? PA. malo ne interueneris, dum reſipiſcit. capta inter ſe nimis: noxam hinc habet.

NOXIA noxiæ, f.g. Culpa dicitur, authore Feſto. Coulpe, Faulte. Plaut. in Mil. 22.23, Et ſi inteſtatus nõ abeo hinc, benè agitur pro noxia. Veu ma faulte. Terent. in Phorm. 1.4.49, Meminiſtín' olim vt fuerit veſtra oratio in re incipiunda ad defendendam noxiam? Noxia careo, Ie ne ſuis en rien coulpable. Plaut. in Bacch. 20.89, Sat ſic ſuſpectus ſum, cum careo noxia.

In noxia eſſe, Culpam in ſe admittere, Faillir, commettre aucune faulte ou peche. Terent. in Phor. 2.1.36, Hic in noxia eſt: ille ad defendendã cauſſam adeſt. Et paulò pòſt, interpretat? eſt quæ dixerit, Si eſt patrue culpam vt Antipho in ſe admiſerit, ex qua re minus, rei foret aut famæ temperans, non cauſſam dico, quin quod meritus eſt ferat.

Noxiis vacuum eſſe. Plaut. in Merc. 24.23, Fateor nunc, deliquí profecto. E. etiam loquere larua? vacuum eſſe iſtac ætate his te decebat noxiis.

Noxiam remittere. Plaut. in Moſtell. 16.47, Remitte quæſo hanc noxiam cauſſa mea. Ie te prie pardonne luy ceſte faulte. Terent. in Eunucho, 5.2.13, Credín' te impunè abiturũ? c. vnam hanc noxiam mitte: ſi aliam vnquam vllam admiſero, occidito.

Noxius noxia noxium, Quod nocet, Nuyſable. Plaut. in Merc. 15.26, Non poſſum, ita inſtas, vrges, quaſi pro noxio. D. ſcio innoxius, audacter quiduis dicito.

Noxitudo noxitudinis, f.g. Pro noxia apud veteres dicebatur. Accius, Ocule noxitudo oblite retur Pelopidarum, ac per nos ſancteſcat genus. Nonius.

N V

NVBES nubis, f.g. Vapor humidus in ſublime egreſſus, ſiue aer in liquorem coactus, cuius denſitas haud dubiè ſolem obumbrat. Nuee.

Nubis, in nominatiuo legitur. Plautus in Merc. 22.38, Nónne ex aduorſo vides? nubis atra, imbérque inſtat.

Nubecula nubeculæ, f.g. Parua nubes. Plin. lib. 18, Nubecula quanuis parua, ventum procello ſum dabit.

Nubilus nubila nubilum, Fuſcum, nubibus obtectum, Couuert de nuees. Plin. lib. 2. cap. 62, Rhodi & Syracuſis nunquam tanta nubila obduci, vt non aliqua hora ſol cernatur.

Nubiloſus nubiloſa nubiloſum, Plein de nuees.

Nubilarium nubilarii, n.g. Locus, quò propter nubes conferuntur frumenta ſemitrita. Colu mella lib. 1, Huic areæ nubilarium applicari debet, maximè in Italia propter inconſtantiam cæli, quo collata ſemitrita frumenta, protegantur ſi ſubitaneus imber acceſſerit.

Nubilar nubilaris, n.g. Idem. Columella lib. 2, Qui ſi falcibus ſegetes cum parte culmi demeſſa ſit, protinus in aceruum vel nubilar congeritur.

Nubilo nubilas, nubilare, Nubilum, ſeu obſcurum facere. Charge de nues.

Nubilor nubilaris, nubilari, deponẽs. Idem. Cato de re ruſt. cap. 88, Vbi nubilabitur, noctu ſub tecto ponito.

NVBO nubis, nupſi, nuptum, & nuptus ſum præteritum facit, nubere, Operire, velare, à nube quæ cælum operit.

Nubere, Viro tradere, aut viro tradi, Marier, ou eſtre mariee: quòd ſpõſæ apud veteres dum viro tradebantur, nubere hoc eſt velare capita ſolebant.

Nubere alicui. Terent. in And. Aiebant hodie filiam meam nubere tuo nato. Plautus in Perſa, 10.68, Cum hac dote poteras vel mendico nubere.

Nupta eſt cum illo. Plaut. in Aſin. 16.20, Ego iſtuc ſcio ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris. Idem in Amph. 3.99, Quicum Alcumena eſt nupta Electri filia. Cic. Mar. Catoni, Regis Parthorum filium, quocum eſſet nupta regis Armeniorum ſoror.

Nupta eſt malé, Plaut. in Caſina. Elle eſt mal mariee.

Dare nuptum viro. Plaut. in Caſina, 5.38, Rogas? ſuper ancilla Caſina, vt detur nuptũ noſtro villico, ſeruo frugi.

Nubere, inquit Nonius, veteres non ſolum mulieres, ſed etiam viros dicebant, vt nunc Itali dicũt. Pomponius Pannuceatis, Sed meus frater maior poſtquam vidit me indeiectum domo, nupſit poſterius dotatæ vetulæ, varricoſæ, Aphræ. Iuuenalis, Quid quæris? nubit amicus.

Nubitur impersonale paſſiuæ vocis. Plaut. in Perſa, 10.59, Hic cum mala fama facilè nubitur. dos dum ſit, nullum vitium vitio vortitur.

Nuptus nupti, Vng marie. Plaut. in Caſina, Charinũ libet ſcire quod agat nouum nuptum.

Nupta nuptæ, Vne mariee.

Nuptus nuptus nuptui, Nubendi actus, Mariage. Plin. de viris illust. 59, Eo die Numãtini fortè solenni nuptu filias locabant.

Nuptui collocare. Cæsar, Et sorores suas nuptui in alias ciuitates collocasse.

Nubilis, huius nubilis, Apta vt viro in matrimonio iungatur. Mariable.

Nuptus nupta nuptum, Participium. Mariee.

Nupta verba dicebant veteres, quæ non licebat virgini dicere. Plaut. Virgo sum, nondum dici verba nupta dicere.

Nupturio nupturis, nupturire, Cupere nubere. Apul. in Apol. Ea si claro nupsisset homini rusticano, indecrepito seni, sponte eam diceres sine vlla magia iam olim nupturisse.

Nuptiæ nuptiarum, tantum pluraliter. Nopces.

Nuptialis & hoc nuptiale, Quod pertinet ad nuptias. vt nuptialis cœna. Plaut. in Curcul. 14. 60, Nobis omnibus tu vt hodie adueniens cœnam des sororiam, hic nuptialem cras dabit.

NVCLEVS, vide NVX.

NVDIVSTERTIVS, & nudiusquartus, Cõposita sunt, inquit Festus, ex nunc & die tertio & quarto, id est, nunc est dies tertius, nũc est dies quartus. Deuãt hier, Il y a quatre iours. semperque de præterito dicuntur. Plaut. in Curcul. 2. 17, Caruitne febris te heri, vel nudiustertius? Idem in Epid. 8. 31, Quippe quas ego nudiustertius meis manibus dinumerauí. Cicero Attico, lib. 14, Nudiustertius dedi ad te epistolam longiorem: nunc ad ea quæ proximè velim.

Nudiusquartus. Plaut. in Mostell. 13. 19, Nam heri & nudiustertius, quartus, quintus, sextus, vsque postquam hinc peregrè eius pater abiit.

Nudiusquintus, Il y a auiourdhui cinq iours. Plaut. in Trucul. 10. 30, Here nudiusquintꝰ natus quidem ille est.

Nudiussextus, Il y a auiourdhuy six iours. Plaut. in Trin. 10. 100. Nudiussextus cui talẽtum mutuum dedi.

Nudiustertiusdecimus. Cic. Philipp. v, Recordamini qui dies nudiustertiusdecimus fuerit, quantus consensus vestrum, quanta virtus, quanta constantia.

NVDVS nuda nudũ, Quod est sine tegmine. Nud. Virg. Nuda genu. Plaut. in Amphit. 4. 150, Quòd homines quatuor in soporem collocastis nudos.

Nuda à magistratibꝰ resp. Cic. pro domo sua ad põtif. Tam inops aut eram ab amicis? aut tã nuda resp. à magistratibus?

Nudus à propinquis, Desnue daucuns prochains, qui na nul prochain. Cic. ad Quirites post reditum, Me autem nudum à propinquis, nulla cognatione munitum, nullo armorũ ac tumultus metu.

Nudo vestimenta detrahere, Pro eo quod est, ab eo sperare emolumentum cui ne sit quidem, quod auferri queat. Plaut. in Asin. 3. 80, Face vt id paratum iam sit. L. vnde gentium? D. me defraudato. L. maximas nugas agis: nudo detrahere vestimẽta me iubes. defrudem te ego? age sis, tu sine pennis vola. téne ego defrudem, cui ipsi nihil est in manu?

Nudus, Insepultus, quòd scilicet cadauer saxo tectum nõ sit. Virg. Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

Nuditas nuditatis, f. g. Nudité. Quandoque sumitur pro inopia.

Nudo nudas, nudare, Nudum facere, detegere. Apul. Tum vulnus nudare iussus est.

Nudare, Indicare. Virg. Traiectáque pectora ferro Nudauit.

NVGAE, nugarum, pluraliter tãtum, f. g. Sunt sermones leuium rerum ac nullius ponderis, & plerunq; scurriles, ioculatoriique. Baueries, Sornetes, menteries ioyeuses, choses friuoles, Iaseries. Vnde Catullus & Martialis poemata sua vocant nugas, vt de inanibus vel rebus vel verbis loquentia. Plaut. in Asin. 13. 65, Hæc nõ sunt nugæ, non enim mortualia. Idem in Menæh. 3. 10, Nugæ sunt meræ. Idem in Trin. 8. 33, Hic postulet frugi esse, nugas postulat. Idem in Amphit. 7. 46, Quas (malùm) nugas?

Nugæ, à non & ago componi videtur, quòd nihil agant.

Nugax nugacis, o. g. Vng baueur, diseur de sornettes, plaisanteur, controueur de bourdes.

Nugigerulus nugigerula nugigerulum, Qui vana nuntiat.

Nugigerus nugigera nugigerum. Nugigera manus. Cic. Attico, lib. 4. Dices, vellem iampridẽ scio te voluisse & me. ast nugigeram manum fuisse.

Nugiuendus nugiuẽdi ab antiquis dicebatur qui aliquid mulierib9 venderet, inquit Nonius. nã omnia quibus mulieres vtuntur, pro rebus vanis atque inanibus habentur. Plaut. in Aulul. 15. 53, Nugiuendis res soluta est omnibus.

Nugalis & hoc nugale, Quod eſt nugis plenum, ſeu quod eſt nugarum. Gellius lib. 1, Sed toreumatibus tantum nugalibus delatrantes obnugatione iſta inceſſuit.

Nugatorius nugatoria nugatorium, Idem quod nugale. Cic. ad Heren. Duo ſunt genera vitioſarum argumentationũ. Vnũ quod ab aduerſario reprehẽdi ſolet: idque pertinet ad cauſſam. alterum, quod tametſi nugatoriũ eſt, tamen indiget reprehenſione. Plaut. in Trin. 13.92, Pax idem nomen mihi hoc quotidianũ eſt. C. ædepol, nomen nugatorium: quaſi dicas, ſi quid crediderim tibi, pax periiſſe illico.

Nugor nugaris, nugari, deponẽs, Vana & nugas agere, Dire ou faire choſes friuoles, ſornettes, & autres telles choſes. Plaut. in Caſ. 25.11, Nugatur ſciens: nam ecaſtor nunc bacchæ nullæ ludunt. Idem in Epid. 10.41, Non mihi nugari potes: quin tu huc producis fidicinam? Tu ne me ſaurois abuſer de parolles, bailler des bourdes.

Nugator nugatoris. m. g. Iaſeur, bailleur de bourdes & diſeur de ſornettes. Plaut. in Curcul. 9.1, AEdepol nugatorem lepidum lepidè hunc nactus eſt Phedromus. Idem in Capt. Euge pol Thalem talento non emam Mileſiũ. nam ad ſapientiã huius, nimius nugator fuit. Cic. de Senect. 25, Non verò tam iſti, quàm tuipſe nugator.

Nugamentum nugamenti, Nugæ. Apul. lib. 1, À quo iſtorum nugamenta hæc comparaſti.

NVLLVS nulla nullum, genitiuo nullius. À nõ, & vllus compoſitum, Nul. Cic. de Amicitia, 72, Sine amicitia vitam eſſe nullam ſentiunt. Ibidem, 29, Sic munitus eſt vt nullo egeat.

Nullus, De nulle valeur. Cic. de Amicitia, 81, Nulla eſt igitur hæc amicitia, quum alter verũ audire non vult, alter ad mentiendum paratus eſt. Plaut. in Trin. 10.12, Nullum beneficium eſſe duco id quod cui facias non placet.

Nulli conſilii, pro nullius. Terent. in And. 3.5.2, Quandoquidem tam iners, tam nulli conſilii ſum.

Nullus pro non. Plaut. in Bacchid. 1.58, Tu nullus affueris, ſinõ lubet. Idem in Trin. 9.5, At tu ædepol nullus credas: ſi hoc nõ credis, ego credidero. Idem in Aſin. 9.2, Litanũ in tonſtrinã vt iuſſeram venire, is nullus venit. Terẽt. in And. 2.2.33, Liberatus ſum Daue hodie tua opera. D. at nullus quidem. Idem in Eunuch. 2.1.10, Ab ea pellito. P. memini, tametſi nullus moneas. Idem in Hecyra, 1.2.4, Si quæret me, vti tum dicas: ſi nõ quæret, nullus dixeris. Cic. Attico, lib. 12, Philotimus non modo nullus venit, ſed ne per literas quidẽ, aut per nuntiũ certiorem facit me quid egerit. Ibidẽ, lib. 15. Ego autẽ ſcripſi Seſtiũ aduẽtare: non quo iam adeſſet, ſed quia certè id ageret, ab armiſque nullus diſcederet.

Nulla fide es. Plaut. in Mil. 20.59, Caue iſtuc feceris, dicent te mendacem, nec verũ eſſe, fide nulla eſſe te. Nullis literis vir, Id eſt illiteratus. Plin. epiſt. 115.a, Video etiã multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo conſecutos.

Nullus cuiuſquã terror. Plin. in Paneg. 122, Non noſtri Cæſar ingenii, ſed tuæ virtutis, tuorúmque meritorũ voces fuerunt, quas nulla vnquã adulatio inuenit, nullus cuiuſquam terror expreſſit.

Nullorum hominum homo. Terent. in Eunucho, 3.1.19, Regem elegãtem narras. T. imò ſic homo eſt perpaucorum hominum. G. imò nullorum arbitror, ſi tecũ viuit. Il nen y a point de telz qui luy reſemblent, ſi &c.

Nullo modo. Terẽt. in Eunu. 5.2.2, Quaſi dedita opera domi erant, vt nullo modo introire poſſem. Nullement. Idem in Heaut. 5.4.19, At illud nullo modo facere piguit.

Nullo pacto, En nulle maniere. Plaut. in Pſeud. 3.92, Profectò nullo pacto poſſum viuere. Nullemẽt. Terẽt. in And. 1.5.11, Prò deûm atque hominũ fidem, nullóne ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? Par quelque maniere ou moyen.

Nullius nõ facinoris, pro cuiuſuis facinoris. Suet. in Oct. Auguſt. cap. 32, Et plurimæ factiones titulo collegii noui, ad nullius non facinoris ſocietatem coibant.

Nullo negotio, Sine difficultate. Cic. Attico, Cato Siciliam tenere nullo negotio potuit. Sans peine ou difficulte. Eidem, Cũ id nullo negotio facere poſſis. Idem pro Roſcio, Quare hoc tu propter multitudinem ſicariorum, nullo negotio facere potuiſti?

Nullus ſum, Ie ſuis perdu, Ceſt faict de moy, Ce neſt plus rien de moy. Plaut. in Aſin. 16.72, Surge amator, i domũ. DE. nullꝰ ſum. Idem in Merc. 7.124, Nullꝰ ſum, occidi. Idem in Caſ. 15.1, Nulla nulla ſum, tota occidi. Terẽt. in Hecy. 4.1.6, Sed oſtiũ cõcrepuit: credo ipſum ad me exire, nulla ſum. Idem in And. 3.4.20, Ibo ad eũ, atq; eadẽ hæc quæ tibi dixi, dicã eadem illi. D. nullus ſum. Idem in Eunuch. 5.7.22, Nullus ſum. Donatus, Plus

eſt nullum eſſe, quàm periiſſe. nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui verò nullus eſt, ita non eſt ac ſi natus non ſit.

Ecce me nullũ ſenem. Plaut. in Caſ. 6. 26, Si id factum eſt, ecce me nullum ſenem.

Nullius, pro neutrius. Aſinius Pollio Ciceroni, Cum verò non liceret mihi nullius partis eſſe, quia vtrobique magnos inimicos habebam, in ea caſtra fugi, in quibus planè tutum me ab inſidiis inimici ſciebam non futurum. Ne dune part ne dautre.

Nullatenus, aduerbium, Id eſt nulla ex parte, nullo modo.

Nullibi, Aduerbium loci, Nullo in loco.

NVM, aduerbiũ interrogandi, & ſubintelligitur negatio. Soli indicatiuo iungitur. Terent. in And. 5. 3. 6, O ingentẽ confidentiã! Num cogitat quid dicat? Num facti piget? vide, num eius color, pudoris ſignũ vſquam indicat? Penſes vous quil penſe a ce quil dit? Il neſt point ainſi. Idem in And. 3. 3. 42, Num cenſes faceret, filium niſi ſciret eadem hæc velle?

Numnam, compoſitũ à num, & nam. Idem quod num. Plaut. in Ciſtell. 9. 6, Hæc ciſtella numnam hinc ab nobis domo eſt? nam hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli. Ne ſeroit ce point de chesnous? Idem in Amphit. 17. 21, Numnam hunc percuſſit Iuppiter? credo ædepol. Terent. in And. 3. 4. 12, Hem numnam periimus? Ne ſeroit ce point faict de nous? Idem in Eunu. 2. 2. 55, Etiam tu hic ſtas Parmeno? eho, numnam tu hic relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clàm à milite ad iſtã curſitet? Idem in Heaut. 3. 2. 6, Quis hic loquitur? perii: numnam hæc audiuit? Auroit elle bien ouy cecy? Idem in Eunucho, 5. 5. 5, Quæ illæc turba eſt? numnam ego perii? adibo. Eſt ce faict de moy?

NVMELLA numellæ, vt inquit Nonius, Numellæ machinæ genus ligneũ quod ad diſcruciãdos noxios paratur, quò collum & pedes immittũt. Vng cep. Plaut. in Aſin. 11. 5. Neruos, catenas, carceres, numellas, pedicas, brias, tortoréſque acerrimos.

Numella, authore Feſto, genus eſt vinculi quo quadrupedes alligãtur. Varro lib. 2. de re ruſt. Conſuefaciũt quoque, vt alligari primũ poſſint leuibus numellis: quas ſi abrodere conãtur, ne id cõſueſcãt facere, verberibus eos deterrere ſolent. Columella lib. 7, bobus, cæteriſque magnis animalibus dedit, Vbi (inquit) poſſunt etiã numellæ fabricari, vt inſerto capite, deſcendẽtib⁹ per foramina regulis, ceruix teneatur. Idem dedit ouibus & capris, lib. 8, Nõnulli antequã pecus numellis inducant, virides pineas nuces in mulctram dimittunt.

NVMEN numinis, n. g. Dicitur, authore Feſto, quaſi nut⁹ dei, ac poteſtas. à nuo nuis, quod veteres pro volo vſurpabant. Virg. Non hæc ſine numine diuum Eueniunt.

Numen per tranſlationem, poteſtas dei. vnde diuerſa numina, id eſt diuerſæ poteſtates.

Numen, Ipſe deus. Virg. Spero equidem mediis (ſi quid pia numina poſſunt) Supplicia hauſurum ſcopulis.

Numen, pro habitu atque ornatu interpretatur Nonius. Virg. Vadim⁹ immiſti Danais, haud numine noſtro.

NVMERVS numeri, n. g. Vnitatum collectio. Nombre.

Numerus aliquãdo refertur ad ea quæ menſurãtur. Cic. lib. 3. de off. Si exẽpli gratia vir bonus Alexandria Rhodum, magnum frumenti numerum adduxerit. Vide paulò pòſt plura.

Numerus, ad ordinem relatum. Cice. lib. 2. de natura deorum, Nihil eſt enim vt orationem numero mouere poſſit ſine cõſilio in quo nihil eſt numerariũ. Virg. Digerit in numerũ.

Numerus, Pro ratione harmonica ponitur, quam græco vocabulo rhythmum appellamus, Ryme: quòd omnis harmonia & omnis cõcentus numeris conſtet. Virgilius, Numeros memini, ſi verba tenerem. Hinc oratio quæ numeris caret, ſoluta dicitur: quæ verò numeris conſtat, numeroſa.

Numerus, Abſolutè pro quacunque ratione ponitur. Virg. lib. x1, Hetruſcíque duces, equitúmque exercitus omnis Compoſiti numero in turmas. Par nombre.

Numerus, Societas, grex, ſeu pars. Vnde dicimus aliquem ex eorũ numero, qui eſt eorũ particeps. Salluſt. Dum hæc Romæ gerũtur, C. Manlius ex ſuo numero legatos ad Martium regem mittit. Id eſt, ex iis qui ſuæ partis erãt. Qui eſtoiẽt de ſon coſte, de ſa bande, des ſiens. Diſtribuere in numeros. Plin. epiſt. 246, Ipſe enim dubito, ob hæc maximè, quòd vt iam dixerant, ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant. Par bandes.

Numeros habui. Plaut. in Pſeud. 15. 5, Habui numerum ſedulò, hoc eſt ſextum à porta, proximum angiportum. Ie ſauoye bien le quantieſme.

Numeros comitatis obire. Plin. in Paneg. 121, Quippe cum orationi oculos, vocem, manum commodares, vt ſi alii eadem iſta mandaſſes, omnes comitatis numeros obibas. Tu eſtois doulx & courtois en toutes manieres.

Magnum numerum frumenti, olei, vini antiqui dicebant, quod nonnulli nunc dicunt magnã quantitatem vel copiam, Grande quantite, ou abondãce. Cic. pro Planco, Frumẽti in ſumma caritate maximum numerum miſeram. Idem in Verrem, Dico magnum numerũ frumenti. Cæſar in Cõment. Frumenti magnum numerum coegit. Hircius in Comment. Magno inuẽti numero hordei, olei, vini, fici, pauco tritici. Cic. in Antonium, Maximus vini numerus fuit, permagnum optimi pondus argenti.

Numeris omnibus abſolutus. Plin. epiſt. 215, Legi enim librum omnibus numeris abſolutũ. Totalement, en toutes ſortes & manieres bien faict.

Numerare alicui, Bailler argent content a aucun. Plautus in Epid. 5.117, Quin tu is intrò, atque huc argentũ promis? Et paulò pòſt, I, numera, nihil moror. Idem in Perſa, 12.32, Nummi ſexcenti hic erunt probi, numerati, Fac ſit mulier libera. Idem in Pſeud. 20.41, Accipe, Hic ſunt quinq; argẽti lectæ numeratæ minæ. Idem in Aſin. 2.4, Numerari iuſſit ſeruulo Leonidæ. Terent. in Adelphis, 3.3.52, Nam vt numerabatur fortè argentũ interuenit homo de improuiſo.

Numerò aduerbium, veteres pro nimium citò dicebãt, authore Feſto. Plaut. in Menæh. 8.13, Menæhme, numerò huc aduenis ad prandiũ. Idem in Milite, 22.7, Haud etiã numerò hoc dicis. Idem in Caſ. 15.20, Quid vis ancillæ? p. nimiũ ſęuis. s. numerò dicis? Idem in Pœn. 18.100, O Apella, ô Zeuſis pictor, cur numerò eſtis mortui, hinc exemplum vt pingeretis?

Numeroſus numeroſa numeroſum, Quod magno conſtat numero, Qui eſt en grand nombre. Plin. in epiſtolis, Hoc opus numeroſas poſcit manus. Idem in Paneg. 45, Aliò me vocat numeroſa gloria tua.

Numeroſa oratio dicitur, quæ numeris conſtat.

Numeralis & hoc numerale, Quod ad numerum pertinet. Vnde numeralis ſciẽtia, quæ tractat de numeris. Græcè arithmetice dicitur.

Numeralia nomina, apud Grãmaticos, quibus vtimur in numerando.

Numerabilis & hoc numerabile, Quod numerari poteſt.

Numerarius numeraria numerarium, Quod ex numero eſt.

Numero numeras, numerare, Quaſi nũmos computare, Nombrer, conter. Virg. Biſque die numerãt ambo pecus. Cic. de Amicitia, 20, Nec metiamur eam, vt quidam indocti, verborum magnificentia, viróſque bonos, eos qui habentur, numeremus, Paulos, Catones &c.

Numeratus numerata numeratum, Qui eſt nombre.

In numerato habere ingeniũ, Id eſt promptum & ad manũ, hoc eſt prẹſentiſſimũ, & ad expedienda éxtẽpore dicẽda ſolertiſſimũ. Prompt & a deliure. Quintil. in v 1, Illa potius vrbana eſſe dixerim, quę ſunt generis eiuſdem, quæ ridicula dicũtur, & tamen ridicula nõ ſunt. De actore facilè dicẽte éxtẽpore dictũ eſt ingeniũ eum in numerato habere. Plin. lib. 31, Claudius Iſidorus teſtamento ſuo dixit, quãuis multa ciuili bello perdidiſſet, tamen relinquere ſeruorũ quatuor millia, iuga boum tria millia ſexcẽta. Reliqui pecoris ducẽta quinquaginta millia. In numerato pondo ſexcenta millia. Six cens mil argent content.

NVMVS numi, m. g. Moneta dicitur, Mõnoye. ἀπὸ τοῦ νόμος dicitur, id eſt à lege: quia cum permutatione vti homines ſolerent, lege numi vſus introductus eſt, nõ natura. Apud Plautum legitur nummus, duplici mm.

Numus argenti. Plaut. in Pſeud. 5.66, Nimis ſum miſer, nũmum nuſquam argenti reperire queo. Vne piece dargẽt. Idem in Aulul. 5.30, Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ, diuidere argenti dixit nũmos in viros. Quil departiroit de largent a chaſcun hõme. Idem in Pſeud. 3.33, Hinc nunquam eris nummo diuitior.

Numus adulterinus, Faulſe monnoye, Vne faulſe piece dargẽt. Cic. lib. 3. de off. Quęrit etiã, ſi ſapiens adulterinos numos acceperit imprudẽs pro bonis, cum id reſciuerit, ſoluturúſne ſit eos, ſi cui debeat, pro bonis.

Numus aſper. Suet. in Claud. Nerone, cap. 44, Exegítque ingẽti faſtidio, & acerbitate nummum aſperũ, argẽtũ puſtulatũ, aurũ obrizũ. vt plerique omnem collationẽ palàm recuſarent, conſenſu flagitantes à delatoribus potius reuocanda præmia quæcunque cepiſſent.

Numus, Nomen ſpeciale eſt aliquãdo, idem quod ſeſtertium valens, id eſt æſtimatione noſtra decem turonicis denariolis, & ſemiſſe denarioli. Cic. in Verrem, act. 4, Facta eſt ſponſio ſeſtertiis quinque: coegit Scandilius quinque illa millia numûm dare ac numerare Apronio. Et rurſus inferius, Cogit Scandiliũ Apronio ob ſingularem improbitatem atque audaciam

prædationémque nefariæ ſocietatis ſeſtertia quinque milia mercedis nomine ac præmii dare. Quinque ſeſtertia: quinque milla ſeſtertium: & quinque millia numũ pro eodem dixit.

Numus ſeſtertius. Victruuius lib. 1. cap. 4, Ab ſenatu populóque Ro. petiit vt liceret tranſferre oppidũ conſtituítque mœnia: & areas diuiſit, numóque ſeſtertio ſingulis municipibus mancipio dedit. Id eſt ſeſtertiis ſingulis areas ædificaturis ciuibus vendidit: quæ res inſtar donationis imaginem venditionis habet: quomodo & numo addicere.

Numo addicere, Apud Suetoniũ in Cæſare legitur. Valerius Maximus lib. v, Cornuto prætore funus Hircii & Panſæ iuſſu ſenatus locante: qui tunc Libitinam exercebant: tum rerũ ſuarum vſum, tum miniſterium ſuum gratuitum polliciti ſunt: perſeuerantíque poſtulatione excuderũt vt exequiarũ apparatus ſeſtertio numo ipſis præbentibus addiceretur. Cic. pro Caio Rab. Ecquis eſt ex tãto populo, qui bona C. Rabirii Poſthumii numo ſeſtertio ſibi addici velit?

Numulus numuli, diminutiuum. Vne petite piece dargent.

Numoſus numoſa numoſum, Numis plenus, diues, Vng riche homme, Qui ha force argent.

Numatus numata numatum, Qui ha beaucoup dargent. Cic. de lege Agraria, Volitat enim ante oculos iſtorum Iubæ regis filius adoleſcẽs, nõ minus bene numatus, quàm bene capillatus.

Numatum marſupium, Vne gibbeciere ou bourſe ou il y a beaucoup dor & dargent. Plautus in Amphit. 16.40, Item aliud, vt bene numatum ſeruaretur marſupium.

Numarius numaria numarium, Quod ad numos pertinet, Vt res numaria. Cic. pro A. Cluentio, Exagitabantur omnes eius fraudes, atque fallaciæ: tota vita in eiuſmodi ratione verſata aperiebatur: egeſtas domeſtica, quæſtus forenſis in medium proferebatur, numarius interpres pacis & concordiæ non probabatur.

Numiſma numiſmatis, n. g. Idem quod numus. Græci νόμισμα dicunt. Horatius, Retulit acceptos regale numiſma philippos. Martia. Cur data ſunt equiti bis quinq; numiſmata quare.

Numularius numularii, Vng chãgeur. Menſarius aliâs dicitur: qui numos ad menſam tenet, vel qui ex officio, menſæ numorum inſeruit.

Numatio numationis, f. g. Cic. Philipp. 2. in Antoniũ, Recordare igitur illũ M. Antoni diem, quo dictaturam ſuſtuliſti: pone ante oculos lætitiam ſenatus pop. Ro. confer cum numatione tua, tuorúmque: tum intelliges quantum inter laudem & lucrum interſit.

NVNC, aduerbium temporis, Maintenant, a ceſte heure. Græci νῦν dicunt. υ vertitur in u, protheſi c. Terẽt. in Eunucho, 5.5.15, Quid ais? P. nunc minatur porrò ſeſe id quod mœchis ſolet. Idem in And. 3.2.33, Nunc, poſtquam videt nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illicò obſtetricem accerſitũ ad eam. Idem in Hecyra, 4.1.22, Sed nunc mihi in mentem venit, ex hac re quod locuta eſt olim, quum illum generum cepimus.

Nunc, ſuperfluè aliquãdo additur, authore Donato. Terẽt. in Adel. 2.3.3, O frater frater, quid ego nunc te laudem? ſatis certè ſcio &c.

Nunc, pro ſerò, interprete Donato. Terent. in Eunucho, 1.1.25, Nunc ego & illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio. Virgil. Nunc ſcio quid ſit amor. Idem, Nunc augur Apollo, Nunc Lyciæ ſortes.

Nunc, aliquando nullum tempus denotat, & pro ſed accipitur. Cicero, Quæ quidem multo plura euenirent, ſi ad quietẽ integri iremus: nunc onuſti cibo & vino confuſa & perturbata cernimus.

Nunc pro nomine aliquando ponitur. Cicero, Nunc temporis numero. Quaſi temporis præſentis, & quaſi nuncini ſi Latinitas pateretur, ſicut craſtini.

Nunc, Des ceſte heure, & non point parauant. Plaut. in Trin. 6.81, Mentire ædepol gnate, atque id nunc facis, haud conſuetudine.

Nunc demum, Or a primes. Plautus in Aſin. 9.81, I nunc iam ad herum quò vocas iamdudum, quò volebas. ME. nunc demum? tamen nunquam hinc feres argenti nũmum, niſi me dare iuſſerit Demænetus. Idem in Pſeud. 18.1, Babæ nunc demum mihi animus in tuto eſt loco, poſtquam iſte hinc abiit. Idem in Caſina, 10.33, Atat nunc pol ego demum in rectam redii ſemitam. Idem in Capt. 19.26, Nunc pol demum in memoriam regredior, audiſſe me quaſi per nebulam, AEgionem meum patrem vocarier. Idem in Milite, 9.62, Nunc demum ſcio me fuiſſe excordem. Idem in Epid. 10.22, Nunc demum ſcio ego hunc qui ſit. Terent. in Adel. 2.2.25, Nunc demum venis? cur paſſus? vbi eras? Idem in Adelphis, 5.3.19, Nam vetus verbum hoc quidem eſt, Communia eſſe amicorum in-

ter ſe omnia. D. facetè, nunc demum iſthæc nata oratio eſt. Na gueres a eſte trouuee.

Nunc eſt. Terent. in Adelph. 3.2.1, Nunc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua cõſilia conferant, atque huic malo ſalutẽ quærant, auxilii nihil afferãt. Donatus, Significat autẽ NVNC tale negotium eſt, nunc tale periculum eſt. Idem in Eunuch. 3.5.3, Iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iuppiter, nũc eſt profectò, interfici cum perpeti me poſſum: ne hoc gaudium contaminet vita ægritudine aliqua.

Nunc iam. Plaut. in Amphit. 3.38, Nũc iam huc animũ ad ea, quæ loquar, aduortite. Idem in Aulul. 5.3, Redi nunc iam intrò, atque intus ſerua. Terent. in Eunucho, 2.3.85, Age, eamus intrò: nunc iam orna me, abduc, duc quantum potes. Idem in Adelphis, 2.1.21, Geminabit niſi caues. S. hei miſero mihi. AE. nõ innueram: verum in iſtam partem potius peccato tamen. I nũc iam. Donatus, NVNC IAM, duæ partes ſunt, Et benè IAM, quia ſerò & poſt plagas. Et iam, etiam tarditatis incuſatio eſt. Cic. in Verrem, act. 8, Patior non moleſtè Iudices, eam vitam quæ mihi ſua ſponte antea iucunda fuerit, nunc iam mea lege & conditione neceſſariam quoque futuram.

Nunc nuper. Terent. in prolog. Eunuchi, 9, Idem Menandri Phaſma nunc nuper dedit. Donatus, Nuper, ex illis verbis eſt quæ veteres, propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. nam niſi adderet nunc: hoc NVPER, olim, pridem, & iam ſignificaſſet. Tout a ceſte heure.

Nunc primum, Or primes. Plaut. in Amphit. 8.50, Sic ſalutas, atque appellas, quaſi dudum non videris? quaſi qui nunc primum recipias te domum huc ab hoſtibus? Terent. in And. 5.4.34, Is hinc bellum fugiens, méque in Aſiam perſequẽs proficiſcitur. tum illam hic relinquere eſt veritus. Poſt illa nunc primum audio quid illo ſit factum.

Nunc primum, Tout premierement. Terent. in And. 3.2.3, Nunc primum fac iſtæc vt lauet. pòſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui date.

Nunc nunc. Plaut. in Rud. 4.80, Nunc nunc periculum eſt, eiecit alteram.

Nunc erat, Antiqui illi ſimul ponebant præſens cum præterito. Cice. Attico, Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi. Eidem, Brutus erat in Veſide, etiam nunc. Ouid. in Epiſt. ad Vlyſſem, Nunc erat auxiliis illa tuenda patris. Horatius, Nunc ſaliaribus ornare puluinar deorum Tempus erat dapibus ſodales.

NVNCVBI, Nunquid alicubi. Terent. in Eunucho, 1.2.83, Nuncubi meam benignitatem ſenſiſti in te claudier? Donatus, Nuncubi, Nunquid alicubi. Aut ſi, nũc vbi, legimus, erit aduerbium temporis: vt ſit vbi, quo in loco, qua in re.

NVNCIVS, vide NVNTIVS.

NVNCVPO nuncupas, nuncupare, Nominare. Appeler, Nommer. Liuius. lib. 1, Quem Iulium eundem Iulia gens authorem ſui nominis nũcupat. Varro de ling. latina, lib. v, Item in choro, in quo eſt, AEnea quis eſt qui meum nomen nuncupat? Item in Medo, Quis tu es mulier quæ me inſueto nuncupaſti nomine?

Nuncupare vota, Eſt alicui diuorum vota polliceri & deſtinare. Caius de verborum ſignifi. Poſt calendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota ſuſcipiuntur. Tacitus lib. 16, Principio anni ſenatores pro imperatore ſolenne iuſiurandum ſumere, & nuncupationes votorum facere memorat. Apuleius, Cui vota nuncupabo? Plin. in Paneg. 13, Nuncupare vota, & pro æternitate imperii, & pro ſalute ciuium, imò pro ſalute principum, ac propter illos pro æternitate imperii ſolebamus. Ibidem, 152, Quo maiore fiducia iiſdem illis votis quæ ipſe pro ſe nuncupari iubet, oro & obteſtor, ſi bene remp. ſi ex vtilitate omnium regit. Cic. in Verrem, act. 7, Alterũ, quòd cum paludatus exiſſet, votáque pro imperio ſuo, cõmunique pop. Ro. nuncupaſſet, noctu ſtupri cauſſa, lectica in vrbẽ introferri ſolitus eſt ad mulierem, nuptã vni, propoſitã omnibus, cõtra fas, cõtra auſpicia, cõtra omnes diuinas atque humanas religiones. Feſtus Põpeius, Nuncupata pecunia eſt, vt ait Cincius in libro ſecundo, de officio Iuriſconſulti, Nominata, certa, nominibus propriis pronuntiata, cum nexum faciet, mancipiúmque vti lingua nuncupaſſet, ita ius eſto. Vota nuncupata dicuntur, quæ cõſules, prætores, cum in prouinciam proficiſcũtur, faciunt, ea in tabulas præſentib⁹ multis referũtur. At Santra lib. 2. de verborũ antiquitate ſatis multis, Nuncupata colligit, nõ de re recto nominata ſignificare, ſed promiſſa, & quaſi teſtificata, circunſcripta, recepta, etiam in votis nuncupandis eſſe conuenientius.

Nũcupare teſtamẽtũ, Pronũcer de bouche. Plin. epi. 171, Domiti⁹ Afer, qui illos in numẽ ad-

ſumpſit, reliquit teſtamentum ante octo & decem annos nuncupatum: adeóque poſtea improbatum ſibi, vt patris eorum bona proſcribenda curauerit. Plinius lib. 14. de ebrietate loquens, Alii teſtamenta ſua nuncupant, alii mortifera loquuntur, redituráſque per iugulum voces non continent. Iuſtinus lib. 34, de Perdica loquens, Nam etſi nõ voce nuncupatus hæres, iudicio tamem electus videbatur.

Nuncupare, Pronuntiare, id eſt expreſſè & nominatim prædicere, profaríque ex bona fide in rebus contrahendis. Cic. lib. 3. de off. Nam cum ex duodecim tabulis ſatis eſſet ea præſtare quæ eſſent lingua nũcupata: quæ qui inficiatus eſſet, dupli pœnam ſubiret: à iuriſconſultis etiam reticentiæ pœna eſt conſtituta. Quicquid enim eſt in prædio vitii, id ſtatuerũt, ſi venditor ſciret, niſi nominatim dictũ eſſet, præſtari oportere. Hæc ille. Eſt enim nuncupare, non ſcripto cauere vel dicere.

Nuncupata voluntas dicitur à Iuſtiniano vel Triboniano in Titulo de teſtamentis, in fine.

Nuncupata vita, Liuio & Tranquillo, & Valerio dicitur.

Nuncupatorius nuncupatoria nuncupatorium.

Nuncupatio nuncupationis, f. g.

NVNDINAE nundinarum, f. g. plu. numero tãtum. À nono die dictæ ſunt, quaſi nouẽdinæ: quæ inſtitutæ perhibentur, vt ruſtici octo diebus in agris eſſent, & nono die repeterent vrbem ad mercatum pro legibus accipiendis, & vt ſcita atque conſulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die præpoſita, à ſingulis atque vniuerſis facilè noſcebãtur. Vnde etiã mos tractus vt leges trinundino die promulgarẽtur. Vne foire, ou marche. Feſtus, Nundinis ruſtici conueniebant, mercandi & vendendi cauſſa.

Nundinum nundini, neutro genere dixit Liuius, Poſtquam verò (inquit) comitia decem viris creandis in trinundinum indicta ſunt.

Nundinalis & hoc nundinale, Quod pertinet ad nundinas. Plaut. in Aulul. 9. 45, Coquus ille nundinalis eſt. in nonum diem ſolet ire coctum.

Nundinatio nundinationis, f. g. Marchandiſe que on faict es foires.

Nundinatio iuris. Cic. de lege Agraria, Hinc vos quas ſpoliationes, quas pactiones, quam denique in omnibus locis nundinationem iuris, ac fortunarum fore putatis? Idem in Verrem, Nam quæſo redite in memoriam iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit, quæ varietas decretorum, quæ nundinatio.

Nundinator nundinatoris, m. g. Vng marchant qui hante les foires. Feſtus, Nundinis ruſtici conueniebant mercandi & vendẽdi cauſſa, túmque nefas erat cum populo agi, ne interpellarentur nundinatores.

Nundinor nundinaris, nundinari, Venditare, pretio addicere, inſtitorio more aliquid ad quæſtum exercere. Mettre en vente, vendre. quod & nundino nundinas dicitur. Iulius Firmicus lib. 6. Mathe. Quæſtus & libidinis cauſſa pudorem duobus fratribus nundinabit, & ad coitũ fratrem inuitabit & filium. Apul. Toti nunc iudices ſententias ſuas pretio nundinantur. Suet. in Tit. Veſpaſ. Suſpecta & rapacitas, quòd conſtabat in concionibus patris nundinari, præmiaríque ſolitum, deinde propalàm alium Neronem & opinabantur & prædicabant.

Nundinari, ſæpius pro emptitare vtitur Cicero, vt in Verrem, Ab iſto pueri annorũ ſenum, ſeptenúmque denum ſenatorium ordinem nundinati ſunt.

Nundinarius nundinaria nundinarium, Quod ad nundinas pertinet, vel quod nundinis deputatum eſt. Plinius lib. XII, His commerciis Caracem oppidum aperuere, quod eſt illis nundinarium.

NVNQVAM, aduerbiũ, Nõ vllo tempore, Iamais. Plaut. in Amphit. 7. 30, Neque fando vnquam accepit quiſquam. Idem in Merc. 7. 116, Nunquam ædepol quiſquam illam habebit, potius quàm ille quem ego volo. Idem in Amphit. 8. 38, Nunquam ædepol tu mihi diuino quid creduis poſt hũc diem, ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

Nunquam ante hunc diem. Plaut. in Sticho, 4 110, Demiror quid illæc me ad ſe accerſi iuſſerit, quæ nunquam iuſſit me ad ſe accerſi ante hunc diem. Idem in Epid. 10. 60, Iſtunc hominem nunquam audiui ante hunc diem.

Nunquam poſt hunc diem. Plautus in Menæh. 11. 12, Cuius hæres nunquam erit poſt hunc diem.

Nunquam poſt illa. Plautus in Curcul. 10. 43, Sed eum qui mihi vendidit illam, nunquam poſt illa vidi.

Nunquam hodie, Id eſt, Nullo tempore huius diei, interprete Donato. Plaut. in Perſa, 4.58, Nunquam hercle hodie prius hic edis, ne fruſtra ſis, quàm te hoc facturũ, quod rogo, affirmas mihi. Idem in Amphit. 4.272, Id quidem hodie nunquam poterit dicere. Terẽt. in Adelphis, Scio vbi ſit, verùm hodie nunquam monſtrabo. Virgil. Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

Nunquam hoc vno die. Plaut. in Trucul. 19.13, Nunquam hoc vno die efficiatur opus, quin opus ſemper fiet.

Nunquam, id eſt, non. Plaut. in Amphit. 8.66, Quo in loco? AL. hic in ædibus, vbi tu habitas. AM. Nunquam factum eſt. Il neſt pas ainſi. Idem in Menæh. 15.9, Mihi tu dederis pallam & ſpinter? nunquam factum reperies. Terent. in Hecyra, 3.5.15, Ille reuiuiſcet iam nunquam. Donatus, Plus eſt nunquam, quàm non. Idem in Phor. 1.2.71, Illéne indotatam virginem, atque ignobilem daret illi? nunquam faceret. Donatus, Nota NVNQVAM pro non in maiorem negationis ſignificationem ſemper poni. Terent. in And. 2.3.10, Egóne dicam? D. cur non? P. nunquam faciam.

Nunquam non, id eſt ſemper. Suet. in Tib. Turbatiore cælo nunquam non coronam laureã ceruice geſtauit, quòd fulmine afflari negetur id genus frondis.

Petiit nunquam. Cic. de Amicitia, 10, Qui conſulatum petiit nunquam, factus eſt cõſul bis.

Nunquam quicquam. Donatus, Nunquam quicquam, παρέλκον, pro nũquam, id eſt nõ. Terent. in Adel. 4.1.12, Quid dicam? s. nihilne in mente eſt? c. nunquã quicquam. Ibidem, 1.2.18, Homine imperito nunquam quicquam iniuſtius. Plaut. in Amphit. 4.94, Nunquam etiam quicquam adhuc verborum eſt proloquutus perperam.

Nunquam quiſquam. Plaut. in Capt. 3.8, Quos nunquã quiſquã neque vocat, neque inuocat.

Nunquámne. Terent. in Eunucho, 2.3.68, Perii, nunquámne etiam me illam vidiſſe?

NVNQVANDO, id eſt, num aliquando. Cic. de Amicitia, 59, Exiſtit autẽ hoc loco quæſtio ſubdifficilis, Nunquando amici noui non indigni amicitia, veteribus ſint anteponendi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus.

NVNQVIS nunquæ nunquod vel nunquid, Num aliquis, I a il aucun? per interrogationẽ dicitur. Terẽt. in Eunucho, 3.5.1, Nunquis hic eſt? nemo eſt. nunquis hic me ſequitur? nemo homo eſt. iámne erumpere hoc licet mihi gaudium? prò Iuppiter.

Nunquid gnato dubitas, quin ego perpetuo perierim? G. ſine dubio opinor. Doubtes tu que ce ne ſoit faict de moy? quaſi diceret, Il nen fault point doubter.

Nunquid vis? I a il choſe que tu veuille que ie face? Plaut. in Capt. 7.40, Nũquid aliud vis patri nũtiari? T. me hic valere, & tute audacter dicito Tyndare inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili. Terẽt. in Phor. 5.6.24, Nunquid eſt aliud mali, damníve quod non dixeris, reliquũ? P. tantũ eſt. I a il encore quelque autre mal &c. Idem in Eunucho, 3.2.22, Quid tu ais gnato? Nunquid habes quod contemnas? Plaut. in Aulul. Ibo igitur, parabo. nũquid me vis? Idem in Trin. Nunquid vis? T. Cures tuam fidem.

Nũquid eſt quod. Terẽt. in Phor. 3.3.32, Nũquid eſt quod opera mea vobis opus ſit? G. nihil.

Nunquid velit, rogo. Terẽt. in Eunu. 2.3.49, Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit. Cic. Q. Ciceroni fratri, Me adhuc nemo rogauit, nũquid in Sardiniã vellem: te puto ſæpe habere, qui nunquid velis Romam, quærãt. Idem Attico, Me expenſæ ſua villa nunquid vellem rogauit. Eidem, Is me proficiſcentem Apameã proſequutus eſt: nec cum poſtea in caſtra veniſſet, atque inde diſcederet, nũquid vellem, rogauit. Liuius ab vrbe cõd. Frequẽtia proſequentiũ, rogantiúmque nunquid vellet. Terẽt. in Eunu. 2.3.49, Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nũquid velit. rectè inquit, abeo. Donatus, Rogo nunquid velit, hoc eſt, ſignifico me abire. nã abituri, ne id durè facerent, Nunquid vis, dicebant his quibuſcum cõſtitiſſent. Quid eſt ergo, Rogo nunquid velit? hoc eſt, dico, quod abeuntes ſolent.

Nunquid redeat, incertum. Plaut. in Merc. 19.19, Atque nunquid redeat, incertum hodie.

Nunquidnam (inquit Donatus) Comicum eſt, & Terẽtianum: cum exemptis num & nam, ſufficere ad interrogationem potuiſſet num. Terent. in And. 1.4.8, Opperiar, vt ſciam nũquidnam hæc turba triſtitiæ adferat. Ibidem, 2.1.27, Ehodum dic mihi, nunquidnam amplius tibi cum illa fuit Charine? Idem in Eunucho, 2.2.41, Nunquidnam hic quod nolis vides?

NVNTIVS nuntii, m. g. Qui nuntiat, & quod nuntiatur. Feſtus, Nuntius & res ipſa & perſona dicitur. Vng meſſager, ou vng meſſage. Plaut. in Merc. 13.1, Quoniam à viro ad me rus aduenit nuntius. Virg. Et nuntius ibis Pelidæ genitori.

Nuntius, Quod nuntiatur, Vng meſſage, ou nouuelle. Plaut. in Sticho, 5.2, Suo nũquã æquè patri nuntiũ lepidum attulit. Ibidem, 6.67, Citus præcucurri, vt nuntiarem nuntiũ exoptabilem. Plin. epiſt. 100. a, lib. v, Nuntiatur mihi Caium Fannium deceſſiſſe: qui nuntius graui me dolore confudit. Plaut. in Capt. 13.13, Speróque me ob hunc nuntiũ æternum adepturum cibum.

Nuntius, à græco verbo videri poteſt deriuatum, inquit Varro, de lingua latina lib. v, apud quos μηνυτὴς nuntiator dicitur.

Nuntium nuntii, n.g. Res quæ nuntiatur, Nouuelle, & meſſage. Terent. in Heaut. 3.1.18, Menedeme ſalue, nuntium apporto tibi, cuius maximè te fieri participem cupis.

Nuntio nuntias, nuntiare, Monere, ſignificare, Annoncer, dire des nouuelles. Plaut. in Perſa, 6.15, Quæ iuſſi nuntia. Idem in Trucul. 15.4, Lętitia differor, ita ad me magna nuntiauit Chiamus hodie gaudia. Terent. in Heaut. 1.2.10, Voluptatem magnam nuntias. Plaut. in Capt. 7.41, Nunquid aliud vis patri nuntiari? Terẽt. in Hecyra, At iſtos inuidos dii perdant, qui hæc libenter nuntiant.

Nuntiare ſalutem. Plaut. in Bacchid. 4.10, Salutem tibi ab ſodali ſolidam nuntio. Ton cõpagnon ſe recõmãde fort a toy, ou te ſalue, te deſyre toute proſperite. Idem in Curc. 10.38, Salutem multam dicito patrono. cv. nuntiabo, Ie te recõmanderay a luy.

Nuntiatio nuntiationis, f.g. Relation. Cic. Philipp. 2, In quo primùm incredibilem ſtupiditatem hominis cognoſcite. quid enim? iſtuc, quod te ſacerdotii iure facere poſſe dixiſti, ſi augur non eſſes, & conſul eſſes, minus facere potuiſſes? Vide etiam ne facilius. nos enim nuntiationem ſolum habemus: conſules & reliqui magiſtratus etiam inſpectionem.

NVO, nuis, nui, nutum, nuere, Apud veteres pro velle ponebatur.

Nutus, nutus, nutui, m.g. Signum quod fit oculis, vel capite, vel manibus. Virg. Annuit, & totum nutu tremefecit olympum.

Nutus, Voluntas, quæ huiuſmodi ſigno declaratur, ſiue affirmando, ſiue negãdo. Liuius, Sub vmbra Scipionis ciuitatem dominã orbis terrarũ latere, nutus eius pro decretis patrũ, pro populi iuſſis eſſe. Plinius lib. 1. epiſt. docet nutũ dici quãdo annuimus, renutũ quãdo recuſamus. ſic enim ait, Nã ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum.

Nutum pro renutu, accipit Suetonius in Veſp. quum ait, Aduleſcentulum fragrantem vnguento, cum pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus, voce etiã grauiſſima increpuit, Maluiſſem allium oboluiſſes. literáſque reuocauit.

Nuto nutas, nutare, Frequentatiuũ, Sæpe ſignum capitis facere. Plaut. in Aſin. 13.39, Ne illa vlli homini nutet, nictet, annuat. Idem in Mil. 5.52, Ecce autem capite nutat, non placet quod repperit. Il hoche la teſte. Idem in Menæh. 14.43, Me iſti num nutaſſe credis? Et paulò antè, 38, Nutat ne loquar. Il me faict ſigne que ie ne diſſe mot.

Nutare, pro moueri aliquãdo accipitur, & quaſi ruinã minari. Vnde nutare ædificia dicimus, quũ malè ſolidata, ruinam minantur. Nutat domus, Elle pãche, & eſt en branſle de cheoir. Plin. epiſt. 139. b, Ac mihi domus ipſa nutare, cõuulſáque ſedibus ſuis, ruitura ſuprà videtur, licet adhuc poſteros habeat.

Nutat victoria, Elle eſt en grand branſle. Plin. de viris illuſt. 16, Vbi quum victoria nutaret, magiſter equitum equis frænos detrahit.

NVPER, aduerbium temporis, Non longo tempore, Il ny a pas long temps. Terẽt. in Eunucho, 1.2.51, Mater mea illíc mortua eſt nuper. Idem in Heaut. 3.3.36, Inueni nuper quandam fallaciã. Cic. de Amicitia, 24, Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitis & amici mei M. Pacuuii fuerunt. Ibidem, 78, Quibus blanditiis C. Papyrius conſul nuper influebat in aureis concionis, cum ferret legem de trib. plæb. reficiendis.

Nuper, de longiori tempore aliquãdo dicitur. Cic. de diuinatione, Nam ante diſciplinam patefactam quæ nuper inuenta eſt. Il y a ia aſſes long temps,

Nuper admodum. Terent. in Heaut. 1.1.1, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodũ eſt, inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es. Il y a fort peu de temps.

Nunc nuper. Vide NVNC nuper. Plaut. in Trucul. 8.32, Nũc huc remiſit nuper ad me epiſtolam, ſeſe experturum quanti ſeſe penderem.

Nuperus nupera nuperum, Recens, nouũ. Plaut. in Capt. 12.67, Quid tu vna nocte poſtulauiſti, & die, recens captum hominem, & nuperum, & nouitium te perdocere &c.

NVPTA, & NVPTIAE, vide NVBO.

NVRVS, nurus, nurui, f.g. Filii mei vxor, Ma bru, ou belle fille.

NVSQVAM, aduerbium in loco & ad locum. Nulle part. En nul lieu.

In loco. Terent. in Eunucho, 4.3.18, Ille autem bonus vir nuſquã apparet. Idem in Adel. 4.1.3, Si quid rogabit, nuſquã tu me audiſtin'? Idem in Eunuch. 3.4.5, Homo ipſe nuſquam eſt, neque ſcio quid dicã, aut quid coniectem. Plaut. in Amphit. 7.19, Tu iſtic vbi bibiſtiſ's. nuſquam equidem bibi. Idem in Menæh. 17.22, Nuſquam equidem quicquam deliqui.

Nuſquam, ad locum. Plaut. in Aulul. 5.24, Nam ad ædes noſtras nuſquam adiit quaquam propé. Idem in Milite, 8.41, Te nuſquam mittam, niſi mihi das firmatã fidem. Terẽt. in Eunucho, 2.2.50, Detineo te, fortaſſe tu profectus aliò fueras. P. nuſquam ſpero.

Nuſquam pedem. Terent. in Adelphis, 2.2.19, Vbi illinc redieris, tamen hoc ages. S. nuſquã pedem. perii hercle, hac illi ſpe, hoc illi incœperũt. Ie ne bougeray dici. Ie niray nulle part.

Nuſquam gentium, Id eſt nuſquã. Abundat GENTIVM, inquit Donatus. Plaut. in Menæh. 7.37, Quæ nuſquam perhibentur blandiores gentium. Idem in Amphit. 7.62, Sed quid ais? num obdormiuiſti dudum? S. nuſquam gentium. Terent. in Adelph. 4.2.1, Næ ego homo ſum infœlix, primùm fratrem nuſquam inuenio gentium.

NVTO nutas, Vide NVO nuis.

NVTRIO nutris, nutriui, vel nutrii, nutritum, nutrire, Nourrir.

Nutrior nutriris, tam deponens quàm paſſiuum inuenitur. Virg. lib. 2. Georg. Hoc pinguem & placidam paci nutritor oliuam. Id eſt nutrito.

Nutrico nutricas, nutricare, Idem. Plaut. in Mil. 10.120, Bona mea inhiant, certatim nutricãt & munere. Idem in Merc. 9.11, Nec pecua ruri paſcere, nec pueros nutricare.

Nutricor nutricaris, nutricari, deponens. Idem. Cic. lib. 2. de nat. deorum, Omnium autem rerum, quæ natura adminiſtrantur, ſeminator, & ſator, & parens (vt ita dicã) atque educator, & altor eſt mundus, omniáque ſicut membra ſuas & partes nutricatur & continet.

Nutricor, paſſiuũ protulit Columel. lib. 8, Nã ſuburban⁹ lactẽs porc⁹ acere nutricãdus eſt.

Nutricatus, nutricatus, nutricatui, m. g. Nourriture. Plaut. in Milit. 10.55, O lepidum ſemiſeneum, næ ſi quas memorat virtutes habet, atque equidẽ planè eductũ in nutricatu Venerio.

Nutritius nutritia nutritium, Quod nutrit. Columella lib. 3, Ne incrementa duritia ſua reuerberet, ſed tenero velut nutritio ſinu recipiat, & cæleſtes admittat imbres.

Nutritor nutritoris, m. g. Qui nourrit, Nourriſſier. Suet. de claris grãmat. 9, M. Antonius Cnipho, ingenuus in Gallia natus, ſed expoſitus, à nutritore ſuo manumiſſus.

Nutrix nutricis, f. g. Vne nourriſſe. Plaut. in Bacchid. Fiet corium tã maculoſum quàm eſt nutricis pallium. Terẽt. in Eunucho, 5.2.53, Nutricem accerſitum iit, quæ illã aluit paruulã.

Nutricula nutriculæ, f. g. diminutiuũ, Iuuenalis, Gallia vel potius nutricula cauſidicorum.

Nutricula ſeditioſorum. Cic. in Vatinium, Veniſti iratus omnibus, quod ego ſimul ac te aſpexi, prius quàm loqui cœpiſti, cum antè Gellius, nutricula ſeditioſorũ omnium, teſtimoniũ diceret, ſenſi atque prouidi.

Nutricula prædiorum. Cic. Philipp. x i, His, quaſi præter dotem, quam in ciuilibus malis acceperant, agrum Campanum eſt largitus Antonius, vt haberent aliquorum nutriculas prædiorum: quibus vtinam contenti eſſent.

NVTVS, vide NVO nuis.

NVX nucis, fœ. g. Generale nomẽ eſt omnib⁹ quæ duro operimẽto tegũtur, vt ſunt caſtaneæ, amygdalæ, auellanæ, & huiuſmodi. Virg. Caſtaneæque nuces. Plin. lib. 15. cap. 22, Cæteris quicquid eſt, ſolidũ eſt, vt in auellanis, & ipſo nucum genere, quas antea abellinas patrio nomine vocabant.

Nuces iuglandes, Nois. Plin. lib. 15. cap. 22, Ab his locũ amplitudine vindicauerũt, quæ ceſſere authoritati, nuces iuglandes. Et páulò pòſt, Solum hoc pomum natura compactili operimento clauſit: nanque ſunt bifidæ putaminũ carinæ. nucleorúmque illius quadripartita diſtinctio, lignea intercurſante membrana. Cæteris quicquid eſt, ſolidum eſt.

Nux à nocẽdo dicitur. Ouid. Quoniam fata lædere credor Cultus in extremo margine fundus habet.

Nuceus nucea nuceum, Quod eſt ex nuce.

Nucula nuculæ, diminutiuum.

Nucifrangibula nucifrangibulæ, Qui frangit nucem. Plaut. in Bacchid. 13.16, Nec nucifrangibula excuſſit ex malis meis.

Nucleus nuclei, m. g. Quod tenerum in nuce includitur. Vng noyau.

Nucleum amiſi, Prouerbium. Plaut. in Capt. II. 124, Nucleum amiſi, reliquit pignori putamina. Verba ſunt Hegionis, vbi reſciuiſſet ſibi impoſitum eſſe, & herum amiſſum pro ſeruo, ſeruum pro domino retentum. is enim ex quo fructus expectabatur, aufugerat, eo relicto ex quo nihil emolumenti poterat capi.

Qui è nuce nucleũ eſſe vult, frãgit nucem, Plaut. in Curcul. 2.55. Prouerbiũ, quo monemur, non fugiendum eſſe laborem, ſi commodum appetamus.

Nucleus ferri. Plin. Fornacium maxima differentia eſt. in his quidem nucleus ferri tantum excoquitur ad indurandũ aciẽ. aliquæ modo ſunt ad dẽſandas incudes, malleorúmq; roſtra.

Nucleus acini. Plin. lib. 23. cap. 1, Vua paſſa, quam aſtaphida vocant, ſtomachum, ventrem, interanea tentaret, niſi pro remedio in ipſis acinis nuclei eſſent: iis exemptis, veſicæ vtilis habetur.

N Y

NYCTERIS, nyctẽridis, f. g. Veſpertilio tam minutis pedibus, vt eis carere videatur.

NYCTICORAX, nyctĩcoracis, m. g. Coruus nocturnus.

NYCTILOPS, nyctilopis, o. g. Qui videt interdiu, occidente autem ſole cernunt exiliter, noctu nihil. hic etiam luſcio dicitur à Latinis. Plin. lib. 8, Caprinũ iecur ſi veſcatur, reſtituit priſtinam aciem his quos nyctilopas vocant.

NYMPHA nymphæ, f. g. Latinè ſponſa dicitur.

Nymphas antiqui aquarum deas eſſe putauerũt, quaſi lympharum numina. Nymphæ verò ab aquis deæ ſunt, quales ſunt Dryades, Amadryades, & Oreades. quippe veteres Græci nympham dicebant, quam nos mutatione vnius literæ lymphã, hoc eſt aquam. Aliquãdo nymphæ dicuntur muſæ, quòd aqua currendo, muſicos ſonos efficiat. hinc ſæpenumero à poetis inuocantur. Virg. Nymphæ noſter amor, Lybethrides.

Nymphæ, dicuntur apes, cum primum formam cœperint habere. Plin. lib. 11, Apes aliæ in vermiculo, aliæ in nympha eſſe perhibentur. In vermiculo ſunt, cum primum ab incubatu excludũtur, excepto rege, qui nõ vermiculus, ſed ſtatim penniger exiſtit. cætera turba cum formam capere cœpit, nympha nominatur.

Nymphea nympheorũ, plural. n. genere neutro, dicuntur lauacra & balnea. Iulius Capitolinus, Opera Gordiani Romæ nulla extant, præter quædam nymphea, & balneas.

NYSSA, nyſſæ, f. g. Repagulum vnde curſores mouentur. Ab νεύω inclino: quòd cum metã attigerint, inclinentur.

O

O, Interiectio eſt, Aliquando vocandi. Virg. O regina, nouam cui condere Iuppiter vrbem &c. Terent. in Adel. 2.3.7, O Cteſipho. c. ô Syre, AEſchinus vbi eſt? s. ellum, te expectat domi.

Admirandi. Terent. in Eunucho, 2.3.5, O faciem pulchram! Iuuenalis, O qualis facies, & quali digna tabella.

Exclamantis. Terent. in Heaut. O Iuppiter, tantam ineſſe animo inſcitiam! Idem in Phor. O audaciã, etiam me vltrò accuſatũ aduenit. Idem in Eunu. 2.3.73, O fortunatũ iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum. Idem in And. 4.4.30, O hominem audacem. Idem in Adel. 2.1.9, O hominem impurum. Plaut. in Merc. 28.22, O iniquũ patrem. Idem in And. 3.2.12, O Daue, itáne contemnor abs te? Idem in Adel. 5.3.4, O cælum, ô terra, ô maria Neptuni. Ibidem, 2.3.3, O frater frater, quid ego nunc te laudẽ? ſatis certo ſcio, nunquam ita magnificè quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.

Dolentis & lugentis. Terẽt. in And. 1.5.47, O Myſis, Myſis, etiam nunc mihi ſcripta illa dicta ſũt in animo Chryſidis de Glycerio. Plaut. in Trin. 15.2, O Callicles, ô Callicles, qualine amico mea cõmendaui bona. C A. bono & fideli, & fido, & cum magna fide.

Irridentis, & per ironiam dicta. Cice. de Amicitia, 43, Ex eo fieri vt mulierculæ magis amicitiarum præſidia quærant quàm viri, & inopes quàm opulenti, & calamitoſi quàm hi qui putantur beati. O præclaram ſapientiam. ſolem enim è mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt.

Exultantis. Terẽt. in And. 1.1.78, O factum bene, beaſti me. Idem in Eunuch. 4.4.7, Habéſne hominem amabo? PH. Quidni habeã? P. ô factũ bene. Idem in And. 3.3.1, Iubeo Chremetem. C. ô teipſum quærebam. S. & ego te.

O, interiectio optãtis aduentum, aut repentè perculsi. Terent. in And. 4.5.7, O Mysis salue. C. saluos sis Crito. Ibidé, 1.5.32, Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ô salue Pãphile. Idem in Eunucho, 3.5.12, O festus dies hominis, amice salue: nemo est, quem ego magis nũc cuperem videre, quàm te. Plaut. in Trinũ. 17.54, Patrem rediisse saluum peregrè gaudeo. LE. quis id ait? CA. ego. L. tún' vidisti? CA. & tute idem videas licet. L. ô pater, pater mi salue.

O, quandoque tacetur, cum accusatiuo iungitur. Plin. Iunior, Hominem te patientem ac potius durum, ac penè crudelem. Terent. in Eunucho, Hominem perditum, miserúmque, & illum sacrilegum. Docet Donatus, maioris stuporis esse hoc modo pronuntiatum.

OB, præpositio, accusatiuo iungitur, & significat propter. Terent. in And. 3.5.4, Ego pretiũ ob stultitiam fero: sed inultum id nunquam auferet. Plaut. in Asin. 2.3, Itaque ob asinos relatum pretium Sauriæ. Ibidem, 7.91, Ait se ob asinos ferre argentum atriensi Sauriæ. Donatus, Pretiũ ob asinos, vel ob stultitiã, id est, pretiũ asinorũ & stultitiæ. Pour, ou a cause. Ob nullam noxiam. Plaut. in Pœn. 3.15, Sine te verberem item, vt tu mihi feceris ob nullam noxiam. Sans cause. A tort. Sans que ieusse commis aucun mal.

Ob decem minas oppositus pignori. Terent. in Phor. 4.3.57, Ager oppositus est pignori ob decem minas. Pour & a cause de dix mines quil doibt.

Ob rem. Terent. in Phor. 3.2.41, Non pudet vanitatis? D. minimè, dum ob rem. Pourueu que ce soit a mon prouffit.

Ob industriam. Plaut. in Casina, 5.60, Ego discrucior miser amore: illa autem, quasi ob industriam, mihi aduorsatur. De faict a pensee. Tout de gre. Ibidem, 19.7, Nam quid illæc nunc tandiu intus remoratur, quasi ob industriam?

Ob, Ante. Ob oculos. Plaut. in Mil. 7.50, Nunc demum experior ob oculos caliginem penitus mihi obtigisse. Ibidem, 22.37, Qui lanam ob oculum habebat. Idem in Mostell. 8.102, Obsecro hercle te, iube obtrudi argentũ ob os impurũ belluæ. Idem in Aulul. 9.23, Quin cum it dormitum, follem obstringit ob gulam.

Ob pro ad, apud antiquos, inquit Festus. Ennius, Ob Romam noctu legiones ducere. Cic. Peto, Cuius ob os Graii ora aduertebant sua.

Ob, in compositione, pro circum, authore Festo, vt obambulare. Omnia vide suis locis.

OBACERBO obacerbas, obacerbare, Est, vt inquit Festus, exacerbare. Courroucer aucun.

OBACERO, obaceras, obacerare, Compositũ ex ob & acus aceris, est authore Festo, obloqui, atque alterius sermonem molestè impedire. Quod sumptum videtur à paleis, quas Græci ἄχυρα vocant.

OBAERATVS, obærata, obæratum, Dicitur qui ære alieno iam obligatus est, quasi ære alieno obstrictus, & debitor ad aliquid operandnm. A qui on a prester argent & est endebte. Cæsar libro primo Cõmentariorum, Omnes obæratos, quorum magnũ numerum habebat, conduxit. Varro de re rust. cap. 17, Omnes agri coluntur hominibus seruis aut liberis, aut vtrisque. Liberis, aut cũ ipsi colũt, vt plerique pauperculi cum sua progenie: aut mercenariis & conductitiis liberorum operis res maiores, vt vindemias & fœnicetia administrãt ii, quos obæratos nostri vocitarunt, vt etiam nunc sunt in Asia, atque in AEgypto, & in Illyrico.

OBAMBVLO, obambulas, obambulare, est (vt inquit Festus) aduersum alios ambulare, & quasi ambulãti sese opponere: siue circumire, aut obuiam ire. Plaut. in Amphit. 15.23, Vide sis herus salutator oppessulatas ante fores graditur. B. nihil est, famem expectat obambulãs. En se pourmenant. Idem in Merc. 22.59, Sanè hoc non in mentem venit, dudum vt vrbem obambulo. Idem in Trin. 6.34, Ne noctu irem obambulatum.

Obambulare muris. Liuius, Obambulare muris, vt facilè noscerentur ab AEtholis, cœpit.

OBAVDIO, obaudis, obaudiui, obauditum, obaudire. Faire semblant douir.

Obaudire, aliquando pro audire accipitur.

OBBA, obbæ, f. g. Poculi genus, authore Nonio, vel ligneũ, vel ex spatho. Varro, Dolia atq; apothecas tricliniares, melicas, calenas, obbas, & cumanos calices. Idem epistola ad Marullium, Vtrum meridie, an vesperi libentius ad obbam accedas.

OBCAECO, obcæcas, obcæcare, Idem significat quod cæcare, Aueugler. Columella lib. 4, Veluti ignorantiæ tenebris obcæcata, luce veritatis caruit. Dicimus & Occæco.

Obcæcare humum. Columella lib. 2, Vbi solutior est humus, aliquæ fiunt patentes, quædam etiam obcæcantur ita, vt in eas ora hiantium fossarum competant. Id est desuper tegũtur.

OBCALLEO, vide OCCALEO.

OBDO, obdis, obdidi, obditum, obdere, Opponere, inquit Festus.
Obdere forem, Fermer la porte. Plaut. in Cas. 22. 14, Forem obdo, ne senex me opprimeret. Ie poulse lhuys.
Obdere pessulum ostio. Terent. in Eunucho, 3. 5. 55, Pessulum ostio obdo. Ie ferme lhuys au verrou. Idem in Heaut. 2. 3. 37, Anus foribus obdit pessulum.
OBDORMIO obdormis, obdormiui, obdormitũ, obdormire, Dormir. Plaut. in Amphit. 4. 118, Credo ego hac noctu nocturnũ obdormisse ebrium. Ibidem, 7. 62, Sed quid ais, num obdormiuisti dudum? s. nusquam gentium.
Obdormire crapulam. Plaut. in Mostell. 16. 1, Vbi somnum sepeliui, omnémque obdormiui crapulam.
OBDVCO obducis, obduxi, obductum, obducere, Circunducere, vel cõtrà ducere. Plaut. in Pseud. 8. 17, Pòst ad oppidum hoc vetus continuò meum exercitum protinus obducam.
Obducere, Superducere, tegere. Virg. Et cinis obductæ celabat lumina prunæ.
Obducere, Detegere, aperire. Lucil. Vos interea lumen auferte, atque aulam obducite.
Obducere callum, pro contrahere callum. Cic. in Tusc. Quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Id est vetustate obduruerat. Plin. Iam callum obduxerat.
Obducere velum, apud Plinium in epistolis.
Obducto obductas, obductare, Frequentatiuũ. Plaut. in Merc. 16. 46, Nec poì ego patiar sic me nuptam tam malè, meásque in ædes sic scorta obductarier.
Obductio obductionis, f. g.
Obductio capitis. Cic. pro C. Rabirio, Mors denique si proponitur, in libertate moriamur. Carnifex verò, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit, non modo à corpore ciuiũ Romanorum, sed etiam à cogitatione, oculis, auribus.
OBDVRO obduras, obdurare, Faire dur, Endurcir.
Obdureo obdures, obdurui, obdurere, Durum fieri.
Obduresco obduresces, obdurescere, Idem. Cic. Cornificio, Equidem sic iam obdurui, vt ludos Cæsaris nostri æquissimo animo viderem. Ie suis ia si endurci.
OBEDIO óbedis, obediui, obeditũ, obedire, Obeir. Obedio tibi. Festus, Obedire, obaudire. Obedibo, antiqui dixerunt Afranius, Meo vt obsequar amori, obedibo tibi.
Obediens obedientis, o. g. Obedient. Obediens dicto, Qui obeit a ce quon luy dict. Plaut. in Bacchid. 8. 45, Nam olim populi prius honorem capiebat suffragio, quàm magistri desinebat dicto esse obediens.
OBEDO, obêdis, obédi, obesum, obedere, Consumere, quasi cirum edere.
Obesus obesa obesum, Gracilis & exilis, inquit Nonius, & circunrosus, macilẽtúsque. Næuius, Corpore, pectoréque vndique obeso, ac merito exeso, tardi ingenio senis.
Obesus, inquit Festus, pinguis, quasi ad edẽdũ factus. Nonius, Obesum pro huberi & crasso sæpius ponitur. Virg. Georg. lib. 3, Argutúmque caput, breuis aluus, obesáque terga. Suet. in Vitell. cap. 17, Facies rubida, plerunque ex vinolentia, venter obesus.
Obesitas obesitatis, f. g. Pinguedo. Graisse. Plinius, In magna obesitate. Suet. in Claud. Cæs. cap. 41, Nam cum initio recitationis defractis compluribus subselliis, obesitate cuiusdam risus exortus esset, ne sedato quidẽ tumultu temperare potuit. Idem in Domitiano, cap. 18, Postea caluitio quoque deformis, & obesitate ventris, & crurum gracilitate.
OBELVS, obeli, Latinè dicitur veru, à cuius similitudine virgula quædam veru dicitur, iacẽs sic –. Hac vsi sunt ecclesiastici interpretes, qua denotatur aliquid additũ in translatione, quod in prototypis non habetur.
OBEO, obis, obiui vel obii, obitũ, obire, Adire significat. nã OB pro AD quãdoque ponitur.
Obeunt tres noctes. Plau. in Truc. 3. 8, Primũ, dum mœret animus, præmium si obulum est, obeunt tres noctes. Trois nuycts se passent sans rien faire.
Obire, Mourir. Plaut. in Epid. 10. 76, Malo cruciatu vt pereas, atque obeas cito. Iuuenalis, Magnus ciuis obiit & formidatus Othoni.
Obire comitia. Plin. in Paneg. 128, Iter illi sæpius in forum, frequẽter tamen & in campum. nam comitia consulum obibat ipse, tantum ex renuntiatione eorum voluptatis, & quantũ prius ex destinatione capiebat. Il se trouuoit es elections.
Obire diem, Mourir. Plaut. in Aulul. 3. 20, Item à me contrà factũ est: nam item obiit diem. Idem in Cistell. 4. 26, Ea diem suum obiit: facta morigera est viro. Idem in Pœn. 14. 84, Is in diuitias homo adoptauit hunc, cum diem obit suũ. Sulpitius Ciceroni, Paulò ante

lucem Marcellum diem ſuum obiiſſe.

Obire diem deſtinatum, Id eſt præſto eſſe, Aſſiſter au iour aſſigne. Suet. in Cæſ. Tanuſius adiicit, Craſſum diem cædi deſtinatum non obiiſſe. Cic. de Amicitia, 7, Cum in ortos D. Bruti auguris commentandi cauſſa (vt aſſolet) veniſſemus, tu non affuiſti: qui diligentiſſimè ſemper illum diem & illud munus ſolitus eſſes obire.

Obire mortem, Mourir. Feſtus, Mortem obiiſſe ea conſuetudine dicitur, qua dixerũt antiqui ob Romam legiones ductas, & ob Troiam duxit exercitum, pro ad. Plaut. in Aulul. 3. 15, Vbi is obiit mortem qui mihi id aurum credidit &c. Terẽt. in Phor. 5. 9. 30, Ea mortem obiit, è medio abiit. Idem in And. 1. 3. 18, Is obiit mortem. Idem in Heaut. 2. 3. 30, Ea obiit mortem.

Obire morte. Suet. in Auguſt. Morte obiit repentina & ſine caſu.

Obire oculis, Regarder. Plin. epiſt. 51. d, Nam ferunt Xerxem, cum immenſum exercitũ oculis obiiſſet, illachrymaſſe, quòd tot millibus tam breuis immineret occaſus. Idem. epiſt. 171. c, Quippe omnibus membris extortus & fractus, tantas opes ſolis oculis obibat.

Obire officia. Plin. epiſt. 45. d, Nam ille quoque quo ad honeſtũ fuit, obiit officia, geſſit magiſtratus, prouincias rexit.

Obire munus conſulis, Faire loffice dung cõſul. Plin. in Paneg. 99, Audimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe. Liuius lib. 1, Eum iura redditurum, obiturúmque alia regis munia eſſe. Liuius, Munus vigiliarum obibant. Ils auoient la charge de faire le guet. Idem, Haud grauatè munia obeundo.

Obire terras, Circuire. Virg. Magnas obeuntia terras, Tot maria intraui. Liuius lib. 1, Tũ ſacerdotibus creãdis animũ adiecit, quãquam ipſe plurima ſacra obibat. Id eſt, circuibat viſitando. Cic. in Verrem, Ego Siciliam totam quinquaginta diebus ſic obii.

Obire bella. Liuius ab vrbe cond. Qui duo conſules obire tot ſimul bella nequirent. Qui ne pouoyẽt prendre la charge, cõduyre, & venir a bout de tãt de guerres, ne y fournir. Idem, Ne ad omnia ſimul adire & obire vnus non poſſit. Cæſar in Cõmẽt. Omnia per ſe obire, & quid quoquo loco faciendum eſſet, prouidere non poſſet. Cic. de Oratore, Iudicia priuata magnarum rerum obire.

Obire hæreditatem. Cic. pro lege Agraria, Hæreditatum obeundarum cauſſa. Pour prendre poſſeſſion des heritages.

Obire legationes, Aller en embaſſade. Cic. pro lege Agraria, Qui rerum priuatarũ cauſſa legationes liberas obeunt.

Obire ſacra. Liuius ab vrb. cond. Quanquam ipſe plurima ſacra obibat.

Obire prouinciam. Cic. in Verrem, Nam æſtate ſumma, quo tempore cæteri prætores obire prouinciam, & concurſare conſueuerunt. Ibidem, Cum verò æſtas ſumma eſſe iam cœperat, quod tempus omnes iam ſemper Siciliæ prætores in itineribus cõſumere conſueuerũt: propterea quòd tum putant obeundã eſſe maximè prouinciam, cum in areis frumẽta ſunt. Aller par toute la prouince.

Obire rem priuatam. Cic. pro lege Manilia, Cum ita clauſa erant nobis omnia maria, vt neq; priuatam rem maritimam, neque publicam iam obire poſſemus.

Obire, Enuironner. Virg. Dicunt extortem AEneæ, quem fulua leonis Pellis obit totum.

Obire vadimonium, eſt ad diem ſe ſiſtere. Vnde obitum vadimonium. Cic. pro Quintio, Vadimoniũ mihi nõ obiit quidã ſocius & affinis meus, quicum mihi neceſſitudo vetus, cõtrouerſia de re pecuniaria recens interdicit: poſtulo ne à Prætore vt eius bona mihi poſſidere liceat? Idem, Qua tibi hora vadimoniũ non ſit obitum, eadem te hora conſilium cepiſſe hominis propinqui fortunas euertendi.

Obitus obita obitum, & Obitus obitus obitui, vide ſuo ordine.

OBEQVITO obequitas, obequitare, Circum equitare. Liuius lib. 2, Veniẽs hoſtis, Hetruſcíque eo magis properè agere, laceſcere ad pugnã, primo obequitãdo caſtris, prouocãdóque.

OBERRO oberras, oberrare, Circum errare. Aller ca & la.

Oberrare per tranſlationem pro circum volare poſuit Perſius, cum dixit, Dives arat Curibus quantum non miluus oberrat.

OBESCO obeſcas, obeſcare, ab eſca compoſitũ, Appateler. Columella lib. 9, Nõnulli tribus aquæ partibus vnam boni vini miſcent, madefactóque triticeo pane, obeſcãt aues, quæ prima luce (quoniam id quoque cuſtodiendum eſt) ſaginari cœpta, viceſima pergliſcit.

OBEX obicis, com. gen. Ab obiicio, Significat cuiuſcunque rei obiectionem ſiue obſtaculũ.

Arreſt, ou empeſchement & retargement. Plaut. in Merc. 3.72. Tibi denique iſte lætitiã pariet obex. Idem in Perſa, 6.22, Nunc cõmorandum eſt mihi apud hanc obicem. Plin. in Paneg. 76, Nullæ obices, nulli contumeliarũ gradus, ſuperatíſque iam mille liminibus vltra ſemper aliqua dura & obſtantia.

OBFIRMO obfirmas, obfirmare, Firmum propoſitũ in animo habere, & quaſi obſtinatè. Terent. in Eunucho, 2.1.11, Sed heus tu. P. quid vis? PH. cenſẽ' poſſe me obfirmare perpeti ne redeam interea? Plaut. in Bacchid. 23.73, Vt terebrat! ſatín' vt obfirmatũ quod mihi erat, id me exorat? Et paulò pòſt, Ego iſtuc habeo obfirmatum. N. quod dixi ſemel haud mutabo. Idem in Perſa, 6.41, Obfirmaſti occultare quò te immittas? Terẽt. in Heaut. 5.5.8, Ne tam obfirma te, Ne ſors ſi obſtine.

Obfirmare animum, Se obſtiner, & eſtre ferme en ſon propos, perſiſter & continuer. Plin. epiſt. 147, Sed obfirmare animũ, auribúſque prætendere, tum crebreſcere fragor, aduentare etiam, ac iam vt in limine, iam vt intra limen audiri. Plaut. in Amphit. 8.14, Feram & perferam vſque eius abitum, animo forti, atque obfirmato. Idem in Merc. 3.81.

Obfirmare viam. Terent. in Hecyra, 3.5.4, Certũ obfirmare eſt viam me, quam decreui perſequi. Donatus, Obfirmare viam, Aduerſus omnia obſtinatè agere.

Obfirmatè, aduerbiũ, Pertinaciter, Obſtinemẽt, Fermement? Suet. in Tib. Cæſ. cap. 25, Ad capeſſendã rem perurgebant, quanquam obfirmatè reſiſtentem.

OBGANNIO obgannis, obganniui, obgannitũ, obgannire, In aurem ſecreto loqui, & veluti immurmurare. Apul. lib. 2, In aurem mulieris obganniit.

Obgannire, Multum dicere & inculcare. Plaut. in Aſin. Cui nunquã vnam rem me licet ſemel præcípere fieri quín centies eandem imperem, atque obganniam. Terent. in Phor. 5.9.41, Habet hæc, ei quod, dũ viuat, vſque ad aurẽ obganniat. Plaut. in Amphit. 15.24.

OBHERBESCO obherbeſcis, obherbeſcere, Ex ob & herbeſco, Eſt herbam increſcere, inquit Feſtus.

OBIACEO obiaces, obiacui, obiacêre, Circum aut contrà, ſiue obuiam iacêre. Feſtus, Obiacuiſſe, Ante iacuiſſe. Columella lib. 2, Sed vaſtos ceſpites cõuellit, quibus obiacentibus impeditum aruum minus rectè poteſt iterari. Liuius lib. 9, Cum ad alias anguſtias protinus pergerent, ſectas deiectu arborum faxorúmque ingentium obiacente mole inuenere. Id eſt, contrà iacente. Qui eſtoit couche & mis au deuant.

OBIICIO, obiicis, obieci, obiectum, obiicere, Ante iácere, anteponere, Porrigere, offerre. Mettre au deuant, Bailler. Plaut. in Rud. 18.62, Nam hercle te barba continuò arripiam, & in ignem coniiciam: téque ambuſtulatum obiiciam magnis auibus pabulum.

Obiicere argentum lenæ. Plaut. in Aſin. 14.5, Præripias ſcortum amanti, atque argentũ obiicias lenæ. Terent. in Phor. 5.2.4, Etiam argentum eſt vltrò ei obiectũ, vt ſit qui viuat, dum aliquid aliud flagitii conficiat.

Obiicere machæræ. Plaut. in Curcul. 12.11, Reddín' an non, virginem prius, quàm te huic meæ machæræ obiicio?

Obiicere florem vini naribus. Plaut. in Curcul. 3.1, Flos veteris vini meis naribus obiectus eſt, eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit. Iay fleure du vin vieux

Obiicere funera acerba. Plaut. in Amphit. 4.36, Quod multa Thebano populo acerba obiecit funera. Il a beaucoup tue de ceulx de Thebes.

Obiicere impietatem. Plin. in Paneg. 53, Nemini impietas, vt ſolebat, obiecta, quòd odiſſet gladiatorem.

Obiicere lætitiam alicui. Terent. in Heaut. 1.2.12, Quàm vellem Menedemũ inuitatum, vt nobiſcũ eſſet hodie amplius, vt hanc lætitiã nec opinanti primus ei obiicerem domi. Quæ ie luy annonceaſſe ceſte ioye.

Obiicere laborem. Terẽt. in Hecyra, 3.1.6, Nam nos omnes, quibus eſt alicunde aliquis obiectus labos, omne quod eſt interea tempus, prius quàm id reſcitum eſt, lucro eſt.

Obiicere lucrum. Plaut. in Curcul. 10.45, Cui homini dii ſunt propitii, lucrum ei profectò obiiciunt.

Obiicere malum. Plaut. in Amphit. 7.47, Huic homini neſcio quid eſt mali mala obiectum manu, poſtquam à me abiit. Ie ne ſcay quel mal on a faict a ceſtuy.

Obiicere malitiam. Plaut. in Caſina, 15.33, Occidi, atque interii: quid illi obiectum eſt malitiæ repentè?

Obiicere morã, Retarger. Plaut. in Pœnul. 5.37, Ne mea ipſe culpa meo amori obiexim mo-

ram. Idem in Trin. 16.5, Sed fores hæ ſonitu ſuo mihi moram obiiciunt incõmodé.

Obiicere præuaricationẽ. Plin. epiſt. 153.b, Vereor inquam, clariſſimi cõſules, ne mihi Maſſa ſilentio ſuo præuaricationem obiecerit, quòd non & me reum poſtulet.

Obiicere religionem. Plaut. in Merc. 22.40, Relligionẽ ille obiecit, recipiam me illuc. Ceſtuy ma mis en ſcrupule de ma conſcience.

Obiicere ſolicitudinem. Plaut. in Mil. 10.29, Eam me pudet tibi in ſenecta obiicere ſolicitudinem. De te faire ceſt ennuy.

Obiicere, Mettre au deuãt, & ramẽteuoir. Plaut. in Mil. 10.25, Quid id eſt quod cruciat te? PL. me tibi iſtuc ætatis homini facinora puerilia obiicere, neque te decora, neque tuis virtutibus.

Obiicere, Reprocher. Plautus in Epid. 13.57, Neque ille haud obiiciet mihi, pedibus ſeſe prouocatum.

Obiecto obiectas, obiectare, Frequentatiuum. Plaut. in Moſtell. 10.23, Ha, caue ne illi obiectes nunc in ægritudine te has emiſſe. Garde toy de luy dire.

Obiectare, Reprocher. Plaut. in Trin. 10.29, Ne omnino inopiã ciues obiectare poſſint tibi. Et corpora bello obiectant. Virg. Id eſt, exponunt.

Obiectus obiecta obiectum, Participium.

Obiectus obiectus obiectui, m.g. Oppoſitio. Obiect.

OBITER, Aduerbiũ compoſitũ ex ob, quod ſignificat circũ, & iter, Incidenter, hoc eſt præter propoſitũ, quaſi in itinere occurrens, aut quaſi per iter & in tranſitu. Plin. in prologo, Vt obiter caueam iſtos Homeromaſtigas. Idem lib. 18, Maior pars Italiæ ruído vtitur pilo, rotis etiam quas aqua verſet obiter & molat. Idem lib. x 1, Cuius anguſtiæ non ſinunt vagari incertam aciem, & velut canali dirigunt, obitérque incidentia facilè declinant. En chemin. Plin. epiſt. 225, Non eſt autem ſimplicitatis meæ diſſimulare apud bonitatem tuam obiter te plurimum conlaturum vtilitatibus rei familiaris meæ. Iuuenalis, Aut obiter leget, aut ſcribet, vel dormiet intus. Id eſt, interim.

OBITVS obita obitum, Participiũ. Ouid. Morte obita, qualis fama eſt volitate figuras.

Obitus obitꝰ obitui, m.g. Mortis executio, Mort. Cic. Quũ de obitu fratris literas accepiſſem.

Obitus, Occaſus. Virg. lib. 1. Georg. Nec fruſtra ſignorum obitus ſpeculamur & ortus.

Obitus, Aduentus. Turpil. Ecquis eſt qui interrumpit ſermonem meum obitu ſuo? Feſtus, Antiqui obitu dicebant, pro aditu.

OBIVRO obiuras, obiurare, Iureiurãdo obſtringere, inquit Feſtus. vt eſt in Pantaſilee, Formidabant obiurare. Cic. pro Cælio, Fuit in hac cauſſa pertriſtis quidã patrius Cenſor, magiſter obiurauit M. Cælium ſicut neminem vnquam parens.

OBIVRGO obiurgas, obiurgare, Valde arguere, reprehendere, cõtra aliquem clamare, Reprendre aucun aigrement & aſprement. Plaut. in Amphit. 8.72, At pol quin certa res hanc eſt obiurgare, quæ me hodie aduenientem domum noluerit ſalutare. Terent. in And. 1.1.115, Nam ſi illum obiurges, vitæ qui auxilium tulit: quid facias illi, qui dederit damnum aut malum?

Obiurgare à peccatis. Plautus in Trin. 10.54, Sed tu obiurgans me à peccatis, rapis deteriorem in viam.

Obiurgito obiurgitas, obiurgitare, Frequẽtatiuũ. Plau. in Trin. 4.26, Rogitas? téne obiurgitẽ?

Obiurgatio obiurgationis, f.g. Poſt turpe factum caſtigatio, authore Feſto. Aigre reprehẽſion. Cic. de Amicitia, 75, Deinde vt obiurgatio contumelia careat.

OBLAEDO oblædis, oblæſi, oblæſum, oblædere, Idem quod Lædere. Plaut. in Caſina, 8.51, Præcîde os tu illi hodie: age ecquid ſit, ne oblæſis manum.

OBLATRO oblatras, oblatrare, Circũ aut cõtra latrare. Abayer apres aucun. Et eſt canũ.

Oblatrator oblatratoris, m. g. Qui ne faict que crier, Vng criart.

Oblatratrix oblatratricis, fœm. gen. Plaut. in Mil. 10.87, Sed nolo mihi oblatratricem in ædes intromittere.

OBLECTO oblectas, oblectare, Frequentatiuum eſt ab oblitio, quod ex de & latio componitur, vnde fit lacto lactas. Recreer, & eſiouyr. Plaut. in Menæh. 10.15, Ibo etiãnum: relliquiarũ ſpes animũ oblectat meũ. Idem in Trucul. 4.10, Qui cuſtodem oblectãt per ioculũ & ludũ. Idem in Aſin. Oblectabo interea illũ. Idem in Pſeud. 7.152, Quî vos oblectem, hanc fabulã dum tranſigam. Terẽt. in Phor. 2.3.78, Habebis quæ tuã ſenectutẽ oblectet. Oblectare aliquem falſo gaudio. Plaut. in Pœn. 18.86, Amabo, num hi falſo oblectãt gaudio

nos? Idem in Asin. Oblectat vitam sordido pane. Il vit ioyeusement auec vng morseau de pain bis.

Oblectes me te. Terent. in Eunu. 1.2.115, Me speres, me te oblectes, mecũ tota sis. Cic. de Senect. 52, Num igitur horum senectus miserabilis fuit, qui se agricolatione oblectabant?

Oblectare se cũ. Terẽt. in Adel. 2.4.20, Bono animo esto: tu cũ illa te intus oblecta interim.

Oblectare se in. Terent. in Adel. 1.1.24, In eo me oblecto, solum id est charum mihi.

Oblectare se, Seiouyr, Ses baistre. Terẽt. in Hecyra, 1.2.9, Dic mihi Philotis, vbi te oblectasti tandiu? Ou tes tu recree, & passe le temps?

Oblectare otium temporis, Est tẽpus otiosum & vacuũ à rebus seriis, deducere in voluptate. Plin. epist. 79.a, Inter cœnã oblectamus otium temporis, his iocamur, ludimus, amamus.

Oblector hac re, Passiuũ. Cic. Cælio, In cõmunibus miseriis hac tamen oblectabar specula.

Oblector oblectaris, deponens, Idem quod oblecto. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2, Ego me in Cumano, & Pompeiano, præterquàm quòd sine te, cæterũ satis cõmodè oblectabar, & eram in iisdem locis.

Oblectamentum oblectamenti, n. g. Recreation, Esbat. Cic. de Senect. 48, Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis requietem oblectamentúmque noscatis.

OBLIDO, oblîdis, oblîsi, oblîsum, oblidere, Ex ob & lido siue lædo, significat circum circa vsque ad mortẽ lædo, percutio, suffoco, neco. Columella lib. 8, Ne angustiæ fœtus oblîdant.

OBLIGO obligas, obligare, Circum ligare, Entourtiller, enuelopper, Lier a lentour. Plaut. in Menæh. 18.9, Ait se obligasse crus fractum AEsculapio. Idem in Bacchid. 15.99, Age, obliga, obsigna citó. Columella lib. 8, Vt admissarii dexter vel etiã sinister vinculo testiculus obligetur.

Obligare se, Soy obliger. Plin. epist. 69, Obligabis me, obligabis Caluisium nostrũ, obligabis ipsum nõ minus idoneũ debitorẽ, quàm nos putas. Idem, 121.b, Deinde, vt in posterum ipse ad eandem temperantiã adstringerer, cum me hac epistola quasi pignore obligauissem. Cic. Au. Trebonio, Dolabellam antea tantũmodo diligebã, obligatus nihil eram. Asconius, Obligatus, in bonis dicitur & in vinculis.

Obligare fidem suam. Plin. epist. 104. lib. v 1, Proinde Firmanis tuis, ac iam potius nostris, obliga fidem meam, quos labore & studio meo dignos, cum splendor ipsorũ, tum hoc maximè pollicetur.

Obligare ædes ob. Plaut. in Trucul. 54, Nã fundi ædes obligatæ sunt ob amoris prandium.

Obligare se furti. Gellius lib. 7, Quod cui seruandum datum est, si vsus est, siue quod vtendũ acceperit, ad aliam rem atque acceperat, vsus est, furti se obligauit. Il sest rendu coulpable de larrecin.

Obligatio obligationis, f. g. Liement a lentour, ou enueloppement.

Obligatio, Obligation.

OBLIGVRIO obliguris, obliguriui vel obligurii, obliguritũ, obligurire, Multa auidè cõsumere, & suauia edulia capere, & per heluationẽ patrimoniũ vorare. Gourmãder, Friãder, & despẽdre par licheries & friandises. Cic. in Catillinã, oratione secũda, Iam enim nõ sunt mediocres hominum libidines, inhumanæ audaciæ & intolerandæ: nihil cogitant nisi cædes, nisi incendia, nisi rapinas: patrimonia sua profuderunt, fortunas suas obligurierunt: res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

OBLIMO oblimas, oblimare, Ex ob & limus cõponi videtur, quasi circum limo, siue superlimo, repleo. Cic. lib. 2. de nat. deotũ, Nilus AEgyptum irrigat, & cum tota æstate obrutam oppletámque tenuerit, tum recedit, molitósque & oblimatos agros ad serendum relinquit. Virg. lib. 3. Georg. Et sulcos oblimet inertes.

Oblimare, per translationem pro obcæcare, & quasi limo meatus claudere seu obtundere vel inquinare posuit Claudianus lib. 3, Sed quod dissuasor honesti Luxus & humanas oblimat corpora mentes.

Oblímare, à limo limas compositum, Limer a lentour.

Oblimare rem. Horat. in Serm. Rem patris oblimare malum est. Per translationẽ, Cõsumer.

OBLINO oblînis, oblíni, oblêui, oblêni, óblitum, oblinere, Oindre, teindre, mettre par dessus, & comme frotter dhuylle, ou dautre liqueur. Plaut. in Mostell. 4. 100, Quid ceruſa opus est? PHILE. nam quî malas oblinam. Salluſt. in Iugurtha, Simul gladium sanguine óblitum ostentans.

Oblitus cibis stomachus. Plin. epist. 123, Vt enim si cœnam tibi facerem, dulcibus cibis acres

acutóſque miſcerem: vt obtunſus illis, & óblitus ſtomachus his excitaretur.

Oblitus óblita óblitum, Circũlitus, Qui eſt barbouille, teind, rẽduyt, frotte de quelque liqueur. Tibullus, Oblitus eſt, & muſto feriet pede ruſticus vuas. Cic. in Verrem act. 7, Nolo eos iudices, quos ego probarim atque delegerim, ſic in hac vrbe notatos, iſto abſoluto ambulare, vt non cera, ſed cœno obliti eſſe videantur.

Oblita ſcripta. Suet. de claris grãmat. 10, Quo Salluſtii ſcripta reprehendit, vt nimia priſcorum verborum affectatione óblita.

OBLIQVVS, obliqua, obliquum, Non rectus, Qui eſt tortu.

Obliquo obliquas, obliquare, Tortuer.

OBLITERO, obliteras, obliterare, Obſcurũ facere, Caſſare, delere, vel in obliuionẽ ducere, & quaſi è literarũ monumẽtis delere. Cic. in Senatu. poſt reditũ, Publici mei beneficii memoria priuatã offenſionẽ obliterauit. Nonius, Obliterare, Obſcura facere, & in obliuionem ducere, Mettre en oubli. Accius, Inimicitias Pelopidarum extincta tam obliteratas memoria renouare.

Oblitero, à litus quidam deduci putant: quòd ibi notata, à fluctibus æquari & tolli ſoleant. Alii ab obliuione, id eſt à ſupino oblîtũ. Vel dici poteſt ab oblino, ſicut à lino litera.

OBLITESCO, obliteſcis, obliteſcere, ab obliteo inuſitato verbo, Eſtre cache & abſconſe. Varro, Ne æſtu per rimoſa in rimis eius grana obliteſcant, & recipiant aquam.

OBLIVISCOR, obliuiſceris, oblîtus ſum, obliuiſci, Oublier.

Oblitus ſum dicere. Plaut. in Trin. 17. 13, Oblitus intus dudum tibi ſum dicere. Terent. And. 5. 1. 22, Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie, ac volui dicere.

Oblitus, cum genitiuo. Terent. in Eunucho, 2. 3. 14, Ego neſcio hercle neque vnde eam, neq; quorſum eam, ita prorſus oblitus ſum mei.

Obliuiſcor, cum accuſatiuo. Plaut. in Caſ. 3. 15, Chaline non ſum ego oblîtus officium meũ. Idem in Bacchid. 17. 20, Nihil iam me oportet ſcire, oblîtus ſum omnia.

Nunc oblita mihi tot carmina. pro à me. Virg. Paſſiuè accipitur.

Obliuiſcendi tui mores. Plaut. in Mil. 20. 49, Muliebres mores diſcendi, obliuiſcendi tui.

Oblîtus oblîta oblîtum, Participium, Qui a oublie.

Obliuio obliuionis, f. g. Oubliance.

Obliuium obliuii, n. g. Idem. Horat. in Sermonibus, Ducere ſollicitæ iucunda obliuia vitæ.

Obliuioſus obliuioſa obliuioſum, Qui cito obliuiſcitur. Plautus in Milite, 12. 17, Sin bene aut fideliter quid faciundum ſit, eadem veniunt, obliuioſæ extemplo vt fiant, & meminiſſe nequeant.

OBLOQVOR, obloqueris, obloqui, Contra loquentem vel contrarium loqui, Contredire, ou parler a l'encõtre. Plaut. in Ciſtell. 10. 95, Eloquere, vnde hæc ſunt tibi citò crepundia? L. mea hæc herilis geſtitauit, nõ tua. P. ne obloquere. L. taceo. mulier perge dicere. Liuius, Notatos quoque qui ferociſſimi obloquuti erant, ſingulos manu corripuit.

Obloqui, Maledicere, Meſdire. Plaut. in Curcul. 2. 41, Lenonis hæ ſunt ædes. PA. malè iſtis eueniat. PH. quî? PA. quia ſceleſtem ſeruitutem ſeruiunt. PH. obloquere. PA. fiat maximé. PH. etiam taces? PA. nempe obloqui me iuſſeras.

Obloquutor obloquutoris, m. g. Meſdiſant, detracteur. Plautus in Milite, 10. 48, Obloquutor non ſum alteri.

OBLVCTOR, obluctaris, obluctari, Acrius' contra aliquid niti, Sefforcer alencontre de quelque choſe. Columella lib. 7, Sæpe etiam vel grauitate longioris, vel cum in proſcindendo aut duriori ſolo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos.

OBLVDO, obludis, obluſi, obluſum, obludere, Se iouer a quelque vng. Plaut. in Trucul. 4. 9, Cum vident quempiam ſe adſeruare, obludunt, qui cuſtodem oblectent per ioculum & ludum.

OBMANENS, pro diu manens, vt permanens, inquit Feſtus.

OBMOVERE, pro admouere apud antiquos dicebatur, authore Feſto.

OBMVTESCO, obmuteſcis, obmutui, obmuteſcere, Se taire, ne dire mot, non plus que ſi on eſtoit muet. Terent. in And. 1. 5. 22, Obſtupui: cenſên' vllum me verbum potuiſſe proloqui? aut vllam cauſſam, ineptam ſaltem, falſam, iniquam? obmutui.

OBNATO, obnatas, obnatare, Contrà vel citrà natare. Virg. In æquore fuluis Obnatat vmbra fretis.

OBNECTO, obnectis, obnexui, obnexum, obnectere, Obligare eſt, authore Feſto. maximè in nuptiis frequens eſt.

OBNITOR, obniteris, obniſus, vel obnixus ſum, obniti, Contrà niti, obluctari. Reſiſter, Poulſer a lencõtre. Virgil. lib. 3. Georg. Verſáque in obnixos vrgẽtur cornua vaſto Cum gemitu. Idem, Obnixi torquent ſpumas, & cœrula verrunt.

Obnixus opibus, Qui ſe tient fort pour ſes richeſſes. Plaut. in Sticho, 2.30, Tamen pol ne quid magis ſimus omnibus obnixæ opibus, decet noſtrum officium nos meminiſſe.

Obnixè, aduerbium, Cum conatu, inſtanter, quantũ poſſibile eſt contra conantem. De tout ſon pouoir. Terent. in And. Simul ſceleratus Dauus ſiquid conſilii habet, vt cõſumat nunc, cum nihil obſint doli: quem ego credo manibus pedibúſque obnixè omnia facturũ, magis id adeò mihi vt incommodet, quàm vt obſequatur gnato.

Obnixè perii. Plaut. in Sticho, 8.41, Peri hercle verò planè, atque obnixé.

OBNOXIVS, obnoxia, obnoxium, Qui pœnæ obligatus eſt propter delictũ, inquit Feſtus. vtputa ſi quis morbis obnoxius ob nimiam cibi intemperantiam: aut ſi mulier ob ſtupri cum aliquo viro conſuetudinem, illi obnoxia ſit. Plaut. in Bacchid. 14.30, Cedo manus igitur tu. E. morantur nihil, atque arctè colliga. P. nihil eas verò obnoxias. Qui nont point merite ceſte peine, Qui nont point faict le parquoy. Idem in Trucul. 17.57, Scio equídem quæ nolo, multa mihi audienda obnoxia. ego tibi me obnoxium eſſe fateor, culpæ compotem. Ie cõfeſſe de tauoir faict choſes dignes deſtre punies. Salluſt. Erátq; ei cum Fuluia nobili mulière vetus conſuetudo, cui cum minus gratus eſſet, quia præ inopia minus largiri poterat, repẽtè glorians, maria, montéſque polliceri cœpit, & minari interdum ferro, niſi ſibi obnoxia foret. Id eſt morem gereret. Celle ne luy obeiſſoit.

Obnoxius, ad alia multa tranſfertur, vt obnoxius ventis, iniuriis, Soubiect a receuoir vents & iniures. Columella lib. 4, Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxiæ. Plin. epiſt. 299, Tibi eam fiduciam diligentiæ habeo vt credam te omni ratione id acturum, ne ſint obnoxii iniuriis. Idem de viris illuſt. 13, Illa virgines, puerόſque eligit, quorum ætatẽ iniuriæ obnoxiã ſciebat. Idem epiſt. 58.b, Vides quot periculis, quot cõtumeliis, quot ludibriis ſimus obnoxii. Soubiects a dangiers.

Obnoxius ſum illi, Ie ſuis ſoubiect a luy. Plaut. in Bacchid. 23.76, Quid metuis? N. ne obnoxius ſim filio & ſeruo.

Obnoxius tibi ſum, Ie ſuis tenu a toy. Plaut. in Trin. 14.54, Bene mones, ita facere certũ eſt. S. niſi quidem es obnoxius. C. ſi bonus es, obnoxius ſum: ſin ſecus es, faciam vti iubes. Idem in Pœnul. 18.19, Omnia faciet faxo Iuppiter. nam mihi eſt obnoxius, & me metuit. Ibidem, 7.15, Nec tibi nos obnoxii ſumus iſtuc quid ames aut oderis. Idem in Capt. 5.23, Obnoxii vobis ſumus ob hanc rem, cum quæ volumus copia eſt, atque ea facitis nos compotes. Terent. in Hecyra, 3.1.22, Tum vxori obnoxius ſum, ita olim ſuo me ingenio pertulit.

Obnoxius fructus feris. Columella lib. 5, Maturum fructum proſternit, & canibus, feriſque reddit obnoxium. Id eſt obiicit canibus.

Obnoxius, Nuyſant. Plin. lib. 19. cap. x, Semen olerum ſi ſucco eius madefactum ſeratur, olera nulli animali obnoxia futura traduntur.

Obnoxiè, aduerbium. Vnde apud Liuiũ, Obnoxiè dicere ſententiam, Id eſt ſeruiliter. En paour & crainte comme ſouget & tenu.

Obnoxiè, pro obſcurè aliqui interpretantur, & ſic legunt apud Plautũ in Sticho, 8.41, Peri hercle verò planè, non obnoxiè. Alii, atque obnixè, legunt.

OBNVBILO, obnubilas, obnubilare, Totum obſcurum facere, & quaſi nubibus implere. Gellius lib. 1, Ac ne oris quoque & vultꝰ ſerenitatem Stoici hominis vnquã vlla poſſe ægritudine obnubilari.

OBNVBO, obnubis, obnupſi, obnuptum, obnubere, Abſcondere, tegere. Stathius, Obnubítque comas, & temperat aſtra galero. Feſtus, AElius & Cincius, quia flamineo caput nubentis obuoluatur, quod antiqui obnubere vocarunt, ob quam cauſſam lege quoque parens tam iubetur caput eius obnubere qui parentem necauiſſet, id eſt obuoluere. Hæc Feſtus.

OBNVIT, inquit Festus, caput operit, vnde & nuptiæ dictæ à capitis operitione.

OBNVNTIO, obnuntias, obnuntiare. Donatus, Qui malam rem nuntiat, obnuntiat. Terent. in Adelph. 4.2.9, Primus sentio mala nostra, primus resciſco omnia: primus porrò obnuntio. Cic. pro P. Sestio, Itaque quum fretus sanctitate senatus, se non modo contra vim, & ferrum, sed etiam contra verba atque intercessionem legibus sacratis esse armatũ putaret, venit in templum Castoris, obnuntiauit consuli, cum subito manus illa Clodiana in cæde ciuium sæpe iam victrix, exclamat, incitatur, inuadit. Idem Attico, lib. 4, Contentio fratrum trium turpis, fracta vis, contemptus furor. Metellus tamen postulat vt sibi postero die in foro obnuntietur.

Obnuntiare etiã dicũtur augures, qui aliquid mali ominis, sæuúmque viderint. Cic. pro Sest. Cúmque auspiciis religionis parens, obnuntiaret quod senserat. Idem in Senatu post reditum, Quo inspectante ac sedente, legem Trib. pleb. tulit ne auspiciis obtemperaretur, ne obnuntiare concilio, aut comitiis, ne legi intercedere liceret.

Obnuntiare pro resistere, reluctarique ponitur. Suet. de Cæs. Lege autẽ promulgata obnuntiantem collegam, armis foro expulit.

OBOLEO, oboles, obolui, & oboleui, obolere, Graueolẽtiam, odorémque tetrum reddere. Puyr, Rendre mauuaise odeur. Plaut. in Mostell. 2.38, At te Iuppiter dique omnes perdãt, oboluisti allium germana illuuies. Suet. in Calig. Ille antidotum oboluisset, quasi ad præcauenda venena sua sumptum.

Obolere, Fleurer, sentir de loing, & soy doubter de quelque chose. Plaut. in Amphit. 4.167, Vltrò istic qui exossat homines, perii si me aspexerit. M. Olet homo quidẽ malo suo. s. hei nunquã obolui. Idem in Cas. 19.16, Di hercle me cupiunt seruatum, iam oboleuit Casina procul. Idem in Menæh. 9.27, Oboluit marsupium huic istuc quod habes.

OBOLVS, oboli, m. g. Vltima est nummorum significatio, inquit Donatus. Vne maille, ou moins quæ vne maille. Terẽt. in And. 2.2.32, Etiam puerum inde abiens conueni Chremis, olera & piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni.

OBORIOR, oboriris, obortus sum, oboriri, Adnasci inquit Festus. Plautus in Sticho, 4.11, Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie. Sourdent, se lieuent, ou croissent. Idem in Curcul. 7.30, Tenebræ oboriuntur, genua media succidunt. Liuius in primo, Aduentu suorum lachrymæ obortæ. Terent. in Heaut. 4.3.2, Nulla mihi res posthac potest iam interuenire tanta, quæ mihi ægritudinem afferat, tanta hæc lætitia oborta est.

OBRADO, obradis, obrasi, obrasum, obradere, Raser a lentour.

OBREPO, obrepis, obrepsi, obreptũ, obrepere, Latenter & tacitè aduenire, Venir doulcement sans faire bruit. Est inquam obrepere, latenter progredi, & fallaciter adire. Tractum ab animalibus pedibus carentibus, quæ gressu tacito gradiuntur. Plaut. in Trinũ. 4.18, Neque enim tu credo mihi imprudenti obrepseris. Ibidẽ, 13.129, Nimis argutè obrepsisti meapse occasiuncula.

Obrepere dicitur quicquid sensum fallit. vt obrepit fames. Plaut. in Pœnulo, 2.14, Nam nisi clamabis, statim te obrepet fames. Obrepit mors. Plaut. in Pseud. 10.20, Atque hoc euenit in labore atq; in dolore, vt mors obrepat interim. Obrepit somnus. Plin. epist. 124.b, Dein cũ meridie (erat enim æstas) dormiturus me recepissem, nec obreperet somnus, cœpi reputare maximos oratores hoc studii genus & oblectationibus habuisse, & in laude posuisse. Obrepit senectus. Cicero de Senect. Quî enim citius adolescentiæ senectus quàm pueritiæ adolescentia obrepit? Idem Attico, Obrepsit dies vt vides: mihi enim ad tertiũ Cal. Sextiles decedendum est. Alibi, Mihi dies dicessionis λελησότως obrepebat. Me surprenoit. Et apud Iuuenalem, Obrepit non intellecta senectus.

Obrepere, pro fallere, hoc est incautũ aggredi, accipitur. Plin. lib. 36, Nec potest videri Scaurus rudi & huius mali improuidæ ciuitati obrepsisse quodam vitæ rudimento. Iam enim L. Crassum oratorem M. Brutus in iurgiis ob id Venerem Pallatinam appellauerat. Vlpianus de Carbo. edicto, Sed si cum esset pubes. q. impubes obrepit, dicendum est nihil eum egisse.

Obrepere ad magistratum dicitur, qui falsa specie vel probitatis vel doctrinæ ad magistratus assumitur, & vt vulgo loquimur, per hypocrisim. Cicero in Pisonem, Obrepsisti ad honores errore hominum, commendatione fumosarum imaginum: quarum simile habes nihil præter colorem. Id est, fefellisti populũ Ro. cõmendatione familiæ cognomẽto frugi.

Idem pro Plancio, Quid ſi doceo, Cn. Plancium non obrepſiſſe ad honores, ſed eo veniſſe curſu, qui ſemper patuerit omnibus hoc noſtro equeſtri loco? Id eſt, vt vulgus loquitur, per abuſum.

Obrepto obreptas, obreptare. Frequẽtatiuum. Plaut. in Perſa, 3.24, Opertæne fuerint, ne quis obreptauerit.

Obreptio obreptionis, fœm. gen. Latens & fallax aditio. Vlpianus, Patronum autem appellamus, etiã ſi capite minutus ſit, vel ſi capite libertus minutus, dum arrogetur per obreptionẽ.

OBRIGEO, obrigeo, obrigui, obrigere, Tot⁹ frigore cõtrahor & quaſi indureſco, & rigidus fio. Collumella lib. v, Cõpeſcitur harundo, cum obriguit hyberno frigore. Plautus in Mercatore, 19.2, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa, ceſſauit turgida.

OBRIZVM, obrizi, Aurum dicitur, quaſi ὄβριζον, hoc eſt ſyncerũ, delicatúmque, quod ſæpe igne candefactum & exuſtum eſt, & quod in coctione non minuitur.

OBRODO, obrodis, obroſi, obroſum, obrodere, Circùm rodere, ronger a lentour. Plautus in Amphit. 8.90, Enimuero prægnanti oportet & malum dari: vt quod obrodat ſit, animo ſi malè eſſe occœperit.

OBROGO, obrogas, obrogare, Quaſi obloqui. Feſtus, Obrogare, obloqui, atque alterius ſermonem moleſtè impedire.

Obrogare legem eſt legis prioris infirmandæ cauſſa legem aliam ferre. Cic. Attico, Obrogare, derogare, obrogare ſine fraude non liceat.

OBRVO, obruis, obrui, obrutum, obruere, Subſternere, Operire. Ietter par deſſus, & couurir. Ouid. lib. 1. de Remedio, Obrue verſata cerealia ſemina terra. Cic. de Senect. 19, Nec verò quenquã ſenũ audiui oblitũ quo in loco theſaurũ obruiſſet. Ou il auoit cache & couuert de terre ſon threſor.

Obruere, etiam ad animum refertur. Quintilianus, Tot voluptatibus obruere poſſunt vnum dolorem.

OBRVTVIT, inquit Feſtus, Obſtupuit, ab ruto, quod antiqui pro graui, interdũ pro ſtupido dixerunt. Afranius, Non poſſum verbum facere, obrutui.

OBSAEVIO, obſæuis, obſæuiui, obſæuitum, obſæuire, Cõtra ſæuire, Faire du terrible alencontre daucun. Plautus in Epid. 11.29, Túne is es, qui per voluptatem in me ærumna obſæuiſti gnauiter?

OBSALVTO, obſalutas, obſalutare, Salutandi gratia offerre, dicebant antiqui, vt conſalutare pro ſalutare.

OBSATVRO, obſaturas, obſaturare, Significat ſaturitatem vſque ad faſtidium vel contra animum capere. Terẽt. in Heaut. 4.8.29, Næ tu propediem, vt iſtanc rem video, iſtius obſaturabere. Tu en ſeras fort ſaoul, & ennuye.

OBSCENVS, obſcena, obſcenum, Ab obs, & canendo deductum, ſine diphthongo ſcribitur. & abominabile augurium ſignificat. Virg. lib. 1. georg. Obſcenique canes, opportunæque volucres. Id eſt cõtraria portendẽtes & mala. Feſtus, Obſcena apud antiquos dicebãtur quæ mali ominis habebantur. Virg. lib. 3, AEneid. Obſcenas pelagi ferro fœdare volûcres. Idem lib. 12, Ne me terrete timentem Obſcenæ volucres.

Obſceno obſcenas obſcenare, Obſcenum, id eſt malum omen afferre. Plaut. in Aſin. 6.17, Metuo ne ille obſcenauit meæ falſæ fallaciæ. Nonius.

OBSCOENVS, obſcœna, obſcœnum, Turpe, immundũ, Ord & ſale, vilain. Ab obs, & cœnum componitur. Priſcianus ab ob, & κοίνω, quod nos cœnum dicimus, ſ interpoſita. Feſtus ab Oſcis deriuat, quorum frequentiſſimus fuit vſus libidinum ſpurcarum. vnde & verba impudentia appellantur obſcœna. Quod ſi verum eſſet, ſine b, & abſque diphthongo, oſcenum ſcribi oporteret. Varro lib. 6, de lingua latina docet obſcenum à ſcena deduci, quaſi ad ſcenam: quòd ſcenis id daretur quod obſcenum foret. Varro Agathone, Pueri obſcœnis verbis nouæ nuptulæ aures reſtaurant.

Obſcœnum, Vitabile, authore Nonio. Virg. lib. 3. AEneid. Obſcœnámque famam, quæ prima pericula vito. Cic. lib. 2. Tuſcul. Vna & obſcœnas voluntates, de quibus multa ab illis habetur oratio.

Obſcœnitas obſcœnitatis, fœm. g. Ordure, Villãnie & meſchantete. Cic. lib. 1. de off. Alternæ libero quidem, ſi rerum turpitudinem, adhibetur verborum obſcœnitas.

OBSCVRVS, obſcura, obſcurum, Latens abſconditum, & ſine lumine. Obſcur, tenebreux.

Virg. lib. 11, Vidimus obſcuris primum ſub vallibus vrbem. Idem lib. 1. georg. Si nigrum obſcuro comprehenderit aera cornu.

Obſcurus, Ignobilis, Incongneu, ſans renom. Cicero de Amicitia, 17, Quare ſibi habeant ſapientiæ nomen & inuidioſum & obſcurum. Idem lib. 2. de off. Qui magna ſibi proponũt, obſcuris orti maioribus.

Obſcura oratio, Id eſt difficilis, & quæ ſtatim intelligi non poteſt.

Obſcurus, Ex ob & cura ſiue curo componitur, interpoſita ſ, quòd ea quæ obſcura ſunt, nobis curam obiiciant.

Obſcuritas obſcuritatis, f. g. Obſcurite.

Obſcuritas, Difficultas.

Obſcuritas, Ignobilitas. Cic. lib. 2. de off. Quorum autem prima ætas propter humilitatẽ & obſcuritatem in hominum ignoratione verſatur.

Obſcuro obſcuras obſcurare, Obſcurcir. Plaut. in Trin. 10.41, Obſcurauit pectus tuum amor.

Obſcurare, Non curare, ſupprimere, tegere, obumbrare. Obſcurcir, & cõme celer & cacher. Cic. pro Archia poeta, Neque enim diſſimulandum quod obſcurari non poteſt, ſed præ nobis ferendũ. Idem de Off. Tanta vis eſt honeſtatis, vt ſpeciem vtilitatis obſcuret. Idem de finibus, Omnia illa quæ bona tu vocas, neceſſe eſt obſcurari, & non apparere, & in virtutem tanquam in ſolis radios incurrere.

Obſcurare, Ignobilem reddere. Saluſt. Sed profectò fortuna in omni re dominatur. Ea, res cunctas ex libidine magis, quàm ex vero celebrat, obſcurátque.

OBSECRO, obſecras, obſecrare, Ex ob & ſacrum componitur, ſignificat per ſacra rogare, vel, vt ait Feſtus, opem à ſacris petere. Donatus, Obſecrare, eſt iratos orare. Terent. in Eunucho, 1.1.4, Excluſit. reuocat. redeam? non, ſi me obſecret.

Obſecrare ab aliquo. Plaut. in Bacchid. 20. 110, Nunc ſi me fas eſt obſecrare abs te pater, da mihi ducentos nummos philippos.

Obſecro ne. Terent. in Heaut. 5.5.4, Mi vir te obſecro ne facias.

Obſecro vt. Plaut. in Mil. 21.8, Obſecrat te vt eas intrò. Terent. in Heaut. 4.4.3, Quod ſi is nunc me deceperit, ſæpe obſecrans me vt veniam, fruſtra veniet. Idem in Eunucho, 2.2.30, Ibi homo cœpit me obſecrare vt ſibi liceret diſcere id de me.

Obſecro per. Terent. in And. 2.1.28, Nunc te per amicitiam & per amorem obſecro, principio vt ne ducas.

Obſecro, aliquando eſt aduerbiũ obſecrãdi. Terent. in Eunucho, 5.5.21, Hem, obſecro an is eſt? Ie te prie, eſt ceſtuy la? Idem in And. 4.4.54, Accipe à me hunc ocyus: atque ante noſtram ianuam appone. M. obſecro, humine? Dis moy ie te prie, a terre? Ibidem, 4.5.6, Obſecro quem video? Eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Idem in Eunucho, 5.9.58, Obſecro te quid agimus?

Obſecro tuam fidem. Plaut. in Amphit. 4.219, Nunc profectò vapula ob mendaciũ. s. tuã fidem obſecro! Dis tu par ta foy. Irridentis.

Obſecro quàm. Plaut. in Amphit. 4.145, Obſecro hercle quantus & quàm validus eſt!

Obſecratio obſecrationis, f. g. Priere vehemente.

OBSECVNDO, obſecundas, obſecũdare, Proſperũ facere. Ex ob, & ſecũdo ſecũdas, quod proſperum facio ſignificat. Faire proſperer, Donner proſperite. Virgil. Dii cœpta ſecundent.

Obſecundare, Omnia ad alterius nutum facere, vel in melius conuertere, Obtemperer, obeir, ſaccorder a tout ce que vng autre veult. Plaut. in Trucul. 16.3, Nunc dum iſti lubet, dum habes tempus, ei obſecundes. Terent. in Adel. 5.9.37, Sed ſi id vultis potius quæ vos propter adoleſcentiam minus videtis, magis impenſè cupitis, conſulitis parum, hæc reprehendere & corrigere me, & obſecũdare in loco: ecce me, qui id faciam vobis. Idem in Heaut. 4.6.22, Qua cauſſa id fiat, obſecundato in loco. Cic. pro Pompeio, Non modo omnes ciues aſſenſerint, ſocii obtemperarint, ſed etiã venti, tempeſtatéſque obſecundauerint.

OBSEPIO, obſepis, obſepiui, vel obſepii, obſeptum, obſepire, Enuirõner dune haye. Plaut. in Caſ. 23.20, Vbi illum ſaltum video obſeptum, rogo vt alterum ſinat adire.

OBSEQVOR, obſequeris, obſequutus ſum, obſequi, Alterius voluntati morem gerere, inſeruire. Faire au plaiſir & a la voulente dung autre. Terẽt. in Heaut. 3.1.10, Nos quoque ſenes æquum eſt ſenibus obſequi. Idem in And. 1.1.37, Eorum obſequi ſtudiis, aduerſus nemini. Plaut. in Cap. 6.56, Qui imperare inſueram, nunc alterius imperio obſequor.

Obſequi animo ſuo, Faire a ſon plaiſir, Faire grand chere, Prẽdre ſon plaiſir, ſoulas & eſbat. Plautus in Milite, 10.82, Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onerato hilaritus me. Idem in Bacchid. 8.12, Pauliſper Lyde lubido eſt homini ſuo animo obſequi. Terent. in Adelphis, 1.1.8, Vxor ſi ceſſes, aut te amare cogitat, aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi.

Obſequens obſequentis, omnis gen. Obeiſſant. Plaut. in Bacchid. 8.55, Obſequẽs eſt, obediẽnſque mori atq; imperiis patris. Terẽt. in Heaut. 2.3.18, Propter quã in ſũma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens. Ibidem, 1.1.100, Ingenio te eſſe in liberos leni puto, & illum obſequentem, ſi quis rectè aut commodè tractaret. Idem in Hecyra, 3.5.9, Pamphilus ſanè hercle homo voluptati obſequens fuit, dum vixit. Il a prins ſes plaiſirs.

Obſequenter obſequentius obſequentiſſimè, aduerbiũ. Plin. epiſt. 144.a, Vixit in contubernio auiæ delicatæ, ſeueriſſimè, & tamen obſequentiſſimé. En grande obeiſſance.

Obſequium obſequii, n.g. Obeiſſance & ſeruice quon faict a aucun. Terent. in And. 1.1.41, Obſequium amicos, veritas odium parit. Plin. epiſt. 102.b, Deinde ſubiungas nos quadraginta millia offerre, ſicut præceperit Saturninus. illius hoc munus, illius liberalitas: noſtrum tantum obſequium vocetur. Idem in Paneg. 96, Nam ſecundum, imperator quidem, ſub imperatore tamen miſti: nihilque imputari in eo vel honori poteſt, vel exẽplo, niſi obſequiũ. Cic. de Amicitia, 75, Sed obſequiũ multo moleſtius, quod peccatis indulgẽs, præcipitem amicum ferri ſinit.

Obſequium animo ſumere, Faire ſon plaiſir, Seſiouir & faire bonne chiere. Plaut. in Bacchid. 21.8, Ego dare me ludum meo gnato inſtitui, vt obſequium animo ſumere poſſit.

Obſequela obſequelæ, f.g. Morigeratio. Plaut. Omnes parentes Libane liberis ſuis qui mihi auſcultabunt, facient obſequelam.

Obſequioſus obſequioſa obſequioſum, Qui facilè obſequitur, Seruiable. Plautus in Capt. 7.59, Nam ſeruus meus ſi eſſes, nihilo ſecius mihi obſequioſus ſemper fuiſti.

Obſequibilis & hoc obſequibile, Qui obſequitur. Gellius, Cognatos, affinéſque illos fermè tam obſequibiles eſſe ait.

OBSERO, obſeris, obſeui, obſitum, obſerere, Circũſeminare. Columella lib. 2, Vtatur præceptis eorũ qui huberem campum in ſingula iugera tritici, quique & adorei octo modiis obſerere præcipiunt. Plaut. in Trinũmo, 8.98, Tribus tantis illi minus reddit, quàm obſeueris.

Obſerere, Circum plantare. Columella lib. 3, Agrum antequã vineis obſeras, explorato qualis ſaporis ſit.

Obſerere mores. Plaut. in Trin. 8.98, Hem illic oportet obſeri mores malos, ſi in obſerendo poſſint interficier.

Obſerere, Circũdare. Virg. Iam ſetis obſita iambos.

Obſitus annis & pannis. Terent. in Eunucho, 2.2.5, Video ſentum, ſqualidum, ægrum, pannis, anniſque obſitum. Mal veſtu & eagé. Idem in Heaut. 2.3.53, Ea texebat vnà, pannis obſita.

Obſerere pugnos. Plautus in Menæh. 22.22, Ego hiſce iam ſementem in ore faciam, pugnóſque obſeram.

OBSERO, obſeras, obſerare, Occludere, Fermer. Terent. in Eunucho, 4.6.25, Tu abi, atque oſtium obſera intus. Plaut. in Ciſtell. 7.15, Illæc forti fortuna fortius aures obſerat.

OBSERVO, obſeruas, obſeruare, Circùm oculos mentis & corporis ſeruare, ſpeculari, cuſtodire, notare ne me prætereat, ne me decipiat. Prendre garde. Plaut. in Amphit. 4.116, Cælum aſpectat, obſeruabo quam rem agat. Idem in Pſeud. 19.40, Niſi vt obſeruemus hic quò eat, aut quam rem gerat. Terent. in And. 1.1.142, Obſerues filiũ quid agat, quid cum illo cõfilii captet. Ibidem, 2.5.2, Iuſſit Pamphilum hodie obſeruare, vt quid ageret de nuptiis ſcirem.

Obſeruare, Guetter. Terent. in And. 1.1.56, Obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes aut abeuntes. rogitabã: Heus puer &c. Virg. lib. 3. georg. Quos durus arator Obſeruans nido implumes detraxit.

Obſeruare ianuam, Garder la porte. Plaut. in Aſin. 7.7, Væ illi qui tam indiligenter obſeruauit ianuam.

Obſerua an. Plaut. in Aſin. 13.60, Tuus obſeruet, Venerine eas det, an viro. Cic. de Amicitia, 52, Nec obſeruare reſtrictè ne plus reddat quàm acceperit.

Obſerua quàm blandé. Plaut. in Amphit. 6.9, Obſeruatote quàm blandè mulieri palpabitur.

Obſeruare ſcripturam alicuius, Tacher a reprendre. Terent. in prolog. Adelph. 2, Poſtquam poeta ſenſit ſcripturã ſuam ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem.

Obſeruare, Venerari & admirari homines, tantum dignitatis vel virtutis cultu. Auoir en reuerence. Virgil. libro tertio Georg. Præterea regem non ſic AEgyptus & ingens Lydia. nec populi Parthorum aut Medus Hydaſpes Obſeruant. Cicero Octauio, M. Aruilius Auianus, ab ineunte adoleſcentia me obſeruauit, ſempérque dilexit. Idem de Off. lib. 1, Sicut aliquo honore aut imperio affectos obſeruare & colere debemus.

Obſeruans obſeruantis, Participium, Qui prent garde.

Obſeruantiſſimus omnium officiorũ, Nomen. Qui ſoingneuſement faict ſon debuoir. Plin. epiſt. 150, Quid neſciam, cum ſis omnium officiorum obſeruantiſſimus: cúmque omnes, quos probas, effuſiſſimè diligas?

Obſeruantia obſeruantiæ, fœm. gen. Per quam homines aliqua dignitate antecedentes, cultu quodam & honore dignantur. Vne reuerence que on ha enuers gens dauthorite. Liuius libro primo, Obſequio & obſeruantia in regem cum omnibus, benignitate erga alios cum rege ipſo certaſſet.

Obſeruatio obſeruationis, f. g. Le guet, regard & garde que on ha a quelque choſe.

Obſeruationi operam dare, Se dõner de garde. Plaut. in Mil. 9.5, Nam ego excubantem eam modo offendi domi. certum eſt nunc obſeruationi operam dare. Il fault faire le guet.

Obſeruatio antiqui ſermonis, Eſgard que on ha es anciennes manieres de parler latin. Suet. de claris grãmat. 24, Reliquit autem nõ mediocrem ſyluã obſeruationũ ſermonis antiqui.

Obſeruatio, Idem aliquando quod obſeruantia, Honor & reuerẽtia. Valerius Maximus, Haud Marcello adiectio impenſè impedimẽto fuit, quo minus religionibus ſuus tenor ſuáque obſeruatio redderetur.

Obſeruabilis & hoc obſeruabile, Qui idoneus eſt vt obſeruetur vel veneretur, Digne que on prenne garde a luy, & que on lait en reuerance. Cuius compoſitum eſt inobſeruabilis. Plin. In Martis ſydere, cuius eſt maximè inobſeruabilis curſus, nunquam id ſtationem facere. Au cours du quel on ne peult prendre garde.

OBSES, obſidis, vide poſt OBSIDEO.

OBSIDEO, obſides, obſedi, obſeſſum, obſidêre, Tenir le ſiege deuant vne ville. Ou garder quelque lieu. & quies ſignificatur, quaſi obſtare. Salluſt. in Iugurtha, Armis obſeſſus teneor. Curtius, Per hos pellices introducebantur alio aditu quàm quem armati obſidebant.

Obſidere, Idem quod ſedere. Terent. in Adelph. 4.6.6, Nunc verò domi certum obſidere eſt vſque, donec redierit. Ie ſeray aſſis en la maiſon. Plaut. in Pœn. 2.23, Serui ne obſideant, liberis vt ſit locus. Quilz ne ſoient point aſſis a lentour.

Obſido obſidis, obſedi, obſidere, Aſſieger vne ville, ou autre. Et motus quidam eſt, quaſi obſiſtere. Salluſt. Præmittit illis homines militares, ſine tumultu collocatis præſidiis ſicuti præceptum erat, occultè pontem obſidunt.

Obſidior obſidiaris, obſidiari, Circà inſidias facere, Faire le guet, guetter aupres. Columella lib. 10, Sed inter caniculæ & arcturi exortum cauendum erit, ne apes intercipiantur violẽtia crabronum, qui ante aluearia plerunque obſideantur prodeuntibus.

Obſeſſus obſeſſa obſeſſum, Qui eſt aſſiege.

Obſidium obſidii, n. g. Aſſiegement. Columella lib. x, Atque vtiliſſimum eſt pro frequentia domicilii duos vel tres aditus in eodem operculo diſtantes inter ſe fieri contra fallaciam lacerti, qui velut cuſtos veſtibuli, prodeũtibus inhians apibus affert exitium, eæque pauentiores exeunt, cum licet vitare peſtis obſidia, per aliud vadentibus effugium.

Obſidium tuo tergo eſt, inquit Plautus in Mil. 5.64.

Obſidio obſidionis, fœm. g. Idem. Cic. pro Rabirio, Cum innumerabiles hoſtiũ copias in Italia fudiſſet, atque obſidione remp. liberaſſet. Plaut. in Rud. 19.57, Certum eſt haſce hodie vſque obſidione vincere.

Obſeſſio obſeſſionis, f. g. Idem.

Obſeſſor obſeſſoris, m. g. Qui aſſiege, ou qui tient le ſiege deuant vne ville.

Obſeſſor fori. Plaut. in Pſeud. 13.18, Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori.

Obſidiæ obſidiarũ dicũtur ſicut & inſidiæ. Columella, Dum tamen anus ſedula vel puer adhibeatur cuſtos vagantium: ne obſidiis hominum inſidiatorum animalium obſideantur.

Obſidionalis & hoc obſidionale, Ab obſidio fit. Vnde corona obſidionalis, quæ ei debebatur, qui obſeſſos ab hoſtibus liberaſſet. Hæc fiebat ex gramine viridi, ex eo loco decerpto in quo erant incluſi. Plin. de viris illuſt. 17, Quare à Minutio & eius exercitu obſidionali corona donatus eſt. Ibidē, 58, Tribunus in Africa ſub Tito Manilio imperatore cohortes octo obſidione vallatas conſilio & virtute ſeruauit, à quibus corona obſidionali donatus.

Obſes obſidis, cōm. g. Qui traditur imperio alicuius ea cōditione, vt ſi dator obſidis à fide recedat, recipienti ſit poteſtas in corpus, & vitam eius ſæuiendi qui datus eſt obſes. Hic quoniā obſidionis cauſſa dari conſueuit, inde nomen aſſumpſit: quāuis Feſtus ex ob & fides compoſitum velit, per mutationem literæ, quòd ſit ob fidem datus. Qui eſt baille en oſtage.

Obſidianus obſidiana obſidianū. Obſidianum vitrum, de quo Plinius lib. 36. cap. 26, In genere vitri & obſidiana numerantur, ad ſimilitudinē lapidis, quem in AEthiopia inuenit Obſidius, nigerrimi coloris, aliquādo & tranſlucidi, craſſiore viſu, atque in ſpeculis parietum pro imagine vmbras reddente. Gemmas multi ex eo faciunt videmúſque & ſolidas imagines diui Auguſti, capti materia huius craſſitudinis. dicauítque ipſe pro miraculo in templo Cōcordiæ obſidianos quatuor elephantes. Remiſit & Tiberius Cæſar Heliopolitarum ceremoniis repertam ibi in hæreditate eius qui præfuerat AEgypto obſidianam imaginem Menelai. Et paulò pòſt, Xenocrates obſidianum lapidem in India & in Samnio Italiæ, & ad Oceanum in Hiſpania naſci tradit. Fit & in tincturæ genere obſidianum ad eſcaria vaſa, totum rubens vitrum, atque non tranſlucens hæmatinum appellatum. Idem lib. 37. cap. 10, Inueniuntur & gemmæ eodem nomine ac colore, non ſolum in AEthiopia Indiáque, ſed etiam in Samo, vt aliqui putant, & in littoribus Hiſpanienſis Oceani.

OBSIGNO, obſignas, obſignare, Signi impreſſione occludere, Seller. & ad literas, cæteráq; quæ ſigno quouis notantur aut imprimuntur, pertinet. Plaut. in Bacchid. 15. 99, Cedo tu ceram ac linum actutum. age obliga, obſigna citó. Idem in Caſina, 3. 1, Obſignate cellas, referte annulum ad me. Idem in Amphit. 4. 267, Amphitruonis obſignata ſigno eſt. Ibidē, 8. 150, Quid ego iſtam exoluam? obſignata eſt rectè. Idem in Perſa, 7. 15, Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere, qui alliū ſeruo obſignant cum ſale.

Obſignare quādoque capitur pro ſigno notariorum ſeu ſubſcriptione eorum aut teſtiū ſignare. Cic. pro Cluentio, Clinia teſtamentum faciente, cum tabulas prehendiſſet, Opimas qui gener eius fuiſſet, digito legata deleuit. Et cum id multis locis feciſſet, poſt mortē eius, ne lituris coargui poſſet, teſtamētū in alias tabulas tranſcriptū, ſignis adulterinis obſignauit.

Obſignator obſignatoris, m. g. Qui ſelle, ou baille ſon ſignet. Cic. pro A. Cluentio, Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem poſterum commoraretur, Aiulius, vt erat cōſtitutum, ſimulat ſe ægrotare, & teſtamentum facere velle. Oppianicus obſignatores ad eum qui neque Aſinium neque Aiulium noſſent, adducit. Notaires. Idem Attico, lib. 12, Quòd ſcribis Terētiam de obſignatoribus mei teſtamenti loqui, primū tibi perſuade, me iſtæc non curare.

OBSIPO, obſipas, obſipare, Obiicere. vt cum ruſtici dicunt, Obſipa pullis eſcam.

OBSISTO, obſiſtis, obſtiti, obſtitū, obſiſtere, Cōtra ſiſtere, Reſiſter, aller alencontre, Contrarier. Cic. de Amicitia, 25, Cogitis certé ſtudiis enim generorum præſertim in re bona tam difficile eſt, tum ne æquum quidem obſiſtere. Idem de Senect. 65, Hoc eſt illud quod Piſiſtrato tyranno à Solone reſponſum eſt, cum illi quærenti qua tandem ſpe fretus ſibi tam audacter obſiſteret, reſpondiſſe dicitur, Senectute.

Obſiſtam hic, ne imprudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi. Ie me tiendray icy au deuant. Plautus.

Obſiſtere alicui obuiam. Plaut. in Amphit. 12. 2, Nec quiſquam tam audax fuat homo, qui obuiam obſiſtat mihi. Idem in Capt. 13. 22, Eminor, interminórque, ne quis mihi obſiterit obuiam. nam qui obſtiterit, ore ſiſtet. Et paulò pòſt, 32, Qui mihi in curſu obſtiterit.

OBSOLESCO obſoleſcis, obſoleui, obſoletum, obſoleſcere, Ex ob, id eſt contra, & oleſco, addita ſ præpoſitioni quæ aduerſatur oleſco. Eſt deficere, Inueteraſcere, deſueſcere, Neſtre plus en vſage. Cic. de imperio Pompeii, Obſoleuit iam iſta oratio, re multo magis quàm verbis refutata. Id eſt deſueuit, ſiue ab vſu receſſit. Idem pro Cælio, Chartæ quoque quæ illam priſcam ſeueritatem obtinebant, obſoluerunt.

Obſoletus obſoleta obſoletum, Inueteratus, Qui eſt tout vieulx & hors duſage. Cic. pro Quintio, Audacem, cupidum, perfidioſum, vulgaria, & obſoleta ſunt.

Obſoletus, Obſcurus & ſordidus. Liuius lib. 3, Filiam ſecum obſoleta veſte comitantibus ali-

quot matronis cum ingẽti admiratione in forum deducit. Cic. in Rullum, Veſtitu obſoletiore, corpore inculto, & horrido. capillatior quàm antea, barbáque maiore: vt oculis & aſpectu denũtiare omnibus, vim tribunitiam minitari reip. videretur. Columella lib. 3, Sapore certè nihilo differt à cicercula, colore tamen diſcernitur. nam eſt obſoletior, & nigro colori propior.

OBSONVS obſona obſonum, Malum ſonum habens. Varro, Humili & obſona & tremula voce.

Obſono, obſonas, obſonare, Malè ſonare.

OBSONIVM, vide OPSONIVM, nam per p ſcribi debet.

OBSORBEO, obſorbes, obſorbui, obſorptum, obſorbêre, Totum ſorbere. Tout humer. Plaut. in Curcul. 7.3,4 Vin' aquam? C. ſi fruſtulenta eſt, da obſecro, hercle obſorbeam.

OBSORBO, obſorbis, obſorpſi, obſorptum, obſorbere. Idem.

OBSORDEO, obſordes, obſordui, obſordere, Sordidum fieri, Deuenir ord. Obſordere, obſoleſcere, inquit Nonius. Cecilius, Obſorduit iam hæc in me ærumna miſeria.

OBSTETRIX, obſtetricis, f.g. Ab oſtando vel obſiſtendo. Donatus, Quæ opem tulerit parienti, obſtetrix dicitur, vnde & parturientes, Fer opem, clamant. Terent. in And. 1.5.64, Obſtetricem accerſo. Vne ſage femme.

OBSTINO, obſtinas, obſtinare, Affirmare, Tenir ferme ſon propos, Se obſtiner, Liuius, Quoniam id certum atque obſtinatum eſt (inquit) neque ego obtundam. Plaut. in Aulul. 7.89, Credo ego iam illum inaudiiſſe mihi eſſe theſaurum domi, id inhiat, ea affinitatẽ hanc obſtinauit gratia.

Obſtinatè, aduerbium, Firmiter, Obſtinement, Dung ferme vouloir ou propos. Plaut. in Aſin. 3.10, Per dium fidium queris iurato mihi, video neceſſe eſſe eloqui quicquid roges: ita me obſtinatè aggreſſus, vt non audeam profectò, percunctãti quin promã omnia. Terẽt. in And. 1.5.8, Itáne obſtinatè operam dat, vt me à Glycerio miſerum abſtrahat? Donatus, Obſtinatè facere aliquid, eſt in alterius malum cum conatu facere perſeuerãter, & in alterius perniciem nimis niti.

OBSTIPO, obſtipas, obſtipare, Rimas obturare, condenſare. Eſtouper. Plaut. in Ciſtell. 7.39, Auecta eſt (inquit) peregrè hinc habitatum longius. M. obſtipat aquulam. L. quò auecta eſt eò ſequimur. Feſtus, Obſtipare, obiicere interpretatur. Alii, obſtruit exponunt: & prouerbium eſſe aiunt, dictum de eis qui aliqua reticent, & ſtudent aliquo pacto tegere.

Obſtipare verticem, Soy heriſſonner, ou hocher & branſler la teſte. Plaut. in Merc. 17.16, Gradus grandit, emittit oculos, circũfert ſe, obſtipat verticem.

Obſtipus obſtipa obſtipum, Inclinatus. Horatius, Stes capite obſtipo, multum ſimilis metuenti. Cic. in ſecũdo de natura deorũ, Atque vno mentum radiantem ſidere lucet, Obſtipum caput à tereti ceruice reuulſum, Obſtipum in cauda maioris fingere dicas. Columella de ſuibus, Febricitantium ſigna ſunt, cum obſtipæ ſues tranſuerſa capita ferunt.

OBSTO, obſtas, obſtiti, obſtatũ, obſtare, Contra ſtare, Eſtre au deuant, ou vis a vis. Curtius, Obſtant oppido gemini colles.

Obſtare, Reſiſtere, aduerſari, impedire, Reſiſter, empeſcher, nuyre. Plaut. in Mil. 14.6, Eos nunc homines metuo mihi ne obſint, néve obſtent vſpiã. Terent. in And. 1.1.76, Quid obſtat cur nõ verè fiant? Idem in Heaut. 3.1.87, Paululũ negotii mihi obſtat. Terẽt. in Hecy. 4.2.11, Ego rus abiturã hinc cum tuo me eſſe certo decreui patre, ne mea præſentia obſtet. Idem in Eunucho, 3.2.30, Neque tibi obſtat quod quidem facit. Idem in And. 5.4.42, Egóne huius memoriam patiar meæ voluptati obſtare?

Obſtaculum obſtaculi, n.g. Impedimentum, Empeſchemẽt. Plaut. in Pſeud. 7.10, Quom commeatum volui argentarium proficiſci, ibi nunc oppido oppoſita obſtacula.

OBSTREPO, obſtrepis, obſtrepui, obſtrepitum, obſtrepere, Contra aliquem ſtrepitum facere. Salluſt. Ad hæc maledicta, alia cum adderet, obſtrepere omnes, hoſtem atque parricidam vocare. Plaut. in Merc. 18.17, Quod in ſe olim admiſere turpiter, id ſi fiat modeſtius, nec tolerant vt æquum eſt patres, ſed clamant, indecenter obſtrepunt.

OBSTRIGILLO, obſtrigillas, obſtrigillare, Obſtare, repugnare, vel detrahere alicui. Varro lib. 4. de vita pop. Rom. Quod Curio cum id feciſſet, dicebat amicis vt illi renuntiaretur ſe obſtrigillaturum ne triumphus decerneretur, aut ne iterum fieret conſul. Ennius ſatyr. lib. 2, Reſtitant, occurrunt, obſtant, obſtrigillant, vuagitant. Varro Manio, Lex neque innocenti, propter ſimultatem obſtrigillat, neque nocenti propter amicitiam ignoſcit. Idem

de re ruſtica, lib. 1. Tu inquit, inuides tanto ſcriptori, & obſtrigillandi cauſſa figilinas reprehendis, cum præclara quædam, ne laudes, prætermittas.

OBSTRINGO, obſtringis, obſtrinxi, obſtrictũ, obſtringere, Deuincire, circũligare, Lier & ſerrer a lentour. Plautus in Curcul. 15.29, Nihil agit, collum obſtringe homini. Idem in Aulul. 4.39, Laqueo collum quãdo obſtrinxero. Idem in Amphit. 10.72, Quum ego Amphitruonem collo hinc obſtricto traham. Idem in Aulul. 9.23, Quin quũ it dormitum, follem obſtringit ob gullam. Il luy bouche le trou.

Obſtringere aliquem munere, Obliger aucun a ſoy par dons. Plin. epiſt. 104, Cupio enim & ornatiſſimam coloniam aduocationis officio & te gratiſſimo tibi munere obſtringere.

Obſtringere fidem ſuã alteri, Promettre ſa foy a vng autre. Plin. epiſt. 78.c, Sub ea tamen cõditione cui fidem meam obſtringam.

Obſtringere religione. vide RELIGIO.

OBSTRVDO, obſtrudis, obſtruſi, obſtruſum, obſtrudere, Occultare, occludere. Cacher. Plaut. in Sticho, 10.13, Quin tu ſtas? obſtruſero aliquid ſtrenue. Idem in Curcul. Obſecro parẽtes ne meos mihi prohibeas. P. quid eſt, ſub gemma an abſtruſos habeo tuum patrem & matrem? Plin. in Paneg. 72, Bonos autem otio aut ſitu obſtruſos, & quaſi ſepultos.

OBSTRVO, obſtruis, obſtruxi, obſtructum, obſtruere, Eſtouper, boucher. Plin. in Paneg. 78, Anguſtóſque per aditus & obſtructos, non ſecus ac per apertas fores & inuitantia limina irrupit. Ibidem, 67, Sed ad tuas aures, cum cæteris omnibus, tum vel maximè auaris adulationibus obſtructus eſt aditus. Cic. de Senect. 68, Qui iter Pœnis vel corporibus ſuis obſtruere voluerunt.

OBSTVPEO, obſtupes, obſtupui, obſtupere, Eſtre eſtonne, & eſpouante.

Obſtupeſco obſtupeſcis, obſtupeſcere, Idem. Terent. in And. 1.5.21, Id mihi viſus eſt dicere, Abi citò & ſuſpẽde te. obſtupui. Idem in Adelphis, 4.4.3, Membra metu debilia ſunt, animus timore obſtupuit.

Obſtupidus obſtupida obſtupidum, Qui eſt tout eſtonne, & eſperdu, ou fol. Plaut. in Mil. 18.39, Quid aſtitiſti obſtupida? cur non pultas?

Obſtupefacio, obſtupefacis, obſtupefeci, obſtupefacere, Animo conſternare, Eſtõner, & eſpouãter. Terẽt. in Phor. 2.1.54, Poſtquam ad iudices ventum eſt, non potuit cogitata proloqui: ita eum tum timidum obſtupefecit pudor.

OBSVM, obes, obfui, obeſſe, Nocere, Nuyre. Plaut. in Amphit. 10.12, Factum id, Amphitruoni obfuit. Idem in Capt. 12.47, Quia vera obeſſent illi cui operam dabam, nunc falſa proſunt. Terent. in And. 1.1.133, Cum nihil obſint doli.

OBSVRDESCO, obſurdeſcis, obſurdeſcere, Deuenir ſourd, ou faire ſemblant de nouyr gouſte. Cic. de Amicitia, 74, Sed cum tot ſignis eadem natura declaret quid velit ac quærat, quid deſyderet, obſurdeſcimus tamen neſcio quomodo, nec ea quæ ab ea monemur audimus.

OBTEGO, obtegis, obtexi, obtectum, obtegere, Couurir a lentour. Plaut. in Caſina, 5.22, Ceſſo caput pallio obtegere? Obtegere peccatũ. Plaut. in Trinũmo, 10.24, Nũc te quo pacto credis poſſe obtegere errata?

OBTEMPERO, obtemperas, obtemperare, Morem gerere, Obtẽperer, Obeyr. Plaut. in Moſtell. 7.88, Sed tu etiámne aſtas, nec quod dico obtemperas? Idem in Merc. 18.3, Eius ducuntur nutu, illi obtemperant. Terent. in Adel. 4.7.72, Nam tibi eos certò ſcio, quo vir melior multò es, quàm ego, obtemperaturos magis. Cic. Sic mihi ſemper obtẽperauit, tanquam filius patri.

OBTENDO, obtendis, obtendi, obtenſum, obtendere, Tendre au deuãt de quelque choſe. Obtendere rationem turpitudini, Excuſer ſa meſchantete. Plin. epiſt. 159.g, Nec puduit rationem turpitudini obtendere, egregiam quidem, pulchrámque rationem.

OBTERO, obteris, obtriui, obtritum, obtérere, Conterere, ſuffocare. Liuius, Ab elephantis obtriti ſunt. Eſcaches, au foulles. Plaut. in Curc. 12.18, Meæque pugnæ præliares plurimæ obtritæ iacent?

Obterere, Ab omni parte terere, tundere. Broyer. Columella lib. 7, Nonnulli pellem ſerpentis obtritam cum vino miſcent.

OBTESTOR, obteſtaris, obteſtari, Eſt (inquit Donatus) precari, cum mentione earum rerum per quas petimus. Virg. Per euerſæ genitor fumãtia Troiæ Excidia obteſtor. Plaut. in Aſin. 3.3, Ita te obteſtor per ſenectutem tuam, pérque illam quam tu metuis vxorẽ tuã &c. Terẽt. in And. 1.5.56, Per tuã fidẽ, pérque huius ſolitudinẽ obteſtor, ne abs te hãc ſegreges.

Obteſtari, orare aliquando ſignificat, ſine adiuratione. Salluſt. Te atque ſenatũ obteſtamur, vt miſeris ciuibus, legis præſidium, quod iniquitas prætoris eripuit, reſtituatis. Cice. pro Flacco, Cum ego te Flacce cælum, noctémque cõteſtans, flens flentem obteſtabar, tum tuæ fidei optimæ & ſpectatiſſimæ ſalutem vrbis & ciuium cõmendabam. Idem, pro M. Cælio, Quare obteſtor, oróque vos Iudices, vt qua in ciuitate paucis diebus his Sext. Clodius abſolutus ſit, &c. Cæſar, lib. 7. Cõmẽt. Matreſſamiliæ paſſis manibus obteſtabãtur Romanos vt ſibi parcerent.

Obteſtatio obteſtationis, f. g. Eſt vt inquit Feſtus, cum deus teſtis in meliorem partẽ adducitur.

OBTEXO, obtexis, obtexui, obtextũ, obtexere, Circum texere. Plin. lib. x1, Filis etiã araneus quacunque inceſſerit, alarum maximè lanugines obtexit.

Obtexere domum. Plaut. in Moſtell. 3.41, Poſt illa obtexere eam negligens fui.

OBTHVRO, obthuras, obthurare, Occludere. Clore, fermer. Horat. Obthurẽ patulas impunè legentibus aures. Feſtus, Obthurare ex Græco trahitur, ab eo quod illi oſtia dicũt θυσία. Plaut. in Sticho, 3.57, Omnibus os obthurent, ne quis meritò maledicat ſibi.

OBTICEO, obtices, obticui, obticêre, Se taire. Plaut. in Bacchid. 1.28, Quid amabo obticuiſti? Terent. in Heaut. 5.1.65, Quid dotis dicam te dixiſſe filio? quid obticuiſti? c. dotis? Idem in Eunucho, 5.1.4, Virgo conciſſa veſte lachrymans obticet.

OBTINEO, obtines, obtinui, obtinere, Vincere, Obtenir. Plaut. in Caſ. 4.13, Meum ius obtinendi optio eſt. Idem in Ciſtell. 2.72, Non poteſt ſuam rem obtinere ſola ſine multis viris. Plin. epiſt. 167. l, Obtinui quidem quod poſtulabã: nihilominus tamen quæro an poſtulare debuerim, an abſtinere. Idem epiſt. 190. h, Obtinui tamen quod intenderã. Idem in Paneg. 73, Et vim, effectúmque cenſuræ tuum propoſitum, tui actus obtinebunt.

Obtinere ætatem. Plaut. in Ciſtell. 2.41, Semperque iſtanc, quam habes, ætatulã obtinebis.

Obtinere artem. Plaut. in Mil. 5.30, Hoc dicito, parũper artem & diſciplinam obtineat.

Obtinere ordinem, Tenir ordre. Plaut. in Amphit. 4.87, Quiſq; vt ſteterat, iacet, obtinetq; ordinem. Columella lib. 2, Tertium locum obtinet pecudum ſtercus.

Obtinere firmitudinem animi, Auoir touſiours ferme courage. Plaut. in Aſin. 7.54, Si iſtam animi firmitudinẽ obtines, ſalui ſumus. Terent. in Hecyra, 5.4.17, Antiquámque adeò tuam venuſtatem obtines. Idem in Adelphis, 5.3.26, Eandem illam rationem antiquam obtine: conſerua, quære, parce.

Obtinere prouinciam, Id eſt habere prouinciam ad tempus ad regendum, vt proconſul, aut prætor, vel vt Quæſtor. Cic. in Verrem, Iam antea in ſella ſedens prætor, cum prouinciam Siciliam obtineret. Idem pro M. Cælio, Africam tum prætor ille obtinebat. Liuius ab vrbe cond. Galliam prouinciam obtinere.

OBTINGO, obtingis, obtigi, obtactum, obtingere, Euenire.

Obtingere prouinciã, eſt quum ſortito prouincia regenda alicui cõmittitur. Cic. in Verrem, Quæſtor ex ſenatuſcõſ. prouinciã ſortitus eſt, obtigit tibi conſularis. Idem Attico, Aſiam Q. ſuauiſſimo fratri obtigiſſe audiſti.

Obtigit. Plaut. in Rud. 20.35, Tibi obtigit quod plurimi exoptant ſibi. Idem in Amphit. 8.5, Quin incommodi plus malíque illicò adſit, boni ſi obtigit quid. Idem in Aſin. 12. 136, Dabuntur: animo ſis bono, facilè exoptata obtingent.

Obtigit dies. Plaut. in Menæh. 20.2, AEdepol næ hic dies peruerſus, atque aduerſus mihi obtigit.

Obtigit occaſio. Plaut. in Rud. 22.18, Hæc tibi occaſio Gripe obtigit, vt líberet éxtemplo prætor te.

Obtigit ex ſententia. Terent. in Heaut. 4.3.5, Iſtuc tibi ex ſententia tua obtigiſſe lætor.

Obtigit præter ſpem. Terent. in Phor. 2.1.9, Incertum eſt quid agam, quia præter ſpem, atque incredibile hoc mihi obtigit.

Obtigit de. Plaut. in Rud. 26.7, Eloquere vt hæc res obtigit de filia.

OBTORPEO, obtorpes, obtorpui, obtorpere. à quo obtorpeſco obtorpeſcis, obtorpeſcere, Valde torpidum fieri. Liuius, Quis crederet ſæuã paulò antè cõcionem obtorpuiſſe ſubito metu? Tant eſtre venue a ſi grande nonchaillance, & ſi defaillie?

OBTORQVEO, obtorques, obtorſi, obtortum, obtorquere, Tordre. Plin. de viris illuſt. 66, Conſuli legibus agrariis reſiſtẽti ita collum in comitio obtorſit, vt multus ſanguis efflueret è naribus.

OBTRECTO, obtrectas, obtrectare, Compoſitum ex ob & tracto, ſignificat, vt Feſtus di-

cit, contra alienam ſententiam tractare, ſeu maledicere, Detracter, meſdire. Cic. Dolabellæ, Non tã id laboro, vt ſi qui mihi obtrectẽt, à te refutẽtur, quàm intelligi cupio me à te amari.

Obtrectator obtrectatoris, vt vult Feſtus, eſt qui contra rectè tractantem facit. Meſdiſant & detracteur.

Obtrectatio obtrectationis, f. g. Detraction.

OBTRVDO, obtrudis, obtruſi, obtruſum, obtrudere, Pouſſer. Plaut. in Menæh. 12.25, Iámne abiit intró? abiit. obtrudit fores. Il pouſſe lhuys apres ſoy.

Obtrudere, Mettre au deuant, & cõme bailler par force. Plaut. in Curcul. 7.87, Aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium, &c. vt ſtatis conſilia ſuppetant.

Obtrudere vxorẽ, Bailler vne femme a aucun cõtre le gre diceluy, par force. Terent. in And. 1.5.16, Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Idem in Hecyra, 3.1.16, Tamen nunquam auſus ſum recuſare eam, quam mihi obtrudit pater.

OBTRVNCO, obtruncas, obtruncare, Capite cædere, & occidere quomodocũque. Plaut. in Aulul. 14.10, Capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium. Idem in Amphit. 4.98, Ipſúſque Amphitruo regem Pterelam ſua obtruncauit manu. Il luy a aualle la teſte de deſſus les eſpaules. Liuius lib. 1, Ita regem obtruncant.

OBTVNDO, obtundis, obtudi, obtuſum vel obtunſum, obtundere, Circùm percutere, rumpere, groſſum hebetémq; facere. Reboucher, ou refouller le taillãt ou la pointe de quelque choſe. Columella lib. 5, Obtuſa, hebéſque & mollis falx putatorẽ moratur, eóque minus operis efficit, & plus laboris adfert vinitori.

Obtuſus pugnis. Plaut. in Amphit. 7.48, Fateor: nam ſum obtuſus pugnis peſſumé. Idem in Caſ. 21.7, Obtunſo ore nũc peruelim progrediri ſenem: quo ſenex nequior nullus viuit.

Obtundere mentem, Hebeter, rompre & gaſter leſperit, & eſlourdir. Cic. lib. 1, Tuſcul. Multa enim è corpore exiſtunt quæ acuunt mentem, multa quæ obtundant. Virg. Non obtuſa adeò geſtamus pectora Pœni. Idem de Senect. 75, Nónne vobis videtur animus is, qui plus cernat, & lõgius, videre ſe ad meliora proficiſci? Ille autem, euius obtuſior ſit acies, nõ videre? Qui ait plus lourd eſperit.

Obtundere, Sæpius repetẽdo eadem dicere, Rompre la teſte a aucun de parolles, tant que on leſlourdit. Plaut. in Ciſtell. 2.109, Iſtoc ergo auras grauiter obtunde tuas. Terẽt. in Heaut. 5.1.6, Deſine deos vxor gratulando obtundere. Idem in And. 2.2.11, Nuptiæ mihi. D. & id ſcio. P. hodie. D. obtũdis, etſi intelligo. Idem in Adel. 1.2.3, Auſculta: ne me obtundas de hac re ſæpius. Tractum à fabris, qui repetunt tundendo aliquid malleo.

Obtuſus obtuſa obtuſum, Rebouche, refoulle, hebete, ou eſlourdi.

Obtunſus etiam legitur. Plin. epiſt. 123, Vt enim ſi cœnã tibi facerem, dulcibus cibis ácrus, acutóſque miſcerem, vt obtunſus illis, & óblitus ſtomachus, his excitaretur. Plaut. in Caſina, 21.7, Obtunſo ore nunc peruelim progrediri ſenem.

OBTVEOR, obtueris, obtutus ſum, obtueri, Regarder, veoir. Plaut in Moſtell. 10.65, At tu iſtac aduorſum obtuere. Et paulò pòſt, Ignoſco ætati, non quis obtuerier. Idem in Amphit. 10.19, Inimicos oſa ſum ſemper obtuerier. Idem in Bacchid. 15.20, Num qui nummi exciderunt here tibi, quòd ſic terram obtuere?

OBTVOR, obtueris, obtuitus vel obtutus ſum, obtui, Idem. Aliquãdo à ſynonymo tueor, tueri habet.

Obtutus obtutus obtutui, m. g. Reſpectus, Regard. Virg. primo AEneid. Dum ſtupet, obtutúque manet defixus in vno.

Obtuitus obtuitus obtuitui, Idem. Cic. lib. 1. de off. Ex oculorũ obtuitu, ex eleuatione aut remiſſione ſuperciliorum.

OBTVRBO, obturbas, obturbare, Ab omni parte turbare, Troubler tout. Terẽt. in And. 5.4.23, Itá neveró? obturbat. Plin. epi. 190. g, Incipit reſpõdere Veiento. nemo patitur. obturbatur, obſtrepitur, adeò vt diceret, Rogo patres C. ne me cogatis implorare auxiliũ tribunorum.

OBTVRO obturas, vide OBTHVRO. nam per h ſcribi debet.

OBVAGIO, obuagis, obuagiui, obuagitum, obuagire, Circùm vagire. Braire, comme font petis enfans. Plaut. in Pœn. 2.31, Nutrices pueros infantes minutulos domi procurẽt, néve in ſpectatum afferant, ne & ipſæ ſitiant, & pueri pereant fame, néve eſurientes hic quaſi hœdi obuagiant.

OBVALLO, obuallas, obuallare, Circũuallare, Enuironner. Cic. pro lege Agraria, Me lon-

go interuallo propè memoriæ temporúmque noſtrorum primum nouum hominem cõſulem feciſtis, & eum locũ quem nobilitas præſidiis firmatũ atq; omni ratione obuallatũ tenebat, me duce reſcidiſtis.

OBVARICO, obuaricas, obuaricare, Occurrere, obſtare.

Obuaricator obuaricatoris, dicebatur, qui cuipiã occurrebat quo minus is rectũ iter cõficeret.

OBVARO, obuaras, obuarare, Peruertere, deprauare. Dictum à variis. Ennius Achille, Nã conſiliis obuarant, quibus tam concedit hic ordo. Nonius.

OBVENIO, obuenis, obueni, obuentum, obuenire, Obuiam vel cõtra venire, Aduenir, ſuruenir, venir au deuant. Plaut. in Aſin. 7.15, Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc, quæ obuenit ſtudet, maximas optumitates &c. Plin. epiſt. 188, Obueniat materia, vel hæc ipſa quam monſtras, vel potius alia.

OBVERTO, obuertis, obuerti, obuerſum, obuertere, Cõtrà vertere, Tourner cõtre. Plaut. in Pſeud. 16.5, Ne in re ſecunda, nunc mihi obuertat cornua. Columella lib. 8, Plurimum refert vt paſcẽtium capita ſint obuerſa ſoli, qui plerunque nocet animalibus. Liuius, Tum totam aciem in Samnites obuertit.

Obuerſo obuerſas, obuerſare, Frequentatiuum ab obuerto obuertis.

Obuerſor obuerſaris, obuerſari, deponẽs, Tournoier, ſe pourmener, eſtre en quelque lieu. Plin. epiſt. 116. a, lib. v, Sedebãt iudices, centũuiri venerãt, obuerſabãtur aduocati, ſilentiũ lõgũ.

Obuerſari, Venir au deuant en ſon entendement. Plin. epiſt. 35.e, Obuerſabatur præter illa quæ ſuprà dixi, cauſſæ difficultas. Cic. pro Sext. Sed mihi ante oculos obuerſatur reip. dignitas, quæ me ad ſe rapit.

OBVIO, obuias, obuiare, Aller au deuãt, obuier. Salluſt. in Iugurtha, Tum primum ſuperbiæ nobilitatis obuiatum. On reſiſta.

Obuius obuia obuium, Qui alicui occurrit, Qui vient au deuant, Celuy quon rencontre en chemin. Salluſt. Deinde omnes puberes, Numidas atque negotiores promiſcue, vti quiſque armatus fuerat obuius, interfecit. Autant quil en rencontroit darmes.

Obuius & expoſitus homo, Qui recoipt & parle a tous venans, ſans ſe monſtrer difficille. Plin. epiſt. 10.a, Eſt enim obuius & expoſitus, plenúſque humanitatis quam præcepit.

Obuius tibi ſum, dicimus. Obuius tibi fio. Obuium me tibi fero.

Obuiam, aduerbium, Au deuant. Terent. in Phor. 1.2.2, At ego obuiam conabar tibi Daue.

Obuiam ire periculis. Salluſt. in Iugurtha, Præterea modeſtiſſimè parẽdo, & ſæpe obuiã eundo periculis, in tantam claritudinem breui peruenerat. Se donnant de garde des dangers, Preuenant.

Obuiam, En voye, au deuant. Plaut. in Capt. 10.6, Nec ſycophantiis, nec fucis vllum mantellum obuiam eſt. Idem in Aulul. 10.19, Quod te ſcio facilè abſtinere poſſe, ſi nihil obuiam eſt.

OBVMBRO, obumbras, obumbrare, Vmbris vndique obſcurare. Virg. Obumbrant æthera telis.

Obumbrare, tueri, per tranſlationem. Virg. in x 1, Et magnũ reginæ nomen obumbrat.

O C

OCCA, occæ, Inſtrumentum quo tracto, reptantéque ſuper terram, ferreis aut ligneis dentibus, quibus inſtructum eſt, glebæ cõteruntur, & agri ſuperficies coæquatur, & ſemina coperiũtur, quãuis & cratibus id ſæpe fiat. Ab óccido, ſiue occæco. Vne herce. Virg. lib. 2. georg. Multum raſtris glebas qui fregit inertes, Vimineáſque trahit crates. Columella lib. 2, Deinde vitiam permiſtam ſeminibus fœni ſeremus, tum glebas ſarculis reſoluemus, & inducta occa coæquabimus.

Occo occas, óccare, Glebam occidere, & comminuere, Hercer la terre. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 29, Nõnulli poſtea, qui ſegetes nõ tã latas habent (vt in Apulia) id genus prædii per ſarritores occare ſolẽt, ſi quæ in porcis grandiores relictæ ſunt glebæ. Ibidem, cap. 31, Vineas nouellas fódere, aut arare, & poſtea occare, id eſt cõminuere, ne ſit gleba, quòd ita occidunt, occare dicunt. Cic. de Senect. 47, Quæ cum gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen accepit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt. Columella lib. 2, Proſcindemus terrã, proſciſſámque in liram reuocabimus, occabimus quo altius lõgiore humo contegatur. Plaut. in Capt. 1 2. 5, Nam ſemper occant, priuſquã ſarriũt ruſtici.

Sibi occare, Faire ſon prouffit. Plaut. in Mercatore, 3.71, Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.

Occator occatoris, Vng herceur. Plaut. in Capt. 12.4, Quid ego deliqui? AE. rogas? ſator, ſarator que ſcelerũ, & meſſor maxumé? T. non occatorem dicere debebas prius? nam ſemper occant prius quàm ſarriunt ruſtici.

Occatorius occatoria occatorium, Quod ad occationem pertinet. Columella lib. 2, Bubulcorum operas tres exigunt, occatoriam vnam.

O C C AE C O, occæcas, occæcare, Aueugler. Occæcatur ſol. Plaut. in Menæh. 4. 65, ô, ſolem vides ſtatim vt occæcatus eſt, præ huius corporis candoribus. Dicimus & obcæco, integra præpoſitione. vide O B C AE C O.

O C C AL L E O, occalles, occallui, occallere, Totum calloſum eſſe, Eſtre plein de calles, eſtre endurci.

Occalleſco occalleſcis occalleſcere, Callum obducere, Sendurcir, Deuenir plein de calles. Plaut. in Aſin. 9. 13, Qui latera conteram tua quæ occalluere plagis.

Longa patientia occallui, Ie ſuis deſia tout endurci. Plinius epiſt. 39. Occalluit animus, apud Plautum.

O C C AN O, occanis, occanui, ſecundum Probum, occentum, occanere, Conuitium facere, & quaſi contrà canere. Salluſt. lib. 1. Hiſt. Iuſſu Metelli ceruices occanuerunt.

O C C A SI O occaſionis, f. g. Eſt opportunitas temporis caſu proueniens, inquit Feſtus. Occaſion. Cic. in Rhet. Occaſio eſt pars temporis, habens in ſe alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. hæc naſcitur per actus humanos non impedientes.

Occaſionem capere. Plaut. in Pſeud. 16. 6, Ne in re ſecũda nunc mihi obuortat cornua ſi occaſionem ceperit: nam cautio eſt, qui ſit malus.

Occaſio eſt. Plaut. in Pſeud. 5. 52, Fuit occaſio, ſi vellet, iam pridem argentũ vt daret. Ibidem, 15. 3, Heus tu, nunc occaſio eſt & tempus. Idem in Perſa, 19. 15, Nunc eſt illa occaſio, inimicũ vlciſci. Terẽt. in Phor. 5. 7. 2, Summa eludendi occaſio eſt mihi nũc ſenes.

Occaſio parta. Plaut. in Bacchid. 15. 24, Quid igitur ſtulte? quoniam occaſio ad eam rem fuit virtute mea parta, vt quantum velles tantum ſumeres.

Occaſio venit. Plaut. in Trinũ. 13. 155, Poſtquam ille hinc abiit, pòſt loquendi liberè videtur tempus veniſſe, atque occaſio.

Occaſiuncula occaſiunculæ, diminutiuum. Plaut. in Trin. 13. 129, Nam nihil auri fero, nimis argutè obrepſiſti meapſe occaſiuncula.

O C C A S V S, vide O C C I D O occidis.

O C C E D O occedis, occeſſi, occeſſum, occedere, Ex ob & cedo, ſignificat accedere. vt occedere obuiam. Plaut. in Aſin. 8. 24, Quiſquis obuiam huic occeſſerit irato, vapulabit.

O C C EP S O, Incepero, veteres dicebant, authore Nonio. Plaut. in Amphit. 8. 39, Ni ego illi puteo, ſi occepſo, animam omnem intertraxero.

O C C I D O, occîdis, occîdi, occîſum, occídere, Interficere quomodocunque, Tuer. Terent. in And. 5. 2. 22, Si quicquam mentitum inuenies, occídito. Plin. epiſt. 51. c, Qui à Valerio Feſto per ſummum facinus in Africa occiſus eſt.

Occidere, Vehementer cædere ſignificat aliquãdo. Terent. in Phor. 4. 3. 68, Hei mihi Geta, occidiſti me tuis fallaciis. Idem in Adel. 5. 7. 1, Occídunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudẽt facere. Ils me tuent, ils me meurtriſſent le cueur. Plaut. in Bacchid. 2. 53, AEdepol haud ætati optabile feciſti, cum iſtam nactus es impudentiam. occiſus hic homo eſt. Terẽt. in Adel. 4. 2. 21, Cteſipho me pugnis miſerum & iſtã pſaltriã vſq; occidit.

Occiſa eſt hæc res, Id eſt deſperata & perdita. Plaut. in Pſeud. 7. 8, Occîſa eſt hæc res, hæret hoc negotium. Idem in Capt. 11. 7, Occiſa eſt hæc res, niſi reperio atrocem mihi aliquam aſtutiam. Idem in Menæh. 11. 45, Satín' ſanus es? occiſa eſt hæc res.

Occiſiſſimus ſuperlatiuus, quo vtitur Plautus in Caſina, 15. 53, Occiſiſſimus ſum omnium qui viuunt, loricam induam.

Occiſio occiſionis, fœ. g. Turie. Plin. de viris illuſt. 14, In inſidias delapſi, ad vnum occiſione perierunt.

Occiſione occidere. Cice. Philipp. 14, Cúmque Aulus Hircius conſul imperator prælio audito & cognito, fortiſſimo, præſtantiſſimóque animo exercitum caſtris eduxerit, impetúmq; in Marcum Antonium exercitúmque hoſtium fecerit, eiúſque copias occiſione occiderit, ſuo exercitu ita incolumi vt ne vnum quidem militem deſyderauerit.

Occidio occidionis, f. g. Idem. Columella, Sola ea fomenta non aſpernatur lactis caprini, quod infuſũ tãtũ valet, & vt blãdiatur igneã ſęuitiã differẽs, magnámq; occidionẽ gregis prohibẽs.

O C C I D O, óccidis, óccidi, occaſum, occídere, Cheoir. Ex ob & cado compoſitum. Plaut. in Rud. 2.8, Et alia ſigna de cælo ad terram óccidunt.

Occidere, Mori, Mourir. Cic. lib. 1. Tuſcul. Sunt enim quidã qui diſceſſum animæ à corpore putãt ad mortem, ſunt qui nullũ cenſent fieri diſceſſum, ſed vnà animũ & corpus occidere.

Occidere etiam hærbæ dicuntur, id eſt mori. Virg. Et fallax herba veneni Occidit.

Occidi, Ie ſuis mort, ceſt faict de moy, Ie ſuis perdu. Plaut. in Aulul. 6.25, Volo te vxorẽ domum ducere. M. hem óccidi. E. quid ita? M. quia mihi miſero cerebrum excutiunt tua dicta ſoror. Terent. in Eunucho, 2.3.1, Occidi: neque virgo eſt vſquam: neque ego, qui illam è conſpectu amiſi meo.

Occidit dolus. Plaut. in Trucul. 9.6, Quanta eſt cura in animo, quantum corde capio dolorem, dolus ne occidat morte pueri. Que la tromperie ne ſe puiſſe faire, ſi lenfant ſe meurt.

Occiderunt fundi. Plaut. in Trucul. 4.68, Non hercle occiderunt mihi etiã fundi & ædes.

Occidit hoc ſpatium. Plaut. in Sticho, 6.32, Sed ſpatium hoc óccidit, breue eſt curriculo, Ie nay point aſſes deſpace, ou de temps.

Occidit ſpes noſtra, nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ, Noſtre eſperance eſt perdue. Plautus in Moſtell. 6.3.

Occidit recordatio harum rerum. Cic. de Amicitia, 86, Quarum rerum recordatio & memoria, ſi vnà cum illo occidiſſet, deſyderium coniunctiſſimi viri atque amantiſſimi ferre nullo modo poſſem.

Occaſo occaſis occaſere, verbum antiquum, ab occaſum occaſu. Plaut. in Caſ. 14.8, Satín' propter te pereo ego, atque occaſo?

Occaſus occaſus occaſui, m.g. Mort. Interitus dicitur, & de homine & de rebus maioribus dici ſolet. Cic. in Acad. Ac poſt Lælii noſtri occaſum.

Occaſus reip. Plin. in Paneg. 43, Hic fiducia ſui procreatos niſi larga manu fouet, auget, amplectitur, occaſum imperii, occaſum reip. accelerat. Virg. Teſtor in occaſu Troiæ nec tela nec vllas Vitauiſſe vires Danaûm.

Occaſus ſolis, Solis immerſio in Oceanum. Plaut. in Epid. 3.41, Nam ni illas ante ſolis occaſum hodie ἕλω, meam domum tu ne imbites.

Occiduus occidua occiduum, Quod occidit, vel vbi ſit ſolis vel alterius rei occaſus. Claud. Solis Amazonio cinctus Stymphalides arcu Appetis, occiduo ducis ab orbe greges.

O C C I N O, occinis, occinui, occentum, occinere, Contra canere. Cõtrechanter.

Occentus occentus, occentui. Contrechant.

Occentus foricis. Valerius Maximus lib. 1, Occentúſque foricis auditus, Fabio Maximo dictaturam, C. Flaminio magiſterium equitum deponendi cauſſam præbuit.

Occento, occentas, occentare, Frequentatiuum.

Occentare (inquit Feſtus) conuitium facere ſignificat, vt apud antiquos, cum id clarè & cum quodam canore fieret, vt procul exaudiri poſſet quod turpe habetur, quia non ſine cauſſa fieri putatur. Plaut. in Curcul. 3.53, Quid ſi adeam fores, atque occentem? PA. neque veto, neque iubeo, quando te video immutatis moribus eſſe here. Idem in Perſa, 16.102, At ego intromittere vereor: hac enim illi noctu occentabunt oſtium, exurent fores.

O C C I P I O, occipis, occœpi, occœptum, occipere. Terent. in Eunucho, 1.2.45, Interea miles, qui me occœperat amare. Idem in And. 3.2.24, Si quid narrare occœpi, continuò dari tibi verba cenſes. Liuius lib. 1, Agere porrò occœpit. Compoſitum ab ob & cœpi verbo defectiuo.

O C C I P V T occipitis, n.g. Poſterior capitis pars, quæ fronti opponitur.

Occipitium occipitii, n.g. Idem. Plautus in Aulul. 4.25, Quæ in occipitio quoque habet oculos peſſuma.

O C C L A M I T O, occlamitas, occlamitare, Crier, bruyre. Plaut. in Curcul. 4.28, Ne occlamites, dormio.

O C C L V D O, occludis, occluſi, occluſum, occludere, Fermer, Clorre. Plaut. in Amph. 13.10, Occluſerunt ædes. Idem in Aulul. 5.25, Occlude fores ambobus peſſulis. Ferme lhuys aux deux verrous.

Occludere linguam alicui. Plaut. in Trin. 4.110, Occluſiſti linguam, nihil eſt qui reſpondeã. Idem in Mil. 10.11, Quippe ſi reſciuere inimici cõſilium tuum, tibi tuopte conſilio occludunt linguam, & conſtringunt manus. Ils te gardent de dire mot.

Occluſa cõtumeliis libido. Terẽt. in And. 3.3.26, Hem id te oro vt antè eamus, dum tempus

datur, dúmque eius libido occluſa eſt contumeliis. Ce pendant quelle ne iniurie plus.

Occluſus occluſa occluſum, Enferme. Participium.

Occluſus, occluſior, occluſiſſimus, Nomen. Plaut. in Trin. 4.136, Pauciſſimi faxim qui ſciãt quod neſciunt, occluſiorémque habeãt ſtultiloquẽtiam. Idem in Curcul. 2.15, Huic proximum illud oſtium occluſiſſimum.

O C C O, occas, vide O C C A.

O C C V L O, occulis, occului, occultum, occulere, Occultare, abſcondere. Cacher. Cicero de orat. lib. 2, Inter vncta argumentorũ plerunque occulas, ne quis ea numerare poſſit. Virg. lib. 2. Georg. Quod ſi ſupereſt, quæcunque premes virgulta per agros Sparge ſimo pingui, & multa memor occule terra.

Occultus occulta occultum, Caché, Qui neſt point congneu. Plaut. in Trin. 10.38, In occulto iacebis, cum te maximé clarum voles.

Occultum offerre, inquit Feſtus, eſt ſub terram ferè ponere.

Occultè, aduerbium, En cachette. Terent. in Adelphis, 3.2.30, Neque id occultè fert, à lenone ipſus eripuit palám.

Occulto occultas, occultare, Frequentatiuum ab occulo occulis. Virgilius, Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos.

Occultare ſe ab aliquo. Plaut. in Trin. 6.3, Neque latebroſe me abs tuo cõſpectu occultabo.

Occultare rem aliquam alicui. Celer. Plaut. in Perſa, 15.24, Res quam occultabam tibi dicere, nunc eam narrauero.

O C C V M B O, occumbis, occubui, occubitum, occumbere, Mori, Necari. Mourir, Eſtre tue.

Occumbere morti, Virg. Seu certè occumbere morti.

Occumbere necem. Suet. in Auguſt. Voluntariam occubuiſſet necem.

Occumbere morte. Cic. lib. 1. Tuſcu. Vt eſſet qui pro patria morte non dubitaret occũbere. Liuius lib. 1, Quem cum vadentem ad ſpeluncam Cacus prohibere conatus eſſet, ictus clua fidem paſtorum nequicquam inuocans, morte occubuit.

O C C V P O, occupas, occupare, Ex ob & capio compoſitum, ſignificat quod in commune ſiue in medium poſitũ erat, ante alios capere. Occuper, Prendre deuant que vng autre. Plaut. in Menæh. 24.22, Imò quidem adoleſcens, neque tuum tibi occupare, neque prærípere poſtulo. Cic. de Amicitia, 29, Tyb. Gracchus regnũ occupare conatus eſt, vel regnauit is quidem paucos menſes.

Occupare, Præuenire. Titinnius, Ergo occupa foras exire. Plaut. in Rud. 6.22, Occupas præloqui. Turpilius, Ceſſo occupare, & me in colloquium conferre horum? Ennius, Hectorei ſumma armatos educit in foras, caſtríſque caſtra vltrò iam ferre occupat. Pacuuius, Is quis eſt? qui tunc ſi tu illum occupas, leto dabis. Varro, Crede mihi plures dominos ſerui comedêre, quàm canes. quod ſi actæon occupaſſet, & ipſe priꝰ ſuos canes comediſſet. Idem, Prius quàm reſponderem, foris neſcio quis occupat res indicare.

Occupare, Detinere, Detenir, empeſcher. Plautus in Epidico, 5.110, Atque id nõ decem datum occupatum tibi erit argentum dies. Pacuuius, Super ſatis agere, ne in mari animum occupes. Cic. de off. lib. 1, Et in ea funditus delenda occupati ſunt, & fuerunt. Virgil. lib. 4. Georg. Manicíſque iacentem Occupat. Varro, Cum in eo eſſet occupatus, atque in ſchola curaret. Terent. in Phor. 3.2.17, Occupatus alia ſolicitudine.

Occupare, Inuenire, Tenere, Poſſidere. Plau. in Trin. 17.11, Familiam optimam occupauit. Cic. in Hortẽſio, Et Paulũ Marcelli occupauiſſe. Virg. lib. v1. AEneid. Occupat AEneas aditum cuſtode relicto. Cic. Philipp. 13, Agri Lucani poſſeſſiones occupauit. Plaut. in Rud. 17.19, Occupat membra mortis metus.

Occupare, Collocare. Pomponius Pictoribus, Quæ tuleram mecũ nulla deinde victoria tam græca mercede illicò curaui vt occuparem. Cic. in Verrem, act. 2, Præterea pecunias occupauerat apud populos, & ſyngraphas fecerat.

Occupare ſe ad aliquod negotium. Plautus in Pſeud. 7.136, Ne quo te ad aliud occupes negotium.

Occupare animum in funãbulo. Terent. in prolog. Hecyræ, 5.

Occupes prior adire. Plaut. in Pſeud. 14.18, Volo vt prior tu occupes adire.

Occupare antè. Plaut. in Aſin. 14.9, Niſi quidem illa antè occupaſſit te.

Occupare conſiliũ, Inuenire. Plaut. in Menæh. Amplius enim hæreo, ni occupo aliquod mihi conſilium.

Occupauit eum mors. Terent. in And. 1.5.62, Continuò illam mors occupat.

Occupare occupatum. Plaut. in Rud. 4.21, Qui oratione hic nos occupatos occupes. Idem in Menæh. 10.7, Quæ homines occupatos occupat.

Occupare, Locum tenere, seu vi capere. Liuius lib. 33, Nam & ipsis vocantibus vrbem hanc accepi, non occupaui. Id est non vi cepi.

Occupans occupantis. Quintil. Multa quæ nihilominus libera fuerunt, transeunt in ius occupantium, sicut venatio & aucupatio.

Occupatus occupata occupatum, Empesche. Plaut. in Asin. 13.15, In foribus scribat occupatã se esse. Cic. de Senect. 29, Itaque nemo adhuc conuenire me valuit, quin fuerim occupatus. Occupatus homo dicitur, qui antè negotio aliquo detentus, non potest alteri operam dare. Plaut. in Amphit. Herus Amphitruo occupatus. Idem in Mostell. 14.16, Nisi quid magis es occupatus, operam mihi da.

Occupatus alio amore, Terent. in And. 5.1.10.

Occupatio occupationis, f.g. Cic. lib. 1. de off. Sunt autem nulla priuata natura, sed aut veteri occupatione, aut ii qui quondam in vacua venerunt.

Occupatitius ager dicitur, qui desertus à cultoribus propriis, ab aliis colitur.

OCCVRRO, occurris, occurri, occursum, occurrere, Obuium fieri, Rencõtrer. Iuuenalis, Occurrit matrona potens quæ molle calœnũ. Plaut. in Merc. 4.85, Rogitare occœpit. P. ilicò occurri, atque interpello.

Occurrere, pro currere. Plaut. in Curcul. 6.28, Occurrentem vide parasitum. Idem in Truc. 6.27, Quid tu hoc occurras in vrbem, quotiescunque aduenimus?

Occurrere, per trãslationem, Aller au deuant. Cic. pro Cluentio, Sed ego occurram expectationi vestræ Iudices. Ie maduenceray de dire ce que vous attendes.

Occurrere, In mẽtẽ venire. Cic. Sed mihi cũ de senectute aliquid vellẽ scribere tu occurrebas.

Occurrere, Offerri. Cic. Occurrebat tibi oratio. Id est offerebat se, Elle te venoit au deuant.

Occurrere, Obstare. Persius, Venienti occurrite morbo. Resistez. Plin. epist. 109.c, Interim fruor voluptate, quum alii diuinum me, alii meis rapinis, meæ rapinæ occursum per ludum per iocum dictitant.

Occurso occursas, occursare, Frequentatiuum. Virg. Et inter agendum Occursare capro: cornu ferit ille caueto.

Occursare, Venir a memoire, Venir au deuant. Plaut. in Mil. 14.55, Nam ita me occursant multæ, haud meminisse omnes possunt. Tant de choses me viennent a la memoire.

Occursat animo meo. Plin. epist. 100.b, lib. v, Occursãt animo mea mortalitas, mea scripta

Occursare numinibus. Plin. in Paneg. 134, Atque inter hæc, pia mente adire lucos, & occursare numinibus.

OCEANVS, oceani, Mare quod vniuersam circuit terram. Suidas, Oceanus mare in circulo vniuersæ terræ. à verbo κέω, quod est diuido. Oceanus à priuatiua particula α, & mutatione τοῦ α in ω. Oceanus, ex quo omnes fluuii & vniuersum mare & fontes.

Oceanum pro quocunque mari vsurpant poetæ. Virg. Et ruit oceano nox.

OCHA, ochæ, anser dicitur. Vne oye. Cõposita dictio ex Græcorũ masculino articulo, quod est ὁ, & χὴν anser. sic enim nostri cõponentes ὁ cũ χὴν, & in recto n abiiciẽtes, ocha dixerũt.

OCQVINISCO, ocquinisci, ocquinisci, Inclinare, inquit Nonius. Pomponius Prostibulo, Vt nullũ ciuem prædicari per dolum, nisi ipsius orans vltro qui ocquinisceret. Idem Pistore, Nisi nunc aliquis subito obuiam occurrit mihi qui ocquinisci, quo compingam terminum in tutum locum.

OCREA, ocreæ, f.g. Houseau. Dicta quòd crus tueatur, quòd Varrone authore opponatur ob crus. vel quòd sit inæqualiter tuberata, inquit Fest. Apul. Hic galea caput, ille crura ocreis inuoluit.

Ocreatus ocreata ocreatũ, qui ocreis calceatus incedit. Plin. lib. 18, Ad reliquos vsus laborioſè euellitur ocreatis cruribus, manibúsq; tectis manicis, conuolutũ ossеis ligneísve conamentis.

OCTO, nomen numerale, adiectiuum indeclinabile, Huit.

Octies, aduerbium, Par huyt fois.

Octonus octona octonum, Huyt a huyt.

Octonus vng nombre de huyt. Plaut. in Capt. 12.66, Ibi cum alii octonos lapides effodiũt, nisi quotidianũ sesquiopus confeceris. Varro, Nutricare octonos porcos paruulos primo possunt, incremento facto à peritis dimidia pars remoueri solet.

OCTOBER octobris, m.g. Mensis nomen. Octobre. Dictus quòd octauum locum tenet,

OCTOPHORVM octophori, Vehiculũ octo rotas habens. Suet. de Calig. Interdũ adeò ſegniter & delicatè inceſſit, vt octophoro veheretur. Mart. Octophoro ſanus portatur amice Philippus. Id eſt octo ſeruis in lectica.

OCVLVS, oculi, m. g. Vng oeil. Dictus ab occulendo, quòd ciliorum tegminibus occuletur, latent enim oculi ſub ciliis. Terent. in Adelph. 4. 5. 68, Di me pater omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos.

Oculis rationem capere. Plautus in Pſeud. 9. 2, Vt ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit herus meus miles, ædes eſſe ſeptumas à porta, vbi ille habitat leno. Autant que ie peux veoir.

Tum vt huius oculos in oculis habeas tuis, quoquo hic ſpectabit, eo tu ſpectato ſimul. Que tu ayes touſiours loeil vers luy, pour faire ce quil te commandera. Plaut. in Pſeud. 3. 68.

In oculis habere. Terẽt. in Eunu. 3. 1. 11, Rex te ergo in oculis. T. ſcilicet. Te vouloit touſiours auoir en ſa preſence.

Oculis vtilitatem obtinere. Plaut. in Epid. 13. 28, Satin' ego oculis vtilitatem obtineo ſyncerè, an parum?

Oculis intentis contemplari. Cic. pro L. Flacco, Iudices vos oro & obteſtor, vt totã cauſſam quammaximè intentis oculis (vt aiunt) acerrimè contemplemini.

Oculus tibi ſum. Plaut. in Pſeud. 4. 47, Vbi iſti ſunt, quibus vos oculi eſtis, quibus vitæ, quibus deliciæ eſtis, quibus ſuauia mellita?

Oculis videre. Plautus in Epid. 12. 7, Neque ego hanc oculis vidi ante hunc diem. Idem in Trin. 13. 116, Quem ego qui ſit homo, neſcio, neque oculis ante hunc diem vnquam vidi. Terent. in Hecyra, 5. 4. 22, Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod noſſem, videram. Idem in Heaut. 3. 3. 3, Acta hæc res eſt, perii. C L. Méne? c. hiſce oculis, ne nega.

In oculis præſtans, Deuant le monde. Cic. in Læl. Nec verò ille in luce modo, atque in oculis magnus, ſed intus, domique præſtantior.

Oculorum vigor integer. Plin. epiſt. 45. d, Inde illi poſt ſeptimum & ſeptuageſimum annum aurium, oculorúmque vigor integer.

Ocule mi, Blandientis. Plaut. in Curcul. 4. 48, Bene vale, ocule mi.

Oculi in vultu habitant. Cic. Philipp. 12, Hic etiam fautores Antonii, quorũ in vultu habitãt oculi mei, triſtiores videbam. Leſquels ie contemple.

Oculi, dicuntur etiam in arborum ſurculis vnde germinant.

Ocellus ocelli, m. g. diminutiuum. Perſius, Patranti fractus ocello.

Ocellus meus, Blandientis. Plaut. in Aſin. 12. 74, Da meus ocellus, mea roſa.

Ocellatus ocellata ocellatum, Quod ocellos habet. Suetonius ocellatas nuces dixit, id eſt multis foraminibus diſtinctas.

Oculiſſimus, ſuperlatiuum formauit Plautus in Curcul. 3. 26, Salue oculiſſime homo. Qui vois fort cler.

Oculiſſimus, Chariſſimus, inquit Feſtus. Plaut. Oculiſſimum oſtium amicæ.

Oculeus oculea oculeum, Plenus oculis. Plaut. in Aulul. 16. 19, Quos ſi argus ſeruet, qui totus oculeus fuit, quem quondam Ioui Iuno cuſtodem addidit, is nunquam ſeruet.

Oculeus per tranſlationem pro perſpicaci ponitur, quaſi qui ex oculis conſtet. Apul. Perſpicaciorem ipſo Lynceo, vel Argo, & oculeum totum.

Oculatus oculata oculatum, Qui per totum corpus oculos habet.

Oculatum pro præſenti, authore Feſto, poſuit Plautus cum dixit in Pſeud. 5. 68, Eme die cæca hercle oliuum, & vendito oculata die.

Oculatus teſtis, Qui ſe vidiſſe dicit id quod narrat, exponit Feſtus. Plaut. in Trucul. 10. 8, Pluris eſt oculatus teſtis vnus quàm auriti decem.

Oculatiſſimum locum appellat Plinius manifeſtiſſimum.

Oculitus aduerbium, ita dicitur (inquit Feſtus) vt funditus, penitus, quo ſignificatur tam charũ eſſe quàm oculus. Plaut. Qui amant ancillam meam oculitus.

OCYMVM ocymi, n. gen. Herba ad boum pabulum ſata, qua ciebant aluum bobus. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 31, Omne pabulum primum ocymum, farraginem, vitiam, nouiſſimè fœnum ſecari. Ocymum dictum à verbo græco ὠκὺς, quod valet cito. Similiter quoque ocymum in orto hoc amplius dictum ocymum, quòd citat aluũ bobus, & ideò his datur vt purgentur: id genus pabuli ſunt ſegetes virides ſectæ antequam gerant ſiliquas.

OCYOR, ocyſſimus, latina nomina, pro celerior celerrimus, Fort ſoudain, vitte, legier. Fiunt à poſitiuo græco ὠκὺς, quo Latini carent. Plin. lib. 2, Mercurii ſydus inferiori circulo fertur nouem diebus ocyore ambitu, modo ante ſolis exortũ, modo poſt occaſum ſplendẽs. Idem lib. 16, Quidam breuitate radicum ſeneſcere celerius arbores putant, quod arguunt fici, quarum radices longiſſimæ, & ſenectus ocyſſima eſt. Elle vieillit ſoudainement.

Ocyus ocyſſimè, aduerbia. Plautus in Rudente, 20. 14, Salutem nihil moror tuam, opta ocyus. Idem in Amphit. 15. 50, Tu vapula. s. qua de re num ſatis temporiſnõ ocyus quiuiſIe nay peu plus legierement, plus ſoudainement. Idem in Sticho, 11. 2, Eum ſolent prouiſere qui hercle illa cauſſa nihil ocyus venit. Il nen eſt de rien plus haſte. Terẽt. in Eunuch. 3. 5. 60, Perlonge eſt, ſed tanto ocyus properemus. muta veſtem. Idem in Phorm. 3. 3. 30, Eamus ergo ad eum ocyus. Idem in And. 4. 4. 3, Accipe à me hunc ocyus. Haſte toy de prendre ceſtuy que ie te baille.

Ocyſſime. Terent. in Heaut. 4. 8. 28, Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id quod cupis.

O D.

ODFACIO, odfacis, odfacere, pro olfacere dixere veteres, téſte Feſto.

ODI, odiſti, odit, Verbum defectiuum, ſub voce præterita ſignificat præſens & præteritũ tam imperfectum quàm perfectum, id eſt odio habebã, aut habui. Præteritum perfectum tantum habet, & ab eo formata.

Odi, Iay, Iauoie, ou iay eu en haine. Plaut. in Capt. 2. 66, Adeò vt ſpectare poſtea omnes oderit. Cic. de Amicitia, 28, Alterũ propter crudelitatẽ eius ſemper hæc ciuitas oderit. Idem Philipp. 2, Quod videmus etiam in fabulis ipſis illis, qui, oderint dum metuant, dixerint: pernicioſum fuiſſe. Idem Attico, lib. XIII, Eſt bellum aliquem odiſſe libenter, & quemadmodum non omnibus ſeruire.

Oſus oſa oſum, Qui a eu en haine. Plaut. in Amphit. 10. 19, Inimicos oſa ſũ ſemper obtuerier.

Oſor oſoris, Qui ha en haine. Plaut. in Aſin. 16. 9, At nunc dehinc ſcito illum ante omnes minimi mortales pretii, madidum, nihili, incontinentem, atque oſorem vxoris ſuæ. Idem ni Mercatore, 18. 15, Oſores, infenſi, iracundi. Idem in Pœnul. 1. 2, Oſor mulierum.

Odium odii, n. g. Ira inueterata, inquit Cicero lib. 4. Tuſcul. Haines. Terent. in Phorm. 5. 9. 27, Neque negligentia tua, neque odio id fecit tuo. Plautus in Bacchid. 18. 22, Odium terræ inambulat.

Odium, Aſſiduitas, inſtantia, moleſtia, faſtidium. Ennuy, faſcherie. Plaut. in Perſ. 2. 50, Ah, tu nunc odio me enicas. Tu me faſche. Idem in Epidco, 2. 2, Quis properantem me prehendit pallioſ E. familiaris. T. fateor: nam odio es nimium familiariter. Terent. in Phor. 5. 6. 9, Pergit hercle: tu nunquam tuo odio vinces me. Idem in Eunucho, 3. 1. 14, Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat. Idem in Hecyra, 1. 2. 48, Tundẽdo, atque odio denique effecit ſenex, deſpondit ei gnatam huius vicini proximi. Tant la moleſte.

Odium mitigatur, deponitur, tenetur, ſedatur. Cic. ad Quirites poſt reditum, Odiũ, vel precibus mitigari poteſt, vel temporibus reip. cõmunique vtilitate deponi, vel difficultate vlciſcendi teneri, vel vetuſtate ſedari.

Odium infinitum. Cic. pro Cor. Balbo, Sed ſi qui ſunt quibus infinitum ſit odium, in quo ſemel ſuſceptum ſit, quos video nonnullos, &c.

Odioſus odioſa odioſum, Qui odio habetur, Qui eſt hai. Plaut. in Aulul. 6. 4, Quanquam haud falſa ſum nos odioſas haberi. Terent. in Eunucho, 4. 6. 16, Vbi ſita eſt? T. in Riſco: odioſa ceſſas? Idem in Hecy. 4. 3. 13, Odioſa hæc eſt ætas adoleſcẽtulis. Cic. Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium.

Odioſus, Moleſtus, Ennuyeux, faſcheux, moleſte. Plaut. in Curc. 2. 7, Tãdem es odioſus mihi. Idem in Pſeud. 3. 28, Nam has quidem gallina ſcripſit. C. odioſus mihi es, lege, vel tabellas redde. Idem in Menæh. 8. 41, Tu hercle inſanus homo es multũ & odioſus mihi. Terent. in Phor. 5. 8. 44, Enimuero ſi porrò eſſe odioſi pergitis.

Odioſè, aduerbiũ, Cum odio. Plaut. in Bacchid. 20. 147, Caue verò, odioſè facis. Tu me faſche. Et paulò pòſt, Nolo inquam aurum cõcredi mihi. M. ohe odioſè facis. Idem in Mil. 10. 152, Quod tamen odioſè faciundum, fit, malum atque ingratiis. Auec ennuy, A regret. Terẽt. in Adel. 4. 2. 50, AEſchinus odioſè ceſſat: prandiũ corrumpitur. Il me faſche ou ennuye que AEſchinus demeure tant a venir.

ODOR odoris, m.g. Odeur, ſenteur. Plaut. in Capt. 13.46, Quorum odor ſubaſilicanos omnes abigit in forum. Idem in Menæh. 4.51, Ecquid tu de odore poſſis, ſi quid fortè olfeceris, facere coniecturam?

Odorus odora odorum, Quod ex ſe odorem mittit, Qui rend odeur. vt odora pinus.

Odorus, Indagator & ſagax. Virg. lib. 4, Et odora canum vis. Qui par fleurer cherche.

Odoratus odorata odoratum, Quod aliunde accepit odorem. vt templum odoratum.

Odoratus, Quod ex ſe odorem habet. Odoriferant. Plin. lib. 21, Quibuſdam annis minus odorata prouenit (ſcilicet roſa) propterea magis omnibus locis ſiccis, quàm humidis odoratior. Virg. lib. 3. geor. Diſce & odoratam ſtabulis accendere cedrum. Seruius, Odoratam pro odoriferam.

Odoro odoras, odorare, Fleurer.

Odoror odoraris, deponens, Idem. Plaut. in Menæh. 4.53, Agedum, odorare hanc, quam ego habeo pallam, quid olet? Columella lib. 7, Deinde nares perfricato, vt homines diſcant odorari.

Odorans odorantis, o.g. Fleurant. Plaut. in Milite, 5.112, Si non ita reperio, ibo odorans quaſi venaticus vſque.

Odorator odoratoris, Qui odorem ſequitur, vt canis, qui & odoriſequus dicitur.

Odoramentum odoramẽti, Odoratio ipſa, ſiue quod odoris gratia tenemus. Plinius, Omnium odoramentorum atque adeò herbarum differentia eſt in colore, & odore, & ſucco.

Odorarius odorarii, qui odores conficit, venditque. À Græcis aromatopola dicitur.

OE

OENOS Græcis, vinum dicitur Latinis. οἶνος, ἀπὸ τοῦ οἴομαι, quod eſt imaginor, dicitur, quòd qui copioſius biberint, multa imaginantur.

OENOPOLA, œnopolæ, venditor vini, Tauernier.

OEnopolĩ œnopolii, n.g. Taberna vinaria. Vne tauerne. Plaut. in Pſeud. 11.52, Quin in corde inſtruere quondã cœpit œnopolĩ. Idem in Aſin. 5.48, Cum à piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio.

OENOPHORVM, œnophori, n.g. Vas vinarium, ad ferẽda vina aptum. Vng broc a vin. Mart. Reddidit œnophori pondera parua ſui. Apul. in Meta. lib. 8, OEnophoro quod immiſtum vino gerebat venenum.

OECOS græcè, domus Latinè dicitur, ſiue familia.

OEconomus œconomi, Tam pecuniæ quàm frugum omnium quæ dominus poſſidet, diſpenſator. Vng deſpencier ou maiſtre dhoſtel. Componitur ex οἶκος domus, & νόμος lex.

OEconomia œconomiæ, Rei domeſticæ adminiſtratio.

OESTRVM œſtri græcè, latinè furor dicitur. οἶστρος. Vnde Stathius vocat œſtrum, poeticũ furorem, Tempus erit quum laurigero tua fortior œſtro Facta canam.

OEſtrum etiã latinè aſilus dicitur, volatile paruũ, vulgo taban, ex ſoni ſimilitudine dictus. Virg. Eſt lucos ſilaris circa ilicibúſque virentem Plurimus Alburnum volitans, cui nomen aſilo Romanum eſt, œſtrum Graii vertere vocantes, Aſper acerba ſonans, quo tota exterrita ſyluis Diffugiunt armenta. Columella lib. IX. cap. XIIII, ſcribit naſci in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis quàm ſunt apes cæteræ, eóſque nonnulli putant eſſe reges. verùm quidam Græcorũ authores οἴστρους appellãt ab eo quòd exagitent, neque patiantur examina conquieſcere. Vne mouche gueppe.

O F

OFFA offæ, Cõſtabat ferè ex carne porcina, lucanica, quam facere ex mediocri inteſtino Romanæ mulieres à Lucanis didicere. Vnde offam porcinam cum cauda, offam penitã dicebãt, authore Feſto. Vnde illud Iuuenalis, Et patruo ſimiles effunderet offas.

Offa, Cibarium ex fruſtis panis in iure pingui, caſeo, vetere pipere & cynamomo conditis, quæ iuſſulata & caſeata dicitur. Virg. Melle ſoporatã & medicatam frugibus offam. De la ſouppe, ou brouet. Plaut. in Mil. 3.50, AEdepol memoria optuma eſt. A. offa emonet. dũ tale facies, quale adhuc, aſſiduo edes, cõmunicabo te menſa mea. Poteſt etiã fieri offa ex aliis rebus. Varro lib. 3. de re ruſt. Cibatui offas poſitas hæ maximè glomerantur ex ficis & farre miſto.

Offella offellæ, diminutiuum, Vng potage de chair, vne petite piece de chair cuyte en quelque

maniere que ce ſoit. Fruſtulum carnis. Porcina à porco, quam in ſartagine craticula & prunis coquimus. Vitulina, à vitulo, quam ad ignem verubus verſantes, ad eſcam paramus. Martialis, Parua tibi curua craticula ſudet ofella. Iuuenalis, At rudis omni Tempore & exiguę furtis imbutus ofellæ. Apud poetas vnico f ſcribitur.

Offula offulæ, diminutiuum ab offa. Suet. in Claud. Rogo vos quis poteſt ſine offula viuere? Columella ſcribens de ſalſura carnis ſuillę, ait, Dein offulæ carnis ſpiſſæ componuntur, & alterius ſal ingeritur. Pieces de chair.

OFFECTOR, offectoris, dicitur, authore Feſto, qui proprio colori nouum adiicit.

OFFENDO offendis, offendi, offenſum, offendere, Compoſitum ex ob & fendo, quod non eſt in vſu, incurrere, incidere, Rencõtrer. Plaut. in Curcul. 7.3, Ne quem in curſu capite aut cubito aut pectore offendam. Terent. Adueniens offendi quẽdam mei loci hinc atque ordinis hominem haud impurũ. Idem in Eunucho, 5.9.34, Si in platea hac te offendero pòſt vnquam, nihil quod dicas mihi Alium quærebam, iter hac habui. periſti. Plaut. in Pœnulo, Quenque viſco offenderant.

Offendere, Trebucher, Choquer a quelque choſe. Et per tranſlationem, faillir. Cic. Varroni, Quis eſt tam lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat, nuſquam incurrat?

Offendere ad. Toucher a. Victruuius, Si ad Aſiã offenderint calculi, non erit calx tẽperata.

Offendere aliquem, Loffenſer, Faire contre ſon vouloir. Suet. in Claud. Cæſ. 26, Priorem, quòd parentes eius Auguſtum offenderant.

Offendere apud aliquem, eſt infœliciter agere, ita vt ab eo non probetur is qui agit, hoc eſt in malam opinionem incidere. Cic. pro Cluentio, Cum eſſet nemini dubiũ, illum potius iudicari neceſſe eſſe, quibus apud eos iudices offendiſſet, quàm eum qui bis iis cauſam probauiſſet. Id eſt, damnatus eſſet, contrariam ſententiam tuliſſet.

Offendere, Inuenire, ſed præter opinionem, Trouuer autrement que on ne penſoit. Plaut. in Moſtell. 6.31, Quid ego agam? pater iam hic me offendet miſerũ aduenies ebriũ. Idem in Milite, 9.4, Nam ego excubantem eam modo offendi domi. Idem in Amphit. 8.79, Eo more expertem te factam aduenies offendi domum. Terent. in Heaut. 2.3.44, Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus. Idem in Hecyra, 3.1.45, Quonã modo Philumena mea nunc te offendam affectam! Cic. de rep. Sed imitor Architam illum Tarentinum, qui cum ad villam veniſſet, omnia aliter offendiſſet.

Offendebatur cum infinitiuo, pro grauiter ferebat. Suet. in Oct. Auguſto, cap. 89, Componi tamen aliquid de ſe, niſi & ſeriò & à præſtantiſſimis, offendebatur.

Offenſum eſſe, imperſonale. Cic. Lentulo, Si cecidiſſet vt volumus & optamus, omnes te ſapienter & fortiter: ſin aliquid eſſet offenſum, eoſdem illos & cupidè & temerè feciſſe dicturos. Si tu euſſes tant ſoit peu trebuche & failli. Idem in Verrem, Si tantulum offenſum, titubatúmque ſit.

Offenſus offenſa offenſum, Qui eſt bleſſe. Ouid. in epiſt. Cum foribus velles ad Troiam exire paternis: Pes tuus offenſus limine ſigna dedit. Idem in Faſtis, Creditur offenſo procubuiſſe pede. Tibullus, Offenſum in porta ſigna dediſſe pedem. Liuius ab vrb. cõd. Miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum.

Offenſus, pro inuiſus. Suet. in Iulio Cæſ. cap. 19, Pompeium aſſectatus eſt, offenſum patrem, quòd Mithridate victo. &c.

Offenſior, pro irato. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 2, In tribunatu põtificibus offenſior, quòd aliũ quàm ſe in patris ſui locum cooptaſſent.

Offenſa offenſæ, Offenſe. Cic. Cum tot eius offenſas pati non poſſem, diſceſſi.

Offenſio offenſionis, f. g. plerunque paſſiuè accipitur. Cic. In corpore ægro odioſa eſt omnis offenſio, id eſt moleſtia & paſſio.

Offenſiuncula offenſiunculæ, diminutiuũ, apud Ciceronem legitur, in orationibus.

Offenſus offenſus offenſui, Idem quod offenſa. Lucretiꝰ, Nõ igitur multis offẽſibꝰ in temerãdo.

Offenſator offenſatoris, Qui offendiculos incurrere ſolitus eſt, Qui trebuche ſouuẽt en quelque choſe que ce ſoit. Quintil. de dictãdi modo loquens, At idem ille qui excipit ſi tardior in ſcribendo, aut inertior in legendo velut offenſator fuerit, inhibetur curſus. Offenſatorẽ appellat, qui in legendo ibidem reſiſtit. aut potius qui perperam legit.

Offenſo offenſas, offenſare, Frequentatiuum, Trebucher ſouuent.

Offenſans offenſantis. Quintil. de extemporali dictione loquẽs, Si non interſiſtentes, offenſantéſque, breuia illa atque conciſa ſingultantium modo efecturi ſumus.

Offenſans Venus. Plin.lib.20,de ſiſere erratico,Heraclides contra argentum viuum dedit, & Venerem ſubinde offenſantem.

Offendiculum offendiculi,Impedimentũ,obſtaculum.Plin.epiſt.188,Sunt enim in hac offendícula nonnulla:circunfer oculos,& occurrent.

Offendix offendicis,f.g.Ligaturæ nodus quo apex retinebatur.

OFFERCIO,offercis,offerſi,offertum,offercire,Implere.

Offertus offerta offertum,Plein. Plaut.in Aſin.7.18,Maximas optumitates,gaudióque offertiſſimas pariet.

Offertiſſimus, pro pinguiſſimus,apud Plautum in Capt.13.8, Sine ſacris hæreditatem ſum adeptus offertiſſimam.

OFFERO,offers,obtuli,oblatũ,offerre,Exhibere,ſiue prẹſentare.Offrir.Terẽt.in Heaut. Opportunè te mihi offers.Tu es venu tout a point. Idẽ in Hecy.5.3.10,Opportunè te offers,curre ad Pãphilã. Idem in And.4.2.3,Hem Pãphile,optumè mihi te offers.Tu ſoies le treſbien venu. Plin.epiſt.131,Ego illi ex meis prẹdiis quod vellet,& quãti vellet obtuli.

Offerre aduentum. Terent.in Hecyra,3.3.10, Sed continuò voltum earum ſenſi immutari omnium,quia tam incommodè illis fors obtulerat aduentum meum.

Offerre auxilium,Polliceri,Promettre ſecours.Iuſtinus,Cum ei auxilium obtuliſſet.

Offerre caput vilitati. Plaut.in Capt.5.37, Nam nunc vides pro tuo charo capite,charum offerre meum caput vilitati.

Offerre crimen,Mettre a ſur quelque crime. Cic.in Lælio, Addendũ eodem eſt,vt ne in criminibus aut inferendis delectetur amicus,aut credat oblatis.

Offerre incendium.Cic.ad Põtifices,Domus ardebat in palatio,non fortuito,ſed oblato incendio.On y auoit mis le feu.

Offerre iniuriam,Iniurier.Terent.in Hecyra,5.1.13,Inſcitum offerre iniuriam tibi me imerenti,iniquum eſt.

Offerre iuſiurandũ,Faire faire ſerment. Suet.de claris Rhet.5, Nam quũ in lite quadã centũuirali aduerſario,quem vt impiũ erga parentes inceſſebat, iuſiurandũ quaſi per figuram obtuliſſet,Iura per patris matriſque cineres,qui incõditi iacent, & alia in hũc modũ:arripiẽte eo cõditionẽ,nec iudicibus aſpernãtibus,nõ ſine magna ſui inuidia negotiũ afflixit.

Offerre mendicitatem,Mener aucun a pourete. Plaut.in Rud.13.30, Mendicitatem mihi obtuliſti opera tua,dum tuis auſculto magnidicis mendaciis.

Offerre mœrorem acerbũ,Mettre en triſteſſe. Plaut.in Caſina,15.50. Terent.in Hecyra, 3.1.1,Nemini ego plura acerba eſſe credo ex amore homini vnquã oblata.Iamais amours ne donna autant de triſteſſe.

Offerre moram,Retarger aucun,Lempeſcher de pourſuyure ce quil auoit cõmence.Plaut.in Caſina,15.50.& in Pſeud.5.18,Quis eſt,qui moram occupato moleſtam obtulit?

Offerre nouum. Plautus in Perſa,7.19,Næ illi mihi iam nihil noui offerri poteſt, quum ſim peritus.

Offerre ſe obuiam alicui. Terent.in Adel.3.2.24,Teipſam quærito,te expecto,oppidò,opportunè te obtuliſti mihi obuiam hera.Ie te rencontre tout a point.

Offerre optatum.Terẽt.in Adel.5.9.21,Di tibi Demea oro omnes ſuper omnia optata oferant.Ie prie a dieu quil te donne ce que ton cueur deſyre.

Offerre ſpem ſperatã,Donner ce que on eſperoit. Plautus in Merc.22.2,Spem ſperatã quũ hanc obtuliſti mihi,grates ago.

Offerre ſtuprum,Stuprare,Cõmettre adultere.Cic.lib.3.de off.Reginæ ſtuprum obtulit.

Offerre vitium virgini, Defleurer vne vierge. Terent.in Adel.3.1.9,È re nata melius fieri haud potuit quòd factum eſt,quando vitium oblatum eſt. Ibidem,3.2.10,Cui miſeræ indignè per vim vitium obtulerat.

Offerrumentũ offerrumenti,oblationem veteres dicebant quæ diis offerebatur,authore Feſto.

Offerrumẽtas per quandã tranſlationẽ Plautus dixit plagas,percuſſiones,& flagella,quòd ea ſcapulis & tergo offerantur,cum quis fuſte cæditur.In Rud.18.45,Ni offerrumẽtas habebis plures in tergo tuo,quàm vlla nauis longa clauos,tum ego ero mendaciſſimus.

OFFICIO,officis,offeci,offectum,officere,Contrà facere,nocere, Nuyre,Faire deſplaiſir.

Officere,cum datiuo.Cic.lib.3.de off.Demoliri ea quorum altitudo officeret auſpiciis.

Officere cum accuſatiuo poſuit Plautus,in Trucul.11.52, Iam hercle ego te hic affatim officiam.

Offecit quominus. Plinius epiſt. 115.b, lib. v 1, Nec verò Iſocrati, quo minus haberetur ſummus orator, offecit, quòd infirmitate vocis, mollitia frontis ne in publico diceret, impediebatur.

OFFICIVM, officii, n.g. Donatus, Officium, ab efficiendo, ab eo quòd quæritur quid efficere in eo vnumquēque conueniat pro conditione perſonæ. Ceſt ce que vng chaſcun doibt faire, Tout affaire. Plaut. in Trin. 11.66, Eo ego igitur intro ad officium meum. Terent. in And. 1.1.87, Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii, manſuetique animi officia.

Officium ſuum facere. Terent. in Adel. 4.3.2, Meum officium facio: quod peccatum à nobis ortum eſt, corrigo. Idem in Eunucho, 4.5.3, Poſtquā ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuum officium facit. Plaut. in Trin. 4.100, Quid fuit officium meum me facere, face ſciam. vtrum &c. Idem in Pſeud. 14.11, Fuit officium meum fateor, vt id facerem.

Officium fungi. Terēt. in Heaut. 11.14, Proinde quaſi nemo ſiet, ita attentè tute illorū officia fungere. Tu fais ce quils doibuent faire, leur meſtier. Ibidem, 3.3.19, Hominis frugi & temperantis functus officium. Il a faict comme vng homme de bien. Idem in Phorm. Functus adoleſcentuli eſt officium liberalis.

Officium tuum eſt. Terent. in And. 1.1.141, Nunc tuum eſt officium, has benè vt aſſimules nuptias. Idem in And. 2.1.32, Neutiquā officium eſſe liberi puto, cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Ce neſt point faict dung franc homme.

Meminit officium ſuum, Il ſcet ce quil doibt faire. Plaut. in Mil. 21.1, Ne me moneatis, memini ego officium meum.

Commonere officium. Plautus in Pſeud. 4.18, Officium veſtrum vt vos malo cogatis commonerier.

Officia mutua, Plaiſirs que on faict lung a lautre. Cic. Termo, lib. 13. epiſt. Peto abs te pro noſtra coniunctiſſima neceſſitudine, plurimiſque officiis paribus ac mutuis, vt voluntate, authoritate, ſtudio tuo perficias. Plin. epiſt. 135, Gratiſſimum experior, cum tam iucundè officiorum noſtrorū meminiſſe eum ſcribas. Cice. de Amicitia, 62, Odioſum ſanè genus hominum officia exprobrantium.

Officii duxit. abſolutè, pro Putauit officium. Suet. in Tib. Cæſ. cap. x1, Et quanquam lætus nuntio, tamen officii duxit, quantum in ſe eſſet, exorare filiæ patrem.

Officium vſurpare, Faire ſon deuoir. Cic. de Amicitia, 8, Nec enim ab iſto officio, quod ſemper vſurpaui quum valerem, abduci incommodo meo debui.

Intermittere officium, Ceſſer de faire ſon deuoir. Cic. de Amicitia, 8, Nec vllo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſſe contingere, vt vlla intermiſſio fiat officii.

Officium, pro honore. Liuius ab vrb. cond. Quæ officii cauſſa ab domo proſecutæ fuerant. Ibidem, Scipionem, officii cauſſa conuenerant.

Officioſus officioſa officioſum, Qui libenter vel probè officium ſeu beneficium alicui exhibet, Qui faict voulentiers ſon debuoir, ou plaiſir. Cic. Octauio, Hominem prudentem & officioſum cognoſces.

Officioſus dolor, à Cicerone lib. 3, Tuſcul. dicitur qui ex iuſta cauſſa ſuſcipitur, & cuius probabilis ratio reddi poteſt.

Officioſè, aduerbiū, En faiſant ſon debuoir, ou plaiſir. Cice. de Amicitia, 62, Quorū plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiam exprobrant, eóque magis ſi habere ſe putant quod officioſè, aut amicè, & cum labore aliquo ſuo factum queant dicere.

Officialis & hoc officiale, Quod ad officium pertinet, vel quod de officio tractat.

Officialis, etiam miniſter magiſtratus dicitur. Apul. Sed iuſſit poteſtas officialem ſuū magna ſeueritudine coherceri.

Officina officinæ, Locus vbi aliquid fit, hoc eſt vbi operarii opera ſua faciunt. Vng ouuroir ou bouticle.

Officinas exercere. Suet. de claris grāmat. 23, Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpiꝰ in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibꝰ, quanquā ex ſchola quadragena annua caperet, ac nō multò minꝰ ex re familiari, cuius diligentiſſimus erat, quū & officinas promercaliū veſtium exerceret.

OFFIGO, offigis, offixi, offixum, offigere, Ficher ferme, & attacher. Plaut. in Moſtell. 6.13, Sed ea lege, vt offigantur bis pedes, bis brachia.

OFFIRMO, offirmas, offirmare, vide OBFIRMO.

OFFLECTO, offlectis, offlexi, offlexum, offlectere, Circùm vel contrà flectere. Plautus in Rud. 23.73, At ego hinc offlectam nauem.

OFFRINGO, offringis, offregi, offractũ, offringere, Quod fractum eſt, contrario frãgere. Feſtus, Offringi terra dicitur, quãdo iterum tranſuerſo ſulco aratur. Varro lib. 1, de re ruſtica, Cum proſcideris, offringi oportet. Id eſt iterare vt frangantur glebæ.

OFFVCIA, offuciæ, Pluraliter offuciæ offuciarum, À fuco, fallaciæ dicuntur. Plaut. in Moſtell. 4. 106, Neque ceruſam, neque melinũ, neque aliam vllam offuciam. Idem in Capt. 11. 125, Ita mihi ſtolido ſuis os ſubliuere offuciis.

OFFVCO, offucas, offucare, veteres vſurpauere pro eo quod eſt aquam in fauces dare ad ſorbendum, authore Feſto.

OFFVLA, vide OFFA.

OFFVNDO, offundis, offuſi, offuſum, offundere, Circùm fundere, Eſpandre a lentour. Plaut. in Trinũmo, 14. 82, Adimit animam mihi ægritudo. Staſime, tene me. s. víſne aquam tibi petam? c. res, quum iam animam agebat, tum eſſe offuſam oportuit.

Offuſa caligo, Id eſt iniecta. Cic. Hic error, & hæc doctorum animis offuſa caligo eſt.

Offuſa rep. Cic. pro Roſcio, Erant interea qui ſuis vulneribus mederẽtur, qui tanquam ſi offuſa rep. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniáque miſcebant. Ce pendant que larep. eſtoit troublee.

OFFVSCO, offuſcas, offuſcare, Obumbrare, obſcurare, denigrare.

O G

OGDOAS, ogdoadis græcè, Latinè numerus octonarius.

OGGANNIO, oggannis, oggannire, vide OBGANNIO.

OGGERO, oggeris, oggeſſi, oggeſtum, oggerere, Intendere, ſeu iniicere. Plaut. in Trucul. 4. 8, Quando intrò adueniunt, vnus eorum aliquis oculũ amicæ oggerit dum illi agant. Il luy gette des oeillades.

O H

OH, interiectio, qua vtimur, vbi ex interuallo notos videmꝰ. Terẽt. in Adel. 5. 6. 3, Sed ecquũ Demeam. ſaluos ſis. E. oh, qui vocare? G. Geta.

Oh. Terent. in And. 3. 5. 12, At iam expediam. P. expedies? D. certè Pamphile. P. nempe vt modo. D. imò melius ſpero. P. oh, tibi ego vt credam furcifer? tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus ſiem.

Oh. Terent. in Eunucho, 1. 2. 49, Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubiúmne id eſt?

Oh. Terẽt. in Adel. 3. 3. 48, Satin' ſcis ibi eum eſſe? S. oh, qui egomet produxi. D. optumè eſt.

Oh. Terent. in Heaut. 5. 3. 8, Imò ſcis potius, quàm quidem redeat ad integrum hæc eadẽ oratio. S. oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta poſtules. C. non poſtulo.

Oh, dolentis & deprehenſi. Plaut. in Caſina, 5. 21, Vnde hic amabo vnguẽta olent? S. oh, peri, manufeſto miſer teneor.

Oh, Exultantis, ob rem bene geſtam. Plaut. in Moſtell. 4. 85, AEdepol ſummo Ioui ſi viuo argento ſacruficaſſem, pro illius capite, quod dedi, nunquam æque id bene collocaſſem: vt videas eam medullitus me amare. oh, probus homo ſum, qui pro me cauſſam diceret, patronum liberaui.

Oh oh, exultantis. Plaut. in Moſtell. 5. 9, Oh oh ocellus es meus: tuus ſum alumnus, mel meũ.

Oh oh oh oh, Eiulationis vox. Plaut. in Capt. 5. 6, Indigna digna habẽda ſunt herus quæ facit. C. oh oh oh oh. L. eiulatione haud opus eſt, oculis multa miſera cuditis.

OHE, interiectio eſt, ſatietatem vſque ad faſtidium deſignãs. Terent. in Phor. 2. 3. 30, Quis homo eſt? ehem. D. tace. G. abſenti tibi te indignas, ſéque dignas contumelias nunquã ceſſauit dicere. D. ohe deſine. Idem in Heaut. 5. 1. 6, Ohe, iam deſine deos vxor gratulando obtundere, tuam eſſe inuentam gnatam. Idem in Adelphis, 5. 1. 6, Prodeambulare huc libitum eſt. D. illud ſis vide exemplum diſciplinæ. S. ecce autem hic adeſt ſenex noſter. quid fit? quid tu es triſtis? D. ohe ſcelus.

OHO, Interiectio qua vtimur, cum admiramur aliquid repentè fieri. Plaut. in Pœn. 4. 41, Eamus ſoror mea. D. oho amabo, quid illuc nũc properas? AN. rogas? quòd nos herus apud ædẽ Veneris mantat. D. maneat pol, vt lubet: mane.

O L

OLEA, oleæ, Vng arbre nõme oliuier. Virg. lib. 2. Georg. Sed truncis oleæ melius, propagine vites Reſpondent. Plinius lib. 15. cap. 8, Oleam ſi lambẽdo capra lingua contigerit, depaueritque, primo germina ſterileſcere, author eſt M. Varro.

Olea, etiam fructus dicitur, Le fruict dung oliuier, oliue.

Oleaceus oleacea oleaceum, Qui eſt fait dung oliuier.

Oleaginus oleagina oleaginum, Quod ex olea arbore eſt, Qui eſt dung oliuier, ou de la couleur. Virg. Truditur è ſicco radix oleagina ligno. Plin. lib. 37. cap. v, Poſt eos autẽ cerini, ac deinde oleagini, hoc eſt colore olei.

Oleagineus oleaginea oleagineũ, Idem. Varro lib. 1. de re ruſtica, cap. 40, Demũ in oleagineis ſeminibus arbores videndum vt ſit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præciſum, quas alii clauolas, alii taleas appellant.

Oleagineis coronis miniſtri triumphantium vtebantur, quòd Minerua, dea belli eſſe putabatur. Feſtus.

Olearis & hoc oleare, Quod ad oleum pertinet. Plin. lib. 34, Quippe cum in exacuendo, oleares cotes & aquariæ æque differant, oleo delicatior fiet facies. Les queulx que on arrouſe dhuyle pour aguyſer.

Olearius olearia olariũ, Idem, Columella lib. 2, In ſole ſiccata & mox refrigerata reconditur: ſi maior eſt modus, in horreo: ſi minor, in vaſis olariis ſalſamentariiſque.

Olearius olearii, Qui oleum facit vel vendit. Columella lib. vltimo, Peritiſſimi olearii vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. Plaut. in Capt. 8. 19, Omnes compacto rem agũt, quaſi in velabro olearii.

Oleaſter oleaſtri, m. g. Olea ſylueſtris. Virg. Inditio eſt tractu ſurgẽs oleaſter eodem, Plurimus & ſtrati baccis ſylueſtribus agri. Plin. lib. 23. cap. 4, Oleaſtri foliorum eadem natura.

Oleaſtellus oleaſtelli, m. g. Diminutiuũ ab oleaſter, apud Columellã lib. 12. cap. 50, Verũtamen habetur præcipua in hos vſus olea calabrica, quã quidã propter ſimilitudinẽ oleaſtellũ vocãt.

Oleitas oleitatis, fœm. gen. Tempus legendarum olearum, & fructus oleæ. Cato de re ruſtica, cap. 68, Vbi vindemia & oleitas facta erit, præla extollito.

Oleoſus oleoſa oleoſum, quod eſt plenũ oleo. Plin. Semen oleoſum quod & fit ex eo medetur oris vlceribus perunctis.

Oletum oleti, Vng lieu ou ſont plantes oliuiers. Cato de re ruſtica, cap. 1, Secundo loco hortus irriguus, tertio ſalictum, quarto oletum, quinto pratum.

Oletum, Stercus humanum. Suetonius in Nerone, Gymnaſium eo anno dedicatum à Nerone, præbitúmque oletum equiti atque ſenatui.

OLEO, oles, oleui, oletum, vel olui, olitum, olere, Odorem ſpirare, Rendre odeur. Plautus in Epid. 12. 10, Aliter catuli longè olent, aliter ſues. Plin. Roſa recens, à longinquo olet.

Oleo, cum accuſatiuo. Plaut. in Aſin. 16. 78, Myrrham olet. Idem in Pœnulo, 4. 46, Quæ tibi oleant, ſtabulum, ſtatum, ſellam, &c.

Olet furtum. Plautus in Menæh. 4. 57, Quid igitur? quid olet? reſpõde. P. furtum, ſcortum, prandium.

Olet huic aurum. Plaut. in Aulul. 7. 39, Certè ædepol equidem te ciuem ſine omni malitia mala etiam ſemper ſum ratus, & nunc arbitror. E. aurum huic olet. quid nunc me vis? Il ſe doubte que iaye vng threſor.

Oleo cum ablatiuo. Ouid. Pérque locos ſacros, & olentia ſulphure fertur. Propertius, Cur nardo flammæ non oluere meæ.

Bene olere. Cic. Attico, lib. 2, epiſtola 1, Sed tamen erant ornata hoc ipſo, quòd ornamenta neglexerant: & vt mulieres, ideò bene olere, quia nihil olebant, videbantur.

Oletum oleti, vide OLEA.

Olidus olida olidum, Quod tam bonum quàm malum odorem habet. Mart. Olidæque veſtes murice. Horat. lib. epiſt. in malum dixit, Sed minus arcta premunt olidæ conuiuia capræ.

OLEVM, olei, n. g. Huyle.

Oleum & operam perdere. Plautus in Pœnulo, Tum pol ego & oleum & operam perdidi. Id eſt, quicquid inſumpſi ſeu rei ſeu laboris. Metaphora ducta eſt à gladiatorũ ac paleſtritarum certaminibus, in quibus certaturi, vnguentis quibuſdam olariis perungebãtur. Cic. in epiſtolis, Nam quid ego te athletas putem deſyderare, qui gladiatores contempſeris, in quibus ipſe Pompeius profitetur ſe & oleum & operam perdidiſſe? Quanquam poteſt & ad lucubrantium lucernas referri, ſicuti Cicero feciſſe videtur, ſcribẽs ad Atticũ, lib. 13, Ante lucem cum ſcriberem cõtra Epicureos, de eodem oleo & opera exaraui neſcio quid ad te, & ante lucẽ dedi. Idem ad eundẽ alibi, Nõ defleamus, ne & oleum & opera noſtræ philologiæ perierit, ſed conferamus tranquillo animo. Ergo hic oleũ pro ſumptu poſitũ eſt.

Oleo tranquillior. Hyperbole prouerbialis in homines minimè iracundos, leníque ingenio

præditos. À liquoris natura ſumpta, quo nihil magis tacitum, magíſque lene. Plaut. in Pœn. 18.65, Ita hanc canem faciem tibi oleo tranquilliorem. Eſt autem vſqueadeo tranquilla olei natura, vt mare quoq; rem omniũ fæuiſſimã trãquillet, atq; ob id vrinantes, aiunt, oleũ ore ſpargere, quod mitiget elemẽti naturã aſperam, lucémque deportet. Author eſt Plinius lib. 2.

OLFACIO, olfacis, olfeci, olfactum, olfacere, Odorare, Fleurer. Plin. lib. x i, Quonã modo olfaciant delphini, mirum. Idem, Nec olfactus veſtigia habent, cum olfaciant ſagaciſſimé. Olfeci ego. Terent. in Adel. 3.3.43, An non ſex totis menſibus prius olfeciſſem, quàm ille quicquam cœperit? Neuſſe ie pas bien ſentu ſix moys deuant ce quil vouloit faire. Plaut. in Milit. 18.41, Cur non pultas? A. quia non eſt intus, quem ego volo. P A. quî ſcis? A. ſcio ædepol, olfacio, nam odorem naſus ſentiet. Ie le ſens bien.

Olfactus olfactus olfactui, Fleureur. Plinius lib. 29, Baſilici quem etiam ſerpentes ipſi fugiunt, alios olfactu necantem.

Olfacto olfactas, olfactare, Frequentatiuũ ab olfacio. Plin. lib. 20, Xenocrates Pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari tradit. Plaut. in Menæh. 4.54, Agedum, odorare hanc, quam ego habeo, pallam, quid olet? vt ſummum olfactare abſtines? P. veſtimentum muliebre.

OLIDVS, olida, olidum. Vide OLEO.

OLIM. aduerbiũ temporis, Le temps paſſé. Plaut. in Merc. 3.90, Seruũ vnà mittit, qui olim à puero paruulo mihi pædagogus fuerat. Terent. in Heaut. 2.1.4, Ex ſua libidine moderãtur quæ nunc eſt, non quæ olim fuit. Ibidem, 4.1.59, Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam, olim nihil minus.

Olim, Fabulæ proprium eſt, inquit Donatus. Plaut. in Amphit. 15.2, Nam verum eſt quod olim eſt auditum fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines. Terent. in Eunucho, 2.2.15, Olim iſti fuit generi quõdam quæſtus apud ſeclum prius. Idem in And, 5.4.20, Atticus quidam olim naui fracta apud Andrum eiectus eſt. Il eſtoit vne fois. Horatius, Olim Ruſticus vrbanum mutũ mus paupere fertur Accepiſſe cauo.

Olim, Il y a ie ne ſcay combien. Terent. in Hecyra, Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo.

Olim, pro nuper. Terẽt. in And. Alium eſſe cenſes nunc me, atque olim quũ dabam? Idem in And. 1.5.34, Atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diem quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ. Plaut. in Aſin. 5.53, Longè aliam inquam præbes orationem nunc, atque olim, quum dabam.

Olim, pro ante. Terent. in Hecyra, Vtinam ſciam ita eſſe iſtuc. ſed nunc mihi in mentem venit, ex hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus.

Olim, de præſenti tempore aliquando dicitur. Plaut. in Trucul. 3.33, Nam vſquam alibi ſic ſunt circum argẽtarias, quàm olim muſcarum eſt quũ caletur maximé. Virg. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.

Olim, de futuro etiam dicitur. Virgil. Hunc tu olim cælo ſpoliis orientis onuſtum Accipies. Quintil. Qui olim nominabuntur. Terent. in Phor. 3.2.38, Certè hercle, ſi ſatis cõmemini, tibi quidem olim eſt dies, quam ad dares huic, præſtituta.

Olim, pro aliquando. Plaut. in Mil. 3.2, Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior, quàm ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolẽt. Horat. Vt pueris olim dant cruſtula blandi Doctores, elemẽta velint vt diſcere prima. Curtius, Olim enimuero mero ſenſibus victis ex lecto ſæpe conſurgit.

Olim, pro iamdudum, iampridem, Il y a ia long temps. Plin. epiſt. 162, Olim non librum in manus, non ſtylum ſumpſi. olim neſcio quid ſit otiũ, quid quies, quid denique illud iners quidem. Virg. lib. 2. georg. Ac iam olim ſeras poſuit cum vinea frondes.

Olim iam, Id eſt, Iam longo tempore, Il y a ia long temps. Quintil. Olim iam imperator inter fulgentes virtutes tuas liuor locum quærit.

OLITOR, vide OLVS.

OLIVA, oliuæ, fœ. g. Arbor, Vng oliuier. Virg. Incumbens tereti Damon ſic cœpit, oliuæ. Plin. lib. x v. cap. v, Dicemus nunc Catonis placita de oliuis. In calido & pingui ſolo radiũ maiorem.

Oliua, Fructus, Vne oliue. Plin. lib. 15. cap. 1, Oliuæ conſtant nucleo, oleo, carne, amurca.

Oliuetum, oliueti, n. g. Locus in quo oleæ conſitæ ſunt. Columella lib. 3, Melius autem plãtis quàm truncis oliuetum conſtituitur. Cic. de Senect. 53, Quid de pratorum viriditate, aut

arborum ordinibus, aut oliuetorum, vinetorúmve ſpecie dicam?

Oliuina oliuinæ, Redditus olei, vel olei maxima copia. Plaut. in Pſeud. 4.77, Cuius amatores domi oliuinam habent maximam.

Oliuitas oliuitatis, f.g. Fructus oleæ. Varro, Tum denique omnis cum lucerna combuſta eſt in lucubrando, oliuitáſque conſumpta eſt. Huyle.

Oliuitas, Tempus legendarum oliuarum. Columella lib. x i i. cap. 50, Media eſt oliuitas plerunque initium menſis Decembris. nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur.

Oliuo oliuas, oliuare, Oliuarum vindemiam agere, ſiue vuas colligere. Plinius, Quippe oliuantibus lex antiquiſſima fuit, Oleum ne ſtringito, néve verberato.

Oliuum oliui, Id eſt oleum, Huyle doliue. Plaut. in Pſeud. 5.68, Eme die cæca hercle oliuum, id vendito oculata die. Ibidem, 4.78, Si mihi nõ iam huc culeus oliui deportabitur. Horat. in Serm. Quali perfundat piſces ſecutus oliuo.

O L L A, ollæ, f.g. Vaſis genus, Vng pot de terre. Antiqui vocabant aulam, quia nullam literã geminabant, inquit Feſtus. Inde Plautus in Aululatia, inſcribitur. Varro, Cato ait vnã amineam in ollis commodiſſimè condi.

Ollula ollulæ, diminutiuũ. Varro, Electa in ſecretam corbulam, inde in ollulas addatur.

O L L V S olla ollum dixere veteres, teſte Donato, pro ille illa illud. Virg. Olli ſubridẽs Saturnia Iuno. Seruius, olli pro illi, vel tunc, interpretatur.

Ollic pro illic ſimiliter dixere veteres, authore Feſto.

O L O R oloris, m.g. Auis, quæ græcè cygnus dicitur, Vng ſigne. Quidam à græco deducunt, quaſi ὅλος ὠρεάτος, hoc eſt totus cãdidus. Auis eſt alba, anſere maior, vocem argutam habẽs. Virg. Sed argutos inter ſtrepere anſer olores. Ouid. Ad vada Mæandri cõcinit albus olor.

O L V S oleris, n.g. Dicitur omnis herba ſatiua, quæ eſt in vſu cibario. Ab alẽdo, quòd olerib⁹ alerentur homines antequam fruges vel carnes eſſent. Plaut. in Caſ. 23.12, Profectò hercle non fuit quicquam olerum. Plin. lib. 19. cap. x, Semen olerum ſi ſucco eius madefactũ ſeratur, olera nulli animaliũ obnoxia futura tradunt. Varro ab olla deducit. Nonius & Feſtus inter aſpirata connumerant.

Oluſculum oluſculi, diminutiuũ. Horat. Vncta ſatis pingui ponentur oluſcula lardo.

Olitor olitoris, m.g. Qui olerum ortum exercet. Vng iardinier, ou marichier.

Olitor, qui olera vendit.

Olitorius olitoria olitorium, Quod ad olera pertinet. vt forum olitoriũ, vbi venduntur olera.

Olitoria oſtia, id eſt oſtia ortorum. Plin. Et lactucæ genus adeò lati caulis, vt oſtiola olitoria ex his factitari prodiderint.

O L V S A T R V M, oluſatri, n.g. Herbæ genus quæ in ortis naſcitur. Plinius lib. 19. cap. 8, Sed præcipuè oluſatrum miræ naturæ eſt. Hippoſelinum Græci vocant, alii ſmyrneum. È lachryma caudicis ſui naſcitur. ſeritur & radice. ſuccũ eius qui colligũt, myrrhæ ſaporẽ habere dicunt. Authórque eſt Theophraſtus, myrrha ſata natũ. Hippoſelinũ veteres præceperant in locis incultis, lapidoſis iuxta maceriã ſeri: nũc & repaſtinato ſeritur, & à fauonio poſt æquinoctium autumnũ. quippe cum capparis quoque ſeratur ſiccis maximè, area in defoſſu cauata, ripíſque vndique circunſtructis lapide, aliâs euagatur per agros, & cogit ſolum ſterileſcere. floret æſtate. viret vſque ad Vergiliarũ occaſum. fabuloſis familiariſſimũ. Oluſatrũ ideò dicitur, quòd folia habeat ſubnigra, ideò Columella pullum olus appellat.

O M

O M A S V M, omaſi, n.g. eſt pinguius atque craſſius inteſtinum, quod nonnulli bubulum eſſe credunt. Horat. in Serm. Seu pingui tenſus omaſo.

O M E N ominis, n.g. Augurium quod fit ore, quaſi oremen, inquit Feſtus. eſt enim futuræ rei prænuntiatio ori hominis incidens, diuino tamen furore.

Omen, de bono dicitur. Virg. lib. 4. georg. Omen, quo firmãs animum, ſic incipit ipſa. Liuius lib. 1, Dextra Herculis data eſt accipere ſe omen, impleturúmque fata ara condita ac dicata, ait. Cic. pro L. Murena, Etenim ſi tanta illis comitiis religio eſt, vt adhuc ſemper omen valuerit prærogatiuũ, quid mirũ eſt, in hoc fœlicitatis famam ſermonémque valuiſſe? Plaut. in Mil. 16.27, Cupiens iſtius omen nuptiarum ordinis.

Omen, de malo dictum. Virgil. Quod dii prius omen in ipſum Conuertant. Cic. Phipp. x i, Quid Beſtiã? qui ſe conſulatum in Bruti locum petere profitetur, atque hoc deteſtabile omen auertat Iupiter. Virg. lib. x i i, Néve omine tanto Perſequere.

Ominoſus ominoſa ominoſum, Qui omen habet.

Ominator ominatoris, Qui præeſt ominibus capiẽdis. Plautus in Amphit. 8.88, Ob iſtuc omen ominator capies quod te condecet.

Ominor ominaris, ominari, Auſpicari, omen capere. Deuiner, predire. Plinio lib. 28, Cur enim primum anni incipientis diem lætis precationibus inuicem fauſtum ominamur? Curtius, In illo periculo Macedones ominati eſſe vidébãtur. Plin. epiſt. 80. b. lib. 4, Optamus enim tibi, ominamúrque in proximum annum conſulatum. Nous deuinons que lannee qui vient ſeras conſul.

Omino ominas, ominare, dixere veteres. Pomponius, Ita ſit & tibi benè qui rectè ominas.

OMENTVM, omenti, n.g. Mẽbrana tenuis & pinguis, qua integũtur ventriculi, & vniuſcuiuſque membri interioris veſtitus. Perſius, Cum tibi tot iunicum in flammas omẽta liqueſcant. Plin. lib. xi. cap. 37, Ventriculi atque inteſtina pingui ac tenui omento integuntur, præterquam oua gignentibus.

Omentum, Membrana quæ totum inuoluit cerebrum. Macrobius, Et cerebrum quod tactu ſui hominẽ vel torquet, vel frequẽter intermit, nõ ſuo ſenſu, ſed veſtitus ſui, id eſt omenti, hunc importat dolorem.

OMITTO, omittis, omiſi, omiſſum, omittere, Rem aliquam penitus dimittere, Laiſſer du tout quelque choſe a faire. Virg. Omiſſos hinc iã obliuiſcere Graios. Terent. in Adel. 2.2.24, Nunc ſi hoc omittam, actum agam. Idem in Heaut. 4.1.24, Nam iam primum, ſi meũ imperium exequi voluiſſes, interemptam oportuit, non diſſimulare mortem verbis, & re ipſa ſpem vitæ dare. atque id omitto: miſericordia, animus maternus. ſino. Ie me tais de cela, Ie laiſſe cela. Idem in Adel. 2.1.31, Egóne bacchatus ſum in te, an tu in me? Idem in Eunucho, 5.4.4, Nam vt omittam, quòd ei amorem difficillimũ, & chariſſimum ab meretrice auara: virginem quam amabat, eam confeci ſine moleſtia. Car ſans encore que ie die rien de &c.

Omitte hunc, Laiſſe le aller, Pardonne luy. Terẽt. in Phor. 1.2.91, Nunc omitte quęſo hunc: cæterum poſthac ſi quicquam, nihil precor. tantum modo non addas.

Omiſi illam. Plaut. in Mil. 15.3, Nullo pacto poteſt prius hæc in ædes recipi, quàm illã omiſerim. Que premier ie ne renuoye ceſte cy, ie la laiſſe aller, ie la iette hors dauec moy.

Omitte me. Plaut. in Pſeud. 5.24, Licétne obſecro viuere, an nõ licet? P. vah manta. B. omitte me. C. Ballio audi. B. ſurdus ſum profectó.

Omitto iratus eſſe, Plaut. in Perſa, 12.25.

Omitte iracũdiam, Appaiſe toy. Terẽt. in Adelph. 4.7.36, Iam verò omitte Demea tuam iſtanc iracundiam.

Omitte ſolicitudinem. Terent. in Heaut. 1.2.3, Proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas. Idem in Adel. 2.4.3, In tuto eſt omnis res: omitte verò triſtitiã tuã. Ne te melancholie plus.

Omitte de. Plautus in Perſa, 17.172, Iam de iſtoc rogare omitte: non vides nole eam loqui? Terent. in Eunucho, 5.6.19, Omitte de te dicere, ego te furcifer ſi viuo. Ne me parle plus de toy.

Omiſſus omiſſa omiſſum, participium, Laiſſé.

Omiſſus animus. Terent. in Heaut. 5.2.9, Vbi te vidi animo eſſe omiſſo, & ſuauia impræſentia quæ eſſent, prima habere, neque conſulere in longitudinẽ: cœpi rationem. Puis que is vis quil ne te chailloit plus du rien.

Omiſſior ab re, A qui il ne chault de gaigner, Qui laiſſe tout aller, Ce luy eſt tout vng. Terẽt. in Adel. 5.3.45, At enim metuas, ne ab re ſint tamen omiſſiores paulo. ô noſter Demea, ad omnia alia ætate ſapimus rectius. ſolum vnum hoc vitium affert ſenectus hominib9, attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt. quod illos ſat ætas acuet.

Omiſſis iocis. Plin. epiſt. 21, Omiſſis iocis, credo decentes eſſe ſeruos qui ſunt empti mihi ex conſilio.

OMNIS, & hoc omne, diſtributiua dictio, eandem vim habet in ſingulari quàm in plurali. Omnis homo, ſignificat omnes homines. Dicitur de vniuerſis numero diſtinctis, vt omnis grex. Aliquando tamen idem ſignificat quod totus. Poſitiuo & comparatiuo iungitur, & aliquando ſuperlatiuo.

Omnis amor. Terent. in Eunucho, 5.9.8, Meo fratri gaudeo amorem eſſe omnem in trãquillo. Omne munus. Plin. in Paneg. 99, Audimus quidem te omne munus conſulis obiiſſe. Omne periculum. Terent. in And. 2.3.17, Sine omni periculo. Omnis ſpes. Terent. in Heaut. 4.3.35, At enim ſpem iſtoc pacto rurſum nuptiarum omnem eripis. Omni ſup-

plicio vindicanda. Cic. de Amicitia, 40. Omne tale flagitium. Cic. de Senect. 36.

Omnibus antiquiſſimis. Cic. pro A. Cecinna, Neque enim ratio afferri poteſt, cur ſi cuiquam nouo ciui potuerit adimi ciuitas, nõ omnibus patriciis, omnibus antiquiſſimis ciuibus poſſit. Omnibus minimis. Vatinius Ciceroni, Quamobrem velim ita & ipſe ad me ſcribas de omnibus minimis, maximis, mediocribúſque rebus. Cic. ad Q. fratrem lib. 3, De publicis negotiis, quæ vis ad te Tironem ſcribere, negligentius ad te ante ſcribebam quòd omnia minima, maxima ad Cæſarem mitti ſciebam.

Omnia ſumma. Cic. Attico, lib. x 1, Méque hortantur vt magno animo ſim, vt omnia ſumma ſperem.

Omnia ad arbitrium ſuum facere. Plin. epiſt. 192, Refugeram in Tuſcos, vt omnia ad arbitrium meum facerem.

Omne quod ſcio. Plaut. in Curcul. 6.7, Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. Terẽt. in Adel. 2.4.16, At vt omne reddat. s. omne reddet, tace modo, ac ſequere hac.

Omni quinquennio, De cinq ans en cinq ans. Plin. de viris illuſt. 34, Cenſuram ſolus omni quinquennio obtinuit.

Omnia, de duobus dictum. Cic. pro L. Murena, Eámque vrbem ſibi Mithridates Aſiæ ianuã fore putauiſſet, qua effracta & reuulſa tota pateret prouincia: perfecta ab Lucullo hæc fũt omnia, vt vrbs fideliſſimorum ſociorum deffenderetur, vt omnes copiæ regis diuturnitate obſidionis conſumerentur.

Omnifarius dicitur, ſicut plurifarius, quo vtitur Suetonius.

Omnigenus omnigena omnigenũ, Ex omni genere. Virg. lib. 8, Omnigenúmq; deûm mõſtra.

Omnino, aduerbiũ, Prorſus, Totalemẽt. Cic. de Amicitia, 80, Omnino eſt amans ſui virtus.

Omnino leuitatis eſt. Cic. de Amicitia, 77, Quod amici genus adhibere, omnino leuitatis eſt.

Omnino nequaquam. Cic. de Amicitia, 61, Qu. verò Maximum fratrem, egregium virũ, omnino ſibi nequaquam parem.

Omnino nuſquam. Cic. de Amicitia, 20, Eos autem omittamus, qui omnino nuſquam reperiuntur.

Omnino modicé. Cic. de Senect. 41, Epulabar igitur cum ſodalibus, omnino modicé.

Omnino, in principio ſententiæ. Cic. de Amicitia, 67, Omnino omnium horum vitiorũ atq; incõmodorum vna cautio eſt, atque vna prouiſio, vt ne nimis cito diligere incipiamus.

Omnino ſuperlatiuo iunctum. Cic. de Senect. 8, Aptiſſima omnino ſunt Scipio & Læli, arma ſenectutis, artes.

Omnipotens omnipotẽtis, o. g. Omnia potens. Compoſitum eſt, vt docet Priſcianus, ex tribus corruptis, omni, potis, & ens, qui omnium potis eſt. Plaut. in Pœnul. 4.53, Dii immortales, omnipotentes, quid apud vos eſt pulchrius?

OMPHACIVM, omphacii, n. g. Du vertiuſt. Plin. lib. 23. in prologo, Omphacium qua fieret ratione incipientis vuæ pubertate, in vnguentorum loco docuimus.

Omphaces, ὄμφακες, dicuntur vuæ & fructus immaturi. Grappes de vertiuſt.

Omphacinus omphacina omphacinum, Quod ex omphace factum eſt, Qui eſt faict de grappes de vertiuſt.

Omphacinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4, Vtiliſſimũ eſt oleum omphacinũ. prodeſt gingiuis.

O N

ONAGER, onagri, m. g. Aſinus ſylueſtris. Componitur ex ὄνος, aſinus, & ἄγριος ſylueſtris. Plin. lib. 8. cap. 58, In Lycia dorcades non tranſeunt montes Syris vicinos: onagri montem qui Cappadociã à Lycia diuidit. Varro de re ruſt. cap. 6, de aſinis loquens, Horum genera duo, Vnum ferum quos vocant onagros, in Phrygia & Lycaonia ſunt greges multi. Alterũ, manſuetum, vt ſunt in Italia omnes.

ONERO, vide poſt ONVS.

ONISCVS oniſci, Genus vermiculi arcuatim incedentis. Vne chenille. Plin. lib. 29. cap. 6, Millepeda, ab aliis centipeda, aut multipeda dicta, animal eſt è vermibus terræ pilloſum, multis pedibus arcuatim repens, tactúque contrahens ſe, oniſcon Græci vocant.

ONOCROTALVS, onocrotali, m. g. Auis eſt cygno ſimilis. Dicta, quòd collũ in aqua mergnes, ſpiránſque veluti ruditum aſini edat. ὄνος, aſinus. κρόταλος crepitus. Plinius lib. x. cap. 47, Olorum ſimilitudinem onocrotali habent: nec diſtare exiſtimarentur omnino, niſi faucib⁹ ipſis ineſſet alterius vteri genus. huc omnia inexplebile animal cõgerit, mira vt ſit capacitas. mox perfecta rapina ſenſim in os reddita, inferam in aluũ ruminãtis modo defert.

ONVS, oneris, n.g. Pondus, Charge. Terent. in Phor. 1.2.44, Nũquam æquè ac modo paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue.

Onustus onusta onustum, Qui est charge. Plaut. in Aulul. 18.4, Aulam onustam auri. Idem in Sticho, 5.3, Itaque onustum pectus porto lætitia lubentiáque.

Onero oneras, onerare, Charger. Virg. Vina bonus quæ deinde cadis onerarat Acestes. Terẽt. in Phor. 5.6.4, Sed ego nunc mihi cesso qui non humerum hunc onero pallio.

Onerare amœnitate, lætitia. Plau. in Capt. 13.7, Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies. Ibidem, 13.58, Sed ego cesso hunc AEgionem onerare lætitia senem? Onerare se voluptatibus, Plaut. in Sticho, 9.27.

Onerato hilaritus me. Plaut. in Milite, 10.82, Es, bibe, animo obsequere mecũ, atque onerato hilaritus me.

Onerare diem cõmoditatibus. Terẽt. in Phor. 5.6.2, O fortuna, ô fors fortuna, quãtis cõmoditatibus, quàm subito hero meo Antiphoni ope vestra hunc onerasti diem!

Onerare aliquem iniuriis, maledictis, dictis quibus meret. Terent. in And. 5.1.8, Nam si cogites, remittas iam me onerare iniuriis. Plaut. in Pseud. 5.122, Pseudole assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. Idem in Merc. 24.17, Ego assistam hinc altrinsecus, quibus est dictis dignus vsque oneremus ambo. Idem in Amphit. 4.74, Onerandus est pugnis probé.

Onerauit hæc dies me malignitate. Plaut. in Capt. 8.5, Hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens: ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.

Onerare aliquem præceptis. Plaut. in Mil. 12.29, Sed dic mihi, ecquid hic te onerauit præceptis? Idem in Persa, 5.13, Conuentã hinc Toxilũ, eius aures quæ sunt mandata onerabo.

Onerare populum, Luy faire impositions, & le charger de taille. Plin. in Paneg. 38, Onerasset alium eiusmodi introitus: tu quotidie admirabilior & melior. Idem epist. 241, Si instructio noui balinei oneratura vires Prusensiũ nõ est, possumus desyderio eorũ indulgere.

Onerasti futuros principes. Plin. in Paneg. 124, Onerasti futuros principes, sed & posteros nostros: nam & hi à principibus suis exigent, vt eadem audire mereantur, & illi quòd non audiant indignabuntur.

Oneratus onerata oneratum, Qui est charge. Plaut. in Pseud. 4.65, Nisi carnaria tria grauida tergoribus onerata, huberi hodie mihi erunt.

Oneratus veste. Terent. in Heaut. 3.1.43, Ancillas secum adduxit plus decem, oneratas veste atque auro.

Onerata memoria. Plin. epist. 195, Ne istam ipsam memoriam, cui gratias ago, assiduitate & copia turbem: oneratámque & quasi oppressam, cogam pluribus singula, posteriorib⁹ priora admittere.

Onerarius oneraria onerarium, Quod oneratur, vel onerari potest.

Naues onerariæ, à gestandis oneribus dictæ sunt, & ob id tardæ. Plin. epist. 173.c, Sæpe minores maioribus velut cymbulæ onerariis adhæresunt.

ONYCHES, onychis, m.g. Plin. lib. 36. cap. 7, Onyches etiã tũ in Arabiæ mõtibus, nec vsquã alibi nasci putauere nostri veteres: sed in Germania potoriis vasis inde factis primum, dein pedibus lectorũ, sellísque. Cornelius Nepos tradit magno fuisse miraculo, cum P. Lentulus Spinther amphoras ex eo & vrceos magnitudine cadorum ostendisset: post quinquennium deinde triginta duorum pedum longitudine columnas vidisse.

ONYX, onychis, m.g. Gẽma, de qua Plinius lib. 37. cap. 6, Exponẽda est, & onychis ipsi⁹ natura propter nominis societatẽ, hoc in gemmã transilit, & à lapide ex Carmania. Sudines dicit in gemma esse candorẽ vnguis humani similitudine. Item chrysolithi colorem, & sardæ, & iaspidis. Zenothemis Indicam onychen plures habere varietates, igneam, nigram, corneã, ingentibus candidis venis, oculi modo interueniẽtibus. Martialis, Cacatúsque tuo sub pede lucet onyx.

Onychinus onychina onychinum, Quod pertinet ad onychem gemmam.

Onychina pyra, à colore purpurea vocat Plinius lib. 15. cap. 15.

OP

OPACVS opaca opacũ, Quod est vmbrosum. Virg. Ad fontes sacros frig⁹ captabis opacũ.

Opaco opacas, opacare, Obumbrare, cooperire, obscurare. Virg. lib. 2. georg. Nunc aliæ frondes, & rami matris opacãt. Columella lib. v 1, Cum plerunque dicti syderis tempore quædã partes eius regionis sic infestentur Euro, vt nisi tegminibus vites opacentur, veluti halitu flãmeo fructus vratur.

OPERA operæ, Actio eſt & labor & induſtria operantis, ſeu operatio pro mercede ſumpta. Labeur, Oeuure, beſongne. Cic. de off. Non malè præcipiunt qui ſeruis vti iubent vt mercenariis iuſta præbenda, operam exigendam.

Operam grauare, Aider a regret, Aider enuy. Plaut. in Rud. II. 22, Cur tu operam grauare mihi, quam ciuis ciui commodat?

Operam dare alicui rei, Beſongner a quelque choſe. Plautus in Trin. 13. 21, Obſeruare quid agat, ei rei operam dabo. Ie mettray peine a cela.

Operam dare amori, Aimer, Eſtre amoureux. Terent. in Heaut. I. I. 58, Ego iſtuc ætatis, non amori operam dabam, ſed in Aſiam hinc abii propter pauperiem.

Operas dare, Aider. Plaut. in Bacchid. I. II, Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi. Cic. in Verrem, act. 4, His pro rebus, quòd portoriũ non eſſet datum, literas ad ſocios miſiſſe L. Canuleium, qui in portu operas daret.

Operam perdere, Perdre ſa peine. Plaut. in Perſa, 6. 52, Atque ego hãc operã perdo. P. quid iam? S. quia peritis prædico. Ie pers mon labeur, ma peine. Cice. pro L. Murena, Quod quidem ius ciuile didiciſti, non dicam operam perdidiſti.

Eadem opera. Plaut. in Capt. 7. 91, Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi: Eadẽ opera à prætore ſumas ſyngraphũ. Tout dung train. tout dung chemin. ſans en faire a deux fois.

Vna opera. Plaut. in Capt. II. 32, At te etiã ſuum ſodalem eſſe aiebat. T. audiui: di magni, & quidem Alcmeon atque Oreſtes & Lycurgus poſtea, vna opera mihi ſunt, qua iſte. Sont autant mes compaignons que ceſtuy.

Opera eſt. Plaut. in Merc. 6. 15, Dicam, ſi videam tibi operam eſſe aut otium. Si ie vois que tu ſoies en beſongne. Idem in Mil. 14. 93, Ibo, atque illam adducam, quam propter opera eſt mihi. Pour laquelle ſuis ſi empeſche. Ibidem, II. 6, Heus Sceledre, niſi negotium, progredere ante ædes: te vocat Paleſtrio. LV. Nõ opera eſt Sceledro. Sceledrus na que faire. Il neſt point empeſche de beſongne.

Opera experiri, Experimenter de faict. Plaut. in Bacchid. 7. 3, Homini amico qui eſt amicus, ita vti nomen poſſidet, niſi deos nihil præſtare id opera expertus ſum eſſe ita.

Non opera eſt, Il neſt point de beſoing. Plaut. in Mil. II. 6.

Opera mea, opera tua, Par moy, par toy, par ton labeur, & diligence. Plautus in Capt. 7. 52, Nam tua opera, & comitate & virtute feciſti, vt redire liceat ad parentes denuo. Idem in Rud. 13. 30, Mẽdicitatem mihi obtuliſti opera tua. Et paulò pòſt, Qui te ex inſulſo ſalſum feci opera mea. Terẽt. in Hecyra, 2. I. 31, Non mea opera, neque pol culpa euenit. Cena pas eſte par moy. Idem in Phor. 4. 4. 4, Opera tua ad reſtim mihi quidẽ res rediit planiſſumé. Idem in Adel. 2. 3. 8, Illius opera Syre nunc viuo.

Pauper, cui opera vita erat. Qui gaignoit ſa vie par labourer. Terent. in Phor. 2. 3. 16.

Operam orationis compendi facere. Plaut. in Moſtell. 2. 57, Orationis operam compendi facito, niſi te mala re magna mactari cupis. Ne parles point tant.

Opera maiore. Plaut. in Caſ. 2. 72, Maioréque opera ibi ſeruiles nuptiæ quàm liberales etiã curari ſolent. A plus grande peine & labeur.

Pol haud cenſebam iſtarum eſſe operarum patrem. Ie ne penſoie pas que mon pere fuſſe vng tel ouurier, Ie ne penſoie pas quil ſe meſliſt de telles beſognes. Plaut. in Merc. 17. 13.

Operæ eſt, Idem quod opus eſt. Il fault. Plaut. in Caſ. 22. 5, Operam date, dum mea facta itero, eſt operæ auribus accipere. Il eſt de neceſſite que eſcouties. Idem in Merc. 22. 77, Non opus eſt inquam nunc intro te ire. C. reſponde mihi, qua cauſſa? E. operæ non eſt.

Opera bona aut mala. Plaut. in Pſeud. 3. 102, Spero alicunde hodie me bona opera aut mala tibi inuenturum eſſe auxilium argentarium.

Operas quoque perſonas dicimus quæ aliquid faciunt, Ouuriers. Cic. in Verrem, act. 7, Quæ ad tuam laudationem miſſa eſt, nauem tibi operis publicis Mamertinorũ eſſe ædificatam. Idem pro P. Sextio, En cur cæteri reges ſtabilem eſſe ſuam fortunam arbitrantur, cum hoc illius funeſti anni perdito exemplo videant, per tribunum aliquem & ſexcentas operas ſe fortunis ſpoliari, & regno omni poſſe nudari. Idem Philipp. I, Cuius enim maleficii iſta pœna eſt? vt dicere in hoc ordine auderet, ſe publicis operis diſturbatum, publicè ex ſenatus ſententia ædificatam domum.

Operula operulæ, diminutiuum. Apuleius, Operulas etiam in eam contuli, quas adhuc vigenis ſacrariam faciens, merebam.

Operarius operarii, Qui laborem operando fert. Ouurier. Vnde Caſſina ſcribit operarios parãdos eſſe qui laborem ferre poſſint, ne minores annorum viginti, & ad agricultură dociles.

Operaria operariæ, f.g. Plaut. in Bacchid. 1.41, Equidem tibi dabo hãc operam. P. at nimiũ pretioſa operaria.

Operarius operaria operarium, Quod induſtria atque opera fit. Plin. Quæ inter vna operaria numerantur.

Operoſus operoſa operoſum, Qui rebus gerẽdis operam dat, Qui eſt en labeur. Cic. de Senect. 23, Sed videtis vt ſenectus non modo languida atque iners non ſit, verum etiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid & moliens.

Operoſus, Paſſiuè aliquando accipitur. Ouid. Moles operoſa laboret. Id eſt ab aliquo operata eſt.

Operoſus, Multæ operæ, vel vehementis operæ, Difficile a faire, & de grand labeur. Plin. lib. 18, Et vitia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa, imò ſulco ſata non farritur nec ſtercoratur.

Operæpretium, ſignificat fructuoſum, & ad rem pertinens, vel quia decens, vel quia vtile, vel quia glorioſum, vel quia iucundum. Terẽt. in And. Audiréque eorum eſt operæpretium audaciam. Donatus, Operæpretium dicitur de mirificis & laudabilibus. nam & ea quæ magna ſunt, etiam ſi mala, tamen miramur: quia libenter audiamus: & hoc pretium eſt operæ, id eſt audiendi. Plaut. in Pœn. 18.1, Fuit hodie operæpretium eius, qui amabilitati animũ addiceret, oculis epulas dare. Idem in Trucul. 9.24, Operæpretium face vt accumbam. Idem in Amphit. 3.151, Operæpretium hic ſpectãtibus, Iouem & Mercurium hiſtrioniam facere. Idem in Mil. 3.31, Ne hercle operæpretiũ quidem id mihi enarrare, tuas qui virtutes ſciam. Idem in Rud. 23.10, Eho, modo eſt operæpretiũ quod tibi ego volo narrare. Idem in Moſtell. 10.14, Operæpretium nunc eſt iuiſſe.

Operæpretium eſt, Id eſt magni æſtimandum eſt, & magni pendendum. Liuius in præfatione operis, Facturúſne operæpretium ſim, ſi à primordio vrbis res pop. Romani perſcripſero: nec ſatis ſcio, nec ſi ſciam, dicere auſim. Operæpretium dixit pro re imprimis cenſenda & magnifacienda. Idem alibi, Ibi dies aliquot fruſtra abſumpti, & quia vix operæpretium erat abſceſſere. Id eſt vix tanti fuiſſet vrbs capta vt tempus tandiu tereretur. Et alibi, Fraus fidem in paruis ſibi præſtruit, vt cum operæpretiũ ſit cum mercede magna fallat. Id eſt vt vulgo dicimus, cum res hoc valeat, cum bonus ictus fieri poſſit, quod etiam latinè dici poteſt cum tanti eſſe cœperit. Et rurſus, Quales igitur experiundo cognouerit, perinde eorum operæpretium faciat, Id eſt tanti eorum operam atque induſtriam æſtimet. Idem, Tempus eſt opulenta vos ditia ſtipendia facere & magna operæpretia mereri. Id eſt magna præmia militiæ. Cic. pro Roſc. Si nihil in iſta pugna Roſcii quod operæpretium eſſet fecerunt, quam ob cauſſam à Chryſogono tantis præmiis donabantur? Id eſt nihil quod valeret vt vulgus loquitur.

Pretium operæ etiam dicitur, vt veriſimile & ſimile veri, per tmeſin. Plinius, Id verò audire, pretium operæ ſit.

Operor operaris, operari, Beſongner, Labourer, Ouurer. In opere aliquo faciundo laborare.

Operari, Operam dare Colu. lib. XII, Si rebus venereis fuerit operatus vel vir vel fœmina.

Operari, authore Nonio, eſt religioſè & cum ſumma veneratione ſacrificiis litare vel cõuiuari. Põponius, Ad Veneris profectus eſt mane vetulus votũ vt ſolueret, ibi nũc operatꝰ eſt. Iuuenalis, Vt matutinis operatur feſta lucernis. Virg. Lætis operatus in herbis.

Operatio operationis, f.g. Operation, Oeuure.

Operatio, Sacrificatio. Plaut. Vt iſthæc operatio crimen expiet.

OPERIO operis, operui, opertum, operire, Claudere. Compoſitũ ex ob, & pario: ſed b abiicitur. Fermer.

Operire oſtium. Terent. in Phorm. 5.3.33, Quid iſtud negoti eſt? c. iámne operuit oſtium? Idem in Heaut. 5.1.33, Vbi abiere intrò, operuêre oſtium.

Operire, Tegere, Couurir. Plaut in Capt. Operta quæ fuere, aperta ſunt, patẽt præſtigiæ, omnis res palàm eſt. Ce qui eſtoit cache, & que on ne congnoiſſoit point. Propertius, Atque humili pelli totos operibat amantes. Les couuroit.

Operto capite. Cicero de Senect. 30, Nullo imbre, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit. Qu'il euſt la teſte couuerte.

Operire luctum. Plin. epist. 60. b, Quo maius est, sine præmio æternitatis, sine præmio gloriæ, abdere lachrymas, operire luctum, amissóque filio matrem adhuc agere.

Operti præda, Charges & couuerts de proye. Plin. in Paneg. 69, Nónne vt regum, ita Cæsarũ munera illitos cibis hamos, opertos præda, laqueos æmulabantur?

Operto opertas, opertare, Frequentatiuum ab operire, inquit Festus.

Operimentum operimenti, Quod aliquid tegit. Couuerture. Cato de re fust. cap. 10, Instragula octo, puluinos sedecim, operimenta decem, mappas tres.

Opertorium opertorii, n. g, Idem.

Operculum operculi, n. g. Instrumentum quo aliquid tegitur. Vng couuercle ou couueleste. Columella lib. 12, Sunt qui à superiore parte foramina ipsis operculis imponant: quod fieri non oportet. nam superstiliens auis, proluuie ventris cibos & aquam conspurcat. Cato de re rustica, cap. 10, Operculum aheni vnum.

Operculo operculas, operculare, Operculo operire, Couurir dung couueleste. Columella lib. vltimo, Ab eo tempore quo primum dolia operculaueris vsque ad æquinoctium vernum semel in diebus XXXVI, vinum curare satis est. Idem lib. XII, cap. 2, Nũc autem si sunt pleni atque operculati saui, demetendi sunt.

OPEROR, Vide OPERA.

OPES, opum, vide OPS.

OPHITES, ophitis, m. gen. Marmoris genus, serpentis maculas habentis. Lucanus lib. IX, Quàm paruis tinctus maculis Thebanus ophites. Scribit Plinius, ex ophite columnas esse paruas, quòd marmor sit nigricans, varium, dicatúrque capitis dolores sedare, alligare serpentum ictus.

OPHTHALMOS Græcè, Latinè dicitur oculus.

Ophthalmia, oculorum ægritudo, quam Celsus lippitudinem appellat. Negat tamen Iulius Pollux esse propriũ aliquod oculorũ vitiũ, sed in eo verbo significari tradit cauitatem oculorũ ex corporis ægritudine. Hinc triophthalmus, lapis qui hominis tres oculos simul exprimit.

Ophthalmia dicitur etiam piscis, qui à Plinio vocatur oculata. Plaut in Capt. 13. 81, Pernam atque ophthalmiam, horœum, scombrum & trygona & cetum.

OPICVS, opica, opicum, Sordidum, immundũ & obscœnum. Nam (vt inquit Festus) opicum pro osco ponitur. Oscis enim frequentissimus fuit vsus libidinum spurcarum. Vnde & verba impudentia dicũtur obscena. Plinius lib. 29, sub Catonis persona, ait, Barbaros nos vocãt, & opici appellatione decorant. Iuuenalis, Opicos mures, fœdos, & putidos dixit. Idem, Opicæ castigat amicæ. Id est, quæ non latinè loqueretur, sed opicè. Fuerũt autem Opici, Campaniæ populi quidã à linguarum colluuie dicti, siue à serpentibus, quasi ophici, in quibus narrabantur Baiani, Cumani, Puteolani, Neapolitani. hæ nanque vrbes Opicorũ fuisse dicuntur.

OPIFEX opificis, cõm. g. Artifex siue operator, non modo rerum, sed etiam verborum. Vng ouurier. Cic. lib. V. Tusc. Aduena quidam & ignobilis verborum artifex, insinuasse in antiquam philosophiam videtur.

Opifices, Coqui & blandarũ artium sectatores appellantur. Cic. Omnes autem opifices in turpi sunt exercitio.

Opificina opificinæ. Plaut. in Mil. 12. 7.

OPILIO opilionis, m. g. quasi ouilio, qui oues custodit. Plaut. in Asin. 10. 36, Etiã opilio qui pascit alienas oues, aliquam habet peculiarem quæ spem soletur suam. Sunt qui vpilio non opilio scribãt, authoritate Prisciani, qui dicit ŏ breuem in hoc nomine esse cõuersam in ū longum, ex literarum affinitate.

OPIMVS opima opimum, Diues, pinguis. Ab opis deducitur. Festus, Hostiæ opimæ, præcipuæ, pingues. & opima, magnifica & ampla spolia. Plin. de viris illust. 2. b, Spolia opima Ioui Feretrio in Capitolio consecrauit. Virg. At spoliis ego iam raptis laudabor opimis. Cic. in Verrem, act. 3, Indignum isti videri cœpit, ex tanta æde, tãtóque opere, se non opimũ præda, præsertim à pupilo discedere.

Opimior, comparatiuus, quo Gellius vtitur, dicens, Nam quas venabatur feras membra opimiora ad specum mihi suggerebat. Quasi pinguiora.

Opimè, aduerbium. Abundãter, & lautè. Plaut. in Bacchid. 6. 6, Omniũ ad perniciem instructa domus opimè atque opiparè.

Opimo opimas, opimare, Pinguefacere. Columella, Hyeme tamen offæ panis vino madefactæ, sicut etiam palumbos, celerius opimant, quàm cæteri cibi.

OPINIO opinionis, f. g. Fama, Bruit, renõmee. Plaut. in Mil. 9.106, Nam illius oculi, atque auris, atque opinio, transfugêre ad nos. Cicero ad Cæsarẽ Iuniorem, lib. 1, Erat opinio bona de Plautio, bona de Lippido.

Opinio, Suspicio, Soubson. Varro, Qui omnes me bimatram agitare clamitantes opinionem mihi insaniæ meæ cõfirmant. Plaut. in Rud. 24.48, Siquidem hic lenonis eius est vidulus, quem suspicor: hic nisi de opinione: certum nihil dico. Ie men doubte. Terent. in Heaut. 2.2.3, Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animũ exaugeãt. Il y a beaucoup de choses qui me mettent en soubson. Accius, Opinione factũ est, quanto minus stirpem educabãt, tanto vereremur magis eos esse. Cic. lib. 3. de off. Qui primum hæc natura cohærẽtia opinione distraxissent.

Opinio, Spes, opinatio. Cicero ad Cæsarem Iuniorem, Posthac quod voles à me fieri scripto, vincam opinionem tuam. Ie seray plus diligent que tu ne penses.

Virtutis opinio. Cic. de Amicitia, 38, Nã cũ cõciliatrix amicitiæ virtutis opinio fuerit, difficile est amicitiam manere, si à virtute defecerimus. Lopinion & estime que on auoit des vertus de lhõme. Ibidẽ, 8, Ego autẽ nõ de virtute nunc loquor, sed de virtutis opinione.

Opinionem habere de. Cic. de Amicitia, 30, Ille vicissim opinione fortasse nonnulla, quã de meis moribus habebat, me dilexit. Pour lestime quil auoit de mes meurs.

Prius tua opinione hic adero, bonum animum habe. Ie seray icy plus tost que tu ne penses. Plaut. in Amphit. 6.47. Opinione pulchrior. Plaut. in Mil. 18.23, Illud curaui vt opinione illius pulchrior sies.

Opinione celerius. Lentulus Senatui, Quamobrem opinione celerius confido sceleratissimũ latronem pœnas daturum.

Opinione melius. Plaut. in Cas. 7.31, Opinione melius res tibi habeat tua, si hoc impetramus. Idem in Aulul. 16.8, Neque pol Megadôre mihi, neque cuiquam pauperi, opinione melius res structa est domi. Id est, Et ego & quiuis mihi similis pauper non minus sumus pauperes & egeni, quàm de nobis hominum habita est opinio.

Afferre opinionem alicui, Dõner esperance. Cic. lib. 3. de off. Opinionem afferũt populo, eorum similes fore, quos sibi delegerint.

Opinor opinaris, opinari, Putare, suspicari, opinionem habere. Donatus, Quæ opinamur, putamus: quæ putamus, incerta sunt. Plaut. in Rud. 25.12, Nondum egressum esse eum id miror. tamen accedam opinor ad fores. Ie pense quil vault mieulx que iaille a la porte. Idem in Amphit. 4.32, Quod nunquã opinatus fui, neque alius quisquã ciuium sibi euenturũ, id cõtigit. Ce que ie neusse iamais pense ne estime. Idem in Amphit. 7.17, Homo hic ebrius est, vt opinor. Terent. in And. 2.2.30, Num videntur conuenire hæc nuptiis? P. nõ opinor Daue. D. opinor narras? non rectè accipis, certa res est.

Opiniosissimos appellat Cicero in Hortensio philosophos, quando scilicet opinantur tanquam nihil comprehendi possit.

Opinator opinatoris, qui nihil asserit, sed semper opinatur. Cicero de seipso dicit, Magnus quidem sum opinator.

Opinabilis & hoc opinabile, Quod opinione concipi potest. Cic. Academicarum, lib. 1, Itaque hanc omnem artem rerum opinabilem appellabat.

OPIPARVS, opipara opiparum, Magnarum opum apparatus. Plaut. in Persa, 16.83, Satin' Athenæ tibi visæ fortunatæ atq; opiparæ? Idem in Pœn. 3.4, Quas tu sapiẽter, doctè, & cordatè, & catè, mihi reddidisti certas opiparas opera tua. Idem in Capt. 13.2, Iuppiter supreme seruas me, meásque auges opes, maxumas optumitates atq; opiparas. Idem in Mil. 4.28, Et vino, ornamentis, opiparísque opsoniis.

Opiparè, aduerbium, Abundãter, En abondãce. Plaut. in Bacchid. 6.6, Omnium ad perniciem instructa domus opimè atque opiparé.

OPIS, opi, vide OPS.

OPITER opiteris, vel opitris, dicitur cuius pater auo viuo mortuus est: sic dict⁹, quòd obitu patris genitus sit: aut quòd auum post patrem habeat, id est pro patre.

OPITVLOR opitularis, opitulari, deponens, Adiuuare, subuenire, ab ope & tollendo, id est ferendo. Terent. in And. 1.3.5, Si illum relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor, eius minas. Sallust. Sæpe maiores nostri miserti plæbis Romanæ, decretis suis inopiæ eius opitulati sunt.

Opitulator opitulatoris, Qui opem fert, Qui aide.

Opitulus dictus est Iuppiter, quasi opis lator, authore Festo: & propriè in rebus dubiis & malis dicitur.

OPOBALSAMVM, opobalsami, n.g. Succus balsami. ab ὀπὸς ὀποῦ, id est succus. Plin. lib. 12. cap. 25, Succus è plaga manat, quem opobalsamum vocãt, eximiæ suauitatis, sed tenui gutta, ploratu lanis, parua colligitur in cornua.

OPISTHOGRAPHVS opisthographi, m.g. Volumẽ quod in tergo scriptũ est. Fit enim ab ὄπισθεν, id est retro, & γράφω, scribo. Plinius epist. 49. e, Hac intentione tot ista volumina peregit. electorúmque commentarios centum sexaginta mihi reliquit, opisthographos quidẽ, & minutissimis scriptos.

OPORTET, oportebat, oportuit, Verbum impersonale. Il fault.

Oportuit esse. Plaut. in Casin. 17. 8, Properate, cœnã iam esse coctã oportuit. Idem in Amphit. 4. 164, Exossatum esse oportet, quem probè percusseris. Cic. pro L. Cornelio Balbo, Nunc verò quid dicitur? quid ait accusator fecisse Pompeiũ, quod ei facere nõ licuerit? quod grauius est, quàm si id factũ ab eo diceret, quod non oportuisset. est enim aliquid quod nõ oporteat, etiam si licet. quidquid verò non licet, certè non oportet. Terent. in Heaut. 3. 2. 25, Hæc facta ab illo oportebat.

Oportuit factũ. Terent. in And. 1. 5. 4, Nónne prius cõmunicatũ oportuit? Idem in Heaut. 4. 1. 22, Nam iam primũ, si meum imperiũ exequi voluisses, interemptã oportuit. Il falloit quelle fust ia tue & mise a mort. Plaut. in Sticho, 6. 30, Age tu ocyus pinge humum, consperge ante ædes. G. faciam. D. factum oportuit. Il falloit ia estre faict.

Oportet, personale aliquando reperitur. Terent. in And. Quæque assolent, quæque oportent. Quintil. Difertos satis putat dicere quæ oporteant. Cæcilius apud Priscianũ, Vt ea quæ oportuerint, facta non sint.

OPPANGO oppangis, oppegi, oppactum, oppangere, Affigere, coniungere.

Oppangere osculum. Plaut. in Curcul. 2. 60. Vbi sauium oppegit, fugit.

OPPERIOR, opperiris, oppertus sum, opperiri, deponens, Expectare, Attendre. Plaut. in Cistell. 7. 49, Vir si tuus veniet, iube domi opperirier. Idem in Asin. 14. 18, At ego te opperiar domi. Idem in Pseud. 3. 87, Quid nunc vis? c. vt opperiare hos sex dies saltem modo, ne illam vendas. Idem in Trin. 12. 22, Pol quanquã domum cupio, opperiar, quam hic rem gerat. Terent. in Adel. 3. 3. 92, Opperiar hominem hîc, vt salutem & colloquar. Idem in Phor. 3. 2. 29, Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies. Idem in Eunucho, 5. 2. 51, Paululum opperirier, si vis. Idem in And. 3. 2. 42, Abi intrò, ibi me opperire. Opperitus sum, legitur apud Plautũ in Mostell. 10. 5, Seni nõ otium erat, id sum opperitus.

OPPETO oppetis, oppetiui, vel oppetii, oppetitum, oppetere, Subire seu affectare propriè significat.

Oppetere, Mori. Virg. lib. 1, AEneid. Quas ante ora patrum Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere.

Oppetere mortẽ. Mourir. Cic. de diuinatione, AEquius esse censuit maturã oppetere mortẽ.

Oppetere pestem, Id est incidere in pestem. Plaut. in Capt. 10. 11, Neque vllum pol de hac re negotium est, quin malè óccidam, oppetámque pestem. Cic. lib. 1. Tusc. Vestras manus peto, prius quàm oppeto malam pestem hostili manu.

OPPIDVM oppidi, n.g. Vne ville. Propriè est omnis vrbs præter Romã quæ peculiari nomine vrbs dicta fuit, vt cætera nominẽtur oppida. Vnde apud Plautũ oppidũ & vrbẽ indifferenter legimus, cum in Persa inquit, Eleusipolim Persæ cepere in Arabia plenam bonarũ rerum, antiquum oppidũ. Seruius Sulpitius cum numerasset vrbes multas, postea dixit, Quæ oppida quodam tempore florentissima fuêre. Cic. in Verrem, act. 6, Segesta est oppidũ peruetus in Sicilia Iudices, quod ab AEnea fugiente à Troia, atque in hæc loca veniente, conditum esse demonstrant.

Oppidum ab ope danda dicitur: vel quòd illuc homines opes suas conferant, authore Festo.

Oppidulum oppiduli, diminutiuum.

Oppidatim, aduerbium, Per varia oppida.

Oppidanus oppidani, Vng citoien. Qui oppidum incolit. Cæsar lib. 3, Cõment. Sub vesperum Cæsar portas claudi, milites ex oppido exire iussit, ne quam noctu oppidani à militibus iniuriam acciperent.

Oppidicus oppidici eius significationis esse arbitror, cuius oppidanus. Gellius lib. 2, Hic ego ad nostros iuuenes conuertor, Quid inquam vos oppidici dicitis mihi?

OPPIDO, aduerbium, valdè, multum. Festus, Oppidò, valdè, multum. Ortum est autem hoc verbum ex sermone inter se confabulantium, quantum quisque frugum faceret, vt quæ multitudo significaretur, sæpe respondebatur, quantum vel oppido satis esset. Hinc in consuetudinem venit vt diceretur oppido pro valdè, multum. Itaque si qui in aliis rebus eo vtuntur, vt puta si qui dicant, oppido didici, spectaui, ambulaui, errāt, quia nulli eorum subiici potest vel quod satis est. Hæc Festus. Plaut. in Aulul. 11.5, Totus doleo, atque oppidò perii, ita me iste habuit senex. Idem in Asin. 16.33, Me ex amore huius corruptum oppidò. Idem in Mil. 10.33, Itáne tibi ego videor oppidò acheronticus? Idem in Epid. 8.3, Nisi quid tibi hinc in spem referas, hoc oppidò politum est. Terēt. in Heaut. 4.4.12, Dic me hic oppidò esse inuitam, atque seruari. Fort enuy, ou a regret. Ibidem, 4.2.2, Ita hac re in angustum oppidò nunc meæ coguntur copiæ.

Oppidò, pro statim aliquando accipitur. Plaut. in Mostell. 3.38, Perdidi operam fabrorum illicò, oppidóque venit ignauia. Idem, Reddidi omne argentum oppidó. Incontinent.

OPPIGNERO oppigneras, oppignerare, Aliquid pignori dare, Engager, bailler en gage. Martialis, Oppignerauit ad Claudii modo mensam vix octo nummis annulos vnde cœnaret. Cic. pro P. Sestio, Libelli etiam pro vino sæpe oppignerabantur, manebat insaturabile abdomen. Demouroient pour les gages. Terent. in Heaut. 4.5.46, Num illa oppignerare filiam meam me inuito potuit?

OPPILO oppilas, oppilare, Occludere, Clorre, Fermer, estoupper. Lucretius lib. 6, Fluctibus aduersis oppilare ostia contra. Cic. in Philipp. Tabernis oppilatis.

Oppilationem medici vocāt vitium præclusi, tractique iocinoris aliorúmque intus viscerum.

OPPLEO opples, oppleui, oppletum, opplere, Circūquaque implere, siue maximè implere. Emplire de toutes pars, fort emplire. Plaut. in Truc. 10.42, Qui ædes spoliis opplebit tuas. Idem in Rud. 21.14, Iam meas opplebit aures sua vaniloquentia. Terēt. in Heaut. 2.3.65, Lachrymis opplet os totum sibi.

Mentes oppletas tenebris dixit Cicero.

OPPLORO opploras, opplorare, Cōtra plorare. Cic. lib. 4. ad Heren. At ille, Quin mihi illū datis, ac vos auribus meis opplorare non definitis?

OPPONO opponis, oppostui, oppositum, opponere, Contra vel ex aduerso ponere, Mettre contre, aloppositе, au deuant. Plaut. in Pseud. 7.10, Ibi nunc oppido oppositа obstacula.

Opponere, Mettre en gage. Plaut. in Curcul. 7.77, Pono palliū: ille suum annulum oppostuit.

Opponere pignori, Mettre en gage cōtre vng autre. Plaut. in Pseud. 3.85, Vix hercle opinor, si me opponā pignori. Terēt in Phor. 4.3.56, Ager oppositus est pignori ob decē minas.

Oppositus oppositus oppositui. Cic. pro M. Marcello, Non modo excubias, & custodias, sed etiā laterum nostrorum oppositus, & corporum pollicemur.

OPPORTVNVS opportuna opportunū, Tout a point, tout a temps. Ab ob, & portus, Quòd nauigātibus maximè vtiles, optatíque sint. Plaut. in Epid. 9.41, Nihil homini amico est opportuno amicius, sine tuo labore quod velis, actū est tamen. Vng ami qui secourt en temps. Idem in Rud. 19.22, Heu heu sceleste, galeā in naui perdidi: nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret. Elle me seroit bien mestier. Elle me viendroit tout a point. Idem in Sticho, 10.30, Atque illam augeam ex insperato, opportuno modo.

Opportunitas opportunitatis, Cōmoditas, Opportunite ou conuenence, proprete & facilite de lieu ou de temps pour faire quelque chose.

Opportunitate aduenire, Venir tout a temps, tout a point. Plaut. in Epid. 5.20. & in Merc. 24.3, Opportunitate optima aduenistis ambo.

Opportunitas viæ. Facilite. Plin. epist. 24, Trāquilli stomachum multa solicitāt, vicinitas vrbis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus ruris.

Opportunitas, Prouffit, vtilite. Cic. de Amicitia, 20, Tales igitur inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere.

Opportunè, aduerbiū, En tēps, en lieu, tout a point. Terēt. in Adel. 2.4.2, Opportunè: teipsum quærito. Idem in And. 3.4.11, Opportunè hic fit mihi obuiā. Idem in Heaut. 1.2.5, Pater opportunè aduenis. Idem in Phor. 4.3.74, Opportunè adeò nunc argētū mecū attuli.

OPPRIMO opprimis, oppressi, oppressum, opprimere, Enecare, siue perturbare: habétq; in se maiorē vim, quàm extinguere. Fouller. Cic. in Lælio, Quāobrē primū dāda est opera, ne qua amicorum dissidia fiant. Sin aliquid tale euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppressæ videantur.

Opprimere, Continere, Claudere. Terẽt. in Phor. 5.8.93, Rape hunc. P. itáne agitis? enimuero voce eſt opus. Nauſiſtrata exi. c.os opprime. Ferme luy la bouche.

Opprimere, Conuincere ſeu comprehendere. Surprende. Plaut. in Aſin. 16.26, Sequere hâc me modo: Iam faxo ipſum hominem manifeſto opprimas. Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat. Idem in Adelph. 2.2.21, Vt in ipſo articulo oppreſſit! Idem in And. 1.2.10, Id voluit, nos ſic nec opinantes, duci falſo gaudio, ſperãtes iam amoto metu interea oſcitantes opprimi.

Opprimere, Grauare, Opprimer, fouller. Cice. Qui homini tot miſeriis calamitatibúſque oppreſſo ſubueniret.

Opprimere, Præuenire, occupare. Cic. Caſſio, Puto te iam ſubpudere, cum hæc tertia epiſtola antè te oppreſſit, quàm tu ſched ulam aut literam ſed non vrgeo.

Opprimit me ſomnus, Le ſommeil me prend, me abaſt. Terent. in Eunucho, 3.5.53, Interea ſomnus virginem opprimit. Elle ſen dort.

Oppreſſit nox. Cic. de Senect. 45, Quoties illum lux noctu aliquid deſcribere ingreſſum, quoties nox oppreſſit cum mane cœpiſſet?

Opprimere dictum ſuum, Se deſdire. Plaut. in Merc. 12.6, Si opprimit pater quod dixit, exultatum abiit ſalus: ſin ſodalis, quod promiſit fecit, non abiit ſalus.

Opprimere occaſionem. Plaut. in Aſin. 7.15, Sed ſi mecum occaſionem opprimere hanc, quæ obuenit, ſtudet, maximas optumitates &c.

Opprimere, Conſtringere, Sarrer, eſtraindre.

Oppreſſus oppreſſa oppreſſum, Foulle.

Oppreſſa memoria. Plin. epiſt. 195, Ne iſtam ipſam memoriam, cui gratias ago, aſſiduitate, & copia turbem, oneratámque, & quaſi oppreſſam. Refoullee, & preſque gaſtee & perdue.

Oppreſſio oppreſſionis, f.g. Oppreſſion. Terent. in Adel. 2.2.30, Per oppreſſionem vt hãc mihi eripere poſtulet. Par force & violence.

Oppreſſiuncula oppreſſiunculæ, f.g. diminutiuum, apud Plautum legitur.

OPPROBRIVM opprobrii, n.g. Infamia, dedecus, quaſi obiectum probrum. Ignominie, deſhonneur, Reproche.

Opprobro opprobras, opprobrare, Probrum obiicere, inquit Feſtus. Reprocher. Plaut. in Moſtell. 4.144, Egóne id exprobrem, quæ mihimet cupio id opprobrarier? Gellius lib. 1, Idem Cato M. Cælio tribuno ple. vilitatem opprobrans, non loquendi tantum, verũetiam tacendi, Fruſto (inquit) panis conduci poteſt, vel vt taceat, vel vti loquatur.

Opprobramentum opprobramenti, Reproche. Plaut. in Merc. Litigare ego nolo vos. Quàm tuam autem accuſari fidem multò ædepol ſi quid faciundum eſt facere damni mauolo, quàm opprobramentum aut flagitium muliebre te pati.

OPPVGNO oppugnas, oppugnare, Contra pugnare, nocendi cauſſa. Combattre, Batailler, ou batre a lencõtre. Cic. pro Sextio, Domus eſt oppugnata ferro, facibus, exercitu Clodiano.

Oppugnare os alicui, Le frapper en la ioue. Plaut. in Caſ. 8.59, Peri, pugnis cædor Iuppiter. Et paulò pòſt, Tempori, poſtquam oppugnatum eſt os.

Oppugnare aliquem, Tacher, & mettre peine de parolles ou trõperiees a auoir quelque choſe daucun. Plaut. in Epid. 3.60, Tibi audendum eſt, ſenem oppugnare certum eſt conſilium.

Oppugnare bona alicuius. Plaut. in Perſa, 3.19, Qui hic albo pariete aliena oppugnãt bona.

Oppugnare conſilia alicuius, Reſiſter & contrarier au conſeil ou fantaſie daucun. Plautus in Moſtell. 8.166, Di te, deæque omnes funditus perdant ſenẽx, ita mea conſilia vndique oppugnas mala.

OPPVVIRE, verbum obſoletum, percutere eſt. Vnde oppuuia verbera dicũtur. Afranius, Oppuuiis pueri coercentur.

OPS, opis, integre declinatũ, ſignificat deam, ſcilicet vxorem Saturni. quæ dea terræ eſt. Plaut. in Ciſtell. 5.39, Itaque Ops opulenta illiũs auia.

Ops, opem ferens dicitur. Actius, Quorum genitor fertur eſſe ops gentibus. Vnde inops, & inopioſus, quaſi ſine ope, Sans aucune aide.

Opis, opem, ab ope. Datiuus vix legitur. Id eſt poteſtatis & auxilii. Plaut. in Ciſtell. 10.1, Niſi quid mihi opis di dent, diſperii. neque vnde auxiliũ mihi, aut præſidiũ expetam habeo. Terẽt. in Heaut. 3.3.31, Quid illũ porrò credis facturũ Chreme, niſi eum, quantũ di dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones? Selon la grace que dieu te dõne. Cic. de Senect. 4, Quib⁹ enim nihil opis eſt in ipſis ad benè beatéque viuendũ, iis omnis grauis eſt ætas. Qui nont rien deulx meſme qui les puiſſe aider a viure.

Opis egens dixit Cicero lib. 3. Tuſcul.

Non opis eſt noſtræ Dido. Virg. Il nous eſt impoſſible.

Opem veteres etiam pro opulẽtia dixere. Cic. lib. 3. Tuſcul. O Priami domus ſeptum altiſono cardine templum, vidi ego te aſtantem ope barbarica.

Opes opum, opibus, pluraliter tantũ, Diuitiæ dicuntur. Virg. Auxilio tutos dimittã, opibuſque iuuabo. Mart. Dantur opes nullis nunc niſi diuitibus.

Opes pro auxilio. Plaut. in Aſin. 5. 92, Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus, omni copia: ſupplicabo, obſecrabo, vt quenque amicum videro. Virg. Non hæc humanis opibus, non arte magiſtra Eueniunt. Id, eſt, auxiliis & viribus. Horat. Donec minor in certamine longo Implorauit opes hominis. Cic. ad Q. fratrẽ, Nũc ita accidit, vt neque prætores ſuis opibus, neque ſtudio noſtro quicquam proficere poſſimus.

Opes, Poſſibilitas. Ouid. lib. 3. Faſt. Sed timuit magnas Pygmalionis opes.

OPSONIVM opſonii, n. g. Dicitur quicquid vltra panem & vinũ in cibo adiicitur. Græcè ὀψώνιον. Plaut. in Aulul. 2. 5, Dat coquos cum opſonio.

Opſono opſonas, opſonare, & Opſonor opſonaris, opſonari, deponẽs, Emere ſeu præparare res neceſſarias ad opſonandum, hoc eſt aliquid cum pane comedendum ſeu conuiuandũ. Acheter viandes pour quelque banquet ou feſte. Plaut. in Caſina, 10. 55, Tene marſupium, abi, atque opſona, propera. Idem in Capt. 8. 14, Ipſi opſonant, quæ paraſitorum antè erat prouincia. Idem in Aulul. 9. 1. Poſtquam opſonauit herus, & conduxit coquos. Terent. in Adelph. 5. 9. 7, Et quidem porrò hæc, opſonare, cum fide ſcortum adducere.

Opſonare decem talentis. Acheter viandes pour dix talents. Terẽt. in And. 2. 6. 20, Vix, inquit, drachmis opſonatus eſt decem.

Opſonare prandium. Plautus in Pœnulo, 19. 16, Ego me moror propemodum, hoc opſonare prandium potero mihi.

Opſonare opſonium. Plaut. in Sticho, 7. 36, Ibo, atque opſonabo opſonium.

Cœnæ opſonaui. Plautus.

Opſonito opſonitas, opſonitare, Frequentatiuum, Sæpe opſonare. Næuius, Multi mecum eo die opſonitauere.

Opſonatus opſonatus opſonatui, Ipſa opſonatio, Viandes achetees pour vng banquet. Plaut. in Trucul. Dedi equidem hodie quinque argenti deferri minas, præterea vnam in opſonatum.

Opſonator opſonatoris, Qui emit opſonia, & coquo ad coquẽdum tradit. Plaut. in Mil. 10. 72, Vel primarium paraſitum, atque opſonatorem optimum.

OPTIMVS, ſuperlatiuum eſt à bonus, Treſbon. Plin. in Paneg. 130, Itaque optimũ quenque niti & contendere decet, vt poſt ſe quoque reip. profit. Cic. pro P. Seſtio, Vt ſua cõſilia optimo cuique probarentur.

Optimũ eſt. Plaut. in Aſin. 13. 41, Optumum eſt, ita ſcilicet facturam. Il eſt treſbon que ainſi elle face.

Optima fide, Id eſt citra omnem prorſus ſimulationem remiſſionémque. Plin. lib. 7, Illa fuit vera & incõparabilis inuicti animi ſublimitas, captis apud Pharſaliam Pompeii Magni ſcriniis epiſtolarum, iterúmque apud Tapſæ Scipionis, ea optima concremaſſe fide, atque non legiſſe.

Optimo iure prædia, Dicuntur quæ immunia prorſus ſunt, id eſt vt nunc loquimur, alaudialia. Cic. de lege Agraria, Optimo enim iure ea ſunt profectò prædia quæ optima conditione ſunt.

Optimè, aduerbium, Treſbien. Terent. in And. 3. 4. 14, Hem quid dixti? D. optumè inquam factum. C'eſt treſ bien faict. Idem in Eunucho, 1. 2. 21, Potin' eſt hic tacere? P. egóne? optimè. Fort bien. Idem in And. 4. 6. 22, Optimè hoſpes pol Crito antiquum obtines.

Optimè eſt. Terent. in Adelphis, 5. 5. 3, Quid fit? quid agitur? S. rectè. D. optimè eſt. C'eſt bien faict.

Optimé, Opportunè. En temps, tout a point. Terent. in Eunucho, Adeſt optimè ipſe frater. Idem in Hecyra, 2. 2. 4, Atque eccum Phidippum optumè ipſe video. Idem in Heaut. 4. 3. 45, Age age, traducatur Bacchis. S. optimè ipſa exit foras.

Optimè in tempore. Plaut. in Capt. 13. 67, Optimè mihi in tempore aduenit.

Optimitas optimitatis, Vtilitas, commodum. Plaut. in Aſin. 7. 16, Maximas optimitates, gaudióque offertiſſimas ſuis heris ille vnà mecum pariet.

OPTIMAS, optimatis, m. g. Optimates dicuntur, qui primum in ciuitate locum tenent, vel

quòd opulẽtiores ſunt in maiori cẽſu, vel quòd in primis opem ferre poſſunt oppreſſis. Cic. pro Seſtio ſic dicit, Duo genera ſemper in hac ciuitate fuerũt eorũ qui verſari in rep. atque in ea ſe excellẽtius gerere ſtuduerunt: quibus ex generibus alteri ſe populares, alteri optimates & haberi & eſſe voluerũt. Qui ea quæ faciebãt, quæque dicebãt, multitudini iucũda eſſe volebãt, populares: Qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur, optimates habebãtur. Ibidem, Optimates ſunt omnes qui neque nocentes, nec natura improbi, nec furioſi, nec malis domeſticis impediti. Priſcianus lib. v, Optimates ſunt qui defendunt ſenatores: populares, qui defendũt populũ. Cice. Attico, lib. x, Vide ne dũ pudet te parũ optimatẽ eſſe, parũ diligẽter quod optimũ ſit eligas. Ibidẽ, Quòd ſi te aut voces optimatũ cõmouẽt.

OPTO, optas, optare, Deſyrer. Terent. in Heaut. 4.5.8, Optabit rurſum vt abeat ab ſe filius. Cic. Sulpitio, lib. 4, epiſt. Itaque mihi venire in mentem nil poteſt non modo quid ſperem, ſed vix iam quid audeam optare. Idem Q. fratri, lib. 2, Id erat huiuſmodi, vt magis optãdum, quàm ſperandum putarem.

Optare, Eligere, Choiſir, Eſlire. Plaut. in Aulul. 3.11, Inopem optauit potius eum relinquere, quàm eum theſaurũ cõmonſtraret filio. Il a mieulx ayme. Terent. in And. 4.5.2, Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hîc diuitias potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere. Cice. lib. 1, de off. Quæque maiori parti pulcherrima videantur, ea maximè optant. Virg. lib. 1, Optauitque locum tectis.

Optare, Precibus poſtulare. Plautus in Aſin. 12.130, Opta id, quod vt contingat tibi, vis. AR. quid ſi optaro? L. eueniet. AR. opto annũ hunc perpetuũ mihi huius operas. LE. impetraſti. Terent. in Eunucho, 5.9.27, Quod vis donum & præmium à me optato: id optatum feres. Virg. Et reor, & ſi quid veri mens augurat, opto.

Optatus optata optatum, Qui eſt deſyre. Plaut. in Aulul. 11.1, Optati ciues, populares, incolæ, accolæ, aduenæ omnes, date viam.

Optati dicuntur, qui in honeſtum aliquem gradum ſunt electi.

Optato, aduerbiũ, Quaſi cum deſyderio. Terẽt. in And. 3.3.2, Iubeo Chremetem. c. ô te ipſum quærebam. s. & ego te. c. optato aduenis. Ie deſyroie ta venue.

Optabilis & hoc optabile, Qui eſt digne deſtre deſyre.

Optabilis, Plaiſant, ioyeulx, aggreable. Cic. Luceio, Quæ etſi nobis optabiles in experiendo non fuerunt, in legendo tamen erunt iucundæ.

Optio optionis, f. g. Chois, election. Plaut. in Caſina, 4.13, Nec mihi meum ius optinendi optio eſt. Ibidem, 6.13, Optio tua eſt, vtram harum vis cõditionem, accipe. Ceſt a toy le chois, ou a choiſir. Idem in Mil. 10.74, Quid ad illas artes optes, ſi optio eueniat tibi?

OPVLENTVS opulenta opulentum, Diues, & opibus abundãs. Qui eſt riche. Qui rebus abundat terræ, quaſi diuitiarum plenus. Plaut. in Amphit. 4.14, Opulento homini hoc ſeruitus dura eſt. Cic. de Amicitia, 43, Et inopes quàm opulenti.

Opulentus auro, Plaut. in Epid. 5.112.

Opulentum opſoniũ. Plaut. in Bacchid. 1 63, Tu facito opulentum opſonium, ego opſonabo.

Opulentia opulentiæ, f. g. Richeſſe. Plaut. in Bacchid. 9.22, Sed antequã illa vnquã meis opulẽtiis ramẽta fiat grauior, aut propenſior, mori me malim miſera excruciatum inopia.

Opulentitas opulentitatis, f. g. Idem. Plaut. in Mil. 16.34, Quaſi que eius opulentitatẽ reuerearis.

OPVS operis, n. g. Finis & fructus operæ. Ouurage, Labeur. Plaut. in Trucul. 19.13, Nunquã hoc vno die efficiatur opus, quin opus ſemper fiet.

Opus facere. Terent. in Eunu. 2.1.14, Opus faciam, vt defatiger vſque, ingratus vt dormiam. Idem in Heaut. Quod in opere faciundo, operæ conſumis tuæ.

Opus adeſt. Plaut. in Amphit. 4.17, Quo facto aut dicto adeſt opus, quietus ne ſis.

Opus eſt, Il eſt neceſſaire. Cic. Attico, lib. x 1, Neq; enim hoc, quod agitur, videtur diuturnũ eſſe poſſe, vt ſcire iam poſſim quid maximè opus ſit. Terent. in Phor. 4.5.4, Vt cautus eſt, vbi nihil opus eſt.

Opus eſt nihil deeſſe. Cic. de Amicitia, 47, Atque haud ſcio ánne opus ſit quidem nihil vnquam omnino deeſſe amicis.

Opus eſt, Il fault. Accuſatiuo aliquãdo iungitur. Plaut. in Trucul. 19.9, Puero opus eſt cibum. Cic. Attico, lib. 15, Equidẽ video mihi quoq; opus eſſe viaticũ: ſed id ex prædiis, vt cadet, ita ſoluetur. Terẽt. in And. 4.4.7, Quia ſi forte opus ſit ad herum iurandum mihi nõ apposuiſſe, vt liquido poſſim.

Opus eſt, cum ablatiuo. Plaut. in Trucul. 19.12, Nũc opus eſt carbonibus, faſciis: opus eſt puluinis. Idem in Capt. 6.41, Ad rem diuinam, quibus eſt opus, Samiis vaſis vtitur.

Opus eſt conuento. Plaut. in Curcul. 7. 23, Ita res ſubita eſt, celeriter mihi hoc homine conuento eſt opus.

Opus eſt exquiſito. Plaut. in Amphit. 7. 70, Sequere hâc igitur me. nam mihi iſtuc primum exquiſito opus eſt.

Opus eſt facto. Plaut. in Amphit. 6. 7, Citius quod non facto eſt vſus, fit, quàm quod facto eſt opus. Terent. in And. 3. 2. 10, Non imperabat coràm quid opus facto eſſet puerperæ. Idem in Heaut. 1. 1. 28, Mihi ſic eſt vſus: tibi vt opus eſt facto, face.

Opus eſt parato. Terẽt. in And. 3. 2. 42, Imò abi intrò: ibi me operire: & quod parato opus eſt para.

Opus eſt viſo. Plaut. in Capt. 5. 32, Tamen viſo opus, cauto eſt opus, vt ſobriè ſinéque arbitris hoc agatur.

Opus eſt vt. Plaut. in Trucul. 10. 20, Nunc tibi opus, ægram vt tu aſſimules.

Opus eſt remiſſam an &c. Terẽt. in Hecyra, 4. 4. 43, Voſmet videte iam, Laches, & tu Pamphile, remiſſam opus ſit vobis an reductam domum.

Opus ſunt. Plaut. in Capt. 4. 61, Iam maritumi omnes milites opus ſunt tibi. Ils te ſont neceſſaires. Terent. in Heaut. 4. 8. 15, Vt cum deſponderim, des qui aurum ac veſtem atque alia, quæ opus ſunt. De quoy on ha beſoing, ou affaire.

Opere magno orare. Plaut. in Caſina, 2. 20, Vos omnes opere magno oratos eſſe volo, benignè vt operam detis ad noſtrum gregem. Ie vous prie fort que &c.

Opere maximo. Plaut. in Mil. 3. 76, Nam rex Seleucus me opere orauit maxumo vt ſibi latrones cogerem & conſcriberem. Il ma prie autant quil eſtoit poſſible. Terent. in Eunucho, 3. 3. 26, Thais maximo te orabat opere vt cras redires.

Opere tãto. Plaut. in Epid. 14. 56, Quid iſti oratis opere tanto? Pour quoy le pries vous tant?

Opuſculum opuſculi, n. g. diminutiuum, Petit oeuure, ou ouurage.

OPVLVS, Genus vineæ vbi traduces poſſunt fieri vitium, vt Mediolanenſes faciunt in arboribus quas vocant opulos.

O R

ORA, oræ, f. g. Extremitas cuiuſque rei. La fin de quelque choſe. Virg. Et mecum ingẽtis oras euoluere belli.

Oræ, veſtimentorum extrema dicuntur. Les bors dung habillement.

Oræ, Regionũ terrarúmq; fines, & maritimæ ipſæ regiones. Virg. Arma, virúmq; cano, Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus, Lauináque venit Littora.

Plinius cum oram dicit, ferè ſemper regionem litoralem appellat, apud quem velut peculiaris eſt talis locutio, In ora ſunt ciuitates, & oppida oræ proxima.

Oram ſoluere, Eſt nauigare, & ab ora, id eſt litorali regione ſoluere retinacula nauium & diſcedere. Quintil. Permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur.

Oram, quidam dicunt ſignificare nauticum funem, quo nauis ad terram ligatur: allegántque Quintilianũ dicentem, Permittamus vela ventis, & oram ſoluentibus bene precemur. Liuius lib. XXVIII, In ipſis quoque trepidatũ nauibus, dum ne hoſtes cum ſuis erumperent, trahũt ſcalas, oráſque & anchoras ne in molientibus mora eſſet, præcidũt. Eruditi tamen negãt oram inueniri pro fune nautico apud idoneos authores, cum ne in Liuio quidẽ oras, ſed lora, vt ex vetuſto codice liquet, ſcriptum reperiatur.

Ora pro initio rei vſus eſt Cæcilius (inquit Feſtus) cum ait, Oram reperire nullam, quam expediàm, queo.

ORACVLVM oraculi, Ab ore dicitur, inquit Priſcianus. Deorũ reſponſum. Cic. lib. Top. Oracula ex eo ipſo appellata ſunt, quòd ineſt his deorum oratio. Virgilius, Scitatum oracula Phœbi Mittimus.

Oraculum, pro templo in quo reſponſa dantur, aliquando ponitur.

Oraculum, Dictum alicuius. Vnde dicimus, Oraculum Catonis eſt.

Oraculum, Cum quis in ſomniis aliquid nobis denuntiat.

ORATA, oratæ, f. g. authore Feſto, genus piſcis appellatur à colore auri, quod ruſtici orum dicebant, vt auriculas oriculas, vtque Sergium quendam prædiuitem, quòd duobus annulis aureis & grandibus vteretur, Oratam dicunt eſſe appellatum. Dicitur & aurata apud Martialem, Non omnis laudem pretiúmque aurata meretur.

ORATIO, & ORATOR, vide ORO oras.

ORBIS huius orbis, m. g. Circulus dicitur. Vng cercle.

Orbis ſaltatorius. Cicero in Piſonem, Cum collegæ tui domus cantu & cymbalis perſonaret, cúmque ipſe nudus in conuiuio ſaltaret: in quo ne tum quidem, cum illum ſuum ſaltatoriũ verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat.

Orbis, Operculum in orbem factum, Couuercle. Cato de re ruſtica, cap. 10, Molilia tria, abacum vnum, orbes æneos duos, menſas duas, ſcamna magna tria.

Orbis, pro contextu & ſerie continua ponitur. Quintil. lib. 1x, Hiſtoria non tam finitos numeros, quàm orbem quendam contextúmque deſyderat. nanque omnia eius membra connexa ſunt. Quelle ſoit eſcripte de ſuyte & dordre. Virg. in ſecũdo georg. Redit agricolis labor actus in orbem, Atque in ſe, ſua per veſtigia voluitur annus. Ceſt touſiours a refaire vne meſme choſe. Ceſt tout vng meſme labeur. Liuius lib. v1, ab vrbe cond. Cum in ſex partes diuiſus exercitus Romanus ſenis horis in orbem ſuccederet prælio.

Orbis, Mundus, à rotunditate. Plin. in prologo libri tertii, Terrarũ orbis vniuerſus in tres diuiditur partes, Europam, Aſiam, Africam.

Orbe ſocietatis. Plin. epiſt. 207, Primum eſt autem, ſuo eſſe contentum, deinde quos præcipuè ſcias indigere, ſuſtentantem, fouentémque orbe quodam ſocietatis ambire.

Orbes facere. Salluſt. in Iurgutha, Denique Romani veteres, nouíque, & ob ea ſcientes belli, ſi quos locus aut caſus coniunxerat, orbes facere. atque ita ab omnibus partibus ſimul tecti, & inſtructi, hoſtium vim ſuſtentabant.

Orbiculatus orbiculata orbiculatum, Quod in orbem & circuitum factum eſt, à figura orbis in orbitatem circũacti, vt poma orbiculata, Qui ſont rondes. Varro de re ruſtica, lib. 1, cap. 59, Conditiua mala ſtruthea, cotonea, ſcantiana, quiriniana, orbiculata, & quę antea muſtea vocabantur. Columella lib. v. cap. x, Præterea malorum genera exquirenda, maximè ſcandiana, matiana, orbiculata, ſextiana, peluſiana.

Orbilis & hoc orbile, Qui eſt faict en rond.

Orbile, Le moyeu dune roue, dedans lequel tourne laiſſeul. Varro de re ruſtica, lib. 4. cap. 5, In inſula eſt columnella, in qua intus axis, qui pro menſa ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremum, vbi orbile ſolet eſſe acutum, tabula cauata ſit.

ORBITA, orbitæ, f. g. Rota, ſiue currus. Virg. lib. 3. georg. Iuuat ire iugis qua nulla priorum Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Orbita, Veſtigium decurrẽtis in viis rotæ ex curſu. Plin. lib. 8, Iidem vbicunque ſint, orbitam ſi tranſiere, moriuntur. Scilicet mures. Vne orniere que vne roue faict per le chemin.

Orbita, Rotunditas. Virg. in AEtna, Scire modum, & quanto minor orbita lunæ eſt.

Orbicus orbica orbicum, Per orbem ductum, ſeu circularem, interprete Nonio. Varro, Vt ſydera cæli circa terram atque axem voluuntur motu orbico.

ORBITAS, vide ORBVS.

ORBVS orba orbum, Proprie dicitur oculorum luce priuatus. Aueugle. Iuuenalis, Dudũ vigilantibus orbis.

Orbus, per tranſlationem dicitur quicunque aliqua re chara priuatus eſt.

Orbus auxilii. Plautus in Rud. 10. 18, Orbas auxiliíque opúmque recepit huc ad ſe. Deſtituees daide.

Orba ab optimatibus. Cic. pro L. Flacco, Vſque eo orba fuit ab optimatibus illa concio, vt princeps principum eſſet Meandrius.

Orbus pater dicitur, qui amiſſit liberos, quaſi amiſſerit oculorum lucem.

Orbus, Orphelin, Qui parentes amiſit. Terent. in Adelph. 4. 5. 16, Hæc virgo orba eſt patre. Idem, Orbæ qui proximi ſunt, vxorem ducant.

Orbitas orbitatis, Illa patrum qualitas, poſt amiſſos liberos, & vxoris viduitas poſt amiſſum maritum. Plin. in Paneg. 54, Nulla iam teſtamenta ſecura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant.

Orbitas, Orphanitas, Orfanté. Plaut. in Capt. 12. 105, Quaſi in orbitatẽ liberos produxerim. Plin. in Paneg. 59, Ciuitáſque Rómana inſtar erat odii & diſcordiæ & orbitatis, cũ chariſſima pignora, ſalua ipſorum pietate, diſtraheret.

Orbitudo orbitudinis, f. g. Idem quod orbitas. Accius, Miſeret lachrymarum, luctuum, orbitudinis. Turpilius, Hoc te oro, vt illius cõmiſereſcat, miſeræ orbitudinis. Pacuuius, Vel cum illum videas ſolicitum orbitudine.

Orbo orbas, orbare, Priuare. Cic. de Amicitia, 9, Moueor enim tali amico orbatus, qualis, vt arbitror, nemo vnquam erit, & vt confirmare poſſum, nemo certè fuit. Ibidem, 86, Et ſi illis

planè orbatus eſſem, magnum tamen afferret mihi ætas ipſa ſolatium.

ORCA orcæ, f.g. Genus beluæ marimæ, balenis infeſtum, inquit Feſtus. Plin. lib. 9. cap. 6, Balenæ & in noſtra maria penetrant. In Gaditano oceano non ante brumam conſpici eas tradũt, condi autem æſtatis temporibus in quodam ſinu placido, & capaci, mirè gaudentes ibi parere. Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repręſentatione exprimi poſſit alia, quàm carnis immenſæ dentibus truculentæ. Irrumpunt ergo in ſecreta, ac vitulos earũ & fœtas, vel etiãnum grauidas lacerant morſu, incurſúque ceu Liburnicarum roſtris fodiunt.

Orcæ, ad illius animalis ſimilitudinem dicuntur vaſa vinaria, ſunt enim teretes atque vniformi ſpecie, authore Feſto. Varro de re ruſtica, lib. 1, Sæpe vbi cõditum vinum nouum orcæ, vt in Hiſpania, feruore muſti ruptæ.

Orca, vas in quo fici adſeruantur. Plin. lib. xv, At vbi copia ficorum abundat, implentur orcæ, in Aſia cadi.

Orca, Capſa pigmentorum muliebrium. Plin. lib. 35, Vſta caſu reperta incendio pyræ ceruſa in orcis cremata.

Orca, Gẽma. Plin. lib. 37. cap. 10, Orca barbari nominis, è nigro fuluóque ac viridi & cãdido.

Orcula, diminutiuum ab orca. Cato de re ruſtica, Cyminum, fœniculum, rutam, mentam, in orculam condito.

ORCHESTRA, orcheſtræ, f.g. Spatium in theatro, in quo ſenatorum & honorificentiſſimorũ erant loca deſignata, & ſcenici artifices ſuas per orcheſtram præſtabant actiones, vt ſcribit Victruuius lib. v. Cuius pulpiti altitudo non erat quinque pedibus altior, vt ſedentes ſpectare poſſent omnium gentium geſtus. Cice. de prouinciis conſularibus, Itaque ille alter aut ipſe eſt homo dictus, & à ſuis Græcis ſubtilius eruditus, quibuſcũ iam in orcheſtra helluatur, antea poſt ſciparium ſolebat. Suet. Deinde in orcheſtram ſenatúmque deſcendit, & orationis quidem carminiſque Latini coronam, de qua honeſtiſſimus quiſque contenderat, ſumpſit.

Orcheſtram pro ſeſſione ſenatus & primorum poſuit Iuuenalis, cum ait, Similémque videbis Orcheſtram & populum.

Orcheſtra dicta quòd in ea ſaltationes fieri conſueuiſſent. nam apud Græcos ὀρχέομαι, tripudio & ſalto ſignificat.

ORCHIS orchitis, f.g. Genus oliuarũ, quæ à teſticulis nomen ſumpſerunt, vt inquit Seruius, lib. 3, georg. Nã ὄρχεις teſtes dicũtur. Vnde etiã vocãtur teſticulares oliuæ. Feſt⁹, Orchis, gen⁹ oliuæ ex Græco dictũ, ὄρχεις, quòd magnitudine ſit, inſtar teſticulorũ. Virg. Orchites & radii & amara poſia bacca. Cato de re ruſt. cap. 7, Item alia genera quàmplurima ferito, aut inſerito: oleas orchites, poſias, eæ optimæ conduntur vel virides in muria vel in lentiſco contuſæ.

Columella lib. 5. cap. 8, Orchis quoque & radius melius ad eſcam quàm in liquorẽ ſtringitur.

Orchis, herba, de qua Plinius lib. 16. cap. 10, Sed inter pauca mirabilis eſt orchis herba ſiue ſerapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice, teſticulis ſimili, ita vt maior, ſiue (vt aliqui dicunt) durior, ex aqua pota excitet libidinem: minor ſiue mollior, è lacte caprino inhibeat.

ORCVS orci, m.g. Obſcuritas inferorũ. Plaut. in Aſin. 12. 16, Bene vale: apud orcum te videbo. Idem in Epid. 4. 10, Sacrificas orco illicò hoſtias. Cic. in Verrẽ, act. 6, Hic dolor erat tantus vt Verres alter orcus veniſſe Ennam & nõ Proſerpinã aſportaſſe, ſed ipſam abripuiſſe Cererem videretur.

Orcus (inquit Feſtus) ab vrgendo dictus ad mortem. c, enim pro g frequenter ponebant antiqui. Quidam ab ὅρκος quod eſt iuramentum deducunt, quòd per illum, id eſt per ſtygem paludem, à qua profluit, iurabant dii, nec peierare licebat.

ORDINO ordinas, ordinare, vide ORDO

ORDIOR, ordiris, orſus & orditus ſum facit, teſte Priſciano, ordiri, Incipere. Plaut. in Trinũmo, 17. 13, Sed maneam etiam opinor: nanque hic cõmodũ orditur loqui. Liuius lib. 1, Vnus rem ex cõpoſito orditur. Id eſt narrare incipit. Cic. lib. 5. Tuſcul. Vnde igitur rectius ordiri poſſumus, quàm à communi parente natura, quæ quicquid genuit, non modo animal, ſed etiam quod ita ortum eſſet ex terra, vt ſtirpibus ſuis niteretur, in ſuo genere perfectum eſſe voluit?

Orſus dicitur, qui fari incœpit. Virg. Veneris contra ſic filius orſus. Idem, Sic orſus ab alto.

Orſum poetæ aliquando pro eo qui finit abuſiuè poſuerunt. Virg. Sic orſus Apollo Mortalis viſus medio ſermone reliquit.

Orſus, paſſiuè, pro incœpto. Liuius lib. 1, Vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Orditus præteritum, ad telæ vel alterius huiuſmodi compoſitionem ſpectat.

ORDO ordinis, m. g. Eſt digeſtio, & in ſuo cuiuſque loco collocatio. Ordre.

Ordine aliquid dicere. Par ordre, ſelon lordre que la choſe a eſte faicte. Terent. in Phor. 4. 1. 14, Nam hanc conditionem ſi cui tulero extrario, quo pacto, aut vnde mihi ſit, dicendum ordine eſt. Idem in Eunuch. 5. 5. 28, Ego abeo intrò: tu iſti narrato omnem rem ordine, vt factum ſiet. Idem in Heaut. 4. 3. 28, Imò vt recta via rem narret ordine. Plautus in Caſ. 23. 1, Memora ordine vt occœperas.

Ordine rem ſcire. Plautus in Pſeud. 23. 22, Omnia vt quicque egiſti, ordine ſcio. Idem in Perſa, 4. 11, Vt ordine omnem rem tenet!

Ordo, aliquãdo ponitur pro eo quod vulgus ſtatum vocat. vt ordo ſenatorius, ordo equeſtris. Cic. de prætura vrbana, M. Octauium hominem ornatiſſimũ loco, nomine, ordine, virtute.

Ordo, pro ipſis hominibus aliquãdo accipitur. Cic. Qui apud omnes ordines eſſet gratioſus. Id eſt, apud omnium ordinum homines. Salluſt. Sæpenumero patres cõſcripti, multa verba in hoc ordine feci.

Ordo ampliſſimus, ſenatorius vocitabatur. Cic. pro domo ſua ad pontif. Quid cum ſenatum pro me non modo propugnare ampliſſimum ordinem, ſed etiam plorare, & ſupplicare mutata veſte prohiberent, ne tum quidem vis erat. Idem de prouinciis conſularibus, Reduxit me cum illo in gratiam ordo ampliſſimus, & ordo is qui eſt & publici conſilii & meorũ omnium conſiliorum author & princeps.

Ordo, ad fortunas quandoque refertur. Vnde Donatus expónens illud Terentii in Eunucho, 2. 2. 3, Cõueni hodie adueniens quendã mei loci hinc atque ordinis. dicit ordinis pro paupere. Plautus in Aulul. 7. 55, pauperem Euclionem introducens, Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. Ceulx de mon eſtat, qui ſont poures comme moy. Cic. in Diuinatione, Vobis autem tanta inopia rerũ vt mihi cauſſam præripere conemini potius quàm aliquos à columna Menia veſtri ordinis reos reperiatis. Id eſt fures & ſeruos nequam, qui apud Triumviros capitales puniri ſolent ad columnã Meniam, vt inquit Aſconius. Idem in Verrem, act. 2, Homo tamen ordinis ſui frugaliſſimus, Petirius, hæc eadem Lampſaci cognoſce dixit. Id eſt, vt nunc vulgus loquitur, homo ſtatus ſui honeſtiſſimus.

Ordinis inferioris amici. Cic. de Amicitia, 61, Nunquam ſe ille Philo, nũquam Rutilio, nunquam Mummio antepoſuit, nunquam inferioris ordinis amicis.

In ordinem redigere. Antiqui cum ſignificare volebant hominem inter ſuæ cõditionis homines retinendum, continendúmque, id eſt (vt vulgo loquimur) ſuo ſtatu contentum eſſe cogendum, in ordinem eum redigendum, vel etiam cogendum dictitabant, hoc eſt inter vulgares & gregarios annumerãdum. Plinius ad Falconem, Conſulis an exiſtimem te in tribunatu cauſſas agere decere. Plurimũ refert quid eſſe tribunũ putes, Inanem vmbrã & ſine honore nomẽ an poteſtatẽ ſacroſanctã, & quã in ordinẽ cogi vt à nullo, ita ne à ſe quidem deceat! Idem lib. 2. epiſt. Frugalitatem enim ſuam oſtendere volens, & in victu parſimoniã, eleganter hoc verbo vſus eſt. Liberti (inquit) mei non idem quod ego bibunt, ſed idem ego quod liberti. & mehercule ſi gulæ temperes, non eſt oneroſum quo vtaris cõmunicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quaſi in ordinem redigenda eſt, ſi ſumptibus parcas. Id eſt, de rango aliorum ponenda eſt, vt vulgus loquitur, hoc ſenſu, Si parſimoniam conſectari velis, ſatius eſt te iiſdem cibis, potúque eodem cum quolibet conuiua veſci vtique quàm ſibi primariũ panem vinúmque cum reliquorum cõtumelia ſtomachationéque ſeponi, quos non iiſdem cibis digneris.

Ordinarius ordinaria ordinarium, In quo ſeruatur ordo.

Ordinarius lapis. Eſt ſtructuræ genus ex lapide ordinario, nec temerè cõgeſtũ, nec ad perpendiculum reſpondens, ſed tamen ordine coagmentatum. Victruuius lib. 2, Itaque non eſt cõtemnenda Græcorum ſtructura. non enim vtuntur molli cæmento polita, ſed cum deceſſerunt à quadrato, ponũt de ſilice ſeu de lapide duro ordinaria. Idem de hiantibus ſtructuris loquens & vitioſis, Quòd ſi quis noluerit in id vitiũ incidere, medio cauo ſeruato, ſecundũ orthoſtatas intrinſecus ex rubro ſaxo quadrato, aut ex teſta & ſilicibus ordinariis ſtruãt bipedales parietes. Ordinarios appellat, nõ incertos, ſed eiuſdem formæ & ordinis, & inter ſe ſimiles.

Ordino ordinas, ordinare, Diſponere qui cuique locus eſſe debeat. Ordõner, Cõſtituer chaſcune choſe en ſon ordre. Suet. de claris grãmat. 21, Quare citò manumiſſus, Auguſto & inſinuatus eſt quòd eleganter curam ordinandarũ bibliothecarũ in Octauiæ porticu ſuſcepit. Idem in

Augusto, Partitis post victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandũ, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos recepisset, neque veteranorũ, neque possessorum gratiam tenuit. Curtius, Forsitan dii ita fata ordinauerunt.

Ordinare, Aliquem ad honorem & magistratũ promouere, hoc est (vt Cicero loquitur) ornare, honoribúsque augere. Suet. in Vespasiano, Quendam è charis ministris dispensationem cuidam quasi fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatũ ad se vocauit, exactáque pecunia quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Est enim ordinare quasi in ordines adoptare, vel in ordinem municipalem prouehere.

Ordinatio ordinationis, f. g. Ordõnance. Plin. in Paneg. 121, Nam quod precatus es vt illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac fœliciter eueniret nobis, reip. nonne tibi tale est, vt nos hunc ordinem votorum conuertere debeamus?

Ordinatim, aduerbium, Par ordre. Brutus Ciceroni, lib. x 1, epist. Ille enim it passim, ego ordinatim: quacunque iuit, ergastula soluit.

OREXIS, huiꝰ orexis, f. g. Latinè dicitur appetitus seu esuritio. ab ὀρέγομαι, quod est appeto. Quidam etiam pro vomitu accipiunt. Iuuenalis, Rabidam facturus orexim. Idem, Hinc surgit orexis, Hinc stomacho bilis. Plin. Prisco, Insidens febris, tussis, orexis, sũma macies.

ORGANVM organi, Instrumentum latinè dicitur.

Organum enim erat meum senatus, id iam dissolutum. Cic. Bruto, lib. x 1. epist.

Organa per excellentiam dicuntur omnia musicorum instrumenta.

Organum pro cythara posuit Iuuenalis, Prætoribus organa semper in manibus, densi radiant testudine tota Sardoniches, crispo numerantur pectine chordæ.

Organum, Instrumentum quoddam ædificii. Victruuius lib. x, Inter machinas & organa id videtur esse discrimen, quòd machinæ pluribus operibus in maiores coguntur effectus, vt balistæ, torcularium̃que præla. Organa autem, vnius operæ propositum, vti scorpionis.

Organum apud Columellã lib. 4, accipitur pro instrumento ad metiendũ apto, cum dicit, Sic compositum organum, cum in sulcum dimissum est, litem domini & conductoris sine iniuria deducit.

Organarius organarii, Organorum fabricator. Firmicus lib. 2, scribit Mercurium cum Venere in 6, ab horoscopo facere organarios & myropolas.

ORIA, oriæ, Nauis piscatoria, inquit Nonius. Plautus in Rud. Saluete oria mari fluctuoso. Ibidem, Mea opera laborare & rete & oria. Idem, Malo hunc alligari ad oriam, vt semper piscetur, etsi sit tempestas maxima.

ORICHALCVM orichalci, n. g. AEs aurei coloris. Du laiton. Plaut. in Pseud. 10. 22, Di immortales, orichalco contra nõ carũ fuit meũ mendaciũ hîc modo quod subito cõmẽtus fui. Græci ὀρίχαλκος, ab ὄρος, quod est mons: quia in montibus foditur. Alii aurichalchũ scribũt.

ORIFICIVM orificii dicitur quod in quacunque re patet.

ORIGANVM, origani, Herba, de qua Plinius sic scribit lib. 20. cap. 17, Origanum quod in sapore cunilam æmulatur, plura genera in medicina habet, & onitin vel prasion appellant, nõ dissimile hyssopo.

ORIGO originis, fœ. g. Ab orior oriris deriuatur, & genus significat. La rasse, Ce dont vient premierement quelque chose. Source.

Originalis & hoc originale, Originalis decor, originalis macula, originale delictum. Qui vient des peres.

Originarius originaria originarium, Idem.

ORIOR, oriris, vel oreris, ortus sum, oriri, Est nasci vel surgere, vt inquit Festꝰ, Naistre, sourdre, se leuer. Ouid. lib. x. Metamorph. Tu quoties oreris, viridique in cespite flores.

Oritur clamor. Plautus in Aulul. 14. 6. Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proximo? Quel bruyt commence ie a ouyr dici pres?

Oritur facinus ex te. Plaut. in Pœn. 14. 67, Atque ei quoque vt non enuntiet id esse facinus ex te ortum. Que ceste meschantete soit venue de toy. Terent. in Adel. 2. 1. 35, Tamen tibi à me nulla est orta iniuria. Idem in Adel. 3. 3. 89, Haud citò mali quid ortũ ex hoc sit publicé. Ne viendra point de par luy.

Ortum est abs te. Terent. in And. 3. 2. 9, Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? Que cela vient de toy? Idem in Eunucho, 5. 5. 24, Nam hoc putant, quicquid factum est, ex te esse ortum.

Oritur fons in monte, Se sord. Plin. epist. 95. a, Oritur fons in monte, per saxa decurrit.

Oritur ab his ſermo. Cic.de Amicitia,5.C.Fannius & Q̃.Mutius ad ſocerum veniunt poſt mortem Africani.ab his ſermo oritur.reſpondet Lælius. Ils meuuent les parolles. Ils commencent a diuiſer,& demander.

Ortus ex eo loco,Ne & natif de ce lieu la. Terent.in Eunucho,2.2.10.Vidén' mé ex eodem ortum loco?

Oriturus participium futuri,tanquam à ſupino oritum.

Ortus orta ortum,Qui eſt ne & natif en quelque lieu.Ortus ſum Romæ. Terent.in Eunucho, 2.2.10,Vidén' me ex eodem ortum loco? Ortus eſt ſol.Le ſoleil eſt leue.

Ortus ortus ortui,m.g.Natiuite,naiſcenſe.Cic.Non nobis ſolũ nati ſumus,ortúſq; noſtri partem patria vendicat, partẽ amici. Cic.de Amicitia,31,Et erit huius ortus à natura,quàm ab imbecillitate & grauior & verior.

Ortus ſolis,Le lieu ou ſe lieue le ſoleil.

Ortus aliquandò idem ſignificat quod oriundus. Cæſar lib.2.de bello Gallico ait pleroſque Belgas eſſe ortos à Germanis.Quils eſtoient deſcendus de la lignee des Almans.

Oriens orientis,participium,Qui ſe lieue,ou naiſt.

Oriens,nomen ſubſtantiuum,gen.maſc.La partie dorient,ou le ſoleil ſe lieue.

Oriundus oriunda oriundum,ſignificat locum vnde maiores noſtri ſunt,nóſque originem traximus. Liuius,Nati Carthagine,ſed oriundi à Syracuſis.Id eſt à Syracuſis originem trahẽtes, vnde fuerũt parentes.Deſcendus de gens qui eſtoient de Syracuſe. Idem lib.3.ab vrb.cõd. Quid hoc ſi polluit nobilitatem illam veſtram,quam plerique oriundi ex Albanis & Sabinis, non genere,nec ſanguine,ſed per cooptationem in partes habetis?Deſcendus de la lignee des Albanois.

Oriundus ab Vlyſſe,Qui eſt deſcẽdu de la lignee de Vlyſſes. Liuius,Is longè princeps Latini nominis erat(ſi famæ credimus)ab Vlyſſe,deáque Circe oriumdus. Plin. de viris illuſt.35, Pyrrhus rex Epeirotarum,materno genere ab Achille,paterno ab Hercule oriundus.

Oriundus aliquando ſine præpoſitione,vt apud Liuium,Alba oriundum ſacerdotium.

Oriundus,cum indeclinabilibus aliquando iungitur. Plaut.in Aulul.16.6,Pro re nitorem,& gloriã pro copia qui habent,meminerint ſeſe vnde oriundi ſient.Dont ils ſont deſcendus, de quelle lignee.

Oriundus,pro orto aliquãdo inuenitur, Ne & natif.cum præpoſitione,& aliquãdo ſine præpoſitione.Liuius lib.VIII,Palæpolis fuit haud procul inde vbi nũc Neapolis ſita eſt,duabus vrbibus idem populus habitabat,Cumis erant oriũdi. Plaut.in Pœn.16.92,Nanque haud repudio hoſpitium,neque Carthaginẽ vnde ſum oriundus. P.quî potuit fieri vt Carthagini natus ſis,hic autem habuiſti AEtolum patrem? Columella lib.1,Nam quemadmodũ ſapientis eſt fortuitos caſus magno animo ſuſtinere,ita clementis eſt ipſum ſibi malam facere fortunam:quod facit qui nequam vicinum ſuis nũmis parat, cum à primis cunabulis,ſi modo liberis parentibus eſt oriundus,audiſſe potuerit.

ORITES,oritis,m.g.Gemma,de qua inquit Plinius lib.37.cap.20,Orites globoſa ſpecie, à quibuſdam & ſiderites vocatur,ignem non ſentiens.

ORIZA,orizæ, ſpecies frumenti, folio carnoſo, altitudine cubitali,flore purpureo,ex qua Italici ptiſanam faciunt. Plin.lib.18.cap.10,Adiiciuntur his genera,bromos, ſiligo exceptitia,& tragos,externa omnia ab oriente inuecta, orizæ ſimilia. Tiphe & ipſa eiuſdem generis,ex qua fit in noſtro orbe oriza. apud Græcos eſt zia. tradúntque eam ac tiphen,cum ſint degeneres,redire ad frumentũ,ſi piſtæ ſerantur,nec protinus,ſed tertio anno.

ORNIS,ornithos,f.g.Latinè dicitur auis vel gallina.

Ornithon ornithonis,m.g. Varro, Ornithones,auiaria ſunt in quibus ſtabulantur turdi,pauones,& omnes alites quæ intra parietes villæ paſci ſolent.

Ornithoboſcium ornithoboſcii, n.g. Locus ad paſcendum gallinas & aues. Varro, De iis qui ornithoboſcium inſtituere volunt.

ORNO ornas,ornare,Pulchrum facere,Orner,faire beau,accouſtrer. Cic.lib.1.Tuſcul.Nocturnámque cæli formam vndique ſyderibus ornatam. Idem Attico,epiſtola prima ſecundi libri,Quanquam illa tua(legi enim libenter)horridula mihi,atque incompta viſa ſunt.ſed tamen erant ornata hoc ipſo,quòd ornamenta neglexerant. Terẽt.in Eunucho,2.3.85.Age, eamus intrò,nunc iam orna me. Idem in Heaut.2.3.47,Eius anuis cauſſa opinor quæ erat mortua,ſine auro tum ornatam,ita vti quæ ornantur ſibi.

Ornatus in peregrinum modum,Accouſtre dune eſtrange ſorte. Plaut.in Perſa,4.76,Tuam

gnatam tamen ornatam adduce lepidè in peregrinũ modum. Idem in Amphit. 3.119, Propterea ornatus in nouum inceſſi modum.

Ornare, Præparare, aptare, Mettre a point, Appareiller. Plaut. in Caſ. 12.16, Nihil moror, moleſta eſſe nolo. A. non ornatis iſtic apud vos nuptias? Idem in Rud. 4.54, Iubere melius eſt prandiũ ornari domi. Idem in Capt. Ego ibo vt conueniam ſenem, dicam vt ſibi pœnum aliud ornet.

Ornare fugam, Soy præparer a fuyr. Terẽt. in Eunucho, 4.4.6, Paululũ ſi ceſſaſſem Pythia, domi non offendiſſem, ita iam ornabat fugam.

Ornare, Honorare. Cic. Cæſari, Neque vllius officii certum nomen peto, beneuolentiã tuam & liberalitatem peto: neque impedio quominus ſi tibi ita placuerit, etiam hiſce eum ornes gloriæ inſignibus.

Ornare munus verbis, Louer le don que on baille. Terent. in Eunucho, 2.1.8, Munus noſtrum ornato verbis quod poteris. Ornare ſuffragio. Plin. epiſt. 25.d, Sic candidatũ me ſuffragio ornauit. Il me fit ceſt honneur de me dõner ſa voix.

Ornatus ornata ornatum, Orné, accouſtré.

Ornatus bono ingenio. Plaut. in Pœnulo, 4.79, Bono ingenio me eſſe ornatam, quàm auro multo mauolo.

Ornatus ex tuis virtutibus. Terent. in Adel. 2.1.22, Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Ie te accouſtreroye comme tu las deſerui.

Ornatus peſſumè. Plaut. in Aulul. 25.10, Peſſumè ornatus eo, tantum gemiti & malæ mœſtitiæ hic dies mihi obtulit, famem & pauperiem. Ie ſuis treſmal accouſtre.

Ornata ſunt cuncta, Tout eſt mis a point, accouſtre, & appareille. Plaut. in Pſeud. 10.10, Vt lenoni furripiam mulierculam, iam inſtituta, ornata cuncta in ordine habeo, vt volueram.

Ornatus (inquit Feſtus) dicitur qui bonis artibus inſtructus eſt: & honores adeptus à populo: & bene aptus, vt miles aut gladiator, & acturus fabulas.

Ornatus ornatus ornatui, m.g. Ornement, Habit, Veſtement, accouſtrement. Dicitur (authore Feſto) cultus ipſe quo quis ornatur, vt cum dicimus aliquem tragico vel comico ornatu prodire. Plaut. in Caſina, 25.5, Quid agis tu marite mi vir? vnde ornatu hoc aduenis? Idem in Bacchid. 2.17, Non hic placet mihi ornatus.

Ornatus, Appareil. Terent. in And. 2.2.28, Interea introire neminem video, exire neminẽ. matronam nullam. in ædibus nihil ornati, nihil tumulti.

Ornamentum ornamenti, n.g. Ornement.

Ornamenta, Id eſt honores. Cic. in Verrem, act. 7, Vbi ternis denariis æſtimatum frumentũ? vbi muli? vbi tabernacula? vbi tot tantáque ornamẽta magiſtratibus & legatis, ſenatui, populóque Ro. permiſſa & data? Idem Lucinio, Suſcepi mihi perpetuam propugnationem pro omnibus ornamentis tuis.

Ornamento eſſe. Cic. Caſſio, lib. 15. epiſt. Tu puer me appetiſti: ego autem ſemper ornamento te mihi fore duxi. Tu me ſerois en honneur.

ORNVS, orni, fœ.g. Arbor, de qua Columella lib. de arboribus, cap. 16, ſic inquit, Sed ſi aſpera & ſiticuloſa loca arboribus obſerenda erunt, neque opulus, neque vlmus tam idoneæ ſunt, quàm orni: ea ſylueſtres fraxini, paulò latioribꝰ tamẽ foliis quàm cæteræ fraxini, nec deteriorem frondem quàm vlmi præſtant. Capræ quidem & oues libentius etiam hanc frondem appetunt.

ORO oras, orare, Prier. Oro, ab ore fit, inquit Varro de lingua latina lib. v.

Orare, obſecrare ne, vel vt. Plaut. in Caſ. 7.13, Orat, obſecrat, ne Caſinam vxorem ducam. Idem in Capt. 9.11, Hic extemplo orat, obſecratque eum ſibi vt liceat videre.

Orare aliquem per. Plaut. in Amphit. 10.42, Per dexteram tuam te Alcumena oro, obſecro, da mihi hanc veniam. Terent. in And. 1.5.54, Quod ego per hanc te dextram oro & genium tuum, per tuam fidem, perque huius ſolitudinem te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.

Orare pro aliquo. Plaut. in Aſin. 13.28, Si magis religioſa fuerit, tibi dicat: tu pro illa ores vt ſit propitius.

Orare ne. Terent. in Hecyra, 3.2.3, Quod te AEſculapi, & te ſalus, ne quid ſit huius, oro.

Orare vt. Terent. in And. 4.24, Hem Pamphile, optume mihi te offers. P. Quid eſt? M. orare, iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam vt ad ſeſe venias. Ibidem, 3.4.16, Nunc te oro Daue, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias. Plautus in Milite, 20.6, Orant te, vt eas, ventus operam dum dat, vt velum explicent.

Orare aliquid ab aliquo, Eſt petere. Plaut. in Amph. 3.64, Nunc hoc me orare à vobis iuſſit Iuppiter.

Orat ius. Plaut in Trin. 17.36, Ius hic orat. L V. Impetrabit te aduocato atque arbitro. Il ne demande que droit. Idem in Menæch. 24.88, Optumum atque æquiſſimum orat pater. Idem in Perſa, 10.71, Bonum æquúmque oras, ſequere hâc. Terent. in Heaut. 2.3.125, Nam miſerè quendã offendi militem, eius noctẽ orantem. Demãdant a coucher vne nuyt auecque elle.

Orare, cum ſolo accuſatiuo ſignificat agere & dicere. Terent. in Phor. 2.1.62, Seruum hominem cauſſam orare leges non ſinunt.

Orare aliquid alicui. Terent. in And. 3.2.47, Nunc Chremem cõueniam: orabo gnato vxorẽ. Ie luy demanderay ſa fille en mariage pour mon filz.

Orare aliquid ſcire. Plaut. in Pſeud. 9.64, Sed ſcin' quid te orem ſcire? P. ſciam ſi dixeris. Mais ſces tu bien que ie vouldrois que tu ſceuſſes?

Orat ignoſcas. Plaut. in Amphit. 4.103, Velatis manibus orant ignoſcamus peccatum ſuum.

Oro vt. Terẽt. in Eunucho, 5.2.47, Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix ſies.

Orans orantis, participium, Priant. Terent. in Eunucho. 5.5.14, Atque equidem orante vt ne id faceret Thaide.

Oratus orata oratum, Qui eſt prie. Plaut. in Mil. 9.91, Sed ſatin' oratus abit?

Oratum orati. Choſe que on a prie dauoir. Terent. in Hecy. 4.1.61, Ne orata noſtra nequeat diutius celare cum ſciet alienum puerum tolli pro ſuo. Ibidem, 3.3.25, Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lacrumem miſer.

Oratus oratus oratui. Priere. Plaut. in Caſina, 17.17, Aulas peruortũt: ignem reſtingunt aqua: illarum oratu faciunt.

Oratio orationis, f g. Eſt omnis locutio, authore Cicerone in Bruto. Parolle. Plaut. in Merc. 7.43, Nam hunc neſcire ſat ſcio de illa amica: quod ſi ſciret, eſſet alia oratio. Ses parolles ſeroiẽt autres. Il diroit autre choſe. Idem in Caſina, 5.35, Relinque aliquãtum orationis cras quod mecum litiges. Laiſſe quelque choſe a dire pour demain. Idem in Bacchi. Pol ego magis metuo, in monendo ne mihi defuat oratio. Que parolle ne me defaille. Idem in Trin. 9.24, Haud iuxta me aſtiterunt, huc aliquantulum abſceſſero: eſt lubido orationem audire duorum affiniũ. Ie deſyre de ſcauoir queſt ce quilz diſent. Terẽt. in Phor. 1.4.48, Meminiſtin' olim vt fuerit veſtra oratio, in re incipiunda ad defendendam noxiam? Ne vous ſouuient il point des parolles que vous dictes quant ce vint a cõmencer? .Ibidem, 4.1.10, Ibi tum impudẽtiſſima eorum oratio eſt.

Orationis ſatis eſt: ſequere me, ac tace, Plautus in Bacchid. 2.59. Ceſt aſſes dit, aſſes quaquete.

Oratione beneficus. Plautus in Epid. 3.14, Nam quid te mihi eſſe retulit beneficũ oratione, ſi ad rem auxilium emortuum eſt? Que me valent tant de promeſſes ſi &c.

Orationis operam compendi facito, niſi te mala re magna mactari cupis. Ne quaquette point tant ſi tu ne veulx auoir malencontre.

Orationem inuenire. Terẽt. in And. 2.4.4, Venit meditatus alicunde: ex ſolo loco orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te.

Orationem ſibi parare. Plaut. in Pſeud. 7.39, Itur ad te Pſeudole: orationem tibi para aduorſum ſenem. Penſe a ce que tu diras.

Oratio, Magis ad oratorem pertinet, omnique ex parte perfecta eſt: habet numeros, figuras, affectus. Vnde orationes Ciceronis. Terent. in proleg. And. 12, Non ita diſſimili ſunt argumento, ſed tamen diſſimili oratione ſunt factæ, ac ſtylo. Donatus, Oratio in ſenſu eſt: ſtylus in verbis. Oratio ad res refertur: ſtylus ad verba. Stylus non eſt in tempore: ſed prolata oratione. Oratio autem eſt & in cogitatione, & in prolatu. Orationem in ſententiis dicunt eſſe, ſtylum in verbis. Argumentum in rebus. Ergo in poemate oratio eſt.

Orationem etiam dicebant veteres pauca verba, authore Donato. Terent. in And. 1.5.17, Oratio hæc me miſeram exanimauit metu. Idem in Heaut. 4.1.2, Niſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus quem ego ſuſpicor. is, quicum expoſita eſt gnata. C. quid volt ſibi Syre hæc oratio? Idem in Adel. 5.3.19, Vetus verbum hoc quidem eſt, Cõmunia eſſe amicorum inter ſe omnia. D. facete: nunc demum iſtæc nata oratio eſt.

Oratio, Etiam precatio dicitur. Priere.

Orator oratoris, m. g. Cic. Eſt vir bonus dicẽdi peritus, qui in cauſſis publicis & priuatis plena & perfecta vtitur eloquẽtia. Vng orateur. Vng ambaſſade. Feſtus, Oratores ex Græco ἀρᾶσθαι

dicti, quòd missi ad reges, nationésque deos solerēt testari. hi modo appellantur legati. Plaut. in Mostell. 16.5, Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus, qui à patre eius conciliarem pacem. Terent. in prol. Hecyræ, 9, Orator ad vos venio ornatu prologi, sinite exorator sim. Idem in prolog. Heaut. 11, Oratorem voluit esse me, non prologum.

Oratorius oratoria oratoriū, Quod oratoris est, vel quod ad oratorē pertinet. Vt ars oratoria.

Oratoriè, aduerbium, More oratorio.

ORPHANVS orphani, qui caret patre, præsidióque paterno, & qui summoperè desyderat illius opem, quum sine eo malè habeat. Græca dictio est.

ORTHOS, græcè, Latinè dicitur rectus.

ORTHODOXVS orthodoxi, homo rectæ opinionis, siue sententiæ aut fidei. Δόξα enim gloriam & existimationem siue opinionem & sententiam significat.

ORTHOGRAPHIA, orthographiæ, Recta scriptura.

ORTHOPNOICVS orthopnoici, m.g. qui eam anhelitus difficultatem habet, vt nisi recta ceruice stet, spirare non possit. Plin. lib. 20. cap. 14, Orthopnoicis, torminibus cholericis efficacissimum.

Orthopnœa, orthopnœæ, Passio ipsa, & difficultas anhelitus. Est enim circa fauces malum, quod apud Græcos aliud atque aliud nomen, prout se magis habet, minúsque intendit, omne tamen in spirandi difficultate consistit.

ORTYGOMETRA ortygometræ, Rex coturnicum, maior aliquanto, ac nigrior auis. Dicta quòd dux sit ac moderatrix coturnicum. Componitur enim ex ὄρτυξ & μέτρον mensura. Plin. lib. x. cap. 23, de coturnicibus loquens, Aquilone ergo maximè volant, ortygometra duce.

ORTYX, ortygis, f.g. Auis quæ coturnix dicitur, Vne quaille.

Ortyx, Herba, de qua Plinius libro 21. cap. 17, Stelephuros, quam quidam ortyga vocant, alii plantaginem.

ORTVS orti, m.g. Locus in vrbe vel in villa, in qua arbores, herbæ & olera oriūtur. Iardin, ou marets. Pli. lib. 19. cap. 4, Ortos villæ iungendos non est dubium, irriguósque maximè habendos, si contingat profluo amne.

Orti in fenestris. Plin. lib. 19. cap. 4, Iam quoque in fenestris suis plebs vrbana in imaginē ortorum quotidiana oculis rura præbebant, antequā præfigi prospectus omnis coegit multitudinis innumeræ sæua latrocinatio.

Orti pensiles, Qui supra ædificia facti vel supra columnas erecti pendent.

Ortus, Ab oriendo dicitur: quòd in hac agri specie, plures quàm alibi herbæ per totum annum oriantur.

Ortus, ab aliquibus aspiratur, Hortus: vt differat à participio & nomine ortus. Alii in medio aspirandum censent, ab orthos, quod est rectum, deducentes, quoniā in rectas quasdam lineas distinguatur.

Ortulus ortuli, Vng petit iardin.

Ortensis & hoc ortense, Ad ortum pertinens, vel quod in ortis nascitur. Plinius lib. 19. cap. 6, De ortensium herbarum radicibus, Ortensibus omnibus ferè singulæ radices, vt raphano, betæ, apio, maluæ.

OS

OS oris, n.g. Propriè concauum illud intra quod sunt lingua & dentes. Plin. Continui dentes aut vtraque parte oris sunt, vt equo: aut superiore primores non sunt, vt bobus, ouibus.

In ore est omni populo, Tout le monde en bruit & en parle. Terēt. in Adelph. 1. 2. 13, Hoc aduenienti quot mihi Mitio dixere in ore est omni populo. Cic. de Amicitia, 2, In eum sermonem illum incidere, qui tum ferè multis erat in ore.

Vno ore, Tout dung accord. Terent. in Phor. 4. 3. 20, Nam cæteri quidem hercle amici omnes modo vno ore authores fuere, vt præcipitem hanc daret. Idem in And. 1. 1. 69, Tum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia bona dicere, & laudare fortunas meas.

Os ad malè audiendū præbere. Cic. Attico, lib. 1, O dii immortales, quàm ignauus ac sine animo miles, quàm dignus qui Palicano sicut facit, os ad malè audiendum quotidie præbeat.

Os tradere. Cic. pro Roscio, Si tibi optima fide sua omnia concessit, adnumerauit, appendit, si vestitum quo ipse tectus erat, annulúmque dedit, os suum tibi tradidit, si ex omnibus rebus seipsum nudum, neque præterea quicquam excepit, vt sibi per te liceat innocenti amicorum opibus vitam in egestate degere.

Os ſublinere, pro eo quod eſt dare verba & arte quadã illudere reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractũ putat à ridiculo quodã luſus genere, quo dormiẽtibus ora pingũtur. Plaut. in Aulul. Fidei cenſebã maximã fidem eſſe, ea ſubleuit os mihi peniſſimé. Idem alibi, Os mihi probé ſublitum eſt. Idem in Epidico, Ego ſi adlegaſſem aliquem ad hoc negotiũ minus hominẽ quàm doctũ, minúſque ad hanc rem callidũ, os ſublitum eſſet. Marcus Varro in Myſteriis apud Nonium, AEs defraudaſſe cauponam, bonam luto obliuiſſe, cum portitores æra induxêre. Virgilius item in Carmine bucolico, pueros inducit per luſum, Sileni faciem mori ſucco oblinẽtes, Ianque videnti Sanguineis frontẽ moris & tempora pingit: Ille dolum ridens, quo vincula nectitis, inquit?

In ore alicuius eſſe. Plaut. in Aſin. 5.57, Vbi quid dederam, quaſi columbæ pulli in ore ambæ meo vſque eratis, meo de ſtudio ſtudia erant veſtra omnia: vſque adhærebatis: quod ego iuſſeram, quod volueram faciebatis.

Os diſtorquere, Faire laide mine. Terẽ. in Eun. 4.4.3, Oh, Illud vide os vt ſibi diſtorſit carnufex! Donatus, Et hic memor adoleſcens inſinuãdi muneris, dicit illum ſibi os diſtorſiſſe qui natura pulcher eſt. Os autẽ dicimus illũ diſtorquere, quem natura pulchrum, deturpamus.

Os durum, Vng effronte, eſhonté, Qui na nulle honte. Terent. in Eunucho, Principio eã eſſe dico liberam. THR. hem. CH. ciuem Atticam. THR. hui. CH. meam ſororem. THR. os durum. CH. miles, nunc adeò edico tibi ne vim facias vllam in illam. Donatus, Os durũ, os impudens: vt cõtra mollis frontis dicuntur qui ſunt reuerentes.

Os impudẽs, Idem. Terẽt. in Eun. 5.1.22, Quid illi faciemus ſtulta? P. quid faciemus, rogas? Vide ámabo, ſi nõ cum aſpicias, os impudens videtur. Eſt il aſſeure cõme vng meurtrier. Donatus, Mirè ab eo quod reſpõdere cœperat, ad aliud trãſit, mirata cõfidentiã Chæreæ.

Os alicui lædere. Terent. in Adel. 5.4.10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. ſibi vixit. Donatus, Id eſt, nullum præſentem lædere.

Os, pro facie aliquando ponitur. Virg. Os humeróſque deo ſimilis.

Os, pro audacia & temeritate aliquãdo ponitur. Terẽt. in Phor. 5.8.24, Nã quo redibo ore ad eam quam contempſerim? Cic. in Oratore, Quod tandem os eſt illius patroni, qui ad eas cauſſas, ſine vlla ſentẽtia iuris audet accedere? Idem in Verrem, Os hominis, inſignémque impudẽtiã cognoſcite. Idem, Philipp. v, Sed illud os, illã impuritatẽ. Ibidẽ, x 1, Audiſſet furẽtis introitũ Dolabellę, vocem impuram, atque os illud infame. Idem pro C. Rabirio Poſthumo, Quod habent os? quam audaciam? Idem pro Cn. Plancio, Quæ cum ita ſint, iam ſuccumbam Laterenſi iſti tuo ori nimio, in eo, in quo nihil poteſt eſſe nimium, quoniam ita tu vis, nimium me gratum eſſe concedam.

Os, præſentiam aliquando ſignificat. Salluſt in Iugurtha, Incedunt per ora veſtra magnificé.

Os, aliquando ſignificat ſermonem, Language. Plin. de viris illuſt. 76, Mithridates rex Ponti, oriundus à ſeptem Perſis, magna vi animi & corporis, vt ſex iuges equos regeret, duarũ & viginti gentium ore loqueretur.

Os de brutis etiam dicitur. Virg. Ora citatorum dextra detorſit equorum. Idem de leone, lib. 7, Impauidus frangit telum, & fremit ore cruento.

Os, non ſolum de facie dicitur, ſed etiam de tota ſpecie quæ cernitur, & quicquid in aliqua re patet, os dici poteſt.

Os hulceris. Virg. Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Hulceris os.

Os portus, Lantree dung port. Cic. in Verrẽ, act. 7, Nam ipſo aditu atque ore portus, ibi primum ex alto ſinus ad vrbem ab litore inflectitur.

O S oſſis, n. g. Vng os. Plaut. in Capt. 4.32, Oſſa atq; pellis ſum, miſera macritudine. Ie nay que la peau & les os. Cic. de natura deorũ, lib. 2, Quid dicam de oſſib⁹, quę ſubiecta corpori, mirabiles cõmiſſuras habent, & ad ſtabilitatem aptas, & artus finiendos accõmodatas, & ad motum & omnem corporis actionem?

Oſculum, Oſculor, Oſſeus, & Oſſilum, vide ſuo ordine.

O S C E D O, vide poſt O S C I T O.

O S C I L L V M oſcilli, diminutiuũ eſt à diminutiuo oſculum, ſicut a tantulo tantillum. Columella lib. 2, Reliquum quod ſupereſt ſeminis, in tabulatũ quo fumus prouenit, optimè reponas: quoniam ſi humor inuaſerit, vermes gignit, qui ſimul atque oſcilla lupillorum adederint, reliqua pars enaſci non poteſt.

Oſcilla etiam ſigilla ſunt, & paruæ imagunculæ, quæ arte fictili fingebãtur, & venales proponebãtur, quibus homines pro ſe atque ſuis Saturno piacula faciebãt, vt inquit Macrobius. Virg. lib. 2. georg. Oſcilla ex alto ſuſpendunt mollia pinu.

Oſcillo oſcillas, oſcillare, ab oſcillum fit, & ſignificat inclinare. Feſtus, Oſcilla, ſancta dicuntur, quòd oſcillent, id eſt inclinẽt, præcipitéſque efferãt oſcillãtes. Seruius putat eſſe cõpoſitũ ab os, & cilleo cilles, quòd in hoc cillerẽtur, id eſt mouerẽtur ora. nam cillere, mouere eſt. Plaut. in Amphit. 4. 28, Næ illi ædepol, ſi merito meo referre ſtudeant gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi adueniẽti os oſcillet probé. Id eſt, moueat, probè ipſum pugnis percutiendo.

OSCINIS, huius oſcinis, o. g. Auis auſpiciũ ore faciens, inquit Varro de lingua latina. Horat. Oſcinem coruum prece ſuſcitabo ſolis ab ortu.

Oſcines, Plini⁹ lib. 10. cap. 19, omnes aues quæ canũt, dici exiſtimat. inquit enim, Nũc de ſecũdo ordine dicamus, qui in duas diuiditur ſpecies, oſcines & alites: illarũ generi, cantus oris, his magnitudo differentiam dedit. Ibidem, cap. 29, Alia admiratio circa oſcines: ferè mutant colorem, vocémque tempore anni, ac repentè fiunt aliæ.

Oſcinum oſcini, n. g. Auium augurium.

OSCITO oſcitas, oſcitare, Os cõmouere, & os totũ aperire, vt fit præ ſõno aut tædio, Baailler de ſomme que on ha, ou dẽnuy. Gell. lib. 4, Et in iure ſtãs, clarè nimis & ſonorè oſcitauit.

Oſcitor oſcitaris, deponẽs, Idem. Plaut. in Menæh. 17. 72, Vt pandiculãs oſcitatur. Voye la cõment il ſeſtent & baaille. Cic. lib. 4. ad Herent. Cum etiam maiores calamitates impendẽre videantur, ſedetis & oſcitamini.

Oſcitans oſcitantis, participiũ, Qui de ſomme ou dennuy ouure la bouche & baaille.

Oſcitãs, Securũ & nihil prouidentẽ aliquãdo ſignificat, authore Donato. Terẽt. in And. 1. 2. 10, Sperãtes iam amoto metu, interea oſcitantes opprimi. Nonchailans, ne pẽſans a rien. Cic. lib. 2. de Orat. Et iſtam oſcitantem & dormitantem ſapientiam Scæuolarum & cæterorum beatorum otio concedamus.

Oſcitatio oſcitationis, f. g. Tel baaillement.

Oſcitatio (inquit Donatus) animi otium & ſecuritas.

Oſcedo oſcedinis, f. g. Vitiũ quo quis tenetur vt ſæpi⁹ oſcitẽt. Gellius lib. 4, Deliberatũ de nota eius, qui ad cẽſores ab amico aduocat⁹ eſt, & in iure ſtãs clarè nimis & ſonorè oſcitauit. atque inibi propè vt plecteretur fuit, tanquã illud iudiciũ vagi animi foret, & hallucinãtis & fluxæ atque apertæ ſecuritatis. Sed cum ille deieraſſet, inuitiſſimũ ſeſe ac repugnantem oſcitatione victum, teneríque eo vitio quod oſcedo appellatur: tum notæ iam deſtinatæ exemptus eſt.

OSCVLVM oſculi, n. g. diminutiuũ, Paruũ os. Ouid. lib. 1. Metamorph. Videt igne micãtes Syderibus ſimiles oculos, videt oſcula. Idem de Daphne, Vide oſcula, quæ nõ eſt vidiſſe ſatis.

Oſculum oſculi, Vng baiſer que on baille a ſes amis.

Oſculor oſcularis, oſculari, Baiſer.

OSOR, oſoris, vide ODI.

OSSEVS oſſea oſſeum, Quod ex oſſibus eſt. Plinius ſcribit inueniri lapides oſſeos.

Oſſiculum oſſiculi, diminutiuũ ab os oſſis. Gellius lib. 6, Ratio ſubtilior & vtilitas ipſa operis poſtulauit vt tenuiſſimis, minutiſſimíſque oſſiculis caput compingeret. Plinius lib. x 1, Omnium cerebro medio inſunt oſſicula parua.

Oſſiculatim, aduerbiũ, Minutatim. Cæcilius, Oſſiculatim Parmenonem deuia liceat legant.

Oſſifraga oſſifragæ, f. g. Aquilæ genus, ab oſſibus frangendis dictæ. Plin. lib. 30. cap. 7, Oſſifragi venter arefactus & potus iis qui cibos non conficiunt vtiliſſimus.

OSTENDO oſtẽdis, oſtẽdi, oſtẽſum, oſtẽdere, Demõſtrare, Mõſtrer. Ab os⁸ & tendo cõpoſitũ eſt. Os autẽ pro facie ſæpe ponitur, quæ pro toto corpore nõ ſolũ hominis, ſed etiã cuiuſlibet rei ſpecie ſumitur. Oſtẽdere igitur eſt ſpeciẽ ſiue faciẽ rei mõſtrare: quia tendere os, hoc eſt extendere ſolemus in id quod volumus demõſtrare. Plaut. in Aulul. 20. 12, Non hercle equidẽ quicquam ſumpſi, nec tetigi. EV. oſtende huc manus. ST. hem tibi oſtendi, eccas. Terent. in Eunucho, 5. 3. 5, Iámne oſtendiſti ſigna nutrici? Idem in Phor. 5. 7. 9, Inde his oſtendam me vbi erunt egreſſi foras. Ie me preſenteray a eulx.

Oſtenditur nobis id quod quærebamus, inquit Donatus. Terẽt. in Hecyra, 4. 4. 5, Opportunè te mihi Phidippe in ipſo tempore oſtendis.

Oſtẽdere animũ ſuum. Plaut. in Capt. 5. 48, Quoniã nobis dii immortales animũ oſtẽderunt ſuũ. Idem in Aſin. 3. 101, Oratione omnẽ animum oſtendiſti tuum. Idem in Trucul. 8. 61, Oſtẽdit mihi iã ſeſe medullit⁹, ſe infidelẽ nũquã dum viuat fore. Il ſeſt dõne a cõgnoiſtre. Cic. de Amicitia, 80, In qua niſi, vt dicitur, apertum pectus videas, tuúmque oſtendas.

Oſtendere mores alterius alteri. Terent. in Eunucho, 5. 9. 59, Iſti te ignorabant: poſtquam eis mores oſtendi tuos, & collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas, impetraui.

Oſtẽdere ſentẽtiã ſuã. Ter. in Heaut. 2. 1. 7, Nõ vt meus, qui mihi per aliũ oſtẽdit ſuã ſentẽtiã,

Oſtendere ſpem. Terẽt. in Phor. 5.4.7, Neque me domum nunc reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtenſa huiuſce habendæ.

Oſtendere ſuam poteſtatem in aliquo. Terent. in Eunucho, 5.9.3, Nam in me planè di poteſtatem ſuam omnem oſtendêre, cui tam ſubito tot congruerint commoda.

Oſtendere ſe ægrè pati. Terent. in Adel. 1.2.62, Sed oſtendere me ægrè pati illi nolui. Ibidem, 44, Te plura in hac re peccare oſtẽdam. Idem in Heaut. 4.1.21, Te inſcientẽ atque imprudentem dicere ac facere omnia: tot peccata in hac re oſtendis. Idem in Eunucho, 2.3.15, Nunc te Parmeno oſtendes qui vir ſies. Idem in And. 1.2.27, Si ſenſero hodie quicquã in his te nuptiis fallaciæ conari, quo fiant minus, aut velle in ea re oſtendere quàm ſis callidus, verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem.

Oſtento oſtentas, oſtentare, Frequẽtatiuũ ab oſtentum ſupino formatum, ſignificat ſæpe oſtendere. Plaut. in Aulul. Altera manu fert lapidem, panẽ oſtentat altera. Idem in Ciſtell. 5.10, Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat.

Oſtentare ſpem. Terent. in Eunucho, 3.5.57, An ego occaſionem mihi oſtentatam tam breuem, tam optatam, tam inſperatam amitterem?

Oſtentare, Sæpe oſtendere, gloriandi cauſſa, inquit Feſtus. Se venter & glorifier. Terẽt. in Eunucho, 3.2.30, Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtentat.

Oſtentator oſtentatoris, m.g. Iactator, Vng venteur, & glorieulx. Plaut. in Curcul. 9.15, In medio propter canalem, ibi oſtentatores meri, confidentes, garrulique & maleuoli.

Oſtentatio oſtentationis, f.g. Iactantia, Venterie, glorieuſete.

Oſtentum oſtenti, n.g. Id eſt portentũ: quòd ſtatim futurum aliquid oſtẽdat, vt Cometæ, tonitrua die ſereno. Suet. in Cæſ. Cunctanti oſtentum tale factum eſt. Plin. lib. 24. cap. 2, Hæc ſatis ſint exemplis, vt appareat oſtentorum vires & in noſtra poteſtate eſſe: ac prout quæque accepta ſunt, ita valere.

Oſtenta accipiuntur etiam in bonam partem. Suet. in Veſp. Iam pridem ſibi per hæc oſtenta conceptam in ſpem imperii venit. Plin. lib. 16, ſcribit factum eſſe oſtentum arboris, à quo inde tempore maieſtas pop. Rom. reſurrexit.

Oſtentus oſtenta oſtẽtum, participialiter quoque dici ſolitum eſſe, probat Feſtus his exemplis, Pacuuius, In ipſo tempore oſtentum ſenem. Accius, Præſens præſto irrideris nobis, ſtipe vltro oſtentũ obtulit. C. Gracchus, de legibus à ſe promulgatis, Quod vnum nobis in oſtentum ipſis aſportatur in vſum. Cato, Ager oleto cõſerundo qui in ventum fauonium ſpectabit, & ſoli oſtentus erit, alius bonus nullus erit. Varro lib. 1. de re ruſt. Qui locus optimus vino ſit, & oſtentus ſoli amineum ſeri oportere.

Oſtentus oſtentus oſtentui, Irriſio. Salluſt. in Iugurtha, Sed quoniam eo natus ſum vt Iugurthæ ſcelerum oſtentui eſſem.

OSTIVM oſtii, n.g. Vng huys. Plaut in Curcul. 2.20, Quid tu ergo ſanè rogitas, valeátne oſtium? PH. belliſſimum hercle vidi, & taciturniſſimũ, nunquã vllum verbũ mutit, cum aperitur, tacet. Terẽt. in Eun. Tu abi, atque oſtium obſera intus, ego dũ hinc trãſcurro ad forũ.

Oſtium, ab obſtando quidam deducũt, quòd eo arcemur ingreſſu. Quidam ab os oris, quòd ſit idem per quod ingredimur vel domũ, vel quẽcunque alium locum. Alii à græco ὀσέω, quod eſt repellere. Vnde ratio exigit vt ſine aſpiratione ſcribatur: licet eruditorũ vſus cum ſuis deriuatis aſpiret.

Oſtia oſtiorum, tantum pluraliter, Fluuiorum patentes aditus ſunt. Virg. Italiam contrà, Tiberináque longè Oſtia.

Oſtia pro portu aliquãdo ponitur. Vng port. Virg. Aut portũ tenet, aut pleno ſubit oſtia velo.

Oſtiolum oſtioli, n.g. Vng petit huys.

Oſtiatim, aduerbium, Per ſingula oſtia, Dhuys en huys. Quintil. Hæc ſectanda ſingula, & velut oſtiatim, pulſanda. Cicero in Verrem, act. 6, Nam nos quidem quod facimus in Verre, quem in luto volutatum, totius corporis veſtigiis inuenimus? permagnũ eſt in eum dicere aliquid? qui præteriẽs, lectica pauliſper depoſita, nõ per præſtigia, ſed palàm per poteſtatem vno imperio oſtiatim totum oppidum compilarit.

Oſtiarius oſtiarii, Oſtii cuſtos, Vng portier.

Oſtiaria oſtiariæ, f.g. Vne portiere.

OSTIGO oſtiginis, f.g. aliâs mentigo dicitur. Videtur in agnis & hœdis id fermè malũ eſſe quod in hominib? mẽtagrã appellãt. Col. li. 7. c. 5. Eſt etiã mẽtigo, quã paſtores oſtiginẽ vocãt,

mortifera lactentibus, Ea plerunque fit, ſi per imprudentiam paſtoris emiſſi agni, vel etiã hœdi, roſidas herbas depauerit, quod minime cõmitti opportet: ſed cum id factũ eſt, velut ignis ſacer, os, atque labra fœdis vlceribus obſidet.

OSTRACIVM, oſtracii, latinè teſta dicitur, Græcè ὀστράκιον. Vnde teſtaceum pauimentũ, vulgo nunc oſtracum vocant.

OSTRACISMVS, Relegationis genus. nam ciuitates antiquitus quæ populari ſtatu regebãtur, eos qui ſuperexcellere videbãtur, vel propter diuitias, vel propter amicos, alienámve potentiã, extra ciuitatem relegare ſolebant ad tempus, ſicut docet Ariſtoteles tertio Politicorũ. Atheniẽſes verò, exilio decẽnali multare cõſueuerãt potentes nimis, & excellẽtes gloria viros. Et hoc exilii genus, oſtraciſmum appellauerunt: qui repertus eſt, non ad caſtigandum improbitatem, ſed ad potentiam moderandã. Oſtraciſmus autem ab oſtraco, id eſt calculo, ſiue teſtula nomen ſortitus eſt, qui in hunc modum Athenis peragebatur. Oſtraci viritim in conſilio dabantur, in quibus quiſque nomen illius perſcribebat, quem vrbe cedere voluiſſet. Magiſtratus verò qui huic negotio præerant, vniuerſos ſimul calculos recenſebãt: qui niſi ſex milliũ numerum exceſſiſſent, nihil confectum eſſe iudicabatur. Vbi verò vltimus numerus repertus fuiſſet, eum decem annos exilio afficiebant. Hoc oſtraciſmo Temiſtocles, Cymon, & Ariſtides, multati fuere. De Ariſtide legimus cum iuxta eum quidã ruſticus illiteratus ſederet, ipſi Ariſtidi teſtam dediſſe, vt nomen ſuum ſcriberet. Admiratus id Ariſtides, interrogauit nunquid iſtum cognoſceret. Minimè inquit. ſed quia cæteri ita ſentiũt, ego quoque ita cenſeo eum eſſe damnandum. Hoc Latini teſtularum exilium vocant.

OSTREA oſtreæ, f. g. vel oſtreum oſtrei, neutri generis. Quæ aſperam, ſcabrámque teſtã habet. Vne ouyſtre. Quamuis generaliter oſtrea quoque conchæ dicantur. item quæ ex vno tantum latere teſtam habent, altero ſcopulis aut lapidibus, alterive materiæ adhærente. Nã teſtæ ipſæ duriores, propriè cõchæ dicuntur, quales ſunt cochlearũ. Plaut. in Rud. 8. 8, Hoc habemus, echinos, lopadas, oſtreas, balanos captamus, cõchas, marinã vrticam. Varro, Nec multum numus piſcis ex ſalo captus helaps, neque oſtrea illa magna capta quiuit palatũ ſuſcitare. Cic. in Hortẽſio, Solertiámq; eam poſſet, vel in tegulis proſeminare oſtreas. Gellius, Oſtreæ ſeneſcẽte luna inhuberes, macræ, tenues, exuſtæ ſunt, creſcẽte luna pingueſcunt. Oſtreũ, neutro genere, Lucilius ſatyr. lib. 9, Quid ego ſi cerno oſtrea cognorit fluuiũ, limum, ac cœnũ ſapere ipſum. Idem lib. 13. His itidẽ in cœna dabis oſtrea milibus numũm empta. Plin. lib. 32. cap. 6, Peculiariter verò contra leporis marini venena & oſtrea aduerſantur.

Oſtreatus oſtreata oſtreatum, Pro duro atque aſpero ponitur. Plaut. in Pœnulo, 4. 176, Itaque iam quaſi oſtreatum tergum vlceribus geſtito propter amorem veſtrum.

Oſtrineus oſtrinea oſtrineum, Quod ex oſtro eſt.

Oſtrinus oſtrina oſtrinum. Oſtrinæ veſtes dicuntur purpureæ & ſubrubeæ, authore Nonio. Turpilius, Interea aſpexit virginem geſtantem in capite riculam, indutam oſtrinam. Varro Eumenidibus, Aurora oſtrinam hic indutus ſupparum.

OSTRVM oſtri, n. g. Muricis ſiue conchylii ac purpuræ color. Oſtrum dictum eſt, quòd ex concharum marinarum teſtis eximatur. Muricis ſiue cõchylii liquor, qui oſtrum dicitur, temperatura artificis adhibita, ferè purpureus, hoc eſt in violaceũ tendẽs. Virg. Vt gemma bibat, & ſarrano dormiat oſtro.

OTIS, otidis. f. g. Auicula, de qua ſic ſcribit Plinius lib. 10. cap. 23, Otis bubone minor eſt, no ctuis maior, auribus plumeis eminẽtibus, vnde & nomen illi. Quidã latinè aſionem vocant. Imitatrix aliâs auis, ac paraſita, & quodã genere ſaltatrix. Capitur haud difficulter vt noctuæ, intenta in aliquo circũeunte alio. Quòd ſi ventus agmen aduerſo flatu ceperit inhibere, ponduſculis lapidum apprehenſis, aut gutture arena repleto, ſtabilitæ volant.

OTIVM otii, n. g. Vacatio à labore. Ceſſe de la beſongne. Loiſir, Oiſiuete. Cic. pro Cn. Plancio, Etenim M. Catonis illud quod in principio ſcripſit originum ſuarum, ſemper magnificum & præclarum putaui, clarorum virorum atque magnorũ, nõ minus otii quàm negotii rationẽ extare oportere. Terẽt. in Hecy. prol. 26, Vt in otio eſſet potius, quàm in negotio. Plaut. in Caſ. 12. 14, Vín' eam vocem? c. ſine: nolo, ſi occupata eſt. A. otium eſt. Elle ha loiſir, elle ne faict rien. Terẽt. in Adel. 3. 3. 65, Nõ hercle otiũ eſt nũc mihi auſcultãdi. Idem in Heaut. 1. 1. 57, Nulla adeò ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio. Dauoir trop de loiſir, Deſtre trop long temps oiſif. Idem in Eun. 2. 2. 34, Vidén' otium & cibus quid faciat alienus? Oiſiuete.

Otium rei. Plaut. in Mil. 10. 168, Haud centeſimã partem dixi, atque otium rei ſi ſit, poſſum expromere.

Otium, Repos, tranquillite, paix. Cic. de lege Agraria, Quid tam populare, quàm otium? quid ita iucundũ eſt, vt & vos, & maiores veſtri, & fortiſſimus quiſq; vir, maximos labores ſuſcipiendos putet vt aliquando in otio poſſit eſſe, præſertim in imperio ac dignitate? Idem pro P. Seſtio, Quid eſt igitur propoſitũ his 10ip. gubernatoribus, quod intueri, & quo curſum ſuũ dirigere debeãt? id quod eſt præſtantiſſimũ, maximéque optabile ſanis & bonis, & beatis, cum dignitate otium: hoc qui volunt, omnes optimates: qui efficiunt, ſummi viri & conſeruatores ciuitatis putantur.

Otium, pro literario ſtatu accipitur, quòd qui ſtudiis literarũ operam dant, neceſſe eſt vt cæteris negotiis vacui ſint. Quintil. Inquirendo, ſcribendo talia, ſolemur otium noſtrũ. Cic. Quid dulcius eſt otio literario? Plin. epiſt. 183, Ac per hos dies libentiſſimè otiũ meum in literis colloco, quos alii otioſiſſimis occupationibus perdunt.

Otioſus otioſa otioſum. Vacuus, Oyſeux, Qui ne que faire. Plaut. in Trucul. 4.33, Nimis otioſum arbitror hominem te eſſe. Terent. in Adel 2.4.15, Quãuis etiam maneo otioſus hic. Plin. epiſt. 9.b, Satius eſt enim, vt Attilius noſter eruditiſſimè ſimul & facetiſſimè dixit, otioſum eſſe, quàm nihil agere.

Otioſus, Trãquillus, ſecurus. Qui ne ſe ſoucie de rien, & eſt aſſur. Terẽt. in Adelph. 4.1.17, Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchrè calleo. Ne te ſoucie, ſois tout aſſuré. Idem in And. 2.3.24, Sed ſi te æquo animo ferre accipiet, negligentem feceris: aliam otioſus quæret. interea aliquid accidet boni.

Otioſus animo. Terent. in And. 5.2.1, Animo iam nunc otioſo eſſe impero. Ne te ſocie plus maintenant.

Otioſus ab animo. Terent. in Phor. 2.2.26, Tène aſymbolũ venire vnctum, atque lautũ è balneis, otioſum ab animo, cum ille & cura & ſumptu abſumitur?

Otioſa res, Id eſt tranquilla. En repos, Aſſeuree. Plaut. in Trucul. 3.41, Poſtremo, id magno in populo mulier hominibus re placida atque otioſa, victis hoſtibus amare oportet omnes qui quod dent, habent.

Otioſa ætas. Cic. de Senect. 74, Nónne melius multo fuiſſet, otioſam ætatem & quietam ſine vllo labore aut contentione traducere?

Otioſo honore. Plin. in Paneg. 96. Hoc ergo honore, quem & incipiẽtes principes, & deſinentes adeò cõcupiſcunt, vt auferant: tu otioſo, ac vacante priuatis ceſſiſti.

Otioſe, aduerbiũ, A loyſir. Plaut. in Aulul. 26.41, Magna eſt res, quã ego tecũ otioſe, ſi otiũ eſt, cupio loqui. Idem in Trin. 14.67, Di me ſaluũ & ſeruatũ volũt: cætera intus otioſè percõtabor. Tout a loyſir.

Otioſè, Sans ſoy haſter, petit a petit. Plaut. in Trucul. 4.64, Voſtra hercle factum iniuria, quæ properaueritis olim rapere: otioſe oportuit, diu vt eſſem incolumis vobis.

Otioſe ſequi. Plaut. in Mil. 18.6, Eum ipſum pol ſum ſecuta placidè ipſa, vt lubitum eſt mihi, otioſe meo arbitratu. Tout bellement.

Otioſe ambulare. Plautus in Pſeud. 14.17, Ambula ergo cito. s. imò otioſe volo. Idem in Pœn. 7.42, Si quid tu placidè, otioſéque agere vis, operam damus.

Otioſè, En aſſeurãce, ſans ſouci. Terẽt. in Heaut. 2.3.101, Ademptum tibi iam faxo omnem metũ, in aurẽ vtrãuis otioſe vt dormias. Idem in Adel. 2.1.2, Obſecro populares ferte miſero, atque innocẽti auxiliũ, ſubuenite inopi. A E. otioſè, nũc iã illicò hic cõſiſte: quid reſpectas? nihil pericli eſt: nunquam dum ego adero, hic te tanget. Ne te ſoucie. Ne crains point.

Otioſe, Negligẽment, laſchemẽt. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia, omnes ad vnum idem ſentiunt, & hi qui ad remp. ſe cõtulerũt, & hi qui rerum cognitione, doctrináque delectãtur, & & hi qui ſuum negotium gerunt otioſe.

Otior otiaris, otiari, In otio & quiete eſſe. Eſtre oiſif, ne rien faire, Soy repoſer. Cicero lib. 3. de off. Cælius Canius eques Rom. neque infacet⁹ & ſatis literatus, cum ſe Syracuſas otiãdi cauſa, nõ negotiandi contuliſſet, dictitabat ſe ortulos aliquos emere velle.

O V

OVALIS, vide OVO, ouas.

OVIS, huius ouis, f. g. À græco ὄϊς, interpoſita u, propter hiatũ, ſignificat pecudẽ. Vne brebis. Ouem maſculino genere legi, admonẽt Feſt⁹ & Nonius. Varro rerũ humanarũ lib. 27, Vt etiã putãtibus, qui oues duos, nõ duas dicunt, Homerũ ſecutos, qui ait, μῆλ' ὀίεσσι. Idem Terẽtio, Quãdo citatus neque reſpõdit, neque excitatus eſt, tum ego vnum ouem multam dico.

Ouinus ouina ouinum, Quod ex oue eſt. Vt pellis ouina.

Ouillus ouilla ouillum, Idem. Plin. lib. 17. cap. 9, Quidam etiam bubulo fimo iumentorũ præferunt, ouillúmque caprino. Diminutiuum eſt ab ouinus.

Ouile ouilis, n.g. Locus in quo oues morari ſolent. Vne bergerie. Colu. lib. 7. cap. 4, Stabula verò frequenter euerrenda & purganda, humórque omnis vrinæ deuerrendus eſt, qui cõmodiſſimè ſiccatur perforatis tabulis, quibus ouilia conſternuntur, vt grex ſupercubet.

Ouiaria ouiariæ, f.g. Ouiũ multitudo. Varro de re ruſt. in prologo libri ſecũdi, Quod eo facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & Reatis equarias.

Ouiaricus ouiarica ouiaricũ, Poſſeſſiuũ ab oue. Columella lib. 8, Et quoniã de ouiarico ſatis dictum eſt, ad caprinum pecus nunc reuertar.

Ouicula ouiculæ, diminutiuum, Vne petite brebis.

OVO ouas, ouare, Lætari, & lætitiam vociferando, ſeu canendo demõſtrare. Plaut. in Bacchid. 20. 157, Hoc eſt incepta efficere pulchrè, veluti mihi euenit, vt ouans præda onuſtus incederem. Liuius lib. 1, Romani ouantes & gratulãtes, Horatium accipiunt, eo maiori cum gaudio, quo propè metum res fuerat.

Ouatio ouationis, f.g. Paruus triumphus, quem faciebant ouantes qui non in curru, ſed pedites ouali corona redeuntes ex pugna, cum bellum nõ erat indictum, vel ſine ſanguine cõfectum. Ouatio dicitur ab ouo ouas, vel ab ohe interiectione gaudentium, vt ſit ouatio quaſi ohatio. Iuuenalis, Satur eſt cum dicit Horatius, ohe Bacche. Vel à voce militum, quæ fiebat geminata oo litera, per interpoſitionem u, euphoniæ cauſſa.

Oualis & hoc ouale, quod ad ouationem pertinet. Feſtus, Oualis corona eſt myrtea, quam habebant qui ouantes introibant, quum bella non erant indicta, aut ſine ſanguine confecta.

OVVM, oui, n.g. Vng oeuf. Ab ὠόν, interpoſita u, euphoniæ cauſſa.

Ouatio ouationis, f.g. Tempus quo gallinæ oua faciũt. Plin. Certa luna capiendum cenſent, tanquam congruere ouationem etiam ſerpentium humani ſit arbitrii.

Ouatus ouata ouatũ, Quod eſt in ſimilitudinem oui factũ. Plin. Aliis turbinatio pyri, aliis ouata ſpecies, ceu malorum aliquibus.

Ouatum aurum, Ouo auratũ, quoniã oui albo antea illinito, æra, ac marmora auri & argenti laminis decorarentur. nec obſtat quòd ouũ habeat primã longã. pleraque enim deriuatiua, primitiuorũ naturã nõ ſeruant. Perſius, Hic illud ſubiit auro ſacras quòd ouato Perducis facies. Hoc Plinius lib. 35, de marmoribus loquens, innuere videtur, cum inquit, Vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus. Nõnulli ouatum aurum dici aiunt, ouatione victoriáque quæſitum, vel ingens, vel copioſum, quantum ouationibus cõparatur.

O X

OXALIS, oxalidis, m.g. Lapathi genus. Plin. lib. 20 cap. 21, Nec lapathum diſſimiles effectus habet. Eſt autem ſylueſtre, quod alii oxalidem appellant, ſatiuo proximum, foliis aquoſis, colore betæ candidæ, radice minima: noſtri verò rumicem, alii lapathum canterinum ad ſtrumas cum axungia efficaciſſimum.

OXYMEL oxymelis, n.g. Acetum melle temperatum. Plin. lib. 14. cap. 17, Acetum melle tẽperabatur: adeò nihil intentatum in vita fuit. Oxymel hoc vocarunt, mellis XII libris, aceto veteris heminis quinque, ſalis marini libra, aquæ pluuiæ ſextariis quinque, ſufferuefactis decies, mox elutriatis, atque ita inueteratis.

OXYPORVM oxypori, n.g. Oxypora ſunt quæ Columella lib. XII, cap. 57, tradit appellari oxygara. Quoniã (inquit) cum vſus exigit, aceto, garóque diluuntur. Plin. lib. 20, Fœniculum condimentis propè omnibus inſeritur oxyparis etiam aptiſſimè.

Sunt & ſua medicis oxypora, quaſi à celeritate dicta penetrandi. eſt enim remedium præſentaneum. Plinius. Iuniperus miſcetur antidotis oxyporis.

Oxiporopola oxyporopolæ, Qui cibos vendit aceto confectos. Plin. In eos vſus & oxyporopolæ ſeruant, addito dulci acrementum temperantes.

O Z

OZENA ozenæ, f.g. Morbus, cum vlcera circa nares ſunt, pluréſve cruſtæ, & odorem fœdum habent. cui malo vix poteſt ſuccurri. nomẽnque trahit ab ozena polypo.

Ozena, Polypi genus. Plin lib. 1 x. cap. 30, Polyporũ generis ozena, dicta à graui capitis odore, ob hoc maximè murenis eam confectantibus.

OZIMVM ozimi, n.g. Genus edulii redolentis ex inteſtinis confecti. Perſius, Cum bene diſtincto cantauerit ozima vernæ. Ab ὄζω, redoleo.

OZE, fœtor oris. Columella lib. 3, Itaque & emiſſioni credendum eſt, quæ etiam immoratur, iactatione fœtorem quendam oris, quem ozen Græci vocant, minuit.

P A

PABVLVM pabuli,n.g.Propriè eſt pecudũ & aliorum brutorũ cibus herbaceus,fœniceus, paleaceus,vel ſtramentitius.Paſture,fourrage,& nourriture pour les beſtes.

Pabulum ſtudii. Cic.de Senect.45,Si verò habet ſenectus aliquid tanquam pabulum ſtudii & doctrinæ,nihil eſt otioſa ſenectute iucundius.

Pabularis & hoc pabulare,Quod ad pabulum pertinet,ſeu quod pro pabulo datur.Columella, Vitia pabularis,& vitia ſeminalis.

Pabulor pabularis,pabulari,Pabulum ex agris capere,Charcher viures es champs.Valerius Maximus,Id poſtquam cognouit,depoſitis inſignibus imperii,familiarem vultu induit,ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obiecit. Plaut.in Rud.8.6,Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico.

Pabulari,Paſcere,Paiſtre.Columella lib.8,Subinde quæ incedit(ſcilicet capella)compeſci debet ne procurrat,ſed placidè ac lentè pabuletur,vt largi ſit vberis.

Pabulator pabulatoris,Qui pabulatum vadit.Columella lib.v,Repentè ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt.

PACIFICO pacificas,pacificare,Pacifier,Mettre en paix.

Pacificatio pacificationis,f.g.Cic.Lepido,Itaque ſapientius meo quidem iudicio facies,ſi te in iſtam pacificationem non interpones.Id eſt,pacem faciendam.

Pacificator pacificatoris,m.g.Qui pacem facit.

Pacificatorius pacificatoria pacificatorium,Quod ad pacem faciendam pertinet.Cic.Poſtquam nos pacificatoria legatione implicatos putant.

PACIONEM(inquit Feſtus)antiqui dicebãt,quam nunc pactionem dicimus. Vnde & paciſci adhuc & paco in vſu remanet.

PACISCOR pacisceris,pactus ſum,paciſci,Pactum facere, conuenire. Faire paction,Cõuenir,accorder auec aucun pour quelque choſe. Plaut.in Bacch.19.24, Paciſci cum illo paulula pecunia potes. Plin.epiſt.109,Peto,atque etiã paciſcor vt ſimul agat Cremutio Ruſo.

Paciſci de.Suet.de claris grãmat.7,Nec vnquã de mercedibus pactus, eóque plura ex liberalitate diſcentium conſecutus.

Pactus ſum hanc rem.Iuſtinus lib.2,Cum Xerxe nuptias filiæ eius paciſcitur.

Hæc tibi pacta eſt Callidi filia? LE. ego ducam pater, etiã & ſi quam aliam iubebis.Ta elle promis?Plaut.in Trin.17.57.

Pactus pacta pactum,Accorde.Plaut.in Aſin.12.145,Hinc inerunt viginti minæ bonæ,mala opera partæ:has tibi nos pactis legibus dare iuſſit.Soub condition.

Pactam rem habeto.Plaut.in Pœn.17.37,Tuam mihi maiorem filiam deſpondeas. P.pactam rem habeto.Ie te laccorde.

Pactum pacti,n.g.Pact & accord faict entre aucuns.Cic.lib.2.de inuentione,Pactum eſt quod inter aliquos conuenit,quod iam ita iuſtum putatur,vt iuri præſtare dicatur.

Pacto,ablatiuus pro modo aliquando ponitur. Plaut.in Rud.31.46,Non tacebo vnquam alio pacto,niſi talẽto cõprimor.Ie ne me tairay point autremẽt. Idem in Trin.4 67,Dediſti næ hoc pacto ei gladiũ,qui ſe occideret. En ceſte maniere & facon,par ce point. Idem in Rud. 27.27,Nullus erat illo pacto vt illi iuſſerant. Terẽt.in And.Eo pacto & gnati vitam & cõſilium meum cognoſces.

Pactio pactionis,f.g.Paction,accord. Vlpianus,Pactio,eſt duorũ,pluriúmve in idem placitum & conſenſus.Salluſt.Collegam ſuum Antonium pactione prouinciæ propulerat,ne cõtra rẽp. diſſentiret. Cic.lib.3.de off.Regulus non debuit conditiones,pactionéſque bellicas & hoſtiles perturbare. Plin.epiſt.100,Solicitas me in Formianũ veniam, ea conditione, ne quid contra commodum tuum facias:qua pactione inuicem mihi caueo.

PACO pacas,pacare,Mitigare,Appaiſer,adoulcir.Lenire,placare,concordare.

Pacatè,aduerbium,Tranquillè,ſedatè.Paiſiblement.

PAEAN,pæanis,n.g. Hymnus erat in Apollinem,ſicut dithyrambus in Bacchum, vt Iulius Capitolinus inquit,qui non ſolum in auerſione malorum decãtabatur, ſed etiam in victoria. Interfecto enim Pythone laudibus & carminibus laudatus fuit,quæ pæana dixerũt.Virg.Lætum pæana canẽtes. Abuſiuè tamen pro omni deorũ laude ponitur.Vnde opus ſuũ Pindarus de laudibus omnium deorum,pæana inſcripſit. Pæana verò,à παίω medeor,deriuatur, quòd ſcilicet morbis medelam præbens, finem faceret. Vnde & Apollo ipſe Pæan dictus eſt. Iuuenalis,Parce precor Pæan.

PAEDAGOGVS, pedagógi, masc. gen. Pueri ductor. Παῖς puer: ἀγωγός. Is est, cui ducendorum puerorum custodia datur. Plaut. in Bacchid. 2.30, Non pædagôgum iam me, sed Lydum vocat. Idem in Merc. 3.91, Seruum vnà mittit, qui olim à puero paruulo mihi pædagôgus fuerat. Columella, lib. 1, Nec postrema quasi pædagogi eius meminisse dedignemur Iulii Hygini.

Pædia pædiæ, παιδία, eruditio, institutióque in bonas artes vt docet Gellius.

Pædotriba pædotribæ, vel pædotribes pædotribis, Ludi literarii præceptor.

Pædagogium pædagogii, n.g. Locus in domicilio, in quo puerii, seruíque cõmorantur, qui παιδες vocantur. Plin. epist. 147. e, Puer in pædagogio mistus pluribus dormiebat.

PAEDOR, pædoris, m.g. Squallor, illuuies, sordes, & omnis immũditia seu putor in animali. Lucanus, Longúsque in carcere pædor. Cic lib. 3. Tusc. Barba pædore horrida atque intonsa infuscat pectus illuuie scabrum.

Pædor, à græco deduci videtur, quo παῖδες, id est pueri dicuntur, qui in illa puerili ætatula sordidi ferè sunt, nec à sordibus sciunt abstinere.

PAETVS pæti, Qui obliquatis oculis in altum respicit, vel qui alterũ oculum minorẽ habet. Horat. in Serm. Appellat pætum pater, & pullum malè paruus, Si cui filius est.

PAGVS, pagi, m.g. Simul positæ villæ, hoc est, rusticanæ domus in vnum coagmentatæ. Village. Nã πηγὴ græcè, latinè fons dicitur, quòd circa fontes hæ ponerẽtur, quódq; omnes eadẽ aqua vterentur, authore Festo. Scribit Cæsar ciuitatem Heluetiam in quatuor pagos fuisse diuisam, hoc est, in quatuor regiones, quæ pagatim habitabatur.

Pagatim aduerbium, dictum est per singulos pagos ea forma qua oppidatim. De village en village. Liuius, Templa deûm quæ pagatim sacrata habebant, dirui atque incendi iussit.

Paganus pagani, à pago dictus est, rusticus, villanus, in villa natus, qui non nouit vrbem, quasi ex vno fonte potans, Vng villageois. Hinc semipaganus, semirusticus.

Pagani interdũ accipiuntur pro hominibus non militantibus: tametsi vrbani sunt. & est verbum peculiare iurisconsultorũ: à quibus hæc duo, perinde ac contraria opponũtur, miles & paganus. Suet. de Augusto, Pinarium equitem Romanum cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animaduertisset, curiosum & speculatorẽ ratus, coràm fodi imperauit. Vlpianus, Est rescriptũ à diuo Pio, in eo qui cum esset paganus fecit testamentũ, mox militare cœpit. Paulus, Fecit testamentũ exemplo eius qui paganus fecit, deinde militare cœpit.

Quare autem pagani dicantur qui vrbani sunt, dicitur Romam diuisam fuisse in tribus quatuor, sicut apud Dionysium lib. 4. antiquitatũ legitur, quas pagos vocitabant, in quibus habitantes, pagani dicebantur, qui in nullam aliam habitationem transferri poterant.

Paganalia paganaliorum, Festa rusticorum.

PAGINA paginæ, f.g. Vtraque pars folii, à pangendo, quòd in paginis carmina pangãtur, id est figantur. Vel dictæ sunt paginæ, authore Festo, quòd in libris suam quæque obtineant regionem, vt pagi. Plin. in Paneg. 149, Ergo non alia nos pagina, quàm te consulem accipiet: & nostra quoque nomina addentur fastis quibus ipse perscriberis.

Paginula paginulæ, diminutiuum. Cic. Attico, Si verò idem quod nescio an sit, vt non minus lõgas iam in codicillorũ fastis futurorum consulum paginulas habeat quàm factorum.

PAGO pagis, pepigi, pactum, pagere, Paciscí significat, Faire paction, Accorder. Cic. lib. 2. ad Herẽ. Pacta sunt quæ legib⁹ obseruãda sunt. Hoc modo vbi rẽ pagũt, oratione pagũt. Quintilian⁹ dicit pepigi esse nõ à pãgo, sed antiquo verbo pago pagis, sine n. vt in lege XII TAB. Ni ita pagunt. Suet. de claris Rhet. 1.e, AEstiuo tẽpore adolescẽtes vrbani cum Hostiã venissent, litus ingressi, piscatores trahẽtes rete adierũt. & pepigerunt bolum quanti emerent.

Pagere cum hostibus. Plin. de viris illust. 43, De redemptione captiuorũ cũ hostibus pepigit.

Pagere rem ducentis Philippeis. Plaut. in Bacchid. 19.38, Quid fit? CH. ducentis Philippeis rem pepigi.

PALA palæ, f.g. Instrumentum rusticum, Vne pelle. Pala, à pangendo, g in l, inquit Varro libro 4. de lingua latina.

Pala, Instrumentum quo panis in furnum mittitur, & extrahitur.

Pala, quoddam ignis receptaculum.

Palæ dicuntur dorsa dextra leuáque eminentia membra.

Palæ, minoris auri purgatioris massulæ, inquit Strabo, & vtique non maiores selibra.

Pala, annuli pars plana & latior, in qua gemma inseritur.

PALACRA palacræ, auri maſſa. Plin. lib. 33. cap. 4, Necnon in puteis etiã denas excedentes libras, palacras Hiſpani, alii palacranas: iidem quod minutum eſt, balucem vocant.

PALAESTRA palæſtræ, Luctatio. Luyte. à πάλιν iterũ, & παίω ferio. Vel ἀπὸ τῆς πάλης, id eſt, à luctatione, ἀπὸ τοῦ πάλλειν, id eſt à motu vrnæ. Nam ducta ſorte luctantur. Virg. lib. 6, Pars in gramineis exercent mẽbra palæſtris. Plaut. in Bacchid. 8. 20, Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras, gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas penderes. Terent. in Eunucho, 3. 2. 4, Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis.

Palæſtram, lenonis domum vocat Terentius in Phor. Eccum à ſua palæſtra exit foras.

Palæſtrita palæſtritæ, Qui ſe in palæſtra exercet. Vng luyteur.

Palæſtricus palæſtrica palæſtricum, Quaſi ex vſu palæſtræ. Plaut. in Rud. 8. 7, Ex vrbe ad mare huc prodimus pabulatum pro exercitio gymnaſtico & palæſtrico.

Palæſtricus ſubſtãtiuũ, Idem quod palæſtrita. Afranius, Depellis mihi mamũ per palæſtricos.

PALAM, aduerbium, Manifeſtè, & coram omnibus. Ad omnes refertur, inquit Donatus. Plaut. in Bacchid. 5. 67, Poſtridie auferimus aurum omne iis præſentibus, palàm atque apertè, vt illi id factum ſcirent. Manifeſtement, deuãt eulx, Que ilz le voyoient. Idem in Pſeud. 1. 8, Res palàm cognoſcitur. Res palàm eſt. Plaut. in Moſtell. 15. 19, Res palàm eſt: nũc te videre meli⁹ eſt quid agas cũ illo. La choſe eſt cõgnue. Idem in Capt. 10. 10, Operta quæ fuêre, aperta ſunt: patent præſtigiæ. Omnis res palàm eſt. Idem in Amphit. 9. 16, Pòſt igitur demum faciam res fiat palàm. Que la choſe ſera congnue. Idem in Aſin. 14. 12, Me honeſtius eſt quàm te palàm hanc rem facere. Terent. in Eunucho, 1. 2. 24, Sin falſum, aut vanũ, aut fictum eſt, continuò palàm eſt. Tout le monde le ſcet incontinent. Idem in Adel. 3. 2. 30, à lenone ipſus eripuit palàm. Deuant tous.

Palàm beatus. Terent. in Phor. 1. 3. 17, Quòd habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama, palàm beatus: ni vnum hoc deſit, animus qui modeſtè hoc ferat. Palàm mentiri. Euidẽmẽt mentir. Plaut. in Trucul. 4. 83, Si illud quod volumus dicitur, palàm cõmentiuntur.

PALATIO palationis, f. g. Id fundamẽti genus eſt, quod in aquis, aut in vliginoſis, aut cõgeſtitiis locis fieri videmus, à palis qui in terrã depangũtur, dictũ vocabulũ. Victruuius lib. 2. de alno loquens, Itaque quia non nimis habet in corpore humoris, in paluſtribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebrè fixa, recipiens in ſe quod minus habet in corpore liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, & ſuſtinet immania pondera ſtructuræ. Palatio, quæ vulgo pilotium dicitur, fiſtucatio etiam appellatur à fiſtuca machina vulgo nota, qua etiam pauitores vtuntur vtrinque enſata. Vng pilotis.

PALATIVM palatii, n. g. Mons Romæ appellatus eſt, quòd ibi in palatio, pecus paſcens balare conſueuerit. ſic enim vox eius animalis exprimitur, quaſi balatium. Vnde Næuius balatium appellat. Vel à palo palas, quòd ibi palare, id eſt errare pecudes ſolent. Seu quòd palantes Arcades cum Euandro ibi conſederunt. nam ante Romam conditam poſſeſſum atque habitatum fuit. Alii à Palantia Latini matre, quæ ibi habitauerit, palatium dictum volunt. Alii à Palante Euandri auo. Alii à filia Euandri Palantia, ab Hercule vitiata, & poſtea illic ſepulta. Vel certè à Palante eius filio ibi ſepulto. Alii à Pale paſtorali dea nomen inditum autumant.

Palatium dicitur etiam domus imperatoria, ſuperba, ampláque: Vng palais. à Palante gigante, qui primus palatium ob magnitudinem ſui feciſſe dicitur. Aut ſecundũ Pliniũ, à Palanteo Arcadiæ oppido. Siue vt Cyrillus author græcus refert, à Palatio mõte. Suet. de claris grãmat. 17, Quare ab Auguſto quoque nepotibus eius præceptor electus, trãſiit in palatiũ cum tota ſchola.

Palatium primam indifferentem habet. Ouid. de arte, Illic quas tulerant nemoroſa palatia frondes. Martialis, Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo.

PALATIM, aduerbium, Paſſim vagando. Liuius lib. v, Tuſculum palatim fugerunt.

PALATVM palati, n. g. Le palais de la gorge. Plin. lib. x 1. cap. 37, Intellectus ſaporum eſt cæteris in prima lingua: homini & in palato. Columella lib. 8, Sed etiam ſi palatum atque lingua concolor lanæ eſt.

PALEA paleæ, f. g. Paille. à palàm ſeu pabulo dicitur. nam ea ſola primum in paſcendis animalibus præbebatur. Quo ſanè vocabulo non propriè culmi, ſed follicula ipſa granorum cõprehenduntur. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 50, Contrà, quod cum ſpica ſtramẽtum hæret, corbibus in aream defertur: vbi diſceſſit in aperto loco palàm, à quo nominata poteſt eſſe palea. Virg. lib. 1. georg. Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes. Columella lib. 7, Mi-

nus commodè tuemur armentum paleis, quæ vbique quibuſdam regionibus ſolæ præſidio ſunt, & probantur maximè ex milio, tum ex hordeo, mox ex tritico. Idem, Oportet fabam maturam conterere, & paleas eius diligenter condere. Virg. Nec quicquam pinguis paleæ teret area culmos.

Palea, Cartilago deflua à collo galli gallinacei. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 60, Gallos ſalaces qui animaduertũt ſi ſunt lacertoſi, rubenti criſta, roſtro breui, acuto, oculis rauis aut nigris, palea rubra ſubalbicanti, collo vario aut aureolo, fœminibus pulloſis &c.

Palea æris. Plin. lib. 34. cap. 13, In ærariis officinis & pſegma fit, iam liquato ære, atque percocto, additis etiamnum carbonibus, paulatímque accenſis, ac repẽtè vehemẽtiori flatu exponitur æris palea quædam.

Paleatus paleata paleatum, Quod eſt factum ex paleis. Columella lib. 3, Quicquid inſerueris libro legato, luto ſubtracto paleato, oblinito plagam, & alligato, ne aqua ventúſve penetrare poſſit. Terre meſlee auec de la paille.

Palearium, palearii, Vbi conditur palea. Columella lib. 1. cap. 6, Pars autem fructuaria diuiditur in cellam oleariam, torculariam, cellam vinariam, defrutariã, fœnilia, palearíaque, & apothecas, & horrea.

PALEAR, palearis, n. g. Pellis dependens ex gutture boum. dicta quaſi pellearia. Virg. lib. 3. georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent.

PALIMPSESTVS, palimpſeſti, Membrana iterum abraſa. Cice. Trebatio, lib. 7. epiſt. Nam quod in palimpſeſto, laudo equidẽ parſimoniã: ſed miror quod in illa chartula fuerit, quod delere malũeris, quàm hæc ſcribere. Iuriſconſulti deletitiã vocant. nam abraſis prioribus literis, reſcribitur. Vlpianus, Chartæ appellatio ad nouam refertur, & ad deletitiam.

PALINODIA, palinodiæ, f. g. Contrarius cantus, Contrechant.

Palinodia, recãtatio vel retractatio dicitur. Vnde palinodiam canere, Eſt diuerſum ab iis quæ prius dixeris, dicere, atque in contrariam vertere ſententiam. Soy deſdire. Cicero Attico, Expecta palinodiam diuinam.

PALIVRVS, paliuri, m. g. Spinæ genus eſt, inquit Plinius, lib. 24. cap. 13. Virg. Carduis & ſpinis ſurgat paliurus acutis.

PALLA pallæ, Honeſtæ mulieris veſtimẽtum, hoc eſt, tunicæ pallium. quòd palàm & foris eſt, ad veſtigia vſque demiſſum. Virg. Pro longæ tegmine pallæ Tigridis eximiæ per dorſum à vertice pendent. Plaut. in Menæh. Pallam ad phrygionem fert confecto prãdio. Virg. Pallam ſignis auróque rigentem. In Gallia tamen viri quoque palla vtebantur. Martialis, Dimidiáſque nates gallica palla tegit.

Pallula pallulæ, diminutiuum. Plaut. in Trucul. 3. 23, Aut petit aurũ quòd conciſſa pallula eſt.

PALLACE pallaces, f. g. Græcũ eſt, & ſignificat cõcubinam. Vnde dicitur, hæc eſt pallace mea, pallace Veſpaſiani.

Pallaca pallacæ, Idem. Suet. in Aug. Veſp. cap. 21, Poſt deciſſa quæcunque obueniſſent negotia, geſtationi, & inde quieti vacabat, accubãte aliqua pallacarum, quas in defunctæ locum Cænidis plurimas conſtituerat.

PALLEO, vide PALOR.

PALLIVM, pallii, n. g. Dictũ eſt quòd palàm ſit & foris. Sub eo enim tunica ſumebatur, longè, latéque diffuſum, & viris, mulieribúſque conueniens. Propriè autem græcus habitus. Vnde palliati Græci dicti ſunt, & comœdiæ palliatæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundũ ritus & habitus hominum palliatorum Græcorum. Authores Donatus & Diomedes. Vne longue robe.

Tunica pallio propior. Plaut. in Trin. 17. 30, Charmidem ſocerũ ſuũ Lyſiteles ſalutat. c. di dent tibi Lyſiteles quæ velis, nõ ego ſum ſalute dignus. LY. imò ſalue Callicles hũc priorẽ æquũ eſt me habere. Tunica propior pallio eſt. Allegoria prouerbialis, qua ſignificatur, ex amicis nos aliis atque aliis magis eſſe deuinctos, neque parem omniũ habendã eſſe rationẽ.

Palliolum pallioli, diminutiuum, Vne petite robe lõgue. Plaut. in Caſin. 23. 29, Sed vbi palliolum tuum eſt? c. hic intus reliqui.

Palliolatim, aduerbium. Plaut. in Pſeud. 22. 24, Sed palliolatim amictus ſic inceſſi ludibundus. Veſtu dune robe longue.

Palliolatus, Huiuſmodi pallio indutus. Suet. de Claud. Palliolatus nouo modo præſedit. Martialis, Hanc volo quæ facilis, quæ palliolata vagatur.

Pallio palias, palliare, Pallio tegere.

Palliare, Tegere, celare. Apul. Nec palliari tam aperta res poteſt.

Palliaſtrum palliaſtri, Rude ac vile pallium. Vne meſchãte robe. Apul. Ecce Socratem cõtubernalem meum conſpicio, humi ſedebat ſciſſili palliaſtro ſemiamictus.

PALLOR palloris, m.g. Quaſi pellis liuor, Palleur.

Pallor, Vetuſtas, & negligentia. Lucilius lib. 30, Lana opus omne perit, pallor tineæ omnia cedunt.

Pallidus pallida pallidum, Qui eſt palle & bleſme.

Palleo palles, pallui, pallere, Eſtre palle.

PALMA palmæ, Planum illud & ex parte concauum manus quod in digitos deſinens, decore patet. La paulme de la main.

Palma, ab huius ſimilitudine, arbor quoque illa nobilis, quã phœnicem vocamus. Vne palme. dicta quòd comam in cacumine habeat circũextenſam, & ramos in digitorum modum protenſos. Non cedit ponderi, ſed ſurgit aduerſus pondus. Ideò victoribus traditur præmio, quòd non ceſſerint, ſed pertinaces in bello perſtiterint. Vide Gellium libro tertio noctium Atticarũ, cap. ſexto. Plin. lib. 16. cap. 43, Palma arborũ valida, in diuerſum enim curuatur. At populus contra omnia inferiora panditur: palma econtrario fornicatur.

Palma, pro victoria aliquando ponitur. Plutarchus, In certaminibus palmam ſignum eſſe placuit victoriæ, quoniã ingenii eiuſmodi lignũ eſt, vt vrgentibus, opprimentibúſque nõ cedat.

Palma, Cauſſam certaminis aliquando ſignificat, authore Donato. Terẽt. in Prolog. Phor. 18, In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Palmam ferre, Emporter le pris.

Palmam dare. Terent. in Heaut. 4. 3. 31, Huic equidem conſilio palmam do, hic me magnificè effero. Ce conſeil eſt le meilleur qui ſoit.

Palmeus palmea palmeum, Quod eſt ex palma arbore. Columella lib. 6, M. Columella Bethicæ prouinciæ ſub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat.

Palmoſus palmoſa palmoſum, Quod eſt palmis abundans. Virg. lib. 3. Geor. Palmoſa ſalinis.

Palmata, ſeu palmaris veſtis, à palma pro victoria dicta, propriè triumphantium fuit, quam merebãtur hi qui de hoſtibus palmam reportaſſent. Alii à latitudine clauorum dictam volunt palmatam, quæ nunc à genere picturæ, picta appellatur. Martialis, Palmatæque ducem, ſed cito redde togæ.

Palmaris & hoc palmare. Vt palmaris ſtatua, quæ alicui propter victoriã ponitur. Cic Philipp. 6, Sed illa ſtatua palmaris, de qua, ſi meliora tempora eſſent, non poſſem ſine riſu dicere.

Palmarius palmaria palmarium, Quod eſt palma dignum. Terent. in Eunucho, 5. 4. 8, Tum hoc alterum id verò eſt quod mihi puto palmarium, me reperiſſe quomodo adoleſcentulus meretricum ingenia & mores poſſet noſcere.

Palmipes palmipedis, o. g Planos & ad palmæ ſimilitudinem habẽs pedes. Vnde anſeres & omnes ferè aquaticæ aues, palmipedes dicuntur. Plinius, Aut in palmipedum genere ſunt, vt anſeres.

PALMES palmitis, m.g. Sarmentum vitis & aliarum arborum: quoniã palmites in modum palmarum humanarum, virgulas quaſi digitos habent. Sarment, branches darbres, ou ſions. Plin. lib. 17. cap. 22, Sic duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiámque in proximũ annum promittit, pampinariũ vocatur. At vbi ſupra cicatricem eſt, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, ſemperque fructuariũ reliquitur ſub iugo. Et qui vocatur cuſtos. hic eſt nouellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, ſi vitis luxuria ſe conſumpſerit.

Palmo palmas, palmare, Materias alligare, Lier ſarmẽt, ou brãches darbres. Columella lib. 12, Cæterum palmare, id eſt materias alligare, hoc tempore non expedit.

Palmare in alia ſignificatione accepit Quintilianus in declamatione Cæci, Præterea cum manus ex parte qua palmare veſtigium poteſt, plicetur in capulo. Et paulò pòſt, Tuus autem qui palmatus eſt paries, veſtigium eius partis oſtendit.

PALMVS palmi, Menſuræ genus eſt. La meſure dune paulme. Et eſt duplex, Maior duodecim digitorum, græcè ſpitane vocatur. Minor, digitorum quatuor, paleſtes græcè dicitur.

Palmum, neutro genere etiam dicitur. Victruuius lib. 2, Doron autem Græci appellant palmum, quòd munerũ datio græcè doron appelletur. Id autem ſpargitur per manus palmũ.

Palmarius palmaria palmariũ, Quod eſt palmi. Dune paulme. Colu. lib. 9, Per ſpatia palmaria modicis forantur cauis. Idem lib. x i i, Spici vlpici inter palmaria ſpatia diſponendi ſunt.

Palmipedalis & hoc palmipedale, Menſura vnius pedis & palmi. Columella lib. 4, Nam in cliuo-

sis vbi terra decurrit, potest malleolus palmipedalis poni.

Palmula palmulæ, f.g. Extrema pars remi, eo quòd in modum palmæ protensa est. Virg. lib. v, Et læuas stringat sine palmula cautes.

PALO palas, vide PALVS.

PALPEBRAE, palpebrarum, Capilli quos homines in genis vtrinque habent. Les paupieres. à palpitando, id est tremendo, vel à palpando, id est prætendendo. Plin. lib. xi. cap. 37, Palpebræ in genis homini vtrinque. mulieribus etiam infectæ quodãmodo. Tanta est decoris affectatio vt tingantur oculi quoque. Alia de causa hoc natura dederat ceu vallũ quoddã visus & prominens munimentum contra occursantia animalia aut alia fortuitu incidentia.

PALPITO palpitas, palpitare, Frequentatiuum à palpo, Leuiter ac frequẽter moueri. Plin. Palpitat certè cor, & quasi alternatim mouetur. Iuuenalis, Vt semel atque iterum super illã palpitet.

PALPO palpas, palpare, & Palpor palparis, palpari, deponens, Leniter, blandè, & quasi tentando tangere.

Palpari, Adulari, Flatter. Plaut. in Amph. 6.9, Obseruatote quàm blandè mulieri palpabitur. Palpari, datiuo iungitur, aliquando etiam accusatiuo. Horat. in Serm. Et cui si palpes recalcitrat. Iuuenalis, Quem munere palpat Carus.

Palpo palponis, m.g. Vng flateur, bailleur de belles parolles, abuseur. Plaut. in Amphit. 6.28, Facitne vt dixi? timidam palpo percutit.

Palpator palpatoris, Idem. Plaut. in Merc. 4.55, Hercle verò vapulabis, nisi iã loquêre, aut hinc abis. A. hoc sis vide vt palpator nullus est. Idem in Rud. 4.38, Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris, malum, periurum, palpatorem?

Palpum palpi palpo, Blanditiæ dicũtur. Plaut. in Pseud. 14.41, Ego istuc aliis dare cõdidici, mihi obtrudere non potes palpum. Tu ne me saurois abuser de parolles.

Palpatio palpationis, f.g. Flaterie. Plaut. in Menæh. 14.33, Auser hinc palpationes.

PALVDAMENTVM, paludamenti, n.g. Insigne ac ornamentum militare. Vne cotte darme. Ideò cũ ad bellũ exit imperator ac lictores mutauerũt vestẽ, & signa insinuerũt, dicitur proficisci paludatus, inquit Varro de lingua latina, lib. 6. Liuius, Cum paludatis lictoribus profectus ab vrbe, Brundusium venit. Sallust. histor. lib. 3, Et eodem tempore Lẽtulus duplici acie longum editũ multo sanguine suorum defensus, postquam ex sarcinis paludamenta astari, & delectæ cohortes intelligi cœpere.

Paludamentum etiam de veste muliebri inuenitur dici. Plin. Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, sedente eo ad naualis prælii spectaculum, assidentem indutam paludamẽto aureo textili, sine alia materie.

Paludamentum, inquit Varro de ling. latin. lib. 6, dicitur quòd qui ea habent conspiciũtur, ac fiunt palàm.

Paludatus, Qui a vestu vne cotte darme. Cic. ad Cæsarem Iuniorem, lib. 2, Antonius demẽs ante lucem paludatus.

Paludati (inquit Festus) in libris auguralib⁹, significat, vt ait Veranius, armati, ornati. Omnia enim militaria ornamenta, paludamenta dici.

PALVMBES palumbis, tã masculini quàm fœminini generis inuenitur, Sylueſtris columba, quæ in arboribus sepibúsque nidificat. Coulon ou pigeon ramier. Virg. Raucæ tua cura palumbes. Lucanus, Macrósque palumbes. Plin. lib. 10. cap. 35, Viuere palumbes ad tricesimum annum, aliquos ad quadragesimum, Aristoteles author est: vno tãtum incommodo, vnguium, eodem & argumento senectæ, quæ citra perniciem reciduntur &c.

Palumbus & palumba dicitur. Martialis, Inguina torquati tardant, hebetántque palumbi: Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax. Propertius, Sed cape torquatæ Venus ô regina palumbæ.

Palumbinus palumbina palumbinum, Quod ex palumbe est.

PALVS pali, m.g. prima producta. Vng pali. Tibullus, Hic docuit teneram palis adiungere vitem.

Palus palo proximus. Plaut. in Menæh. 9.47, Perii misera, quam tu nunc mihi nauem narrasMEN, ligneam sæpe tritam, sæpe fixam, sæpe excussam malleo. quasi supellex Pellionis, palus palo proximus est. Elle est si vsee que les pieces sentretiennet. Prouerbialiter dixit.

Palus palûdis, f.g. & prima correpta, Est vbi paululũ aquæ in altitudine, & palàm latius diffusa, inquit Varro, quæ etiam quandoque siccatur. Vne mare. Virg. lib. 4. georg. Cocyti, tardáque

palus inamabilis vnda. Horat. Regis opus ſtelliſque diu palus, aptáque remis.

Paluſter, paluſtris, & hoc paluſtre, Quod eſt ex palude. Columella lib. 1. cap. v, Deterrima aqua paluſtris, quæ pigro lapſu repit: peſtilens, quæ in palude ſemper conſiſtit.

Palo palas, palare, Sepire, & quaſi palis munire, Fermer de palis. Columella lib. 12, Vt vitis paletur, & capite tenus alligetur, & iuga vineis imponantur, & capiſtretur.

Palare, Vagari, errarèque. Eſtre vagabont, Courir ca & la, Eſtre eſpars.

Palor palaris, palari, deponens, Paſſim vagari: ſicuti faciunt qui lento gradu, diſperſique labruſcas quærũt. Liuius lib. 1, Raptim & ad hos Romana legio ducta palantes in agris oppreſſit. Idem lib. v, Iam obſidionis tædio victi abſcedunt, vagique per agros palantur cibis, vinóque raptim hauſto repleti.

Hoc verbum quidam à palàm deduci exiſtimant. Alii à palis caſtrorum, hoc eſt ſudibus, modo huc, modo illuc tranſlatis.

PAMPINVS pampini, à Virgilio genere maſculino ponitur, à Varrone frequentius fœmino. Significat folium vitis, vel ramuſculum virentem. Virg. Heu malè tunc vites defendit pampinus vuas. Plaut. in Ciſtell. 10. 69, Inuoluolum quæ in pampini folio intortá implicat ſe.

Pampino pampinas, pampinare, Pampinos decerpere, vel (vt inquit Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 30.) à ſarmẽto coles qui nati ſunt de his qui plurimũ valent, primum ac ſecũdum, nonnunquam etiam tertium relinquere, reliquos decerpere, ne relictis colibus ſarmẽtum nequeat miniſtrare ſuccum. Columella lib. 3, Cum cõprehenderint identidem pampinent, ne plura ſarmenta quàm debent excreſcant. Plin. lib. 18. cap. 27, Cum herba creuerit in feſtucam, arcere aquas. Vineas pampinare.

Pampinatio pampinationis, f. g. Columella lib. 4. cap. 27, Nam id plurimum refert, nõ inſcite facere, ſiquidem vel magis pampinatio quàm putatio vitibus conſulit.

Pampinator pampinatoris. Columella lib. 4. cap. 27, Idque faciet variis de cauſis pampinator induſtrius.

Pampinarium pampinarii, n. g. Plin. lib. 17. cap. 22, Duo genera palmitum: Quod è duro exit, materiámque in proximum annum promittit, pampinarium vocatur. Columella lib. 3. cap. 10, Quare vitioſiſſima eſt eorum agricolarum opinio qui minimum referre credũt quot vuas ſarmentum habuerit, dum ex vite fertili legatur, & non ex duro trunco enatum, quod pampinarium vocant.

Pampinarius pampinaria pampinarium, Quod eſt pampini. Columella lib. v, Ne aut pampinarius palmes internatus, aut verrucæ ſimilis, furunculus relinquatur. Idem lib. 4, Ne pampinariam virgam deplantet.

Pampineus pampinea pampinum, Idem quod pampinarius. Virg. lib. 2. geor. Liber pampineas inuidit collibus vmbras.

Pampinoſus pampinoſa pampinoſum, Quod pampinis abundat. Columella lib. 6, Et ſi parum pampinoſa vitis eſt.

PANACES, panacis, vel panax panacis, f. g. Herba, cuiũs ſuccus opopanax vocatur. ἀπὸ τοῦ πάντα ἀκέομαι, hoc eſt, à ſanãdis omnibus morbis. Plin. Panaces ipſo nomine omnium morborum remedia promittit. Columella, Panax vtroque tempore, leni & ſubacta terra rariſſimè differitur. Plin. lib. 19. cap. 12, Panax piperis ſaporem reddit.

Panacea panaceæ, Idem. Lucanus lib. 9, Et panacea potens, & Theſſala centaurea. Virg. Ambroſios ſuccos, & odiferam panaceam.

PANARETHVS, panarethi, dici poteſt omnium virtutum continens. πᾶν enim, totum ſignificat: ἀρετὴ virtus. Martialis, Arguto madidus pollice panarethus.

PANARIVM panarii, n. g. Panis receptaculum. Plin. epiſt. 6, Proinde quũ venabere, licebit authore me, vt panarium & langũculam, ſic etiam pugillares feras. Vne panetiere. Ceſt auſſi vne corbeille ou huche a ſarrer le pain. Suet. Sparſit & miſſilia variarũ rerum, & panaria cum opſonio viritim diuiſit.

Panariolum panarioli, diminutiuum, Vng petit panier ou corbeille a ſarrer pain. Martialis, Cum panariolis tribus rediſti.

PANATHENEVM panathenei, Cõmunis celebritas ludi gymnici in honorẽ Mineruæ Athenis celebrati. Primus Theſeus, authore Plutarcho, inſtituit Panathenea. Nam Græci ἀθηνᾶα vocant, quam noſtri Mineruã nuncupauerunt. Euſebius, Agon gymnicus, quem panatheneon vocant, Athenis actus.

Panathenaicus panathenaica panathenaicum. Panathenaicus liber Iſocratis.

Panathenaicum panathenaici, Genus vnguenti: de quo Plinius lib. 13. cap. 2, Panathenaicum ſuum Athenæ perſeueranter obtinuere.

PANCARPIAE, pancarpiarum, Sunt, authore Feſto, coronę ex variis florũ generibus factæ, & penè omnibus.

PANCHRESTVM panchreſti, n.g. Medicamentũ nobile, quod latinè dici poteſt omnibus conducibile. Cic. in Verrem, act. v, Aduentu L. Metelli prætoris cum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo panchreſto medicamento amicos redemiſſet, aditum eſt ad Metellum, & ductus eſt Apronius. Plin. lib. 36. cap. 20, Sed Sotacus è vetuſtiſſimis authoribus quinque genera hæmatitarũ tradit, præter magnetem: principatum dat ex his AEthiopico, oculorum medicamentis vtiliſſimo, & iis quæ panchreſta appellant.

PANCHROS, Gemma, quæ ferè ex omnibus coloribus conſtat, vt inquit Plinius libro 37. cap. 10.

PANCRATIVM, pancratii, n.g. Quaſi omnia potens, Ludus gymnicus, quinquertio conſtans. Propertius, Puluerulentáque ad extremas dat fœmina metus, Et patitur duro vulnera pancratio.

Pancratiaſtes pancratiaſtæ, qui hoc ludo excellit, certator & victor pancratii. Gellius lib. 3, Diagoras filios tres habuit: vnum pugilem, alterum pancratiaſten, tertium luctatorem.

Pancraticè, aduerbium, Id eſt robuſtè. vnde pancraticè valere, id eſt robuſtum eſſe, vt ſolẽt qui pancratio exercẽtur. Plaut. in Bacchid. 5. 14, Benéne vſque valuit? c. pãcraticè atq; athleticé.

PANDECTA pandectæ, Nomen compoſitum à πᾶν, quod eſt totum, & participio huius verbi δέχομαι, quod eſt capio, quaſi omnia intra ſe cõprehendens, volumen aliquod vniuerſaliter cõtinens. Dicitur pandecta ἀπὸ τοῦ πάντα δέχεσθαι, quòd omnia habeat, quaſi omne rerum atque doctrinarum contineat genus. Inſcripſit autem hoc nomine opus ſuum Tiro Tullius (vt Aulus Gellius refert) cum quid pãdectæ dicuntur, exponit. Iuſtinianus libros in quibus vetera iura collegit, pandectas appellauit.

PANDICVLOR, pãdicularis, pãdiculari dicuntur, inquit Feſtus, qui toto corpore oſcitantes extenduntur, eo quòd pandi fiunt. Plaut. in Menæh. 17. 72, Vt pandiculans oſcitatur!

Pandicularis dicebatur dies, idem & cõmunicarius, in quo omnibus diis cõmuniter ſacrificabatur. Hæc Feſtus.

PANDO pandas, pandare, Incuruare. Vnde pandari trabs dicitur, quaſi incuruari, cedereq; ponderi: cuius contrarium palmæ faciunt, quippe quæ non contra inferiora, ſed in diuerſum renitendo fornicantur. Plinius lib. 15, At populus contra omnia inferiora pandatur. facilè pandatur iuglans.

PANDO pandis, pandi, paſſum, pandere, Aperire, & patefacere. Ouurir. Plaut. in Bacchid. 6. 1, Pandite atque aperite propere ianuam hanc. Pandere, Varro exiſtimat ea cauſſa dici, quòd qui ope indigerẽt, & ad aſylum Cereris confugiſſent, panis daretur. Pandere ergo, quaſi panem dare, & quòd nunquã tabulis clauderetur. Idem de vita pop. Ro. lib. 1, Hanc deam melius putat eſſe Cererem: ſed quòd in aſylum qui cõfugiſſent, panis daretur, eſſe nomen factum, à pane dando, pandere, hoc eſt aperire.

Paſſus paſſa paſſum, Apertus, extenſus. Vt paſſa vela, id eſt diducta ac diſtenta. Virg. Paſſis de littore palmis. Les mains tendues. Paſſus capillus, id eſt porrectus ac ſparſus. Terent. in Phor. 1. 2. 56, Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida. Idem in Heaut. 2. 3. 49, Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter.

Pandus panda pandum, Apertus. Virg. lib. 2. georg. Lancib9 & pandis fumãtia reddimus exta.

PANDOCHIVM pandochii, n.g. Diuerſorium, hoſpitium, ſtabulum.

Pandocheus pandochei, Stabularius.

PANEGYRIS, huius panegyris, f.g. Πανήγυρις, πανηγύριος, Cõuentus, nundinæ, feſtiuitas. à πᾶν & ἀγύρω, hoc eſt ab omnibus rebus mercandis.

Panegyrici, inde dicti ſermones laudatiui, qui in conuentu populi & ſacris celebritatibus habentur, quales ſunt quibus diui imperatores laudantur.

PANEROS, gẽma, de qua ſic Plinius lib. 37. cap. 10, Paneros qualis ſit, à Metrodoro nõ dicitur, ſed carmen Timaridis reginæ in eadem dicatum Veneri non inelegans ponit, ex quo intelligitur addictam ei fœcunditatem. Quidam hanc panſebaſton vocant.

PANGO pãgis, pepigi, panxi, pactũ, pãgere. Figere, plãtare, ſiue iũgere. Feſtus, Pãgere, figere. Vnde plãtæ pãgi dicũtur cũ in terrã dimittũtur. Hinc verſus pangi, vel fĩgi in cera dicũtur.

Pangere, Figere, Ficher. Liuius lib.7, Lex vetuſta eſt, priſcis literis verbiſque ſcripta, vt qui prætor maximus ſit, idibus Septẽbris clauum pangat. Fixus fuit lateri ædis Iouis opt.max.

Pangere oſculum, Baiſer. Plaut. in Curcul. 2.56, Qui vult cubare, pangit ſaltem ſauium.

Pangere, Plantare. Columella lib. 3, At quæ vetere ſarmẽto panguntur, tardius conualeſcunt, ſed tardius deficiunt. Idem lib. 12, Malleolus qui recẽtiſſimus, curioſiſſimè pangẽdus eſt.

Pangere, Scribere. Cic. Tironi, An pãgis aliquid Sophocleum? fac opus appareat. Gellius, Si aut verſum pangis, aut orationem ſolutam ſtruis, atque ea verba tibi dicenda ſunt, non eas finitiones prærancidas, neque fecutiuas grammaticas ſpectaueris, ſed aurem tuam interroga quo quid loco conueniat dicere.

Pactilis & hoc pactile, Iũctus. Vt pactilis corona. Plinius lib. 21, Summáque authoritas pactilis coronæ.

PANICVLA, vide PANVS.

PANICVM panici, Genus frugis, à paniculis ſuis dictum. Plinius lib. 18. cap. 7, Panicum à paniculis dictum, cacumine languido nutante, paulatim extenuato culmo, penè in ſurculum prædenſis aceruatur granis, cum longiſſimo pedali, ob ſimili comæ granum cõplexæ, quæ fimbriato capillo curuatur. Sunt & panico genera: Mãmoſo è pano, paruis racemato paniculis, & cacumine gemino. Cæſar, Panico vetere, atque hordeo corrupto.

PANIS, huius panis, m.g. Du pain. Nonius, Panis proprietatem à paſcendo putant veteres exiſtimandum. Varro de vita pop. Ro. lib. 1, Paſtillos & panes hæc vocabula paſtus, quòd eſſe paſcere dicebant.

Panis ater, Pain bis. Terent. in Eunucho, Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent.

Panis ſordidus. Plaut. in Aſin. 4.16, Sordido vitam oblectabas pane, in panis inopia.

Panis primarius, Du pain blanc.

Panis ſecundarius, Pain bourgeois. Suet. in Auguſt. Cibi minimi erat, ac ferè vulgaris. ſecundarium panem maximè appetebat.

Panis cibarius, Panis rubidus, ſecundo coctus, Bis cuit. Ou gros pain bis.

Panifex panificis, Qui panes facit. qui & panificus dicitur. Boulangier.

Panificium panificii, à pane & faciendo dici cœptum eſt, inquit Varro de lingua latina, lib. 4. Boulangerie.

Panarium panarii. Vide ſuo ordine.

PANNVS panni, m.g. Du drap.

Pannum neutro genere protulit Næuius, Qui habet vxorem ſine dote, pannum poſitum in purpura eſt.

Panniculus panniculi, diminutiuum. Iuuenalis, Et panniculus bombycinus vrit.

Pannoſus pannoſa pannoſum, Qui ſordida veſte, craſſo panno, villíque opertus eſt. nec hoc niſi de paupere dicitur. Iuſtinus lib. 2, Permutato regis habitu, pãnoſus ſarmenta collo gerens, caſtra hoſtium ingreditur.

Pannicularia, Vlpiano teſte, dicuntur ea quæ in cuſtodia receptus, ſecum attulit, vt veſtem qua indutus fuerat, qui ad ſupplicium ducitur, aut nũmos quos victus ſui cauſſa habuerit in promptu, aut leues annulos, hoc eſt qui rem non excedunt aureorum quinque.

Panneus pannea panneum, Quod eſt ex panno.

Pannuleium pannuleii, n.g. à panno & voluendo filo, ſudariolum ſignificat, vt eſt apud Varronẽ lib. 1. de ling. latina.

PANTHER, pantheris, m.g. Ab Ariſtotele vocatur animal quod Theodorus Gaza lupum canarium appellat, diuerſum à pãthera, vt ex Galleno coniici poteſt, qui ſic ait, Quidam adeò belluini, vt leonum & pantherarũ, item canum & pantherum & vulpium carnibus veſcantur.

PANTHERA, pantheræ, Animal prorſus ferum & maculoſum: cuius mas pardus dicitur. Plin. lib. 8. cap. 17, Panthera & tigris macularum varietate propè ſolæ beſtiarum ſpectantur, cæteris vnus ac ſuus cuiuſque generis color eſt. &c.

Panthera, ex πᾶν, quod totaliter ſignificat, & θὴρ fera.

Pantherinus pantherina pantherinum, Quod ex panthera eſt.

Pantherinum, Quod pantheræ ſimilis eſt, & varius. Plaut. in Epid. 2.16, Qui variè valent, caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.

PANTICES, Fluxus ventris, quòd venter pandatur. Plaut. in Pſeud. 4.52, Eo vos panticéſque adeò madefacitis, cum ſim ego hic ſiccus

PANTOCRATOR, pantocratoris, Omnipotens, vel omnia vincens.

PANTOMIMVS, pantomimi, Rerum omnium imitator, qui in ſcenis perſonas per ſingulorum actuum ſimulationes oſtendebat. Ex πάντων omniũ, & μίμος ſimulator. Plin. lib. 7, Mythicum pantomimũ, hoc eſt fabularem quendam vocauit. Plin. epiſt. 144. b, Habebat illa pãtomimos, fouebátque effuſius, quàm principi fœminæ cõueniret.

PANVRGVS, panurgi, Aſtutus, quaſi rerum omnium experientiam habens.

Panurgia panurgiæ, Aſtutia. Plaut. Iſthæc panurgia tete in piſtrinum dabit.

PANVS pani, m. g. Nonius, Panus eſt tramæ inuolucrũ, quem diminutiuè panullã vocamus. Lucil. lib. 1 x, Foris ſubtegminis panus eſt.

Panus, vocatur tumor ſub faucibus, auribúſve & inguinib⁹, ex formæ ſimilitudine. Afranius, In quem plenam papulam, panum, tympanum. Nonius, Qui me miſerũ miſeriorem reddidit, quàm panus puerum. quòd pueri ægrius patiantur hoc genus morbi. Plin. lib. 20. cap. 1, Parotidas & paros ſanat, & cicatricibus colorem reddit.

Panicula paniculæ, diminutiuũ à pano. Plinius, È ramis picearum arborum, inſtar pãnicularum nucamenta ſquammatim dependent.

Panicula, dicitur coma illa in arundinibus, iuglandibus & auellanis, in qua ſemina dependent. Plinius, Orthominium linum fit è paluſtri, velut arundine duntaxat panicula eius.

Panicula, dici poteſt, quicquid ſub longa vel ſub rotunda forma tumet. Celſus in curatione ramicis, Faſcia eius rei cauſſa fit, cui imo loco pila eſt aſſuta, ex paniculis facta, quæ ad repellẽdum inteſtinum quod deſcendit, illi ipſi ſubiicitur. Plin. lib. 21. cap. 4, Eſt & quæ Græcula roſa appellatur à noſtris. Et paulò pòſt, Eſt & alia græcula appellata, conuolutis foliorum paniculis, nec dehiſcens, niſi manu coacta, ſemperque naſcenti ſimilis.

PAPAE, admirãtis interiectio, habet enim in ſe affectum verbi miror. Donatus, Papæ, interiectio, mira ſubito accipientis. Plaut. in Caſina, 23. 6, Atat maiorem inuenio. c. quid? o. habet. c. quid? o. papæ! Terẽt. in Eunucho, 2. 2. 48, Ecquid beo te? p. méne? papæ. g. ſic ſoleo amicos. p. laudo. Ibidem, Papæ hæc ſuperat ipſam Thaidem.

PAPAVER papaueris, n. g. Genus herbæ. Du pauou. Plin. lib. 19. cap. 8, Papaueris ſatiui tria genera: Candidũ, cuius ſemen toſtum in ſecunda menſa cum melle apud antiquos edebatur. Hoc & panis ruſtici cruſtæ inſpergitur affuſo ouo inhærens, vbi inferiorem cruſtã apio, gíthque cereali ſapore cõdiunt. Alterum genus papaueris, nigrum, cuius ſcapo inciſo, lacteus ſuccus exprimitur. Tertium genus rhœam vocant Græci, id noſtri erraticum. Idem lib. 20. cap. 18, Papaueris verò largus denſatur, & in paſtillos tritus in vmbra ſiccatur, non vi ſoporifera modo, verum ſi copioſius hauriatur, etiam mortifera per ſomnum. Virg. Spargens humida mella, ſoporiferúmque papauer.

Papauer, maſculino genere. Varro, Infrias ſene papauerem. Plaut. in Aſin, Formicis obiicias papauerem.

PAPILIO papilionis, m. g. Inter vermiculos numeratur, quo nullũ animal imbecillius eſt. Vng papillon. Plin. lib. x 1. cap. 19, Papilio etiam ignauus & inhonoratus, luminibus accenſis aduolans, peſtifer, nec vno modo. Nam & ipſe ceras depaſcitur, & relinquit excrementa quibus teredines gignuntur. Columella lib. 9. cap. 14, Præterea vt tineæ, ſi apparuerint, euerrantur, papilionéſque enecentur, qui plerunque inter aluos morãtes, apibus exitio ſunt. nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.

PAPILLA, papillæ, diminutiuum, parua papula.

Papilla, Mammæ capitulum, vnde extrahitur lac, Dicta quòd papularum ſint ſimiles.

Papilla, pro ipſa mamma aliquando accipitur. Virg. lib. x 1, Haſta ſub exertam donec perlata papillam Hæſit.

Papilla, Quæ aquas fundit, Vne fontaine & petit tuyau a tirer eaue hors de quelque choſe. Varro de re ruſtica, lib. 3. cap. 14, Qui ſi naturalis non eſt, vt ferè non ſunt in aprico loco, neque habeas in opaco, vbi facias, vt ſunt ſub rupibus ac montibus, quorum alluant radices lacus, ac fluuii, manufacere oportet roſidum: qui fit ſi aduxeris fiſtulam, & in eam papillas impoſueris tenues quæ eructent aquam ita vt in aliquem lapidem incidat, ac latè diſſipetur.

PAPPA, puerorum cibus eſt. Deductum nomen à pane.

Pappas, pro patre accipitur, ſiue pro eo qui puerum alit. Iuuenalis, Timidus præguſtet pocula pappas.

Pappo pappas, pappare, Minutis & blandiuſculis verbis patrem appellare.

Pappare, Cibū ſumere. Plaut. in Epid. 14. 62, Nouo liberto opus eſt quod pappet. P. dabitur, præbebo cibum.

PAPPVS, pappi, auus dicitur. nam Græci πάππον auum dicunt. Auſonius ad nepotē ſuū, Pappos, auiáſque trementes Anteferunt patribus ſeri noua cura nepotes.

Pappous pappoa pappoum, Auitus.

PAPPVS pappi, Carduorum flos. Lucretius, Veſtem ac plumas auium, pappóſque volantes.

Pappus, lanugo helxinis arboris. Plinius lib. 21. cap. 16, Semen ei lanuginis, quem pappū vocant: quo detracto ex cortice, teneritas ſimilis cerebro palmæ eſt.

Pappus, herba, quæ aliâs ſenecio dicitur. Plin. lib. 25. cap. 12, Erigeron à Græcis, quæ à noſtris vocatur ſenecio. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere caneſcit. caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diuiſuras exeunte. Quare eam Callimachus acanthida appellat, alij pappum.

PAPVLA, papulæ, f. g. Puſtula, tuberculum, quod ieiunæ ſaliuæ defricatione curatur. Papulis cutis exaſperatur, & rubet, leuitérque roditur. Virg. lib. 4. georg. Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor. Plin. lib. 28. cap. 7, Papulis nigris caſeus caprinus ſiccus ex melle & aceto in balneis, oleo remoto. Idem lib. 35. cap. 15, Melle admiſto, ſanat oris vlcera, papulas, pruritúſque.

PAPYRVS, papyri, f. g. vel Papyrum papyri, n. g. Fruticis genus. Plin. lib. 13. cap. 11, Papyrū ergo naſcitur in paluſtrib⁹ AEgypti, aut quieſcētib⁹ Nili aquis, vbi euagatæ ſtagnāt, duo cubita non excedente altitudine gurgitum, brachiali radicis obliquæ craſſitudine, triangulis lateribus, decem nō amplius cubitorum longitudine in gracilitatem faſtigiatum, thyrſi modo cacumen includēs. Semine nullo, aut vſu eius alio quàm floris ad deos coronādos. Radicibus incolæ pro ligno vtuntur: nec ignis tantum gratia, ſed ad alia quoque vtenſilia vaſorum. Ex ipſo quidem papyro nauigia texūt, & è libro vela, tegetéſque, necnon & veſtem & ſtragula ac funes. Mandunt quoque crudum decoctúmque, ſuccum tantum deuorātes. Naſcitur & in Syria, circa quem odoratus ille calamus lacum. neque ad alios vſus illis, quàm funibus. Rex Antigonus in naualibus vſus eſt rebus, nondum ſparto cōmunicato. Nuper & in Euphrate naſcēs circa Babylonē papyrū intellectū eſt eūdem vſum habere chartæ, & tamē adhuc malunt Parthi veſtibus literas intexere. Præparantur ex eo chartæ diuiſæ acu in prætenues, ſed quàm latiſſimas phyluras. Hæc Plinius. Quæ phyluræ (inquit Perottus ex Plinio, lib. 13. cap. xii) eo meliores erāt, quo medio papyro propinquiores. atque inde ſecundū ſciſſuræ ordinē hyeratica appellabatur ſubtilior, religioſis tantū voluminib⁹ dicata. quæ poſtea ab adulatione Auguſti, dicta eſt Auguſta. deinde à Liuia cōiuge eius, Liuiana. Huic poſtea in epiſtolis tantū ſcribēdis authoritas relicta eſt. Proxima huic erat Amphitheatrica, à loco dicta, in quo cōficieba tur. Quā poſtea Fannius miro artificio emēdauit, vocauítque è nomine ſuo Fannianā. Vltima emporetica, inutilis ſcribēdo, & inuolucris dúntaxat chartarū ac merciū vſum præbens. propterea ἀπὸ τοῦ ἐμπόρων, hoc eſt à mercatoribus, emporetica dicta, vnde emporium quoque appellatū locus in quo mercat⁹ & nūdinæ fiūt. Et bibula, ſiccādę tātū vtilis ſcripturæ. Primatū deinde mutauit Claudius Cæſar. Et quoniā Auguſtæ tāta tenuitas erat vt vix calamū ſuſtineret, præterea viſu trāſlucida literas emittebat, auxit, & craſſitudinem & latitudinem, mēſuráque vbi pedalis erat, cubitalē faciens. À papyro igitur frutice, charta eſt papyrus appellata, quòd ſcilicet ex papyro fieret. Poſtea verò id genus chartæ inuentū eſt, quo nunc paſſim mortales vtūtur, fítque ex linteolis cōtritis, & nihilominus priſtinū papyri nomen remāſit, & diſtinctio generū. Nā ſubtilis illa epiſtolaris & Auguſta vocatur: & altera cōmunis ſiue amphitheatrica ſiue Fanniana: Et groſſior illa atque inutilis emporetica: Et vltima bibula. Claudia verò illa grādior, craſſiórque, à rege nūc Regalis dicitur. hæc, dente propter ſcabriciē, aut cōcha leuigatur: propter quod minus ſorbet, & ob id caducæ literæ fiūt. Quæ cauſſa impulit nos vt genus aliud chartæ inueniremus, quæ tenuitate, denſitate, cādore, leuore, phyluræ lōgitudine & cōmodior eſt, & aſpectu gratior: hāc opifices è noſtro nomine Perottam nuncupauêre. Charta verò, ab vrbe Tyri, cui Charta nomē fuit, appellata eſt: ex qua Dido ducta eſt: ideóq; vrbē à ſe poſtea ædificatā ab illius nomine Carthaginem nūcupauit. Græci ab eadē vrbe χάρτην nomināt. à quo χαρτογράφον librarium, & χαρτοπώλην chartularium nominant.

PAR, paris, o. g. ablatiuo pare vel pari. Numerus duorū, quaſi inter ſe parium. Deus pareils. Vne paire. vt paria amicorū. Cicero de Amicitia, 14, Idque mihi eò magis eſt cordi, quòd ex omnibus ſeculis vix tria aut quatuor nominātur paria amicorū: quo in genere ſperare videor Scipionis amicitiam & Lælii, notam poſteritati fore.

Pares interdum pro duobus accipiũtur. vt, Paribus equis vtebantur Romani in prælio, vt ſudante altero tranſirent in ſiccum.

Par, Decens, cõueniẽs, æquũ, Cõuenable, Raiſonnable. Plaut. in Bacchid. 2.31, Nõ par videtur, neque ſit cõſentaneũ, cũ hic herus intus ſit, & cũ amica is accubet, quúmque oſculetur, & cõuiuæ alii accubent, præſentibus illis pædagôgus vnà vt ſiet. Il ne ſemble point quil fuſt raiſonnable ne cõuenãt. Idem in Amph. 8.201, Quã me vereri & metuere eſt par maximé. Ibidẽ, 11.4, Atq; ita ſeruũ par videtur frugi ſeſe inſtituere, perinde vt heri, ipſe item ſit. Idem in Stich. 9.8, Et magis par fuerat me dare vobis cœnã adueniẽtibus. Quintilianus, Si propter matrimonia violata vrbes euerſæ ſunt, quid fieri adultero par eſt?

Par eſt: Il luy reſemble, il eſt pareil. Plaut. in Pœn. 16.86, Si ita eſt, iam teſſerã cõfer ſi vis hoſpitalem, eccam attuli. A. agedum huc oſtende. eſt par probé: nam habeo domi.

Pares ætate, Tous deux dung eage. Plaut. in Merc. 19.30, Pares ætate habemus viros: nulli colloquor lubentius. Et paulò antè, Par eſt ætas, vna creuimus.

Par ingeniũ. Terent. in Hecyra, 1.2.95, Hic animus partim vxoris miſericordia deuictus, partim victus huiuſce iniurijs, paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic trãſtulit amorẽ: poſtquã par ingeniũ nactus. Puis quil lauoit trouue ſi ſortable a ſa nature.

Par ſapientia ad formam, Auſſi ſage que beau. Terẽt. in Mil. 18.36, Parem ſapientiã ſi hic habet ad formam, per amorem ſi quid ego fecero, clementi animo ignoſcet.

Par pretiũ laboris: Pris egual au labeur. Plin. epiſt. 53.h, Eodem ſenatuſcõſulto induſtria, fides, conſtantia noſtra pleniſſimo teſtimonio comprobata eſt, dignũ, ſolúmq; par pretium tanti laboris.

Par idem. Plaut. in Bacchid. 22.23, Igitur pari fortuna ætate vt ſumus, vtímur. P. ſic eſt. ſed tu quid tibi eſt? N. pol mihi par idem quod eſt tibi.

Par ac. Cic. de natura deorũ, Neque enim mihi par ratio cum Lucilio eſt, ac tecũ fuit. Liuius ab vrb. cond. Nequaquam pari ad patienda ea robore ac Romani fuiſſet.

Par atq;. Cæſar in cõment. Pari ſpatio tranſmiſſus, atq; in Gallia, eſt in Britanniam.

Pares in amore, Sentraimans autant lung que lautre. Cic de Amicitia, 31, Súntque pares in amore, & æquales.

Pares cum paribus, Semblable auec ſon ſemblable. Cic. de Senect. 6, Pares autem cum paribus veteri prouerbio facillimè congregantur.

Par ac ſimilis ſceleſtorũ. Cic. in Salluſt. At quanto meliore loco reſp. tuenda ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium, vnà cum illis adnumeraturus eſſes!

Parem eſſe alicui, Rendre la pareille. Plaut. in Capt. 6.65, Eſt profecto deus qui quæ nos gerimus audítque & videt: is, vti tu me hic habueris, perinde illum illic curauerit: bene merẽti, bene profuerit: male merenti, par erit.

Parem eſſe, ſignificat ſufficere alicui rei, ſiue reſiſtẽdo, ſiue exequẽdo. Cic. Attico, Sed adhuc pares non ſumus. Quintil. Aſpice par laboribus corpus. Plin. epiſt. 61, Exime hũc mihi ſcrupulũ, cui par eſſe nõ poſſum. Lequel ie ne peulx plus endurer ne ſouffrir.

Paria facere, Quod alibi omiſſum eſt, vel quod aliũde acceptũ, alibi vel aliũde cõpẽſare. Rendre la pareille. Plin. epiſt. 139.c, Ego ſolatiũ relegatarũ, ego vltor reuerſarũ, non feci tamen paria. Quintil. Paria faciemus: tu illic eris vicarius meus, ego hic tuus. Columella lib. 1, Pecuniã domini villicus neque in pecore, neque in rebus promercalibus occupet: hæc enim res auocat eius curã, & eum negotiatorem potius facit quàm agricolã, nec ſinit vnquã eum cum rationibus domini paria facere: ſed vbi numeratio exigitur, res pro nũmis oſtenditur. Plin. in epiſt. Habuerũt officia mea in ſecundis, habuerũt in aduerſis: nõ feci tamen paria: atque eò magis hanc cupio ſeruari, vt mihi ſoluẽdi tempora ſuperſint. Id eſt, nec tamen ſatiſfeci ac planè perſolui acceptũ ab eis beneficium: nondum plenas vices rependi. Idem in Paneg. Parens tibi imperium dedit. tu illi reddidiſti. ſolus ergo adhuc es qui pro muñere tanto paria accipiendo feciſti: imò vltrò dantem obligaſti. cõmunicato enim imperio ſolicitior tu, ille ſecurior factus eſt. Idem alio in loco, Quòd ſi quando cum influentibus negotijs paria feciſti: inſtar refectionis exiſtimas mutationem laboris, Id eſt, cum tu fungendo officio principis, negotijs explicandis & peragendis parem te præſtitiſti nõ cedendo labori.

Parem gratiam referre. Terent. in Eunucho, 4.4.52, Inueniam hodie parem vbi pol referam gratiam.

Par referre. Terent. in Adelphis, 1.1.48, Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit, ſtudet par referre.

Par pari. Plaut. in Pſeud. 10.26, Nunc ego hac epiſtola tres deludã, herũ & lenonẽ & qui hãc mihi dedit epiſtolam. euge, par pari, aliud autem quod cupiebam, contigit.

Par pari datum. Plaut. in Aſin. 5.20, Par pari datum oſtimentum eſt, opera pro pecunia.

Par pari referre. Terent. in Eunucho, 3.1.54, Si laudabit hæc illius formam, tu huius cõtrá. denique par pari referto quod eam mordeat.

Par pari reſpõdere. Plaut. in Trucul. 19.46, Vnguẽta, noctes, ſuauiũ. P. par pari reſpondet. Idem in Merc. 12.44, Quia tibi in manu eſt, quod credas, at ego quod dicã, id mihi mea in manu eſt? C. de hac re es argutus? vt par pari reſpondeas. Idem in Perſa, 6.42, Itáne eſt? S. itáne eſt? P. mala. S. ſceleſtus. P. me haud decet. S. me quidẽ haud decet. P. quid ais, certũ tibi eſt cælare quò iter facias peſſuma? S. offirmaſti occultare quò te immittas peſſu mé? P. Par pari reſpondes, dicito: aut abi iam, quando ita certa res nihil facio ſcire.

Par impar, Genº ludi. Suet. de Aug. Scripſit ad filiã meã: Miſi tibi denarios ducẽtos quinquaginta, quos ſingulis cõuiuis dederã, ſi vellẽt inter ſe poſt cœnã vel talis, vel par impar ludere

Pariſſimus ſuperlatiuum formauit Plautus in Curc. 10.20, Eodem hercle vos pono & paro, pariſſimi eſtis iibus.

PARABOLA, Simlitudo, ἀπὸ τοῦ παραβάλλω. quod verbum comparare ſignificat, quaſi rerũ diſſimiliũ cõparatio. Vnde Quintilianus, Parabole, quam Cicero vocat collationẽ, lõgius res quæ cõparãtur, repetere ſolet. vt, Tam fortiter apud Hypponem fecit Scipio, quàm vtique apud Vticam Cato.

PARACLETVS, paracleti, m. g. per e productã ſcribitur, & profertur à παρακαλέω, quod rogo & hortor ſignificat. Apud iuniores verò Græcos etiã pro conſolor inuenitur. Hinc paracletor & paracletus deſcendit. Et qui in foro ac iudicijs à noſtris deprecatores vocantur, ij apud Græcos, paracletores dicuntur.

Paraclytus paraclyti, per y ſcriptũ, infamem aut præter famam ſignificat. nã para, in huiuſmodi compoſitione, præter, vel diminutionem denotat: κλυτὸς verò famam.

PARADIASTOLE, dici poteſt per dilationem: quod fit cum rem noſtram dilatamus interpretatione.

PARADIGMA, paradigmatis, παράδειγμα, exẽplum facti vel dicti alicuius. Virg. Antenor potuit mediis elapſus Achiuis Illyricos penetrare ſinus.

PARADISVS, paradiſi, f. g. Pomarium, id eſt ortus conſitus. Vng iardin.

PARADOXVM, paradoxi, n. g. Iuxta ſententiã, vel inopinabile, vel admirabile. nã παρὰ præter, vel contra, & iuxta ſignificat. Vnde paradoxa Ciceronis, id eſt electæ ſentẽtiæ. vel quia iunt præter opinionem.

PARADROMIS, paradromidis, f. g. Ambulatio ſiue xyſtũ. Victruuius, Latinè xyſta ambulationes appellant, quas Græci paradromidas.

PARAENESIS, huius paræneſis, f. g. Præceptio vel admonitio. παραίνεσις.

Paræneticus parænetica paræneticum, Præceptiuus, vel admonitiuus. à verbo græco παραινέω, præcipio & admoneo.

PARAGOGE, paragoges. f. g. Deductio, Figura qua litera vel ſyllaba fini iũgitur, vt dicier pro dici. Hanc alij paralepſin, alij prolepſin vocant.

PARALYSIS, huius paralyſis, Diſſolutio & languor neruorum.

Paralyticus, Latinè diſſolutus dicitur.

PARALLELVS, paralleli, m. g. Quaſi alternus, mutuus, inuicem compactus. à quo lineæ æquè diſtãtes, parallelæ dicũtur. Ideóque ſegmẽta mundi, quæ nos circulos dicimus, parallelos Græci vocãt. Parelleli dicũtur circuli ſphæræ, qui ad eundem polum conſtituti finiuntur.

PARANITES, Gemmæ ſpecies, quæ & ſapinos dicitur.

PARANYMPHVS, paranymphi, Pronubus dicitur, ab antiquis auſpex. Antiqui enim pro nuptijs celebrãdis auſpicium capere ſolebãt. qui præerat huic rei, pro parte viri, à Græcis paranymphus, à noſtris auſpex dicebatur. Et vt auſpex pro parte viri, ſic & pronuba pro parte mulieris adhibebatur.

PARAPHRASIS, huius paraphraſis, f. g. Quintil. lib. x. Neque ego paraphraſin eſſe interpretationem tantum volo, ſed circa eoſdem ſenſus certamen atque æmulationem.

Paraphraſtes, paraphraſtæ, m. g. Interpres, qui nõ literam ex litera, ſed ſenſum è ſenſu trãſfert, quaſi iuxta loquens.

PARARIVS, pararia, pararium. Pararium æs, appellabatur id quod equitibus duplex pro binis equis dabatur. Hæc Feſtus.

PARASANGA, parasangæ. Parasangæ, inquit Festus, apud Persas, viarum mensuræ sunt quinquaginta stadia continentes.

PARASCEVE, parasceues, f.g. Apparatus. nam à παρασκευάζω, quod est præparo, deducitur. Vnde & dies quo dominus noster IESVS CHRISTVS, pro humani generis salute cruci affixus fuit, parasceue dicitur: quoniã in eo Iudæi sibi necessaria ad victũ sequẽtis diei præparabant, vt paschæ dies absque operatione aliqua transigeretur.

PARASIOPESIS, huius parasiopesis, f.g. Schema est apud Rhetores, à Latinis præoccupatio dicitur, quũ aliquid nos reticere dicimus, & tamẽ tacitũ intelligitur. Quod fit vel quũ rem notã esse putamus auditoribus, vel quũ suspicionẽ maiorem excitare reticendo volumus.

PARASITVS, parasiti, m.g. Qui aliorũ mẽsas & cibaria sequitur: quique ad volũtatẽ eius in cuiꝰ cõtubernio sit, omnia loquitur, & facit, nihil repugnãs, cibi & vẽtris gratia. à quo nomẽ habet. nã παρὰ apud Græcos, ad significat: σιτίου cibus. σιτῆα fagina. Qualis sit parasitꝰ, his verbis declarat Terẽtius in Eunuch. 2.2.17, Est genus hominũ qui esse primos se omniũ rerũ volunt, nec sunt: hos cõsector, hisce ego nõ paro me vt rideãt: sed his vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul. quicquid dicũt laudo: id rursum si negãt, laudo id quoque. negat quis, nego: ait, aio. postremo imperaui egomet mihi omnia assentari. is quæstus nũc est multò vberrimus. Et paulò pòst, Ille vbi miser, famelicus videt me esse in tantum honorem, & tam facile victũ quærere, ibi homo cœpit me obsecrare vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi, tanquam philosophorũ habent disciplinæ ex ipsis vocabula, parasiti, ita vt gnatonici vocentur. P. Viden' otium & cibus quid faciat alienus?

Parasitaster, parasitastri, Qui parasitorum est imitator. Terent. in Adel. 5.2.4, Est alius quidam parasitaster paruolus. nostin'? D. iam scibo.

PARASTATAE, vt est apud Victruuiũ & Pliniũ, Lapides sũt pilarũ ferè modo appositi columnis, à quarũ similitudine, alterũ cruris os (duo enim sunt) parastata nominatur in iumentis à Vegetio, quod & paracnemion appellatur. Iullius Pollux, Apud quem & meatus illi per quos genitura è testibus per vrinæ vias defertur, parastatæ nuncupantur. Sunt & in præsio (inquit) dicti parastatæ, nomen officij, quoniã adiuncti sunt parastatis, hoc est ijs qui præsunt cornibus: sicut epistatæ, qui tertium in regendis his locum tenent. Sed & tabulæ quædã certis instrumentis, à Victruuio parastatæ vocantur.

PARASTADES, Lapides qui vtrũque ostii latus muniũt. Victruuius quoque parastadas in mentione templorum vocat antas.

PARATRAGOEDIO, paratragœdias, paratragœdiare, Exaggerare, & verborum magnitudine aliquid augere. Plaut. in Pseud. 11.17, Ille homo est: vide vt paratragœdiat carnufex.

PARCO, parcis, peperci, & parsi, parsum, parcere, Abstinere, parũ tãgere propriè significat.

Parcere, Veniã dare, id est ab vltione abstinere. tũc peperci facit, authore Donato. Pardõner. Plaut. in Merc. 13.14, Meóque vt parcas gnato parce propitius. Liuius lib. 25, Necdum eos Capuæ parsuros. Terent. in Adel. 4.2.24, Nihil pepercit: nõ puduisse verberare hominem senem, quem ego modo puerum tãtillũ in manibus gestaui meis? Virg. Parcere subiectis, & debellare superbos.

Parcere, Cõseruare, Espargner. & parsi tũc facit, vt vult Donatꝰ, Peperci etiã apud Plautũ, in Aulul. 13.11, Festo die si quid prodegeris, profesto egere liceat, nisi peperceris. Virg. li. x, Argenti atque auri memoras quæ nulla talenta Natis parce tuis.

Parcere labori, Espargner, & pleindre sa peine, Ne semploier point a la besongne. Plaut. in Pseud. 3.3, Si ex te tacẽte fieri possem certior herè, quæ miseriæ te tam miserè macerant, duorũ labori ego hominũ parsissem lubẽs. Ie les eusse voulẽtiers deliure de peine. Terẽt. in Hecy. 2.1.29, Rus habitatũ abii, cõcedẽs vobis, & rei seruiẽs, sumptꝰ vestros, otiúmque vt nostra res posset pati, meo labori haud parcens, præter æquum atque ætatem meam.

Parcere operæ, Idem. Plaut. in Mil. 21.3, Vbi vbi erit gẽtiũ, inuestigabo, operæ ego nõ parco meæ. Ie ne plains point ma peine. Cic. Ser. Sulpitio, Sed tamen nõ parcam operæ, & vt vos soletis in formulis, sic ego in epistolis de eadem re alio modo.

Parcere pretio. Plaut. in Capt. 2.32, Nihil pretio parsit, filio dũ parceret. Il ne luy en chaut quil lui coute, mais quil puisse rauoir son filz.

Parcere vitã. Terent. in Hecyra, 3.1.2, Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquã oblata, quàm mihi. heu me infœlicem, Hanccine ego vitam parsi perdere? Ay ie espargne, ou faind de mettre ma vie en dãger? Donatꝰ, Parco, cõseruo: parsi facit: parco, veniam do, peperci. Modo ergo, continui, abstinui significat.

Parcere vitæ, Idem. Plaut. in Rud. 6.3, Dein vitæ haud parco, ſpem perdidi.
Parcere metu, Deponere metũ, Oſter crainte. Virg. Parce metu: manẽt immota tuorum Fata tibi.
Parcere voci Plaut. in Mil. 18.5, Ne parce voci, vt audiat. Ne te faînds point de crier tant que pourras.
Parcere ſibi, Ne prendre point tant de peine cõme on a accouſtume. Terẽt. in Heaut. 1.1. 112, Hodie apud me ſis volo. M. non poſſum. c. cur nõ? quæſo tandẽ aliquãtulũ tibi parce.
Parcere, Abſtinere, Ceſſer. Plaut. in Trin. 6.35, Neu tibi ægritudinẽ pater parerem, parſi ſedulò. Ie me ſuis cõtregarde ſoingneuſement. Virg. Parce pias ſcelerate manus.
Parcus parca parcum, Frugi & ſumptibus parcẽs. Chiche, reſpargnant. Plaut. in Moſtell. 2.30, Quo nemo adæque iuuentute ex omni Attica antehac eſt habitus parcus, nec magis cõtinẽs. Idem in Aulul. 7.29, Neque illo quiſquam eſt alter hodie ex paupertate parcior.
Parcus & breuis ſomnus. Plin. in Paneg. 81, Inde tibi parcus & breuis ſomnus, nullúmq; amore noſtri anguſtius tempus, quàm quod ſine nobis agis.
Parcus comitatu, Qui na guere de train. Plin. in Paneg. 127, Eadẽ quàm modica cultu, quàm parca comitatu!
Parcus opera, Qui pleind ſa peine. Plaut. in Rud. 22.10, Opera haud fui parcus: nimis homo nihil eſt, qui piger eſt, nimíſque id genus odi ego male.
Parcus in ædificãdo, in victu. Plin. in Paneg. 83, Item tam parcus in ædificando, quàm diligẽs in tuendo. Idem epiſt. 22.b, Ad hoc quàm parcus in victu, quàm modicus in cultu.
Parciſſimus æſtimator. Plin. in Paneg. 34, Tu vſque eò diſtuliſti, donec tu quoque beneficiorũ tuorum parciſſimus æſtimator iam te mereri fateberis.
Parciſſimus honorum. Plin. epiſt. 226, Statuam poni mihi à te eo quo deſyderas loco, quanquam eiuſmodi honorum parciſſimus, tamen patior.
Parcè, aduerbium, Chichement, eſtroitement, ou auec reſpargne. Plaut. in Trucul. 7.18, Ita ego illã ædepol ſeruem, itáque parcè victitem, vt &c. Ibidem, 4.76, Non iſthæc mea benignitas docuit te fabulari. A. ſed iſtos qui cum genijs ſuis belligerant, parcè promi.
Parcè ac duriter viuere. Terent. in And. 1.1.47, Primum hæc, pudicè vitam, parcè, ac duriter agebat. Idem in Adel. 1.1.20, Ruri agere vitam, ſemper parcè ac duriter ſe habere.
Parcè parcus. Plaut. in Aulul. 9.35, AEdepol mortalem parcè parcum prædicas.
Parcitas parcitatis, f. g. Frugalitas.
Parſimonia parſimoniæ, Moderatio ſumptuum & parcitas, Reſpargne. Plaut. in Trin. 14.21, Vtinam veteres mores veteris parſimoniæ potius maiori honori hic eſſent, quàm mores mali. Idem in Moſtell. 3.50, Victitabam volupè parſimonia & duritia. Terent. in Heaut. 3.1.32, Vehemens in vtrãque partem Menedeme es nimis, aut largitate nimia, aut parſimonia. Cic. in parad. O dii immortales non intelligunt homines quàm magnũ vectigal ſit parſimonia.
PARDVS, pardi, m. g. Animal eſt, cuius fœmina, pardalis dicitur. Vnde & leopardus.
PARECTATAE, inquit Nonius, qui de pueritia veniunt ad pubertatem. Lucilius, Inde parectatæ, chlamydes, ac barbula prima. Varro, Parectatæ adſunt, muliérq; & Venus caput.
PARENS, parẽtis, cõm. g. à pario fit: quo nomine nõ modo pater & mater, ſed auus & proauus, auia & proauia, & omnes ſuperiores vſque ad tritauos ſignificantur. Caius ſcribit appellatione parentum omnes in infinitum maiores vtriuſque ſexus ſignificari. Parens.
Parens (inquit Feſtus) vulgo pater & mater appellantur.
Parenticida parenticidæ, Qui patrem aut matrem occîdit. Plaut. in Epid. 8.13, Nam quid ita? E. quia ego tuum patrem faciam parenticîdam.
Parento parentas, parentare, Parentibus iuſta celebrare, Faire les funerailles & obſeques de ſes parens: licet etiã ad alios tranſferatur. Plin. lib. 18, Quoniã mortuorũ animæ ſunt in ea (ſcilicet faba) qua de cauſſa parentando vtique aſſumitur. Cic. pro L. Flacco, Litemus igitur Lentulo, parentemus Cethego, reuocemus eiectos.
Parentalia parentaliorũ, Cõuiuia quæ in parentum aut propinquorũ mortibus fieri cõſueuerũt. Cic. Philipp. 1, An me cenſetis P. C. quod vos inuiti ſecuti eſtis, decreturum fuiſſe, vt parentalia cum ſupplicationibus miſcerentur?
PARENTHESIS, huius parentheſis vel parẽtheſeos, f. g. Interpoſitio. ex παρὰ & ἐν, quæ duo ſignificant inter: θέσις poſitio. Figura quoties remota de media ſententia, integer ſermo perdurat. Plin. lib. 16. cap. 44, Nihil habent Druides (ita ſuos appellãt magos) viſco & arbore in qua gignatur (ſi modo ſit robur) ſacratius.
PARE O, pares, parui, paritum, parêre, Videri, Apparoiſtre, eſtre veu. Et à pario, vt aliqui pu-

tant, deductũ eſt, quoniã partus poſtquã extra vterũ eſt, videtur. Virg. Cui pecudũ fibræ, cæli cui ſydera parent. Id eſt, à quo fibræ & ſydera cernuntur. Paret, apparebit, inquit Feſtus. Parêre, Obedire, Obeir. Virg. Paret amor dictis charæ genitricis. Iuſtinus lib. 1, Vix patienter vni viro, nedum fœminæ parituris. Terẽt. in Hecyra, 4. 1. 50, Sed ego ſtultior, meis dictis parêre hanc qui poſtulem.

PARERGVM, parergi, n. g. Quod alicui rei præter propoſitum additur. vt ſi pictor Iunonem pingens, ornandæ tabellæ gratia, arbuſculas & auiculas, ſiue naues, mariáque, aut aliquid aliud huiuſmodi addiderit.

PARICI, inquit Feſtus, quæſtores appellabãtur, qui ſolebant creari cauſſa rerum capitalium quærendarum.

PARICIDA, paricidæ, cõm. g. Parentum interfector, & patriæ proditor: quia patria, parẽs vniuſcuiſque eſt. Lege Pompeia de paricidijs cauetur vt is paricidij teneatur, nõ ſolum qui patrem & matrem interfecerit, ſed qui fratrem, ſororem, patruelem, matruelem, filiũ, filiam, nepotem, nurum, alióſque propinquos occiderit.

Paricida etiam dicitur qui qualencunque hominem occiderit. Vnde extat lex Numæ Pompilij, Si quis liberum hominem morti ſciens duit, paricida eſto.

Paricida, à par paris deducitur: vel à patre. Alijs à parente compoſitum videtur, pro parẽticida, per ſyncopam. Nonnulli geminato r ſcribunt, à pari deducentes, addito r altero, euphoniæ cauſſa, vel à patre, t in r conuerſo.

Paricidium paricidii, n. g. Cognati, vel ciuis, vel alicuius alij occiſio, vel cõtra patriã machinatio. Cic. lib. 3. de off. Poteſt enim dii immortales, cuiquã eſſe vtile, fœdiſſimũ & teterrimũ paricidiũ patriæ, quãuis is qui ſe eo obſtrinxerit, ab oppreſſis ciuibus parens nominetur?

PARIES, parietis, m. g. Vne paroy. De priuatis dicitur, vt domorũ paries. Plin. lib. 35. cap. 14, Quid? num & in Africa Hiſpaniáque ex terra parietes, quos appellãt fornaceos (quoniã fornacum modo circũdati, vtrinque duabus tabulis infarciũtur verius, quàm inſtruũtur) æuis durant, incorrupti imbribus, ventis, ignibus, omníque cemẽto firmiores? Spectat etiã nũc ſpeculas Annibalis Hiſpania, terrenáſque turres iugis montium impoſitas.

Albo pariete aliena bona oppugnare. Plaut. in Perſa, 3. 29, Si id fiat, næ iſti faxim nuſquã appareãt, qui hic albo pariete aliena oppugnãt bona. Legitur apud Aſconium Pædianũ, apud Prætorẽ & alios magiſtratus, in Vrbe Roma, ad primos veſtibuli parietes fuiſſe albũ ſpatiũ, in quo à collegio magiſtratúve publicãda ſcripto proponebãtur. Nã vt de C. Verre legitur, quẽ cum accuſare Siculi decreuiſſent repetundarũ, idque à ſenatu primorũ impetratũ eſſet, poſtremo prætor ad ſe delatũ, in albo ſuo ex cõſuetudine palàm legendũ propoſuit, illíque ſubiecit decretã eſſe in C. Verrem pro Siculis accuſationẽ. In albo ergo pariete aliena oppugnãt bona, ſic intellige, Qui inſtituunt, & proponunt lucri cauſſa aliquem alicuius criminis accuſare, & reum apud prætorem haberi delatione ſua.

Paries intergerinus, Appellatur qui à vicinis cõſtructus veluti intergerit, id eſt cõmuniter gerendo eſt. Vulgus medianũ appellat, Vng mur moytoyen. Plin. lib. 35, de ædificiis Græcorũ lateritiis loquẽs, Romæ (inquit) nõ fiũt talia ædificia, quia ſeſquipedalis paries nõ plus quàm vnam contignationem tollerat. Feſtus, Intergerini parietes, dicuntur qui inter confines ſtruuntur, & quaſi intergerunt.

Paries cratitius, dicitur ab aſſeribus qui arrecti tranſuerſíſque in modũ cratis texuntur, quos Victruuius Arrectarios, tranſuerſarióſque appellat.

Parietina parietinæ, Paries vetus ac ſemicõſumptus. Plinius, Aſtericum herba eſt, naſcens in tegulis, parietiníſque, folio ſimilis ozymo. Vne maſure.

Parietaria, parietariæ, f. g. Herba, à parietibus in quibus naſcitur, ſic dicta.

PARILIS & hoc parile, Significat æquale.

Parilitas parilitatis, f. g. æqualitas.

PARIO, paris, peperi, partum vel paritum, párere, Fœtum emittere. Enfanter. Propriè ad fœminas pertinet.

Párere, aliquãdo de viris legitur. Cæcilius, Hic vicinus noſter peperiſſe ſe filium memorat.

Párere, per trãſlationẽ dicitur interdũ de iis qui nõ cõcipiũt, pro acquieſcere ſiue cõparare. & cõſtruitur ſicut EMO. Columella lib. x, Sequitur vt ex anima deſideremus, ea porrò vel ære parta, vel gratuita cõtingũt. Virg. Ite, ait, egregias animas; quæ ſanguine nobis Hanc patriam peperere ſuo.

Parere ægritudinem, Engendrer melancholie ou ennuy a aucun. Plaut. in Trin. 6. 35, Neu tibi ægritudinẽ pater parerẽ, parſi ſeduló. Parere beneficiũ. Terent. in Eunucho, 5. 2. 32, Vt

ſolidum parerem hoc mihi beneficium. Idem in Merc. 3.77, Adeò dum quæſtum haberet, peperiſſet bona. Parere laudem. Plaut. in Ciſtell. 4.52, Parite laudem & lauream. Acquerres louange. Parere moram. Plautus in Trucul. 7.9, Improbus, nihilíque homo, qui tibi mille paſſus peperit moræ. Qui ta retarge de mille pas. Parere perfugiũ pedibus. Plaut. in Ciſtell. 4.13, Is vbi malã rẽ ſcit ſe meruiſſe, illico pedib⁹ perfugiũ peperit. Il ſen eſt enfuy.

Partus parta partum, Acquiſitus. Terent. in Eunucho, 3.1.9, Labore alieno magnam partã gloriam verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem qui in te eſt. Plautus in Amphit. 8.13, Dũmodo laude parta domũ recipiat ſe. Terẽt. in And. 5.5.5, Nam mihi immortalitas parta eſt, ſi nulla ægritudo huic gaudio interceſſerit.

Partus partus partui, m.g. Ipſe pariendi actus. Enfantement. Plin. Quod à prægnãtibus cõmanducatum, partum faciliorem facit.

Partus, Ipſa proles, Enfant. Mart. Nec iacuit partus, ſed matre cadente cucurrit.

Paritura parituræ, Idem quod genitura. Varro lib. 2. de re ruſt. Demes ſi vis duas res, de mulis admiſſuram & parituram.

Partitudo partitudinis, Ipſe pariendi actus. Plaut. in Aulul. 4.37, Neque iam quo pacto cælem herilis filiæ probrũ, propinqua partitudo cui appetit.

Partio partionis, f.g. Idem quod partus. Plaut. in Trucul. Horreſco miſera, mentio quoties fit partionis.

Parturio, parturis, parturiui, parturire, in pariendo laborare, Traueiller pour enfanter. Plaut. in Amphit. 17.9. Nam vbi parturit, deos inuocat. Terent. in Adel. 3.4.42, Iuno lucina fer opem: ſerua ne obſecro. H. hem, num nã illa quæſo parturit? Varro, in cubilibus quũ parturient, acus ſubſternendum: cum pepererint, tollere ſubſtramen.

Parturire, per tranſlationem dixit Cicero, Vtinam aliquando dolor Pop. Rom. pariat, quod diu parturit.

Parturiens, parturientis, Celle qui traueille dẽfant. Plin. Vtique conſtat parturientes foliis ſubtractis celerius parere.

PARITER, aduerbium congregandi. Enſemble. Plaut. in Aulul. 20.37, Sequere obſecro pariter. Plin. in Paneg. 148, Niſi quòd tamen qui rurſus cõſules fiunt, bis quidem, ſed temporibus diuerſis obligantur: nos duos conſulatus accipimus ſimul, ſimul gerimus: altérque in altero conſul, ſed iterum & pariter ſumus. Cic. de Amicitia, 68, Quòd ſi hæc apparent in beſtijs, volucribus, agreſtibus, natãtibus, ſuibus, cicuribus, feris, primũ vt ſeipſi diligant (id enim pariter cum omni animante naſcitur) deinde vt requirãt atque appetant aliquas alias animãtes, ad quas ſe applicent eiuſdem generis. Plaut. in Aulul. 7.53, Vbi tecum cõiunctus ſiem: vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego aſinus in luto. Terent. in Heaut. 1.1.80, Sũptus domi tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicum, quem pariter vti his decuit, aut etiã amplius, quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea eſt.

Pariter, Ex æquo, Egallement. Næuius, Vt pariter diſpertiantur bona patris. Que chaſcun en ait autant lung que lautre. Plaut. in Aulul. 6.13, Quod in rem eſſe vtrique arbitremur, & mihi te, & tibi me cõſulere, & monere: neq; occultũ id haberi, neque per metũ muſſari, quin participẽ pariter ego te, & tu me vt facias. Que nous nauertiſſiõs lung lautre. Cic. de Amicitia, 51, Alterã vt noſtra in amicos beneuolẽtia, illorũ erga nos beneuolẽtiæ pariter, æqualiterque reſpondeat.

Pariter, Pareillement, Semblablement, Ainſi.

Pariter ac. Liuius ab vrb. cond. Trucidãt fœminas pariter ac viros. Ibidem, Amici pariter ac nunc ſubiecti, ac obnoxii vobis minus eſſemus. Amis auſſi bien que maintenãt. Terent. in Phor. 5.3.3, Pariter nunc opera me adiuuas, ac dudum re opitulata es.

Pariter atq;. Plaut. in Amphit. 13.11, Sed ædes occluſerũt: euge hoc fit pariter atque vt alia facta ſunt. Idem in Menæh. 16.52, Idem hercle dicam, auum ſi vis adducere. M. ecaſtor pariter hoc atque alias res ſoles.

Pariter vt. Plaut. in Aulul. 3.22, Is ex ſe hunc reliquit, qui hîc nũc habitat, filium pariter moratum vt pater, auóſque huius fuit.

Pariter fit, Donat⁹ ſimiliter interpretatur. Terẽt. in Eunuch. 1.2.12, O Thais Thais, vtinã eſſet mihi pars æqua amoris tecũ, ac pariter fieret, vt aut hoc tibi doleret itidem vt mihi dolet: aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem. Et que ſemblablement fuſt.

Pariter pro meritis. Plaut. in Mil. 10.75, Huius pro meritis vt referri pariter poſſit gratia, tibiq;. Cõme il appartiẽt. Titinnius, Næ tu iſtã ædepol inedia extuliſti pater vt dignũ fuit.

PARIVS paria pariũ, adiectiuũ ab insula Paro. Vnde lapis parius, lapis candidus, è quo multa signa fiũt. Virgilius, Niueámque Paron.

PARMA, parmæ, fœ. g. Breue scutum quo pedites vtebantur, quòd è medio in omnes partes esset par, vt inquit Varro. Virg. lib. x i, Ense leuis nudo, parmáque inglorius alba. Hoc scutum Græci authore Plinio, vocant peltam.

Parmula parmulæ, diminutiuum. Horat. Sensi relicta non bene parmula.

Parmularius parmularii, Gladiator qui parmula vtebatur: itémq; fautor & locator eius generis. Parmularii etiam Thraces appellabãtur. Festus, Thraces, gladiatores, à similitudine parmularum Thraciarum vocati.

PARO, paras, parare, Appreſter, Appareiller. Plaut. in Amphit. 16.17, Sosia i intrò, dũ hunc sacrifico, fac paretur prandium. Idem in Mil. 4.59, Itaque ego paraui hic intus magnas machinas. Idem in Pseud. 7.49, Itur ad te Pseudole, orationẽ tibi para aduorsum senẽ. Idem in Mil. 5.43, Et dum consulo quid agam, quem dolũ doloso contra cõseruo parem. Terent. in Prologo Phor. 3, Maledictis deterrere ne scribat, parat.

Parare fugam. Terent. in Phor. 1.4.14, Quam hic fugam aut furtum parat? Parare discordiam, Engendrer noise. Plaut. in Trucul. 8.47. Parare animo cupiditates. Terẽt. in Phor. 5.4.2, Parare sibi defensorem. Idem in Eunucho, 4.6.32.

Parare se. Terẽt. in Eunucho, 2.2.18, Hisce ego non paro me vt rideant: sed his vltro arrideo, & eorũ ingenia admiror simul. Ie ne me fais point mocquer de eulx. Ibidem, 2.2.9, Itáne parasti te vt spes nulla reliqua in te siet tibi? As tu tellement faict que tu nayes plus desperance? Idem in Phor. 5.8.64, Animo virili, præsentíque vt sis, para. Delibere toy.

Eodem hercle vos pono & paro, pariſſumi estis ijbus. Ie vous estime autãt les vngs que les autres. Plaut. in Curcul. 10.20.

Parare, Acquirere. Terent. in Eunucho, 3.2:35, Nam hercle nemo posset, sat scio, qui haberet qui pararet alium, hunc perpeti. Parare diuitias. Terent. in And. 4.5.2. Idem in Eunucho, Cupio aliquot parare amicos beneficio meo. Plaut. in Epid. 7.4, Per illam tibi copiam parare aliam licet.

Paratum est ita. Plaut. in Pœn. 14.88, Profectò ad incitas lenonem rediget, si has abduxerit: quin prius disperibit faxo, quàm vnum calicem siuerit. ita paratum est. Il est ainsi delibere.

Paratus parata paratum, Appareille. Terent. in Heaut. 4.4.15, Iube maneat. B. abi. S. quin est paratum argentũ. Idem in And. 5.2.6, Omnia parata iam sunt intus. Idem in Eunucho, 5.5.27, Etsi mihi magnum malum scio paratum.

Paratus aduenis. Terẽt. in Andria, 5.4.6, Itáne huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas? túne impunè hoc facias?

Paratus homo. Terent. in And. 4.3.4, Summũ bonũ esse heræ putabam hunc Pamphilũ, amicum, amatorem, virũ in quouis loco paratum. Donatus, Paratum dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt.

Paratum parati, n. g. Terent. in Eunucho, 3.4.4, Præteriit tempus: quo in loco dictũ est, parati nihil est.

Paratus paratior paratiſſimus, nomen. Plin. epist. 164, Simul excusa patri tuo casum, cui paratior apud fœminas venia est.

Paratè, aduerbium. Plaut. in Epid. 8.38, Eam ducet simul Apoecides ad tuum patrem, vt paratè eam præmeditatam meis dolis, astutiísque onustam mittam.

Parito paritas, paritare, Frequentatiuũ. Plaut in Merc. 12.64, Quid tu ais, qui cum illuc, quò nunc ire paritas veneris, si ibi &c.

Parabilis & hoc parabile, Quod in promptu est, & citò haberi potest, Que on ha tost appreste. Cicero lib. v. Tuscul. Diuitias naturæ parabiles esse, inquit.

PARO, paronis, m. g. Nauiculi genus, inquit Festus, ad cuius similitudinẽ Myoparo dicitur, pyraticum nauigium. Vne brigantine.

PAROCHVS, parochi, m. g. Parochi, qui peregrinis salẽ & ligna præbebãt, inquit Acron. De quibus Horatius in primo sermonũ, Et parochi quæ debẽt ligna salémque. Quos Porphyrius Copiarios à Latinis vocatos esse tradit, qui salem & ligna iis præstabant, qui reip. causſa peregrè ibant. Sub nomine autem harum specierũ omnia hospitibus necessaria intelligimus, vt idem Acron alibi sentire videtur, lib. secũdo sermonũ, vbi Horatius parochum pro conuiuatore posuit, Vertere pallor Tum parochi faciem nil sic metuẽtis vt acres Potores. Cic. in priore significatione vsus est ad Atticum lib. x i i i, Ariobarzanis filius Romam venit: vult

opinor regnũ aliquod à Cæſare emere, omnino eum Seſtius noſter parochis publicis occupauit: quod quidẽ facilè patior, verũtamen inuito eum per literas vt apud me diuerſetur. Sunt qui parochias inde appellatas cenſeant, quibus ſingulis ſacerdotes ſui deſtinati ſunt, ab exhibitione ſcilicet ſanctifici cruſtuli, ſacroſanctique panificii: quas tamen nõ parochias primum, ſed parœcias appellatas fuiſſe videtur.

PAROECVS, parœci, m.g. Parœci, Sũt accolæ. quare qui phanũ aliquod accolũt, parœci dicti ſunt, eiuſdem ſcilicet phani conſortes. Parociens. παροικοι, etiam vicini dicuntur.

Parœcia parœciæ, Accolarũ conuentus, & accolatus, ſacráque vicinia. Vne paroice.

PAROEMIA, parœmiæ, Definitore Donato, eſt accommodatũ rebus temporibúſque prouerbiũ. Diomedes autem diffinit hunc in modum, Parœmia eſt prouerbii vulgaris vſurpatio, rebus, temporibúſque accommodata.

PARONOMASIA, paronomaſiæ, Latinè agnominatio dicitur, Figura, cum aliquod nomen ex alio in alia ſignificatiõe diſtãte cõficitur. Terẽt. Nã incœptio eſt amẽtiũ, haud amãtiũ.

PARONYCHIA, paronychiæ, f.g. Abſceſſus circa radices vnguiũ. Plin. lib. 23, Gingiuarũ inflationibus, paronychiis, ſordidíſque vlceribus & putreſcentibus deriuatio eſt manifeſta. Paronychia dicta à παρὰ, ad: ὄνυξ vnguis: quaſi ad vnguem.

PAROPSIS, paropſidis, f.g. Patinæ genus aliquãtum concauæ, in qua opſonia ponuntur. Vng plat. Iuuenalis, Quàm multa magnáque paropſide cœnat. Plaut. in Pſeud. 13.47, Terreſtres pecudes cecimãdro cõdio, aut paropſide, ac atharathrio. Græcũ eſt, παροψὶς, παροψίδος. Suet. in Galbâ, cap. XII, Et ordinario quidem diſpenſatori breuiarium rationũ offerẽti, paropſidem leguminis pro ſedulitate ac diligentia porrexiſſe.

PAROTIS, parotidis, f.g Apoſtema eſt circa aurẽ. Plín. Et laterium, parotidas, & panos ſanat. Græci παρὰ, ad: & ὦτα auras dicunt.

PAROXYSMVS, Stimulatio, concitatio. παροξύνω enim incitare, vrgere, ſtimulare eſt.

PARRA, parræ, genus auis inauſpicatæ. Horat. Impios parræ recinentis omen. Plin. lib. 18, Auem parram oriente Syrio ipſo die non apparere, donec occidat.

PARS, partis, f.g. Vne part & portion. Terent. in Prolog. Adel. 23, Senes qui primi venient, hi partem aperient, in agendo partem oſtendent. Vne partie. Plaut. in Rud. 24.33, Equidẽ neque ego partem poſco mihi iſtinc de iſtoc vidulo. Ma part ou portion. Terent. in Heaut. 4.5.50, Omnes te in lauta & bene aucta parte putãt. Plaut. in Mil. 10.115, Dant inde partem mihi maiorem, quàm ſibi.

Parte vtraque audita: In litibus dicitur, Chaſcune partie ouye. Plín. in Paneg. 280, Quo facilius, velut audita vtraque parte, diſpiceres quid ſtatuendum putares.

Partes primas agere, Iouer la premiere partie dung ieu. Terent. in Prol. Phor. 28, Quia primas partes qui aget, is erit Phormio. Idem in Prol. Heaut. 1, Ne cui ſit veſtrum mirum cur partes ſeni poeta dederit, quæ ſunt adoleſcentium. Si luy faict iouer le perſonnage dung adoleſcent.

In parte aliqua. Terent. in Eunucho, 5.9.25, Perfice hoc precibus, pretio, vt hæreã in parte aliqua tandem apud Thaidem. Que ie ſoye quelque peu en la grace de Thais.

Priores partes habere apud aliquem. Terent. in Eunucho, 1.2.71, Sine illum priores partes hoſce aliquot dies apud me habere. Souffre quil tienne ta place enuers moy. Souffre quil ſoit mon grand mignon pour quelque peu de temps.

Pars æqua amoris. Terent. in Eunucho, 1.2.12, O Thais Thais, vtinam eſſet mihi pars æqua amoris tecum. Que de ta part ou de ton coſte tu maimaſſe autant que ie tayme.

Partes alicuius agere, Faire loffice daucun, Faire ce quil fait. Terent. in Phor. 5.5.7, Quidnã nunc facturus eſt Phædria? quo pacto ait ſatietatem amoris ſe velle ſumere? P. viciſſim partes tuas acturus eſt. A. quas? P. vt fugitet patrem: te ſuam rogauit vt ageres: cauſſam vt pro ſe diceres.

Meæ partes ſũt, Ceſt mon office, ceſt mã part de laffaire quæ on ma baille a faire, Ceſt a moy a faire. Cice. Bruto imperatori, Id ſi ita eſt, omnia faciliora: ſi alter, magnum negotium, cuius exitum ne extimeſcam, tuæ partes ſunt. Ceſt a toy a faire dy pourueoir.

Partes tuas defende. Plaut. in Mil. 10.216, Interea tace: vt cum etiã hic agit, actũtũ partes defendas tuas. Tu deffendes de ton coſte ton cas.

Duras fratris partes prædicas, Mon frere a fort a faire ſil eſt ainſi que tu dis. Terent. in Eunucho, 2.3.62, Partem meam loquẽdi trado tibi. Plaut. in Aſin. 10.13, Ergo vna orationis pars de die dabitur mihi? P H. & meã partẽ loquẽdi, & tuam trado tibi. Idem in Mil. 10.

51, Incommoditate abſtinere me apud conuiuas commodè commemini: meæ orationis iuſtam partem perſequi, & meam partem itidem tacere, quum aliena eſt oratio.

Noſtræ parti timeo, quid hic reſpondeat: Iay paour de noſtre coſte. Terent. in And. 2.5.8.

Pars magna. Plaut. in Moſtell. 3.22. Magna pars moram hanc ſibi induxerunt, donec &c.

Magna pars veſtrum. Terent. in prolog. Heaut. 8. Ni partem maximam exiſtimarem ſcire veſtrum, id dicerem.

Pars ſpectatorum. Plaut. in Trucul. 4.11. Fit pol hoc, & pars ſpectatorum ſcitis hæc vos, me haud mentiri. Idem in Trin. 3.9, Nimióque hic pluris paucorũ gratiam faciunt pars hominum, quàm id quod proſit pluribus.

Parte, ablatiuus, En partie, Aucunemẽt. Plaut. in Rud. 5.6, Sed id ſi parte curaui, vt cauerẽ: tum hoc mihi indecorè, iniquè, immodeſtè datis dij.

Pars, Ma partie, ma femme. Plaut. in Menæh. 11.14, Satur nunc loquitur de me & de parti mea.

Particula particulæ, diminutiuum, Vne petite part ou portion.

Particulariter, aduerbium, Membratim, per partes, par parties.

Particulatim, aduerbiũ, Idem. Cic. lib. 1. ad Heren. Si ſummatim, nõ particulatim narrabimus.

Particeps, participis, o. g. Qui partem capit. Participant. Plaut. in Mil. 14. 21, Quem ego hic audiui? P A. ſocium tuorum cõſiliorum, & participem conſiliariũ. Terent. in Heaut. 1.1.98, Niſi vbi ille huc ſaluos redierit meus particeps. Plaut. in Pſeud. 8.17, Inde me & ſimul participes omnes meos præda onerabo.

Participem facere. Plaut. in Epid. 5.82, Gratiam habeo: fac participes nos. Idem in Aulul. 6.13, Quin participem pariter ego te, & tu me vt facias. Terent. in Heaut. 3.1.19, Cuius maximè te fieri participem cupis.

Particeps in. Curtius, Quòd fuiſſet illi in periculis particeps.

Participo participas, participare, Participem facere, Bailler part. Plaut. in Perſa, 12.6, Nunc eb eam rem inter nos participes prædam diuidam, & participabo. Idem in Trucul. 16.35, Si volebas participari, auferres dimidium domum.

Participare ſeruum conſilij, Communiquer ſon conſeil a ſon ſeruiteur. Plaut. in Ciſtell. 4.17, Paternum ſeruum ſui participat conſilij.

Participare aliquem conſilio. Plaut. in Mil. 5.108, Nam nõ potuit quin ſuo ſermone aliquem familiarium participauerit de heri amica. Apul. lib. 1 x. Metamorph. Dominum meũ comis hoſpes opiparo prandio participat.

Participare pœnam, In pœna fieri participem. Cic. Qui alteri exitium parat, hunc ſcire oportet, ſibi paratam peſtem, vt participet parem.

Particulones, dicuntur cohæredes, quòd partes patrimonij ſumant, inquit Nonius. Pomponius, Age modo, ſtagari particulones producam tibi.

PARTIM, aduerbium, Ex parte, En partie. Terent. in Hecyra, 1.2.92, Hic animus partim vxoris miſericordia deuictus, partim victus huiuſce iniuriis paulatim elapſus Bacchidi, atque huic tranſtulit amorem. Cic. Cælio Ruffo, Vt eos partim ſcelerum ſuorũ, partim etiam ineptiarum pœniteret.

Partim, aliquãdo non geminatur. Cic. in Verrem, act. 4, De quo homine auditum eſt vnquã, quod tibi accidit, vt eius in prouincia ſtatuæ in locis publicis poſitæ, partim etiam in ædibus ſacris, per vim, per vniuerſam multitudinem deijcerentur? Idem de lege Agraria, Sũt enim loca publica vrbis, ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutam tribunitiam poteſtatem nemo attigit: quæ maiores in vrbe partim, periculi profugia eſſe voluerũt. Idem de Amicitia, 42, Sed nihil eſt quod illi non perſequantur ſuis argutijs, partim fugiendas eſſe nimias amicitias, ne neceſſe ſit vnum ſolicitum eſſe pro pluribus.

Partim noſtri, Pars noſtrorum. Plaut. in Perſa, 12.28, Mirum quin tibi ego crederẽ, vt idem faceres mihi quod partim noſtri faciunt argentarij.

Partim hominum (inquit Gellius lib. x. cap. 13.) venerunt, plerunque dicitur, quod ſignificat pars hominum venit, id eſt, quidam homines. Nam partim hoc in loco aduerbiũ eſt, neque in caſus declinatur, ſicuti, cum partim hominum dici poteſt, id eſt cum quibuſdam hominibus, & quaſi cum quadam parte hominũ. Cato in oratione de re Floria, Ibi pro ſcorto fuit in cubiculum, ſubrectitauit è conuiuio cum partim illorum.

Partim earum. Terent. in prologo Hecyræ, 15, In his, quas primũ Cæcili didici nouas partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. Cic. in Piſonem, Ecce tibi alter effuſa iam maxima

præda, quam ex fortunis publicanorum, ex agris, vrbibúſque ſociorum exhauſerat, cũ partim eius prædæ profundæ libidines deuoraſſent, partim noua quædã & inaudita luxuries, partim etiã in illis locis, vbi omnia diripuit, emptiones, partim permutationes ad hũc Tuſculanum montem extruendum.

Partim, alij. Salluſt. in Iugurtha, Huic rogationi partim conſcij ſibi, alij ex partium inuidia pericula metuentes: quando apertè reſiſtere non poterãt &c. Les vngs, les autres. Ibidem, Rurſus imperator cõtra poſtulata Bacchi nuntios mittit, ille probare partim, alia abnuere.

PARTIOR, partiris, partiri: & Partio partis partiui partitum, partire, futuro partiam & partibo: partiar, & partibor. Partiri, partes facere, Diſtribuer par parties, partir. Plaut. in Mili. 10.112, Mea bona, mea morte, cognatis dicam inter eos partiant. Idem in Amphit. 16.66, Vos, inter vos iſthæc partite, ego abeo, mihi negotium eſt. Virg. Socios partitur in omnes. Plin. epiſt. 3.a, Poſſidéntne te, & per vices partiuntur?

Partitio partitionis, f.g. Partage, Diuiſion.

Partiarius partiarij, m.g. Colonus, ſiue alius quis cum quo aliquid commune habemus, & partimur. Cato, Vineam curandam partiarius benè curet, fundum, arbuſtum, agrum frumentarium, partiario fœnum, pabulum, quod bobus ſatis ſit & quæ illic fiẽt: cætera omnia pro indiuiſo. Idem, Calcem partiario coquendam qui dant, calcarius perficit & coquit.

PARTVRIO, PARTVS, vide PARIO.

PARVIFACIO, & PARVIPENDO, vide PARVVS.

PARVM, aduerbium, ſignificat modicum. Vng peu.

Parum conſulere. Terent. in Adelphis, 5.9.36, Sed ſi id vultis potius, quæ vos propter adoleſcentiam minus videtis, impenſè cupitis, conſulitis parum, hæc reprehendere, & corrigere me &c.

Parum eſt. Plaut. in Trin. 17.60, Nam ſi pro peccatis centum ducat vxores, parum eſt. Ceſt trop peu. Idem in Sticho, 9.44, Imò duas dabo, inquit ille adoleſcens, vna ſi parum eſt.

Parum eſt vt. Plin. in Paneg. 100, Parum eſt vt in curiam venias, niſi & conuocas, & interſis ſenatui.

Parum eſt, præut. Plaut. in Amphit. 4.220. Parum etiam præut futurum eſt prædicas.

Parum intelligere. Plaut. in Rud. 24.59, Dixi equidem: ſed ſi parum intellexti, dicam denuo, Si tu ne las pas bien entendu. Parum perdurare. Plaut. in Trucul. 7.4, Non quis parum perdurare opperirier? Parũ proceſſit, La choſe ne ſeſt guere bien portee, ou eſchue. Terent. in And. 4.1.47. Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Ibidem, 4.1.55, Parum ſucceſſit quod ago, at facio ſeduló. Parum proſpicio. Plaut. in Curcul. 7.38, Iuppiter te, diíque perdant. c. perij, proſpicio parum. Ie ne preuoy a rien. Terent. in Phor. 5.1.8, Certo ædepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciũt) meæ nutricem gnatæ video. Ou ie ne voy goutte. Plaut. in Bacchid. 20.67, Heu literas minutas! c. qui quidem videat parum. Terent. in Eunucho, 5.2.61, Parum perſpexiſſe eius vidêre audaciam.

Parum fœlix. Plin. epiſt. 315. Nã & iudicia amicorum promeretur, & parum fœlix matrimonium expertus. Parum malæ rei. Plaut. in Merc. 14.1, Parúmne eſt malæ rei, quòd amat hic Demipho, ni ſumptuoſus inſuper etiam ſiet?

Parum vtiliter. Plin epiſt. 256. Etiã aliquantum erogauerũt, periculum eſt ne parũ vtiliter.

Parumper, Paruo tempore, Vng bien peu, Tant ſoit peu de temps. Plaut. in Mil. 10.1, Cohibete intra limen etiã vos parumper. Idem in Aulul. 7.22, Da mihi operam parumper, paucis eſt quod te volo de communi re appellare mea & tua. Idem in Bacch. 17.24. Mane parumper dum, iam ad te exeo. Idem in Curc. 7.78, Parumper tace. Terent. in And. 4.2.31, Tu Myſis dũ exeo, parũper opperire me hîc. Idem in Phor. 3.2.1, Dorio, audi obſecro. D. nõ audio. P. parumper. Cic. de Amicitia, 5, Tu velim à me animũ parumper auertas.

Parumper, (inquit Feſtus) ſignificat pauliſper, quaſi perparum, hoc eſt valdè parum. Refertur autem ad tempus.

Parumper, Nonio ſignificat citò & velociter. Virg. lib. v 1. Pulſúſque parumper Corde dolor triſti gaudet cognomine terræ. Ennius annalium lib. 1, Te nunc ſenecta precor, Venus & genitrix patris noſtri, Vt me de cælo viſas cognata parũper. Idem eodem, Inde tuetur, ibi lupus fœmina conſpicit amnes, In campo celeri paſſu premens parumper, Conijcit in ſyluam ſeſe.

PARVVS, parua paruum, Petit.

Paruum, Minimi pretij. Plin in Paneg. 89, Nihil antè tam vulgare, tam paruũ in ſenatu agebatur, vt non laudibus principum immoraretur.

Parua conſuetudo. Terent. in And. 1.1.83, Hic paruæ conſuetudinis cauſſa mortẽ huius tam fert familiariter.

Parua fides. Plaut. in Pſeud. 7.52, Paruam eſſe apud te mihi fidem ipſe intelligo. Ientens bien que tu ne me crois guere. Terent. in Eunucho, 1.2.117, Me miſerã forſitan hic mihi paruam habeat fidem, Il ne me vouldra pas croire. Idem in Phor. 5.3.27, Itáne paruam mihi fidem eſſe apud te? Ay ie ſi peu de credit enuers toy?

Paruum ingenium. Plin. epiſt. 115.a, Video etiam multos paruo ingenio, literis nullis, vt bene agerent, agendo conſecutos.

Paruulus paruula paruulũ, Fort petit. Treſpetit. Plaut. in Ciſtell. 3.4, Nam ego illam olim quæ flens hinc abijt, paruulam puellam proiectam ex angiportu ſuſtuli. Terent. in Eunucho, 1.2.28, Ibi tum matri paruulam puellam dono quidam mercator dedit.

Paruula res, Choſe de nulle valeur. Terent. in Adel. 2.4.10, Ah, ſtultitia eſt iſtæc, non pudor, tam ob paruulam rem penè ex patria: turpe dictu, deos quæſo vt iſtæc prohibeant.

Paruulum, aduerbium. vt paruulum differt. Plin. epiſt. 170.b, Nam paruulũ differt, patiaris aduerſa, an expectes. Il ny a preſque point de difference. Idem epiſt. 167.g. Quia paruulum refert an idem diſpliceret quibus non idem placuiſſet.

Parui æſtimare. Plau. in Capt. 12.24, Dũ ne ob malefacta pereã, parui æſtimo ſi ego hic peribo.

Parui iſtuc facio. Plaut. in Milit. 10.188, Parui iſtuc facio, dum modo eam des, quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore.

Parui pendere. Plaut. in Rud. 16.34, Quis hic eſt qui tam parui deos pendit? Idem in Bacch. 11.29, Nequã iſtiuſmodi hominis ego paruipẽdo gratiã, Ie ne tiens cõte de ſon amour. Terẽt. in Hecy. 3.5.63, Quæ dico paruipendũt: porto hoc iurgiũ ad vxorem: cuius fiunt hæc cõſilio omnia. Idem in And. 3.2.45, Sed paruipendo: illud mihi multo maximum eſt, quod mihi pollicitus eſt ipſus gnatus.

PASCHA, paſchæ, f. g. Vel Paſcha paſchatis, n. g. tranſitum ſignificat. Auſonius, Nos etenim primis poſt paſcha diebus. Hebræi dicunt PESAH, Latini qui ad nos ex Hebræo tranſferũt, Phaſe, Syri ſiue Chaldæi PASHA, quod nos & Greci heth in ch mutato, dicimus PASCHA. Græci non inflectunt paſcha.

Paſchalis & hoc paſchale, quod ad paſcha pertinet. vt paſchalis dies.

PASCEOLVS, paſceoli, Eſt vt inquit Varro, ſacculus ex aluta factus. Vng ſac de cuyr. Plaut. in Rud. 30.27, Præterea centum minæ philippicæ in paſceolo ſeorſum.

PASCO, paſcis, paui, paſtum, paſcere, comedere. Paiſtre. Abſolute aliquando ponitur. Virg. Paſcentes ſeruabat Tytirus hœdos. Plaut. in Moſtell. 12.18, Quò properas? geſtis aliquò iã hercle ire paſtum foras.

Paſco herbam, Virg. Florem depaſta ſalicti.

Paſcere equũm. Plaut in Merc. 9.11, Neque pecua ruri paſcere didici.

Paſco equum herba. Virg. Veloces Spartæ catulos acrémque moloſſum Paſce ſero pingui.

Herba paſcit equum.

Paſcor paſceris, paſtus ſum, paſci, Idem. Paiſtre.

Paſci ſyluas. Virg. Paſcuntur verò ſyluas, & ſumma Lycæi, Horrentéſque rubos, & amantes ardua dumos.

Paſcor equum per herbam. Virg. Cætera paſcuntur virides armenta per herbas.

Paſcitur herba equus. vt Sylua paſtus arundinea.

Paſcitur equus in viridi pabulo. Virg. Paſcitur in magna ſylua formoſa iuuenca.

Paſcitur equus diem & noctem. Virgil. Sæpe diem noctémque & totum ex ordine menſem paſcitur.

Paſcere, per tranſlationẽ ponitur pro delectare. vt paſcere oculos, eſt viſu alicuius rei gratæ eos oblectare. Terent. in Phor. 1.2.35, Reſtat aliud nihil, niſi oculos paſcere.

Paſcito paſcitas, paſcitare, Frequentatiuum à paſco. Varro de re ruſt. lib. 3. cap. 16, Nunc feras dico, quæ in ſylueſtribus locis paſcitant: cicures, quæ in cultis.

Paſtus paſta paſtum, Qui cibum ſumpſit.

Paſtus paſtus paſtui, m. g. Paſture pour les beſtes. Cic. de Senect. 50, Tũ pecudũ paſtu, & apum examinibus, & florum omnium varietate &c. Gellius, Alia luce orta auis in paſtum profecta eſt.

Paſtus, Viande pour les hommes. Cice. Philipp. x i, Qui popularetur agros, vexaret vrbes, non ad ſpem conſtituendæ rei familiaris, quam tenere eum poſſe negant qui norunt, ſed ad præſentem paſtum mendicitatis ſuæ.

Paſtio paſtionis, f. g. Viande pour les hommes. Columella lib. i, Porculatoris verò & ſubulci diuerſa profeſſio, diuerſæ paſtiones.

Paſtio, Paſture pour les beſtes. Vnde etiam Varronis index de villaticis paſtionibus ad bruta pertinentibus.

Paſcuus paſcua paſcuum. Paulus ſyluam paſcuam appellat quæ eſt paſcuis pecudum deſtinata. Plaut. in Trucul. 4. 45, Non aruus hic qui arari ſoleat, ſed paſcuus eſt ager.

Paſcuum paſcui, pluraliter paſcua paſcuorũ, In quibus pecudes paſcuntur, ſiue ager paſcuus, ſiue pratum, ſiue mons, aut collis. Vng paſturage, ou paquis. Columella lib. 8, In eo rure quod paſcuo caret, contineri poteſt, exiguo & qualicunque paſcuo contentus.

Paſcua, vt inquit Plinius, lib. 18. cap. 3, etiã nunc in tabulis cenſoriis dicuntur omnia ex quibus populus reditus habet. quia diu hoc ſolum vectigal fuerat.

Paſcalis & hoc paſcale. Paſcales oues dicuntur, quæ paſſim paſcuntur, inquit Feſtus, à paſco ſiue paſcuis, quaſi paſcuales. Lucilius, Paſcali pecore ac montano hirco atque ſoloce.

PASCHOLA (inquit Feſtus) appellant Græci, quas vulgus pernas vocat.

PASSER, paſſeris, dubii generis. Auis, Vng paſſereau, ou moyneau. Plin. lib. 10. cap. 36, Cõtrà paſſeri minimũ vitæ, cui ſalacitas par. Mares negãtur anno diutius durare: argumẽto, quia nulla veris initio appareat nigritudo in roſtro, quæ ab æſtate incipit. Fœminis longiuſculum ſpatium.

Paſſer marinus à Plinio lib. 32. cap. x i, recenſetur inter piſcium genera. Plaut. in Perſ. 6. 18, Curriculo vola. P. iſtuc marinus paſſer per circum ſolet. Feſtus, Paſſer marinus, quem vocat vulgus Struthiocamelum.

Paſſerculus paſſerculi, m. g. diminutiuum. Plaut. in Aſin. 12. 76, Dic igitur me tuum paſſerculum, gallinam, coturnicem.

PASSIM, aduerbiũ, à paſſu deducitur, ſignificat ſparſim paſſu diſtante. Vt grex paſſim paſcitur, Ca & la.

Paſſim, Vbique aliquãdo ſignificat, Par tout. Lactantius, Creditur ei paſſim, tanquam cognitæ veritati.

Paſſim, Vndique, De toutes pars. Lactantius, Cúmque is numerus condendæ vrbi parũ idoneus videretur, conſtituit aſylum. Eò paſſim confugerunt ex finitimis locis.

Paſſim, Quomodolibet. Virg. Paſſimq; in littore ſicco, Corpora curamus. Paſſim inquit, pro eo quod eſt, prout quiſque vult: ſiue ſine vllo conditionis diſcrimine.

PASSVS, paſſus, paſſui, m. g. Spatium quod patet in ſpatio pedum: quia patens, apertúmque eſt. Vel quia ſic pedes pateſcunt. Vng pas.

PASSVS paſſa paſſum, vide PANDO, PATEO, PATIOR.

PASTILLVM, paſtilli, n. g. Authore Feſto, genus libi rotũdi fuit, quo vtebãtur in ſacris.

Paſtillus paſtilli, m. g. Diminutiuũ videtur à paſta: quãuis fiat mutatio generis. Quidam à paſtu deriuant. Feſtus à pane: & dicit eſſe maſſam cuiuſcũque materiæ in formam panis parui. vnde paſtilli medicinales. Horat. in Serm. Paſtillos Rufillus olet, Gorgonius hircũ. Paſtilli medicis arida ſunt medicamenta, cõtrita humore nõ pingui, aut vino vel aceto incocta, quæ à coctione rurſus inaruerunt: quæ, cum vtendũ eſt, ſubinde eiuſdem generis humore diluuntur, deinde vulneribꝰ illinũtur: nõ autẽ imponũtur, vt emplaſtra. Plin. lib. 33. cap. 6, de ſtimmi, quod in argenti metallis inuenitur, Quod ibi ſubſidit (inquit) flos intelligitur, ac linteolo interpoſito in ſole ſiccatur, nõ vt perareſcat, iterúmque in mortario teritur, & in paſtillos diuiditur.

Paſtilli, emplaſtra, malagmata, cognata ſunt genera in inſtrumento chirurgico: inter ſe tamen differentia, vt latè docet Celſus lib. v. medicinæ.

PASTINACA, paſtinacæ, Genus radicis virtutis calidæ. Plin. lib. 19. cap. 5, Ex iis paſtinacæ vnum genus agreſte, ſponte prouenit, ſtaphylinos græcè dicitur. Alterũ ſeritur radice vel ſemine, primo vere, vel autumno: vt Higinio placet, Februario, auguſto, ſeptembri, octobri, ſolo quàm altiſſimè refoſſo. Annicula vtilis eſſe incipit, bima vtilior, gratior autumno, patiníſque maximè.

Paſtinaca, genus piſcis, de quo Plinius lib. 9. cap. 41, Nam paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio (quod telum eſt ei) figens. Argumenta ſolertiæ huius quòd tardiſſimi piſcium hi, mugilem velociſſimũ omnium habentes in ventre reperiuntur.

PASTINVM, paſtini, n.g. Inſtrumentum vinitorium. Columella lib. 3. cap. 18, Sed Iulius Atticus prætorto capite, & recuruato, ne paſtinũ effugiat, prædictum ſemen demerſit. Paſtinum vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo ſemina panguntur. vnde etiam repaſtinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. Vne binoire.

Paſtino paſtinas, paſtinare, Eſt agrũ fodere. Columella lib. 3. cap. 13, Nunc paſtinandi agri propoſitum eſt rationem tradere. Ac primũ, ex omni ſiue arbuſtiuo ſiue ſylueſtri loco, quem vineis deſtinauerimus, omnis frutex atque arbor erui & ſummoueri debet, ne poſtea foſſorem moretur, néve iam paſtinatũ ſolum iacentibus molibus imprimatur, & exportantium ramos atque truncos ingreſſu proculcetur, &c.

Paſtinatus paſtinatus paſtinatui, Ipſa paſtinatio. Columella lib. 3. cap. 18, Neque enim parũ refert ſuſpenſiſſimum eſſe paſtinatum, & ſi fieri poſſit, veſtigio quoque inuiolatum.

PASTIO, PASTVS, vide PASCO.

PASTOMIS, paſtomidis, f.g. Inſtrumentum ferreum ſiue ligneum, quod ad cohibendam equorũ tenaciã narib⁹ vel morſui imponitur. Lucil. Paſtomides huic de narib⁹ ingẽtes pẽdẽt.

PASTOR, paſtoris, m.g. Qui curam habet paſcendi. Paſteur.

Paſtoralis & hoc paſtorale, Quod eſt paſtoris, vel quod ad paſtorem pertinet. vt paſtoralis cura, paſtorale officiũ. Varro, Tertio gradu à vita paſtorali ad agriculturam deſcenderunt.

Paſtorius paſtoria paſtoriũ, Quod ad paſtorem pertinet. Varro lib. 2. de re ruſt. An ea quæ tria here dixiſti mihi de paſtoria re.

PATAGIVM, patagij, Aurea chlamys, quæ pretioſis tunicis ſuperindui ſolet. Apuleius, Vberes enim crines leniter emiſſos, & ceruice dependulos, ac deinde per colla diſpoſitos, ſenſimque ſinuato patagio recedẽtes pauliſper ad finem conglobatos, in ſummũ verticem nodus aſtrinxerat.

Patagiatus patagiata patagiatum, Patagio indutus.

Patagiata, ſubſtantiuum, Idem quod patagium. Feſtus, Patagium eſt quod ad ſummam tunicam aſſui ſolet, quæ & patagiata dicitur. Plaut. in Epid. 15.58, Tunicam rallam, tunicam ſpiſſam, linteolum, cæſicium, induſiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam.

PATELLA, patellæ, f.g. Feſtus, Patellæ vaſa picata parua ſacrificijs faciendis apta. Varro, Manio, Quocirca oportet bonum ciuem legibus parere, & deos colere, in patellam dare μικρὸν κρέας.

Patella, a patulo, vel πλάτω fingo, vel ab πλατεῖα, quæ eſt latitudo, vas latum eſt cõdendis opſonijs aptũ. Vng plat, ou eſcuelle. Lanx ſeu paropſis. Horat. in epiſtolis, Nec modica cœnare times olus omne patella.

Patella, poteſt eſſe diminutiuum à patina, quam nõnulli volunt eſſe ſartaginem. Sed Iuuenalis diuerſa oſtendit, cum inquit, Vrceoli, pelues, ſartago, patellæ.

Patellatij dij. Plaut. in Ciſtel. 5.46, Dij me omnes magni, minuti, & patellarij faxint, ne ego viuos dem ſauium.

PATEO, pates, patui, patere, Apertum eſſe, Eſtre ouuert. Terent. in Eunucho, 5.9.29, Si hoc efficio, poſtulo vt mihi tua domus te præſente abſente pateat, inuocato vt ſit locus.

Patere, Manifeſtum eſſe. vt patent præſtigiæ, Elles ſont manifeſtes & cleres. Plaut. in Capt. 10.6, Operta quæ fuere, aperta ſunt, patent præſtigiæ. Elles ſont deſcouuertes & cõgnues.

Patens patentis, Qui eſt ouuert. Plin. in Paneg. 106, Frequentent ſecuras tandem ac patẽtes domos. Virg. Et portas iubet eſſe patentes.

Patefacio patefacis, patefeci, patefactum, patefacere, Patentem facere, Ouurir. Terẽt. in Heaut. 3.1.72, Nam ſi ſemel tuum animũ intellexerit, prius prodituru te tuã vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui quantam feneſtram ad nequitiam patefeceris. Plin. epiſt. 18.b, Nã mihi, & ſiquid charius patria fides videbatur, proſperè ceſſit, atque adeò illa actio mihi aures hominum, illa ianuam famæ patefecit.

Patefacere, Donner a congnoiſtre, Reueler. Terent. in Hecyra, 3.1.23, Ita olim ſuo me ingenio pertulit, tot meas iniurias: quæ nunquam vllo patefecit loco. Cic. de Amicitia, 79, Tamen verum valet, ſi modo id patefactum & illuſtratum eſt.

Patefactis Alpibus. Plin. de viris illuſt. 42, Tum Alpibus patefactis in Italiam traiecit.

Patefacere aures aſſentatoribus, Preſter loreille aux flateurs. Cic. de Amicitia, 80, Itaque fit vt is aſſentatoribus patefaciat aures ſuas maximè qui ipſe ſibi aſſentetur, & ſe maximè ipſe delectet.

Patefio patefis, patefieri, Eſtre ouuert, Eſtre cõgneu. Terẽt. in Phor. Ego nullo remedio poſſum

me euoluere ex his turbis quin ſi hoc cæletur, in metu: ſin patefit, in probro ſiem.

Pateſco pateſcis, pateſcere, Aperiri, patentem fieri.

Pateſcere, aliquando idem quod patere. Salluſt. Hinc latè pateſcentibus campis, exercitum tuto emittit. En champs pleins & deſcouuers.

Patulus patula patulum, Qui eſt touſiours ouuert, vt arbor patula. Virg. Tityre, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi. Plaut. in Trucul. 6.22, Vt ego me ruri iam examauerim patulum moueri, quúmque ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem, quàm tuas centum cœnatas noctes mihi dono pati.

Patulico, patulicas, patulicare, Aperiri, Patulum fieri. Plin. Patulicantibus quinquagenis quinis barbulis coronatur.

Pator patoris, m.g. Hiatus & apertio, ſicut vagor pro vagitu, & fluor pro fluxu. Apul. lib. 3, Quod altrinſecus ædium patore perflabili.

PATER, patris, m.g. Qui aliquem genuit. Pere. Terent. in Adel. 5.7.4, Tuus hercle verò & animo & natura pater.

Patris nomine, Aui, Abaui, Proaui, Ataui, Tritaui continentur. Hinc patrum noſtrorum memoria dicimus, Id eſt, maiorum noſtrorum. Du temps de nos peres grands.

Patres, nomen religionis eſt. Vnde dij omnes, patres vocabantur.

Pater, nomen reuerētiæ. Propter quod Romulus centum ſenatores, quos ad reip. curā elegit, ſiue quia is numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli centum erant, qui ad id idonei eſſent, patres ab honore vocauit: ſiue ab ætatis vel curæ ſimilitudine.

Paterfamiliâs, huius patriſſamiliâs, m.g. Vng pere de famille. Qui primus eſt, & imperium habet in familiam: ſiue qui poteſtatis ſuæ eſt, ſiue puber, ſiue impuber.

Pater conſcriptus. Plutarchus in Romulo, Ipſi autem Romani (inquit) patres cōſcriptos ad collegium appellant, quod nomen & dignitatis plurimū, & inuidiæ minimū præ ſe fert. Sed ab initio tantum patres dicti. Poſtea aſcriptis in eum ordinem pluribus, patres cōſcripti vocati ſunt. Vnde Feſtus, Patres dicti ſunt, inquit, qui ſunt patricij generis: conſcripti, qui in ſenatu ſunt ſcriptis adnotati. Cic. Philipp. 13, Eſt etiam Aſinius quidam ſenator volūtarius, lectus ipſe à ſe, apertam curiam vidit poſt Cæſaris mortem: mutauit calceos, pater conſcriptus repentè factus eſt.

Patres allecti, etiam dicebātur eodem Feſto authore, qui propter inopiam ex equeſtri ordine in ſenatus ſunt numerū aſſumpti. Vnde illud Tranquilli in Cæſare, Peregrinis in ſenatū allectis libellus propoſitus eſt, ne quis ſenatori nouo curiā monſtrare velit. Hodie autem allecti, aſcriptitíque vocari poſſunt latinè in collegijs magiſtratuū, qui vulgo creati & extraordinarii vocitantur, vt nonnulli ſunt hodie inter rationales & præfectos ratiociniorum, quos clericos, magiſtróſque computorum appellamus.

Patricius patricii, m.g. Patricii, nobiles Romani, qui à primis ſenatoribus oriūdi erāt. Liuius lib 1, Romulus centum creat Senatores, qui patres ab honore, patricii quoque progenie eorum appellati. Idem lib. x, En vnquā fando audiſtis patricios primò eſſe factos, non de cælo demiſſos, ſed qui patrem ciēre auúmque poſſent?

Non omnes ſenatores erant patricii. Tacitus, Iiſdem diebus in numerum patriciorum aſciuit Cæſar vetuſtiſſimum quenque ex Senatu, aut quibus clari parētes fuerant. Patricii pueri, à patriciis orti. Plaut. in Capt. 19.5, Nam vbi illò adueni, quaſi patriciis pueris, aut monedulæ, aut anates, aut cothurnices dantur.

Patriciatus patriciatus, m.g. Patricii dignitas. Suet. in Auguſt. Ea gens, à Tarquinio Priſco rege inter Romanas gētes allecta in ſenatū, mox à Seruio Tullio in patricias traducta, procedēte tempore ad plebem ſe contulit, ac rurſus magna vi per Diuum Iulium in patriciatum rediit.

Patricè, aduerbium, Id eſt more patricio, ac nobiliter. Plaut. in Caſina, 16.4, Atat ceſſo magnificè, patricéque, amicéque hero meo ire aduorſum?

Patritus patrita patritum, Quod eſt patris: ſicut auitus, quod eſt aui. ſunt enim tanquam poſſeſſiua. Cic. lib. 1. Tuſcul. Patritam & auitam, vt ait Theophraſtus, philoſophiam.

Patrimus, Qui adhuc viuentem patrem habet.

Pater patrimus, qui cum ipſe pater ſit, adhuc viuentem habet patrem.

Patrimus patrima patrimum, Quod eſt patris. vt matrimus, quod eſt matris.

Paternus paterna paternum, Quod eſt patris. Plaut. in Mil. 4.56, Diuortitur apud ſuū paternum hoſpitem. Lhoſte de ſon pere. Paternus ſeruus, Plaut. in Ciſtell. 4.17. Paternus amicus, Terēt. in Phor. 1.2.78. Et in Adel. 3.4.4, O AEſchine, pol haud paternum iſtuc dediſti.

Donatus, Deeſt facinus. & dediſti, pro feciſti. Ton pere ne faiſoit pas ainſi que tu fais.

Patriſſo patriſſas, patriſſare, Paternos mores imitari, Enſuyure ſon pere. Plau. in Moſtel. 8. 120, Euge, Philolaches patriſſat, & iam homo in mercatum auortitur. Terent. in Adel. 4. 2. 26, Laudo Cteſipho: patriſſas, abi, virum te iudico.

Patrius patria patrium, Quod eſt patris. Virg. Patrio mucrone relicto. Plaut. in Trin. 10. 56, Hoc non conuenit, me, qui abuſus ſum tantam rem patriam, porrò in diuitiis eſſe. Terent. in Eunuch. 2. 2. 4, Hominē haud impurū, itidē patria qui abligurierat bona. Idem in Adel. 5. 4. 18, Ille alter ſine labore patria potitur cōmoda. Il vit a ſon aiſe des biens de noſtre pere. Paternum eſt, Ceſt faict de pere. Terent. in Adelph. 1. 1. 49, Hoc patrium eſt potius conſuefacere filium.

Patricída patricídæ, m. g. Qui patrem interfecit.

Patrimonium patrimonij, Bona paterna, hoc eſt hæreditas à patre relicta. Cic. pro C. Rabirio, Qui verò duo lauta & copioſa patrimonia accepiſſet, rémque præterea bonis & honeſtis rationibus auxiſſet: cur eſſet tandem cauſſæ cur æſtimari vellet nihil habere? Idem pro domo ſua, Liberis autem noſtris ſatis amplum patrimoniū paterni nominis ac noſtræ memoriæ relinquemus. Plin. in Paneg. 81, Tandémque imperium principis, quàm patrimoniū, maius eſt. Multa enim ex patrimonio refert in imperium, quæ priores principes occupabant.

Patruus patrui, m. g. Frater patris, quòd quaſi patris loco ſit. Mon oncle. Terent. in Phor. 2. 1. 33, Atqui nihil fecit patrue quòd ſuccenſeas. Patruus magnus, Frater aui. Patruus maximus, frater proaui, & abaui, qui & propatruus & abpatruus dicitur.

Patruiſſimus, ſuperlatiuum. Plaut. in Pœn. 18. 25, Patrue mi patruiſſime. P. quid eſt? A G. eſt lepida & lauta, vt ſapit!

Patruelis, huius patruelis, cōm. g. Patrueles, patruorū filij, quoniā qui pater alteri eſt, alteri eſt patruus: ſicut ſorores patrueles nuncupantur ex duobus & ipſæ fratribus genitæ, author Iuriſconſultus. Plaut. in Pœn. 16. 106, Pater tuus is erat, frater patruelis meus.

PATERA, pateræ, f. g. Poculi genus, latum ac patens. Vne taſſe a boire. Virg. Spumantem pateram, & pleno ſe proluit auro. Plaut. in Amphit. 6. 36, Nunc tibi hanc paterā, quæ dono mihi illic ob virtutem data eſt.

Patera, quòd pateat, dicta eſt, vt inquit Varro de lingua latina.

PATHE, à Cicerone dicitur perturbatio, ſiue animi ægritudo. À Gellio, affectus vel affectio.

Pathetica oratio dicta eſt, quam ex Rhetorica arte præcipitur dirigi oportere aut ad indignationem, aut ad miſericordiam.

PATIBVLVM, patibuli, n. g. Authore Nonio, eſt crux. Vng gibbet. Salluſt. lib. 4. hiſt. In quos notiſſimus quiſque & malo dependens verberabatur, aut immutilato corpore improbi patibulo eminens affigebatur.

Patibulū, inquit idem Nonius, ſera qua oſtia occludūtur, quòd hac remota valuæ pateant. Titinnius, Si quiſquam hodie præter hanc poſticum noſtrum pepulerit, patibulo hoc ei caput defringam.

Patibulum, Inſtrumentū vindemiatoriū. Cato, Vindemia & oleitate facta, patibulo omnia in ſua quæque loca reponenda.

Patibulus, genere maſculino lectum apud antiquos. Lucilius rerum humanarū lib. XXI, Deligata ad patibulos, deligantur & circūferuntur, cruci defiguntur.

Patibulatus patibulata patibulatū, Pendu au gibbet. Plaut. in Moſtell. 2. 53, Ita te forabunt patibulatum per vias ſtimulis.

PATINA, patinæ, fœ. g. Vaſis genus quo dapes elixæ & iurulētæ in menſam feruntur. Vng plat. Plaut. in Capt. 13. 77, Iubēn' an non iubes aſtitui aulas? patinas elui? Idem in Moſtell. 2. 2, Qui mihi inter patinas exhibes argutias. Idem in Pſeud. 13. 44, Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi, aut ſi polindrū, aut meacidem, aut ſanè captidem, eæ ipſæ ſe patinæ feruefaciunt illicó.

Animus in patinis, Le cueur a la cuiſine. Terent. in Eunucho, 4. 7. 46, Sanga, vti fortes decet milites, domique focique fac viciſſim vt memineris. S. iamdudum animus eſt in patinis. G. frugi es.

Patinarius patinaria patinarium, Quod in patina conditum eſt. Plaut. in Menæh. 3. 26, Nullus melius medicinam facit: ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxumæ, cereales cœnas dat, ita mēſas extruit, tantas ſtruices cōcinnat patinarias. Idem in Aſin. 5. 28, Is habet ſuccum, is ſuauitatem: eum quouis pacto condias, vel patinarium, vel aſſum vorſes, quo pacto lubet.

PATIOR, pateris, passus sum, pati, Sustinere, tolerare, æquo animo ferre. Endurer. Souffrir. Virg. in Bucolicis, Nonne fuit satius tristis Amaryllidis iras, Atque superba pati fastidia? &c.

Pati à vita. Plautus in Trucul. 5.11, Quid ita miretur, si eget? necesse est nos patier à vita.

Pati ægrè. Plaut. in Pœnulo, 16.108, Quo me priuatũ patior ægrè mortuo. Idem in Asin. 15.5, Possum equidẽ inducere animum, ne ægrè patiar quòd tecum accubat.

Pati æquo animo. Plaut. in Asin. 7.119, Quæso æquo animo patitor. 11. patitor te item, quum ego referiam. Idem in Capt. 5.2, Decet id pati animo æquo: si id facietis, leuior labos erit.

Pati humanè. Terent. in And. 1.5.65, Nam ita est homo: cum placo, aduersor sedulò, & deterreo: tamen vix humanè patitur.

Pati fortiter malum. Plautus in Asinaria, 7.58, Fortiter malum qui patitur, idem pòst potitur bonum.

Pati iniquo animo, Endurer par force, a regret. Terent. in Eunucho, 2.1.6, Ne istuc tam iniquo patiare animo.

Pati leui animo. Terent. in And. 1.5.27, Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc.

Pati non possum. Plautus in Trinũmo, 6.70, Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri. Terent. in Andria, 1.2.32, Vbi vis facilius passus sim, quàm in hac re, me deludier. Idem in Eunuch. 2.2.13, At ego infœlix, neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.

Non possum pati quin tibi caput demulceam. Ie ne me peu plus tenir, que &c. Terentius in Heaut. 4.5.13.

Pateretur, Si leust endure. Terent. in Heaut. 1.2.28, Vt vt erat, mansum tamen oportuit. fortasse aliquanto iniquior erat præter eius lubidinem. pateretur. nam quem ferret, si parentem non ferret suum?

Patiens patientis, Participium. Patient.

Patiens, nomen, cum genitiuo. Patiens laborum, Qui endure le traueil. Cic. pro Sestio, Nam si qui voluptatibus ducantur, & se vitiorum illecebris & cupiditatũ lenocinijs dediderunt, missos faciant honores, nec attingant remp. patiantur viros laborum patientes frui.

Patiens nauium Tyberis, Qui porte nauires. Plinius epist. 101. c, lib. v, Medios ille agros secat, nauium patiens, omnesque fruges deuehit in vrbẽ. Idem epist. 161. a, Fons adhuc, & iam amplissimum flumen, atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque & contrario nisu in diuersa tendentes transmittit, & perfert.

Patienter, patientius, patientissimè, Aduerbium, Patiemment. Plinius epist. 140. a, Neque enim vlli patientius reprehenduntur, quàm qui maximè laudari merentur, Qui endurent mieulx destre reprins. Cic. de Amicitia, 76, Vt igitur & monere & moneri, proprium est veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non asperè: alterum patienter accipere, non repugnanter.

Patientia patientiæ, f. g. Est animi constantia, qua aduersa perinde ac prospera ferimus. Cic. in Catilinam, Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra? quandiu nos etiam furor iste tuus eludet?

Patientiam præstare, Id est patientem esse. Iurisconsulti frequẽter dicunt præstare patientiã, vt Marcellus, ff. xxxix, de operis noui nuntiatione. Et Vlpianus, xliii, titulo Quod vi aut clam. Plinius epist. 88. b, lib. vi, Præsertim cum primam religioni suæ iudex patientiam debeat, quæ pars magnæ iustitiæ est. Subaudi præstare. Debet enim iudex esse patientissimus ad audiendum.

PATRIA, patriæ, fœmi. gen. Vrbs, siue oppidum vnde orti sumus: quòd patria communis omnium parens sit. Pais. Cicero lib. 1. de officijs, Sed si cõtentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum sit officij, principes sint patria & parentes: quorum beneficiis maximè obligati sumus. Idem de Oratore, lib. 1, Ac si nos, id quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tanta vis ac tanta natura vt Ithacam illam in asperrimis saxulis tanquam nidulum affixã, sapientissimus vir immortalitati anteponeret, quo amore tandem inflãmati esse debemus in eiusmodi patriam, quæ vna in omnibus terris domus est virtutis, imperij, dignitatis? Virgilius in Bucolicis, Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arua:

Nos patriam fugimus, tu Tityre lentus in vmbra Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas. Salluſt. Tandem aliquando Quirites Catilinam furentem audacia, ſcelus anhelantem, peſtem patriæ nefariè molientem, &c.

Patria, Aliquando prouincia ipſa ex qua orti ſumus, impropriè tamen dicitur. Vnde Salluſtius Hiſpaniam ſibi antiquam patriam dixit.

Patrius patria patrium, Quod eſt patriæ. vt mos patrius, La couſtume du pais. Cic. in Catone, Vigebat in ea domo mos patrius, & vigebat in ea animus patris & diſciplina.

Patrianus patriana patrianũ, Quod eſt patriæ. Cic. Thermo, Vt obtineat id iuris in agris, quod ei patriana ciuitas decreuit, & dedit.

PATRICIDA, PATRICIVS, PATRIMONIVM, vide PATER.

PATRO patras, patrare, Propriè eſt liberis operam dare. Quintilianus tamen dicit, Patrare apud antiquos ſanctè & honeſtè dicebatur. deinde conſuetudine in vitium lapſum eſt verbum. Vnde irrideri ſolitum eſſe Salluſtium, quanuis immerito, quòd patrare bellum dixerit, tanquam patro rem turpem duntaxat ſignificet. Ex quibus verbis colligitur priſcos patrare poſuiſſe pro perficere, non ſolum cum opera liberis daretur, ſed etiam cum aliud quippiam iam incœptum, ad finem perduceretur. Salluſtius in Catil. Sperabat propediem magnas copias ſeſe habiturum, ſi Romæ ſocij incœpta patrauiſſent. Idem in Iugurtha, Tum Iugurtha patratis conſiliis, poſtquam omni Numidia potiebatur in otio, facinus ſuum cum animo reputans. Idem de rep. ordinanda, ad Cæſarem, Atque ea magis fortibus conſiliis, quàm bonis præliis patrata ſunt. Plaut. in Aſin. 3. 102, Quin te quoque ipſum faciam haud magni, ſi hoc patro. Idem, Poſt tam fœdum facinus patratum.

Patrator patratoris, m. g. Qui facinus aliquod facit.

Patres patrati dicebantur, quòd ad patrandum, id eſt peragendum iuramẽtum, vbi de fœderibus conuenerat, mitterentur.

PATRONVS, patroni, Qui aliquem in periculo defendit. Qui ſubtient la cauſe daucun. Aſconius Pædianus, Qui defendit alterum in iudicio: aut patronus dicitur, ſi orator eſt: aut aduocatus, ſi aut ius ſuggerit, aut præſentiam ſuam commodat amico: aut procurator, ſi negotium ſuſcipit: aut cognitor, ſi præſentis cauſſam nouit, & ſic tuetur vt ſuam. Plautus in Menæh. 14. 12, Iuris vbi dicitur dies, ſimul patronis dicitur: quippe qui pro illis, qui malefecerint, loquantur: aut ad populum, aut in iure, aut ad iudicem res eſt. Idem in Moſtell. 4. 86, Probus homo ſum, qui pro me cauſſam diceret, patronum liberaui. Ibidem, 9. 49, Patrone ſalue. s. nihil moror mihi clientes huiuſmodi. Ibidẽ, 6. 59, Pluma haud intereſt patronus an cliens ſuat homini, cui nulla eſt in pectore audacia. Terent. in Eunucho, 5. 2. 48, Te mihi patronam cupio Thais, te obſecro emoriar, ſi non hanc vxorem duxero. Ibidem, 4. 6. 32, Perii, huic ipſi eſt opus patrono, quem defenſorem paro.

Patrocinor patrocinaris, patrocinari, Tam verbo quàm facto imbecilliorem protegere. Deffendre aucun, ſoubtenir, & luy fauoriſer.

Patrocinium patrocinii, n. g. Feſtus, Patrocinia appellari cœpta ſunt, cum plæbs diſtributa eſt inter patres, vt eorum opibus tuta eſſet. Ayde, deffence.

PATRVVS, patrui, maſculini generis, Frater patris: quòd quaſi patris loco ſit. Mon oncle frere de mon pere. Cice. pro Cælio, Fuit in hac cauſſa pertriſtis quidam patruus, cenſor, magiſter: obiurgauit M. Cælium, ſicut neminem vnquam parens.

Patruus magnus, Frater aui. Patruus maximus, frater proaui & abaui, qui & propatruus, & abpatruus dicitur.

Patruelis, à patruo. Quippe patrueles dicuntur patruorum filii, hoc eſt duorum aut plurium fratrum filii.

PATVLVS, vide PATEO.

PAVCVS, pauca, paucum, Cõtrarium eſt multo. Peu. Cic. de Amicitia, 2, Cum & ego eſſem vnà, & pauci admodum familiares, in eum ſermonem illum incidere. Plautus in Curcul. 7. 54, Reſpondit mihi paucis verbis, atque adeò fideliter.

Paucis, ſubaudi verbis. Terent. in And. 3. 3. 5, Auſculta paucis. Ibidem, Adeſdum, paucis te volo. Plaut. in Aulul. 7. 22, Da mihi operam parumper, paucis eſt quod te volo. Idem in Bacchid. 13. 7, Paucis me miſit miles ad eam Cleomachus. Terent. in And. 5. 3. 22, Pater, licétne pauca? s. quid dices mihi?

In paucis diebus quàm. Suetonius in Tib. Cæſare, cap. 60, In paucis diebus quàm Capreas attigit, piſcatori qui ſibi ſecretum argenti, grandem mulum inopinanter obtulerat, perfricari eodem piſce faciem iuſſit. Id eſt paucis poſt diebus quàm.

Pauci menſes. Plautus in Moſtell. 2.78, Qui niſi huc redit, paucorum menſium ſunt relictæ reliquiæ.

Pauculus paucula pauculum, diminutiuum. Terent. in Heaut. 4.6.24, Quod imperabit, facito: loquitor paucula. Plin. epiſt. 200, Accidit aliud ante pauculos dies ſimile.

Paucies pro raro dici (inquit Nonius) veterum authoritas docet. Titinnius Gemina, Poſtquam factus maritus hanc domum abhorres, tuam etiam vxorem paucies video. Idem in Eadem, Tu autem inique in vrbem paucies venire ſoles. Cælius annalium lib. VI, Conſulto non paucies arceſſitum.

Pauciloquium pauciloquij, Peu parler. Plaut. in Merc. 3.31, Inhæret etiam auiditas, deſidia, iniuria, inopia, contumelia, & diſpendium, multiloquium, pauciloquium.

Paucitas paucitatis, f. g. Cic. de inuent. lib. 1, Paucitas in partitione ſeruatur, ſi genera ipſa rerum ponuntur, neque permiſtè cum partibus implicantur.

PAVEO, paues, paui, pauere, Timere, Eſtre eſpouante & eſtonne. Plaut. in Curcul. 5.10, Paues paraſitus quia non rediit Caria. Idem in Amphit. 17.58, Hei mihi. B. ne paue. Idem in Ciſtell. 5.59, Illud paueo & hoc formido, ita tota ſum miſera in metu.

Paueo ne. Plaut. in Perſa, 16.56, Nimis pauebam ne peccaret. Terent. in And. 2.2.12, Id paues, ne ducas tu illam: tu autem vt ducas. c. rem tenes.

Pauito pauitas, pauitare, frequentatiuũ, Valde pauere, timere, vel valde frigere. Terent. in Hecyra, 3.1.41, Vxorem Philumenam pauitare, neſcio quid dixerunt. Donatus, Pauere & timere, & ad corporis & ad animi perturbationem veteres referebant. Plaut. in Bacchid. Nam & ex mari timida ecce ego pauitare, ægrotare.

Pauor pauoris, m. g. Frayeur, eſtonnemẽt. Eſt, vt inquit Cicero lib. 4. Tuſcul. loco mouẽs mentem. Plaut. in Epid. 11.4, Irritat pauor animi mentem. Ennius, Tum pauor ſapientiam omnem mihi expelleret ex animo.

Pauidus pauida pauidum, Paoureux. Qui ſemper timet.

PAVIMENTVM pauimenti, n. g. Ipſum domus ſolidamentũ ſiue incruſtatio, quam gradiendo calcamus. Vng paue. Dictũ à pauiendo, id eſt tundendo ſiue feriendo: quòd dum fiunt pauimenta, pluribus ſimul diebus feriuntur & tunduntur, ne rimas faciant. Iuuenalis, Verre pauimentum, & nitidas oſtende columnas. Cato, Pauimenta ad hunc modum facito, De teſta arida pauimentum ſtruito. vbi ſtructum eſt, pauito, ſiccatóque oleo, vt pauimentũ bonũ ſiet. Plinius epiſt. 25.b, Hunc dum ſequitur, colligítque, per læue & lubricum pauimentum fallente veſtigio cecidit.

Pauimentorum genera multa fuerunt apud veteres. Erant lithoſtrota, paruulis coagmentata cruſtis. Erant ſubdialia, à Græcis inuenta, quæ ſub dio erant, & in aperto: quæ vbi imbres gelant, ſunt vtilia. Erant & Aſarota, de quibus Papinius in ſyluis, Subierántque nouis Aſarota figuris. Plinius appellat Euſarota: quoniam purgamenta cœnæ in pauimenta euerri ſolent. εὖ græcè, dicitur bene : σαίρω verro. Fuerunt & pauimenta barbarica, ſubtegulanea, ſcalptura, & græcanica. Vide Plinium lib. 36. cap 25.

Pauimenta Pœnica (inquit Feſtus) marmore Numidico ſtrata ſignificat Cato, cum ait in ea oratione quam habuit, ne quis conſul fieret, Dicere poſſum quibus villæ, atque ædes ædificatæ, atque expolitæ maximo opere citro atque ebore, atque pauimentis pœnicis ſtent.

Pauimento pauimentas, pauimentare, Pauimentum facere, ſeu pauimento ſternere. Pauer. Plinius lib. 27, Ergo pauimentandum vbi ſata ſit, cenſent, vt lachryma non abſorbeatur.

Pauimentatus pauimentata pauimentatum, Quod pauimento ſtratum eſt. Vng paue.

PAVIO, pauis, pauiui, pauitum, pauire, Ferire, percutere, tundere. Sumptum à Græcis, qui παίειν dicunt percutere. Cic. de diuinatione, Sed quia cum paſcunt, neceſſe eſt aliquid ex ore cadere, & terram pauire, terripudiũ, poſtea tripudium dictum eſt. Hinc pauor, quando timor cor pulſat. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 51, Omne porrò breuiſſimum in rotundo è medio ad extremum ſolida terra pauitam maximè ſi eſt argilloſa, ne æſtu rimoſa, in rimis eius grana obliteſcant.

PAVLATIM, Aduerbium, diminutiuum à paulum. Petit a petit, peu a peu. Terent.in Hecyra,1.2.94,Paulatim elapſus Bacchidi,atque huic tranſtulit amorem. Idem in Adelph. 5.6.10,Paulatim plæbem primulum facio meam.

PAVLISPER,aduerbium,Id eſt valde paulum temporis.Fort,ou bien peu de tẽps.Plaut. in Aſin.16.30,Pauliſper mane:aucupemus ex inſidijs clanculum quam rem gerãt. Idem in Amphit.8.62, Pauliſper mane, dum edormiſcat vnum ſomnum. Idem in Bacchid.8.12, Pauliſper Lyde lubido eſt homini,ſuo animo obſequi. Terent.in Adelphis,2.2.45,Pauliſper mane. Ibidem,3.3.24,Congrum iſtum maximũ in aqua ſinito ludere pauliſper. Plin. in Paneg.99, Quum verò poſtulamus, vt futuros principes doceas inertiæ renuntiare, pauliſper delicias differre,pauliſper,& ſaltem ad breuiſſimum tempus ex illo fœlicitatis ſomno, velut excitatos induere prætextam. Idem epiſt.123, Saluta pauliſper, quo ſit tibi iucundius ſalutari.

PAVLO,vide PAVLVM.

PAVLVM,aduerbium,diminutiuum à parum.Fort peu. Terent.in And.5.3.32, Pro peccato magno paulum ſupplicij ſatis eſt patri. Idem in Eunucho,4.4.18,Tace obſecro,quaſi verò paulùm interſit.

Paulùm,nouè pro multum(interprete Donato)dixit Terentius in And.4.4.55,Paulùm intereſſe cenſes ex animo omnia,vt fert natura facias,an de induſtria?

Paulus paula paulum,adiectiuum à parũ,quo rariſſimè vſi ſunt authores, præterquàm in ablatiuo.Plaut.Paciſci cum illo paula pecunia potes.

Paulo momento.Terent.in And.1.5.31,Dum in dubio eſt animus,paulo momento huc,illuc impellitur. Idem in Adelph.5.4.22,Scilicet ità eos,meo labore eductos,maximo hic fecit ſuos paulo ſumptu.

Paulò,aduerbium. Terent.in Eunucho, 1.1.30, Quid agas, niſi vt te redimas captum quàm queas minimo:ſi nequeas paululo,at quanti queas?

Paulo minus,Vng peu moins. Plin.epiſt.144.a,Numidia Quadratilla paulo minus octogeſimo ætatis anno deceſſit, vſque ad nouiſſimam valetudinem viridis. Idem in Paneg.45, Paulo minus patres Conſcr. quinque milia ingenuorũ fuerũt, quæ liberalitas principis noſtri conquiſiuit,inuenit,adſciuit.

Paulo minus,pro propemodũ vel penè.Preſque,quaſi.Suet.in Tib.Cæſ.cap.39,Quaſi neque rediturus vnquam, & cito moitem etiam obiturus, quod paulo minus vtrunque euenit. Idem in Nerone Claud.Cæſ.cap.40,Talem principem paulo minus per quatuordecim annos perpeſſus terrarum orbis,tandem deſtituit.

Paulo minus quàm.Suet.in Tib.Cæſare,cap.26,Verùm liberatus metu,ciuilẽ ſe admodũ inter initia,ac paulo minus quàm priuatum egit.

Paulo mox,Statim,cũ paruo interuallo,Incontinent.Plinius,Et paulo mox calefactum vulneri imponatur.

Paulo poſt magis.Plaut.in Pſeud.5.145,Paulo poſt magis ille homo meus eſt,niſi omnes di me atque homines deſerunt.

Paulo prius. Plaut.in Menæh.15.7, Tibi dedi equidem illam,ad Phrygionem vt feras,paulo prius.

Paululum,diminutiuum à paulum. Fort peu,ou petit de quelque choſe que ce ſoit. Terent.in Adelphis,5.8.27,Agelli hic ſub vrbe eſt paululum,quod locitas foras.

Paululum abſcede.Plaut.in Aſin.16.75,Abſcede ergo paululum iſtinc.

Paululum quis pudor. Terent.in And.4.1.5, In denegando modo quis pudor eſt paululum.

Paululum quiddam. Terent.in Eunucho,5.2.17,Quid feceras?c.paululum quiddam.T.eho paululum impudens?an paululum hoc eſſe tibi videtur,virginem vitiare ciuem?

Paululum opperiri aliquem,Tant ſoit peu de temps.Terent.in Eunucho,5.2.51,Paululum opperirier ſi vis,iam frater ipſe aderit virginis. Idem in Andria,3.5.16, Sed paululum ſine ad me vt redeam. Idem in Eunucho,4.4.5, Paululum ſi ceſſaſſem Pythia, domi non offendiſſem.

Paululum modo.Terent.in Heaut.2.3.75,Hoc vide,in mea vita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus:vbi ſi paululum modo quid te fugerit,ego perierim. Tant ſoit peu.

Paululo cõtenta eſt.Terent.in Heaut.3.1.35,Quæ paululo tum erat contenta,cuique erãt grata omnia.

PAVO, pauonis, & pauus pauí, maſculíni generis, Auis multiplicis coloris. Plinius lib. x. cap. xx, In his pauonũ genus, cum forma, tum intellectu eius & gloria. Gemmantes laudatus expandit colores aduerſo maximè ſole, quia ſic fulgentius radiant. Et paulò pòſt, Ab authoribus non glorioſum tantum animal hoc traditur, ſed & maleuolum, ſicut anſerem verecundum. Gellius, Pauus è Samo præſtantior eſt.

PAVOR. vide PAVEO.

PAVPER, pauperis, communis gen. vel vt alij volũt, omnis gen. Vng poure. Dicitur à paruo lare.

Paupera pauperæ apud Plautum lectum eſt, Paupera hæc res eſt.

Pauperculus paupercula pauperculum, diminutiuum. Plaut. in Perſa, 10.17, Quanquam res noſtræ ſunt pater pauperculæ. Terẽt. in Heaut. 1.1.44, Eſt è Corintho hic aduena anus paupercula.

Paupertas paupertatis, f.g. Pourete, Plaut. in Trin. 10.19, Nam vbi ad paupertatẽ acceſſit infamia, grauior paupertas fit, fides ſubleſtior.

Pauperies pauperiei, f.g. Idem. Terẽt. in Heaut. 1.1.59, Sed in Aſiam hinc abii propter paupertem. Horatius, Impiger extremos currit mercator ad Indos, Per mare, pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes.

Paupertinus paupertina paupertinum, Idem quod pauper. Varro, Quòd ſi paupertina ſint elegantia, ac cum caſtimonia.

Paupero pauperas, pauperare, Faire poure. Plaut. in Pſeud. 20.22, Nam boni viri me pauperãt, improbi alunt. Idem in Milite, 10.133, Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

PAVSA, pauſæ, eſt quies alicuius rei. Loyſir, repos. Accius Epigono, Sed iam Amphilocũ huc vadere cerno, & nobis datur bona pauſa loquendi. Lucilius lib. 1. ſatyr. Hæc vbi dicta dedit, pauſam facit ore loquendi. Plaut. in Pœn. 6.13, Quando id quod ſat erat, ſatis habere noluit, ego pauſam feci. Idem in Rud. 26.1, Aliquãdo oſculãdo meli⁹ eſt vxor pauſam fieri. Idem in Perſa, 13.38, Iam iam Pæcnium da pauſam.

Pauſo pauſas, pauſare, Quieſcere, Ceſſer. Plautus in Trinummo, 4.110, Pauſa, viciſti caſtigatorem tuum.

PAVXILLVS, pauxilla, pauxillum, diminutiuum à Paulũm. Plaut. in Aulul. 5.34, Nam veriſimile non eſt hominem pauperem, pauxillum paruifacere, quin nummum petat.

Pauxillum, aduerbium. Plaut. in Capt. 4.73, Sed ſi pauxillum potes contentus eſſe. E. næ perpauxillum modo. De peu.

Pauxillulus pauxillula pauxillulũ, diminutiuũ à pauxillus. Plaut. in Pſeud. 11.16, In libello hoc obſignato ad te attuli pauxillulo. Idem in Rud. 23.57, Hoc colore capiuntur pauxilluli. Idem in Sticho, 4.115, Ne iſte ædepol vinum poculo pauxillulo ſæpe exanclauit ſubmetrum ſcitiſſimé. Idem in Pœn. 7.35, Quicquid eſt pauxillulũ illuc noſtrum, id nobis omne intus eſt. Terent. in Phor. 1.1.3, Iam pridem apud me reliquum pauxillulum nummorum, id vt conficerem.

Pauxillatim, aduerbiũ, Peu a peu, petit a petit. Plaut. in Epid. 5.64, Egomet pòſt vbi cœpi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere, &c. Idem in Rud. 22.20, Doctè atque aſtutè ego illi pauxillatim pollicitabor pro capite argentum.

PAX, pacis, f.g. Paix. Cic. pro lege Agraria, Etenim vt circũſpiciamus omnia, quæ populo grata atque iucũda ſunt, Nihil tam populare quàm pacem, quàm concordiam. Plaut. in Perſa, 6.7, Audacter, tibi ſi lubido eſt perdere. T. bona pax ſit potius. Idem in Sticho, 4.9, Pax, commerciúmque eſt verbis mecum.

Pace aduenio. Plaut. in Amphit. 3.32, Propterea pace aduenio, & pacem ad vos affero.

Pax, abi. Plaut. in Milite, 10.212. Paix ſoit auec toy, va ten. Idem in Trin. 13.118, Pax, te tribus volo.

Pax, Tranquilla libertas. Virgil. Pars mihi pacis erit, dextram tetigiſſe tyranni. Plaut. in Rud. 4.81, At in vado eſt, iam facile enabit: euge pax: videſne alteram illam vt fluctus eiecit foras. Elle eſt en ſauuete, Elle eſt hors des dangiers.

Pax, per tranſlationem aliquando dicitur venia. Virgilius, Sed votis, precibúſque iubent expoſcere pacem.

Pace tua, Honeſtus reprehendendi modus, prius capta venia, Id eſt, Tua venia & te non irascente. Terent. in Eunucho, 3.2.13, Quæſo hercle vt liceat pace quod fiat tua. Ne vous en deſplaiſe. Idem in Rud. 17.32, Illos ſceleſtos, qui tuum fecerunt fanum parui, & auſi ſunt violare nos, vt hanc tua pace, aram amplexæ miſeræ ambæ ſumus.

Pax, Aliquando comicum aduerbium eſt, & ſignificat tantũmodo. Terent. in Heaut. 4.3.39, Vnus eſt dies, dum argentum eripio, pax, nihil amplius.

Paces, pluraliter legitur apud Plautum in Perſa, 12.1, Hoſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placida, pacibus perfectis.

Pacatè, aduerbium, Id eſt tranquillé. En paix.

PAXILLVS, paxilli, diminutiuũ à palus pali, Vng petit pieu ou pali, vt inquit Priſcianus. At Cicero ad Brutum, vult à paxillo palus fieri.

PE

PECCO peccas, peccare, Propriè ſignificat adulterium committere. Dictum quaſi pellicare, id eſt, cum pellice coire.

Peccare, Pecher, Offenſer, Faillir en quelque choſe. Terẽt. in And. 5.3.25, Ego me amare hãc fateor: ſi id peccare eſt, fateor id quoque. Idem in Adelph. 1.2.44, Poſtremo, aut deſine: aut cedo quẽ vis arbitrum: te plura in hac re peccare oſtendam. Ibidem, 2.1.20, Verùm in iſtam partem potius peccato tamen.

Peccauit vnam ſyllabam. Plaut. in Bacchid. 8.29, Si vnam peccauiſſes ſyllabam, fieret corium tam maculoſum, quàm eſt nutricis pallium.

Peccantur, paſſiuè dixit Cicero lib. primo de off. Multa peccantur.

Peccatum peccati, n. gen. Peche, faulte, offenſe. Terent. in Adelphis, 4.7.7, Hoc peccatũ eſt in virginem ciuem.

Peccatum, aliquando participium eſt. Terẽtius in Eunuchi prologo, 27, vtrunque complexus eſt, Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia eſt. Idem in Heaut. 1.1.106, Ita res eſt, fateor: peccatum à me maximum eſt.

Peccatus peccatus peccatui, m. g. Idem. Cic. Nemo ita viuebat, vt nulla eius vitæ pars ſummæ turpitudinis eſſet expers. Nemo ita in manifeſto peccatu tenebatur, vt cum impudens fuiſſet in facto, tum impudentior videretur ſi negaret.

PECTEN pectinis, m. g. Inſtrumentum textorium: dictum quòd fila in telis figat.

Pecten, Quo explicamus capillos. Vng peigne. Plaut. in Capt. 6.18, Sed vtrum ſtrictímne attonſurum dicã eſſe, an per pectinem, neſcio. Idem in Curcul. 12.21, At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum.

Pecten, cratis dentatæ genus, ſtylis ferreis ad colendum terram.

Pecten, Dicitur pubes, hoc eſt locus vbi pili apud verenda naſcuntur. Iuuenalis, Inguina traduntur medicis iam pectine nigro.

Pecten, Citharæ inſtrumentum. Virg. lib. 6, Iam pectine pulſat eburno.

Pectines, ſiue pectunculi, piſces ſunt qui ſe ex aqua iaculantur, ſagittæ modo. Horatius ſatyr. 4, Pectinibus patulis iactat ſe molle Tarentum. Plin. lib. 9. cap. 33, Saliunt pectines, & extra volitant, ſéque & ipſi carinant.

Pectino pectinas, pectinare, Peigner.

Pectinare ſegetem. Plinius, Sunt genera terræ, quorum vbertas pectinari ſegetem in herba cogat.

Pectinatum tectum dicitur, à ſimilitudine pectinis, in duas partes deuexum, vt teſtudinatum in quatuor.

Pectinatim, aduerbium, ad pectinis ſimilitudinem factum. Plin. lib. 32. cap. 11, Dentes in circuitu marginum habent pectinatim ſpiſſatos.

Pecto pectis, pexui vel pexi vel pectui, pexum, pectere, Explicare, & pangere capillum, Deſmeller cheueulx, peigner. Virgil. lib. 8, Pectebatque ferum, puróque in fonte lauabat. Cic. in Catil. Quod proprium eſt Catilinæ, de eius delectu, imò verò de amplexu ac eius ſinu, quos pexo capillo nitidos, aut imberbes, aut non barbatos videtis.

Pectere citharam etiam dicimus, id eſt, percutere, & diſtẽdere pectine chordas, id eſt plectro.

Pectere lanã, & veſtes: à quo & veſtes pexæ dicũtur. Plin. li. 8. c. 48, Iſtriæ, Liburníæq; pilo propior q̃ lanæ, pexis aliena veſtibus. Hoc eſt veſtibus quæ texũtur: nã in texẽdo pectinis morſi-

bus veſtes feriuntur. Idem lib.9,Et ipſa ſtupa pectitur ferreis hamis, donec omnis membrana decorticetur.

Pexatus pexata pexatum,Qui veſte pexa indutus eſt. Martialis,Pexatus pulchre.

Pectitus pectita pectitum,Politus,& ſubactus. Columella, Verùm vbi iam puro diſcrimine pectita tellus.

PECTORALE,vide PECTVS.

PECTVS pectoris,n.g. Anterior pars animalis à gula vſque ad ventrem. Le poitrine. Hoc homini tantũ,latũ eſt:reliquis animalibus carinatũ, vt inquit Plinius lib.xi.cap.37,Pectus hoc eſt oſſa præcordijs & vitalibus natura circundedit:at ventri quem neceſſe erat increſcere, ademit.Nulli animalium circa ventrem oſſa.Pectus homini tantum,latum:reliquis carinatũ, volucribus magis,& inter eas aquaticis maximé.

Pectus,dictum eſt quaſi pactus,à compactis coſtis.

Pectus,non modo ſuperficiem corporis,ſed cor ſub pectore ſignificat. Plaut.in Mil.10.190, Parui iſtuc facio, dũmodo eã des quæ ſit quæſtuoſa,quæ alat corpus corpore, cuique ſapiat pectus.nã cor non poteſt,quod nulla habet. Idem in Epid.5.98,Sapit hic pleno pectore. Ibidem, 11.7, Quis illæc eſt mulier timido pectore peregrè aduenienſ, quæ ipſa ſe miſeratur? Iuuenalis,Nocte,diéque ſuum geſtare in pectore teſtem.

Pectuſculum,pectuſculi,n.g.Paruum pectus.

Pectunculus pectunculi,m.g. Piſcis è mollium genere,extra aquam ſe efferens, ſagittæ modo, quemadmodum & loligo facere dicitur.Perottus.

Pectoroſus pectoroſa pectoroſum,Quod eſt magni & validi pectoris.

Pectoralis & hoc pectorale,Quod ad pectus pertinet.

PECVS,pecudis,f.g. Omne animal quod ſub imperio,pabulo terræ paſcitur,vt ſunt boues, aſini,equi,cameli,oues,capræ,&c.Beſtial.

Pecus dicitur aliquando fuiſſe maſc.gen.quia Ennius dixit pecudi marito.

Pecudes elephantos vocat Plinius,Qui cum elephanto congreſſus, gemino ictu pecudem exanimauit. Varro,lib.2.de ruſt. Qui gregẽ armentorũ emere vult,obſeruare debet primũ, vt ſint hæ pecudes ætate potius ad fructus faciendos integræ,quàm iam expertæ.

Pecus pro oue aliquãdo ponitur. Plinius,Ipſius animalis tanta narratur clemẽtia aduerſis minus valida,vt in grege pecudum occurrentia,manu dimoueat,ne quid obterat impudens.

Pecus pro omni animali præter hominem dicitur. Virg.lib.4.georg.de apibus loquẽs,Et pecudum cuſtodia ſolers. Lucretius de piſcibus,Præterea genus humanum mutæque natantes Squammigeræ pecudes.

Pecu,huius pecu,n.g.indeclinabile in ſingulari,In plurali pecua,pecuũ,pecub⁹. Plaut.in Rud. 23.5, Non vides me referre vuidum rete,ſine ſquãmoſo pecu? Idem in Bacchid.23.4,Paſtor harum dormit,cum hæ eunt ſic à pecu balitantes. Idem in Merc.9.11, Nec pecua ruri paſcere,neque pueros nutricare.&c. À pecu,pecuium genitiuũ protulit Cato,teſte Perotto.

Pecus pecoris,n.g.Idem quod pecus pecudis.

Pecus pecoris,pro multitudine pecorum ſiue pecudum. Virg. Dic mihi Damœta,cuium pecus?an Meliboei? Idem,Caprigenúmque pecus nullo cuſtode per herbas.

Pecus,pro oue aliquando ponitur.Plinius lib.8,cap.49,Eſt & in Hiſpania,& maximè Corſica,nõ maximè abſimile pecori gen⁹ Muſimonũ,caprino villo quàm pecoris velleri propius. Quintil.Cur in vſum veſtium ſæpe pecori lanæ detrahuntur?

Pecus interdum de omni animali,quod humana lingua & effigie caret,dicitur. Virg.Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent.

Pecuda etiam neutro genere in vſu fuiſſe,veterum affirmat authoritas.Siſenna,Iumenta & pecuda locis trepidare compluribus.

Pecorinus pecorina pecorinum,quod eſt pecoris.vt pecorina caro.

Pecoreus pecorea pecoreum,Idem.

Pecorarius pecorarii,qui pecua ſiue pecora publica redimit,vt inquit Aſconius. Romani enim vetuſtiores nihil in bonis aliquid præter pecudes habebant.

Pecuarius pecuarij,m.g.Qui pecorum curam habet.Paſteur. Cic.pro Deiotaro,Vt non ſolum Tetrarcha nobilis, ſed etiã optimus paterfamiliâs & diligẽtiſſimus agricola atque pecuarius haberetur. Idem in Verrem,act.4,Quapropter de ipſius prætura Sicilienſi nõ recuſo quin ita me audiatis, vt ſi cuiquam generi hominum ſiue Siculorum, ſiue noſtrorum ciuium, ſiue cuiquam ordini,ſiue aratorum,ſiue pecuariorum,ſiue mercatorum probatus ſit,&c.

Pecuarius pecuaria pecuarium, Quod ad pecus pertinet. Plaut. in Trucul. Male vertit res pecuaria mihi apud nos. Columella lib. 7, Pecuarius canis neque tam ſtrigoſus aut pernix eſſe debet, quàm qui damas, ceruóſque & velociſſima ſectantur animalia. Varro in præf. lib. 3, Qua de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurram.

Pecuaria pecuariorum, dicuntur ab eo quod eſt pecuare, & per apocopen, pecuar. nam pecua (vt inquit Cicero in Pompeiana) ab eo quod eſt pecu, venit, vt à genu genua, & ſignificat pecorũ multitudinem. Perſius, Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere credas. Cic. lib. 4. ad Heren. Nã cum canes funguntur officiis luporum, cuinam præſidio pecuaria credemus?

Pecuaria, Dicuntur omnia ex quibus Pop. Rom. haberet reditus: quia diu hoc ſolùm vectigal Romanis fuit.

Pecuaria pecuariæ, f. g. Scientia parandi ac paſcendi pecoris, vt fructus ex eo capiatur: Quæ & res pecuaria dicitur. Varro lib. 3. de re ruſt. Tres libros conſtitui, è quibus duo ſcripſi. Primum ad Fundaniam vxorem de agricultura: ſecundum de pecuaria ad Turanium Nigrum.

Pecuaria, Locus in quo pecorũ greges conſiſtunt. Varro lib. 2, Cuius nobiles pecuariæ in Brutiis habentur. Ibidem, in præfatione, Quod eò facilius faciam, quòd & ipſe pecuarias habui grandes in Appulia ouiarias. Idem lib. 3, Duo genera cum ſint paſtionum, vnũ agreſte, in quo pecuariæ ſunt: alterum villaticum, in quo ſunt gallinæ ac columbæ & apes, & cætera quæ in villa ſolent paſci.

PECVLIVM, peculii, n. g. à pecore ſiue pecu fit: & propriè dicitur quicquid alicuius labore & induſtria partum & lucrifactũ eſt. Tout le bien & la cheuance daucun. Tout ce quil ha. Et propriè ſeruorum eſt, ſicut pecunia nobilium. Vnde apud maiores omne patrimonium dicebatur peculium, quia pecoribus vniuerſa eorũ ſubſtãtia cõſtabat. Cic. in Paradox. An eorũ ſeruitus dura eſt, qui cupiditate peculii nullam conditionem recuſent duriſſimæ ſeruitutis? Celſus Iurecõſultus ſcribit pecuniã ſine peculio fragilẽ eſſe. id eſt, ſine lucro. Plaut. in Aſin. 9.92, Quanquam ego ſum ſordidatus, frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari. Ibidem, 7.11, Largitur peculium omne, in tergo theſaurũ gerit. Idem in Capt. 19.31, Cui peculi nihil eſt, recte feceris. Idem in Caſina, 5.42, Armigero, nihili, atque improbo, cui homini hodie peculi nummus non eſt plumbeus. Ibidem, 4.21, Vnde ea tibi eſt? nam peculi probam nihil habere addecet clam viro: & quæ habet partum, ei haud commodi eſt quin viro aut ſubſtrahat, aut ſtupro inuenerit. Cic. in Verrem, act. 3, Homines poſteaquam reus factus eſt, alii redditi, alii etiam nunc retinentur, peculia omnium, vicariique retinentur.

Caſtrenſe peculium, Quod à parentibus & agnatis in militia degenti donatum eſt: vel quod filius in militia acquiſiuit: quod niſi militaret, acquiſiturus non fuiſſet.

Peculiolum peculioli, diminutiuum.

Peculiaris & hoc peculiare, Quod ad peculium pertinet, vel quod peculio deputatur, vel quod peculii proprium eſt. Plaut. in Aulul. 14.7, Condigne etiã meus me intus gallus gallinacius, qui erat anui peculiaris, perdidit peniſſumé. Idem in Aſin. Etiam opilio qui paſcit alienas oues, aliquam habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Idem in Capt. 2.20, Hic poſtquam hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem: quia quaſi vna ætas erat. Idem in Merc. 9.27, Quin tibi ecce illam dabo, natam annos ſexaginta peculiarem.

Peculiaris, Proprius, ſpecialis, præcipuus, nec cum aliis cõmunis. Propre, Particulier. Suet. in Cæſ. Præterea monetæ, publiciſq; vectigalib⁹ peculiares ſeruos præpoſuit. Plin. epiſt. 8. f, Me verò peculiaris quædam impedit ratio.

Peculiare, Pro re ſeruili quandoque ponitur. Vlpianus, Si peculiare vinum legatum ſit, id cõtineri quod ſerui habuerunt.

Peculiariter, aduerbium, Specialiter, Præcipuè. De ſon propre. Specialement. Par eſpecial. Principalemẽt. Plin. lib. 27, Epiphoris peculiariter imponitur. Quaſi ſingulariter, & eius propria virtus. Quintil. lib. 8, Quod cõmunę & aliis nomen intellectu, alicui peculiariter tribuitur, vt Vrbem, Romã: Venales, nouitios: & Corinthia, æra. cũ ſint aliæ vrbes quoque & vænalia multa, & tam aurum & argentum, quàm æs Corinthium.

Peculioſus peculioſa peculioſum, Qui peculii multum habet, Qui ha bien de quoy. Plautus in Rud. 4.24, Peculioſum eſſe decet ſeruum, & improbũ, quem hero præſente prætereat oratio.

Peculio peculias, peculiare, Peculium auferre, Deſrober le bien daucun. Plaut. in Perſa, 6.11, Atque iſtanc ob rem ego aliquid te peculiabo.

Peculor pecularis, peculari, Furari ea quæ ad remp. ſeu principem pertinent.

Peculatus peculatus peculatui, m. g. Pecuniæ publicæ aut principis furtũ. Cic. in Verrẽ, act. 3,

Erunt etiam fortaſſe iudices, qui illum eius peculatum vel acerrimè vindicandũ putent: quòd iſte M. Marcelli, & P. Africani monimenta quæ nomine illorũ: re vera, Pop. Romani & erãt, & habebãtur ex fanis religioſiſſimis, ex vrbib⁹ ſociorũ, atq; amicorũ, nõ dubitauerit auferre. In eundẽ, act. v, Vectius tuus familiariſſimus, Vectius tuus affinis, cuius ſororẽ habes in matrimonio, tuæ frater vxoris Vectius, frater tui Quæſtoris, impudẽtiſſimũ tuũ furtum, certiſſimúmque peculatum.

Peculatum facere in aliquem. Plaut. in Ciſtell. 2. 63, Ergo in me peculatum facit?

Reus peculatus. Plin. de viris illuſt. 50, L. Iulius Sabinator primo conſul de Illyrijs triũphauit: deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta Metia, condemnatus.

PECVNIA, pecuniæ, f. g. Argent.

Pecunia dicta eſt à pecore, ſiue à pecu. quia omnis pecuniæ pecus fuit fundamentũ. Columella lib. VI, in præf. Itaque ſicut veteres Romani præceperunt, ipſe quoque cenſeo, tam pecorum quam agrorum cultũ pernoſcere: nam in ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi, eadémque quæſtuoſiſſima. propter quod nomina quoque & pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore, quoniam id ſolum veteres poſſederunt, & adhuc apud quaſdam gentes vnũ hoc vſurpatur diuitiarũ genus. Plin. lib. 33. cap. 3, Seruius rex primus ſignauit æs. antea rudi vſos Romæ Remeus tradit. Signatum eſt nota pecudum, vnde & pecunia appellata.

Pecunia attributa, vide ATTRIBVO.

Pecunioſus pecunioſa pecunioſum, Quaſi pecuniæ plenus. Pecunieulx. Qui il ha force argẽt. Pecunioſus, à pecunia magna inquit Varro de lingua latina lib. 4. Pecunioſorũ & locupletum proprietatem (inquit Nonius) apperuit M. Tullius de ſenect. lib. 2, à pecore pecunioſos, & à poſſeſſionibus locorum locupletes appellatos aſſerens, multáque ditione ouium & boum, quod tunc erat res in pecore, & locorum poſſeſſionibus, ex quo pecunioſi, & locupletes vocabantur. Cic. in Verrem, act. 2, Pecunioſum hominem, quanuis ſit nocens, neminem poſſe damnari.

Pecuniarius pecuniaria pecuniarium, Quod ad pecuniam pertinet.

PEDAM (inquit Feſtus) veſtigium humanum, præcipuè pedis appellaſſe antiquos in cõmentarijs quibuſdam inueniri ſolet.

PEDALIS, & hoc pedale, Quod eſt pedis, De la grandeur dung pied. Columella lib. 3, Pedale quoque verſus ſpatiũ ſat erit inter ſemina relinqui. Idem, Scrobiculis pedalibus factis.

PEDAMEN, pedaminis: & pedamentũ pedamẽti, n. g. Suſtentaculũ quod alicui arbuſculæ adhibetur, ſicut palus quo vitis ſuſtẽtatur, Vng appui. Plin. Caſtanea pedamẽtis omnib⁹ præfertur. Columella, Pedaminum ingerúmque & viminum proſpiciendorũ tradẽda ratio eſt.

PEDANEVS pedanea pedaneũ, Idem eſt quod pedalis, Qui eſt de la lõguer dung pied. Columella lib. V, Et ideo in maritãdis arboribus nemo minorẽ pedanea ſcobem vitibus cõparat.

Pedaneus iudex, qui à præſide cõſtituitur vt minora iudicia diſcernat, quòd is magiſtratus nõ vehatur curru, ſed pedibus proficiſcatur in forum.

PEDARIVS, pedarij. Pedarij dicũtur, qui in ſenatu ſententiã nõ dicũt, ſed ab alio dictã cõprobant, mouentes ſe loco, & in partem eius qui dixit, ambulantes. propter quod qui ita faciunt, ire in ſententiam pedibus dicuntur. & ab actu tranſeundi pedibus in aliena ſedilia, pedarij ſunt appellati. Cic. Attico, Inde in ſententiam pedarij cucurrerunt.

Pedarios exiſtimat Gellius dictos eſſe ſenatores, qui quòd magiſtratum curulium nondũ cœperant, pedibus in curiam proficiſcebãtur. Nam qui curulem magiſtratum geſſiſſent, curru vehi ſolebant.

PEDATIM, aduerbium. Plin. lib. XI, Leo tantum & camelus pedatim gradiũtur. Hoc eſt, vt ſiniſter pes non tranſeat dextrum, ſed ſubſequatur. Pas a pas.

Pedatò, aduerbium, Id eſt repentè. Cato lib. 1. orig. Igitur tertio pedatò bellum nobis fecere.

PEDECOSVM, pediculis obſitum appellat Titinnius, authore Feſto, hoc modo, Rus detrudetur pedecoſus, ſqualidus.

PEDEPRESSIM, aduerbium, Id eſt, Nonio interprete, caute, lenta & tarda itione.

PEDES, peditis, m. g. Miles qui pedibus militiam exercet. Vng pieton.

Peditatus peditatus peditatui, m. g. Peditum copiæ. Vne bande de pietons.

Pedeſter, Qui pedibus iter facit, Qui va a pied. Vng pieton.

Hic & hæc pedeſtris, & hoc pedeſtre, vt pedeſtris exercitus, Vne armee de gens de pied.

Pedeſtria auguria, dicebantur, quæ à lupo, vulpe, ſerpente, equo, & cæteris animalibus quadrupedibus dabantur.

Pedeſtris oratio, dicitur numeroſa, & ſecundum metricam rationem compoſita, quanuis non ſit carmen.

PEDETENTIM, aduerbium cõpoſitum à pede & tento tentas, Petit a petit. Cic. lib. 1. de off. Sin minus, ſenſim erit, pedetentimque faciendum. Idem lib. 2. Tuſcul. Pedetentim (inquit) ite, & ſedato nixu, ne ſuccuſſu arripiat maior dolor. Tout doucement, tout a loyſir. Idem in Verrinis, act. 2. Quæ tamen à me pedetentim, cautéque diceretur. Terẽt. in Phor. Di bene vertant quod agas, pedetentim tamen. Donatus, Pedetentim, Cautè, à pedibus & tentando. Plaut. in Milite, 14.32, Pedetentim tu hæc ſcis, tractari ſolere haſce huiuſmodi maritis.

PEDICA, pedicæ, f. g. à pede, ſignificat laqueum quo pedes illigantur. Vng piege. Virg. lib. 1, georg. Tum gruibus pedicas, & retia ponere ceruis.

PEDICVLVS, pediculi, m. g. Paruus pes. Plinius, Mollia ſunt loligo, ſepia, polypus, pediculi, octoni omnibus.

Pediculi vocãtur quibus fungi, pyra, mala, & huiuſmodi ſuſtinentur. La queue dune poire ou pomme. Plin. Tutiores fiunt fungi cum carne cocti, aut cum pediculo pyri.

Pediculus, Vermis in capite, Vng poulx.

Pedicoſus pedicoſa pedicoſum, vel pediculoſus pediculoſa pediculoſum, Pouilleux, plein de poulx. Plautus, Pedicoſus, ſquallidus, vbi me vidit, ſcabit caput.

Pedicularis & hoc pediculare, Quod ad pediculos pertinet. Vnde pedicularis morbus, quo corpus pediculis ſcatet. Hunc morbũ Græci phthiriaſin appellãt. nam phthira pediculum dicũt.

PEDIOLVS, pedioli, m. g. Paruus pes. Afranius, Atque adeò nolo nudo pediolo es pus.

PEDISEQVVS, pediſequi, Qui dominũ ſequitur. Vng ſeruiteur qui ſuyt ſon maiſtre par tout ou il va. Plaut. in Mil. 14.18, Pediſequus tibi ſum.

Pediſequa pediſequæ, f. g. Vne chamberiere. Quæ dominã ſequitur. Terẽt. in And. 1.1.96, Accedo ad pediſequas: quæ ſit, rogo.

PEDO, pedis, pedi, pedere, veteres vſi ſunt pro pede pulſare, & quaſi plauſum reddere. Heurter du pied.

PEDO, pedis, pepedi, pedere, Crepitum ventris emittere, Peter. Horat. in Serm. Nam diſploſa ſonat quantum veſica pepedi.

PEDVM, pedi, n g. Baculum incuruum (inquit Feſtus) quo paſtores vtuntur ad cõprehendẽdas oues aut capras pedib⁹, cuius etiã meminit Virg. in Bucc. cum ait, At tu ſume pedũ. Vne houlette. Sed in eo verſu qui eſt in Iphigenia Ennij, Procede gratũ proferre pedũ, nitere ceſſas, id ipſum iaculum ſignificare, cum ait Verrius, Mirari ſatis non poſſum, cum ſit ordo talis, & per eum ſignificatio aperta, Gratum proferre pedum ceſſas nitere.

PEGMA, pegmatis, quod & pecma dicitur, Græcum eſt, ἀπὸ τοῦ πήγνυμι, quod eſt pango & extruo. Eſt machina lignea in qua ſtatuæ collocantur, & quaſi figuntur ad illas ſuſtinendas, Interdũ pegmata cum ludicris producebãtur in ſcenam cum pueris etiam conſidentibus, ex lignis & tabulis quæ conſtabant vario picturæ genere. Pegmatis formã Seneca ad Lucilium his verbis deſcribit, His annumeres licet machinatores, qui pegmata per ſe ſurgentia excogitant, & tabulata tacita in ſublime creſcẽtia, & alias ex inopinato varietates aut dehiſcẽtibus quæ cohærebant, aut quæ diſtabant ſua ſponte cohærentibus, aut his quæ eminebant paulatim in ſe reſidentibus. Ioſephus lib. 7. de bello Iudaico, Maximè autem ſtupor erat machinarũ, quæ portabantur, ſiue pegmatum fabricatio, pro quorum magnitudine viribus portantium occurrentes, timebant. multa in tertium nidum, quartúmque ſurgebant, & magnificẽtia fabricæ cum admiratione delectabat. In illis machinis ſimulachrũ belli repræſentatũ fuiſſe ſignificat, vt alij fugere, alij capi viderẽtur: & per ſingula pegmata dux captæ vrbis agebatur, ita vt captus fuerat ordinatus. Qui autem in his machinis depugnabãt, à Suetonio pegmates vocantur. Tradunt Claudium obieciſſe aliquãdo beſtiis qui pegma in ſcenam parũ fœliciter produxiſſent. Plin. lib. 33. cap. 3, Item L. Murena, & Caius princeps in Circo pegma duxit, in quo fuêre argenti pondo CXXIIII. Feſtus ſcribit pegmata eſſe aut ære, aut marmore ornamenta, quæ vt plurimum in atrijs, quandoque in porticibus aulíſque affigunt, maiorum, aliorúmque fortium virorum geſta certius quàm pictura oſtendentia.

PEIERO, peieras, peierare, falſò, & animo fallendi iurare, ſeu iuramentum infringere. Soy pariurer, Cic. lib. 3. de off. Non enim falſum iurare, peierare eſt, ſed quod ex animi tui ſententia iuraris, ſicut verbis concipitur more noſtro, id non facere, periurium eſt. Plaut. in Aſin. Nam ſiquid fecit ſceleſte, pro illo lingua peierat. Cic. in Verrem, Qui mẽtiri ſolet, peierare

consueuit. Idem pro C. Rabirio, Vbi semel quis peierauerit, ei credi postea, etiã si per plures deos iuret, non oportet.

Peiero, Ex per & iuro, abiecta r, & ū longa in ĕ breuem mutata, componitur.

Periuro periuras, periurare etiam dicimus, quod periurius probat & periurium.

PEIOR & hoc peius, Comparatiuus à malus. Plus mauuais, pire.

Peius, aduerbium, pro validius. Cic. lib. 7. epist. M. Mario, Postremo, quod vix verisimile videtur, fortasse oderam multo peius hunc, quàm illum ipsum Clodium: illũ enim oppugnaram, hunc defenderam. Idem, Philipp. x i, Cum hoc veteranus Capho, quo neminem veterani peius oderunt. Plus fort. Ilz nont heu personne en plus grande hayne que luy.

PELAGVS pelagi, tam masculini, quàm neutri generis, profundum maris significat. Valerius Flaccus lib. i, O quantum terræ, quantum cognoscere cæli Permissum est, pelagum quantos aperimus in vsus.

Pelagicus pelagica pelagicum, Qui est de la mer. Columella lib. i x, Cæteri saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed recentibus melius pascuntur.

PELAMIS, pelamidis, f. g. Genus piscis thynni. nam pelamides primo: sed cum annuũ excessere tempus, thynni vocãtur. Iuuenalis, Siccus petasunculus & vas pelamidum. Plin. li. 32. cap. x i, Orcynon est pelamidum generis maximus.

Pelarius dicitur ἀπὸ τοῦ πηλοῦ, id est à luto, quòd in luto moretur.

PELICANVS, pelicani, m. g. Auis AEgyptia. nascitur in solitudinibus, maximè Nili fluminis. Duo sunt pelicanorũ genera: vnum volatile, alterum aquaticum, & latinè dicũtur onocrotali, Græcè πελεκᾶνος, nos pelicanus. Hæ aues, tanquam colaphis rostrorũ dicũtur occidere paruulos suos, eosdémque in nido occisos à se lugere per triduum. Postremo dicũt matrem seipsam grauiter vulnerare, & sanguinẽ suũ super filios fundere, quo illi superfusi reuiuiscũt.

PELLAX pellacis, o. g. Qui per blanditias decipit, Vng amadoueur. Virg. Inuidia postquam pellacis Vlyssi.

Pellacia pellaciæ, f. g. Fallacia.

PELLEGO, vide PERLEGO. vtrunque rectè dicitur.

PELLEX, pellicis, Illa vulgo appellatur, inquit Iurisc͡ons. quæ cũ eo, cui vxor sit, corp⁹ miscet. Inde apud Oratores & poetas, pellex non tam viri, quàm vxoris nũcupatur. Plaut. in Cistell. 2. 29, Viris cum suis nos solere prædicãt: suas pellices esse aiunt. Cicero, Vxor generi, nouerca filij, filiæ pellex. Suet. de Cæsare, Prætereo actiones Dolabellæ, in quibus eum Dolabella pellicem reginæ dicit. Cic. in Sallustium, Omnium cubiculorum pellex, & idem postea adulter. Id est, puer lædebas alias vxores, præripiens eis maritos: vir postea læsisti maritos, præripiens eis vxores.

Pellex, latinum nomen est, à pellicio, quod est blandiendo decipio: quia blandiendo virum ab vxore seducit.

Pellices (inquit Festus) nunc quidem appellantur alienis succumbentes, nõ solum fœminæ, sed etiam mares. Antiqui eam propriè pellicem nominabant, quæ vxorem habẽti nubebat: cui generi mulierum etiam pœna constituta est à Numa Pompilio hac lege, Pellex aram Iunonis ne tangito: si tanget, Iunoni crinibus dimissis agnum fœminam cædito.

Pellicatus pellicatus pellicatui, Actus quem pellex exercet: sicut concubinatus, quem cõcubina.

PELLICEO, pellices, pellicui, Raro legitur.

Pellicio pellicis, pellexi, pellectum, pellicere, Blandiendo decipere. Amadouer aucun. Lattirer par belles parolles & le deceuoir. Terent. in Phor. i, 2. 48, Is sẽnem per epistolam pellexit.

Pellicio, Ex per & lacio componitur, mutatis r in l, & a in i. Festus, Lacit, decipit, inducit. Lax lacis verò, fraus est.

Pellicator pellicatoris, inquit Festus, qui ad fraudem pellicit. Vng deceueur, & amadoueur.

PELLIS, huius pellis, f. g. Dicitur cũ est à carne separata, quæ cutis antea dicebatur. Peau, Iuuenalis, Habes deformem pro cute pellem.

Pellicula pelliculæ, diminutiuum.

Pelliceus pellicea pelliceum, Quod est ex pelle.

Pellitus pellita pellitum, Quod pelles habet. Propertius, Pellitos habuit rustica chorda patres.

Pelliculo pelliculas pelliculare, Pellibus obturare. Couurir de peaux. Columella, Vas operculatum pelliculant.

Pellio pellionis, m. g. Qui vestes pelliceas, & ex pellibus alia opera facit. Pelletier ou fourreur. Plaut. in Menæh. 9. 47, Quasi supellex pellionis, palus palo proximus est.

PELLO, pellis, pepuli, pulſum, pellere, Percutere, Ferire, Pouſſer, Frapper, Dechaſſer. Plin. in Paneg. 21, Pulſi, fugatique hoſtes. Repoulſes.

Pellere aliquem à foribus. Plaut. in Amphit. 4. 115, Itaque me malum eſſe oportet, callidũ, aſtutum admodum, atque hunc telo ſuo ſibi malitia à foribus pellere. Le dechaſſer, & faire reculler de ſa porte. Terent. in Eunucho, 2. 1. 9, Munus noſtrum ornato verbis quod poteris: & iſtum æmulum quod poteris, ab ea pellito.

Pellere aliquem. Terent. in Eunucho. 5. 9. 11, Iam hoc aliud eſt quod gaudeamus, miles pellitur foras. Ibidem, 5. 9. 50, Neque iſtum metuas ne amet mulier, facile pellas vbi velis. Tu le chaſſeras ou tu vouldras.

Pelle animo timorem: mox aderit gnatus, Plautus. Iette hors toute crainte.

PELLVCEO, pelluces, pelluxi, pellucere, Per mediũ lucere, Luyre doultre en oultre. Quintilianus, Sed vt inter ſe vincti, atque ita coeuntes, ne commiſſura pelluceat. Plaut. in Aulul. 16. 30, Quin exta inſpicere in ſole etiã viuo licet: ita is pellucet, quaſi laterna Punica. Idem in Rud. 4. 14, Nam nunc pellucet ea quàm cribrum crebrius.

Quaſi pellucet ex his quas commemoraui virtutibus. On le peult quaſi clerement veoir par &c. Cic. de officijs.

Dicimus etiam perluceo perluces, integra præpoſitione.

Pellucidus pellucida pellucidum, Totallement cler.

PELLVO, pelluis, pellui, pellutum, pelluere, Perfectè lauare, Lauer tout net.

Pelluuium, pelluuij, n. g. Vas in quo lauantur pedes. vel vt ait Feſtus, vas in quo manus lauãtur, aliâs peluis. Vng baſſin.

Pelluuia pelluuiæ, f. g. Idem.

PELTA, peltæ, Scutum breuiſſimum, in modum lunæ iam mediæ. Virg. Ducit Amazonidũ Lunatis agmina peltis. Scuta Amazonica vocat Nonius.

PELVIS, huius peluis, f. g. Vas in quo lauãtur manus. Aliâs pollubrum dicitur. Vng baſſin.

PEMINOSVS peminoſa peminoſum, Id eſt mali odoris, inquit Feſtus. à pædore dictum. tunc diphthongo æ, ſcribendum eſſet. Varro de re ruſtic. lib. 1. cap. 51, Solida terra pauitam maximè, ſi eſt argilloſa, ne ſitu peminoſa, in rimis eius grana obliteſcant. Sic legit Feſtus. At exemplaria quæ nunc extant, ſic habent, Maximè ſi eſt argilloſa: ne æſtu rimoſa, in rimis eius grana obliteſcant. Iſta lectio potior videtur.

PENARIVS penarij, vt legit Feſt⁹, m. g. Vel vt Varro de ling. lat. Penaria penariæ: vt verò alii, penarium, Locus vbi penus, id eſt res neceſſariæ ad victum quotidianum pertinẽtes, reponuntur. Vng celier.

PENATES, penatum, penatibus, Dicti ſunt dij domeſtici, quòd penes nos nati ſũt. vel quòd non longè abſint ab hac vita, ſiue quòd penitus inſident. ex quo etiam penetrales à poetis dicuntur. Alij à penu hoc nomen deriuant. Macrobius, Penates eſſe dixerunt, per quos penitus ſpiramus, per quos habemus corpus, per quos rationem animi poſſidemus. Cuius nominatiuus ſingularis ſecũdũ aliquos eſt hic penas, ſecũdũ alios hic penatis. Plaut. in Merc. 21. 7, Ego mihi alios penates deos perſequar, aliũ larem. Terẽt. in Phor. 2. 1. 81, At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortar.

PENDÊO, pendês, pependi, penſum, pendêre, In ſublime, ſiue ſuſpenſum eſſe. Eſtre pendu. Terent. in Eunucho, 5. 7. 20, Tu iam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas flagitijs. Plaut. in Amphit. 4. 126, Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cenſeo, niſi item vnam verberatus quã pepẽdi perpetem. Idem in Pſeud. 7. 14, Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant, geſtores linguis, auditores auribus.

Pendêre per pedes. Plautus in Aſin. 7. 35, Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes per pedes.

Pendêre ab aliquo, pro ſuſtentari. Ouid. Pendet & à veſtra noſtra ſalute ſalus.

Pendere, Nimio deſyderio alicuius rei intentum eſſe, & ceſſare ab omni alio opere, idque vnũ ſolicitũ expectare. Ouidius, Narrantis coniunx pendet ab ore viri. Virgilius, Dum cõſulta petis, noſtróque in limine pendes.

Pendêre, Cruciari, & in pœna eſſe, Eſtre en doubte, & ſuſpẽs, en peine & ennuy en ſoymeſme. Plaut. in Aſin. 12. 27, O Litane, vt miſer eſt homo qui amat. 11. imò hercle verò qui pẽdet multò eſt miſerior.

Pendet animus. Terent. in Adelphis, 2.2.18, Coemiſſe, hinc quæ illuc veheres multa: nauem conductam, hoc ſcio, animus tibi pendet. Tu ne ſcais que faire ne que dire. Tu es en doubte, en chagrin.

Pendêre animi, Eſtre en doubte queſt ce quon doibt faire, eſtre en ſouci. Plaut. in Merc. 4. 18, Ego animi pendeo quid illud ſit negoti, lubet ſcire me. Idem in Heaut. 4.4.5, Cum is certè renuntiarit, Clitipho cum ſpe pẽdebit animi. Cælius Ciceroni, Qua tu cura ſis, quod ad pacem prouinciæ, finitimarumque regionum attinet, neſcio: ego quidem vehementer animi pendeo. Idem Attico, lib. 8, Pendeo animi expectatione Corfinienſi. Ibidem, lib. x 1, Tuis tamen lectis literis, putaui tandem aliquid reſcribẽdum eſſe: eo maximè, quòd oſtẽdis te pendere animi, quãnam ratione Cæſari allaturus profectionis meæ tum, cum ex Italia diſceſſerim.

Pendere, Ceſſare. Virg. Pendent opera interrupta, minæque murorum Ingẽtes. On ny beſongne plus, ou demeure imparfaicte.

Pendere rei inde dicebãtur, quòd eorum nomina in prograãmate, id eſt tabella pẽdula publicè propoſita, atque ſuſpenſa erant. Suetonius in Domitiano cap. 9, Reos qui ante quinquenniũ proximum apud ærarium pependiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit, nec repeti niſi intra annum, eáque conditione permiſit, vt accuſatori qui cauſſam non teneret, exiliũ pœna eſſet. Idem de Claudio Cæſare antè imperium loquens, Poſtremo etiam ſeſtertiũm octogies pro introitu noui ſacerdotij coactus impendere, ad eas rei familiaris anguſtias decidit, vt cum obligatã ærario fidem liberare non poſſet, in vacuũ lege prædiatoria vænalis pependerit ſub edicto præfectorũ. Quibus verbis Tranquillus ſignificat Claudij bona prædia, id eſt publicè obnoxia, ædicto præfectorũ ærarij diu vænalia pepẽdiſſe, quum emptorẽ non inueniret.

Pendens pendentis, omnis gen. Qui eſt pendu. Terent. in Phor. 1.4.44, Tu iam lites audies: ego plectar pendens.

Pendulus pendula pendulum, Quod pendet. Ouid. Laſſaret viduas pendula tela manus.

Pendula loca, Lieux qui pẽchet, pendens. Columella lib. 2. cap. 18, Tum deinde macriora & pendula loca menſe Februario luna creſcente fimo iuuanda ſunt.

Penſilis & hoc penſile, Quod ſuſpenſum & ſublime eſt, Qui pend en hault. Vt pẽſilis ortus qui ſupra ædificia factus eſt, hoc eſt in ſolario, vel in aere ſublimis. Penſilis vua. Horatius, Tum penſilis vua ſecundas Ornabat menſas. Penſilis homo, Qui ſuſpenſus eſt. Plaut. in Pſeud. 3. 87, Reſtim volo mihi emere. P. quamobrem? C. quî me penſilem faciam. Penſilis lectus, pẽſiles lychni, quòd ſuſpenſi ſunt, & in aere pendentes. Penſilis vrbs, quæ ſubter cauata eſt. Plinius lib. 36. cap. 14, Leguntur & penſiles ortos, imò verò totum oppidum feciſſe AEgyptiæ Thebæ, exercitus armatos ſubito educere ſolitis regibus, nullo oppidanorum ſentiente. Idem lib. 19. cap. v, Nullo quippe non die contigit ei, penſiles eorum ortos promouentibus in ſoles rotis olitoribus, rurſuſque hibernis diebus intra ſpecularium munimenta reuocantibus.

Penſilia vehicula, Cheriots branſlans.

Penſile horreum, quod nos vocamus granariũ, quod ſit in altiore domus loco. Columella lib. 1, Sed nos in noſtris regionibus quæ redundãt vligine, magis illam poſitionem penſilis horrei probamus.

Penſilis, aliquando dicitur mollis. Virg. Pilentis matres in mollibus. Seruius, Id eſt penſilibus. nam molle & penſile conuertuntur.

Penſum penſi, n. g. Manipulus lanæ vel lini qui pendet ex colo, & fuſo trahitur. Vne quegnouillee. nam cum dicimus, trahit penſa, idem eſt ac ſi diceretur, filat. Ouid. lib. 2. Faſt. Lumen ad exiguum famulæ data penſa trahebant. Iuſtinus lib. 1, Penſa inter virgines partientem. Plaut. in Menæh. 17.37, Dare vna illi opera penſum poſtules: inter ancillas ſedere iubeas, lanam carpere.

Penſum facere, Filler. Plaut. in Merc. 7.57, Nihil opus nobis ancilla, niſi quæ texat, quæ molat, lignum cædat, penſum faciat, ædes verrat.

Penſum aliquãdo capitur pro filis. Virg. de textrice, Excuſſi manibus radij, reuolutáque pẽſa.

Penſum eſt officij cuiuſque perfunctio, per tranſlationem. Liuius de Licinio, Principio ſtatim anni cũ velut penſum, nominis familiæque ſeditiones legibus agrariis promulgandis cieret. Cic. lib. 3. de Orat. Nunc ad reliqua progrediar: méque ad meum munus penſúmque reuo-

cabo. Plaut.in Bacchid.23.29,Ego penſum meũ lepidè accurabo.Ie feray mon office,Ce qui ma eſte enioind. Idem in Perſa,8.1,Penſum meum quod datum eſt,confeci.

Penſum,Reſgard que on ha a quelque choſe.Plau.in Trucul.16.51,Nihil me,perdidi omne quod fuit,fio impudens,nec mihi adeſt ad illum penſi.Ie ne prens point garde a luy, Il ne men chault,ie ny penſe point,ce meſt tout vng. Salluſt. Neque id quibus modis aſſequeretur,dum ſibi regnum pararet,quicquam penſi habebat.

Penſus penſa penſum,A quoy on a penſe,& que on ha diligemment rumine & conſydere.

Penſior conditio.Plaut.in Sticho,3.61,Age tu,altera vtra ſit conditio penſior,virginem,an viduam habere?Lequel de ces deux partis penſe tu eſtre le meilleur?

PENDO,pendis,pependi,penſum,pẽdere,Actiuum eſt,Ponderare,Peſer.

Pẽdere,Per tranſlationem æſtimare ſignificat.Eſtimer & priſer.Plaut.in Bacchid.4.29,Rogas?imò vnice vnum plurimi pendit. Terent.in Heaut.1.1.103,Tu illum nunquã oftendiſti quanti penderes.

Iungitur genitiuis quibus iunguntur verba æſtimandi,vt Paruipendo, Magnipendo, Nihilipendo.

Pẽdere,Soluere,Payer. Liuius lib.1,Ad equos emendos dena millia æris ex publico data,& quibus equos alerent viduæ attributæ,quæ bina millia æris in annos ſingulos penderent. Salluſt.Sẽper illis reges tetrarchæ vectigales erãt, populi,nationes ſtipẽdia pendere. Pendere tributa.Plaut in Epid.5.44,At tributus cum imperatus eſt, negant pendi poteſſe:his quibus tributus maior penditur,pendi poteſt. Suet.in Domitiano,cap.12, Præter cæteros Iudaicus fiſcus acerbiſſimè actus eſt,ad quem deferebantur qui velut profeſſi,Iudaicam intra vrbem viuerẽt vitam,vel diſſimulata origine,impoſita genti tributa nõ pependiſſent.

Pẽdere pœnas propriè dicitur,qui ob delictũ pecuniã ſoluit.Virg. Tum pendere pœnas Cecropidæ iuſſi.Quod ex eo tractũ eſt,quòd ære graui cũm vterentur Romani,eo penſo,non numerato,debita ſoluebant. Plaut.in Aſin.9.78,Atque etiam pro iſtis maledictis pœnæ pendentur mihi hodie.Auiourdhuy ie te puniray pour ces meſchantes parolles. Idem in Bacchid.8.21, Ante ſolem exorientem niſi in palæſtram veneras, gymnaſij præfecto haud mediocres pœnas penderes.Tu euſſes eſte bien batu du maiſtre deſchole.

Pendere pœnas tergò:Eſtre fouette,Auoir ſur le dos.Terẽ.in Heaut.4.4.6,Syrus mihi tergo pœnas pendet.

Penſo penſas,penſare, À pendo vel pendeo frequentatiuum, Sæpe ponderare, Aliquid pro alio dare.Valerius Maximus lib.1, Deductus,ac miſſus ad ſenatũ legatus,vt ex ſe & vno ſene cõplures Pœnorum iuuenes penſarentur,in contrarium dato conſilio Carthaginem petijt.

Penſito penſitas,penſitare,Sæpe vel valde bene ponderare,examinare, Diligemment conſyderer quelque choſe, fort penſer. Plin.lib.7, Is demum vitam æqua lance penſitabit, qui ſemper fragilitatis humanæ memor fuerit. Gellius lib.1,Aut virtutes penſitabat, aut vitia rimabatur,vt iudicium eſſe factum adamuſſim diceres.

Penſitare,Soluere,Payer.Plinius lib.12,tradit ſingula millia talentûm thuris annua penſitaſſe Arabas regibus Perſarum. Cice.in oratione contra Mithrydatem, Quæ tandem eſſe exiſtimatis aut eos qui vectigalia vobis penſitant,aut eos qui exercent,aut exigunt.

Penſitator penſitatoris,Ponderator,Qui penſe & rumine vne choſe diligẽmẽt. Gellius,Verborum penſitatores ſubtiliſſimi.

Penſiculo penſiculas,penſiculare,Idem quod pẽſitare.Fort penſer a quelque choſe.Gellius,Penſicula vtrunque moderate,reperies ſuo quodque in loco ſonare aptiſſimè.

Penſitatus penſitata penſitatum,Peſé & cõſydere,A quoy on ha fort penſe premier que le faire.Plin.epiſt.8.d,Nos contrà, multum ac diu penſitatus amor liberalitatis cõmunibus auaritiæ vinculis eximebat.

Penſio penſionis,fœ.gen.Id quod pro aliqua re ſoluitur, id eſt quod datur pro rei alicuius vſu, aut agri, aut domus. Penſion. Cice.Leptæ, Teneor tamen dum à Dolabellæ procuratoribus exigam primam penſionem. Suet.in Veſpaſiano Auguſto,cap.23,Reprehendenti filio Tito,quòd etiam vrinæ vectigal commẽtus eſſet, pecuniam ex prima penſione admouit ad nares,ſciſcitans num odore offenderetur.& illo negante,Atqui(inquit)è lotio eſt. Cic.in Verrem,oratione tertia, Cur tam ſero?cur cum altera penſio ſoluenda eſſet? Idem Philipp.2, Etenim iſta tua minimè auara coniunx, quam ego ſine contumelia deſcribo, nimium debet diu populo Romano penſionem tertiam.

PENE, aduerbium, Id eſt, quaſi, Preſque. Plaut. in Epid. 5.17, Penè in curſu concidi. Idem in Perſa, 4.33, Nimis penè mane eſt. Terent. in Adelphis, 2.4.8, Sed hoc mihi dolet, nos penè ſero ſciſſe. Idem in And. 4.4.43, Iocularium in malum inſciens penè incidi.

Penuſſimè ſuperlatiuũ formauit Plautus in Aulul. 14.7, Me intus gallus gallinaceus, qui erat anui peculiaris, perdidit penuſſimè. id eſt, penè nihil defuit quin me perderet. Sunt qui ſuperlatiuum eſſe velint à penitus.

PENES, Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, Plerunque poteſtatem ſignificat. Plaut. in Pœnul. 18.15, Iuppiter qui genus colis, aliſque hominum per quem viuimus, vitale æuum, quem penes ſpes, vitæque ſunt hominum omnium. Ouid. lib. 1. Faſt. Me penes eſt vnum vaſti cuſtodia mundi. Id eſt, in poteſtate vel dominio meo. En ma puiſſance. Plaut. in Trucul. 3.3, Educet Venus, quam penes amãtum ſumma ſummarum redit. Varro, Seruorum cura penes dominos ſit. Que les maiſtres ayent ſoing & cure des ſeruiteurs. ceſt a eulx a faire.

Penes quos laus adhuc fuit, Cicero. Qui ont eu la louenge iuſque a maintenant. Liuius, Penes eoſdem pericula belli, penes quos præmia eſſent. Terent. in Hecyra, 4.1.21, Ego etiã illorum hanc culpam credidi, quæ te eſt penes. Ie penſoye que ce fuſt leur faulte, & ceſt la tienne. Plaut. in Amphit. 8.19, Omnia adſunt bona quem penes eſt virtus.

Penes te poteſtas. Plaut. in Trinũmo, 12.3, Cum penes te poteſtas omnis quidem foret meæ vitæ. Cicero, lib. 4. epiſtolarũ, M. Marcello, Sic enim intellexi, nihil aliud eſſe quod dubitationem afferret ei, penes quem eſt poteſtas, niſi quòd viueretur ne tu illud beneficiũ omnino non putares.

Penes, aliquando pro apud ponitur. Plaut. in Trinũmo, 17.22, Et theſaurum tuum me eſſe penes. Quil eſt par deuers moy. que ie lay en garde. Terent. in Adelphis, 3.3.34, Quid? iſtæc iam penes vos pſaltria eſt? s. eſt iam intus.

PENETRO, penetras, penetrare, Penitus intrare, Entrer tout dedans. Plaut. in Trinũmo, 6.14, Quia ego ad hoc genus hominũ duraui, quin prius me ad plures penetraui. Iay hante beaucoup de gens, & me ſuys fourre parmi eulx. Ibidem, 6.1, Quò illic homo ſe penetrauit ex ædibus? Ibidem, 6.34, Iſtæc ego mihi ſemper habui ætati tegumẽtum meæ, ne penetrarem me vſquam, vbi eſſet damni conciliabulum.

Penetrare ſe in fugam, Fuyr. Plaut. in Amphit. 4.66, Perduelles penetrant ſe in fugam.

Penetrare pedem aliquò. Plautus in Menæh. 9.43, Neque huc vnquam poſtquam ſum natus, intra portam penetraui pedem. Ibidem, 17.56, Si ego intra ædes huius vnquam, vbi habitat, penetraui pedem.

Penetrabilis & hoc penetrabile, Quod facile penetrat. Qui facilement entre. Virgilius, Penetrabile telum. Martialis, Ne madidos intret penetrabile frigus in artus.

Penetrabile, Paſſiuè aliquando accipitur, Quod facile penetratur, En quoy on entre facilement. Liuius lib. 45, Et in aſperis locis ſilex ſæpe impenetrabilis ferro occurrebat.

Penetrale penetralis, n. g. Significat omnem partem interiorem domus vel templi, licet ſit intecta, ſeu omne quod in intimis partibus eſt.

Penetralis & hoc penetrale adiectiuum legitur apud Virgilium, AEternúmque adytis effert penetralibus ignem.

Penetrale ſacrificium, inquit Feſtus, Quod in interiore parte ſacrarij conficitur.

PENICILLVS, penicilli, & peniculus peniculi, ſiue penicillum & peniculum. Quanuis diminutiua ſint à penis, ſignificant tamen ea quibus calceamenta, vaſaque terguntur. Cic. lib. 1x. epiſtolarũ, Papirio, Caudam antiqui penem vocabant, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus.

Penicillus & peniculus, Quo pictores pingunt: quòd caudarum extremitatibus fiant. Vng pinceau. Plinius lib. 3, Arreptóque peniculo, lineam ex colore duxit, ſummæ tenuitatis, per tabulam. Idem, Vſus ad penicillum aut ſi lignum colorare libeat. Quintilianus lib. 2. inſtit. Vt cælator cælum, & pictor penicilla deſyderant.

Peniculus, Quo albarium tectorio inſerunt: & dicitur tectorius peniculus. Plaut. in Milite, 3.18, Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu, quaſi vẽtus folia, aut peniculum tectoriũ. Plin. Setarum ex his è penicillis tectoriis cinis cum adipe tritus.

Penicillus, Quo vulnera ſtipantur: vel ideò ne claudãtur, vel vt aperiantur magis, vt ſunt penicilli ex linteolis concrepitis, ex medulla ſambuci, & ex ſpongia. Plinius, Tum peniculo vulnus apertum.

Penicillum vel penicillus dicitur omne id quo ad mundandum, illiniendúmve vtimur, præſertim ſi ex ſpongia ſit factum. Terent. in Eunucho, 4.7.7, Quid ignaue, peniculóne pugnare, qui iſtuc huc portes, cogitas? Plinius, Hyſſopúmque cum myrrha calidum penicillo illitum.

Penicillus etiam dicitur ſpongiæ genus molliſſimum, quo fiunt penicilli.

Peniculamentum peniculamenti, Pars veſtis quæ terram attingit, authore Nonio. Ennius, Pendent peniculamenta imum ad quenque pedum.

PENIS, huius penis, f.g. Cauda dicitur, à pendendo.

Penis, Virile membrum, maſc.ge. Cic. lib. 1 x. epiſtolarũ, Papirio Pæto, Caudam antiqui penem vocabãt, ex quo eſt propter ſimilitudinem penicillus. At hodie penis eſt in obſcœnis. At verò Piſo ille Frugi in annalibus ſuis queritur, adoleſcentes peni deditos eſſe. Quod tu in epiſtola appellas ſuo nomine, ille rectius penem.

Penîtus penîta penîtum, Quod eſt ex pene, hoc eſt cauda. Vnde penîta offa, id eſt offa porcina cum cauda. Plaut. in Mil. 10. 164, Aufer hinc ollam, offam penîtam.

PENITVS pénĭta pénĭtum, Quod eſt intra. Qui eſt tout dedens, tout au fond. Plautus in Aſin. 3. 28, Age quæſo hercle excrea ex pénitis faucibus.

Penitior, Interior. Penitiſſimus, intimus. Plaut. in Ciſtell. 2. 54, In latebras abſcondas pectore penitiſſimo tuam ſtultitiam. Idem in Perſa, 15. 56, Abductam ex Arabia penitiſſima.

Penitus, Aduerbium locale, Quaſi pene intus, Id eſt, valde interne, ſeu intrinſecus, vel intima parte & ſecreta. vt cũ dico, Penitus me noſcis, hoc eſt intus & incute. Tout iuſques au fond. Virg. Et cauſſas penitus tentare latentes. Plinius in Paneg. 26, Iam tunc præmonente fortuna, vt diu penitus perdiſceres, quæ mox præcipere deberes.

Penitus, aliquando pro aduerbio qualitatis ponitur, Prorſus vel valde. Totalement. Virg. Penitúſque ſonantes Acceſtis ſcopulos.

Penitus, Longe, De loing. Virg. Penitúſque alias aduexerat oras.

PENNA, pennæ, Vne pluma doyſeau.

Pennula pennulæ, diminutiuum, Vne petite plume doyſeau. Cic. lib. 3. de natura deorum, Cum autem pennulis vti poſſunt, tum volatus eorum matres proſequuntur.

Pennatus pennata pennatum, Empané, Qui ha des plumes.

PENSICVLO penſiculas, vide PENDO pendis.

PENSILIS, & hoc penſile, vide PENDEO.

PENSIO, penſionis, vide PENDO.

PENTATONTARCHVS, dici poteſt quinquagenarius, qui præeſt quinquaginta. Nam πεντήκοντα, quinquaginta dicuntur.

PENTADORON, lateris, id eſt terræ coctæ ſpecies, quinque palmos continens. Græci enim veteres doron palmum dicebant, & dora munera quæ manu darentur.

PENTAPHYLLON, Herba quinque folia habens.

PENTATEVCHVS, dici poteſt volumen quinque librorum. nam πέντε quinque, τεῦχος volumen.

PENTATHLVS, pentathli. Pentathli dicuntur illi qui in ludo quinque artes gymnaſticas exercent, videlicet diſcum, curſum, ſaltum, palæſtram, & iaculationem. À Latinis quinquertiones appellantur à quinque artibus.

Pentathlos, Ipſa exercitatio. Latini alio nomine quinquertium vocant. Plinius de Myrone, Hic fecit Delphicos pentathlos.

PENTECOSTE, pentecoſtes, Dici poteſt quinquagenaria, quoniam hæc dies, à reſurrectione Domini diſtat quinquaginta diebus.

PENTEMIMERIS, huius pentemimeris, fœminini generis. Latinè ſemiquinaria, Cæſura eſt, quoties poſt octo tempora, ſyllaba relinquitur, partem orationis terminans. vt, Omnia vincit amor, & nos cedamus amori. πέντε, quinque. μέρις, diuiſio vel pars.

PENV, vide PENVS.

PENVLA, penulæ, fœm. gen. Veſtis quæ nebuloſo ſeu pluuioſo tempore ſupra tunicam aſſumitur loco pallij ad arcendas à corpore pluuias. Vne mante, ou manteline. Pomponius in Penicea, Penulam in caput induce, ne te noſcat. Quintilianus, Cum Galba penulam roganti amico reſpondit, Si non pluet, non eſt opus tibi: ſi pluet, ipſe vtar. Iuuenalis, Et multo

ſtillaret penula nymbo. Vlpianus inter communia veſtimenta quibus vir & mulier promiſcuè vtuntur, penulas annumerat. Varro dicit non quærendam eſſe penulam homini qui habet virtutem. Lampridius ſcribit Alexandrum conſtituiſſe vt ſenatores penulis intra vrbem frigoris cauſſa vterentur: cum id veſtimentum, itinerarium, & pluuiæ fuiſſet. Erat etiam penula gauſipina candida ac villoſa, qua per æſtum vtebantur. Martialis, Is mihi candor ineſt, villorum gratia tanta eſt, Vt me vel media ſumere meſſe velis.

Penularium penularij, n.g. Quaſi theca & vagina penulæ, interprete Nonio. Nouius Fulloni co, Non multo poſt ſonoram accepit, abſedet, conſequitur, penularium pſilotrum petit.

PENVS, peni, peno, ſecundæ declinationis: vel penus penus penui, quartæ, Maſculini vel fœminini generis eſt. Lucilius, Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit. In digeſtis titulus eſt de penu legata. Plautus in Pſeud. 4.45, Nam niſi penus annuus hodie conuenerit, cras populo proſtituam vos. Ibidem, 4.91. Niſi hodie ex fundis mihi tuorum amicorum omnis huc penus affertur, cras Phœnicium Phœnicio corio inuiſes pergulam.

Penus penoris, n.g. Horatius, Annonæ proſit, portet frumenta, penúſque.

Penum peni, n.g. Terentius in Eunucho, 2.3.18, Cum in cellulam ad te patris penum omne congerebam clanculum. Afranius, Vos quibus cordi eſt, intra tunicam, manus leua, dextra in penum herile.

Penus, Eſt omne eſculentum, potulentum, quo homines veſcuntur. Feſtus, Penora, res neceſſariæ ad victum quotidianum, La prouiſion dune maiſon. Gellius ex Maſſurij authoritate demonſtrat, thus & cætera ligna quoque penori adſcribi poſſe.

Verba ſine penu & pecunia, Plautus in Capt. 8.12, Nihil morantur iam Lacones imi ſubſelij viros plagipatidas, quibus ſunt verba ſine penu & pecunia: eos requirant, qui libenter cum ederint, reddant domi. Gallico prouerbio dicuntur, Qui baillent vng grand mercy en payement.

Penarium penarij, vide ſuo ordine.

Penuria penuriæ, Omnis inopia rerum, & præſertim earum quæ in penu recondi ſolent, Default, diſette. Penuria (inquit Feſtus) quòd penè minus ſit quàm neceſſe eſt. Terentius in Adelph. 3.3.88, Dij boni, næ illiuſmodi iam nobis magna ciuiũ penuria eſt, homo antiqua virtute ac fide.

PEPLOS, (inquit Plinius libro 27. cap. 12,) Quam aliqui ſycem, Alij meconion aphrodes vocant, ex vna radice tenui fruticat, folijs rutæ paulo latioribus, ſemine ſub folijs rotundo, minore quàm candidi papaueris. Inter vites ferè colligitur meſſibus: ſiccatúrque cum fructu ſuo, ſubiectis aquis in quas incidat.

PEPLVS, pepli, m.g. vel peplum pepli, n.g. Veſtis ſolennis, quæ inijcitur vel viro vel fœminæ, vel deo deæve. Virg. Crinibus Iliades paſſis, peplúmque ferebant. Plautus, Nunquam ad ciuitatem veni, niſi cum infertur peplum hodie.

PEPO, peponis, m.g. Melon, ou põpon. Plinius libro 20. cap. 2, Pepones qui vocantur, refrigerant maxime in cibo, & emolliunt aluum. Caro eorum epiphoris oculorum, aut doloribus imponitur.

PER, præpoſitio, accuſatiuo iungitur. Plautus in Amphit. 3.66, Vt conquiſitores ſinguli in ſubſellia eant, per totam caueam ſpectatoribus. Par tout. Idem in Epid. 5.15, Per omnem vrbem quem ſuum defeſſus quærere. Par toute la ville. Terent. in prologo Eunuchi, 39, Falli per ſeruum ſenem.

Per adoptionem pater. Plinius epiſt. 103.b, lib. v, Auũculus meus, idémque per adoptionem pater, hiſtorias, & quidem religioſiſſime ſcripſit.

Per ætatem. Terentius in Eunucho, 1.2.33, Patriam & ſigna cætera neque ſciebat, neque per ætatem etiam potuerat, Pourtãt quelle eſtoit trop ieune. Idem in Adelp. 1.2.28, Si eſſes homo, ſineres nunc facere, dum per ætatem licet, potius quàm vbi te expectatum eieciſſet foras, Ce pendant quil eſt en eage de ce faire. Plinius epiſt. 190.a Totum denique ordinem rei, cui per ætatem non interfuiſti, A cauſe que tu eſtois trop ieune. Idem epiſt. 88, Quando mihi licebit? quando per ætatem honeſtum erit imitari iſtud pulcherrimæ quietis exemplum? Cicero Cornificio, Nullam partem per ætatem ſanæ & ſaluæ reip. guſtare potuiſti. Idem Planco, Vt primum per ætatem iudicium facere potueritis, Incon-

tinent que ſeres en eage de ce faire. Idem C. Mario, Cum per ætatem poſſes, venire tamen noluiſti. Liuius ab vrbe cond. Qui per ætatẽ ac valetudinem poterant, Qui eſtoient en eage, & pouoyent le faire. Ibidem, Omnes qui per ætatem arma ferre poſſent.

Per cauſſam, ſiue per ſpeciem, ſignificat per ſimulatam cauſſam, Par faintiſe, ou faire ſemblant, faignant quelque choſe. Liuius libro 4, Vt cum appropinquaret ianuæ rex per cauſſam aliquam in anguſtijs ſuſtineret à tergo agmen. Idem, Hi poſtquam aliquid monerẽt colloquendo cum Annibale rati nocte per ſpeciẽ venandi, vrbe egreſſi, ad eũ proficiſcũtur.

Per deos, per fortunas, per fidem, per homines, modus deprecandi elegantiſſimus. Terent. in Andria, 5.1.15, Per ego te deos oro, vt ne illis animũ inducas credere. Ibidem, 1.5.54, Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum, per tuam fidem perque huius ſolitudinem te obteſtor, ne &c. Plautus in Menæh. Per ego vobis deos, atque homines dico. Ibidem, per ego te hæc genua obteſtor. Cicero Attico, Per fortunas, quoniam Romæ manes, primum illud perfice. Eidem, Subueni igitur per deos, idque quàm primũ, Ie te prie pour lamour de dieu. Eidem, Ne prouincia nobis prorogetur, per fortunas dũ ades, quicquid prouideri poteſt, prouide, Autant que tu ayme mon prouffit & mon bien. Eidem, Sed propera per deos, ſcis quantum ſit in temporibus, quantum in celeritate. Eidem, Per fortunas, & omnem tuum amorem, quo me es complexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercle in omni genere iudico ſingularem, confer te ad eam curam, vt de omni ſtatu meo cogites. Eidem, Ad quæ recuperãda per fortunas incumbe, vt facis. Liuius de bello Punico, Per ego te inquit fili, quæcunque iura liberos iungunt parentibus precor, quæſoque.

Per alios frui honore, Plin. in Paneg. 98. Per alium oſtendere ſuam ſententiam, Terentius in Heaut. 2.1.7. Per alium dare aliquid, Terentius in Heaut. 3.1.61.

Per amicitiam & gratiam impetraui à fratre, Pour la grande amitie quil ha vers moy. Plautus in Millite. 17.1.

Per annonam caram natus, Du temps de la cherte. Plaut. in Sticho, 4.25.

Per cœnam hanc, tibi incœnato eſſe licet. Si tu nas dautre ſoupper que ceſtuy, tu ne ſouperas point. Plautus in Sticho, 10.31.

Per comitatem omnia diſperdidit, Par eſtre trop doulx, Plautus in Trin. 6.51.

Per deridiculum dedit mihi verba, En ſe mocquant de moy. Plautus in Pſeud. 18.7. Per dolum capta vrbs. Plautus in Bacchid. 20.155. Per iocum promittere, En ſe mocquant. Plaut. in Pſeud. 20.114. Per ludum & iocum occurſum eſt rapinis, Plinius epiſt. 109.c. Perridiculum, En ſe iouant, Plaut. in Trucul. 6.8. Per ſycophantiam & doctos dolos auferre, Plautus in Pſeud. 7.70.

Per Dionyſia mater pompam me ſpecitatum duxit, Quant onfaiſoit les ieulx de Bacchus. Plautus in Ciſtell. 2.79.

Per fidem deceptus ſum, Par trop me fier. Plautus in Moſtell. 7.68.

Per figuram offerre iuſiurandum, Suet. declaris Rhet. 3. Vide OFFERO.

Per flagitium famam perdere, Plaut. in Trin. 10.18. Terent. in Heaut. 5.1.56.

Per gratiam abire. Plaut. in Mil. 13.32. Vin' tu illam actûtũ amouere à te vt abeat per gratiam? En eſtant bien de toy, toy eſtant contant, ſans que en ſoies marri. Ibidem, 15.32, Iſtuc caue faxis: quin potius per gratiam bonam abeat abs te, atque illæc quæ dixi dato.

Per literam ſcriptum cognomen. Suet. declaris Gram. 6, Et appellatione huius cognomen in pleriſque indicibus & titulis per vnam literam ſcriptum animaduerto.

Per illos licet. Plautus in Pœn. 11.2. Sin odio ſit, dicam tamen: ſi quidem licebit per illos quibus eſt in manu, Si ceulx qui ont la charge de laffaire le veullent.

Per me. Cicero, Quod per me certior fias, Par mon moyen.

Per me ſibi habeat licet ſemper ædepol, Ie nempeſche point quil ne laye touſiours, Quant eſt de moy quil, &c. Plautus in Merc. 24.30. Terent. in Hecyra, 5.2.7, Ancillas dedo, quolibet cruciatu per me exquirere licet, Ie ſuis content que.

Nunc per hunc nulla eſt mora, Il ne tient point a luy: que la choſe ne ſe face. Terentius in Andria, 3.4.14.

Per me percontatus ſum, ſine que indice aliquo, De moymeſme, ſans que aucũ autre ſen ſoit meſle. Plautus in Merc. 3.17.

Per metum muſſare, De crainte. Plaut. in Aulul. 6.12, Neque occultum id haberi, neque per

metum muſſari. Plin.epiſt.147.b, Inde inhabitantibus triſtes, diræque noctes per metum vigilabantur. De paour quils auoient.

Per momenta, Par fois. Plin.epiſt.95.b, Ita eſt aliquid, quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat.

Per nebulã ſcire. Plau.in Pſeud.7.48, Quæ quaſi per nebulã noſmet ſcimus atq; audiuimus.

Per nos. Pli.epiſt.315, Impetrãdúmque à bonitate tua per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegauit. Per nos quidem hercle egebit qui ſuum prodegerit, Nous luy laiſſerons auoir fain, De par nous il ieunera, Plautus in Merc.24.60.

Per ordinem fungi honoribus, Plin. de viris illuſt.67.

Per pacem liceat. Plautus in Amphit.4.234, Obſecro vt per pacem liceat te alloqui, vt ne vapulem.

Per partes emendare. Plin.epiſt.29.d, Et quædam ex his talia erunt, vt per partes emendari poſſint. Per partes facere. Plinius epiſtolarum, 195, Faciam, per partes tamen, & quaſi digeſta.

Per quod effectum eſt vt te conſulerem, Plin.epiſt.300. Idem epiſt.243.

Per ſe, De luy meſme, ſans layde dautruy. Cic. de amicitia, 61, Tãquam ſuperiorem colebat, ſuóſque omnes, per ſe eſſe poſſe ampliores volebat. Ibidem, 68, Itaque pulcherrima illa & maxime naturali carẽt amicitia, per ſe, & propter ſe expetenda, Delle meſme, ſans auoir eſgard a autre choſe. Ibidem, 26, Vt in dãdis, recipiendíſque meritis quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Ibidem, 68, Ipſe enim ſe quiſque diligit, nõ vt aliquam à ſeipſo mercedem exigat charitatis ſuæ, ſed quòd per ſe ſibi quiſque charus eſt.

Per ſeipſa. Salluſt.in Iugurtha, Sed quãdo parum tuta per ſeipſa probitas eſt, neque mihi in manum fuit Iugurtha qualis foret, ad vos confugi.

Per ſilentium adeſſe æquo animo, Sans faire bruyt ou dire mot. Terent.in Prol.Phor.31. in Prol.Heaut.26.in Prol.Hecyræ, 29.

Per longiſſimum ſpatium hoc receptaculo vtetur, Plin.epiſt.117.

Per plures ſucceſſiones traditæ, Plin.epiſt.225.

Per te ſtetit quominus hæ fierent nuptiæ. Il a tint a toy, ce a eſte par toy, tu as empeſche. Terentius in Andria, 4.2.16. Et Plin.epiſt.120.

Per tempus, En temps, tout a point. Plaut.in Pœn.3.7, Quibus probenefactis fateor debere tibi & libertatem & multas gratas gratias. M. ſcitum eſt, per tempus hoc eſt iam verbum vetus. Per tempus aduenis, Plaut.in Menæh.4.28. Terent.in And.4.44.4. Per tempus egredi. Terentius in Hecyra, 4.3.15. Per tempus ſubuenire alicui, Plautus in Truculento, 4.79.

Per omne tempus quo fuimus vná, Plinius epiſt.306.

Per viam, En chemin, Plaut.in Pſeud.11.70, Si eor mihi nunc per viam eſt, omnes ordines ſub ſignis ducam. Per viam fabulantur, Plaut.in Ciſtell.11.1.

Per vices, Par fois, par tournees. Plin.epiſt.3.a, Quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnáque? poſſidéntne te, & per vices partiuntur?

Per vim conſules creantur, Plin.in Paneg.96. Per vim vitium oblatum virgini. Violee par force. Terent.in Adel.3.2.10. Per vim lata lex. Plin. de viris illuſt.62.

Per vinum exortum diſſidium. Apres auoir trop beu, par trop boire. Plaut.in Mil.10.59. & in Aulul.26.65.

Per viſum, Par viſion, en viſion. Cicero de Amicit.13, Quæ ſe in quiete per viſum ex Aphricano audiſſe dicebat.

PERA, peræ, fœminini generis. Pellis à collo ad lumbos pendens. A quo pera, facculi genus. Hinc peram viatoriam vocamus, qua panem & aliquid obſonij geſtare viatores ſolent. Vne beſace.

Perula perulæ, diminutiuum.

PERACERBVS, peracerba, peracerbum, Fort amer & aigre. Cic. de ſenect.49, Primo vua eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit.

PERACESCO, peraceſcis, peraceſcere, Deuenir fort aigre. Plaut.in Bacchid.22.13, Hoc hoc eſt quod peraceſcit, hoc demum eſt quod percrucior, me hoc ætatis ſudificari. Vela ce qui meſt fort aigre.

PERACEO, peraces, peracui, peracere, faire aigre.
Peracere pectus alicui, Courroucer aucun. Plaut. in Aulul. 14.9, Ita mihi pectus peracuit, capio fuſtem, obtrunco gallum furem manifeſtarium.

PERAGO, peragis, peregi, peractum, peragere, Perficere, Acheuer, accõplir. Cic. de Senect. 59, Quibus qui ſplendide vſi ſunt, hi mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe.
Nauem peregit in portum, Plautus. id eſt perduxit. Il la menee iuſques au port.
Et multas noctes peregi inſomnes, Apuleius. Iay eſte maintes nuytes ſans dormir.
Peragere animo omnia ſecum. Penſer & repenſer. Plin. epiſt. 190.e, Ad hæc ego, Omnia percepi, atque animo mecum ante peregi: nec recuſo ſi ita caſus attulerit, luerepœnas ob honeſtiſſimum factum. Virgil. lib. 6, Omnia percepi, atque animo mecumante peregi.
Peragere partes ſuas, Faire ſon office. Plin. epiſt. 153.a, Reſpondi, Cui ſumus aduocati à ſenatu dati, diſpice num peractas putes partes noſtras, ſenatus cognitione finita.
Peragere volumina. Plinius epiſt. 49.e, Nam perire omne tempus arbitrabar quod ſtudijs non impartiretur. Hac intentione tot iſta volumina peregi.
Peragere aliquem reum, Id eſt condemnare. Iuriſcõſ. ait, Peregiſſe reum non aliâs quis videtur, niſi & condemnauerit. Plin. epiſt. 53.a, Multique priuati reum peregerunt.

Peractio, peractionis, f.g. Acheuemẽt, accompliſſement. Cicero de Senect. 78. Senectus autem peractio ætatis eſt.

PERAGRO, peragras, peragrare, Ex per, & agro componitur: iuxta præpoſitionis & agri ſignificationem, debet ſignificare per agrum, ſiue per agros ambulo. Sed quia quod peragratur, exprimitur, & pro actiuo ipſi⁹ verbi ponitur, agri ſignificatio remouetur, & pro ambulare, ſiue inquirẽdo circumire ſumitur. Aller de coſte & dautre, par tout. Plin. in Pan. 24, Quum orbem terrarum non pedibus magis, quàm laudibus peragrares. Cicero lib. 3. de off. Et ob eam cauſſam vrbe relicta, rura peragrantes, ſæpe ſoli ſumus.

PERAMO, peramas, peramare, valde, vel vſque ad finem amare. Cic. lib. 1. de legibus, Vbi illa ſancta amicitia, ſi non ipſe amicus peramatur toto pectore?

PERANNO, perannas, perannare, Per integrum anni tempus viuere. Cõponitur enim ex per, & anno annas. Macrob. lib. 1. Saturnaliorum ſcribit priſcos Romanos menſe Martio & publice & priuatim ad annam perannámque ſacrificatum ire ſolitos, vt annare, perannaréque commode liceret, Hoc eſt vitam degere incolumem per annum integrum. Suet. in Veſp. Ideóque puella nata non perannauit.

PERASTVTVS, peraſtuta, peraſtutum, Qui eſt fort fin & cauteleux.

Peraſtutè, aduerbium, Fort finement. Plautus in Trucul. 6.40, Vt peraſtutè eum inijciatis in malam fraudem, & præmium.

PERBENE, aduerbium, Fort bien. Plautus in Menæh. 24.83, Prandi perbene. Idem in Aulul. 7.9, Aín' tu valere te? E. Pol ego haud à pecunia perbené.

PERBENIGNE, aduerbium, Fort benignement. Terentius in Adelph. 4.5.69, Di me pater omnes oderint, ni magis te, quàm oculos nunc amo meos. M. Quid? quàm illam? A E æquè. M. perbenigné.

PERBIBO, perbibis, perbibi, perbibitum, perbibere, Tout boire. Plaut. in Sticho. 6.16, At ego perij, cui medullam laſſitudo perbibit.

PERBONVS, perbona, perbonum, Fort bon. Plaut. in Moſtell. 8.154, Nno in loco emit perbono.

PERCALLEO, percalles, percallui, percallere, Eſtre fort endurci a quelque choſe. Cic. pro T. Annio Milone, Sed neſcio quomodo vſu obduruerat, & percalluerat ciuitatis incredibilis patientia.

PERCANTATRIX, percantatricis, f.g. Plaut. in Mil. 10.98, Da quod dem quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolæ, atque aruſpicæ.

PERCELLO, percellis, perculi, & percuſſi, percuſſũ, percellere, Euertere, percutere. Abatre, ruer ius, rẽuerſer, & toucher. Varro, Ali⁹ tenerẽ abietẽ ſolus percellit. Plau. in Perſ. 13.32, Peri, perculit me prope. Il ma quaſi abatu. Terentius in Eunucho, 2.3.87, Perij, quid ego egi miſer? quò trudis? perculeris iam tu me? Mauras tu tantoſt aſſes poulſe ou frappe? Plautus in Epid. 12.22, Perij, plauſtrum perculi. Virgilius libro. v. AEneidos, Perculit, & fulua moribundum extendit arena. Tacitus, Ingens rerum tumultus, perculſit ciuitates. Terentius in And. 1.1.98, Perculſit illico animum, Alij percuſſit legunt. Il me vint vng ſoupſon. Vng ſoupſon me frappa.

Percellere, Differre, Delayer, differer, remettre a vng autre temps. Lucilius, Ad nouum hoc percellit annum.

Perculſus perculſa, perculſum, participiũ. Ad animũ ſæpius refertur, vt perculſus amore, Frappe damour. Virgilius, Quarum ſacra fero ingenti perculſus amore. Perculſus animo, id eſt perturbatus & timore concuſſus.

PERCIPIO, percipis, percepi, perceptum, percipere, Perfecte capere. Prendre totalemẽt, du tout. Plautus in Sticho, 6.17, Quid ego cui miſero medullam ventris percepit fames? La fain a emporte et cõſume toute la moille de mon vẽtre. Cic. de amicit. 26, Nam vtilitates quidem etiam ab his percipiuntur ſæpe, qui ſimulatione amicitiæ coluntur, & obſeruantur cauſſa temporis, On recoipt prouffis. Plaut. in Amph. 17.66, Nam mihi horror membra miſero percipit dictis tuis. Ie ſuis eſtonne de touyr. Terent. in Eunuch. 5.6.2, Ex meo propinquo rure hoc capio cõmodi neque agri, neque vrbis odiũ me vnquam percipit. Iamais ne ſuis ennuye deſtre en la ville. Plaut. in Trucul. 9.14, Si benefacere mulier incipit, eius cito odiũ percipit. Elle en eſt incõtinent toute ſaoule & laſſe. Pli. epi. 291, Reliqua ex domo locari, ex quo reditum aliquãdiu ciuitas percepit. A receu reuenues. Idem epiſt. 193, Percipere voluptatẽ. Et in panegyrico, 36. Percipere lætitiam, Soy eſiouyr.

Percipere, Intelligere, cognoſcere, Apperceuoir, congnoiſtre. Plaut. in Curcul. 4.2, Ne quod hîc agim⁹ herus percipiat fieri, mea Planeſiũ. Cic. de Amicit. 23, Id ſi minus intelligitur, quãta vis amicitiæ, concordiæque ſit, ex diſſenſionibus atque ex diſcordijs percipi poteſt.

Percipere nomina ciuium, Comprendre en ſa memoire tous les noms des citoyens. Cic. de ſenect. 19, Themiſtocles omnium ciuium nomina perceperat.

PERCITVS, percita, percitum, participiũ, à per & cio cis, compoſitum Perceuſſus, inquit Nonius, nimis incitatus, qui ira ac furore accenſus eſt. Eſmeu de courroux, ou dautre choſe. Plaut⁹ in Caſ. 15.6. Abſcede ab iſta obſecro, ne quid in te mali faxit ira percita. Idem in Menæh. 20.22, Quid ceſſas dare potionis aliquid, prius quàm percitus inſania? Idem in Aſin. 14.13, Ne illa exiſtumet, amoris cauſſa percitum id feciſſe te magis, quàm ſua cauſſa. Idem in Amphit. 8.93, Atra bili percita eſt. Terent. in Hecyra, 3.3.17, Et corripui illico me inde lachrymans incredibili re, atque atroci percitus. Cicero pro Tito Annio Milone, Siue enim illud animo irato, ac percito feciſſet, vt incẽſus odio, trucidaret inimicum, &c.

PERCLAMO, perclamas, perclamare, Crier tant que on peult. Plautus in Trucul. 3.6, Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ ſunt, quot ſunt perclamanda.

PERCOARCTO, percoarctas, percoarctare, Perfecte cogere, ſiue conſtringere. Fort ſerrer. Columella lib. 2, de fœno loquens, Tunc demum conuertemur, & vtrinque ſiccatum percoarctabimus in ſtringam, atque ita manipulos vinciemus.

PERCOGNOSCO, percognoſcis, percognoui, percognitum, percognoſcere, Parfaicte-ment congnoiſtre. Plaut. in Trucul. 4.47, Sunt publicani. D. vtroſque percognoui probẽ idem.

PERCOLO, percolis, percolui, percultum, percolere, Perfecte colere, Id eſt amare & venerari. Aymer parfaictement. Plaut. in Trin. 6.4, Feceris par cæteris tuis factis, patrem tuũ ſi percoles.

Percolere, Acheuer daccouſtrer & daiãcer, polir, accouſtrer pour la derniere foys. Plin. epi. 101, lib. v, Præterea indulſi amori meo: amo enim quæ maxima ex parte inchoaui, aut in choata percolui.

Percultus perculta percultum, Adiance, Bien aorne, & poli. Plaut. in Pœn. 4.17, Nam quæ lauta eſt, niſi perculta eſt, meo animo quaſi inuenuſta eſt.

PERCONTOR, percontaris, percontari, Diligenter inquirere. Senqueſter, ou ſenquerir de quelque choſe ſoingneuſement. Percontari (authore Donato) dicitur à conto, quo nautæ vtuntur ad loca inquirẽda nauibus opportuna. Plaut. in Amphit. 8.76, Quî iſtuc in mente eſt tibi, mi vir, percontarier? Terent. in Hecyra. 5.3.12, Tua quod nihil refert, percontari deſinas.

Percontari aliquid aliquem. Plaut. in Aulul. 7.33, Quæſo quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui.

Percontari aliquid ex. Plautus in Bacchid. 4.12, Iſtuc volebam ego ex te percontarier.

Idem in Perſa. 16.125, Quia enim te ex puella prius percontari volo.

Percontari inſidijs. Plaut. in Pſeud. 17.10, Occaſionem reperiſti verbero, vbi perconteris

me insidijs hostilibus?

Percontari, Expectare. Terent. in Phor. 2.4.22, Frater est expectandus mihi. is quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar, percontatum ibo ad portum, quod ad se recipiat.

PERCONTVMAX, percontumacis, o. g. Valde contumax, Fort rebelle. Terent. in Hecyra, 3.5.54, Percontumax redisti huc nobis Pamphile.

PERCOPIOSVS, percopiosa, percopiosum, Fort abondant. Plin epist. 208, Quæ de me scripsisti: in quibus quidem percopiosus fuisti.

PERCOQVO, percoquis, percoxi, percoctum, percoquere, Valde vel perfecte coquere, Fort cuyre. Plin. lib. 23, Bubulas carnes, additi caules magno ligni compendio percoquũt. Plaut. in Merc. 11.18, Aliquem coquum arripiamus, prandium qui percoquat.

PERCREPO, percrepas, percrepare, Valde crepare, Fort resonner, faire grand bruyt. Cic. in Verrem, Locum istum lictoris, percrepare totum mulierũ vocibus, cãtúque symphoniæ.

PERCREBRESCO, percrebrescis, percrebui, percrebrescere, Crebrũ fieri, diuulgari. Plin. in Paneg. 50, Percrebuerat antiquitus, vrbem nostram, nisi opibus AEgipti ali, sustẽtarique non posse. Le tẽps passe on disoit par tout. Cic. Attico lib. xi, Ipsi enim illi putaui pernicioſum fore, si eius hoc tantum scelus percrebuisset. Si ceste grande meschantete quil a commise, estoit diuulguee, & par tout manifestee.

PERCRVCIOR, percruciaris, percruciari, Estre fort tormente. Plaut. in Bacchid. 22.13, Hoc hoc est quod peracescit, hoc demum est quod percrucior, me hoc ætatis ludificari.

PERCVNCTOR, percunctaris, percunctari, Idem, quod percontari. Senquerir diligemment de quelque chose. Diligenter inquirere. Percunctari, inquit Donatus, ab eo quòd à cunctis inquiratur, dicitur. Plaut. in Epid. 2.38, Desiste percunctari. Idem in Asin. 9.97, Atque etiã tu quoque ipse, si esses percũctatus me ex alijs, scio pol crederes nũc quod fers.

PERCVPIO, percupis, percupiui, percupitum, percupere, Fort desyrer, souhaiter. Plaut. in Asin. Percupio obsequi gnato meo. Terent. in Eunucho, 5.2.57, Vísne interea, dum is venit, domi opperiamur, potius quàm hic ante ostium? c. imò percupio.

PERCVDO, percudis, percudi, percusum, percudere. Totum cudere, & quasi frangere. Columella lib. 1x. Animaduertat auiarius an pulli rostellis oua percuderint.

PERCVRO, percuras, percurare, Perfecte sanare, Guerir tout a net, du tout. Curtius, Percurato vulnere, acrius obsidioni institit.

PERCVRRO, percurris, percurri, & percucurri, percursũ, percurrere, Valde currere, vel cur rendo perseuerare. Fort courir. touſiours courir sans sarrester. Terent. in And. 2.2.18, Cõtinuo ad te properans percurro ad forum. Donatus, Vide quantum properans, & percurro, vt continuationem cursus ostenderet. Idem in Heaut. 4.4.11, Curriculo percurre: apud eum miles Dionysia agitat. Plaut. in Menæh. 23.8, Tu, quantum potest, percurr, si obuiam.

Percurrere, negligere, & cursim pertransire, Passer oultre sans tenir compte de quelque chose. Cic. lib. 2. de Orat. Et multo apertius ad intelligendum, si sic constructur, aliquando ac non ista breuitate percurritur.

Percurso percursas, percursare, Frequentatiuum, Courir sans cesse. Percursare ripas, Apud Plinium in epistolis.

PERCVTIO, percutis, percussi, percussum, percutere, Frapper. Ex per & quatio componi tur, q in c mutata, & abiecta a, significat ferio. Plaut. in Amphit. 17.21, Numnam hunc percussit Iupiter?

Percutere aliquem, Abatre aucun de belles parolles. Plaut. in Amphit. 6.28, Nisi te amarẽ plurimùm, non facerem. M. facítne vt dixi? timidam palpo percutit. Idem in Merc. 4.41, Liberum caput tibi faciam, paucos menses. A. palpo me percutis.

Percutere fœdus, Faire accord & alliance, saccorder. Plin. de viris illust. 59, Marcinus authore Tiberio Graccho quæstore, in leges hostium fœdus percussit.

Percutere fossam, fouyr vne fosse. Plin. epist. 258, Ego per eadem loca inuenio fossam à rege percussam, sed incertum vtrum ad colligendum humorem circumiacẽtium agrorum, an ad committendum flumini lacum.

Percussor percussoris, m. g. Vng bateur de gens, brigueur, tueur de gens. Cicero pro S. Roscio Amerino, Ea multitudo quæ erat? opinor, aut eorum qui in bonis erant occupati, aut eorũ qui ab his conducebantur vt aliquem occiderent. Si eos putas, qui alienum appetebant, tu es in eo numero, qui nostra pecunia diues es. sin eos, quos, qui leuiore nomine appellant,

percuſſores vocant, quære in cuius fide ſint. Plin. de viris illuſt. 6, Poſt ab Anci liberis, immiſſis percuſſoribus, per dolum regno exutus eſt & interfectus.

PERDISCO, perdiſcis, perdidici, perdiſcere, Fort apprendre. Scauoir du tout. Plautus in Aſin. 5.35. Perdidiſci iſthæc eſſe vera, damno cum magno meo.

PERDIVS, perdij, m.g. Ex per, & dius, quod eſt dies, is dicitur, qui per diem vigilat. Sicut pernox, qui per noctem vigilat. Gellius lib. 2, Stare ſolitus Socrates dicitur, pertinaci ſtatu perdius atque pernox à ſummo lucis ortu ad ſolem alterum orientem inconniuẽs, immobilis, ijſdemque in veſtigijs, & ore atque oculis in eundem locum directis cogitabũdus tanquam quodam ſeceſſu mentis atque animi facto à corpore.

PERDIX, perdicis, f.g. auis nota, Vne perdris. Plin. lib. 10. cap. 33, Perdices ſpina & fruſtice ſic muniunt receptaculum, vt contra feras abũde vallentur. ouis ſtragulum molli puluere contumulant: nec in quo loco peperere, incubant: néve cui frequentior conuerſatio ſit ſuſpecta, tranſferũt alió. Illæ, quidem & maritos ſuos fallunt, quoniã intẽperãtia libidinis frangunt earum oua, ne incubando detineantur. Et paulò poſt, Rabie quidem tanta feruntur, vt in capite aucupantium ſæpe cęcæ metu ſedeãt. Si ad nidum is cœperit accedere, procurrit ad pedes eius fœta, prægrauem aut delũbem ſeſe ſimulans, ſubitóque in procurſu aut breui aliquo volatu cadit fracta aut ala, aut pedibus: procurrit iterum, iamiam prehenſurum effugiens, ſpe fruſtrans, donec in diuerſum abducat à nidis. Eadem iam pauore libera, ac materna vocante cura, in ſulco reſupina gleba ſe terræ pedibus apprehenſa operit. Perdix, maſcul. gen. probat Nonius ex Varrone, Perdices Veherios dicẽte.

PERDITIO, PERDITVS, vide PERDO.

PERDO, perdis, perdidi, perditum, perdere, Ex per & do compoſitum, ſignificat amittere. quaſi nimis dare. Perdre. Plaut. in Amphit. 16.5, Hunc non repperi, & illos perdidi.

Perdere aliquem, Gaſter aucun, le corrumpre, & mener a perdition. Terent. in Adel. 1.1.36, Cur perdis adoleſcentem nobis? Ibidem, 3.3.29, Di veſtram fidem, vtrum ſtudióne id ſibi habet, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum?

Perdere aliquem capitis. Plaut. in Bacchid. 8.85, Egóne vt illam mulierem capitis non perdam? perire ne malis malim modis. Idem in Mil. 7.19, Ego vero ſtulta moror multum, quæ cum hoc inſano fabulem, quem pol ego capitis perdam. Id eſt, vita priuabo. Ie le tueray.

Perdere aquam. Quintil. lib. xi. Huic contrarium eſt vitium nimiæ tarditatis: nam & difficultatem inueniendi fatetur, & ſegnitia ſoluit animos, & temporibus præfinitis aquam perdit. Id eſt, tempus datum fruſtra conterit, cum ad clepſydram dicitur.

Perdere famam. Plaut. in Trin. 10.18, Itáne tandem maiores famam tradiderunt tibi tui: vt, virtute eorum antè parta, per perflagitium perderes?

Perdere fidem & rem, Perdre ſon credit & ſes biens. Plau. in Epid. 5.37, Quam tuus gnatus annos multos deamat, deperit, vbi fidémque, rémque, ſéque, téque properat perdere. Idem in Curcul. 10.18, Eum rem fidémque perdere tametſi nihil fecit, aiunt. Idem in. Trin. 2.13, Perdidit rem paternam.

Perdere formam. Plaut. in Amphit. 4.302, Vbi ego perij? vbi immutatus ſum? vbi ego formam perdidi?

Perdere gratiã. Plaut. in Epid. 2.9, Euge, corpulentior vidère atque agilior. T. hac gratia. E. quam quidem te iamdiu perdidiſſe oportuit.

Perdere honores. Plaut. in Sticho, 2.33, Neque ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.

Perdere litem, Perdre le proces. Plau. in Caſ. 13.6, Quem hercle ego litem adeò perdidiſſe gaudeo.

Perdere mores. Plau. in Trucul. 14.6, Nouos omnes mores habeo, veteres perdidi.

Perdere memoriam, Apud Ciceronem, in dialogo de ſenectute.

Perdere operam & oleum, Perdre ſa peine, & ce que on a mis. Plautus in Pœnulo, 4.110, Tum pol ego & oleum & operam perdidi. Idem in Ciſtell. 5.57, Poſtremo, quãdò æqua lege pauperi cum diuite non licet, perdã operã potius, quàm carebo filia. Idem in Epid. 3.29, Empta eſt ancilla, quod tute ad me literas miſſiculabas. S. perdidiſti omnem operã. E. nam quî perdidi? S. quia meo neque chara cordi eſt, neque placet. Idem in Rud. 2.24, Et operam & ſumptum perdunt. Perdis operam poſcere. Tu pers ta peine de le demander Plautus in Aulularia. 10.15.

Perdere prandiũ. Plau. in Menæh. 10. 13, Si id ita eſſet, nõ ego hodie perdidiſſem prãdiũ.
Perdere ſpem. Plaut. in Rud. 6. 3. Deinde vitæ haud parco, ſpem perdidi.
Perdere talentũ, Deſpendre & conſumer. Terent. in Heaut. 3. 1. 65, Et tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minam.
Perdere vitam. Terẽt. in Hecyr. 3. 1. 2, Heu me infœlicem, hanccine ego vitã parſi perderes?
Perdere aliquem, Lemettre en danger, le faire mourir. Terent. in And. 3. 5. 1, Vbi illic ſceluş eſt, qui me perdidit? Ibidem, 4. 1. 18, Charine & me & te imprudens, niſi quid di reſpiciunt, perdidi. Idem in Eunucho, 5. 5. 7, Perdidiſti iſtum, quem adduxti pro eunucho adoleſcentulum.
Perdere nomen, Oublier le nom daucũ. Terẽt. in Phor. 2. 3. 39, Perij hercle, nomẽ perdidi.
Perdere ſe. Plaut. in Mil. 8. 19, Nõ nos noſti? P H. neutrum. S C. metuo maxime. P A. quid metuis? S C. enim ne noſmet perdiderimus.

Perduo perduis, perduere dixerũt antiqui pro perdo. vt in Amph. 8. 214, Perduis pro perdas. Apud eundem ſæpiſſime, & apud Terentium.

Perduaxo perduaxis, antiquum verbum idem ſignificans. Plaut. in Moſtell. 7. 33, Di, deæque omnes perduaxint cum iſto omine.

Perditus perdita perditum, Perdu.
Perditus, Qui ita alicui perturbationi aut vitio ſubiacet, vt inde ſe eximere non poſſit, & qui omni vitio cõtaminatus eſt, ita vt de eo nulla ſpes habenda ſit, perditus dicitur. Perditũ enim dicũt quod interijt, ac recuperari non poteſt. Plaut. in Pſeud. 4. 15, Verùm ita vos eſtis perditi, neglegẽtes, ingenio improbo, officiũ veſtrũ vt vos malo cogatis cõmonerier. Ter. in And. 3. 5. 13, Tu rem impeditã & perditã reſtituas! De laquelle ny a aucune eſperance Perditi animi homo, vng homme totalement meſchant. Plaut. in Menæh. 7. 44, Tu magnus amator mulierum es Meſſenio, ego autem homo iracundus, animi perditi. Cic. lib. 2. de off. Dum homines perditi, haſtam illam cruentam & meminerint & ſperabunt, perditum perdamus. Terent. Ne puerum perditum perdamus.
Perditus morbo. Plin. epiſt. 171. c, Parum decore ſecuta matrimonium videbatur diuitis ſenis, ita perditi morbo, vt eſſe tædio poſſet vxori, quam iuuenis, ſanúſque duxiſſet.

Perdite, aduerbium, id eſt vehementer. Terent. in Heaut. 1. 1. 45, Eius filiam ille amare cœpit perdite. Tant layme quil meurt apres. Idem in Phor. 1. 2. 32, Continuo quandam nactus eſt puellulam citharíſtriam, hanc amare cœpit perditè.

PERDOCEO, perdoces, perdocui, perdoctum, perdocere, perfecte docere, Enſeigner parfaictement & entieremẽt. Plaut. in Pſeud. 13. 85, Hem mane, quanti iſtuc vnum coquinare perdoces? Idem in Capt. 12. 61, Quid tu vna nocte poſtulauiſti, & die, recẽs captum hominem & nuperum, & nouitium te perdocere, vt melius conſulerem tibi quàm illi? Terent. in Heaut. 2. 3. 120, Verùm illa nequid titubet. S. perdocta eſt probè.

Perdocte aduerbium, Fort ſcauammẽt. Plaut. in Moſtell. 4. 122, Vt perdocte cuncta callet! nihil hac docta doctius.

PERDOLEO, perdoles, perdolui, perdolitum, perdolere, Eſtre fort marri. Terẽt. in Eunucho, 1. 2. 74, Heu noſter, laudo, tandem perdoluit, vir es.

PERDOMO, perdomas, perdomare, Aſſoubiectir du tout, & finablement ſurmonter.
Perdomare terram Plin. epiſt. 101. c. lib. v. Campi, quos non niſi ingentes boues, & fortiſſima aratra perfringunt, tantis glebis tenaciſſimum ſolum, cum primùm proſecatur, aſſurgit, vt nono demum ſulco perdometur.

PERDORMISCO, perdormiſcis, perdormiſcere, Touſiours dormir ſans ſoy reſueiller. Plaut. in Menæh. 20. 29, Perdormiſcín' vſque ad lucem? M. facilín' tu dormis curans?

PERDVCO, perducis, perduxi, perductum, perducere, Vſque ad finem ducere, Mener iuſques au bout ou iuſques au lieu ou on va. Cic. in Catone, M. quidem Val. Coruinum accepimus ad cẽteſimum annũ vitam perduxiſſe. Plaut. in Moſtell. 8. 89, Ego enim dicam, cibo perduci potes quouis. On te meneroit ou on vouldroit.
Perducere aliquem, Induyre a croire, Faire croire. Plaut. in Moſtell. 4. 41, Poſtremo ſi dictis nequis perduci vt verba hæc credas mea dicta, ex factis noſce rẽ. Idem in Pœn. 17. 61, Præſtigiator hic quidem Pœnus probus eſt, perduxit omnes ad ſuam ſententiam.
Perducere in ſuam poteſtatem. Plaut. in Trin. 14. 28, Mores, leges perduxerunt iam in poteſtatem ſuam.

Perducere aquam ex aliquo loco, Faire venir & conduyre eaue de quelque lieu en vng autre. Plin. epiſt. 254.

Perducto perductas, perductare, Mener par tout, dung bout a autre. Frequẽtatiuum. Plaut. in Moſtell. 10.30, Vin' qui te perductet? TE. apage iſtum perductorem, non placet. S. quid eſt? TE. errabo potius quàm perductet quiſpiam. Et paulo poſt, 47, Perductet quiſpiam per ædes dico.

Perductor perductoris, m.g. Qui meine vng autre par tout.

Perductores, à Cicerone in Verrem dicũtur, qui, vt Aſconius inquit, in hoc differunt à lenonibus, quòd lenones ſunt ſcortorũ, perductores etiã inuitarũ perſonarũ. Cic. actione, 3, in Verrẽ, Subeatur de nocturnis eius bacchationibus ac vigilijs lenonũ, aleatorũ: perductorũ nulla mentio fiat: damna, dedecora, quæ res patris eius, ætas ipſius pertulit, prætereantur.

PERDVELLIS, huius perduellis, m.g, Qui (inquit Feſtus) pertinaciter retinet bellũ. Hoſtis inquit Varro de lingua latina. Plaut. in Amphit. 16.51, Ego idem ille ſum Amphitruo, Gorgophonis nepos, imperator Thebanorum, Et Creontis vnicus, Telebaorum perduellis. Ibidem, Perduelles penetrant ſe in fugam: ibi noſtris animus additus eſt.

Perduellio perduellionis, m.g. Crimen læſæ maieſtatis, aut reip. ſeu is qui ita læſit. Cic. lib. 2. de off. Nam pirata non eſt ex perduellionum numero hoſtis diffinitus, ſed communis hoſtis omnium. Idem pro C. Rabirio, Nam de perduellionis iudicio, quod à me ſublatum eſſe criminari ſoles, meum crimen eſt, non Rabirij.

Perduellionem Vlpianus pro crimine ſumpſit, Qui perduellionis reus eſt, hoſtili animo aduerſus remp. vel principem animatus eſt.

PERDVRO perduras, perdurare, Durer iuſques a la fin, iuſques au bout. Plaut. in Curcul. 5.26. Quin tu aliquos dies perdura, dũ inteſtina exputreſcunt tibi. Terent in Hecyra, 2.2.27, Sanctè adiurat, non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.

PERECASTOR, aduerbium iurandi. Donatus, Per Caſtrorem & Pollucẽ, ornatiua ſunt iurandi, apta fœminis. Terent. in And. 3.2.6, Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.

PEREDO, peredis, peredi, pereſum, Peredere, Fort manger, Tout manger.

Perediam & bibeſiam Plautus finxit ſua conſuetudine, cum intelligi voluit cupiditatẽ edendi & bibendi. Feſtus.

PEREGRINVS, peregrina, peregrinũ, Aduena, & aliena loca peragrans, à peragro peragras. Vng pelerin. Varro de verborum origine, Et multa verba aliud nũc oſtendunt, aliud antè ſignificabant. vt hoſtis, nam tum eo verbo dicebant peregrinum, qui ſuis legibus vteretur, nunc autem eum quem tum dicebant perduellẽ. Plaut. in Aſin. 9.57, Credam fore, dum quidem ipſe in manu habeo, peregrinus ego ſum, Sauriam non noui. Idem in Pœnulo, 3.47, Ei dabitur aurum vt ad lenonem deferat, dicátque ſe peregrinum eſſe ex alio oppido.

Peregrinæ dicebantur olim meretrices, teſte Donato. Terentius, Adeóne eſt demens ex peregrina? Idem in And. Venit Chremes poſtridie ad me clamitans, indignum facinus comperiſſe Pamphilum pro vxore habere hanc peregrinam.

Peregrina facies, Vng eſtrange face, dune eſtrange ſorte. Plaut. in Pſeud. 15.9, Quis hic homo chlamydatus eſt? aut vnde eſt? aut quem quæritat? peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.

Peregrina omnia relinque, Athenas nunc colamus. Plaut. in Sticho, 9.12.

Peregrina ſacra appellantur, quæ aut euocatis dijs in oppugnandis vrbibus Romam ſunt delata, aut quæ ob quaſdam religiones per pacem ſunt petita, vt ex Phrygia, Matris magnæ: ex Græcia, Cereris: Epidauro, AEſculapij: quæ coluntur eorum more à quibus ſunt accepta.

Peregre, aduerbium, Peregrinando. Et eſt commune tam ſignificantibus quietem, quàm motum, vt peregre ſum, Ie ſuis pelerin. Peregre venio, Ie viens de pelerinage, de dehors. Peregre vado, Ie men vois en pelerinage, dehors. Plaut. in Amphit. 4.8, Ita peregre aduenienſ, hoſpitio publicitus accipiar. Terẽt. in Phor. 2.1.13, Pericla, damna exilia, peregre rediens ſemper cogitet. Plaut. in Aſin. 13.16, Aut quod illa dicat peregre allatã epiſtolã. Idem in Amphit. 4.198, Bene facit, quia nos eramus peregre tutatus eſt domum. Plaut. in Trin. 16.2, Is mihi dixit ſuum herum peregre huc aduenisſe.

Peregrinor peregrinaris, peregrinari, Per aliena loca peragrans proficiſci, Aller dehors, ſur les champs, Peleriner.

PEREMPTALIA fulgura dicuntur, quæ ſuperiora fulgura, aut portenta perimunt, Id eſt tollunt. Feſtus.

PERENDIE, aduerbiũ, ſignificat quod vulgo dicitur, poſt cras, Apres demain. Cic. Scies igitur cras, ad ſummũ perendie. Plaut. in Merc. 7. 35, Cras agito, perendie agito. Idem in Sticho, 9. 12, Cras apud me eritis, & tu & ille cum veſtris vxoribus P. & apud me perẽdie. Idem in Aulul. 6. 29, Quæ cras veniet, perendie foras feratur ſoror.

Perendinus perendina perendinum, Ab hinc tertius. Plaut. in Trin. 17. 63, Nunc quid cauſſæ eſt, quin vxorem cras domum ducat? CH. optimum eſt: licet tu in perendinũ paratus ſis, vt ducas. Cic. pro L. Murena, Iam illud mihi quidem mirum videri ſolet, tot homines, tam ingenioſos, nec tot annos, etiam nunc ſtatuere non potuiſſe vtrum diem tertium, an perendinum: iudicem, an arbitrum: rem, an litẽ dici oporteret. Cæſar, Qui ſi per te liceat, perẽdino die cum proximis hibernis coniunctim communem cum reliquis caſum belli ſuſtineat.

PERENNIS, & hoc perenne, Ex per & annus compoſitum, mutatis literis, quaſi per annos durans, Perpetuel, touſiours durãt. Plaut. in Amphit. 3. 14, Hæc vt me vultis approbare, adnitier, lucrũ vt perenne vobis ſuppetat. Perẽnis fides. Plin. epiſt. 186, Sed tibi perennis fides, tantáque in amore conſtantia vt finiri niſi tua morte nõ poſſit. Idem, epiſt. 101. c, lib. v, Cuncta enim perennibus riuis nutriuntur.

Perenno perennas, perennare, per annos durare, Durer touſiours. Colu. lib. 1, Sed & temperet vires clementia cum & terribilior debet eſſe quàm ſæuior, vt obſequantur eius imperijs, & diutius perennent boues, non confecti vexatione ſimul verberum operúmque. Idem libro 3, Roſa hoc modo culta multis annis perennat. Dure long temps, Longues annees.

Perennitas, perennitatis, f. g, Ipſa duratio. Duree. Columella, Nam ipſa cæli poſitio maxime frigida & minime humida eſt, quæ vtraque perennitatẽ conditis frumẽtis afferunt. Plaut. in Perſa, 10. 2, Quæ res bene vortant mihi, & tibi & vẽtri meo, perennitatiſque adeò huic perpetuo cibo, vt mihi ſuperſit.

Perenniſeruus perẽniſerui, Vng ſeruiteur qui demoure touſiours en vne maiſon. Plaut. in Perſa, 12. 16, Compedum contritor, piſtrinorum ciuitas, perenniſerue, lurco, edax, furax.

PEREO, peris, periui, vel perij, perire, Eſtre perdu. Plau. in Aulul. 10. 12, Stultus & ſine gratia es, tibi recte facere, quandò quod facias perit. Idem in Trucul. 4. 50, Illis perit quicquid datur, neque ipſis apparet quicquam.

Perierunt ædes. Plaut. in Moſtell. 3. 47, Non video mihi ſarcire poſſe ædes meas quin totæ perpetuæ ruant, quin cum fundamento perierint. Quelles ne tombent ius, en bas.

Perijt pudor. Plaut. in Bacchid. 8. 81, Nam ego illum perijſſe dico, cui quidem perijt pudor. Qui a perdu honte, qui eſt tout eſhonte.

Perijt res & fides, Il a perdu ſes biens & ſon credit. Plaut. in Trucul. 3. 18, Et ipſius perit & res & fides. Terent. in Adel. Nempe tua arte viginti minæ pro pſaltria periere. Sont conſumees & deſpendues.

Perire, pro mori accipitur, quaſi in totũ ire: quòd qui perit, prorſus abit. Plin. lib. 7, Tu qui te deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti tum perire potuiſti? Plau. in Pœn. 2. 30, Ne & ipſæ ſitiant, & pueri pereant fame. Terent. in Eunucho, 1. 1. 28, Et prudens, ſciens, viuus, videnſque pereo, nec quid agam ſcio. Ibidem, 3. 3. 15, Poſtremo & qua in die parua perijſſet ſoror. Idem in And. 1. 5. 9, Quod ſi ſit, pereo funditus.

Perire ab animo. Plaut. in Trucul. 3. 20, Si raras noctes duit, ab animo perit.

Perire animo. Plaut. in Rud. 13. 26, Perij animo, malefit, contine quæſo caput, Le cueur me fault.

Perire mulierem, Ea forma dicimus qua vrere, Fort laymer, & quaſi ſe laiſſer mourir damour. Plaut. in Trucul. 1. 1, Tres vnam pereunt adoleſcentes mulierem.

Perito peritas, peritare, Frequentatiuum. Plaut. in Capt. Qui per virtutẽ peritat, nõ interit.

PERERRO, pererras, pererrare, Per totum errare, Aller, cheminer partout. Columella in præf. Semper ritu volucrum longinqui litoris peregrinus ignotum pererret orbem.

PERFACVL, veteres dixerunt pro facile, authore Feſto.

PEREXCRVCIO, perexcrucias, perexcruciare, Fort tormenter. Plaut. in Sticho, 7. 32, Meam culpam habeto, ſi perexcruciaueris.

PERFABRICO, perfabricas, perfabricare, Acheuer de forger.

Plaut. in Perſa, 13 4, Perij, interij, peſſumus hic dies hodie illuxit, corruptor: ita me Toxilus perfabricauit, atque meam rem diuexauit. Per tranſlationem dictum.

PERFERO, perfers, pertuli, perlatum, perferre, Vſque ad conſtitutum finem ferre. Porte iuſques la ou on auoit propoſe ou encharge. iuſques au lieu. Cic. Sed nuntius ille qui literas

accepit non pertulit.

Perferre, Denũtiare, Denõcer, porter nouuelles. Plaut. in Amphit. 4. 61, Hæc vbi legati pertulere, Amphitruo è caſtris illico perduxit omnẽ exercitũ cõtrá. Cic ad Cæliũ, In his ſum locis quò & propter longinquitatẽ, & propter latrocinia, tardiſſime omnia perferuntur. Plaut. in Capt. 7. 17, Et quicquid fieri velim, patri meo ordine omnem rem illuc perferat. Perferre mãdata. Plaut. in Capt. 6. 93, Qui tua quæ tu iuſſeris mandata, ita vt velis perferat. Plin. epiſt. 190. b, Perfert Anteia mandata: nec illæ morantur.

Perferre, Porter patiemment, endurer. Plaut. in Amphit. 8. 13, Dũ modo laude parta domũ recipiat ſe, feram & perferam eius abitum. Terent in Adel. 3. 4. 50', Paupertatem vnà pertulimus grauem. Idem in And. 1. 1. 35, Sic vita erat, facile omnes perferre ac pati. Cic. pro lege Agraria, Syllanus ager à certis hominibus latiſſime continuatus tantam habet inuidiã, vt veri ac fortis tribunipl. ſtridorem vnũ perferre non poſſit. Idem in Verrem, act. v, Itaque hæc Iudices, quæ pati nullo modo potuerunt, non pertulerunt.

PERFICIO perficis, perfeci, perfectũ, perficere, Parfaire, Venir a bout de quelque beſõgne, accomplir. Terent. in Hecyra. 5. 2. 9, Quod ſi perficio, non pœnitet me famæ. Idem in Eunucho, 5. 9. 24, Perfice hoc, precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem. Idem in Phor. 2. 3. 73, Haud deſinam donec perfecero hoc.

Perficere promiſſa, Tenir ſa promeſſe, laccomplir. Terent. in And. 4. 1. 6, Poſt vbi tempus promiſſa iam perfici, tum neceſſario ſe aperiunt.

Perficere, Faire tant que &c. ou obtenir. Terent. in Prologo Hecyræ, 20, Perfeci vt ſpectarentur. Idem in prologo Eunuchi, 21, Poſtquam ædiles emerunt, perfecit, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Idem in Eunucho, 1. 2. 100, Quam ioco rem voluiſti à me tandem, quin perfeceris? Plaut. in Aſin. 3. 91, Perficio argentũ hodie vt habeat filius amicæ quod det. Idem in Mil. 5. 59, Nunquam hodie quieſcet prius, quàm id quod petit, perfecerit.

Perfectus perfecta perfectum. Parfaict, accompli, obtenu. Plaut. in Perſa, 12. 2, Re placida, pacibus perfectis. Cic. de Amicitia, 67, Perfectum omni ex parte in genere ſuo.

Perfector perfectoris, Qui par grande diligence eſt venu a bout de ce quil auoit commence, accompliſſeur. Terent. in Eunucho, 5. 9. 5, O Parmeno mi, ô mearum voluptatum omnium inuentor, inceptor, perfector.

Perfecte, aduerbium, parfaictement.

PERFIDO perfidis, perfidere, Valde fidere. Cic. lib. 3. de officijs, Sic homines ſecũdis rebus effrenatos, ſibique perfidentes, tanquam in gyrum rationis.

Perfidus, perfida, perfidum, Qui fidem violat ſiue perdit, Deſloyal. Virg. lib. x, Nunc pelagi nymphæ claſſis tua perfidus vt nos Præcipites ferro Rutulus flammiſque premebat.

Perfidia, perfidiæ, Deſloyaute. Plaut. in Amphit. 3. 76, Non ambitione, neque perfidia. Idem in Capt. 10. 7, Neque precatio perfidijs meis, neque malefactis fuga eſt.

Perfidioſus perfidioſa perfidioſũ, Plein de deſloyaute. Plau. in Ciſtell. 2. 63. Perfidioſus eſt amor.

Perfidioſe aduerbium Deſloyaument. Cic. lib. 1. ad Herennium, In odium adducemus ſi quid eorum ſpurcè, & ſuperbè, perfidioſè, crudeliter, confidenter, malitioſè, flagitioſe, factũ proferemus. Plaut. in Amphit. 3. 72, Siue adeò ædiles perfidioſè cui duint. Idem in Curcul. 15. 41, Hercle iſtum iudicaſti perfidioſè Phedrome.

PERFLO, perflas, perflare, Valde flare, ſiue multum commouere, Fort ſouffler. Virg. Et terras turbine perflant.

PERFLVO, perfluis, perfluxi, perfluxũ, perfluere, Couler de toutes pars, Ne retenir point leaue qui eſt en ſoy, cõme vng pot perce. Terent. in Eunucho, 1. 2. 25, Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo. Tranſlatio ſumpta ab aquario vaſe fictili, inquit Donatus.

PERFODIO, perfodis, perfodi, perfoſſum, perfodere, Valde cauo, rumpo, ferio, perforo. Percer tout oultre, ou fouyr la terre fort auant. Plaut. in Aſin. Vbi parietes perfoderis. Columella lib. xi, Tum grauibus raſtris cunctantia perfode terga. Picque les tãt quilz le ſen tent. Gellius lib. 2, Quadringẽti homines tũ vna perfoſſi gladijs, aut miſſilib⁹ operti cadũt.

PERFORE, Valde futurum eſſe. Cic. Appio Pulchro, Tunc mihi ille dixit quòd claſſe tu velles decedere: perfore accommodatum ſi ad illam maritimam partem prouinciæ nauibus acceſſiſſem. Quil ſeroit conuenable, Quil viendroit fort a point, ſi &c.

PERFORO, perforas, perforare, Percer tout oultre. Columella lib. v, Sed aliud eſt ferramentum, quo priores vitem perforabant. Liuius, Vna tamen perforata naui.

PERFORTITER, aduerbium, Treſfort. Terent. in Adel. 4. 2. 29, Miſeram mulierem,

p & me ſeruulum, qui referire non audebam, vicit, hui, perfortiter?

PERFRICO, perfricas, perfricare, Fort frotter. Columella lib. 7, Deinde nares perfricat vt homines diſcant odorari.

Perfricare faciem. Mos eſt eorum, qui cum pudore aliquid agunt, vt faciem perfricēt natura ipſa ad id impellente, quaſi ad abigendū ſanguinem qui ex præcordijs ad faciei ſuperficiem confluit. Hinc ortum eſt prouerbium vt quoties dicere volumus nos pudorem deponere, dicamus perfricui faciem, id eſt, pudorem expuli. Plin in Prologo, Perfricui faciem, nec tamen profeci. Martialis, Et ſi perfricuit frontem, poſuítque pudorem.

Perfricare os, Idem. Cic. lib. 3, Tuſcul. Quid tergiuerſamur, nec fatemur eam nos dicere voluptatem, quam tu idem cum os perfricuiſti, ſoles dicere?

PERFRIGEFACIO, perfrigefacis, perfrigefeci, perfrigefactum, perfrigefacere, Refroider du tout, ou foit refroider. Plaut. in Pſeud. 20. 105, Mihi quoque ædepol dudum ille Syrus cor perfrigefacit.

PERFRINGO, perfringis, perfregi, perfractum, perfringere, Valde, ſiue intotum frāgere. Plin epiſt. 101. c, lib. v, Campi, quos monuiſti, ingentes boues, & fortiſſima aratra perfringunt. Terent. in Adel. 1. 1. 12, Ne aut ille alſerit, aut vſpiam ceciderit, aut perfregerit aliquid, Quil ne ſe ſoit rompu quelque choſe.

Perfracte, aduerbium, obſtinemēt. Cic. lib. 3. de off. Ego etiam cum Catone meo diſſenſi, nimis perfracte videbatur ærarium vectigaliáque defendere. Emendata exemplaria præfracte legūt.

PERFRVOR, perfrueris, perfruitus ſum, perfrui, In totum frui, ſeu omnem fructum percipere. Iouyr, & prendre recreation & ioye de quelque choſe. Plin epiſt. 4, Quod velim facias, primùm vt perinde noſtris rebus ac nos tuis perfruaris. Idem epiſt. 19, Igitur vt te nō decurione ſolum, verumetiam equite Romano perfruamur. Idem epiſt. 106, AEquum eſt nos in amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua tu perfrueris ex nobis. Idem in Paneg. 81, Sed cū rebus tuis vt participes perfruamur, quæ habemus ipſi, quàm propria ſunt.

PERFVGIO, perfugis, perfugi, perfugitum, perfugere, Auxilij gratia ad aliquem fugere.

Perfugium, perfugij, n. g, Refuge, quelque lieu ou on ſen fuit pour ſe ſauuer & garder. Locus tutiſſimus quo nos in vexatione aut calamitate recipere contendimus: quanuis id non minus apud homines ſit. Plaut. in Caſ. 15. 3, Neſcio vnde auxilij, præſidij, perfugij mihi aut opum nunc copiam comparem. Idem in Ciſtell. 4. 13, Is vbi malam rem ſcit ſe meruiſſe, ilico pedibus perfugium peperit. Apuleius, Perfugium facinoroſorum hominum. Liuius lib. 2, Itaque in medio prope iam victores cæſi & vſti, pars perexigua duce amiſſo, quia nullum propius perfugium erat, Romā inermes & fortuna & ſpe ſupplicū delati ſunt. Cic. lib. XII, epiſt. Caio Caſſio, In meo Bruto non ſolum ad præſens perfugiū, ſi, quod nolim, aduerſi quid acciderit, ſed etiam ad confirmationem perpetuæ libertatis.

Perfugium, Trāſſertur etiam ad alia, vt ad literas. Cic. Itaque vtor eodem perfugio, quo tibi vtendum cenſeo, literulis noſtris.

Perfuga perfugæ, m. g. vng traitre. Feſtus, Perfugam Gallius AElius ait, qui liber, aut ſeruus, aut hoſtis ſui voluntate ad hoſtes tranſierit, qui idem dicitur tranſfuga. Quanquam ſint qui credant perfugam eſſe non tam qui alios fugiat, quàm qui ob ſpem commodorum ad quempiam perfugiat. Cic. lib. 3. de off. Perfuga ab eo venit in caſtra Fabritij.

PERFVNDO, perfundis, perfudi, perfuſum, perfundere, Per omnes partes fundere, Eſpēdre, Arroſer. Ouid. Perfunditque genas lachrymis.

PERFVNGOR, perfungeris, perfunctus ſum, perfungi, Ad extremum obire munus, & ſtrenuè operam nauare, Faire ſon plain deuoir iuſques a la fin. Terent. in Hecyra, 4. 2. 18, Dū ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatiâs me iam tenet ſtudiorum iſtorum. Ien ay aſſes faict. Liuius lib. 6. ſecundi belli Punici, Romani conſules perfuncti quod ad Capuam attinebat cura, C. Neroni ex legionibus quas ad Capuam habuerant, ſex milia peditum & trecētos equites decernunt.

Perfungi honoribus, Auoir ladminiſtration de quelque dignite. Cic. Lentulo, Quum & honoribus ampliſſimis & laboribus maximis perfuncti eſſemus.

Perfuncto hoc miſero, fatalíque bello, Cicero.

Perfunctus perfuncta perfunctum, Qui a faict ſon plain deuoir, & diligemment faict ſon office. Cic. pro domo ſua ad Pontif. Equidem iam perfunctus ſum, nullam vim, nullum impetū metuo, expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, ſaturaui etiam perfidiam &

ſcelus perditorum. Idem pro A. Cluentio, Aut, quòd ſe perfunctos iam eſſe arbitrantur, cũ de reo iudicarunt, negligentius attendunt cætera.

Perfunctorius perfunctoria perfunctorium, Quod cito & leuiter tranſit, Qui paſſe legieremẽt.

Perfunctorie aduerbium, Par maniere dacquiſt. Neglecte & oſcitanter. Vlpianus, Neque quidẽ perfunctorie aut obſcure dicere, aut denuntiare debet. Id eſt, nõ bona fide, nec ex animo, nec iuſta denuntiatione.

PERGO, pergis, perrexi, perrectũ, pergere, Sen aller. Plaut. in Capt. 3.34, Nũc ad eũ pergã. Terẽt. in Adel. 4.2.48, Sed ceſſo ad eũ pergere? Idem in Adel. 4.2.39, Hac pergito. Va ten par cy. Idem in Eunucho, 3.5.7. Quid geſtiam, aut quid lætus ſin, quò pergã vnde emergã. Pergit huc, Il ſen vient, ou il marche droit icy a nous. Terent. in Eunucho, 2.1.22, Sed quis hic eſt, qui huc pergit? Idem in Hecyra, 3.4.36, At at eccum Phidippum, & patrem video, horſum pergunt. Ilz ſen viennent vers ca.

Pergere iter. Terent. in Hecyra, 1.2.119, Habes omnem rem, pergam quo cœpi hoc iter.

Pergere, Proſequi, perſeuerare, procedere, Cõtinuer, pourſuyure, perſeuerer. Plau. in Ciſtell. 10.98, Perge porro dicere. quot annos nata dicitur? Idem in Curcul. 12.16, Sed dabo, mihi ſi perges moleſtus eſſe. Terẽt in Adel. 2.1.17, Nã ſi moleſtus pergis eſſe, iã intro arripiêre. Idem in And. 5.4.23, Itáne vero? obturbat. CH. perge. CR. tum is mihi cognatus fuit Cic. de Amicit, 32, Tu verò perge Læli: pro hoc enim qui minor eſt natu, meo iure reſpondeo.

Pergere, Agere. Virg. Pergite Pierides.

Pergere, Feſtinare. Terent. in Phor. Domum ire pergam vbi plurimum eſt. Ie me haſteray.

Pergere, Conari. Terẽt. in Phor. Hoc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placide ire perrexi. Iay tache, & prins peine.

Perge in virum, Monſtre toy homme, ou vaillant. Ahardis toy. Plaut. in Menæh. 14.37.

Pergin', Comicum, pro pergiſne? Plaut. in Amphit. 4.195, Pergin' argutarier? Ne ceſſeras tu meſhuy? Idem in Merc. 24.38, Pergin' tu autẽ eia ſuperbè inuehere? Idem in Pœn. 5.24, Pergin' verò pergere? Ne te tairas tu point? Terẽt. in Eunuc. 2.3.88, Perculeris iã tu me? tibi equidẽ dico, mane. CH eamus. P. pergin'? CH. certum eſt. Ne te deporteras tu pas?

PERGRAECOR, pergræcaris, pergræcari, Epulis & potationibus inſeruire, inquit Feſt?. Gaudir, & faire groſſe chere. Plaut. in Bacchid. 18.15, Propterea hoc facio, vt ſuadeas gnato meo, vt pergræcetur tecum, ter venefice. Idem in Trucul. 3.52, Atque vt cũ ſolo pergræcetur militi. Titinnius, Hominem impium nunc ruri pergræcatur.

PERGRANDIS, & hoc pergrande, Fort grand. Plaut. in Perſa, 15.25, Nunc eam narrauero, vnde tu pergrande lucrum facias.

PERGRAPHICVS, pergraphica pergraphicũ. Pergraphicus homo dicitur ad vnguem factus, abſolutúſque, & quaſi pictoris manu expolitus. Plaut. in Trucul. 17.15, Modo mihi aduenienti nugator quidam acceſſit obuiam, nimis pergraphicus ſycophanta.

PERGRATVS, pergrata, pergratũ, Fort aggreable. Cic. de Amicit. 15, Sed quoniã amicitiæ mentionẽ feciſti, & ſumus otioſi, pergratum mihi feceris, ſpero item Sceuolæ, ſi quẽadmodum ſoles de cæteris rebus, cum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris quid ſentias.

PERGVLA, pergulæ, f. g. Locus apertus à multis lateribus aerem excipiens, aliquando extra parientem porrectus, & modo tectus, modo ſub dio expoſitus. Dicta à pergendo, quod in ea deambulare ſoleamus. Pars eſt domus exporrecta & propendẽs eius generis quas ſalietas, artifices appellãt. Vne ſaillie. Plin. lib. 35, de Apelle, Perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Atque poſt tabulam latẽs, vitia quæ notarentur, auſcultabat, vulgũ diligentiorem iudicẽ, quàm ſe præferens. In his autem pergulis vænales res proponebantur. Plaut. in Pſeud. 4.79, Te ego ipſam culeo cras faciam deportêre in pergulam.

In pergulis præceptores diſcipulos erudiebant, aliíque artifices opera ſua velut in propatulo habebant. Vnde Suetonius de Craſſitio grammatico, Deinde in pergula docuit.

Pergula, Ordo ac cœtus miniſtrorum obedientium ſtructori. Iuuenalis, Sed nec ſtructor erit, cui cedere debeat omnis Pergula, pergentinus ordo.

Pergula in naui dicitur excurſus per totam nauim, & alio nomine portiſculus appellatur.

Pergula, in vineis, topiarium opus ſignificat. Columella, Si quæ pergulæ vitium generoſarum à putatoribus relictæ ſunt, ante calendas Apriles deputari debent. Plinius etiam vitiũ generoſarum pergulas præcepit quinquatribus eſſe putandas.

PERHIBEO, perhibes, perhibui, perhibere, Dicere, & firmiter tenere. Dire, & affermer. Columella lib. 4, India perhibetur molibus ferarum mirabilis. Plaut. in Epid. 13.22, Pulmo

enim(quod perhibent)prius veniſſet,quàm tu adueniſti mihi,Cõme on dict. Idem in Menæh.7.37,Mulieres in hac vrbe habitant,quæ nuſquam perhibentur blandiores gentium. Idem in Trin.10.66,Quis me improbior perhibeatur eſſe? Idem in Trucul.9.3, Adepol cõmentũ male,quúmque eã rem in corde agito,nimio minus perhibemur malo quàm ſumus ingenio.On ne nous dict point ſi mauuaiſe que nous ſommes. Idem in Sticho,2.18,Perſarũ mõtes qui eſſe aurei perhibentur. Idem in Sticho,2.11,Vnice qui vnus ciuibus ex omnibus probus perhibetur. Terẽt.in Adel.3.4.59, Tã maxime vos æquo animo æqua noſcere oportet,ſi vos vultis perhiberi probos,Si vous voulez que on vous die eſtre gẽs de bien.

Perhibere,Dare aliquando ſignificat.Plaut.in Pſeud.4.50, Cur ego veſtem,aurum,atque ea quibus eſt vobis vſui,perhibeo? Ibidem,5.133,Atque occidi quoque,potius quàm cibũ perhiberem. Idem in Merc.9.46, Diem vnũ orauit vt apud me perhiberem ſibi locum.

Perhibere teſtimonium, Bailler ou porter teſmoignage. Plin.in Paneg.121, Quódque apud principem perhibere teſtimonium merentibus gaudebamus,perhibebatur à principe.

Perhibere verba.Plaut.in Aſin.5.36,Si ecaſtor nũc habeas quod des, alia verba perhibeas. Tu dirois bien autrement. Idem in Rud.4.50,Vt verba perhibes,me perijſſe prædicas. A ce que tu dis,ie ſus perdu.

PERICVLVM,periculi,n.g, Danger.À pereo deducitur, & ſalutis diſcrimen ſignificat. Virg.Obſcœnámque famã,quæ prima pericula,vito. Plaut.in Trin.14.77,Ego miſer meis periculis ſum per maria maxima vectus capitali periculo,En danger de perdre la vie.

Periculum eſt,Il y a danger. Terent.in Phor.2.2.19, Alijs aliunde eſt periculum, vnde aliquid ab radi poteſt. Idem in Heaut.5.2.27, Adeone rem redijſſe, vt periculum etiam famæ mihi ſit Syre?Que ie ſoie en danger de perdre ma renommee. Idem in Hecyra,3.2.46, Nam ſi periculum vllum in te eſt,perijſſe me vnà haud dubiũ eſt. Plin.epiſt.64.b,Eſt enim periculum ne tacitis ſuffragijs impudẽtia irrepat. Plaut.in Aſin.8.8,Periculum haud eſt, cardines ne foribus effringantur.

Nihil periculi à me,vel ex hoc.Terent.in Hecyra,5.1.9, Si vera dicis, nihil tibi periculi eſt à me mulier. Idem in Heaut.3.1.6,Cum illi nihil periculi ex indicio fiet.

Periculo meo,tuo,ſuo,A mon danger. Plaut.in Capt.6.99, Ne vereare meo periculo,huius ego experiar fidẽ.Ne crains point a mon aſſeurance,Mon danger ſoit. Idem in Bacchid. 15.103.Mea fiducia opus conduxi,& meo periculo. Idem in Perſa,16.195,Tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti mnis,A ton dam. Terent.in And.3.1.22,Nunc huius periculo fit,ego in portu nauigo.

Periculum,Experimentum:Experience.quia rarum eſt tentamentum ſine periculo.

Facere periculum,Faire experience,experimẽter, Eſprouuer.Plaut.in Aſin.12.27,Qui pẽdet,multo eſt miſerior. LE.ſcio,qui periculum feci. Terent.in And.3.3.35,Illud periculum in filia fieri graue eſt.Lexperience eſt forte a faire. Idem in Eunucho, 3.2.23, Fac periculum in literis, fac in palæſtra,in muſicis. Idem in Heaut.2.1.36,Scitum eſt, periculum ex alijs facere,tibi quod ex vſu fiet. Ibidem,2.1.9,Nunc ait,Periculum ex alijs facito tibi.Prens lexperience par autruy.

Periculoſus periculoſa periculoſum,Dãgereux.Cic.lib.1.de off. Grauioribus autem morbis periculoſas curationes & ancipites habere coguntur.

Periculor pericularis,Periculari.Se mettre en danger.Cato,Periculatus ſum.

Periclitor periclitaris, periclitari,Idem.vt,Periclitor fama,Ie ſuys en danger de perdre ma renommee.Periclitor ſiti,Ie ſuys en dãger de mourir de ſoif.Cic.de amicit.56,Eſt igitur prudentis ſuſtinere vt curſum,ſic impetum beneuolentiæ,quo vtamur,quaſi equis temperatis,ſic amicitijs aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Periclitari,Experimenter,eſprouuer. Plaut.in Amphit.10.33, Verum periclitatus fui animũ tuum,quid faceres. Ibidem,8.54,An periclitamini quid animi habeam? Cic.lib.1. de Orat.Subeuntibus vſus omnium,& periclitãdæ vires ingenij. Plancus Ciceroni,Itaque potius periclitari volui ſi poſſet mea præſentia & Lepidum tueri, & exercitum facere meliorem,quàm nimis cautus videri.

PERIDONEVS peridonea peridoneũ,Fort propre,& idoyne a quelque choſe faire.Suet. de claris grammat.11,Peridoneus præceptor.

PERIEGESIS,Ambitus.Plinius, Poſidonio, qui periplum, aut periegeſim,id eſt de terræ ambitu ſcripſit.

PERIMO,perimis,peremi,perẽptũ,perimere,Tuer. Feſtus,Perimit,adimit, tollit.Vnde

& perẽptus, interfect⁹. Plaut. in Menæh. 17.93, Verùm hũc perimam impuriſſimũ barbatũ.

Perẽptorius perẽptoria peremptoriũ, Quod eſt mortiferũ, à perimẽdo. vt venenũ peremptoriũ apud Apuleiũ lib. x, Sic apud Iuriſcõſultos titulo de iudicijs, Peremptoriũ edictũ dicitur eo quòd perimat diſceptationẽ inter litigatores. Hoc eſt, nõ patiatur aduerſariũ tergiuerſari.

PERINDE, aduerbium ſimilitudinis.

Perinde adeò. Plaut. in Amphit. 11.28, Fac ſis perinde adeò, vt me velle intelligis, Tout ainſi que &c.

Perinde ac. Cic. Attico lib. 13, Quod ego perinde tuebar ac ſi vſus eſſem. Autant que ſi &c.

Perinde atque. Liuius ab vrb. cond. Perinde atque capta vrbe. Comme ſi &c.

Perinde prout. Plin. in Paneg. 33, Meminerint, perinde coniecturam de moribus ſuis homines eſſe facturos, prout hoc vel illud elegerint.

Perinde quàm. Plaut. in Trucul. 7.2, Si perinde amentur mulieres diu quàm lauant, omnes amatores balneatores ſient. Suet. in Domit. Nulla tamen re perinde motus, quàm reſpõſo, caſúque Aſcletarionis mathematici. Il ny a choſe pour laquelle ait eſte autãt eſmeu que.

Perinde quaſi. Plaut. in Sticho, 3.43, Bonas vt æquum eſt facere facitis, cum tamen abſentes viros perinde habetis quaſi præſentes. Idem in Amphit. 8.51, Atque me nũc perinde appellas, quaſi multo poſt videris. Cic. pro P. Quintio, Atque hæc perinde loquor, quaſi ipſo illo tempore, cum te prætor iuſſiſſet ex edicto poſſidere. Idem pro T. Annio Milone Hoc enim ſæpe ab iſtis dicitur, perinde quaſi Apius ille cæcus viam munierit.

Idem pro Cluentio, Perinde quaſi ego non ab initio huius defenſionis dixerim. Idem pro eodem, Perinde quaſi exitus rerum, non hominum conſilia, legibus vindicentur.

Perinde vt. Plaut. in Pſeud. 8.5, Nam omnes res perinde ſunt, vt agas, vt eas magnifacias. Idem in Capt. 6.57, Equidem ſi perinde vt ipſe fui imperator familiæ, habeam dominum, haud verear ne iniuſte aut grauiter mihi imperet. Idem in Moſtell. 3.9, Atque hoc vos ipſi(ſcio) perinde vt nunc ego, eſſe autumo.

Perinde, Pariter, æque, Autant, pareillement. Plinius Iunior, Funus Rufi clariſſimi, & perinde fœliciſſimi. Suet. in Cæſ. Quæ ſi quis inueſtigare & perſequi vellet, quartam elementorum literam, id eſt, d pro a, & perinde reliquas commutet.

Non perinde, Id eſt, non multum, ſeu valde, aut admodum. Suet. in Galba, Quare aduentus non perinde gratus fuit. Ne fut point fort aggreable. Idem de Auguſto, Coxendice & femore & crure ſiniſtro non perinde valebat, vt ſæpe etiam inde claudicaret. Plin. epiſt. 8.e, Quanto magis decuit publicè conſulentem, vtiliſſimum munus, ſed non perinde populare, comitate orationis inducere?

Te & Dolabellam perinde diligo, Cicero Terentiæ, Id eſt multum.

Perinde, Ad hunc modum, En ceſte ſorte & maniere. Terẽt. in Phor. 4.3.63, Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas.

PERINFAMIS, & hoc perinfame, Fort villain. Suet. in Vitell. cap. 2, Curã quoque imperij ſuſtinuit, abſente eo, expeditione Britannica, vir innocens & induſtrius, ſed amore libertinæ perinfamis.

PERIODVS, periodi, f.g, Latinè clauſula ſiue circuitus vel ambitus vel comprehenſio, vel circunſcriptio & continuatio. Nonnunquam anfractus & terminus. Nam cõponitur ex περὶ circum: & ὁδὸς via. eſt enim periodus vbi plena eſt ſententia.

Periodus, Genus certaminis apud Græcos. In gymnicis enim certaminibus periodo viciſſe dicitur, qui Pythia, Iſthmia, Nemea, Olympia vicit. à circuitu eorum ſpectaculorum. & maximum decus erat viciſſe periodo.

Periodicas febres vocant medici, quæ certis temporibus veniunt, Id eſt abeunt, & quodã quaſi circuitu facto rurſus redeunt, vt ſunt tertianæ, quartanæ.

PERIPETASMA, peripetaſmatis, n.g. Genus cortinæ, qua parietes & aulæ teguntur, ſeu tapeta Babylonici floris varietate perſpicua: quæ à Lucretio Babylonica dicuntur: ab alijs aulæa, & Attalica: à Capitolino ſtromata & periſtromata: à Varrone beluata, hoc eſt à beluis variegata, à Plauto periſtromata.

PERIPHOREMA, periphorematis, n.g. Quaſi ſupplementum: figura eſt, cum particula aliqua ſententiæ minimè neceſſaria additur metro. Virg. Multũ ille & terris iactatus & alta. Vbi ſine particula ILLE, ſtaret ſenſus, & non verſus.

PERIPNEVMONIA, peripneumoniæ περιπνευμονία, morbus cum pulmo totus afficitur, & tuſſis ſubſequitur.

Peripneumonicus peripneumonica peripneumonicum, Qui hũc morbum patitur. Plin. Meli- lis quidem natura talis eſt, vt putreſcere corpora non ſinat, faucibus, tonſilis, anginæ, omni- búſque oris deſyderijs vtiliſſimum, areſcẽtique in febribus linguæ. Iam vero peripneumoni- cis, pleureticiſque decoctum.

PERIPSEMA, peripſematis videtur tale eſſe quiddam apud Græcos, quale apud Latinos, nauci, quiſquiliæ, & ſterquilinium, à περιψάω circunlino, vel circũrado, abſtergo & repur- go. Vnde limatura ſiue raſura & purgamentum dici poteſt. Raclure.

PERISSOLOGIA, periſſologiæ, Superflua locutio. vt ſi dicamus, Fœlix ſit, & minime pereat Cæſar. Nam περίσσα ſuperflua: λόγος locutio.

PERISTEROTROPHIVM, periſterotrophij, n.g. Locus in quo columbæ habitãt, Latine columbarium. Vng columbier. quanuis columbarium proprie ſit loculamẽtum in pe- riſterotrophio, ſingulis columbarum paribus præparatum. Nam periſteris columba dicitur. Varro lib. 3. de re ruſt. Duo genera earum in periſterotrophio eſſe ſolẽt. Vnum agreſte, quod habetur in turribus ac culminibus villæ.

Periſtereos, Herba columbis admodum familiaris. De la veſſe.

Periſtereon, Idem quod periſterotrophium. Varro de re ruſtica lib. 3. cap. 7, Ex his duabus ſtir- pibus fit miſcellũ tertium genus fructus cauſſa, atque incedũt in locum vnum: quod alij vo- cant περιστερεῶνα, alij περιστεροτροφεῖον, in quo vno ſæpe vel quinque millia ſunt incluſæ. περιστερεὼν fit vt teſtudo, magna camera tectus, vno oſtio anguſto, feneſtris punicanis, aut la- tioribus, reticulatis vtrinque, vt locus omnis ſit illuſtris &c.

PERISTROMA, periſtromatis, n.g. Quaſi circunſtratum, idem quod peripetaſma. Vng tapis. Plaut. in Sticho, 6.54, Tum Babylonica periſtromata, ſellas, & tapetia aduexit nimũ bonæ rei. Idem in Pſeud. 4. 13, Ita voſtra ego latera loris faciam, vt valide varia ſient, vt ne periſtromata quidem æque picta ſint Campanica, neque Alexandrina belluata, cõſutáque ta- petia. Cic. lib. 2. Philipp. Cõchyliatis Cn. Pompeij periſtromatis verſicoloribus perſimi- les ſeruorum in cellis lectos ſtratos videres.

PERISTYLIVM, periſtylij, n.g. vel periſtylum periſtyli, Locus clauſus columnis circũ- quaque porticum habens, vel ſaltem à tribus lateribus. Victruuius, Periſtylia in tranſuerſo tertia parte longiora ſint quàm introrſus. Cic. pro domo ſua, In palatio pulcherrimo pro- ſpectu porticum cum conclauibus pauimẽtatã trecentũm pedum concupierat, ampliſſimum periſtylum, cætera eiuſmodi, facile vt omnium domos, & laxitate & dignitate ſuperaret. Vng lieu comme vng cloiſtre enuironne de colonnes

PERITVS, perita, peritum, Doctus. à perio antiquo verbo, quod aperio ſignificabat. No- nius, Doctum & peritum cum ſimile videantur, à Tullio diſcretum eſt: vt ſit peritum plus quàm quod doctũ. Cic. de off. lib. 3, Itaque cum ſint docti, à peritis deſiſtũt facile ſententia. Peritus operum, auguriorum, iuris. Plin. epiſt. 259, Liberatorem & ego hinc aliquem tibi peritum eiuſmodi operum mittam. Idem epiſt. 22. a, Quàm peritus ille & priuati iuris & publici! Idem de viris Illuſt. 6, Peritus auguriorum.

PERIVRVS, periura, periurũ, Qui iuſiurandũ violat, vel qui iurando ius peruertit. Virg. Talibus inſidijs, periúrique arte Sinonis. Plaut. in Pſeud. 3. 130, Periurũm caput. Periurior hoc homine non eſt, Plaut. in Mil. 3. 20. Periuriſſime hominum, Plaut. in Pſeud. 5. 116. Cic. pro Roſcio Comœdo, Nam Ballionem illum improbiſſimum & periuriſſimũ lenonem cum agit, agit Chæream.

Periurium periurij, Pariurement. Cic. lib. 3. de off. Regulus non debuit cõditiones pactionéſ- que bellicas & hoſtiles perturbare periurio. Plaut. in Rud. 31. 21. Periurio es pontifex.

Periurioſus periurioſa periurioſum, Idem quod periurus. Plaut. in Trucul. 4. 49, Periurioſi ſunt illi.

Periuro periuras, periurare, Se periurer. Plaut. in Bacchid. 20. 115, Ne periurem cura. Idem in Pſeud. 5. 110, Periuraſti ſceleſte. Idem in Aſin. 11. 16, Periurauit ſciens conceptis verbis.

Periuratio periurationis, f. g. Pariurement.

Periuratiũcula periuratiũculæ, diminutiuũ. Plau. in Stich. 4. 76, Ac periuratiũculas paraſiticas.

PERLECEBRA, perlecebræ, f. g. Choſe attraiante. Plaut. in Aſin. 4. 7, Te perdam ego, & filiam, perlecebræ, pernicies, adoleſcentum exitium.

PERLEGO, perlegis, perlegi, perlectum, perlegere, à principio ad finem vſque legere, Par- lire, lire iuſques au bout. Plaut. in Aſin. 13. 2, Leges perlege. Quintil. Quod videre non eſt ſatis, ſed perlegendum erit.

Perlegere oculis, Voyr tout diligemment. Virg. Quin protinus omnia Perlegerent oculis.

PERLEPIDVS, perlepida, perlepidum, Fort beau, plaiſant & auenãt. Plaut. in Pſeud. 1.1.53, Euge perlepide Charine, me meo ludo iam beas.

PERLIBERALIS, & hoc perliberale, Fort bening & magnifique. Terẽt. in Hecyra, 5.4.23, Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eã, quòd noſſem videram, perliberalis viſa eſt.

PERLIBRO, perlibras, perlibrare, Diligenter ponderare, trutinare, æſtimare, examinare. Colùmella lib. 4, Pariter imæ foſſæ ſolum metitur, atque perlibrat.

PERLIGO, perligas, perligare, Fort lier, & ſarrer. Plautus in Bacchid. 2.28, O perligatum pectus! O cueur endurci.

PERLINO, perlinis, perlini, perliui, perleui, perlitum, perlinere, Fort oindre & frotter de quelque liqueur, cõme de poix, ou autre telle choſe. Columella lib. 8, Mox vlcera lauãtur aceto, & tunc pice liquida cum adipe ſuilla perlinuntur. Plaut. in Caſ. 5.25, Senecta ætate vnguentis perlitus ignaue incedis?

PERLITO, perlitas, perlitare, Perfectè litare, ſacrificio facto deos placare, votúmque impetrare. Gellius, Si hæ res diuinæ factæ, ritéque perlitatæ eſſent, aruſpices dixerunt omnia ex ſententia proceſſurum eſſe.

PERLONGVS, perlonga, perlongum, Fort long.

Perlongum eſt. Plaut. in Trin. 11.12, Nunc ſi opperiri vis aduentũ Charmidis, perlongũ eſt.

Perlõgè, aduerbiũ, Fort loing. Terẽt. in Eun. 3.5.60, Perlongè eſt: ſed tanto ocyus properemus.

Perlonginquus perlonginqua perlonginquũ, Fort loingtain. Plaut. in Bacchid. 23.74, Nõ tibi venit in mentem, ſi dum viuas, tibi benefacias, iam pol id quidem eſſe haud perlonginquum?

PERLVBET, perlubebat, perlubuit, perlubitum eſt, Il me plaict fort. Plaut. in Capt. 13.64, Perlubet hunc hominem colloqui. Ie deſyre fort de parler a ceſt homme.

PERLVCIDVS, perlucida, perlucidum, vel pellucidus, Id per cuius mediũ oculos dimittimus, atque videmus, vt aqua, laterna, vitrum, Fort cler, par quoy on voit au trauers. Plaut. in Aulul. Is pellucet quaſi laterna Punica.

PERLVO, perluis, perlui, perlutum, perluere, Lauare. Columella, Cum vino perluitur os.

PERLVSTRO, perluſtras, perluſtrare, Regarder diligemment & ſur tout, tout en tour. Liuius lib. 1, Hercules ad primam auroram excitus, cum gregem perluſtraſſet oculis.

PERMADESCO, permadeſcis, permadeſcere, Valde madidum fieri, Eſtre fort moyte. Columella lib. 2, In id tempus conuenit inter peritos rei ruſticæ nõ eſſe arandũ, niſi ſi magnis, vt fit, nonnunquam ſubitaneis imbribus, quaſi hybernis pluuijs terra permaduerit.

Permadefacio permadefacis, permadefeci, permadefactũ, permadefacere, Fort mouiller & amoytir. Plaut. in Moſtell. 3.42, Permadefecit cor meum.

PERMAGNVS, permagna, permagnum, Fort grand.

Permagni refert. Terent. in Heaut. 3.1.58, Si certũ eſt tibi ſic facere illud, permagni referre arbitror vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare.

PERMANEO, permanes, permanſi, permanſum, permanere, Vſque ad finem manere, Demourer iuſques a la fin. Plin. Iunior, Tunc demum lentè, cunctanterque veniunt, nec tamen permanent, ſed ante finem recedunt.

Permanere, Perſeuerer, continuer. Per tranſlationem. Terent. in Hecyra, 3.1.25, Vnde ira inter eas interceſſit, quæ tamen permanſit diu.

PERMANO, permanas, permanare, Paruenir, ou couler iuſques au fond, deſcendre, penetrer. Plaut. in Moſtell. 3.42, Is vſque in pectus permanauit. Cic. lib. 2. de natura deorũ, Nec eſt quod ab his ad hominum vitam permanare poſſit. Idem lib. 3. Tuſcul. Nam cum eſt cupita pecunia, nec adhibita continuò ratio, quaſi quædam Socratica medicina quæ ſanaret eam cupiditatem, permanat in venas, & inhæret in viſceribus illud malum.

Permanare, Vulgari, Eſtre diuulgue & cõgneu. Plau. in Capt. 5.28, Neq; permânet palàm hæc noſtra fallacia. Terẽt. in Adel. 2.4.14, Ne ſi magis irritat⁹ ſiet, aliquâ ad patrẽ hoc permânet, atque ego tũc perpetuo perierim. Quil ne viẽne iuſques a la cõgnoiſſance de mon pere.

Permaneſco, permaneſcis, permaneſcere. Plaut. in Trin. 4.84, Id ſolus ſolum per amicitiam, & per fidem flens obſecrauit, ſuo ne gnato crederem, néve cuiquam vnde ad eum id poſſet permaneſcere. Par lequel la choſe pourroit eſtre diuulguee.

PERMATVRESCO, permatureſcis, permatureſcere, Deuenir du tout meur. Columella lib. 2, Et hoc idem ſemen Ciliciæ, Syriæque regionibus ipſe vidi menſe Iunio Iulióque conſeri, & per autumnum cum permaturuerit, colligi.

PERMETIOR, permetiris, permenſus ſum, permetiri, Meſurer du tout. Permetiri æquor. Virg. Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus æquor. Id eſt euecti, vt inquit Seruius.

PERMIRVS, permira, permirum, Choſe de grãde merueille. Cic. Appio Pulchro, Illud verò mihi permirum accidit, tantã temeritatem fuiſſe in eo adoleſcente. Plaut. in Mil. 18.8, Permirum ecaſtor prædicas.

PERMISCEO, permiſces, permiſcui, permiſtũ, permiſcere, Fort meſler, Touiller tout enſemble.

PERMITTO, permittis, permiſi, permiſſum, permittere, Sinere, Permettre, dõner cõge. Plin. epiſt. 227, Rogo permittas mihi quàm longiſſime occurrere tibi. Terẽt. in Adel. 5.9. 38, Tibi pater permittimus: plus ſcis quid facto opus eſt. Nous ten laiſſons faire du tout. Permittere, Dedere, Se rendre a aucun, ſe mettre en ſa puiſſance. Curtius lib. 1, Sexaginta dierũ inducias pacti, vt niſi intra eos auxiliũ Darius ipſe miſiſſet, dederẽt vrbem. poſtquã nihil inde præſidij mittebatur ad præſtitutũ diem, permiſere ſe regi. Cic. in Verrem, act. 3, Etſi talem acceperant iniuriã, quam nulla lege ſatis dignè perſequi poterãt, tamen incõmoda ſua veſtris cõmittere legibus & iudicijs quàm dolori ſuo permittere maluerunt. Permittere, Donner charge & cõmiſſion. Plin. de viris illuſt. 74, Pòſt cum aliena mẽte deſipere cœpit, tutela eius Marco Lucullo fratri permiſſa eſt. Salluſt. Ea poteſtas per Senatũ more Romano magiſtratui maxima permittitur. Idem, M. Petreio legato exercitũ permittit. Permittere, Incitare. Siſenna lib. 3, Et inde equum concitatum princeps ad hoſtium permittit aciem. Nonius.

Permittere, Præcipitare. Siſenna li. 4, Multi prẽmiſſis armis ex fumo ſe permitterẽt. Non. 9. Permittere, Quaſi ad finem mittere. Columella lib. 8, Hoc genus caſei poteſt etiã trans maria permitti.

PERMVLCEO, permulces, permulſi, permulſum & permulctum, permulcere. Fort adoulcir, amollir, appaiſer. Cic. in cõtentione Metelli, Permulſa atque recreata. Varro in ſatyris, Capite permulſo. Salluſt. lib. 4. hiſt. Dein lenita iam ira, poſtera die liberalibus verbis permulcti ſunt. Gellius lib. 2, Nihil adeò in congrediendis hoſtibus, atque in principijs præliorum ad ſalutem virtutémque aptius rati, quàm ſi permulcti ſonis mitioribus nõ immodicè ferocirent. Cic. de Senect. 5, Præterita enim ætas quanuis lõga, cum affluxiſſet, nulla cõſolatione permulcere poſſet ſtultam ſenectutem.

PERMVLTVS, permulta, permultũ, Beaucop. Cic. Attico, lib. 14, Sunt enim permulti optimi viri qui valetudinis cauſſa in hæc loca veniant.

Permultum, aduerb. Beaucop, moult fort. Plau. in Bacch. 5.85, Verùm haud permultũ attulit.

PERMVTO, permutas, permutare, Changer lung a lautre. Plautus in Capt. 12.19, Itaque nomina inter vos permutaſtis. Plin. de viris illuſt. 40, Legatus de permutãdis captiuis Romam miſſus. Plin. lib. 35, Poſtea donare opera ſua, inſtituítque ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe.

PERNA, pernæ, f. g. à pede dicitur, vel à πτέρνα. Pernæ dicũtur tam priores quàm poſteriores coxæ porcinę, ſaltẽ cũ toto pede, quos Martialis petaſones appellat. Iãbon. Plau. in Capt. 13.81, Scis bene eſſe, ſi ſit vnde. ER. pernã atque ophthalmiã, horæum, ſcombrũ &c. Idem in Capt. 14.3, Quãta pernis peſtis veniet! quanta labes larido! Idem in Perſa, 4.25, Pernam quidem ius eſt apponi frigidã poſtridie. Plinius, Caſtrantur ſues poſt bidui inediam ſuſpenſæ pernis prioribus. Ab huius ſimilitudine, perna etiã piſcis dicitur ex cõcharũ genere. Vide Pliniũ. lib. 32. cap. 7.

PERNEGO, pernegas, pernegare, Renier du tout. Nier fort & ferme. Plautus in Moſtell. 6.25, Etiam fatetur de hoſpite? T. imò pernegat. Idem in Aulul. 26.35, Neque id ædepol dixi, neque feci. E. negas? L. pernego. Idem in Menæh. 9.56, Hercle opinor pernegari non poteſt. Terent. in prolog. Eunuchi, 34, Sed eas fabulas factas prius latinas ſciſſe ſeſe, id verò pernegat.

PERNICIES, perniciei, f. g. Mors. à perneco pernecas. Qui faict mourir, ou dõmage, deſtruction, Qui gaſte & meine a perdition. Terẽt. in Adel. 2.1.34, Leno ſum fateor, pernicies communis adoleſcentium. Idem in Heaut. 3.1.41, Nam vt tu ſcias quàm ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem ſiet, primùm iam ancillas ſecum adduxit plus decẽ &c. A ton dõmage.

Perniciabilis & hoc perniciabile, Mortel, Dõmageable, Dangereux. Plin. Pernicialia & braſſicæ cum vite odia.

Perniciabilis & hoc perniciabile, Ad mortem omnia ducens. Liuius, Multos exinaniuit rigor niuis insolitus, multorum exussit pedes, plurimorum præcipue perniciabilis fuit.

Pernicioſus pernicioſa pernicioſum, Dõmageable, dãgereux. Cic. de Amicitia, 80, Quãquã iſta aſſentatio pernicioſa ſit, nocere tamen nemini poteſt, niſi ei qui eã recipit. Ibidẽ, 70, Itaque in his pernicioſus eſt error, qui exiſtimant libidinum, peccatorúmque omniũ patere in amicitia licentiam.

PERNIGER, pernigra, pernigrum, Fort noir. Plaut. in Pœnul. 16.149, Specie venuſta, ore paruo, atque oculis pernigris.

PERNIMIVM, aduerbiũ, Par trop. Terent. in Adel. 3.3.39, Nimiũ inter vos Demea, ac non quia ades præſens dico hoc, pernimium intereſt.

PERNIO, pernionis, m. g. Morbus pedum ex nimio frigore proueniens, & calcaneũ infeſtãs præcipue. Vne mule au talon. Plinius lib. 20. cap. 3, Eſt & rapo vis medica: perniones feruens impoſitum ſanat.

Perniunculus perniunculi, diminutiuum, Vne petite mule de talon. Plinius, Perniũculos curat & cotyledon cum axungia.

PERNIX, pernícis, penulti. producta, à pernitor perniteris, Qui nimiũ nititur, Perſeuerãs. Pernix, celer, Soudain, legier, habille. Virg. lib. 4, Pedibus celerem, & pernicibus alis. Plaut. in Pſeud. 20.70, Pernix hic homo eſt. Idem in Mil. 10.36, Pernix ſum manibus.

Pernix, Nimium perſeuerans. Virg. lib. 3. georg. de tauro ferociente, Et inter Dura iacet pernix inſtrato ſaxa cubili.

Pernicitas pernicitatis, f. g. Velocitas, Legierete. Plin. Alibi cauda villoſa, homines naſci pernicitatis eximiæ. Plaut. in Menæh. 17.3, Pernicitas deſerit me ſenem.

PERNOSCO, pernoſcis, pernoui, pernotũ, pernoſcere, Perfectè noſcere, Cõgnoiſtre parfaictemẽt. Plaut. in Merc. 21.10, Vbique amici qui infideles ſient nequeas pernoſcere. Idem in Aulul. 15.30, Vt matronarum hic facta pernouit probe! moribus præfectum mulierum hunc factũ velim. Terent. in And. 13.2.23, Non ſatis me pernoſti etiam qualis ſim Simo. Columella lib. 7, Itaque ſicut veteres Romani præceperunt, ipſe quoque cenſeo tam pecorũ quàm agrorum cultum pernoſcere.

PERNOCTO, pernoctas, pernoctare. vide poſt PERNOX.

PERNOX, pernoctis, o. g. Tota nocte vigilans, Durãt ou veillant toute la nuyct. Plinius de Luna ſic inquit lib. 2. cap. 9, Creſcẽs ſemper aut ſeneſcens. Et modo curuata in cornua, modo æqua portione diuiſa, modo ſinuata in orbem, maculoſa, eadémque ſubito prænitens, immẽſa orbe pleno, ac repẽte nulla: aliâs pernox, allâs ſera, & parte diei ſolis lucem adiuuans, deficiens, & in defectu tamen conſpicua. Liuius lib. 5, Prælióumque ante lucem, ſed luna pernox erat, commiſſum eſt, & haud incertius diurno prælium fuit.

Pernocto pernoctas, pernoctare. Faire quelque choſe toute la nuyct, Noctem vniuerſam agere. Apuleius, Cum frequens apud eum pernoctarem. Pomponius, Pernoctare extra vrbem dicitur, qui nulla parte noctis in vrbe ſit. Terent. in Adel. 4.1.15, Sed ſi hîc pernocto, cauſſæ quid dicam Syre? Si ie demeure icy toute la nuyct. Idem in Hecyra, 4.1.25, Nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati cum eo qui meretricem amaret: qui pernoctaret foris. Qui coucheroit toute la nuyct hors ſa maiſon. Plaut. in Trucul. 6.23, Cúmque ita noctẽ in ſtramentis pernoctare perpetem. Cic. pro Cluentio, Cum eſſet adoleſcens apud mulierculam quandam, atque ibi pernoctaret, & ibi diem poſterum cõmoraretur. Demourant la toute la nuyct. Idem pro Archia, Adoleſcentiam agunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornãt, aduerſis perfugium atque ſolatium præbent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctãt nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Ils demourent auec nous toute la nuyct. Idem pro domo ſua, Propter inopiam tecti in foro pernoctans. Id eſt dormiens.

PERNVMERO, pernumeras, pernumerare, Acheuer de nombrer, Payer. Plaut. in Epid. 13.26, Age age abſolue, atque argentum numera, ne comites morer. s. pernumeratum eſt.

PERO, peronis, m. g. Genus calciamenti ruſtici ex corio crudo, contra niues, imbréſque & frigora: quòd peram veteres pellem dicebãt pendentẽ à collo ad lumbos. Brodequin, ou houſeau, ou gueſtres, & triquehouſes. Iuuenalis, Quem non pudet alto Per glaciem perone tegi. Virgilius lib. 7, priſcos Latinos perone in bellis vſos oſtendit, cum inquit, Veſtigia nuda ſiniſtri Inſtituere pedis, crudus texit altera pero.

Peronatus peronata peronatũ, Qui perones aſſumpſit. Qui eſt houſe, & ha gueſtres chauſſees. Perſius, Nauim ſi poſcat peronatus arator.

PEROGIGAMVS, perogigami, Qui admittit vt ſaliat equam. eo enim adiuuante, equa alligata celerius admittitur. Varro libro ſecundo de re ruſtica perogitam appellat.

PEROLEO, peroles, perolui, perolere, Valde olere, Fort ſentir. Lucil. lib. xxx, Quis totũ ſic corpus iam peroleſſe biſulcis.

PEROPVS EST, Il eſt fort neceſſaire. Terent. in And. 1.5.30, Sed nunc peropus eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduerſum hunc loqui.

PERORO, peroras, perorare, Finire, peragere, ſiue ad finẽ vſque dicere. Finer, pronõcer vne oraiſon iuſques a la fin. Cic. lib. 2. de leg. Video Platonem idem feciſſe, omnémque orationem eius de legibus peroratum eſſe vno æſtiuo die.

Perorare, Affectus ipſos commouere. Quintil. At iſta lege recitat, & in cadauere filij perorat, Id eſt, indignationẽ cõmouet. Plinius, Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalũ trãſiliuit, delentem cunctorũ maiorũ placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantẽ.

Peroratio perorationis, f.g. Finis orationis dicitur.

PEROSVS, peroſa, peroſum, Qui hait fort, ou ha en grand haine. Columella lib. x, Neque ea curatorem fraudulẽtum tantũ, ſed etiam immundam ſegnitiem peroſa eſt. Quintil. Qui modo legitimam diſciplinam non ſint peroſi.

PERPACO, perpacas, perpacare, Mettre tout en paix. Plinius de viris illuſt. 33, Marcus Curius Dentatus, primo de Samnitibus triũphauit, quos vſque ad mare ſupernũ perpacauit.

PERPARCE, aduerbiũ, Fort chichement, eſcharcement. Terent. in And. 2.6.24, Et quod dicendum hic ſiet, tu quoque perparce nimium.

PERPARVVS, perparua, perparuum, Fort petit. Plaut. in Trucul. 2.1, Perparuam partem poſtulat Plautus loqui de veſtris magnis atque amœnis mœnibus.

PERPAVCVS, perpauca, perpaucum, Fort peu. Terent. in Eunucho, 3.1.19, Imò ſic homo eſt perpaucorum hominum. Il ny a gueres de telz hommes que luy.

Perpauxillus perpauxilla perpauxillum, Treſſort peu. Plaut. in Capt. 4.74, Sed ſi pauxillũ potes contentus eſſe. E. næ perpauxillum modo.

PERPAVEFACIO, perpauefacis, perpauefeci, perpauefactũ, perpauefacere, Fort eſtõner & faire grãde paour. Plaut. in Sticho, 3.29, Perplexabiliter earũ hodie perpauefaciã pectora.

PERPELLO, perpellis, perpuli, perpulſum, perpellere, Inducere, Induyre aucun & le pouſſer a quelque choſe faire. Plautus in Epid. 2.78, Ego primum miſer perpuli meis dolis ſenem. Idem in Bacchid. 15.5, Callidis dolis compuli & perpuli, mihi omnia vt crederet. Terẽt. in And. 4.1.38, Nunquã deſiſtã ſuadere donec perpulero. Ibidem, 5.1.9, Perpuliſti me vt homini aduleſcentulo in alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria, filiam darem in ſeditionem. Liuius lib. 1, Incenſam multitudinem perpulit vt imperium regi abrogaret.

PERPENDICVLVM, perpendiculi, n.g. Inſtrumentũ fabri materiarij, ſeu cæmẽtarij, quo, plumbo à filo & gnomone pendente, rectitudo ſeu obliquitas operis perpenditur, id eſt examinatur. Le plomb dung maſſon ou charpentier. Aſconius, Perpendiculũ, linea, laterũ æqualitatẽ à ſummo ad imũ latitudine probãs. Victruuius lib. 7, de tectorio loquẽs, Longitudines ad regulã & lineã, altitudines ad perpendiculũ, anguli ad normã reſpõdẽtes exigãtur. Plinius, Structurã ad normam & libellã fieri, ad perpẽdiculũ reſpõdere oportet. Cic. lib. 1, Acad. Atque ſi crederemus, nõ egeremus perpẽdiculis, nõ normis, nõ regulis. Idem in Verrẽ, act. 3, Tu Verres hic quod moliare nihil habes, niſi forte vis ad perpẽdiculũ columnas exigere. homo omnium rerum imperitus, quærit, quid ſit ad perpendiculum. dicunt ei, ferè nullam eſſe columnam, quæ ad perpendiculum eſſe poſſit.

Perpendicularis & hoc perpendiculare, Geometræ vocant quod recte in aliquid incidit, vt radij ſolis recte ex alto in aquam deſcẽdentes, perpendiculares appellantur: illos integros, hos confractos in aqua videmus apparere.

PERPENDO, perpendis, perpendi, perpenſum, perpendere, Diligenter conſiderare, Penſer & conſyderer diligemment. Cic. de Amicitia, 79, Quid in amicitia fieri oportet, quæ tota veritate perpenditur?

PERPERAM, aduerbiũ, Prauè, peruerſé. Plaut. in Mil. 8.24, Quæ te intẽperiæ tenẽt, qui me perperam perplexo appellas nomine? Faulſemẽt, mauuaiſemẽt. Idem in Caſ. 8.15, Atque adeò dũ mihi cupio, perperã iam dudũ hercle fabulor. Idem in Mil. 7.38, Ita me inſimulatã perperã fuiſſe ſimulaui. A tort, & ſans cauſe. Terẽt. in Phor. 5.1.18, Concluſam hic habeo vxorẽ ſeuã: verũ iſtoc de nomine eò perperã olim dixi, ne vos forte imprudẽtes foris effutiretis.

Perperam pronuntiare, Prononcer mal. Plin. epiſt. 49.d, Memini quendam ex amicis, cum lector quædam perperam pronuntiaſſet, reuocaſſe, & repeti coegiſſe.

Perperus perpera perperum, Indoctus, ſtultus, prauus, mendax. Actius, Deſcribere eum miror perperos popularis.

Perperos græcè dicitur inſtabilis, leuis, & mentis inops.

PERPES, perpetis, o. g. Idem quod perpetuus. Plaut. in Amphit. 4. 126, Neque ego hac nocte longiorem me vidiſſe cẽſeo, niſi item vnam, verberatus quam pependi perpetem, Toute la nuyct. Ibidem, 8. 99, Ibi cœnaui atque ibi quieui in naui noctẽ perpetem, Tout la nuyct. Idem in Trucul. 6. 23, Cumque ita noctem in ſtramentis pernoctare perpetem.

Perpetim aduerbium, id eſt continuo.

PERPETIOR, perpeteris, perpeſſus ſũ, perpeti, Souffrir, endurer, porter patiẽmẽt. Plau. in Aſin. 15. 17, Verum iſtam amo, aliam tecũ eſſe equidem facile poſſum perpeti. Terent. in Eunucho, 1. 1. 3, An potius ita me comparem, non perpeti meretricum contumelias?

PERPETO, perpetis, perpetiui, perpetitũ, perpetere, Ex per & peto cõpoſitũ, continuare, valde & ſine intermiſſione petere, peragere, perficere. Vnde & perpetẽ & perpetuũ dicimus.

PERPETRO, perpetras, perpetrare, Ex per & patro, ſignificat perficere, authore Feſto. & plerunque in malã partem. Cõmettre, accõplir, parfaire. Plaut. in Caſ. 15. 58, Nam cur nõ ego id perpetrem, quod occœpi, vt nubat mihi? Idem in Trucul. 9. 12, Male quod mulier incœpit, niſi efficere perpetrat, id illi morbo, id illi ſenio eſt. Idem in Pſeud. 22. 19, Poſtquã opus meum vt volui, omne perpetraui, fugatis hoſtibus &c.

PERPETVVS, perpetua, perpetuũ, Solidum, nõ conciſum in fruſta, ſed cõtinuatũ, nõ interruptũ aut temporis ſpatio intermiſſum. Qui ſentretient & eſt cõtinu, perpetuel, tout entier. Plaut. in Aſin. 12. 131, Opto annũ hunc perpetuũ mihi huius operas. Terẽt. in Hecy. 1. 2. 12, Bienniũ ibi perpetuũ miſera illũ tuli. Deux ans tous entiers. Plaut. in Rud. 10. 39, Perpetuam noctem vix hodie ad littus pertulit nos ventus exanimatas. Terẽt. in Adel. 4. 1. 4, Triduo hoc perpetuo.

Perpetua affinitas. Terẽt. in Hecy. 2. 2. 10, Haud ita decet, ſi perpetuã vis eſſe affinitatẽ hanc.

Perpetuæ ædes ruunt, Tout ledifice entierement chet. Plaut. in Moſtell. 3. 46.

Perpetuus amor. Liuius, Modo ſit perpetuus huius qua viuimus pacis amor.

Perpetuus cibus. Plaut. in Perſa, 10. 2, Quæ res bene vortãt mihi & tibi, & ventri meo, perennitatiſque adeò huic perpetuo cibo vt mihi ſuperſit. Que touſiours ſoie nourri.

Perpetua fides. Plaut. in Mercatore, Si quidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides. Cæſar in cõment. Pro vetere ac perpetua in me fide.

Perpetua foſſa, Cæſar. in Cõment, Perpetuæ foſſæ quinos altæ pedes ducebantur. Foſſes tout dune venue.

Perpetua oratio, Continuee. Cic. Attico, Clodium præſentem fregi in ſenatu, cum oratione perpetua pleniſſima grauitatis, tum altercatione. Liuius de bello Macedonico, Perpetuis orationibus die aſſumpto. Par continuelles oraiſons.

Perpetuę paludes. Cęſar in cõmẽ. Erãt perpetuę paludes. Idem, Palꝰ perpetua intercedebat.

Perpetua præda. Plaut. in Rud. 23. 92, Euge ſalua res eſt, præda hæc perpetua eſt mea. Elle eſt toute a moy.

Perpetuæ trabes collocantur, Toutes deſuyte, tenantes lune a lautre. Cæſar in Cõment. Liuius, Saltus perpetuis montibus inter ſe iuncti.

In perpetuum. Cic. pro Cn. Planco, Ego verò ſi cum illorum impiorum ferro & manu conſidiſſem, in perpetuum reſp. ciuile præſidium ſalutis ſuæ perdidiſſet.

Perpetuum & ſempiternum. Cic. in Catil. Ignem Veſtæ perpetuum ac ſempiternum.

Vt ſũt humana, nihil eſt perpetuũ datũ. Il ny a rien qui touſiours dure. Plau. in Ciſtell. 4. 45.

Perpetuum, aduerbialiter poſitum. Plaut. in Epid. 2. 15. Quid agis? Perpetuum valuiſti? Tes tu touſiorus bien porte? Terent. in Adelphis, 4. 1. 6, Miſerè nimis cupio vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.

Perpetuò, aduerbium, Cõtinuellemẽt, Touſiours. Plaut. in Merc. 7. 47, Vſquéne valuiſti? c. perpetuò recte. Iſtem in Menæh. 24. 40, Sed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuò vt ſiem. A iamais. Terẽt. in And. 3. 3. 33, Nam ego non poſſe arbitror, neque illum hanc perpetuò habere neque me perpeti.

Perpetuò perij, Ceſt faict de moy a iamais. Terent. in Adelph. 2. 4. 19, Ne ſi magis irritatus ſiet, aliquà ad patrẽ hoc permânet, atque ego tunc perpetuò perierim. Idem in Eunucho, 5. 9. 13, Nunquid gnato dubitas quin ego perpetuò perierim? Ibidem, 5. 4. 11, Maturè vt cum cognorit, perpetuò oderit.

Perpetuo perpetuas, perpetuare, Sine intermiſſione continuare, Continuer ſans ceſſe. Plaut. in Pſeud. 5.73, Nõ eſt iuſtus quiſquã amator, niſi qui perpetuat data. Cic. de Orat. Vt ſi cui ſit infinitus ſpiritus datus, tamen eum perpetuare verba nolumus. Idem pro P. Sylla, Semper Cæcilius in calamitate fratris ſui iudicum poteſtatem perpetuandam, legis acerbitatem mitigandam putauit.

Perpetuitas perpetuitatis, fœ. gen. Continuation. Plin. in Paneg. 151, Ac te præcipue Capitoline Iuppiter precor, vt beneficiis tuis facias, tantiſque addas muneribus perpetuitatem. Quils durent touſiours.

PERPLACEO, perplaces, perplacui, perplacitũ, perplacere, Fort plaire. Terẽt. in Heaut. 5.5.22, Egomet habeo propemodum quam volo. s. nunc laudo gnate. CL. Archonidis filiã. s. perplacet.

PERPLECTOR, perplecteris, perplexꝰ ſum, perplecti, Perfectè ligare, Fort lier & ſerrer.

Perplexus perplexa perplexũ, Intricatus, abſtruſus, Entremelle, Entouille, Tellement meſle que on ny congnoit rien. Plaut. in Mil. 8.24, Quæ te intemperiæ tenent, qui me perperam perplexo appellas nomine?

Perplexè, aduerbiũ, Implicitè, inordinatè. Terẽt. in Eun. 5.1.1, Pergin' ſceleſta mecũ perplexè loqui? ſcio, neſcio: abijt: audiui: ego non adfui. Perplexè loqui, Parler parolles entremeſlees, maintenãt vng maintenãt aultre, tellemẽt quon nẽtend point que veult dire celuy qui parle.

Perplexim, Idem quod perplexè. Plaut. in Sticho, 3.18, Vtrum ego perplexim laceſſam oratione, ad hunc modum, quaſi nũquam quicquam in eas ſimulem, quaſi nihil audiuerim eas in ſe meruiſſe: an potius temptem leniter an minaciter?

Perplexor perplexaris, perplexari, Valde ligare, & in dubio ponere, Entremeſler ſes parolles en ſorte, que on ne ſache que on veuille dire. ou dire dung, & entendre dautre. Parler a deux ententes. Plaut. in Aulul. 7.81, At ſcio quo vos pacto ſoleatis perplexarier: pactũ, nõ pactũ eſt: non pactum, pactum eſt, quod vobis lubet.

Perplexabilis & hoc perplexabile, Vt verbum perplexabile, Vne parolle a deux ententes. Plaut. in Aſin. 13.47, Neque vllum verbum faciat perplexabile. Nonius, Perplexabile, figuratũ, quod aliud audiatur, aliud ſentiatur.

Perplexabiliter, aduerb. Plaut. in Stich. 3.28, Perplexabiliter eorũ hodie perpauefaciã pectora.

PERPLVO, perpluis, perplui, perplutũ, perpluere, Per mediũ pluere, Plouuoir par le milieu. Plaut. in Moſtell. 3.20, Venit imber, lauat parietes, perpluũt tigna, putrefacitq; operã fabri. Il pleut par les cheurõs, Les cheurons ſe mouillent, Il pleut ſur les cheurons. Quintil. lib. 6, Quum cœnaculum perplueret.

Perpluit in pectus meũ. Plaut. in Moſtell. 4.8, Hæc illa eſt tempeſtas mea, mihi quæ modeſtiã omnem detexit, tectus qua fui: quam mihi Amor & Cupido in pectus perpluit meum.

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant, Plaut. in Trin. 6.40.

PERPOL, aduerbiũ iurãdi. Plaut. in Caſina, 8.18, Per pol ſæpe peccas: ita fit vbi quid tanto opere expetas. Terent. in Hecyra, 1.1.1, Per pol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores. Donatus, Per pol quàm paucos. Ordo eſt, Pol perquam paucos reperias. nã perpol non eſt latinũ, ſed κατὰ τμῆσιν perquàm, id eſt nimio. Ex his Donati verbis videre eſt apud Plautum in exemplo præcedenti, ordinem eſſe talem, Pol, perſæpe peccas.

PERPOTO, perpotas, perpotare, Souuent boyre, & yurongner. Cic. Philipp. 2, Atque ibi ſe occultans, perpotauit ad veſperam.

Perpotatio perpotationis, f. g. Yurongnerie, & beuuerie. Cic. in Luciũ Piſonẽ, Quid ego illorũ epulas, quid lætitiã & gratulationem tuam, quid cum tuis ſordidiſſimis gregibus intemperatiſſimas perpotationes prædicem?

PERPRVRISCO, perpruriſcis, perpruriſcere, Auoir fain de ſoy gratter, Se demanger. Plaut. in Sticho, 15.20, Et ſuauem cantationem aliquam occipio Cinædicam, vbi perpruriſcamus vſque ex vnguiculis.

PERPVLCHER, perpulchra, perpulchrum, Fort beau. Terẽt. in Eunucho, 3.2.15, Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia.

PERPVRGO, perpurgas, perpurgare, Nettoyer tout net. Cato, de re ruſt. Aluum mouebit, & poſtridie perpurgabit ſine periculo.

Perpurgatis auribus, per trãſlationem dixit Plautus in Mil. 10.178, Accipe à me rurſum rationem doli, quam inſtitui. PL. perpurgatis ambo damus tibi operam auribus.

PERPVTO, perputas, perputare, Perfectè putare, declarare, & vt dici debet, proferre. Plautus in Ciſtell. 4.7, Nunc operam date, vt ego argumentum hoc vobis planè perputem.

PERQVAM, aduerbiũ, Poſitiuis iungitur & verbis. Plaut. in Rud. 17.7, Perpulit perquã indignis modis. Terent. in Adel. 4.2.28, Næ ille continebit poſthac, ſi ſapiet manus. D. fortiter. S. perquàm: quia miſeram mulierem, & me ſeruolum, qui referire nõ audebam, vicit, hui perfortiter! Donatus, perquàm, id eſt nimis. Treſfort. Plin. epiſt. 147.a, Igitur perquàm velim ſcire, an eſſe phantaſmata & habere propriam figuram, numénque aliquod putes. Ie deſyre moult fort.

Perquàm, ſuperlatiuo aliquando iunctum legitur. Curtius, Perquàm maximo poteſt exercitu comparato.

PERQVIRO, perquiris, perquiſiui, perquiſitum, perquirere, Chercher diligemment. Perquiſitor perquiſitoris, Vng emputeur. Plaut. in Sticho, 6.61, Iam non faciam auctionẽ, quãdo mihi obtigit hæreditas. maleuoli perquiſitores auctionum perierint.

PERREPTO, perreptas, perreptare, Frequẽtatiuũ à perrepo: Tarde & cum labore incedere. Marcher lentement, bellement. Plaut. in Rud. 6.5, Atque in latebris omnibus perreptaui quærere conſeruam, voce, oculis, auribus. Idem in Amphit. 13.3, Nam omnes plateas perreptaui, gymnaſia, myropolia, apud emporium, atque in macello. Terent. in Adel. 4.6.3, Perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quò non?

PERROGO, perrogas, perrogare, Fort prier. Perrogare propriè dicebantur conſules, qui ſententiam rogabant. Plin. in Paneg. 101, Parum eſt vt in curiam venias, niſi & conuocas: vt interſis ſenatui, niſi & præſides, vt cenſentes audias, niſi & perrogas. Idem epiſt. 87.a, Cum ſententiæ perrogarentur, dixit Iunius Mauricus, non eſſe reſtituendum Viennenſibus agona.

PERRVMPO, perrũpis, perrupi, perruptũ, perrumpere, Per mediũ rũpere, Rõpre par le milieu, ou rõpre tout a net. Columella lib. 2, Sic omnes radices herbarũ perruptæ necantur. Perrumpere agmen militum, Rompre vne armee, & ſoy ietter dedens. Plin. de viris illuſt. 49, Haſdrubalis & Syphacis caſtra vna nocte perrupit. Liuius lib. 8, Qui aliquoties impetu capto perrumpere non poterat hoſtium agmen, detraxit frænos equis.

PERSAEPE, aduerb. Fort ſouuẽt. Cic. de Amicit. 64, Rectè etiã percipi poteſt in amicitiis, ne quis intẽperata quadã beneuolẽtia (quod perſæpe fit) impediat magnas vtilitates amicorũ.

PERSANCTE, aduerbiũ. Terẽt. in Hecyra, 5.2.5, Phidippe Bacchis deierat perſanctẽ. Id eſt, valde, firmiter. Plaut. Idque perſanctè iurauit ſe facturum.

PERSCRIBO, perſcribis, perſcripſi, perſcriptũ, perſcribere, Vſque ad finẽ ſcribere, Acheuer deſcrire, pareſcrire. Eſcrire de puis le cõmencement iuſque a la fin. Liuius, Facturúſne ſim operæpretium, ſi à primordio vrbis res geſtas Pop. Romani perſcripſerim.

Perſcribere, Eſt etiã in tabulas publicas, in actáque referre: quod in regiſtro ſcribere vulgo dicunt, vocabulo à regeſtis corrupto. Enregiſtrer. Cic. ad Plancum, Id ex ipſo ſenatuſcõſulto poteris cognoſcere: ita eſt enim perſcriptum, vt à me de ſcripto dicta ſententia eſt.

Perſcriptio perſcriptionis, f. g. pro ſymgrapho poſuit Cicero in oratione pro L. Flacco, Perſcriptiões cũ mulierculis aperta circũſcriptiõe feciſti, tutor his rebꝰ Græcorũ legibꝰ aſcribẽdꝰ fuit.

Perſcriptor perſcriptoris, pro cautore qui formulas cõcipit, apud Ciceronẽ legitur, in Verrem.

PERSCRVTOR, perſcrutaris, perſcrutari, Diligẽter inquirere, Senquerir, & chercher diligẽment, Fouiller par tout. Plaut. in Aulul. 20.25, Id meũ quicquid habes, redde. ST. inſanis? perſcrutatus es tuo arbitratu. Ibidẽ, 18.13, Ibo hinc intrò, perſcrutabor phanũ, ſi inueniã vſpiam aurum. Idem in Mil. 8.20, Perſcrutari hic volo Sceledre, nos noſtri an alieni ſimus.

PERSENEX, perſenis, o. g. Qui eſt fort vieulx. Suet. de claris grãmat. 9, Nanque iam perſenex pauperem ſe, & habitare ſub tegulis quodam ſcripto fatetur.

PERSENTISCO, perſentiſcis, perſenſi, perſentiſcere, Sentir, ſauoir, cõgnoiſtre, Apperceuoir. Plaut. in Merc. 13.21, Quàm inſipiens quæ nõ poteras perſentiſcere illam eſſe amicam tui viri belliſſimi. Idem in Aulul. 4.24, Neu perſentiſcat, aurum vbi abſconditũ. Terẽt. in Heaut. 5.1.43, Quot res dedere, vbi poſſem perſentiſcere, niſi eſſem lapis, quæ vidi!

PERSEQVOR, perſequeris, perſequi, Pourſuyure, Suyure aucun par tout ou il va. Plaut. in Menæh. 13.8, Hâc abijt. P. ſi vis perſequi veſtigijs. Idem in Curcul. 3.12, Hâc abijt, hâc perſequar. Idem in Caſina, 3.4, Decretum eſt mihi, quaſi vmbra, quoquo ibis, te perſequi. Terent. in And. 5.4.33, Méque in Aſiam perſequens. Idem in Phor. 3.3.18, Quoquo hinc aſportabitur terrarum, certum eſt perſequi.

Perſequi viã. Terent. in Hecyra, 3.5.4, Certũ eſt obfirmare viam me, quam decreui perſequi. Sed non minuam meum conſilium, ex vſu quod eſt id perſequar, Terent. in Hecyra, 4.3.10.

Perſequi ius ſuum, Pourſuyure ſon droit. Plaut. in Capt. 8.32.

Perſequi factis quod dicimus. Plaut. in Merc. 10.11, Quo minus hoc, vt ego dico, factis perſequar? Pour quoy ne feray ie ce que ie dis?

Perſequi imperiũ patris, Faire le cõmandement du pere. Plaut. in Stich. 3.84, Certúmne eſt, neutram veſtrarũ perſequi imperiũ patris? PL. perſequimur: nam quò dediſti nuptum, abire volumus. Idem in Amphit. 7.28, Herus quod imperauit, neglexti perſequi.

Perſequi mores patris. Plaut. in Aſin. 3.59, Eos me decretũ eſt perſequi mores patris. Suyure les meurs de mon pere.

Perſequi orationem alterius, Eſcouter quil dit. Plaut. in Epid. 2.91, Huc concedam: orationem vnde eorum placidè perſequar.

Perſequi promiſſa alterius, Pourſuyure aucun de ſa promeſſe. Plaut. in Merc. 3.85, Sed mea promiſſa non neglexit perſequi.

Perſequi ſpem. Cic. pro Deiotaro, Spem infinitam perſequi nolui.

Perſequi opus cœptũ. Plin. Qui mihi omnes ſuaderent vt cœptũ opus perſequi feſtinarem.

Perſequi, In malum aliquando accipitur, pro inſectari & vlciſci. Pourſuyure aucun pour luy nuyre & faire deſplaiſir. Plaut. Qui me miſeram atque innocentem perſequaris. Salluſt. Et accepta iniuria ignoſcere quàm perſequi malebant.

Perſequens perſequentis, o.g. Qui pourſuyt.

Perſequẽs flagitij, nomen. Plaut. in Caſ. 3.11, Faciam perinde vti dignus eſt, vitã colat Acherontis pabulũ, flagitij perſequens, ſtabulum nequitiæ. Qui enſuyt meſchantete.

PERSERO, perſeris, perſeui, perſatum, perſerere, Semer tout a faict.

Perſerere pro diſſeminare poſuit Plautus, cum ait, Inde veniſſe perſerit.

PERSEVERO, perſeueras, perſeuerare, Continuer, perſeuerer. Cum conſtantia animi, & quaſi quadam ſeueritate cõtinuare. Plin. in Paneg. 122, An ſi poſſes, in fine votorũ adieciſſes, vt ita precibus tuis dij annuerent, ſi iudicium noſtrum mereri perſeueraſſes? Cic. de Amicitia, 24, Oreſtes autem ita vt erat, Oreſtem ſe eſſe perſeueraret.

Perſeuerans perſeuerantis, o.g. Perſeuerant.

Perſeueranter perſeuerantius perſeuerantiſſime, En grande perſeuerance. Plin. epiſtol. 80, Nam patrem illarum defunctum quoque perſeuerantiſſimè diligo.

PERSICVS perſica perſicum, Quod ex Perſia eſt. vt regnũ Perſicum. Iuuenalis, Nec Crœſi fortuna vnquam nec Perſica regna Sufficerent animo.

Perſicus ſinus, Qui ab oriẽte eſt maris Rubri. Plin. lib. 6. cap. 26, Perſæ Rubrũ mare ſemper accoluêre, propter quos is ſinus, Perſicus vocatur.

Perſicus, Aliquãdo pro opulẽto & diuite accipitur, à Perſarũ ſcilicet diuitijs, luxúque. Horat. Perſicos odi puer apparatus.

Perſica mala, dicta ſunt, quòd ex Perſia primùm allata ſũt. Peſches. Plin. lib. 13. cap. 9, AEgyptus & Perſicã arborem ſui generis habet, ſimilem piro, folia retinentem. fertilitas aſſidua eius, ſubnaſcente craſtino fructu. maturitas eteſiarũ afflatu. Pomũ longius piro, incluſum amygdalæ putamine & corio. colore herbido: ſed vbi nux illi, huic pomum, differẽs breuitate ac mollitie: & quanuis blandiatur prædulcis ſuauitas, innocuum.

PERSIMILIS, & hoc perſimile, Tout ſemblable. Plaut. in Perſ. 18.16, Haud male videor vidiſſe hic forma perſimilem tui, eadem ſtatura.

PERSISTO, perſiſtis, perſtiti, perſtitũ, perſiſtere, Durare, perſeuerare. Apul. Cum me rogaſſent an in propoſito perſiſterem.

PERSOLATA, perſolatæ, f.g. Herba, de qua Plinius lib. 25. cap. 6, Perſolata, quam nemo ignorat, Græci verò arcion vocant, folia habet maiora etiam cucurbitis & hirſutiora, nigrióraque & craſſiora, radicem albam & grandem.

PERSOLVS perſola perſolũ, Qui eſt tout ſeul. Perſolæ nugę. Plau. in Curc. 4.37, Ebriola, perſolæ nugæ. Ce ne ſont que menteries.

PERSOLVO, perſoluis, perſolui, perſolutum, perſoluere, Parpaier, Paier du tout.

Perſoluere pœnas, Eſtre puni. Cic. de Amicitia, 36, Itaque hac amẽtia quæſtione noua perterritus, in Aſiam profugit, ad hoſtes ſe contulit, pœnas reip. graues iuſtaſque perſoluit.

Perſoluere amico, Propter eius beneficia & virtutes. Decius Brutus, Tantum me tibi debere exiſtimo, quantum perſoluere difficile eſt.

Perſoluere vota, Accomplir ſes veulx. Plin. epiſt. 321.

Perſoluere grates. Virg. Perſoluant grates dignas, & præmia reddant.

Perſoluere promiſſum, Tenir ſa promeſſe, laccomplir. Cic. pro P. Seſtio, Sinite me, quod vo-

bis fretus huic ſæpe promiſi, id à vobis ei perſoluere.

PERSONA, perſonæ, f.g. Philoſophi diffiniũt eſſe naturæ rationalis indiuiduã ſubſtantiã. Vne perſonne. Cic. Attico, lib. 7, Velim deinde aliquid etiam in poſterũ proſpicias, fingáſque quem me eſſe deceat, & vbi me plurimũ prodeſſe reip. ſenſeas: & quæ pacifica perſona deſyderetur, an in bellatore ſint omnia. Ibidem, Subijcerer eiſdem prælijs, vt mea perſona ſemper ab improborum ciuium impetu aliquid videretur habere populare.

Perſonam imponere, Bailler charge. Cic. pro lege Agraria, Et mihi quæſo ignoſcite ſi appello talem virum ſæpius. vos mihi prætori bienno ante Quir. hoc eodem in loco perſonã hanc impoſuiſtis, vt quibuſcunque rebus poſſem, illius abſentis dignitatem vobiſcũ vnà tuerer.

Perſona, dicitur etiã facies cõficta, à Græcis πρόσωπον vocata. Vng faulx viſage, vne maſque. Hanc iuniores laruam vocant. Vnde in ſcenis hiſtriones perſonas accipiunt, hoc eſt facies ſerui, aut ancillæ, aut mariti, aut patris.

Perſona, Vng perſonnage qui ioue es farces. vt perſona paraſiti apud Terentium in prologo Eunuchi, 26.

Perſonatus perſonata perſonatum, Qui perſonis, hoc eſt laruis indutus eſt. Qui porte maſque, Qui ha vng faulx viſaige. Cic. Attico, lib. 15, Quid hoc eſt? quid eſt autẽ cur ego perſonatus ambulem? parúmne fœda perſona eſt ipſius ſenectutis?

Perſonalis & hoc perſonale, Quod ad perſonam pertinet. Vnde perſonalis actio, quæ in perſonam fit. Perſonale verbum, quod per perſonas diſtinguitur.

PERSONATA, perſonatæ, f.g. Genus herbæ, naſcens iuxta riuos & flumina. Plin. lib. 25. cap. 9, Quidam arcion perſonatã vocãt, cuius folio nullũ eſt latius, grandes lappas ferentem. Columella lib. 6. cap. 17, Venena viperæ depellit ſuper ſcarificationẽ ferro factã herba, quam vocant perſonatam, trita, & cum ſale impoſita.

PERSONO, perſonas, perſonare, Faire grand ſon, & crier. Cic. pro M. Cælio, Illæ verò non loquuntur ſolum, verũ etiam perſonant, huc vnius mulieris libidinem eſſe lapſam, vt ea &c.

PERSPICIO, perſpicis, perſpexi, perſpectũ, perſpicere, Pleinemẽt veoir, cõgnoiſtre, & entendre. Plaut. in Menæh. 9. 79, Mulier hæc ſtulta atque inſcita eſt, quantum perſpexi modo. Plaut. in Capt. 13. 16, AEgritudo auctior eſt in animo, ad illũ modũ ſublitũ os eſſe hodie mihi: neque id perſpicere quiui. Terẽt. in Phor. 1. 2. 10, Cuius tu fidẽ in pecunia perſpexeris, verere verba ei credere? Idem in Eunucho, 5. 2. 61, Parum perſpexiſſe eius videre audaciam. Plaut. in Aulul. 5. 2, Poſtquam perſpexi ſalua eſſe intus omnia. Puis que iay veu diligemmẽt. Perſpectum eſt. Terẽt. in Heaut. 4. 1. 25, Quàm bene verò abs te perſpectum eſt, quid voluiſti! O que ceſt bien regarde a toy.

Perſpecto perſpectas, perſpectare, Frequentatiuum. Plaut. in Mil. 10. 2, Sinite me prius perſpectare, ne vſpiam inſidiæ ſient.

Perſpectè, aduerbium, Diligemment, ſoingneuſement.

Perſpectè ſapere, Eſtre fort ſage, & ſagement prouuoir. Plaut. in Mil. 10. 161, Fit pol illud ad illud exemplum: vt doctè & perſpectè ſapit!

Perſpicientia perſpicientiæ. Cic. lib. 1. de off. Sed omne quod eſt honeſtũ, id partiũ quatuor oritur ex aliqua. aut enim in perſpicientia veri ſolertiáq; verſatur. Id eſt, perfecta cognitione.

Perſpicuus perſpicua perſpicuum, Per cuius mediũ videmus, & magis ad incorporalia pertinet. Fort cler. Par ou on voit au trauers, comme vng voarre.

Perſpicua ſententia. Plin. Tam claras, perſpicuáſque ſententias.

Perſpicuitas perſpicuitatis, Clarté, ou facilite. Cic. lib. 4. Acad. quæſt. Propterea quòd nihil eſſet clarius enargia, vt Græci, perſpicuitatem aut euidentiam, nos ſi placet nominemus, fabricemúſque, ſi opus erit, verba.

Perſpicuè, aduerbium, Clerement, apertement. Plaut. in Aulul. 7. 11, Anus hercle hoc indiciũ facit de auro, perſpicuè palàm eſt.

Perſpicax, perſpicacis, o. g. Conſyderatus, acutus. Agu, & entendu a quelque choſe, Qui ſcet bien cõgnoiſtre & entendre les choſes. Terẽt. in Heaut. 2. 3. 129, Patrem nouiſti, ad has res quàm ſit perſpicax. Quil prend garde ſoingneuſemẽt a ces choſes. Ibidem, 5. 1. 1, Ego me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe, id ſcio.

PERSPISSO, aduerbium, ſignificat tarde. Plaut. Quia quod bene promittũt aruſpiſces, perſpiſſò euenit.

PERSTINO, perſtinas, perſtinare, Taxare, ſiue pro pretio deputare. Apul. Et percontato pretio quòd centum nummis indicaret, aſpernatus, viginti denarijs inquit perſtinaui.

PERSTREPO, perſtrepis, perſtrepui, perſtrepitũ, perſtrepere, Faire grand bruyt des pieds. Terent. in Eunucho, 3.5.52, Abeunt lauatum, perſtrepunt, ita vt ſit cum domini vbi abſint.

PERSTRINGO, perſtringis, perſtrinxi, perſtrictũ, perſtringere, dictũ eſt (inquit Nonius) valde ſtringere, & claudere. Plaut. in Mil. Perſtringunt oculorũ aciem in acie hoſtibus. Lucilius lib. 30, Perſtringat oculorũ aciem in acie hoſtibus ſplendore micanti. Cic. de Senect. Voluptas rationi inimica eſt, mentis (vt ita dicã) perſtringit oculos, nec habet vllum cum virtute cõmercium. Idem de fato, lib. 2, Aciem animorum virtutis ſplendore perſtringitis.

Perſtringere, Summatim & breuiter dicere. Cic. pro Sexto Roſcio, Sed in animo eſt, quemadmodum antè dixi, leuiter tranſire, ac tantũmodo perſtringere vnamquãque rem, vt omnes intelligant, me nõ ſtudio accuſare, ſed officio defendere. Idem de Amicitia, 42, Quem locum breuiter perſtrinxi paulò antè, præſidij, adiumentique cauſſa.

PERSVADEO, perſuades, perſuaſi, perſuaſum, perſuadere, Suadẽdo inducere, Par exhortations & parolles induyre aucun a faire, ou croire quelque choſe. Mettre en la fantaſie daucun, ou luy mettre en teſte. Plaut. in Epid. 8.26, Vno perſuadebit modo, ſi illã quæ adducta eſt mecũ, mihi adempſit Orcus. Idem in Bacch. 20.101, Perſuaſum eſt facere enim, cuius nũc me facti pudet. Terent. in Adel. 3.4.24, Perſuaſit nox, amor, vinũ, adoleſcẽtia. Cæſar lib. 4. cõment. Idoneũ quendam hominem & callidum delegit Gallum, ex illis quos auxilii cauſſa ſecum habebat, huic magnis præmijs pollicitationibúſque perſuadet, vt ad hoſtes trãſeat, & quid fieri velit, edocet: qui vbi ad eos venit, timorẽ Romanorũ proponit. Cic. de Senect. 72, Mihi quidẽ nunquã perſuaderi potuit animos dum in corporib⁹ eſſent mortalib⁹, viuere.

Perſuadere, Enhorter tant que on peult, & inciter a faire quelque choſe. Terent. in And. 2.3.46, Et is mihi perſuadet, nuptias quantũ queam vt maturem. Idem in Phor. Sed vtinam Getam inuenire poſſim vt rogem quod tempus conueniendi patris me capere perſuadeat.

Perſuaſorius perſuaſoria perſuaſorium. Suet. in Domitiano, cap. 8, Recuperatores, ne ſe ſemper perſuaſoriis aſſertionibus accõmodarent, identidem admonuit. Inductiues.

Perſuaſus perſuaſior perſuaſiſſimus. Suet. in Claud. Nerone, cap. 29, Ex nõnullis comperi, perſuaſiſſimum habuiſſe eum, neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum eſſe. Il auoit fort en ſa fantaſie.

Perſuaſor perſuaſoris, Qui met en teſte a aucun, & linduit a quelque choſe.

Perſuaſtrix perſuaſtricis, fœm. gen. Plaut. in Bacchi. 23.46, Eccas tandem, probri percelebræ & perſuaſtrices.

PERSVM, perfui, pereſſe, Eſtre fort. Gellius, Platoni & Socrati perfuit familiaris.

PERTAEDEO, pertædes, pertædui, pertædere. À quo

Pertædeſco pertædeſcis, pertædeſcere, Tædio vehemẽter affici, Eſtre fort faſche, ennuye & deſplaiſant. Gellius, Iámque omnes finem cuperent, verbíſque eius defatigati pertæduiſſent.

Pertæſus, pertæſa, pertæſum, Participiũ ſine verbo, inquit Serui⁹, Qui eſt ennuye, & deſplaiſãt.

Pertæſus, cum genitiuo. Plaut. in Moſtel. 5.3, Nam illi vbi ſunt, effugi foras: ita me ibi male conuiuij ſermoníſque pertæſum. Virgilius lib. 4. AEneid. Si non pertæſum thalami, tædæque fuiſſet.

Pertæſus, cum accuſatiuo. Suet. in Cæſ. Et quaſi pertæſus ignauiam ſuam, quòd nihil tum à ſe memorabile eſſet.

Pertæſus ſe aliqua re. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 56, Poſtremo ſemetipſe pertæſus talis epiſtolæ principio, tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt.

PERTEGO, pertegis, pertexi, pertectum, pertegere, Couurir tout a faict. Plaut. in Rud. 4.35, Quin tu in paludem is, exagitáſque harundines, qui pertegamus villam, dum ſudum eſt. Idem in Trin. 6.40, Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

PERTENDO, pertendis, pertendi, pertenſum, pertendere. Conari ad finem peruenire. Sefforcer de paruenir a quelque choſe. Terent. in Heaut. 5.5.9, Video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.

PERTENTO, pertentas, pertentare, Eſprouuer, Experimẽter. Terẽt. in And. 3.4.9, Sed ea gratia ſimulaui, vos vt pertentarem. Virg. Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Pertentare, Sæpe tentare. Virgil. lib. 3. georg. Nónne vides vt tota tremor pertentet equorum Corpora?

PERTERO, perteris, pertriui, pertritum, perterere, Diminuer & vſer en frottant. Plaut. in Menæh. 3.9, Tum compediti, ianuam lima perterunt.

PERTERREO, perterres, perterrui, perterritum, perterrere, Fort eſtonner & eſpouãter.

Terent. in Eunucho, 5.3.13, Pòst exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum.

Perterrefacio, perterrefacis, perterrefeci, perterrefactũ, perterrefacere, Idem. Terẽ. in And. 1.1. 142, Nunc tuum eſt officium, has bene vt adſimules nuptias, perterrefacias Dauum.

PERTEXO, pertexis, pertexui, pertextum, pertexere, Peragere, perficere. Tranſlatio ſumpta à textoribus, qui primo telam ordiuntur, & orſam deinde texunt. Cic. lib. 2. de Orat. Et pertexe modo Antoni quod exorſus es.

PERTICA, perticæ, f. Vng baton, ou vne perche. Plaut. in Aſin. 11.43, Nimis vellẽ pertícam. LI. cui rei? LE. quî verberarem aſinos, ſi forte occœperint clamare hinc ex crumena.

PERTIMEO, pertimes, pertimui, pertimere, Craindre fort.

Pertimeſco, pertimeſcis, pertimui, pertimeſcere, frequẽtatiuũ. Plaut. in Curc. 14.47. Spectacula ibi ruũt, ego pertimeſco. Idem in Trucul. 16. 57, Pertimui, poſtquam vna cura cor meum mouit. Terent. in Phor. 4.2.11, Pertimui belua.

PERTINEO, pertines, pertinui, pertentũ, pertinere, Vſq; ad finẽ tenere. Tenir touſiours.

Pertinere, Pertingere, Paruenir, Toucher iuſques a vng autre, ou tenir. Cæſar in cõmẽt. lib. 1, Ex eo oppido pons ad Heluetios pertinet.

Reſpexi ad ſenatuſconſultum pertinens ad eadem cauſſarum genera, Plin. epiſtol. 293, Touchant les meſmes affaires.

Pertinere, Attinere, Appartenir. Nam ea pertinere ad nos dicimus quæ dominii noſtri ſunt, & ea quę aliquo iure poſſidemus, quanuis non ſint noſtri dominij. Plin. epiſtol. 305, Contractis omnibus perſonis ad idem negotium pertinentibus.

Magis pol hæc malitia pertinet ad viros, quàm ad mulieres: vir eã, nõ mulier prægnãtẽ fecit. La malice eſt plus des hõmes &c. Ceſt plus la faulte des hommes. Plaut. in Trucul. 17.33.

Hoc quam ad rem credam pertinere ſomniũ, nequeo inuenire. Ie ne peu trouuer que veult ſignifier ce ſonge. Plaut. in Merc. 5.28. Plin. epiſt. 159. d, Sed cum princeps optimus, parẽnſque publicus rogatus à Pallante, eam partem ſententiæ, quæ pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies ſeſtertiũm, remitti voluiſſet &c.

Pertinere ad me, accipimus pro eo quod eſt officiũ meũ eſſe, ſiue onus mihi incumbere. Ceſt a moy affaire. Cic. de Amicitia, 58, Simplicem præterea & cõmunem, & cõſentientem, & qui rebus ijſdem moueatur, eligi par eſt: quæ omnia pertinent ad fidelitatem. Ibidem, 46, Sed eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Ibidem, 12, Quod non feciſſent profecto, ſi nihil ad eos pertinere arbitrarentur.

Pertinax pertinacis, o. g. Qui nimis tenax eſt, Qui eſt trop tenant. Plaut. in Capt. 6.49, Quid tu ais? tenáxne pater eſt eius? P. imò ædepol pertinax.

Pertinax, Aliquando in bonam partem accipitur pro perſeuerãte. Valerius Maximus lib. 1, Non mirum igitur ſi pro eo imperio augendo, cuſtodiendóque pertinax eorum indulgẽtia deorum ſemper excubuit, quòd tam ſcrupuloſa cura, paruula quoque momenta religionis examinari videntur. Liuius, Vincit tamen omnia pertinax virtus.

Pertinacia pertinaciæ, f. g. Perſeuerãtiæ finitima eſt, inquit Cicero. Pertinacite. Et in bonum & in malum accipitur.

In bonum. Suet. in Cæſ. Ne patientia & pertinacia hoſtis, animi ſuorum frangerentur.

In malum. Terent. in Hecyra, 3.5.46, Mane inquam, quò abis? PS. quæ hæc eſt pertinacia? Ibidem, 2.1.5, Itaque adeò vno animo omnes ſocrus oderũt nurus: viris eſſe aduerſas æquè ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt.

Pertinaciter, Fermemẽt, Perſeueremmẽt, obſtinemẽt. Plin. in Paneg. 141, O rẽ memoriæ literíſque mandandam, præfectum prætorij non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahẽtibus legere: eundémque otio, quẽ pertinaciter amet, reddere. Idem epiſt. 109. a, lib. v, Monitũ enim ne deſyderio ſenatoris non iam quaſi de nundinis, ſed quaſi de gratia, fama, dignitate certantis tam pertinaciter, præſertim in ſenatu repugnaret.

PERTINGO, pertingis, pertigi, pertactum, pertingere, Attaindre a quelque choſe.

PERTOLERO, pertoleras, pertolerare, Endurer iuſques au bout. Plaut. in Amphit. 15. 20, Fata iſthæc me præmũt, pertolerarem vim tantam, cladéſque exenclarem impatibiles.

PERTRIBVO, pertribuis, pertribui, pertributum, pertribuere, Bailler. Plin. epiſt. 307, Apud me & milites & pagani, à quibus iuſtitia eius, & humanitas penitus inſpecta eſt, certatim ei, qua priuatim, qua publicè teſtimonium pertribuerunt.

PERTVNDO, pertundis, pertudi, pertuſum, pertundere, Valde percutio, aut percutiendo frango, Perſer, Rompre. Columella lib. 7, Si forte ſarculũ calcauerit, aut acuta teſta, vel lapide

vngulam pertuderit. Idem lib.9, Sæpe euenit vt alius exitum nõ habeat, itaque pinna pertunditur, & iter digeſtis cibis præbetur. Plaut.in Pſeud.4.37, I puere præ:ne quiſquã pertundat crumenam cautio eſt.

Pertuſus pertuſa pertuſum, Perce, troué. Plaut.in Pſeud.5.13, In pertuſũ ingerim⁹ dicta doliũ.

PERTVRBO, perturbas, perturbare, Troubler tout. Plaut.in Amphit.16.75, Ego pol illum vlciſcar hodie Theſſalum veneficum, qui peruorſè adeò perturbauit familiæ mentẽ meæ. Terent.in And.3.4.22, Nihil eſt preci loci relictum, iam perturbaui omnia.

Perturbatio perturbationis, f.g. Eſt (vt inquit Cicero lib.4.Tuſcul.) auerſa à recta ratione contra naturam animi commotio.

PERVADO, peruadis, peruaſi, peruaſum, peruadere, Aller, ou ſeſpãdre par tout. Liuius, Cũ ex eo pauor ac trepidatio totã vrbem peruaſiſſet. Idem, Paſſim totã vrbẽ peruadit. Idem Murmur à tribunali totã concionem peruaſit. Idem de bello Punico, Cum pauor ac trepidatio totã vrbem peruaſiſſet. Idem, Vt clamor vrbem peruaderet, gratulãtiũ ſaluos redijſſe. Cic.in Verrẽ, Quacunque iter fecit eiuſmodi fuit, nõ vt legatus populi Romani, ſed vt quædã calamitas peruadere videretur. Ibidẽ, Te tanquã aliquã calamitoſam tẽpeſtatẽ, peſtémq; peruaſiſſe demõſtro. Ibidem, Locus intra Oceanũ iam nullus eſt, neque tam longinquus, neque tam reconditus, quo non per hæc tempora noſtrorum hominum libido peruaſit.

Peruadere per. Cic.in Verrem, Quantum incendium, non ſolum per agros, ſed etiam per reliquas fortunas aratorum iſto prætore peruaſerit. Idem pro lege Manilia, Erat etiam alia grauis, atque vehemens opinio, quæ per animos gentium barbararum peruaſerat.

Peruaſit in. Cic.in Verrẽ, Nec cum in Sicilia quidem fuit, eodem interuallo pars eius belli in Italiam vlla peruaſit.

PERVAGOR, peruagaris, peruagari, & Peruago peruagas, peruagare, Per aliquẽ locũ vagari, Aller & troter par tout. Plin.epiſt.317, Neque ciuitates tantũ, ſed vicos etiã atq; agros ſuperſtitionis iſtius contagio peruagata eſt, quæ videtur ſiſti & corrigi poſſe. Liuius lib.1, Nunc errabũdi domos ſuas vltimũ illud viſuri peruagarẽtur. Plin.epiſt.12.b, Iam enim dolor non pedibus ſolis, vt prius, inſidebat: ſed omnia membra peruagabatur.

PERVELLO, peruellis, peruelli & peruulſi, peruulſum, peruellere, Vellicare, & punctiũculis torquere, Poindre, Tormẽter par poingnemẽts. Cic.li.3.Tuſc. Quid mœres? cur ſuccũbis, cediſq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit & pungere, nõ potuit certe vires frãgere.

PERVENIO, peruenis, peruenì, peruentũ, peruenire, Paruenir. Plin.epiſt.254, Ipſe peruenì ad fontẽ puriſſimũ. Terẽt.in prol.Eunuc.13, Aut vnde in patriũ monimẽtũ peruenerit.

Peruenit ad me hęc res, Iay reſceu ceſte choſe, on men a aduerti. Plau.in Mil.7.49, Si ad herum hæc res peruenit, periiſti pulchrè.

Ita eſt: ſed ſine me peruenire quò volo. Laiſſe moy paruenir a mes attaintes, dire ce que ie veulx dire. Terent.in Eunucho, 1.2.44, Idem in Phor.4.3.35, Quis te iſtæc iuſſit loqui? c.imò non potuit melius peruenirier eò quò nos volumus.

Queratis chlamydẽ & machęrã vnde ad me peruenerit, Qui me la dõne. Plau.in Curc.14.33.

Peruenire in poteſtatem alicuius. Plaut.in Rud.30.51, iſque in poteſtatem meã peruenerit.

Peruenire prouinciam. Plin.epiſt.233, Pertinet enim ad animum meum, quali itinere prouinciam peruenias.

PERVENOR, peruenaris, peruenari, Chaſſer au beſtes ſauuages. & per trãſlationẽ, cercher Plaut.in Merc.17.3, Defeſſus ſum vrbem totam peruenarier.

PERVERTO, peruertis, peruerti, peruerſum, peruertere, Renuerſer ce que deſſus deſſoub. Plaut.in Aulul.17.16, Ei rei dant operam ne cœnet ſenex, aulas peruertunt, ignem reſtingunt aqua. Idem in Sticho, 5.14, Cubitis depulſa de via, tranquillam viam concinna: ſi rex obſtabit, obuiam regem peruertito ipſum. Rue le moy en bas.

Peruertere aliquem, Le corrumpre & gaſter.

Peruerſus peruerſa peruerſum, Mauuais, peruerti & gaſte. Plaut.in Menæh.20.1, AEdepol næ hic dies peruerſus atque aduerſus mihi obtigit.

Illic & hîc peruerſus eſt, Plaut.in Trucul.4.48.

Peruerſitas peruerſitatis, f.g. Mauuaiſtie.

Peruerſè, aduerbium, Malicieuſement, mauuaiſement, meſchãment. Plaut.in Amphit.16.74, Qui peruerſè adeò perturbauit familiæ mentẽ meæ. Idem in Moſtell.13.14, Senex hic cerebroſus eſt certe. D.erras peruerſè pater.

Peruerſe videre, Voyr mal, & nauoir point bonne veue, ſabuſer a voyr. Plaut.in Merc.6.20,

Quid ego tibi ætatis videor? L. acheronticus ſenex, vietus, decrepitus. D. peruerſè vides, puer ſum Lyſimache ſeptuennis.

PERVESTIGO, peruestigas, peruestigare, Quærẽdo inuenire, Trouuer en cerchãt. Plaut. in Merc. 22. 94, Certum eſt exequi operam vt ſumã ad peruestigandũ vbi ſit illæc. Cic. lib. 2. de Orat. Noſſe regiones intra quas venias, & peruestiges quid quæras.

PERVICAX, peruicacis, o. g. Durus, cõtentioſus, nulli cedens, perſeuerãs cum quadam vi. Obſtine, Tenãt bon & ferme. Terẽt. in Hecyra, 4. 1. 18, Adeón' peruicaci eſſe animo, vt puerum præoptares perire, ex quo firmiorem inter nos fore amicitiam poſthac ſcires?

Peruicacia peruicaciæ, Durities, obſtinatio.

Peruicacia & pertinacia hoc diſtant, inquit Nonius. Peruicacia eſt interdum bonarum rerum perſeuerantia. Pertinacia ſemper malarum. Accius Myrmidonibus, Tu pertinaciã eſſe Archiloche hanc prædicas, Ego peruicaciam aio, & me vti volo. nam peruicacem dicis me eſſe, & vincere perfacile patior: pertinacem nihil moror. hæc fortes ſequitur: illam indocti poſſident. tu addis quod vitio eſt: demis quod laudatur.

Peruico peruiconis, o. g. dicitur pro peruicaci, teſte Nonio. Accius, Sed peruico Aiax animo atque morabilioni. Plaut. in Aulul. Hic quidam peruicus cuſtodem addidit.

PERVIGILO, peruigilas, peruigilare, Totã noctẽ inſomnẽ ducere, Veiller toute la nuyct. Martialis, Nam vigilare leue eſt, peruigilare graue. Plaut. in Aulul. 4. 33, Peruigilat noctes totas. Idem in Amphit. 4. 160, Nam continuas has tres noctes peruigilaui.

Peruigilium peruigilii, n. g. Multa vigilatio & cuſtodia. Veille que on faict toute la nuyct. Plin. lib. 11, Peruigilio quidem vincuntur cibi.

Peruigilium, Sacrum nocturnum quo vigiliæ indicuntur, vt per totam noctem vigiletur. Liuius lib. 23, Caſtra Campana vt peruigilio neglecta ſimul omnibus portis inuadit. Suet. in Calig. cap. 54, Nec alia de cauſſa videretur eo die quo periit, peruigilium indixiſſe, quàm vt initium in cœnam prodeundi licentia temporis auſpicaretur.

PERVINCO, peruincis, peruici, peruictum, peruincere, Surmõter. Plaut. in Curcul. 4. 58, Si me amas, eme: ne rogites: facito vt pretio peruincas tuo.

PERVIVO, peruiuis, peruixi, peruictum, peruiuere, Viure iuſque a la fin. Plaut. in Pœn. 2. 13, Exerce vocem quam peruiuis & colis. Idem in Capt. 12. 84, Etſi peruiuo vſque ad ſummam ætatem, tamen breue ſpatium eſt perferundi quæ minitas mihi.

PERVIVS, peruia, peruium, Per quod facile tranſitur, Par ou il y a paſſage, & ou on peult entrer. Plaut. in Aulul. 12. 83, Qui angulos omnes mearũ ædium & conclauium mihi peruiũ facitis? Terent. in Adel. 4. 2. 40, Id quidem angiportum non eſt peruium. Il ny a point de paſſage par la. Ibidem, 5. 7. 14, Euge iam lepidus vocor, fratris ædes fient peruiæ.

Peruius, penetrabilis. Ouid. lib. 2. Metamorph. Domus eſt imis in vallibus huius Abdita, ſole carens, non vlli peruia vento.

PERVOLO, peruis, peruult, peruelle, Valde cupere, Fort deſyrer. Plaut in Pſeud. 4. 74, Simul autem perhibet, faciẽt aduorſum eos qui peruolunt. Idem in Curcul. 3. 8, Nam vbi tu profuſus, ibi ego me peruelim ſepultam. Idem in Epid. 11. 9, Peruelim mercedem dare qui mõſtret nũc eum mihi hominem, aut vbi habitet. Liuius, Peruelim ſcire vtrum qui deſcẽdunt, an qui retinentur, de me querantur.

PERVRO, peruris, peruſſi, peruſtum, perurere, Tout bruſler, acheuer de bruſler. Plin. epiſt. 121. a, Quinetiã cum peruſtus ardẽtiſſima febri, tandem remiſſus, vnctúſque acciperem à medico potionem, porrexi manum.

PERVVLGO, peruulgas peruulgare, Diuulguer, ſemer quelque choſe.

Peruulgatum eſt, Ceſt vne choſe trop cõmune. Plaut. in Bacchid. 20. 158, Vos nunc ne miremini quòd non triumpho, peruulgatum eſt, nihil moror.

Peruulgatꝰ peruulgata peruulgatũ, Tout cõmun. Ter. in Heaut. 1. 1. 49, Vbi rẽ reſciui, cœpi nõ humanitus, neq; vt animũ decuit ægrotũ adoleſcẽtuli tractare, ſed vi & via peruulgata patrũ.

PES, pedis, m. g. Vng pied. Quo in gradiẽdo vtimur. Dicitur totũ quod eſt a femore ad calcẽ.

Pedes, aliquando aduerbialiter ponitur. A pied. Curtius, Pedes agmen circuibat.

Pedibus, Idem. Suet. in Cæſ. In agmine nõnunquã equo, ſæpius pedibus anteibat. Cic. Fabio Gallo, Sed tu pedibus es cõſecutus. Idem in Vatiniũ teſtẽ, Cum illud iter Hiſpanienſe pedibus ferè cõfici ſoleat, aut ſi quis nauigare velit, certa ſit ratio nauigãdi. Cæſar in cõmẽt. Vno omnino loco flumen pedibꝰ atque ægrè tranſiri poteſt. Ibidẽ, Tarracone diſcedit, pedibúſque Narbonã atque inde Maſſiliã peruenit. Liuius, Cum vident illas vehi per vrbẽ, ſe pedibus ſequi. Idem, Per Siciliam pedibus profectus, freto in Italiam traiecit.

Pedibus ſtipendia facere, Eſtre pieton de guerre. Idem ſignificat pedibus merere. Liuius ab vrb. cond. Qui tum ſtipendia pedibus propter paupertatē feciſſet. Idem de bello Punico, Conſultum vt omnes ij pedibus merērent.

Ad pedes deſilire, Deſcendre de deſſus ſon cheual. Cæſ. in cōmēt. Conſuetudine ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoſſiſque equis, compluribuſque noſtris victis, reliquos in fugam cōiecerunt.

Pedibus ire, Aller a pied. Plaut. in Sticho, 5.19, Pedibus ire non queo.

Pedem nuſquā. Terēt. in Adel. 2.2.19, Præterea autē te aiūt proficiſci Cyprū. Et paulò pòſt, Nuſquā pedem, perij hercle, hac illi ſpe hoc incœperunt. Ie ne bouge, ie ne vais nulle part.

Pedum viſa eſt via. Terēt. in Phor. 2.2.12, Factum eſt periculum: iam pedum viſa eſt via. Iay ia aduiſe par ou ie deoye fuyr.

Pes, caput. Plaut. in Capt. 11.83. Nugas ludificabitur, garriet, quòd neque pes vnquā, neque caput compareat. On nen trouue rien.

Pedibus ire in ſententiam. vide E O, is.

Pedem conferre. vide C O N F E R O.

Pedem ſtruere veteres pro eo vſurparunt quod eſt fugere, inquit Feſtus.

Pes etiā dicitur fœdū capitis animal, à multitudine pedū. Plaut. in Curcul. 10.14, Vt muſcæ, culices, pedéſque, pulicéſque, odio malo & moleſtiæ, bono vſui eſtis nulli. Poulx.

Pes, Menſuræ genus, Vng pied de meſure.

Pes, Funis, quo in naui tenditur velum. Virg. lib. v, Vnà omnes fecēre pedem.

P E S S V L V S, peſſuli, Paruus pes, inſtrumentū quo oſtiū clauditur. Vng verrou. Plaut. in Aulul. 5.26, Occlude ſis fores ambobus peſſulis: iam ego hic adero. Terent. in Heaut. 2.3.37, Anus foribus obdit peſſulum, ad lanā reddit. Elle ferme lhuys au verrou. Idem in Eunuch. 3.5.55, Et ſimul alia circūſpecto ſatín' explorata ſint: video eſſe, peſſulum oſtio obdo.

P E S S V M, aduerbiū, Deorſum, Droit en bas. quaſi ad pedes vel ſub pedib⁹. Soub les pieds. Vnde peſſum premere, Plaut. in Moſtell. 16.50, Facilius perferā, quàm vt non iſtunc ego ſuis pro factis peſſumis peſſum premam. Fouller aux pieds.

Peſſum abire. Plau. in Aulul. 17.12, Eodem modo ſeruum ratem eſſe amāti hero æquū cēſeo, vt toleret, ne peſſum abeat. Quil naille au fond, quil ne ſe noye.

Peſſum eo. Plaut. in Ciſtell. 5.12, Frangit amantē animū: neque, niſi quia miſer ne eo peſſum, mihi vlla abeſt iam perdito pernicies. Que ie ne ſoie perdu. Plin. lib. 4, Peſſum iere vitæ pretia, omnéſque à maximo bono liberales dictæ artes in cōtrariū abiere. Ceſt faict. on nen tient plus de conte.

P E S S V N D O, peſſundas, peſſúndare, Fouller aux pieds. Terent. in And. 1.3.3, Quæ ſi non aſtu prouidentur, me, aut herum peſſundabunt.

Peſſundare aliquē, Le mettre au bas, le perdre & gaſter. Plaut. in Bacch. 8.3, Quò te ſequar? aut quò nunc me ducis? 1. ad illam quæ tuū perdidit, peſſundedit tibi filium vnicū. Idem in Rud. 13.23, Peſſum dediſti me blandimentis tuis.

Peſſundare iracundiam. Plaut. in Merc. 22.6, Ita peſſumas peſſundedi, iram, inimicitiam, lachrymas, mœrorem, exilium.

P E S T I S, huius peſtis, f. g. Morbus. Peſte. Plaut. in Amphit. 7.23, Peſtis te tenet.

Peſtis, aliquando de homine dicitur, Dāgereux, dómageux, pernicieux. Terent. in Adel. 2.1. 34, Leno ſum, fateor, pernicies communis adoleſcentium, periurus, peſtis.

Peſtis in amicitia, Vne choſe dāgereuſe, qui incōtinēt romp lamitie. Cic. de Amicitia, 33, Peſtem enim maiorem eſſe nullam in amicitijs, quàm in pleriſque pecuniæ cupiditatem.

Peſtilētia peſtilētiæ, Idem. Plin. lib. 7. cap. 50, Qua in re obſeruatū in meridianis partib⁹, ad occaſum ſolis peſtilentiam ſemper ire. Ibidem, Alios pubertate deponi à fœminis præcipue. Idem lib. 37. cap. 27, Peſtilentiæ quæ ſolis obſcuratione contrahitur.

Peſtilens peſtilentis, o. g. Peſtilent, ou peſtilencieux, dāgereux de peſte. Cic. lib. 1. de Fato, Inter locorum naturas quantum interſit, videamus alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes.

Peſtifer peſtifera peſtiferū, vt fulmen peſtiferū, quod mortem aut exiliū oſtendit, inquit Feſtus.

Peſtilitas peſtilitatis, f. g. Apud antiquos legebatur, teſte Nonio, & idem eſt quod peſtis. Lucretius lib. 6, Hæc igitur ſubito clades noua, peſtilitáſque.

P E T A L V M, petali, Latinè dicitur folium.

P E T A S V S, petaſi, m. g. Capitis tegmē, galero perſimile, ſiue ipſe galer⁹. Plaut. in Amph. 3. 143, Ego has habebo vſq; in petaſo pinnulas. tū meo patri autē torul⁹ inerit aure⁹ ſub petaſo. Petaſus, fit à Græco πετάννυμι, quod eſt extendo.

Petaſus, per trāſlationem dicitur quod in galeri formā ædificijs ſuperpoſitū, extenſum & ex-

plicatum, in metæ formam ſe trahens. Plin.lib.36, Supra id quadratum pyramides ſtant quinque, quatuor in angulis, & in medio vna. In imo latæ pedum quinum ſeptuagenum, altæ cētenū quinquagenū, ita faſtigiatæ vt in ſūmo orbis æneus & petaſus vnus omnibus ſit impoſit⁹, ex quo pendeāt, excepta catenis tintinabula, quæ vēto agitata lōgè ſonit⁹ referāt.

Petaſatus petaſata petaſatū, Qui galero, & capitis ornamēto vtitur. Suet. de Auguſto, AEſtate, apertis cubiculi forib⁹, ac ſæpe in periſtylo ſaliente aqua, atque etiā ventilāte aliquo cubabat. Solis verò ne hyberni quidem patiens, domi quoque non niſi petaſatus ſub dio ſpatiabatur.

PETASO, petaſonis, m.g. Caro porcina, quam alij coxam, alij eā partem ſuis dicūt, quæ ab alis incipit, & coſtas cōprehēdit, quibuſdā veluti virgulis pinguibus diſtincta. Fruſtum de perna præciditur, & ſale obrutum, deinde in fumo ſuſpenſum adſeruatur. Martialis, Muſteus eſt propera, charos ne differ amicos: Nam mihi cum vetulo ſit petaſone nihil.

Petaſunculus petaſunculi, diminutiuum. Iuuenalis, Petaſunculus & vas Pelamidum.

PETAVRVM, petauri, Gen⁹ ludi & machina quædā lignea, Quo quidē ludi genere homines per aera rotarū pulſu iactabātur. Martialis, Quē rota tranſmiſſa toties impacta petauro.

Petaurum dici etiā poteſt id ſupra quod hòmines agilitate corporū inſignes ludūt, vt haſtæ, circa quas ſe voluūt: funes ſupra quos etiā reciproci ambulāt. Circuli, per quos ſe more piſcium tranſmittunt. Tabulæ è quibus in aera pendent, vno brachio ſe ſuſtinentes.

Petaurum Græci dicunt eſſe laqueum & aſſeres, quibus domos tegunt. Iulius Pollux exiſtimat caueam eſſe in quam ſe cortis alites cubitum ituræ conferunt.

Petauriſta petauriſtę, m.g. Dicuntur petauriſtæ, qui ita ludunt, & leuioribus ſaltibus mouētur. Bateleurs, Ioueurs de ſoupleſſes. Varro lib.1. de vita populi Romani, Nec minus alio in genere ſunt ludi velitis Galli, Germani, petauriſtæ.

Petauriſtæ, ſiue petauri, à πέταθαι, id eſt volare, dicuntur.

PETO, petis, petiui, petitū, petere, Propriè eſt (authore Varrone) ſuppliciter & precario aliquid poſtulare, Requerir aucun pour quelque choſe. Virg.lib. VIII. AEneid. Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem Qui petat auxiliū. Cicero, Te autē pro vetere noſtra neceſſitudine etiā atque etiā peto, vt eius filios qui in tua poteſtate ſunt, mihi potiſſimū cōdones. Plaut. in Rud.4.45, Semper petūt aquā hic, aut ignē, aut vaſcula. Petere auxiliū apud Terēt. in Phor.5.1.2. Cic.lib.9.epiſt. Dolabellæ, Peto igitur à te, vel ſi pateris, oro, vt &c.

Petere, Cōmemorare, inquit Nonius. Virg.lib.8. AEneid. Quid cauſſas petis ex alto?

Petere, Percutere, ferire, Frapper, heurter. Virg. in Buc. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenā. Liuius lib.22, Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem.

Petere, Appetere, Deſyrer. Virg.lib.8, Notúmque petiuit Cōiugis infuſus gremio per mēbra ſoporem. Cic. de Amicitia, 10, Qui cōſulatū petijt, nunquā factus eſt conſul bis.

Petere, Sequi, Suyure. Virg.lib.v, Quem petit, & ſummis annixus viribus vrget. Lucilius lib.27, Rerum explicationem mittam, miſerum mendicum petam.

Petere, Abducere, Emmener, enleuer. Virg.lib.VI, Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit. Liuius lib.1, Iam Horatius cæſo hoſte victor ſecundam pugnam petebat.

Petere, Inquirere, Chercher. Virg.lib.8, Euandrū petimus. Terent. in Heaut.5.2.25, Abijt, ac rogaſſe vellem. CL. quid? vnde mihi peterem cibum, ita nos abalienauit.

Petere, Cupere, appetere, Couuoiter, deſyrer. Virg.lib.3. georg. Pulchrámque petiuit per vulnera mortem. Lucilius lib.26, Sin autem hoc vident bona ſemper petere ſapientem, & putant. Petere cupienter, apud Plautum, in Pſeud.10.18.

Petere, Eligere. Virg.lib.4. georg Principio ſedes apibus, ſtatióque petenda.

Petere, Obtinere. Virg.lib.1. AEneid. Quæ proxima littora curſu, Contendunt petere. Terent. in Eunucho, 3.2.38, È flamma te petere cibum poſſe arbitror.

Petere, Manere, expectare. Virg.lib.8. AEneid. Troianos hæc monſtra petunt.

Petere, Tenere. Virg.lib.1, Summiſſi petimus terram, & vox fertur ad aures.

Petere, Inſidias tendere. Plancus Ciceroni, In quo caſu hāc capio voluptatem, quòd certe quo magis me petiuerūt, tanto maiorem his fruſtratio dolorem attulit.

Petere, Violenter aggredi, Aſſaillir pour tuer. Cic. pro Ligario, Quid enim Tubero tuus ille diſtrictus in acie Pharſalica gladius agebat? cuius lat⁹ ille mucro petebat? Que cherchoit ou demādoit il daſſaillir? Sall. in Iug. Ipſe acer bellicoſ⁹: at is quē petebat, quiet⁹, imbellis erat.

Petere, Proficiſci, Aller. Suet. in Veſp. Et Cutilias ac Reatina rura vbi æſtiuare quotannis ſolebat, petijt.

Petere, quando conſtruitur cum ablatiuo inſtrumentum ſignificante, pro inſtrumenti diuerſitate, diuerſa ſignificat, ſiue in rem, ſiue in perſonam referatur.

Petere auribus, Audire.

Petere curſu, Obtinere, adipiſci, Rateindre. Virg. lib. 8, Quæ proxima littora curſu Cõtendunt petere.

Petere blanditijs, Blandiri. Quintilianus, Nouercam blanditiis petit.

Petere gladio aut veneno, aut lapide, aut cornu, & huiuſmodi, Inuadere, ferire, & ſaluti inſidiari. Aſſaillir, Frapper. Virg. Iam curnu petat, & pedibus quo ſpargat arenam.

Petere manu, Abducere. Virg. Tartareum ille manu cuſtodem in vincla petiuit.

Petere pedibus, Cheminer. Apul. Dum pedibus iter faciens propinquum rus peterem.

Petere precibus, Conciliare. Apul. Cum me lachrymis precibuſque petijſſet.

Petere mutuum, Emprunter. Plaut. in Curcul. 2. 68.

Petere ſecretum, Se retirer en quelque lieu ſecret. a part. Plin. epiſt. 5. e.

Petere alte ſuſpirium, Soupirer profondement. Plaut. in Ciſtell. 2. 47.

Petere cum duobus accuſatiuis. Plin. epiſt. 48. a, Legati prouinciæ Bethicæ queſturi de procõſulatu Cæcilii claſſici, aduocatum me à ſenatu petierunt.

Petere à vel ab. Cic. Audes quicquã ab iſtis petere? Plau. in Cap. 12. 62, Petito ab eo iſtã gratiã

Peteſſo peteſſis, peteſſere, antiquũ verbũ, idem ſignificat quod peto, ſicut impetraſſo, recõciliaſſo, cõmonſtraſſo, qualia apud Plautum leguntur plurima. Cic. lib. 2. Tuſculan. Qui hanc gloriam peteſſunt, nullum fugiunt dolorem. Plaut. in Trin. Vtram potius harum mihi artem expeteſſam. Et in Amphit. 3. 24.

PETIGO, petiginis, fœ. g. Morbi genus, qui & impetigo dicitur, quòd vicina petat, ſeſe latè ſumma cute diffundens, occupat plerunque totum vultum oculis exceptis. Gratelle. Lucilius lib. 30, Illuuies, ſcabies oculos huc, denique petigo huc conſcendere.

PETILANSVRA, petilanſuræ, f. g. Vngula equi albi.

PETILVS, petila petilũ, Tenuis, exilis, inquit Nonius. Lucil. Inſignis varijs crucib⁹ & petilis.

PETORITVM petoriti, Gallicũ vocabulũ, genus vehiculi apud Belgas Galliæ ciuitatem repertum, vt Varro ſcribit. Quanuis ſint qui ex Græco vocabulo & latino compoſitum velint. dictúmque à voluendis rotis, vt Gellius teſtatur. Horat. lib. 1. Serm. Atque cabali Paſcendi, ducenda petorita, nunc mihi curto Ire licet mulo.

PETRA, petræ, f. g. Vne pierre.

Petroſus petroſa petroſum, Pierreux, Plein de pierres.

Petrones ruſtici (inquit Feſtus) ferè dicuntur, propter vetuſtatem, & quòd deterrima quæque ac prærupti iam agri petræ vocantur, vt rupices ijdem à rupis, aliter à petrarũ aſperitate & duritia dicti. Hinc Plautus Petronem veruecem duriorem eleganter dixit, vbi ait in Capt. 13. 51, Qui petroni nomen indunt verueci ſectario: eum ego ſi in via petronem publica conſpexero, & petronem & dominum reddam mortales miſerrimos.

PETROSELINVM, petroſclini, n. g. Quaſi petrarũ apium. nã inter lapides melior naſcitur. Percil. Plin. lib. 20. cap. 12, Alio genere petroſelinũ quidam appellant in ſaxis natum.

PETVLANS, petulantis, o. g. Improbus, qui per contumeliam alios petit, Qui aſſault vng aultre par iniures. Cice. Deſine bonos petulantiſſima inſectari lingua. Idem lib. 2. de Orat. Illud aſſequor, vt ſi quis mihi fortè maledicat, petulans, aut ſane inſanus eſſe videatur.

Petulantia petulantiæ, Effrænatio immodica ad quodlibet vitium. Hardieſſe de tout mal faire. Cic. de Senect. Vt petulãtia & libido magis eſt adoleſcẽtũ quàm ſenũ, nec tamen omniũ adoleſcentũ, ſed nõ proborũ. Idem lib. 4. de rep. à petẽdo, petulãtia: à procãdo, id eſt poſcẽdo, procacitas nominata eſt. Plaut. in Menæch. 16. 43, Tuam qui poſſim perpeti petulantiam.

Petulanter aduerbium, Id eſt laſciué. Ouid. Quinetiam vt poſſem verbis petulantius vti, Non ſemel ebrietas eſt ſimulata mihi.

Petulcus petulci, Laſciuus, Semillant, qui frappe ou aſſault maintenant vng maintenãt autre. Virg. Hœdíque petulci.

PETVS peti, m. g. Qui alterum oculum minorem habet. Plaut in Mil. 10. 127, Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut petum, aut brocchum.

P H

PHAGEDAENA, phagedænæ, Græcè φαγεδαίνα, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, hoc eſt ab edẽdo. Eſt exulceratio vſque ad oſſa celeriter depaſcens, cum inflãmatione ſaniem malè olentẽ emittẽs, & ad mortẽ perducẽs. Author eſt Iulius Pollux. Plin. lib. 20. cap. 4, Semen quoque ex aqua impoſitum ſiſtit vlcera quæ phagedænas vocant.

Phagedæna, putatur eſſe morbus quem in iumentis vermem appellant, apud Columellã lib. 9. cap. 12, Sæpe etiam vitio, quod Græci φαγεδαίναν vocant, intereunt.

PHAGVS, Vide FAGVS.

PHALACRON, Græci caluum dicunt. Hinc

Phalacrocorax, aquaticus coruus. Plin. lib. x. cap. 48, Iam & in Gallia, Hiſpaniáque capitur, & per Alpes etiam vbi & phalacrocoraces aues, Balearium inſularum peculiares.

PHALANX, phalãgis, f. g. Phalanges, Ligna teretia, qualia ſunt quæ nauigijs, dum ſubducũtur ad litus, aut ad mare trahuntur, ſupponi ſolent. Rouleaux, tours. Nonius. Scribit Herodotus AEthiopas vicenos dentes elephantorum, grandes, & è materia hebeni cẽtenas phalanges tertio quoque anno tributi vice, regibus pendere ſolitos. Plinius lib. 7, Phalangæ fuſtes ſunt, nodis carentes, quibus Afri prælium cõtra AEgyptios primi fecerunt. Varro, Cũ Pœnus in fretum obuiam veniſſet noſtris, & quoſdam cepiſſet crudeliſſimè, pro phalangis carinis ſubijcere: quo metu debilitaret noſtros.

Phalanges etiam digitorum internodia dicuntur.

Phalanx, Araneorum genus, quod & phalangium nominatur.

Phalanx, Regula continens lances, hoc eſt libram. Item ipſa libra, hoc eſt quod Latini pondo dicunt.

Phalanx, Agmen eſt militare, quo Macedones vtebantur, quemadmodum legione Romani. Continebat autem octo millia armatorum: nullúmque genus aciei apud Macedones validius erat. Dicta vel ἀπὸ τοῦ πελάσαι ἀγχι, hoc eſt, à propius accedendo. vel ἀπὸ τοῦ φαλοῦ, quod clarum ſignificat. Plin. de viris illuſt. 37, Rhegium regreſſus, quinqueremẽ hoſtium copijs pedeſtribus cepit, phalangem in Siciliam traduxit.

Phalango phalangas, phalangare, Onus aliquod huiuſmodi fuſtibus vehere, Rouller quelque fardeau ſur rouleaux. Afranius, Et capream vnam ſemilaceram quaterni ſimul phalangabãt. Alij palangare ſcribunt.

Phalangarius phalangarij, Qui aliquid operis phalangis tranſuehit: qui modo tetraphori, modo hexaphori dicuntur.

Phalangarij appellati ſunt milites, qui erant in phalange, quales habuit ad imitationem magni Alexandri, Alexander Syrus Romanorum imperator, vt author eſt Lampridius.

Phalangium phalangij, n. g. Genus aranei, quòd omnibus internodia terna ſint in cruribus. Plin. lib. 29. cap. 4, Phalangium eſt Italiæ ignotum, & plurium generum. Vnum ſimile formicæ, ſed multo maius, ruffo capite, reliqua parte corporis nigra, albis intercurſantibus reſperſum guttis. Acerbior eius quàm veſpæ ictus. Viuit maxime circa furnos & molas.

PHALARICA, phalaricæ, à phalis, id eſt turribus, dicta eſt: quia turres defendit. Vel à phalari Siculo tyranno, vt Anianus inquit. Hæc (vt Vegetius ſcribit) ad modum haſtæ valido præfigitur ferro, quod in longitudine habet pedes tres, vt cum armis corpus tranſfigat: inter cuius tubam & haſtile, ſulphur, reſina, bitumen ſtupa conuoluuntur infuſa oleo, quod incendiarium vocant, balliſtæ impetu deſtinata, prærupto munimine ardens, figitur ligno, turritámque machinam incendit. Eſt autẽ magna & parua phalarica. Vnde Lucanus dixit, Phalaricam neruis mitti tortibus. Virgilius verò ait Turnum manu iaculari potuiſſe. Vnde lib. 9, Sed magnum ſtridens contorta phalarica venit Fulminis acta modo.

PHALERAE, phalerarum, f. g, Pluralis numeri, Ornamenta ſunt equorũ, ἀπὸ τοῦ φαλοῦ, vel à Græco verbo quod illuſtrare ſignificat. Bardes. Virg. lib. v, AEneid. Primus equum phaleris inſignem victor habeto.

Phaleræ, Equitum & nobilium ornamenta etiam dicuntur. Liuius lib. 12 tradit Comitia Flauij ædilitia tantum habuiſſe indignitatis vt, plerique nobilium aureos annulos & phaleras deponerent. Plinius lib. 33, refert olim ab ordine equeſtri phaleras fuiſſe poſitas ex indignatione.

Phaleratus phalerata phaleratum, Qui eſt barde. Suet. in Claud. Craſſus frugi equo phalerato & in veſte palmata.

Phalerata dicta Donatus interpretatur honeſta atque ornata, apud Terent. in Phor. 3. 2. 15, Adeóne te eſſe incogitãtem, atque impudentem Phædria, vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductes gratis? Par belle parolles.

PHANATICVS, phanatici, dicitur, qui diuino ſpiritu afflatus eſt, & cui multæ vanæ apparitiones ſunt, qualem inſanientem Aiacem fuiſſe poetæ ferunt. Hunc morbum, errorem vocat Horatius, Aut phanaticus error, & iracunda Diana.

PHANTASIA, phantaſiæ, Imago rerum inſidentium animo.

PHANVM, phani, Templum dicitur. Phanum enim apertum ſignificat: quòd omnibus ad-

euntibus aperta ſint templa.

PHARETRA, pharetræ, Inſtrumentum quo ſagittæ feruntur. Vne trouſſe, ou quercois. Virg. Succinctam pharetra, & maculoſæ tegmine lyncis. À græco φέρω.

Pharetratus pharetrata pharetratum, Qui fert pharetram.

PHARMACVM, pharmaci, Græci φάρμακον, mediũ verbũ, quod pro veneno & pro medicamẽto accipi poteſt. Vnde Caiꝰ Iuriſcõſ. Qui pharmacũ dicit, debet addere bonũ vel malũ.

Pharmacopola pharmacopolæ, dici poteſt vnguentarius, qui pharmaca id eſt venena vel medicinas venditat. Apoticaire. Componitur ex φάρμακον & πωλέω vendo. Horat. in Serm. Ambubaiarum collegia pharmacopolæ.

Pharmaceutice, Dicitur medicina quæ medicamentis curat.

PHARIAS, phariæ, m. g. Serpẽs eſt, ſulcum dum ſerpit, cauda in terra faciens, & ſuper eam ferè ambulans. Lucanus, Et contentus iter cauda ſulcare pharias.

PHASELLVS, Vide FASELLVS.

PHASEOLVS phaſeoli, qui & phaſelus, aut phaſilus, ſiue paſeolus vel paſilus dicitur, Genus eſt leguminis, de quo Colu. lib. 2. cap. 10, Ab hoc recte phaſelus terræ mandabitur vel in verũecto, vel meliꝰ pingui & reſtibili agro. Idẽ, Phaſeoli modij quatuor obruũtur, totidẽ oberis. Plin. lib. 27. cap. x1, Iſopyron, vocãt aliqui phaſeolum, quoniã foliũ quod eſt aniſo ſimile, in pãpinos torquetur. Capitula ſunt in ſummo caule tenuia, plena ſeminis melanthij.

Phaſelinus phaſelina phaſelinum, Quod ex phaſelo factũ eſt. vt phaſelinum oleum. Plin. lib. 23. cap. 4, Lirinon quod & phaſelinum & Syrium vocauimus, renibus vtiliſſimum eſt.

PHASIANVS, phaſiani, m. g. Auis nota, Vng phaiſan. à Phaſi fluuio ad nos traductus ab argonautis. nanque ex ea regione in Græciam tranſportatæ ſunt. Martialis, Argoa primùm ſum tranſportata carina. Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

Phaſiana phaſianæ, f. g. Idem. Plin. lib. x. cap. 48, Rurſus phaſianæ in Colchis geminas ex pluma aures ſubmittunt, ſubrigúntque.

Phaſianarius phaſianarij, Qui phaſianos paſcit. Paulus iuriſcõſ. Phaſianarij autẽ & paſtores anſerum non continentur.

PHIALA, phialæ, Vas vini vel aquæ, plerunque ex auro conflatũ. Omnia enim vini vel aquæ vaſa, phialæ dici poſſunt. Vnde Iuuenalis aurea vocat phialas, dicẽs, Varro tenet phialas, tibi non committitur aurum. Hoc eſt, vaſa aurea quæ Varroni commendata ſunt. Græci ἀπὸ τοῦ πίνειν, πῶ εἰς φ, id eſt, à bibendo.

PHIDICIA, phidiciorum, cœnationes Lacedæmonij ſeu conuiuia nominabant. Siue quòd philias, id eſt amicitiæ cauſſa inſtituta ſint. Siue potius à parſimonia, φείδομαι enim ſignificat parco & abſtineo. φειδὼ parcitas & parſimonia. φειδωλὸς parcus. Vnde phidicia, conuiuia parca & frugi. Cic. lib. v, Tuſcul. Quid victum Lacedæmoniorum, in phidicijs nónne videmus? Conueniebant enim ad phidicia conferentes ſinguli farinæ modium, vini choros octo, caſei quinque minas, ficuum quinque ſemis minas.

PHILANTHROPOS, Latine humanus, id eſt amans homines.

Philanthropos, Lapæ genus, quod veſtibus hominum adhærens, eos amare videatur. Plinius lib. 24. cap. 19, Philanthropõ herbã Græci appellãt hirſutam, quoniã veſtibus adhæreſcat.

Philanthropia philanthropiæ, f. g. Humanitas, amor erga homines.

PHILARGYRIA, philargyriæ, auiditas argenti, ſiue auaritia tranſfertur.

PHILOMELA, philomelæ, auis, quæ & luſcinia dicitur. Vide LVSCINIA.

PHILOSOPHIA, philoſophiæ, Amor & affectatio ſapientiæ. σοφία, ſapientia dicitur.

Philoſophus philoſophi, Amator ſapientiæ.

Philoſophicus philoſophica philoſophicum, Quod eſt philoſophi.

Philoſophaſter philoſophaſtri, Philoſophorum imitator.

Philoſophor philoſopharis, philoſophari. Cic. lib. 1. de natura deorum, Et quum minime videbamur, tũ maxime philoſophabamur. Plaut. in Merc. 4. 36, Philoſophari nũquã didici, neque ſcio. Idem in Pſeud. 10. 21, Certa amittimus, dũ incerta petimus: atque hoc euenit in labore atque in dolore, vt mors obrepat interim. ſed ſatis eſt philoſophatũ: nimis diu & lõgũ loquor.

PHILIPPEVS, philippei ſiue philippus philippi, Aureus nummus pretioſus, cuius apud Plautum frequẽs mentio eſt. vt in Amphit. 16. 43, Quot philippei? A. duo milia. Et in Pœnulo, Hic ſunt numerati aurei trecenti nummi, qui vocantur philippei.

PHILTRA, philtrorũ, Latine amatoria, Genus veneni, amorẽ & vt plurimũ inſaniã ingerẽtis; φίλτρον enim apud nos amatoriũ dicitur. Oui. lib. 2, de arte, Philtra nocẽt animis, vimque furoris habẽt. Iuuen. Hic Theſſala vẽdit Philtra, quibus valeat mẽtem vexare mariti.

PHILYRA, philyræ, Arbor quam Latini tiliam vocant. Quanuis alij dicant esse membranam tenuissimam inter corticem & lignũ tiliæ. Ex hac arbore fiebant coronæ quæ in magno honore apud antiquos fuerunt. Horatius lib. 1. car. Displicent nexæ philyra coronæ. Ouid. in fastis, Ebrius incinctis philyra conuiua capillis.

Philyras pro capillamentis, filisque tenuissimis accipit Plinius lib. 24. cap. 1, Philyra coci & polline nimium salem cibis eximunt. Et lib. 13, Præparãtur ex papyro chartæ diuisæ acu in prætenues, sed quàm latissimas philyras.

Philyram pro mẽbrana tenuissima accipit Martialis lib. de nuptijs Philologiæ, Libri in philyræ cortice subnotati.

PHILVRA, idem quod philyra, scilicet membrana, & tenuissimum capillamentum.

PHLEBOTOMIA, phlebotomiæ, Incisio venæ, quæ fit ad sanguinem minuendum, sedandi feruoris gratia. φλὲψ enim græcè, latinè vena.

Phlebotomum, phlebotomi, Ferrum quo vena secatur.

PHLEGETON, phlegetõtis, m. g. Fluui⁹ infernalis, flãmis æstuãtib⁹ rapid⁹. à φλέγω ardeo. Virg. Quæ rapid⁹ flãmis ambit torrẽtib⁹ amnis, Tartareus phlegetõ, torquẽtq; sonãtia saxa.

PHLEGMA, phlegmatis, n. g. Latine pituita dicitur.

Phlegmaticus phlegmatica phlegmaticum, Qui phlegmate laborat.

PHOCA, phocæ, f. g. Bos marinus, à sono mugitus. Virg. lib. 4. georg. Et turpes pascit sub gurgite phocas. Hic corio tectus & pilis, parit in terra pecudum more: canũ modo coit. In somno mugit, à quo præcipue vituli nomen accepit.

PHOENICOPTERVS, phœnicopteri, m. g. Auis rubentes pennas habens. Græci vocant φοινίκεον rubrum: & πτερὸν alam. Iuuenalis, Et Scythicæ volucres, & phœnicopterus inges. Plin. lib. 10. cap. 48, Numidicæ in parte Africæ Numidia, omnésque iam in Italia, phœnicopteri linguam præcipui saporis esse.

PHOENIX, phœnicis, dub. g. Auis in India, de qua sic loquitur Plin. li. x. cap. 2, AEthiopes atque Indi, discolores maxime & in enarrabiles ferunt aues, & ante omnes nobilem Arabiæ phœnicem: haud scio an fabulose, vnũ in toto orbe nec visum magnopere. Aquilæ narratur magnitudine, auri fulgore circa colla, cætera purpureus, ceruleã roseis caudam pennis distinguentibus, cristis faciem, capútque plumeo apice honestãte. Primus atque diligentissimus togatorum de eo prodidit Manilius. Senator ille maximus, nobilis doctrinis doctore nullo, author est neminẽ extitisse qui viderit vescentẽ: sacrũ in Arabia Soli esse, viuere annis DCLX. senescentem casia thurisque surculis cõstruere nidũ, replere odoribus, & superemori. Ex ossibus deinde ac medullis eius nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum. principióque iusta funeri priori reddere, & totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis vrbem, & in ara ibi deponere.

Phœnix, Arbor quæ aliàs palma dicitur. Vne palme. Cuius color ruber, & purpureus.

Phœniceus phœnicea phœniceum, Quod est purpurei coloris. à purpura quæ prima commendatione in Tyro tingebatur apud Phœnices, quos mutatis syllabis Pœnos dicimus.

PHONASCVS, phonasci, Vocis, pronũtiationísque magister & moderator. Dictio Græca. Quintil. lib. x1, Sed cura nõ eadẽ oratoribus quæ phonascis. Suet. de Augusto, Pronũtiabat dulci & proprio quodã oris sono, dabátq; assidue phonasco operã. Is enim vocẽ intorquere, remittere, lenire, exasperare docebat. Facto nomine à verbo φωνέω quod significat loquor.

PHRASIS, huius phrasis, f. g. Eloquentiæ corpus, inquit Quintilianus, & dicẽdi modus. Dicta à φράζειν quod est fari & differere. Quintil. Macer & Lucretius legendi quidem, sed nõ vt faciant phrasim.

PHRENITIS, huius phrenitidis, f. g. Morbus lædens mentem, & ad insaniam furorémque deducens. ἀπὸ τοῦ φρενὸς, id est deturbatio mentis.

Phrenésis, huius phrenésis, f. g. Idem. Iuuena. Cũ furor haud dubius, cũ sit manifesta phrenesis.

Phreneticus phrenetica, phreneticum, Qui eo vitio laborat. Phrenatique.

PHRONIMOS, Latine prudens dicitur.

Phronisis, huius phronisis, f. g. Prudentia. Cic. lib. 1. de off. Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam Græci sophiam vocant. Prudentiam enim quam Græci φρονίσιν dicunt, aliam quandam intelligimus, quæ est rerum expetendarum fugiendarúmque scientia.

PHRYGIO, phrygionis, m. g. Qui acu pingit, vel qui vestes acu aureo intexit. Phryges enim primi inuenere talẽ texturã. Plin. lib. 8. cap. 48, Pictas vestes iã apud Homerũ fuisse, vnde triumphales natæ. Acu facere, Idæi Phryges inuenerunt: ideóque Phrygiones appella-

ti ſunt. Plaut.in Aulul.15 36,Stat fullo,phrygio,aurifex,lanarius.

PHTHIRIASIS,f.g.Morbus pedicularis. ἀπὸ τῶν φθειρῶν,quos & pedes & pediculos vocamus.

PHTHISIS, Tabes, morbus quo pulmonis exulceratio fit ex pituita à capite diſtillante. ἀπὸ τοῦ φθίνειν,quod eſt tabeſcere.

PHY,Interiectio mirantis eſt,interprete Donato.Terent.in Adel.3.3.59,Syre, præceptorū plenus iſtorum ille. s.phy:domi habuit vnde diſceret?

PHYGETHLON,vt inquit Cornelius Celſus,tumor eſt non altus,latus,durus,rubicundus,cum vehementi inflammatione,punctioneque,ac membrorum diſtentione,neque materia magnopere in pus conuertitur.

PHYLACA,phylacæ,f.g.Locus cuſtodiæ,carcer. Vne priſon. Plaut. in Capt.12.93, Illic eſt abductus recta in phylacam vt dignus eſt.

Phylaciſta phylaciſtæ, Vng geolier. Cuſtos carceris. Plaut.in Aulul.15.46, Trecenti conſtant phylaciſtæ in atrijs.

PHYSIS,f.g.Latine natura dicitur.

Phyſicus,phyſica,phyſicum,Naturalis.

Phyſica phyſicorum,Naturalia dicuntur, vt phyſica Ariſtotelis, libri in quibus de rebus naturalibus tractat.

Phyſiologus phyſiologi,De naturis diſſerens.

Phyſiognomia phyſiognomiæ,naturæ regula.nam id verbum ſignificat morum naturarúmque hominum ex inſpectione vultus prædictionem.

PHYSETER,phyſetēris,m.g.Genus piſcis marini, admirabili magnitudine. φυσάω ſpiro,vel ſufflo.Plinius lib.9.cap.4,Maximū animal in Indico mari priſtes & balena eſt:in Gallico oceano phyſeter, ingentis columnæ modo ſe attolens, altioremque nauium velis diluuiem quandam eructans.

PHYTHON,phythonis,m.g.Serpens dicitur.

PHYTON,phytonis ſine h in ſecunda ſyllaba,pretium quod datur pro re locata.

PI

PIACVLVM,piaculi,n.g.Sacrificiū,cultus,& quicquid agitur ſeu præbetur pro ſatiſfactione peccati.Virg.Ea prima piacula ſunto. Horat.lib.Carm.Téque piacula nulla reſoluent. Hoc eſt,nullis hoſtijs te expiabis.

Piaculū,Aliquādo dicitur peccatū,crimē,flagitiū.Virg.li.6, Diſtulit in ſera cōmiſſa piacula mortē. Plaut.in Trucul.5.12,Piaculum eſt miſereri nos hominum rem m ale gerētium.

Piacularis & hoc piaculare. Piacularis hoſtia,qua piantur peccata, & pro eis ſatiſfit. Piacularis porta Romæ appellata,ob quædam piacula quæ ibi fieri ſolebant.

Pio,pias,piare.Colere.Plaut.in Aſi.10.3,Vbi piem pietatem,ſi iſto more moratam tibi poſtulem placere?

Piare,aliquando pro contaminare,& poluere ponitur.

Piare,Pie amare,inquit Nonius.Næuius,Nemo eſt qui magis ſuos piet liberos.

Piare,Purgare.Virg.Et culpam miſerorum morte piabant. Plaut.in Menæh.8.17,Iube te piari de mea pecunia Cic.pro domo ſua,Si quid tibi aut piandum, ant inſtituēdum fuiſſet religione domeſtica.

Piatrix piatricis,Sacerdos quæ expiare ſolita erat authore Feſto.

Piamen ſeu piamentum, Erat id quo in expiando vtebantur, inquit Feſtus.Dictio poetica magis,quàm oratoria.

Piacularis & hoc piaculare,Quod ad ſatiſfactionē peccati pertinet vel datur. Liuius lib.1, Itaque vt cædes manifeſta aliquo tum piaculo lueretur, imperatū patri vt filiū expiaret pecunia publica.Is quibuſdā piacularibus ſacrificijs factis,quæ deinde gēti Horatiæ tradita ſunt, &c. Plaut.in Epid.3.36,Méne piacularē oportet fieri ob ſtultitiā tuam, vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneū?Fault il que ie porte la ſole enchiere pour toy? Plin. epiſt.53.c, Poſtremo ne potentiſſimi,viliſſimo quoque quaſi piaculari dato,alienis pœnis elaberentur. Idem in Paneg.55,Cum velut piaculares publicæ ſolicitudinis victimæ ſupra ſanguinem noxiorum ad lenta ſupplicia,grauioreſque pœnas ducerentur.

Piacularia, Triſtia,per quæ malum fieri opinabantur. Nam à ſuperis fœlicitatem,ab inferis diis infœlicia dari cenſebant.

Piacularia auſpicia dicebantur quæ ſacrificantibus triſtia portendebant, cum aut hoſtia ab

ara profugiſſet, aut percuſſa mugitum reddidiſſet, aut in aliam partem corporis quàm oporteret cecidiſſet.

Piabilis & hoc piabile, Quod purgari poteſt.

PICA, picæ, f.g. Auis. Vne pie. Auis, magnitudine palumbæ, alis vario colore, & præſertim cæruleo depictis, humana verba proferens. Martialis, Pica loquax certā dominum te voce ſaluto: Si me non videas, eſſe negabis auem. Plinius lib. 10. cap. 33, Picæ cum diligentius viſum ab homine nidum ſenſere, oua tranſferunt alió.

Pica alia eſt, ſub ventre alba, ſuperius nigra, quæ varia appellatur.

PICEA, piceæ, Genus arboris, quam Plinius libro naturalis hiſtoriæ, quintam ſpeciem cedri ſcribit eſſe. Plinius lib. 16. cap. x, Piceæ rami penè ſtatim ab radice modici, velut brachia lateribus inhærent.

PICEVS picea piceum. vide PIX.

PICO, picas, picare, vide PIX.

PICTVRA, PICTOR, Vide PINGO.

PICVS, pici, m.g. Auis, Vng piuert, ou eſpecque. Parua auis eſt, vncorũ vnguiũ: cauat arbores, in quibus pullos educat, & ſcandit in ſubrectum, felium modo. dicta à pico Saturni filio, qui ei nomen dedit, vt docet Plinius lib. 10.

PIETAS, pietatis, f.g. Eſt (vt inquit Cicero lib. artis veteris) per quam ſanguine cõiunctis, patriæque beneuolis, officium & diligens tribuitur cultus. Plau. in Aſin. 15.4, Pietas pater oculis dolorem prohibet. Plinius lib. 7. cap. 36, Pietatis exempla infinita quidem toto orbe extitêre: ſed Romæ vnum, cui comparari cuncta non poſſint. Humilis in plebe, & ideò ignobilis puerpera, ſupplicij cauſſa carcere incluſa matre, cum impetraſſet aditum, à ianitore ſemper excuſſa ne quid inferret cibi, deprehenſa eſt vberibus ſuis alens eam. Quo miraculo, matri ſalus donata filiæ pietate eſt, ambæque perpetuis alimentis.

Pietas, Verus dei cultus proprie intelligi ſolet. Cic. pro domo ſua, Nec eſt vlla erga deos pietas, niſi honeſta de numine eorum ac mente opinio: cum expeti nihil ab ijs, quod ſit iniuſtum ac inhoneſtum arbitrere te.

PIGER, pigra, pigrum, Tardus. Pareſſeux. Pigra familia, Qui neſt point ſoingneuſe ne diligente. Plaut. in Moſtell. 3.16.

Pigritia pigritiæ, f.g. Pareſſe. Cic. lib. 4, Tuſcul. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam metum conſequentis laboris.

Pigrities pigritiei, f.g. Idem.

Piguedo piguedinis, & pigritudo pigritudinis. f.g. & pigritas, Id eſt tarditas & ignauia.

Pigreo pigres, pigrere, Eſtre pareſſeux.

Pigro pigras, pigrare, Detinere ac tardare. Actius, Melius pigraſſe, quàm tardaſſe.

PIGEO, piges, pigui, pigere, Dolere, ſeu moleſtum eſſe. Eſtre marri, dolent de quelque choſe ſen repentir. Frequentius tamen imperſonaliter in tertijs perſonis. Plaut. in Menæh. 24.7, Adoleſcens quæſo loquere tuum mihi nomen, niſi piges. Idem in Pſeud. 5.48, Nimio id quod pudet, facilius fertur, quàm illud quod piget. Terent. in Phor. Quare obſecro, ne plus, minúſve faxit quod nos poſtea pigeat. Idem in Heaut, Neque ſe id pigere.

Piget, impersonale frequentius legitur. Donatus, Piget in his quæ cũ damno ac malo: Pigetget ad dolorem refertur.

Piget quod dolet. Plaut. in Pœn. 18.39, Niſi piget conſiſtite. Idem in Aulul. 7.33, Quæſo quod te percõtabor, ne id te pigeat proloqui. Ne te face point de mal de le dire. Idem in Perſa, 18.8, Nihil mihi tam parui eſt, quin me id pigeat perdere. Idem in Capt. 5.9, At pigeat poſtea noſtrum herum, ſi vos eximat vinculis. Terẽt. in Prologo Heaut. 19, Factũ hic eſſe id non negat, neque ſe id pigere. Ibidem, 5.4.20, Pudet dicere hac præſente verbum turpe: at te illud nullo modo facere piguit. Tu ne ten repens point de lauoir faict. Il ne ten a point fait de mal.

Piget, aliquando accuſatiuum rei patientis, cum genitiuo agentis regit. Terent. in And. 4.3.6, O ingentem confidentiam! num cogitat quid dicat? num facti piget? Idem in Heaut. 3.2.15, Apud alium, prohibet dignitas: apud alium, ipſius facti piget. Idem in Trin. 4.66, Dediſtin' argentum? c. factum: neque facti piget.

PIGMENTVM, pigmenti, n.g. Vnguentum, quo vtuntur puellæ ad venuſtandam faciem, vt fucus. Plaut in Moſtell. 4.105, Non iſtanc ætatem oportet pigmentum vllum attingere. Pigmenta aliquando dicũtur colores pictorum: de quibus Plinius lib. 35. cap. 5, & alijs locis.

Plaut. in Epid. 13. 20, Quem Apelles Zeuſiſque duo pingent, pigmentis vlmeis.

Pigmenta, per tranſlationem dicuntur mendacia & fraudes, quia non eſt naturalis color, ſed artificialis. Cic. lib. 2. de oratore, Tam integræ ſententiæ, tam veræ, tam nouæ, tam ſine pigmentis, fucóque puerili, vt mihi, non ſolum tu incendere, ſed ardere videaris.

Pigmentarius pigmentarij, Qui pigmenta vendit.

PIGNVS, pignoris, vel pigneris, n. g. Quod pignori datur, vt ſit ſecur⁹. Gaige. Plau. in Caſi. 2.75, Id ni fit, mecum pignus ſi quis volt, dato in vrnam mulſi. Idem in Capt. 7.74, Sed te quæſo cogitato, hinc te mea fide mitti domum æſtimatum, & meam eſſe fidem hic pro te poſitam pignori. Engagee.

Pignus hoc modo ſæpe dicitur, cum aut munus noſtrum, aut aliquid ſimile, pignus eſſe amoris, & beneuolentiæ volumus. Virg. Ipſe pater dextram Anchiſes haud multa moratus, Dat iuueni, atque animum præſenti pignore firmat. Id eſt ſecum facit, vt qui dat pignus. Idem, Noſtri monimentum & pignus amoris.

Pignora aliquãdo pro filijs accipiuntur. quoniam filij videtur tanquam pignora inter virum & vxorem eſſe, tum vinculi, ne alioqui diuortium fiat: tum charitatis. Ouid. Dulcia ſollicitæ geſtabant pignora matres.

Pignus, Id quod deponitur ab ijs qui ſimul decertant apud ſequeſtrum. Virg. Tu dic mecum quo pignore certes. Ce quon met en ieu, Gaiges.

Pignus, à pugno dicitur, vt Caius ait de verborum ſignificatione: quia res quæ pignori dantur, manu traduntur.

Pignus auferre, Prendre des biens daucun par execution, lexecuter. Cic. libro 3. de Oratore, de iurgio Philippi conſulis in ſenatu, & L. Craſſi magni illius Oratoris loquens, Hic cum homini & vehementi & diſerto & in primis forti, ad reſiſtendum Philippo, quaſi quaſdã verborum faces Craſſus admouiſſet: non tulit ille, & grauiter exarſit, pignoribúſque ablatis Craſſum inſtitit coercere. Coercere pignoribus captis dixit Cicero, quod nos cogere per bonorum captionem dicimus.

Pignero pigneras, vel pignoro pignoras, pignerore, Aut pigneror pigneraris, pignerari deponens, Quòd vulgo dicimus per executionem capere, hoc eſt, pignora capere, Prẽdre gage par execution, Executer vng homme pour quelque debte, en prenant de ſes biens en gaige. Liuius, Poſtea conſcientia ſibimet exilium conſciſcentes: bona tantum quæ publicari poterant, pignerẽda pœnæ præbebãt. Iuuenalis, Cuius & albeolos & lænam pignerat Atreus. Atreus hic pro fœneratore ponitur. Cic. Philipp. 1x, In fuga fœda mors, in victoria glorioſa: Mars enim ipſe ex acie fortiſſimum quenque pignerari ſolet. Pignerari dixit, pro eo quod eſt, quaſi pignus accipere, & ſibi aſſerere, quaſíque obnoxium ſibi debitúmque capere. Cuius dicti hic ſenſus eſt, Fortiſſim⁹ enim quiſque, primus in prælio occũbere ſolet. Sue. in Clau. cap. x, Armatos pro cõcione in nomen ſuum iurare paſſus eſt, promiſítque ſingulis quindena feſtertia. Primus Cæſarum fidẽ militis etiam præmio pigneratus: Id eſt, quaſi pignore obligatam, obnoxiámque ſibi & authoratam reddens.

Pignerare, Bailler en gaige. Suet. in Vitell. cap. 7, Satis conſtat exituro viaticum defuiſſe, tãta egeſtate rei familiaris, vt vxore & liberis quos Romæ relinquebat, meritorio cœnaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret: vtque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris expenſas.

Pignerator pigneratoris, m. g. Qui faict executer aucun. Cic. in Verrẽ, act. 4, Cum in his quidẽ rebus omnibus publicanus petitor ac pignerator, nõ ereptor, neque poſſeſſor ſoleat eſſe, tu de optimo, de iuſtiſſimo, de honeſtiſſimo genere hominum, id eſt de oratoribus & iura cõſtituebas quæ omnibus alijs eſſent contraria.

Pigneratitius pigneratitia, pigneratitium, Ex ſupino verbi pignero nomen deductũ, ſignificat quod pignori datum eſt, vt res pigneratitia, Vng gaige.

Pigneratitius vir, Cui pignus capere licet. Vlpianus, Quæritur in pigneratitio creditore, an pignoris perſecutio denegetur.

PIGREO, pigres, Vide PIGER.

PILA pilæ, à pinſo pinſas, pinſare, Vas concauum: quòd antiqui ſiccata frumenta in pilas immiſſa pinſabant. Plin. lib. 18, Tũdatur granum eius in pila lignea. Similiter vaſa illa cõ caua medicorum vſui apta in quibus ptyſanæ fieri ſolent, pilæ dicuntur.

Pila, Colũna ſtans, quã Græci σήλην vocãt à ſtãdo. Vng pilier. Proprie ſtelas Græci appellant

ſtantes columnas in monumentis. Apul. lib. 3. Metamorph. Pila media quæ ſtabuli trabes ſuſtinebat. Feſtus, Pila, quæ parietem ſuſtentat, ab opponendo dicitur. Plin. lib. 11, Ruētes ceras fulciunt pilarum inſtar, interius à ſolo fornicatas, vt ſit aditus ad ſarciendum. Pilæ etiam ſunt opera informia quæ in aqua conſtruuntur, cuiuſmodi magnifica Genuæ viſitur. molē vulgo appellant. Earum vſus eſt ad tuendas à fluctibus naues intra portus & naualia. De quarum conſtructione Vitruuius lib. v ſic inquit, Deinde ſuper eam ex æquationem pila quàm magna cōſtituta fuerit ibi ſtruatur, eáque cum erit extructa, relinquatur ne minus duos menſes vt ſicceſcat. Tunc autem ſuccidatur margo, quæ ſuſtinet arenam, ita arena fluctibus ſubruta efficiet in mari pilæ præcipitationē. Huiuſmodi pilam Virgilius lib. 9 deſcribit his verbis, Qualis in Euboico Baiarum littore quondam, Saxea pila cadit, magis quàm molibus antè Conſtructam ponto facuit, ſic illa ruinam Prona trahit, penitúſque vadis illiſa recumbit. Huiuſmodi autem fiebāt ex puluere Puteolano qui in aqua lapideſcit. Fiunt & alia ratione intra aquam, circūdatis tabulationibus, quas arcas Vitruuius appellat, ab arcēdis aquis ab opere. Alij aquaria ſepta vocant. Noſtrates baſtardellos dicūt. Pila, inſtrumentum luſorium eſt, rotundum ad ſimilitudinem ſphære. Vne pelotte, ou eſteuf. ab πιλέω, æquo: quòd forma ſphærica ſit, quæ omni ex parte æqua eſt. Vel à pilo, quòd pilis impleri ſolet. Plaut. Deus nos vt pilas homines iactat. Idem in Bacchid. 8. 24, Ibi curſu, luctando, haſta, diſco, pugillatu, pila, ſaliendo ſe exercebant magis. Quatuor pillarū genera ſunt. Eſt pila trigonalis, omnium minima, prædura, firmo pilo plena: à quo pila nomen habet, Fluentina vulgo nunc dicta, quod Fluentiæ huiuſmodi pilæ optimæ fiant. Trigonalis autem vocitata eſt à trigone, qui locus erat in thermis triquetra, hoc eſt triangulari figura, quam Græci τρίγωνον vocant. Ad huiuſmodi pilæ luſum ædificatus & paruo calore tepidus teneri per hyemem ſolitus, ne exuti ad ludēdum homines, ſtatim rigorē concíperent, néve ludendo exerciti nimis æſtuarent, mittitur pila ad vnum angulum, ita vt vtrūque parietem cōtingat, redditur non minus ſiniſtrā quàm dextra manu, miráque corporis agilitatē requirit. Martialis de pila trigonali, Si me mobilibus ſcis expulſare ſiniſtris, Sū tua: ſi neſcis, ruſtice redde pilam. Plin. epiſt. 45. c, Vbi hora balinei nuntiata eſt, (eſt autem hyeme nona, æſtate octaua) in ſole, ſi caret vento, ambulat nudus: deinde mouetur pila vehementer, & diu. Eſt pila paganica, à pagis, hoc eſt villis: ita dicta quòd pagani ea vterētur. Hęc groſſior eſt, laxiórque, & pluma plena: nec ad luſum tā agilis, vt quæ nec tā leuis eſt, nec iactata facile reſilit. Martialis, Hæc quæ difficilis turget paganica pluma, Folle minus laxa eſt, & minus arcta pila. Quaſi dicat, Eſt laxior quàm pila trigonalis, & arctior firmiórque quàm follis. Nam follis tertium pilæ genus. hic ex pelle fit, ſpirituque inflatur. groſſior cæteris, ſed non multo grauior, pugno redditur, non palma, vt reliquæ pilæ. à flatu nomē habet. Eſt præterea quartum pilæ genus, quod vocant harpaſtum, ſiue ſphennidem: groſſior eſt quàm pila paganica, tenuior quàm follis. È pāno fere fit, aliquando ex pelle, lana, tomentóve impletur. non repercutitur. Sed cū multi ſint ludentes, & in duas partes diuiſi, ita vt vtrinque è regione ſibi inuicē oppoſiti ſint, ad ſuos quiſque trāſmittere pilam conatur, quam aduerſarij nituntur arripere. Sic magno labore luditur. decidit ſæpe in terram pila: ad quam cateruatim currentes, ſe inuicem proſternunt, puluereque & ſudore infecti flaueſcunt. Laborioſum ludi genus. & ideo grandioribus tantum conueniens.

Mea pila eſt, ſi repudiatur miles, Plaut. in Trucul. 15. 6, Prouerbialiter hoc dictum eſt, id eſt in mea poteſtate eſt ludus, tanquam cuius eſt pila. arbitratu meo res geritur. Ceſt a moy a en faire ce que ie vouldray.

Pilatim aduerbiū, à pila colūna, ſignificat per columnas. Victruuius, Pilatim ſtruūtur ædificia.

PILATES, pilatis, genus lapidis candidiſſimi. Cato, Lapis candidior quàm pilates.

PILENTVM, pilenti, inquit Feſtus, Vehiculi genus, quo matronæ ferebantur. Idem videtur quod petoritum, quod eſt quatuor rotarum ab Hiſpanis introductum. Varro de lingua latina in conſuetudinem ſua ætate primum veniſſe ſcribit. Eſtque eius formæ, qua noſtri tēporis principum Italiæ mulieres vectantur, ita libratum, vt conſidentes, in puluinis in aere ſuſpendi agitatæ videantur. Virg. lib. 8, Caſtæ ducebant ſacra per vrbem Pilentis matres in mollibus. Id eſt penſilibus.

PILEVS, pilei, m. g. vel pileum, n. g. Tegmen capitis. Vng chappeau. Plaut. in Amphit. 4. 308, Vt ego hodie raſo capite caluos capiam pileum. Perſius, Hæc nobis pilea donant.

Pileus, quādoque ponitur pro libertate, vnde legimus apud hiſtoricos ad pileū ſeruos fuiſſe vocatos, quod ſignificat ad libertatē, cuius inſigne eſt pileus. Liui. lib. 24, Poſtero die ſerui

ad pileũ vocati, & carcere vincti emiſſi. Suet. in Tiberio, Seruiſque ad pileũ fruſtra vocatis in Siciliã profugit Accipiebãt enim ſerui pileũ raſo capite, qui manu mittebantur. Plin. de viris Illuſt. 69, Primo conſulatu legẽ de exulibus reuocãdis ferens, ab Octauio collega prohibitus, & honore priuatus, vrbe profugit: vocatíſque ad pileum ſeruis, aduerſarios vicit.

Pileolus pileoli, vel pileolum pileoli, diminutiuum. Horat. in epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis.

Pileatus pileata pileatum, pileo indutus, Vnde pileati ſerui, Gellius lib. 7, Pileatos ſeruos vænũ ſolitos ire, quorũ nomine vẽditor nihil præſtaret, Cælius Sabinꝰ iuriſperitus ſcriptũ reliquit.

PILVM, pili. n. g. Armorũ genus, haſtile pedũ quinque ſemis. Plaut. in Curcul. 15. 11, Quia ex te hodie faciam pilũ catapultariũ. Generaliter pila (authore Varrone) tela Romana ſunt.

Pĩlatus pĩlata pĩlatum, Pilo armatus. Martiãlis, Et pĩlata redit, iámque ſubítque cohors.

PILVS, pĭli, m. g. Nomen generale eſt, Vng poil, cheueul. Plin. In capite cunctorum animalium, homini plurimus pilus.

Pilus, ſiue pilũ, inſtrumentũ quo quippiã in mortario teritur. Vng pilon, ou petoul. Plin. lib. 18, Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus denticulata, vt niſi intenti pinſant, concidantur grana, ferróque frangantur.

Pilo pilas, pilare, à pilo qui in carne eſt, ſignificat pilos emittere. Deuenir pelu, quant le point commence a croiſtre. Accius, Tunc primum pilabant genæ. Afranius, Meum præterea corpus nunc pilare primum cœpit.

Pilare, pilos detrahere, Oſter le poil. Martialis, Quòd pectus, quòd crura pilas.

PINA, pinæ, Genus piſcis, ſiue cõchæ. Cic. lib. 2. de natura deorum, Pina vero, (ſic enim Græce dicitur) duabus grãdibus obſita conchis, cum qua piſciculus ſquilla dictus ſocietatem coit, in aliquibus cancer cibi affectator.

PINASTER, pinaſtri, m. g. Pinus ſylueſtris, miræ altitudinis. Plinius lib. 16, Pinaſter nihil aliud eſt quàm pinus ſylueſtris

PINGVIS, & hoc pingue, Qui eſt gras.

Pingue, Fœcundum. Virg. Et pingues ortos. Idem, Heu heu quàm pinguis macer eſt mihi taurus in aruo.

Pingue, Impeditum & ineptum, inquit Nonius. Cic. lib. 4. Acad. Quod ipſi Antiocho pingue videtur, & ſibi ipſi contrarium probatur difficile.

Pingue otium. Plin. epiſt 180. p, Nã ſuper illa quæ retuli, altius ibi otium & pinguius, eóque ſecurius. Idem epiſt. 183, Certúſque poſteritatis cũ futura gloria viuit, ac nihil niſi præmium æternitatis ante oculos, pingue illud, altúmque otium placeat.

Pingue, ſubſtãtiuum, neutri generis, dicitur quod inter carnem & cutem eſt, ſucco liquidum. Virg. Et omnes impendunt curas, denſo diſtendere pingui.

Pinguedo pinguedinis, f. g. Graiſſe. Plin. Omni pinguedine detracta, in olla caro decoquitur.

Pinguiarius pinguiaria pinguiariũ, Qui aime gras. Martialis, Carnarius ſum, pinguiarius non ſum. Quod ſignificat carnoſam, hoc eſt corpulentam amicam opto, non nimis pinguem.

Pingueo pingues, pingui, pinguere, Sen graiſſer, Deuenir gras.

Pingueſco pingueſcis, pingueſcere. Idem. Columella lib. 2, Omne emaſciatum armentum medica pingueſcit.

PINNA, pinnæ, Proprie pẽna eſt, quæ pluma, id eſt mollior, & exigua penna non eſt. Plume grande dune aile. Varro lib. 3. cap. 7. de re ruſt. de colũbis, Qui iam pinnas habere incipiunt, innido reliquunt illiſis cruribus. Idem de Gallinis, Eligat fœcũdas plerunque rubicũda pluma, nigris pinnis. Columella lib. 9, Siccus etiam puluis & cinis vbicunque cohortem porticus vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus eſt, vt ſit quo aues ſe perfundant. Nã his rebus plumam pinnáſque emundant.

Pinna, Acutum ſignificat. Vnde & pinnæ murorum, id eſt ſummitates. Pinnas etiam geſtare gladiatores ſolebant.

Pinnæ, ſiue pennæ, quibus innatant piſces, Ailes de poiſſon.

Pinna, cõchæ genus. Plinius lib. 9. cap. 42, Cõcharum generis & pinna eſt. Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper, nec vnquã ſine comite, quem pinnotherem vocãt, alij pinnophylacem, id eſt ſquilla parua, alibi cancer dapis affectator. Pandit ſe pinna, luminibus orbum corpus intus minutis piſcibus præbens. Aſſultant alij protinus, & vbi licẽtia audacia creuit, implẽt eam hoc tempus ſpeculatus index, morſu leui ſignificat. illa ore compreſſo, quicquid incluſit, exanimat, partémque ſocio tribuit.

Pinnula pinnulæ, Diminutiuum, Summa pars auris, ab acuitate dicta.

Pinnula, parua pẽna. Vne petite plume daile. Colu. lib. 9, Inhibetúrque cupiditas incubendi, pinnula per nares traiecta. Plau. in Amph. 3. 143, Ego has habeo vſque in petaſo pinnulas.

Pinnaculum pinnaculi, Faſtigium & ſummitas ædificij in acumen tendentis. ſiue quòd veteres pinnam acutum dicebant, ſiue quòd pinnaculis addi pinna conſueuit, quæ facili motu ventorum indicet flatum: quod genus nunc penniculum dicitur.

PINGO, pingis, pinxi, pictum, pingere, Peindre. Formam alicuius rei ductis lineis repræſentare. Plinius lib. 35. cap 8, Adeò iam colorum vſus increbuerat, adeò ars perfecta erat, vt in eo prælio iconicos duces pinxiſſe tradatur. Plaut. in Menæh. 4. 32, Picta in pariete tabula. Pingere humum. Plaut. in Sticho, 6. 29, Age tu ocyus pinge humum, conſperge ante ædes. Picta ad eximiam pulchritudinẽ forma. Plin. epiſt. 101. c lib. v, Neque enim terras tibi, ſed formam aliquam ad eximiam pulchritudinẽ pictam videberis cernere, ea varietate, ea deſcriptione quocunque inciderint oculi, reficientur.

Pictura picturæ, Peincture. Plin. lib. 35. cap. ix, Quin imò certamen picturæ, etiam florente eo inſtitutum eſt Corinthi ac Delphis.

Pictor pictoris, m. g. Vng peinctre.

PINSO, pinſis, pinſui, piſtum, & pinſitum apud Columellam, & pinſum, Pinſere, Pila tunde re, vel molis frangere: nam veteres vſu molarum carentes, frumentum piſtillis tundebant & terebant, Mouldre. Nũc capimus propanem facere Peſtrir. Columella lib. 2. cap. 9, Panicum pinſitum, & euolutum furfure, ſed & milium quoque pultem, quauis inopia maxime cum lacte non faſtidiendam præbet. Pomponius, Cum neque molis molui, neque palmis pinſui. Perſius, O Iane, à tergo quem nulla ciconia pinſit.

Pinſo pinſas, pinſare, Idem. Varro lib. 1. rerum ruſt. Promẽdo diem, vt in piſtrino pinſetur, ac torreatur. Id eſt tundatur vel frangatur.

Pinſito pinſitas, pinſitare, Frequentatiuum à Pinſo pinſis. Plautus in Aſin. Qui polentam pinſitant, id eſt contundunt.

Pinſor pinſoris, m. g. Idem. Varro, Nec pinſorem vllum noſſent, niſi eum qui in piſtrino pinſeret farinam.

Piſtor piſtoris, Qui frumenta contundebat pilis, Vng munier.

Piſtor nunc dicitur qui panem facit, Vng boulangier, Plin. lib. 18, Piſtores Romæ non fuerunt ad Perſicum vſque bellum, annis ab vrbe condita ſupra quingentos octoginta. Suet. in Cæſ. Domeſticam diſciplinam in paruis ac maioribus rebus diligẽter adeò, ſeuerèque rexit, vt piſtorem alium quàm ſibi panem conuiuis ſubijcientem compedibus vinxerit. Varro in Satyr, de edulijs, Si quantum operæ ſumpſiſti, vt tuus piſtor bonũ faceret panem. Plautus in Curc. 9. 22. In velabro, vel piſtorem vel lanium, vel aruſpicem, &c.

Piſtoricus, piſtorica, piſtoricum, Quod ad piſtorem pertinet. Iureconſultus, Si quis ſeruos habuerit proprios, ſed quorum operas locabat vel piſtoricas vel hiſtrionicas, ſeruorum appellatione hos legaſſe videtur.

Piſtorius piſtoria piſtorium, Quod ad piſtorem pertinet, vt ars piſtoria, Plin. lib. 18, Ad operis piſtorij genera tranſeunte cura.

Piſtrix piſtricis, f. g. Vne boulengiere.

Piſtura picturæ, f. g. Ars pinſendi, Boulengerie. Plin. lib. 18, Piſtura non omnium facilis, quippe & Hetruria ſpicã farris toſti pinſente pilo præferrato. Hic apud Pliniũ, Lart de mouldre.

Piſtrinum piſtrini, & piſtrina piſtrinæ, Locus in quo panis pinſitur & fit, Vng moulin, ou on faict le pain. Suet. in Auguſto, Et modo vnguentariam tabernam, modo piſtrinam Ariciæ exercuiſſe obijcit. Pli. li. 18, Et ſiligine laudatiſſimo panis, piſtrinarúmq; opera laudatiſſima. In piſtrinũ à dominis trudebãtur ſerui ob noxã. Vnde Ter. in Heau 3. 2. 19, Piſtrino dignus.

Piſtrinenſis, & hoc piſtrinenſe, Quod ad piſtrinum pertinet. Apuleius in aſinum tranſformatus molas piſtrinenſes, percircuitos multiuios circumegiſſe ſe feſtiuiter ſcribit, deſcribẽs quales eſſent miniſtri in piſtrinenſi contubernio.

PINVS, pini, tam maſc. quàm fœm. gen. tam quartę quàm ſecũdæ declinat. Arbor, Vng pin. Plin. lib. 16. cap. 10, Ex ijs pinus atque pinaſter folium habent capillamenti modo prætenue longúmque & mucrone aculeatum. Pinus fert minimum reſinæ interdum ex nucibus ipſis.

Pinea pineæ etiam dicitur.

Pineus pinea pineum, Quod ex pinu eſt. Plinius libro 15. cap. 10, Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur.

PIO, pijs, Vide poſt PIACVLVM.

PIPER, piperis, n.g. Du poyure. Plin. lib. 12. cap. 7, Paſſim vero quæ piper gignũt iuniperis noſtris ſimiles, quanquam in fronte Caucaſi ſolibus oppoſita gigni tãtum eas aliqui tradidere, &c. Perſius, Rugoſúmque piper.

Piperatus piperata piperatum, Piperatum vinum, quod pipere & melle conditum eſt.

PIPERITIS, huius piperitis, f.g. Herba, de qua ſic Plin. lib. 20. cap. 17, Piperitis quam & ſiliquaſtrum appellauimus, contra morbos comitiales bibitur, Caſtore taliter demonſtrante. Caule rubro & longo, denſis geniculis, folijs lauri, ſemine albo, tenui, guſtu piperis.

PIPIO, pipionis, m.g. Pullus columborum, vt eſt apud Lampridium in Alexandri vita.

Pipio pipis, pipiui, pipitum, pipire, Proprium eſt vocis pulorum. Columella lib. 9, Die vndeuice ſimo animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint, & auſcultet ſi pipiant.

PIPO, pipas, pipare, dicuntur gallinæ, cum vocem emittunt, cum ſcilicet faciunt pipi. Varro in originibus, Mugit bos, ouis balat, equi hinniunt, gallina pipat.

PIPVLVM, pro conuitio, à pipatu gallinarum, dixit Plautus in Aulul. 12. 31, Ita me bene amet lauerna, te iam niſi reddi mihi vaſa iubes, pipulo hic differam ante ædes.

PIRATA, piratæ, m.g. Nomen latronis qui primus mare infeſtauit, à quo omnes ſpoliatores & prædones, piratæ dicti ſunt, Larron de mer, eſcumeur de mer. Alij piratam à περάω tranſeo deducunt, quia ſcilicet ex tranſuerſo ſimul ac piratæ viderent inſulam, in eam tranſeundo mare, impetũ facientes, illã deprædabantur. Pirata græce, latine prædo dicitur.

Piratica, piraticæ, ars ipſa dicitur, vnde piraticam facere dicuntur prædones. Cicero poſt reditum, in Senatu, Profecto & egeſtate & improbitate coactus, piraticam ipſe feciſſet, ac minore quidem reip. detrimento, quàm quòd intra mœnia nefarius hoſtis prædóque verſatus eſt.

Piraticus piratica piraticum, Quod ad piratam pertinet. Vt piraticum bellum. Cicero poſt reditum in Senatu, Qui in magiſtratu niſi rogationem de piratico bello tuliſſet.

PISCIS, huius piſcis, m.g. Vng poiſſon.

Piſces, pro ſigno cæleſti tãtum pluraliter declinatur. Columella lib. xij. Quinto decimo Cal. Martij ſol in piſces tranſitum facit.

Piſciculus piſciculi, Vng petit poiſſon. Terent. in And. 2. 2. 32.

Piſcor piſcaris, piſcari, Peſcher poiſſons. Plaut. in Moſtell. 2. 64, Piſcatum abijt.

Piſcari in aere, Plaut. in Aſin. 3. 87. Prouerbium, Perdre ſa peine.

Piſcatus piſcatus piſcatui, m.g. Ipſa piſcatio, & actus piſcandi. Plinius, Quo venatus, aucupia, piſcatúſque alebãt. Plaut. in Rud. 8, 9, Piſcatũ hamatilem, ſaxatilémque aggredimur. Ibidem, 22. 5, Hic piſcatus mihi lepidè euenit.

Piſcatus, per tranſlationem dixit Plautus in Bacchid. 1. 69, Piſcatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.

Piſcator piſcatoris, m.g. Vng peſcheur, Terent. in Eunucho, 2. 2. 26.

Piſcatorius piſcatoria piſcatorium, Quod ad piſcatorem pertinet, vt nauis piſcatoria, & ludi piſcatorij, qui fiebant pro quæſtu piſcantium.

Piſcarius piſcaria piſcarium, Idem quod piſcatorius, vt hamus piſcarius, Vng hain ou hameſon a peſcher. Plaut. in Sticho, Arundinem fert, ſportulámque, & hamum piſcarium. Piſcaria copia, Abondance de poiſſons. Plaut. in Caſ. 10. 63. Piſcarium forum, Le marche ou on vend poiſſons, Plautus in Curcul. 9. 13.

Piſcarius, ſubſtantiuũ, Qui piſces vẽdit, Vng poiſſonnier. Varro, Inter piſcarios nemo vẽdebat.

Piſcaria piſcariæ, Locus in quo piſces venduntur. Varro, Nullus in piſcaria piſcis erat.

Piſcoſus piſcoſa piſcoſum, Locus in quo piſcari facile eſt. Ouid. lib. 3. Faſt. Eſt prope piſcoſos lapidoſi orathidis amnes. Piſcoſus, aliquando dicitur piſcibus plenus.

Piſculentus piſculenta piſculentum, Locus piſculentus, Vbi multi piſces morantur, vel in quo eſt facile piſcari. Cato, Fluuium magnum, pulchrum, piſculentum. Plaut. in Rud. 22. 2, Qui ſalſis locis incolit piſculentis.

Piſcinalis & hoc piſcinale, Quod eſt piſcis, vel quod ad piſces pertinet. Vnde apud Palladium piſcinales cellæ leguntur.

Piſcina, piſcinæ, Lacus vel ſtagnum in quo viui piſces coercentur, Vng eſtang ou vne bouticle a poiſſon. Varro lib. 3. De re ruſt. Piſcinas voco eas, quæ in aquâ dulci aut ſalſa incluſos habẽt piſces ad villam. Martialis, Piſcina rhombum paſcit, & lupos vernas.

Piſcinæ vocantur omnes aquæ ſiue figidæ ſiue calidæ collectæ ad natandum: quod in piſcinis piſces natare ſoleant. Cic. Latiorem piſcinam voluiſſem, vbi iactata brachia nõ offenderentur. Plinius Iunior, Si natare latius aut tepidius velis, in area, piſcina eſt, in proxi-

mo puteus, ex quo possis rursus astringi.

Piscinæ, dicuntur etiam vasa lignea ampliora ad tenendam aquam, Vne cuue ou vne bagnoire. Plin. Decoquitur in aqua & in piscinas ligneas funditur.

Piscinarius piscinarij, Qui piscinas piscibus refertas habet. Vnde Cicero Lucullum & Hortensium piscinarios appellat.

PISTILLVM, pistilli, n.g. Instrumentum quo in mortario tundenda teruntuntur. Vng petouil a broyer en vng mortier. Plau. in Aul. 5. 17, Cultrum, securim, pistillum, mortariũ, quæ vtenda vasa, semper vicini rogant.

PISTOR, PISTRINA. Vide PINSO.

PISVM pisi, n.g. Genus legumínis, Pois. Huius caules spargũtur in terrã, nisi habeant admínicula. Columella lib. 2, Similis quoq; ratio est pisi, quod tum facilẽ & solutã terrã desyderat.

PITHECVS, pitheci, m.g. Vng singe. πίθηκος enim simia dicitur.

Pithecium, deformem mulierẽ vocat Plautus in Mil. 13.42, AEdepol equidem bellula est.

PA. pithecium hæc est præ illa.

PITISSO, pitissas, pitissare, Parum vini, paulatim & quasi tentandi gratia gustare, Tater du vin. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 48, Pitissando modo mihi quid vini absumpsit! sic hoc dicens asperum pater hoc est, aliud lenius.

PITVITA, pituitæ, f.g. Morbus ex catarrho proueniens, Græce phlegma dicitur. Horatius in Serm. Lenta feret pituita, vides vt pallidus omnis.

Pituita, etiam catarrhus dicitur.

Pituita, in gallinis, La pepie. Columella lib. 9, Sæpe etiam iam validioribus remedijs factis, atque ipsis matribus etiam vitandæ pituitæ pernicies erit.

Pituitosus pituitosi, Qui vulgo dicitur phlegmaticus. Cic. lib. 1. De fato, Inter locorum naturas quantũ interfit videamus, alios esse salubres, alios pestilentes, in alijs esse pituitosos, & quasi redundantes, in alijs exsiccatos atque aridos.

PIVS, pia, pium, Qui colit deum, qui deo fidens, viuit secundum præcepta ipsius. Virg. Dij meliora pijs.

Pius Misericors, benignus. Cicero, Non secus in me pius, quàm pater in filios. Terentius in Hecyra, 1. 2. 77, Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili.

Pius, Castus, Quintil. Et pios amores & castos.

Pijssimus. Cicero in Philippicis M. Antonium notans quòd verbum nouum protulisset, ita dicit, Tu porrò ne pios quidem, sed pijssimos quæris: & quod verbũ omnino nullum in lingua Latina est, id propter tuam diuinam pietatem nouum inducis.

Pie, aduerbium, aliquãdo religiosè, & cum maxima in deum fiducia, aliquãdo clementer. Plin. in Paneg. 125, Ciuitas religionibus dedita, sempérque deorũ indulgẽtiam piè merita. A cause quelle ha touſiours eu fiance a luy, & a faict ce qui luy a pleu. Terẽt. in Adel. 3. 4. 13, Ille tibi moriens nos cõmendauit senex: si deseris tu, perijmus. H. Caue dixeris: neque faciam, neque me satis piè posse arbitror.

PIX, picis, f.g. Est quæ fit ex arborum resinis ad ignem decoctis, Poix. Pix liquida coquitur ad nauium, & ad multos alios vsus. Plinius libro xiiij, Pix in Italia ad vasa vino condendo maxime probatur.

P L

PLACABILIS, PLACATVS, Vide PLACO.

PLACENTA, placentæ, Libum farinaceum, quod fit ex farina siliginea, caseo, melle, Vng gasteau, ou autre telle chose. Dicta quòd nobis placeat: vel quòd eo deos solerẽt placare. Vel dicitur à Græco πλακοῦς.

PLACEO, places, placui, placitum, placere, Gratum esse. Plaire. Plautus in Amphit. 4. 156, Apage, non placet me hoc noctis esse, cœnaui modo.

Placere sibi. Est efferri, gloriari, Se plaire, Estimer de soy. Quintil. Placeas licet tibi opum tuarum fiducia diues, si mihi idem inuidere non expedit, pares sumus.

Placito placitas, placitare, Frequentatiuum. Plaut. in Bacchid. 21. 5, Non placitant mores.

Placitus placita placitum, Qui a pleu, que on a prins en gre. Terentius in Prolog. Hecyræ, 21, Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt. Idem in Hecy. 2. 1. 44, Et quę vobis placita cõditio est datur.

Placendus placenda placendum, Qui doibt plaire, & estre aggreable. Plautus in Trin. 17. 35, Si illa tibi placet, placenda dos quoque est, quam dat tibi.

Placitum placiti, n. g. Decretum dicitur, Ordonnãce. Plinius, Eadem ætas Neronis principatu ad Theſſalum tranſiliuit delentem cunctorum maiorum placita, & rabie quadam in omnes æui medicos perorantem.

PLACIDVS, placida, placidum, Mitis, ſedatus: quòd illa quæ quieta ſunt, omnibus placẽt. Donatus, Clemens eſt circa recte agẽtes: Placidus etiam circa delinquẽtes. Clemens, animo: placidus, vultu. Paiſible, Qui ne meine point de bruit. Coy. Terentius in Adelphis, 4. 1. 18, Cum feruit maxime, tam placidum, quàm ouem reddo. Ibidem, 5. 4. 10, Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus. Plaut. in Merc. 24. 4, Vxor tibi placida & placata eſt. Idem in Pœnulo, 7. 21, Præſertim in re populi placida, atque interfectis hoſtibus. Idem in Perſa, 5. 10, Ego tibi iſtuc placidum vt ſit, faciam. Ibidem, 12. 1, Hoſtibus victis, ciuibus ſaluis, re placida, pacibus perfectis.

Placida canis. Plautus in Moſtell. 10. 51, Age, tam placida eſt, quàm fœta. Subaudi, canis.

Placidus dies. Plin. epiſt. 101. d, Accipit ab hoc auras quamlibet ſereno & placido die.

Placidum iter. Plin. in Paneg. 32, Iam te ciuium deſyderia reuocabant, amorémque caſtrorum ſuperabat charitas patriæ: iter inde placidum ac modeſtum, vt planè à pace redeũtis.

Placidè, aduerbium, Paiſiblement, ſans bruyt, ſans noyſe, bellement. Plaut. in Bacchid. 15. 58, Ah, placidè volo vnum quodque agamus. Idem in Pſeud. 5. 14, Heus abijt, quin reuocas? P. quid properas? placidè.

Placide accubare. Plautus in Moſtell. 10. 55, Canem iſtam à foribus face abducas, etſi non metuenda eſt. TR. Quin tu illam aſpice quæſo vt placide accubat!

Placidè agere. Plaut. in Pœn. 7. 42, Si quid tu placide, otioſéque agere vis, operam damus.

Placide aperire fores. Plaut. in Bacch. 18. 35. Placide pulſare fores. Plaut. in Menæh. 4. 63.

Placidè currere, Plau. in Rud. 28. 10. Placide vnũ quodque derogitare, Plau. in Aſin. 7. 60.

Placidè excedere, Sortir tout doulcement. Plaut. in Curcul. 4. 1. Placide exquirere. Senquerir tout a ſon aiſe, ſans ſe haſter. Plaut. in Merc. 4. 53. & in Trin. 13. 36. Placide noſcita re, Plautus in Mil. 9. 41.

Placide aliquem ſequi. Plaut. in Mil. 18. 5.

Placo placas, placare, Mitem ac placidum facere, propiciare, Appaiſer, adoulcir. Plau. in Pſeud. 5. 95, Nolo victimas, agninis me extis placari volo. Idem in Merc. 24. 4, Vxor tibi placida & placata eſt. Terẽt. in Heaut. 5. 4. 21, Neque quod principiũ inueniam ad placãdum ſcio.

Placabilis & hoc placabile, Quon peult facilement appaiſer.

Placabiliter, placabilius, placabiliſſime. Aduerbium. Terent. in Phor. 5. 8. 68, Nunc quod ipſa ex alijs auditura ſit Chreme, id noſmet indicare placabilius eſt. Elle en ſera plus contente, elle en ſera plus toſt appaiſee. Idem in Adel. 4. 3. 17, Quapropter teipſum purgare ipſis coràm placabilius eſt.

PLAERVNQVE, vide PLERVNQVE.

PLAGA, plagæ, f. g. Percuſſio, vulnus, verber. Plaie. Virg. Plagíſque peremptum Tunſa per integram ſoluuntur viſcera pellem. Terent. in Eunucho, 2. 2. 13, Plagas pati non poſſum. Ie ne ſcauroye endurer deſtre batu.

Plagæ, Retia dicuntur rariora, ad capiendas feras: quòd plagis, id eſt foraminibus plena ſint. Plautus in Pœn. 9. 35, Hic hodie incedit venator domum: canes compellunt in plagas lepide Lycum. Cic. lib. 3. de off. Sintne igitur inſidiæ tẽdere plagas, etiam ſi excitaturus nõ ſis? Virg. lib. 4, Retia rara plagæ, lato venabula ferro. Seruius ſcribit hoc loco, plagas proprie illos funes dici quibus retia tenduntur circa imam & ſummam partem.

Plaga, Cæli vel terræ ſpatium ampliſſimum, quòd etiam tractus & clima à Græcis dicitur. Virg. lib. 7, In medio dirimit plaga ſolis iniqui.

Plagæ, Tapetes vel tapetia græce dicuntur, ſtragula latine. Tapis. Varro de vita pop. Rom. Chlamydes, plagæ, vaſa aurea Idem, Eburneis lectis & plagis ſigillatis.

Plagula plagulæ, Petite plaie.

Plagula, Petit tapis. Liuius lib. 9. de bello Macedonico, Luxuriæ enim peregrinæ origo ab exercitu Aſiatico in vrbem eſt. Inde primum lectos æratos, veſtem ſtragulatam, pretioſam, plagulas, & alia textilia, Romam adduxerunt.

Plagiarius plagiaria plagiarium, Qui plagas infert. Vng meurtrier, qui frappe & tue.

Plagiarius, qui libertum emit, vel vendit. Item qui ſeruo aut ſeruæ perſuadet vt à domino dominave fugiat, vel eum eamve inuito vel inſciente domino cælat, vinctum habet, emit vel vendit. Dictus plagiarius, quòd legæ Fãnia damnatus eſſet. Lex ipſa, plagiaria, crimen,

plagiarium vocatur. Martialis, Impones plagiario pudorem. Plagiarium vocat furem librorum ſuorum.

Plagoſus plagoſa plagoſum, Plagis plenus. Vt plagoſa crura apud Apuleium. Ab Horatio plagoſus dicitur, qui ſæpe plagas infert.

PLANCA, plancæ, Tabula plana, à planitie ita appellata, Vne planche. Pli. lib. 8, Nec pontes aſini tranſeant, per roritatem plancarum tranſlucentibus fluuijs.

Plancus, planci inquit Feſtus, qui ſupra modum planis pedibus eſt, qui pedes imos graciles habet, planóſque æqualiter, quaſi tabellas quæ plancæ vocantur.

PLANE, vide poſt PLANVS.

PLANETA, planetæ, m.g. Ab errore dictus eſt, ἀπὸ τῆς πλάνης, id eſt, ab errore. πλανήτης, id eſt, erraticus & vagus. Latini ab inceſſu vocant errantia, & erraticas ſtellas. Nigidius errores appellat. Vnde Virgilius de Mercurio, Quos ignis cœli Cyllenius erret in orbes. Sunt autem ſeptem planetæ, Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna.

PLANGO, plangis, planxi, planctum, plangere, Tũdere, vel percutere. Frapper. Ouid. Plãgere nuda meis conabar pectora palmis. Idem Tum demum pectora planxi. Lucilius, Plangunt littora fluctus. Ouid. Plangebant pectore terram.

Plangere, plorare & deflere: quia tum pectora plangere ſolemus, Lamenter, plourer, mener dueil en ſe frappant.

Planctus planctus planctui, Percuſſio. Lucanus, Exigit ad ſæuos famularum brachia planctus. Silius, Liuentia planctu Brachia.

Planctus, ploratio, Dueil, pleur.

Plangor, plangoris, m.g. Percuſſio. Catul. Procedunt, leuitérque ſonant plangore cachinni.

PLANIPES, planipedis, o.g. Qui pedes planos habet. Vnde Comœdiæ ſiue fabulæ genus dicitur planipedia, vbi nullo præcedebatur cultu: quòd actores pedibus planis, id eſt nudis, proſcenia introirent. Diomedes ſcribit planipedem græce mimum ſignificare: quòd actores planis pedibus, id eſt nudis, intrarent proſcenium.

PLANITIES, planitiei, f.g. æqualitas, Vne pleine, vng champ tout vni, ſans montaigne. Salluſt. Nam vti planities erat inter ſiniſtros montes & dexteram rupem aſperam, octo cohortes in fronte conſtituit.

Planitudo planitudinis. Columella lib. v, Perticæ cacuminũ modicæ planitudinis, quæ tamen dipondiaris orbiculi craſſitudinem non excedant, optimè panguntur. Quelles ſoient vng peu plates.

Planidus planida planidum, Qui eſt tout plat & vni. Columella lib. 3, Curámque adhibeto, vt à ſuperiore & ſicciore & exiliore in planidiorem, humidiorem, pinguiorem agrũ tranſferas.

PLANO, planas, planare, Applanir, vnir.

PLANTA, plantæ, Tota pars inferior pedum digitíque & vngues. La plante des pieds. Plin. lib. 7. cap. 2, Eudoxus in meridianis Indiæ viris plantas eſſe cubitales: fœminis adeò paruas vt ſtruthopodes appellentur.

Planta de arboribus dicitur, ea quæ tranſferendi gratia vel de arboribus rapta, vel ex ſeminibus eſt orta. & de herbis quoque dicitur, Vne plante dabre ou dherbes. Virgilius Hic plantas tenero abſcindent de corpore matrum. Plin. lib. 17. cap. 15, Satiuæ plantæ ſylueſtrium radicibus inſeruntur natura ſiccioribus.

Plantarium plantarij, Ipſa planta in terra nata quæ cum radicibus tranſfertur de vno loco ad alium, Vne ante ou plante. Virg. Syluarúmque aliæ preſſos propaginis arcus Expectant, & viua ſua plantaria terra.

Plantaria, Plantariorũ loca. Plin. lib. 17, Quædã in plantario inſita, eodem die trãſferuntur.

Plantarius plantaria plantarium, Quod plantari debet, ſeu quod eſt aptum vt plantetur, Qui eſt bon a planter. Columella lib. 6, Ipſæ autem arbuſculæ hoc modo poſſunt tranſferri: antequam plantarias arbuſculas effodias ſolo, rubrica notato partẽ eius quæ meridiem ſpectet.

Plantaris & hoc plantare, Quod eſt plantæ pedis, Qui appartient ou eſt de la plante du pied. Stathius lib. 1. Theb. Summa pedum propere plantaribus alligat alis.

Plantiger, plantigera, plantigerum, Plantas gerens. vt plantigeræ arbores, quæ ex ſe pullulando plantas emittunt. Plin. Siliqua plantigera eſt in imis partibus.

Planto plantas, plantare, Planter. Plin. lib. 17. cap. 10, Hoc modo plantantur Punicæ.

Plantago plantaginis, f.g. Du plantain. Plin. lib. 25. cap. 8, Celebrauit & Themiſon medicus vulgarem herbam plantaginem, tanquam inuentor, volumine de ea ædito. Duo eius genera

Minor anguſtioribus folijs & nigrioribus, linguæ pecorum ſimillimis, caule anguloſo, in terram inclinato, in pratis naſcẽs. Altera & maior, folijs laterũ modo incluſa, quæ quia ſeptena ſunt, quidam eam heptapleurõ vocauere. Huius & caulis cubitalis eſt, & napi ſimilis. Naſcitur in humidis multo efficacior. Vis mira in ſiccãdo, dẽſandóq; corpore, cauterij vicẽ obtinẽs.

PLANVS, plâna, plânum, penultima producta. Cuius figura æqualis eſt, Qui eſt applani. Vt planum ſolum apud Plinium epiſt. 161. a & 170. a

Planus pro aperto & manifeſto aliquãdo ponitur, quòd quæ plana ſunt, nullum impedimẽtum habeant, quin vndecũque videri poſſint, Cler manifeſte. Plaut. in Mil. 7. 51, Dudum ædepol planum eſt hoc quidem, quæ hucuſque fuerit intus. Idem in Perſa, 6. 1, Satín' hęc ſunt plana & certa? Idem in Trin. 10. 20, Tibi, patérque auóſque facilem facit & planã viam ad quærendum honorem.

Planum facere, Declarare, & rem difficilem, aut dubiam ſoluere, & ante oculos verbis explanare & patefacere. Tranſlatio enim à loco inæquali, qui cultu adhibito, aut opera planus fit. Donner a congnoiſtre, faire entendre, declarer. Cic. in Verrem, Hoc planum factum eſt, Cela a eſte manifeſté. Ibidem, Cum planum fieret decumis cõtra inſtituta legis, conſuetudinémque omnium. Idem pro Rabirio Poſthumo, In illo primo iudicio planum factum ſit. Idem pro Roſcio, Hic niſi planum facit ſeſtertia quinquagínta tria ad libellam ſibi deberi, cauſſam perdit, Sil ne monſtre que autant luy ſoit deu. Idem pro P. Quintio Id teſtibus pollicitus ſum, planum me facturum.

Plănus, plăni, penultima, correpta, Vng affronteur. Aulus Gellius, lib. 16. cap. 7. commemorat inter verba inuſitata, quibus vſus ſit Mímus Laberius, aítque ſignificare ſycophantam. Quãquam eodem nomine vſus eſt M. Tullius eodem ſignificatu in oratione, quam dixit pro Cluentio, Hic ille eſt planus improbiſſimus quæſtu iudiciario paſtus. Eſt autem dictio Græca πλάνος, ſignificátque tum erronem, tum impoſtorem. Horatius in epiſtolis, Nec ſemel irriſus triuijs attollere curat Fracto pede planũ, licet illi plurima manet Lachryma, per ſanctum dicat iuratus Oſirim Credite, non ludo, crudeles tollite claudum. Quære peregrinum vicinia rauca reclamat. Euſtathius Homeri interpres in Odyſſeam, ſic inquit (interprete Budæo) Planus eſt qui artem quandam profitetur imponendi etiam ſpectantibus, quales fuerunt Ciphiſſodorus & Pantoleon, & Matreas apud Alexandriam, qui vt author eſt Athenæus hiſtoricus, huiuſmodi ænigma propoſitabat, Alere ſe feram quandam, quæ ſemet ipſa eſitaret, ita vt nunc vſque Matreæ fera non inuenta ſit. Fortaſſe autem (inquit) aut iram, aut inuidiam, aut animi ægritudinem ſignificare voluit, aut huiuſmodi aliquem affectum. Huiuſmodi autem impoſtores in delicijs olim regum fuiſſe, ex Plinij verbis cõijcere licet, lib. 35, Non fuerat (inquit) Appelli gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo, quo regnãte Alexãdriã vi tempeſtatis expulſus, ſubornato fraude æmulorum plano regio, inuitatus ad regis cœnam venit, indignantíque Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendẽti, vt diceret à quo inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete deliniauit, agnoſcente vultum plani rege ex inchoato protinus.

Planè, planius, planiſſime aduerbium. Clerement, euidemment, manifeſtement. Plautus in Ciſtell. 4. 5, Quòd ſi tacuiſſet, tamen ego eram deus, qui poterám planius. Ibidem, Nunc operam date vt ego argumentum hoc vobis planè perputem. Idem in Bacchid. 15. 91, Planè adſcribito. Eſcrips clerement la choſe tout au long, que on lentende. Idem in Menæh. 7. 27, Non potuit paucis plura planè proloqui. Idem in Capt. 3. 7, Éſtne inuocatum, an non? planiſſime: verùm hercle, verùm nos paraſiti planius, quos nunquam quiſquam neque vocat, neque inuocat. Idem in Trin. 14. 62, Satín' ego oculis planè video? éſtne ipſus an non?

Planè, Certainement. Terentius in Heaut. 5. 1. 24, Sed te miror qui alia tam planè ſcias. Idem in Phor. 5. 2. 6, Nónne id ſat erat accipere ab illo iniuriam? etiam argẽtum eſt vltro obiectum ei, vt ſit quî viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat. G. planiſſime. D. his nũc præmium eſt qui recta praua faciũt. G. veriſſime, Il eſt tout certain. Plaut. in Epid. 9. 29, Hanc AEdepol rem apparabat. A. Planè hercle hoc quidem eſt. Certainement la choſe eſt ainſi. Idem in Mil. 8. 50, Viſáne ea eſt? s C. imò ædepol planè ea eſt. Il ny a point de faulte que ceſt elle.

Planè, Omnino, Totalement, du tout, tout a faict. Terentius in Heaut. 4. 3. 29, Satín' ſanus eſt, aut ſobrius? Tu quidem illum planè prodis. Idem in Phor. 4. 4. 5, Opera tua ad reſtim mihi quidem res redijt planiſſime. Cic. Trebonio, Quare ſi planè à nobis deficis, moleſte fero. Plautus in Aſin. 12. 67, Hic pone, hic iſtam colloca crumenam in collo planiſſime,

Plinius epiſt. 5. d, Rogo, inquit, mane videas Plinium domi, ſed planè mane.

Planiloquus, planiloqua, planiloquum, Qui dit clerement & appertement ce quil ſcet. Plautus in Trucul. 18. 11, Planiloqua es, paucis rem ipſam attigiſti.

PLASMA, plaſmatis, n.g. & plaſmatum plaſmati, Figmentum, figulinum opus dicitur quod formatum eſt.

Plaſma, Emplaſtrum: à πλάσσω fingo, compono. Perſius, Liquido cum plaſmate guttur Mobile calluerit. Antiqui enim nonnulli emplaſtrum ex pluribus liquidioribus rebus cõmiſtis vocem adiuuantibus faciebant. Cato, de plaſmatis ebibendis.

Plaſmo, plaſmas, plaſmare, Figmentum aliquod efficere.

PLASTES, plaſtæ, m.g. Fictor, qui figulinã artem, exercet, qui & figulus dicitur, Vng potier de terre. Plin. lib. 35. cap. 12, Plaſtæ, laudatiſſimi fuere Dimophilus & Gorgaſus.

Plaſtice plaſtices, f.g. Fictoria vel figularia, ars figulina, qua finguntur imagines ex argylla. Plin. lib. 35. cap. 12, De pictura ſatis ſuperque. Cõtexuiſſe his & plaſticen conueniat, eiuſdem operæ terræ fingere ex argylla ſimilitudines.

PLATANVS, platani, Tam maſcul. quàm fœmi. generis, tam quartæ quàm ſecundæ declinationis. Arbor latè ſpargentibus ramis. à πλάτος latum. Virg. in Culice, Nam primũ prona ſurgebant valle patentes Aeriæ platanus. Idem in Georg. Et ſteriles platani malos geſſere valentes. De platano vide Plinium lib. 12. cap. 1.

Platanetum plataneti, n.g. Locus platanis conſitus.

PLATEA, plateæ, f.g. Via latior, feréque militaris, prætoria, cõſularíſque dicitur. Vne rue. Plaut. in Menæh. 18. 5, Platea hac aufugite. Terent. in And. 4. 5. 1, In hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem.

Platea, Area in quam populus cõuenire ſolet. Vne place. Lampridius in Heliogabalo, Plateas in palatio ſtrauit Lacedæmonijs & porphiretis ſaxis.

Platea, Auis quæ ad capras volat quæ in mari mergũtur, & capita earum morſu corripit, donec capturam extorqueat. Plin. lib. x. cap. 40, Platea nominatur aduolans ad eas quæ ſe in mari mergunt, & capita illarum morſu corripiens, donec capturam extorqueat. Eadem cũ deuoratis ſe impleuit conchis, calore ventris coctas euomit, atque ita ex ijs eſculenta legit teſtas excernens.

PLAVDO, plaudis, plauſi, plauſum, plaudere, Eſt manibus pulſare, & ſtrepitum facere: quod vel lętitiæ, vel deriſionis cauſſa fieri ſolet, quoties alicui pro re bene geſta cõgratulamur lætitiámque oſtendimus, Frapper des mains lune contre lautre en ſigne de ioye: ou en ſe mocquant daucun. Plaut. in Amphit. 3. 83, Hoc quoque etiam mihi in mandatis dederat, vt cõquiſitores fierent hiſtrionibus, qui ſibi mandaſſent, delegati vt plauderent. Idem in Aſin. 16. 55, Pueri plaudite: & mihi ob iactum, cantharo mulſum date. Idem in Caſina, 26. 6, Verum qui non manibus, clarè, quantum poterit, plauſerit, &c.

Plaudere ſibi, Sibi blandiri & placere, ſua nimium amare. Plin. epiſt. 91, Nec ipſe tibi plaudis, & ego nihil magis ex fide, quàm de te ſcribo.

Plauſus plauſus plauſui, m.g. Ce bruyt quon faict des mains quãt on feſiouyt de quelque choſe quæ aucun ha bien faict. Eſiouyſſance. Cicero Philippica prima, Equidem is ſum qui iſtos plauſus cum à popularibus ciuibus tribuerentur, ſemper contempſerim: idémque cũ à ſummis, medijs, infimis, cũ denique ab vniuerſis hoc idem fit: cúmque ij, qui ante ſequi populi conſenſum ſolebant, fugiunt: non plauſum illum, ſed iudicium puto. Idem in Catone, Quibus cum à cuncto conſeſſu plauſus eſſet multiplex datus.

Plauſibilis & hoc plauſibile, Iucundum, populare, quod plauſu populi excipi poteſt. Cic. Quoniam plauſibilia hæc non ſunt vt in ſinu gaudeant, glorioſe loqui deſinant, Cela neſt point plaiſant, ne ioyeulx.

PLAVSTRVM plauſtri, n.g. Currus, Vng chariot. Plautus in Epid. 12. 22, Periſ, plauſtrũ perculi. Vide PERCELLO.

PLAVTVS, plauti, m.g. Feſtus, Plauti appellantur qui ſunt planis pedibus. vnde & poeta Accius, quia Vmber Sarcinas erat, à pedum planicie, initio plotus, poſtea plautus eſt dictus. Soleas quoque dimidiatas, quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent, ſemiplotia appellabant.

PLEBS, plebis, f.g. vel plebes plebei, Idem quod vulgus, hoc eſt vilior pars populi, Le commun peuple. Gellius, Plebes in qua gentes ciuium patriciæ non inſunt. Plin. Tanta plebei cõſternatione, vt primo pulſus ex ea regione, mox & interemptus ſit. Salluſtius in oratione

Marci ad plebem, Quid cenſes igitur, aliquis veſtrum ſubiecerit? primum omnium omittendum morem hunc, quem agitis impigræ linguæ, animi ignaui, nõ vltra concionis locum memores libertatis, deinde ne vos ad virilia illa vocem, quo Tribunos plebei modo patritium magiſtratum. Ibidem, Docendúmque quas iniurias, & quoties à patribus armata plebes ſeceſſiſſet.

Plebs, & ἀπὸ τῶν πλειόνων, hoc eſt à plurib⁹ dicitur: quòd plures ſint plebei, quàm patricij.

Plebecula plebeculæ, diminutiuum.

Plebiſcitum plebiſciti, n. g. Plebis ſtatutum. Sciſcere enim, ſtatuere eſt. Gellius lib. 14, Tribuni autem neque aduocant patricios, neque ad eos referre de vlla re poſſunt: Ita ne leges quidem propriè, ſed plebiſcita appellantur, quæ Tribunis ferentibus accepta ſunt. quibus rogationibus antea patricij non tenebantur donec Quintus Hortenſius dictator eam legem tulit, vt eo iure quod plebs ſciuiſſet, omnes Quirites tenerentur. Liuius lib. 3, Omnium primum cum velut in controuerſo iure eſſet, tenerentúr ne patres plebiſcitis, legem Centuriatis comitijs tulere, vt quod tribuni plebis iuſſiſſent, populus teneret. qua lege tribunitijs rogationibus telum acerrimum datum eſt. Eſt igitur plebiſcitũ quod nulla authoritate patrum conſtitutum eſt. Plautus in Pſeud. 11.58, Plebiſcitum ſcitum.

Plebeius plebeia plebeium, Quod eſt plebis. Vt plebeij ædiles.

Plebeus, Qui eſt du commun, poure populaire. Plautus in Pœnulo, 7.12, Heus tu, quanquam nos videmur tibi plebei & pauperes, ſi nec recte dicis nobis diues de ſummo loco, diuitem audacter ſolemus mactare infortunio.

Plebicola plebicolæ, Qui plebem colit, & plebi ſeruit. Cic. pro lege Agraria, Totus enim ager Cãpanus colitur, & poſſidetur à plebe optima & modeſtiſſima, quod genus hominũ optimè moratum, optimorum & aratorũ & militum ab hoc plebicola Tribuno pl. funditus eijcitur.

PLECTO, plectis, plexi, plectum, ſecundum Priſcianum: vel vt alij volunt, plexui, plexum, plectere, Punire, ferire, Frapper, punir. Plautus in Pœnulo, 4.136, Sed videſis ne tu oratorẽ hũc pugnis plectas poſtea. Idem in Menæh. 22.27, Quid me vobis tactio eſt? plectè illos pugnis. Terẽt. in Phor. 1.4.40, Tu iam lites audies, ego plectar pendens. Cic. de Amicit. 71, Sed cũ multis in rebus negligentia plectimur, tum maxime in amicis & deligẽdis & colẽdis. Plecto, dicitur ἀπὸ τοῦ πλήσσω, ferio.

Plectrum plectri, Inſtrumentum quo citharœdi fides plectuntur, id eſt percutiuntur, Larchet dung rebec, ou autres tels inſtrumens. Martialis, feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilem garula plectra lyram.

Plectrum etiam quandoque dicitur calcar æneum, quod olim gallis gallinaceis addebatur dum inter ſe pugnarent.

PLENVS, plena, plenum, Quod eſt vacuo contrarium, Plein. Plaut. in Sticho, 8.16, Propino tibi ſalutem plenis faucibus. Idem in Trucul. 16.13, Integrum & plenum adorta eſt theſaurum. Idem in Perſa, 13.41, Mulſum bibite, vſque plenis cantharis.

Plenus à ſummo cadus, Plein iuſques au bort. Plautus in Mil. 11.40.

Plenus, genitiuo iungitur aliquando, vt Plenus ætatis. Plautus in Merc. 11.13, Tanto minus cum ſis iam ætatis plenus, anima fœtida, Veu que tu es fort ancien.

Plenus amoris. Plautus in Trin. 11.16, Vt ego nunc adoleſcenti theſaurum indicem indomito, pleno amoris, Fort amoureux.

Plenus cõſilij, Vng hõme de grãd cõſeil. Plau. in Epid. 3.49, Plenus conſilij es, noui ego te.

Plenus gloriarum. Plaut. in Mil. 3.22, Periuriorem hoc homine ſi quis viderit, aut gloriarũ pleniorem, quàm illic eſt.

Plenus ingenij. Cic. pro L. Flacco, Sic adoleſcens ingenij plenus, locupletes metu, tenues præmio, ſtultos errore permouit.

Plenus litium. Plaut. in Menæh. 14.9, Litium pleni, rapaces, fraudulenti ſunt viri.

Plenus negotij, Fort embeſongne. Plaut. in Pſeud. 5.145, Ego negotij ſum plenus.

Plenus præceptorum Terent. in Adel. 3.3.58, Syre præceptorum plenus iſtorum ille.

Plenus ſanguinis. Plaut. in Bacchid. 2.45, Magiſtrón' quẽquam diſcipulum minitarier? nihil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis. s. Si grans meurtriers.

Plenus vini. Terent. in Hecyra, 5.3.25, Nam memini ab hinc menſes decem ferè ad me nocte prima confugere anhelantem domum, ſine comite, vini plenum. Tout yure.

Plenus, aliquãdo ablatiuo iungitur. Plenus annis, fort vieulx. Plinius epiſt. 25.c, Et ille quidem plenus annis obijt, plenus honoribus.

Plenus dedecore. Plau. in Amph. 15.9, Tũ verò vxor vitio, ſtupro, dedecore me plena enicat.
Plenũ ſplẽdore cælũ. Plaut. in Merc. 22.39. Plen⁹ fide, apud Ciceronẽ in dialog. de ſenect.
Plenis vijs ire. Plaut. in Epid. 5.25, Quî tu ſcis? E. quia ego ire vidi milites plenis vijs: arma referunt, iumenta deducunt. Les rues toutes pleines.
Plenior, Plus plein. Plenior venuſtatis. Terent. in Hecyra, 5.4.8, Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque adeò plenior? Plenior inimicorũ. Cic. de prouincijs cõſul. Quis plenior inimicorum fuit C. Mario?
Pleniſſimus, ſuperlatiuum. Treſſort plein.
Pleniſſimum teſtimoniũ. Plin. epiſt. 225, Quòdque ille mihi cum pleniſſimo teſtimonio indulſerat, ego ſtatim decurionibus ſcripſeram. Idem epiſt. 308, Cum præfectus cohortis pleniſſimum teſtimonium meruerit Iulij ferocis.
Plenitas plenitatis, f. g. Plenitatẽ veteres ignobilitatẽ dixere, teſte Perotto. Cato, Propter tenuitatem & plenitatem. Hemina, Quicunque propter plenitatem agro publico eiecti ſunt.
Plene aduerbium, Pleinement, amplement. Plin. epiſt. 243, Illud vnum, quod propter charitatem eius nondum mihi videor ſatis plenè feciſſe, etiam atque etiam facio.
Plenilunium plenilunij, Pleine lune. Plin. lib. 18, Cum verò occidente ſole orietur luna ex aduerſò, ita vt pariter aſpiciantur, tunc erit pleniluniũ. Idem lib. 7. cap. 6, Sed plurimũ langoris in vtroque ſexu, capillum germinãte partu, & in plenilunio, quod tempus, æditos quoque infantes præcipue infeſtat.
PLERVSQVE, pleraque, plerunque, à plus deducitur, quod authores vſurpãt aliquando pro eo quod eſt plures, & maxima ex parte. La plus part. Salluſt. In diuiſione orbis terræ plerique in tertia parte Africam poſuere: pauci tantum modo Aſiam & Europam.
Plerique, Id eſt nonnulli. Quintil. Videas pleroſque ita percitos.
Plerique omnes, Vna pars orationis eſt, teſte Donato, idem ſignificãs quod plerique ſiue pleraque, hoc eſt maxima ex parte. Donatus, Plerique omnes, ἀρχαϊσμὸς eſt. nã errant qui plerique παρέλκον intelligũt, aut qui ſubdiſtingunt PLERIQVE: & ſic inferunt omnes. hoc enim pro vna parte orationis dixere veteres. Idem ſuper Hecyrã Terẽtij, Plus ſatis. Noue. ſed intelligitur, plus quàm ſatis. Hoc quidã putant. at mihi de his videtur eſſe quæ à veteribus geminabantur. vt plericȝ omnes, id eſt omnes: & pleraȝ omnia, id eſt omnia: ſic & plus ſatis pro ſatis. Terẽt. in And. 1.1.28, Quod plericȝ omnes faciũt adoleſcentuli, vt animũ ad aliquod ſtudiũ adiũgãt. Idem in Phor. 1.3.20, Ita plericȝ ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Idem in Heaut. 4.7.2, Quid rei eſſet, dixti huic? s. dixi pleraȝ omnia.
Plerus, ſine adiectione aliquãdo inuenitur. Pacuuius, Periere Danai, plera pars peſſũdata eſt.
Pleruſque, ἀπὸ τοῦ πλήρεις fit, quod plenum, frequens ſignificat.
Plerunque aduerbium, à pleruſque, Fere ſemper, Souuẽteſfois, preſque touſiours. Terẽt in And. 1.2.22, Tum ſi quis magiſtrũ cepit ad eam rem improbum, ipſum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
Plerunque, aliquando ſignificat nõnunquã, ſed rariſſime. Quintil. Excuſſa ſunt plerunque vitia verberibus.
Plerunque omnes. Plaut. in Trin. 3.5, Nam hic nimiũ morbus mores inuaſit bonos, ita plerunque omnes iam ſunt intermortui.
PLEVRITIS, pleuritidis, f. g. Dolor laterum, græcè ἡ πλευρὰ τῆς πλευρᾶς, latus dicitur.
Pleureticus, pleuretica, pleureticum, Qui laterum dolorem patitur. Plin. lib. 20. cap. 17, Tuſſiẽtibus quoque cum melle datur & pleureticis & peripneumonicis.
PLEXA, ligata dicuntur. à quo perplexa, id eſt intricata atque abſtruſa.
PLICO, plicas, plicaui, plicatum, & plicui plicitum, plicare, Nectere, & veluti rugas facere. Plier. à græco πλέκω, quod eſt necto.
Plicatilis & hoc plicatile, Quod plicatur. vt nauis plicatilis, cum facta eſt ex corio. Plicatilis criſta vpupæ, Qui ſe plie.
PLODO, plodis, ploſi, ploſum, plodere, Quatere, ſiue collidere, & manibus, pedibúſve ſonũ aliquem facere. Hinc compoſita, Applodo, complodo.
PLORO, ploras, plorare, Plourer, ou pleurer. Feſt⁹, Plorare, flere, inclamare. Plaut. in Aulul. 9.29, Plorat aquam quum lauat. Il pleure leaue quil reſpend quant il ſe laue.
Ploratus ploratus ploratui, m. g. Pleur.
Plorabundus plorabunda plorabundum, Qui pleure fort. Plaut. in Aulul. 9.38, Homo ad prætorem plorabundus deuenit. infit ibi poſtulare, plorans, eiulans, &c.
PLOSTRVM. ploſtri, n. ge. Idem quod plauſtrum. Cato de re ruſtica, cap. 62, Quot iuga

boum, mulorum, asinorum habebis, totidem plostra esse oportet.

Plostrarius plostraria plostrarium, Qui fert a vng chariot. vt, Asinus plostrarius.

Plostellum plostelli, Vn petit chariot.

Plostellum Pœnicũ quid sit, Varro declarat his verbis lib. 1. de re rust. cap. 52, È spicis in areã excuti grana, quod fit apud alios iumẽtis iunctis, ac tribulo: id fit è tabula, lapidibus, aut ferro exasperata, quæ impositio auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana: aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocãt plostellum pœnicum.

PLVMA, plumæ, fœ. g. Mollior & exigua penna. Plume. Plaut. in Menæch. 11. 23, Pluma leuior. Plus legier que plume.

Plumula plumulæ, diminutiuum, Parua pluma. Columella lib. 9, Plumulæ sub cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ durescant, & naturalia præcludant.

Plumeus plumea plumeum, Qui est de plume.

Plumarius plumaria plumariũ, Quod ex pluma est. Vnde plumariã culcitram dicimus, quæ pluma plena est. Plumarium dicitur opus acu factum, quod Græci à liciorum varietate multiplici, polymitarium appellant.

Plumarius plumarij, Qui acu depingit. Vng brodeur. Cato de liberis educandis, Etenim nulla quæ non didicit pingere, potest bene iudicare, quid sit bene pictum plumario, aut textore in puluinaribus plagis.

Plumatile plumatilis, n. g. Quod ex plumis factum est. Plaut. in Epid. 5. 50, Cumatile, aut plumatile, aut cerinũ. Nonius clauatum interpretatur, aut ex pluma factum.

Plumo plumas, plũmare, Plumis vestiri, Deuenir en plumes. Vnde plumatum esse pennatũ dicimus. Gelli⁹ lib. 1, Auicula est parua, nomẽ est cassita, habitat nidulaturque in segetib⁹ id fermè temporis vt appetit messis, pullis iam iam plumantibus.

Plumare, Acu pingere, Broder. Flauius Vopiscus, Laneas tunicas purpura micantes, & plumãti difficultate pernobiles.

Plumesco plumescis, plumescere, Pennatum fieri, Deuenir emplumé.

PLVMBVM, plumbi, n. g. Plomb. Plin. lib. 34. cap. 16, Sequitur natura plumbi, cuius duo sunt genera, nigrũ atque candidum. Pretiosissimũ candidũ: à Græcis appellatũ est cassiteron. Et in fine capitis, Plumbi nigri origo duplex est, aut enim sua prouenit vena, nec quicquam aliud ex se parit. aut cum argẽto nascitur, mistisque venis conflatur. Ibidem, cap. 17, Nũc adulteratur stannum, addita æris tertia portione candidi in plumbum album. Potain.

Plumbeus plumbea plumbeum, Quod est ex plumbo, Quil est de plomb. Plaut. in Trin. 13. 117, Cui si capitis res siet, nummum nunquam credam plumbeum. Et in Casina, 5. 42. Mortarius plumbeus apud Plinium lib. 34. cap. 18.

Plumbeo iugulare gladio, est futili leuique argumento, conuincere quẽpiam. Cic. ad Atticum, Cum illum plumbeo gladio iugulatum tamen iri diceret.

Plumbeum hominem Plautus appellat liuidum. Terentius verò obtusum, Vng lourdault, qui na point desperit in Heaut. 5. 1. 4, In me quid vis harum rerum conuenit, quæ sunt dicta in stultum caudex, stipes, asinus plumbeus.

Plumbeæ iræ. Plaut. in Pœnul. 12. 18, Verùm ita sunt omnes isti nostri diuites, si quid benefacias, leuior pluma est gratia: si quid peccatum est, plumbeas iras gerunt. Id est, grauissimas, & quæ diu insident pectoribus. Il leur en souuient long temps.

Plumbeum ingenium per trãslationem dicitur obtusum, & quod cogitando penetare nõ potest. Vng lourd & dur entedement.

Plumbago plũbaginis, f. g. Auri & argẽti vena cõmunis, quæ græcè molybdena vocatur. Plini⁹, Frequẽs & his plumbago. Idem lib. 34. cap 18, Est & molybdena, quam alibi galenã vocauimus, plumbi & argenti vena cõmunis. Ibidem, Quidam limatum plumbum sic terunt: quidam etiam plumbaginem admiscent.

Plumbago, Herba. de qua sic Plini⁹ lib. 25. cap. 13, Nascitur vulgo molydena, id est plumbago, etiã in aruo, folio lapathi, crassa radice, hispida. hæc cõmanducata, si oculis subinde reli gatur, plumbum quod est genus vitij, ex oculis tollit.

Plumbarius plumbaria plumbarium, Quod ad plumbum pertinet. vt plumbaria officina. Plin. lib. 35. cap. 18, Psimmythium quoque hoc est cerusam, plumbariæ dant officinæ.

Plumbarius, Qui opera facit ex plumbo.

plumbosus plumbosa plumbosum, Ou il y a force, ou beaucop de plomb. Plin. lib. 34. cap. 18, Est & molybdena quam alibi galenã vocauimus, plumbi & argẽti vena cõmunis. melior hæc, quanto magis aurei coloris, quantóque minus plumbosa: friabilis, & modicè grauis.

Plumbo plumbas, plumbare, Ferruminare, Soulder. Plin. lib. 34. cap. 17, Albi plũbi natura plus aridi habet, cõtráque nigri tota humida eſt: ideò album nulli rei ſine miſtura vtile eſt, neque argentum ex eo plumbatur: quoniam prius liqueſcit argentum.

Plumbatura plumbaturæ, f. g. Ferruminatio, & quæcunque coniũctura plumbo facta. Souldure.

Plumbata plũbatæ, inquit Perottus, Pila plumbea, quam veteres peregrino vocabulo manobarbulum vocabãt. À quo & milites qui his vtebantur, manobarbuli appellati ſunt.

PLVO, pluis, plui, plutum, pluere, Plouuoir. Et dicitur deus pluere. Deus pluit aquam.

Aliquando id quod deus pluit, ponitur in nominatiuo. Valerius Maximus, in Piceno agro lapides pluiſſe ait.

Aliquando in ablatiuo. Liuius lib. 6. de bello Maced. Tarracinæ & Amiterni nuntiatum eſt aliquando lapidibus pluiſſe.

Pluuia pluuiæ, f. g. Pluye.

Pluuius pluuia pluuium. vt aqua pluuia, quæ pluta eſt, Eaue de pluye. Plin. Teritúrque in mortarijs, admiſta aqua pluuia.

Ventos pluuios vocat Horatius lib. 1. Carminũ, hoc eſt pluuiam inducentes, Pluuieulx. Columella Ver pluuium nominat, in quo ſæpe fit pluuia.

Pluuialis & hoc pluuiale, Idem quod pluuius. Columella lib. x, Infoſſi lacus ſiginno conſtruuntur, qui receptã pluuialem aquam cõtineant. Feſtus, Compluuiũ, quò de diuerſis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum.

Pluuioſus pluuioſa pluuioſum, Pluuieulx. vt annus pluuioſus, in quo fuerunt frequẽtes pluuiæ.

PLVS, neutri generis in ſingulari numero, in plurali vero, hi & hæ plures & hæc plura vel pluria. Comparatiui gradus eſt. Cic. de Amicitia, 39, Plures enim diſcent quemadmodũ hæc fiant, quàm quemadmodum his reſiſtatur.

Nominatiuo aliquãdo iũgitur. Liuius de bello Maced. Plus quinquaginta hominũ ceciderũt. Ibidẽ, Paulò plus trecenta vehicula miſſa. Idem de bel. Punico, Hominũ eo die cæſa plus duo milia. Ibidẽ, Plus tamen duo milia hoſtiũ eo die cæſa. Ibidẽ, Plus decẽ milia capta. Plaut. in Mil. 14. 71, Plus mihi auri mille eſt modiorũ philippi.

Genitiuo, iuxta regulam communem. vt plus plauſtrorum. Plaut in Aulul. 15. 32. Plus ſapientiæ, Plaut. in Mil. 5. 81.

Accuſatiuo. Plaut. in Epid. 10. 62, Quæ plus iam ſum libera quinquẽniũ. Il y a ia plus de cinq ans. Terẽt. in Adel. 2. 1. 46, Plus quingẽtos colaphos infregit mihi. Cato de re ruſt. Ne plus quatuor digitos trãſuerſos emineãt. Victruuius, Ita à pariete diſtent, vt ne plus pateat palmũ. Idem, Diſponantur inter ſe, ne plus ſpatium habentes pedes binos. Liuius de bello Macedonico, Aberat acies eorũ paulò plus quingentos paſſus. Terent. in Heaut. 3. 1. 42, Plus decem ancillas ſecum adduxit.

Ablatiuo. Plau. in Epid. 8. 11, Plus attuli decẽ minis quàm Daniſtæ debes. Idem in Menæh. 10. 1, Plus triginta annis natus. Idem in Curc. 2. 14, Plus iam anno ſcio. Idem in Bacch. 18. 20, Plus annis decem iam mortuũ eſſe oportuit. Terẽt. in Hecy. 3. 4. 7, Dies triginta, aut plus eo in nãui fui. Cic. pro Publio Quintio, Ac tecũ plus anno vixit in Gallia. Idem pro Planco, Nõ poſſum dicere eũ præfuiſſe, neque poſſum negare eũ abfuiſſe, ſed non plus duobus aut tribus menſibus. Liuius de bello Punico, Ab vtraque parte ſexcẽtis plus peditibus & dimidium eius equitum cecidit. Ibidem, Fama tenuit haud plus fuiſſem edio.

Plus, cũ verbis iũgitur. Plus amo. Plaut. in Merc. 9. 43, Nullũ adoleſcẽtẽ plus amo. Plus bibi. Terẽt in Heaut. 2. 1. 8, Is mihi vbi adbibit plus paulò, ſua quæ narrat facinora? Plaut. in Mil. 10. 56, Plus dabo quàm prædicabo ex me venuſtatis. Cic. de Amicitia, 35, Et hercle ita fecit, vel plus etiã quàm dixit. Plura dicã de peccatis tuis. Terent. in prol. Heaut. 33. Plus fuiſti. Ter. in Hecy. 2. 1. 39, Qui ſcis an ea cauſſa mi vir me odiſſe aſſimulauerit, vt cũ matre vnà plus eſſet? Donatus, ἰδιοτικῶς dixit, id eſt diu, ac maiorẽ partẽ, Plus lõguemẽt. Plus intromiſſus, Plus de fois. Plaut. in Truc. 16. 20, Nõ ego nũc intrò advos mittam? A. quid, num miles magis? D. quia enim plus dedi. A. plus enim es intromiſſus, quũ dabas. Plus noceas tibi, dum ferias illos. Plaut. in Pſeud. 4. 5. Plus ſcio. Plaut. in Truc. 6. 38, Scio ego plus, quàm me arbitraris ſcire. Terẽt. in Adel. 5. 9. 39, Tibi pater permittimus: plus ſcis quid facto opus eſt. Tu ſces mieulx quil fault faire. Plus ſum quàm. Plaut. in Rud. 30. 18, Quid tu, num medic⁹ quæſo es? L. imò ædepol vna litera plus ſum medicus. Plus vides. Terẽt. in And. 4. 4. 17, Sed ſi quid eſt quod mea opera opus ſit nobis, aut tu plus vides, manebo.

Plures pro multi, paſſim apud authores legitur.

Plus minus. Plaut. in Menæh. 14. 18, Plus minus opus quàm erat, multò dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret. Beaucop moins.

Plus, minúſve. Terent. in Phor. 3. 3. 21, Ne quid plus minúſve faxit, quod nos pòſt pigeat Geta. Ne plus ne moins.

Plúſve, minúſve. Martialis, Speranti plures (nam ſtare aut creſcere debent Munera) venerunt plúſve minúſve duæ. Id eſt circiter duæ. Enuiron deux.

Plus ſatis, Pro ſatis, inquit Donatus. Plaut. in Epid. 8. 10, Accipe hoc ſis. s. quantũ hic ineſt: E. quantum ſat eſt, & plus ſatis ſuperſit. Noue, inquit Donatus, & intelligitur plus quàm ſatis. Terent. in Eunucho. 1. 2. 5, Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.

Plus, plúſque. Plaut. in Aulul. 16. 10, Dij faciant vt ſiet, plus plúſque iſtuc ſoſpitẽt quod nũc habes. Cicero Attico, lib. 6, Nec enim ipſum odimus, & Brutum amamus, & Pompeius à me mirificè contendit, quem me hercle plus, plúſque in dies diligo. De plus en plus.

Pluſquàm, vnica dictio eſt vel duæ. Plaut. in Epid. 14. 10, Duodecim ego deis pluſquàm placeo deorum immortalium. Terent. in Phor. 5. 3. 14, Hei video vxorem: penè pluſquàm ſat erat. Cic. de Amicitia, 45, Quamobrem angor iſte qui pro amico ſæpe capiendus eſt, non tantum valet vt tollat è vita amicitiam, non pluſquàm vt virtutes, quia nonnullas curas & moleſtias afferunt, repudientur.

Pluris genitiuus, verbis æſtimandi & pretij frequenter iungitur. Plaut. in Merc. 9. 15, Oratio ædepol pluris eſt huius, quàm quãti hæc empta eſt. Idem in Truc. 10. 8, Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decem. Idem in Pſeud. 3. 10, Non pluris refert, quàm ſi imbrem in cribrum geras.

Plurifariã, aduerbiũ, Pluribus modis, En pluſieurs ſortes & manieres. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 43, Cubicula plurifariã diſpoſita, tabellis ac ſigillis laſciuiſſimarũ picturarũ & figurarum adornauit. Ibidem, in Claud. Cæſ. cap. 21, Gladiatoria munera plurifariã ac multiplicia exhibuit.

Pluſculus pluſcula, pluſculum, diminutiuũ à plus. Vng peu plus. Plaut. in Amphit. 4. 129, Mira ſunt, niſi inuitauit ſeſe in cœna pluſculum. Terent. in Phor. 4. 3. 60, Vxori emunda ancillula eſt, tum autem pluſcula ſupellectile opus eſt.

Plurimus plurima plurimũ, Superlatiuũ à multus. Plaut. in Aulul. 4. 27, Quod me ſollicitat plurimis miſerum modis. Terent. in Eunucho, 2. 2. 39, Plurima ſalute Parmenonem ſummum ſuum impertit gnato.

Plurimus, Longus. Virg. Ianque aſcendebant collem, qui plurimus vrbi Imminet. Vnde apud eundẽ, Nux plurima, id eſt, longa, qua ſignificatur amygdalum.

Plurimi, genitiuus, verbis æſtimãdi iũgitur. Plau. in Bacch. 4. 29, Imò vnicè illũ plurimi pẽdit.

Plurimùm, aduerbium, Beaucop. Terẽt. in Eun. 3. 2. 4, Ecquid nos amas de fidicina iſtac? THA. plurimùm merito tuo. Plau. in Perſ. 13. 16, Plurimùm ſalue. Idem in Amph. 8. 123, Quin eo fit, mihi plurimùm & credo, & ſcio iſta eſſe facta perinde, vt proloquor. Cic. de Amicitia, 41, Plurimùm ſibi confidit.

Plurimùm, Le plus ſouuẽt, cõmunemẽt, le plus du tẽps. Terẽt. in Phor. 1. 4. 17, Domum ire pergã: ibi plurimùm eſt. Plin. de canibus, Ferũt LXX dieb⁹, & plurimùm trib⁹ mẽſibus. Et de vrſis, Pariũt plurimũ quaternos. Pro hoc vulg⁹ VTPLVRIMVM dicit, Grẽcorũ more

Pluralis & hoc plurale, Plurier. vt pluralis numerus, Nombre dict de pluſieurs.

Pluratiuus pluratiua pluratiuum, Idem.

PLVTEVS, plutei, m. g. Machina ad expugnãdos muros ad ſimilitudinẽ caſſidis. Cõtegitur è vimine, & corijs protegitur, terniſque rotulis, quarũ vna in medio, duæ in capitib⁹ apponũtur: in quãcunque partẽ volueris, admouetur. Hos obſidẽtes muris admouẽt, applicántque, & eorũ munitione ſagittis ſeu alijs miſſilibus defenſores de propugnaculis exturbant, vt ſcalis aſcendendi præſtetur occaſio, vt inquit Vegetius. Cæſar, Semperque hoſtibus ſpes victoriæ redintegrabatur, eò magis quòd deuſtos pluteos turrium videbãt, nec facile adire apertos ad auxiliandum animaduertebãt. Plaut. in Mil. 5. 111, Pluteos ad eum agam.

Plutei, etiã tabulæ quibus aliquid præſepiretur, dictæ ſunt. Liuius, Cratibus, pluteiſq; & lineis cõtectus. Suetonius in Caligula, Accipere videtur pluteũ pro fulcro tori diſcubitorij, cũ inquit, Quoſdam ſummis honoribus functos cœnare, modo ad pluteum, modo ad pedes ſtare ſuccinctos linteo paſſus eſt. Martialis, Nam pluteo vindice tutus erat.

Plutei, Librorum & tabularum, ſignorúmque repoſitoria appellantur. Iuuenalis, Et iubet archetypos pluteum ſeruare Cleanthas.

Pluteus literalis, Tabula qua vtuntur ii qui literis dant operam, & ſcribũt. Perſius, Nec pluteum cædit, nec demorſos ſapit vngues.

Pluteum etiam dicebãt ſpatium id quod inferiores columnas à ſuperioribus, pro longitudine in fronte diſcernebat.

Plutealis & hoc pluteale. Vnde à Cicerone ſigilla plutealia, imagunculæ pluteis, id eſt tabulis incluſæ.

PLVVIA, PLVVIALIS, vide PLVO.

P N

PNEVMA, pneumatis, n.g. Spiritus, flatus. Vent.

Pneumaticus pneumatica pneumaticũ, Organa pneumatica, id eſt ſpiritualia, Tuyaulx en quoy on ſouffle. Plin. lib. 19, è puteo perticis pneumaticiſque organis tollẽdo. Dicitur & in muſica Ratio pneumatica.

PNEVMON, pneumonis, m.g. Latinè pulmo dicitur, Quod à πνέω ſpiro deſcendit. Vnde pneumonia, quæ & peripneumonia, inflãmatio pulmonis, cum ex alijs cauſſis, tum ex diſtillatione vehementi vel ſynanchia vel ſuſpirio vel pleuritide proueniens, vt ſanguis inde copioſus excreari ſoleat. Hinc pneumonici, qui laborant ex pulmone, qui latinè dici poſſunt pulmonarij: ſicut à Columella ouis pulmonaria dicta eſt, cuius pulmo afficitur.

P O

PO, in ſaliari carmine, poſitum eſt pro populo, inquit Feſtus.

POCVLVM, poculi, n.g. Vas in quo bibitur, Vng hanat, ou pot a boire, cõme gobelet, taſſe, & tel autre inſtrumẽt. Plin. lib. 34. cap. 7, Statuã Auernorũ cum faceret, prouinciæ Vibio Auito præſidẽte, duo pocula Calamidis manu cęlata, quæ Caſſio Syllano auũculo eiꝰ præceptori ſuo Germanicus Cæſar adamata donauerat, æmulatus eſt, vt vix vlla differentia eſſet artis. Cic. in Verrem, act. 6, In his pocula duo quædam quæ Heraclea nominantur, Mentoris manu ſummo artificio facta.

Poculũ, Quãdoque ſumitur pro eo quod bibimus, Vng breuuage. Plaut. in Trucul. 3. 16, Interim ille hamũ vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit meré. Virg. Pocula ſiquando ſæuæ infecere nouercæ.

Pocillum pocilli, diminutiuum, Paruum poculum. Plin. lib. 4, L. Papyrius imperator aduerſus Samnites dimicaturus votũ fecit ſi viciſſet, Ioui pocillum vini, &c. Idem in Aſin. Tecũ vna poſtea, tecum aquæ pocilla potitet.

Pocillator pocillatoris, m.g, Pincerna, qui pocula menſæ ingerit. Qui ſert de verſer a boyre.

PODAGRA, podagræ, f.g. Pedum dolor. πούς pes, ἄγρα atrocitas. Martialis, Litigat, & podagra Diodorus Flacce laborat. Ouid. lib. 2. de Ponto, Soluere nodoſam neſcit medicina podagram. Plin lib. 26. cap. 10, Podagræ morbus rarior ſolebat eſſe, nõ modo patrum auorũmque memoria, verũtiam noſtra. peregrinus & ipſe. Nã ſi Italiæ fuiſſet antiquitus, Latinũ nomen inueniſſet. Inſanabilis nõ eſt credendus: quippe quando in multis & ſponte deſinit, & in pluribus curatur.

Podagra, dicitur etiam laqueus, quo capiuntur animalia.

Podagricus podagrica podagricum, Qui podagra laborat. Plaut. in Merc. 19. 17.

Podagroſus podagroſa podagroſum, Idem. Plaut. in Merc. 12. 8, Sed tandem ſi podagroſis pedibus eſſet Eutychus, iam à portu rediiſſe potuit.

PODARIS, & hoc podare, Talaris, Qui va iuſques aux talons. Podaris tunica. Apuleius, Podarem tunicam ſumens.

PODEX, podicis, m.g. Poſterior pars corporis pudenda.

PODIVM, podij, n.g. Locus ad ſpectãdũ habilis, à pede nomen habẽs: ſiue quia pedis modo proiectura illa quæ podiũ facit, procedat: ſiue quòd ad pedes ædificiorũ ſtrui conſueuiſſet. ſiue quòd in eo pedibus hæreamus. Vne galerie, ou vne ſoubpẽdue, ou ſaillie. Nunc vulgo dicitur meniana. Solet enim fieri extra domus parietẽ, locus porrectus inſtar pulpiti, mutulis è marmore ſuppoſitis. Iuuenal. Omnibus ad podiũ ſpectãtibus. Suet. de Nerone, Cæterũ accubãs primũ paruis foraminibꝰ, deinde toto podio adaperto ſpectare cõſueuerat. Plin. epiſt. 101, f. lib. v, Eſt & aliud cubiculũ à proxima platano, viride & vmbroſum, marmore excultũ podio tenus.

POEMA, poematis, n.g. vel poematum poemati, Poetarum opus, hoc eſt figmentum ſeu fictio. Plin. lib. 7. cap. 56, De poematum origine magna quæſtio eſt. Plaut. in Aſin. Nam neque fictum vnquam, neque pictum, neque ſcriptum in poematis.

POETA, poetæ, m.g. ἀπὸ τοῦ ποιέω, quod eſt facio, effingo, quaſi fictor. Eſt enim qui elegãtia carmina fingit.

Poeſis, huius poeſis, f. g. Nonius, Poeſis & poema hanc habent diſtantiam, Poeſis eſt textus ſcriptorũ: Poema, inuentio parua quæ paucis verbis expeditur. Lucilius ſatyr. lib. 8, Nõ hoc quod valeat, quidve hoc interſiet, quàm illud Cognoſcis. primũ hoc quod diximus eſſe poema, Pars eſt parua. Idem epiſtola, Item quæuis nõ magna pars, poema eſt: Poeſis, opus totũ, totáque illa ſumma eſt vna.

Poeticus poetica poeticum, Quod ad poetam pertinet.

Poeticè, aduerbium, More poetarum.

Poetice poetices, Ars ipſa, ſicut Rhetorice.

Poetor poetaris, poetari, In poetica ſe excercere, ſiue poetã agere. Ennius, Nunquã poetor, niſi podager.

Poetria poetrię, & poetris poetridis, per modũ patronymicorũ fœmininorũ. Cic. pro M. Cęlio, Verùm hæc tota fabella vetus, & plurimarũ fabularũ poetria, quàm eſt ſine argumẽto! quàm nullum inuenire exitum poteſt. Perſius, Poetridas picas cantare credas Pegaſeum melos.

Poetificus poetifica poetificum, quo vſus eſt Ennius, qui Caballinũ fontẽ poetificũ nominauit.

POENA, pœnæ, f. g. Supplicíũ, à pẽdẽdo, vt inquit Varro, quo quis ob delictũ afficitur. Peine.

Pœnam pendere, Eſt multam ſoluere.

Pœnas capere, Prendre peine. Salluſt. in Iugurtha, Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & iam abnuentes omnia, edocet oppidum Vaccam non amplius mille paſſuum abeſſe, decere illos æquo animo pati reliquũ laborem, dum pro ciuibus ſuis viris fortiſſimis atque miſerrimis pœnas caperent, præterea prædam benignè oſtentat.

Pœnas petere. Salluſt. in Iugurtha, Hunc Marius anxium aggreditur, atque hortatur vt contumeliarum in imperatorem cum ſuo auxilio pœnas petat. Quil ſe venge des iniures quon auoit faict a Lempereur.

Pœnas reddere. Salluſt. in Iugurtha, Vt ille qui nunc ſceleribus ſuis ferox atque præclarus eſt, omnibus malis excruciatus, fratris mei necis, mearúmque miſeriarũ graues pœnas reddat. Quil ſoit grieuement puni pour ce quil a tue mon frere.

Pœnas luere, Eſtre puni. Suet. in Veſp. Auguſt. cap. 1, Conſtet licet Domitianum cupiditatis ac fœuitiæ meritò pœnas luiſſe.

Pœnalis & hoc pœnale, Quod ad pœnam pertinet.

POENITET, pœnitebat, pœnituit. Pœnitere dicimur, cũ quę ipſi fecimus, ea nobis pòſt diſplicere incipiũt, & moleſta eſſe. Soy repẽtir. Et regit accuſatiuũ patiẽtis rei cum genitiuo agẽtis. Plaut. in Trin. 6. 39, Is probus eſt, quem non pœnitet quàm probus ſit, & frugi bonæ.

Pœnitet, Aliquando pro tædet, pudet, ſeu dolet accipitur, & tunc aliquando capit præſentis temporis infinitiuum. Plaut. in Aulul. 12. 19, Vtinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, ſalua. E. me haud pœnitet: tuáne expetam? Ie nen ſeray pas marry. Idem in Pœnul. 4. 62, Heu ecaſtor, cum ornatum noſtrum aſpicio, pœnitet ambarum, ornatæ vt ſumus. Iay honte de nous veoir ainſi accouſtrees. Idem in Sticho, 14. 3, Nimis vellem aliquid pulpamenti. S'A. ſi horum, quæ adſunt pœnitet, nihil eſt, tene aquam. Si tu nes content de ce qui eſt icy, ſi ne te plaiſt. Cic. Nam quod obiectũ eſt de impudicitia, quódque omniũ accuſatorũ non criminibus ſed vocibus, maledictíſque celebratum eſt, id nunquã tam acerbè feret M. Cælius, vt eum pœniteat nõ deformem eſſe natum. Il na point de honte. Terẽt. in Phor. 1. 3. 20, Ita plerique ingenio ſumus omnes, noſtri noſmet pœnitet. Nous deplaiſons a nous meſmes. Nous ne ſommes point contens de nouſmeſmes. Idem in Hecy. 5. 2. 9, Quod ſi perficio, nõ pœnitet me famæ. Virg. Nec te pœniteat calamo triuiſſe labellũ. Cic. Pœnitet defendere. Iay honte de le deffendre. Ie le fais a regret. Quintil. Pœnitet reſpicere plura teſtimonia. Cic. in Catone, Num igitur, ſi centeſimũ vixiſſet annũ, ſenectutis eum ſuæ pœniteret? Id eſt tæderet. Auroit il regret dauoir &c. Liuius lib. 1, Nec me eorũ ſentẽtiæ eſſe pœnitet Id eſt pudet. Ie nay point de hõte. Cic. lib. 1. de off. Tam diu autẽ velle debebis, quoad te, quantũ proficias, non pœnitebit. Tãt de temps que tu ne tennuyras point de prouffiter.

Pœnitet, Parum videtur. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 20, At enim dices, quantũ hic operis fiat, pœnitet. Il me ſemble que ce neſt pas icy grand traueil. Idem in Eun. 5. 7. 12, An pœnitebat flagitij, te authore quod feciſſet adoleſcẽs, ni miſerũ inſuper etiam patri indicares? Te ſembloit il eſtre ſi peu de choſe de la meſchãtete que ladoleſcẽt auoit faict a ton aueu, ſi tu ne.

Pœnitens pœnitentis, o. g. Qui ſe repent. Suet. in Vitell. Non multo poſt pœnitens facti.

Pœnitens de. Suet. in Claud. Pœnitentis de matrimonio Agripinæ.

Pœnitendus pœnitenda pœnitendũ, nomen, à Pœnitet verbo, id eſt, pudẽdus, & parui æſtimandus. Liuius lib. 1. ab vrb. cõd. Sub haud pœnitẽdo magiſtro. Columel. lib. 2, Itaque hic ager ſiue exercetur, ſiue ceſſat, colono eſt pœnitẽdus, ac tanquã pœnitẽs eſt refugiendus. Suet. in in Veſp. Aug. cap. 1, Firmauítque tandem gens Flauia, obſcura illa quidẽ, ac ſine vllis maiorũ imaginibus, ſed tamen reip. nequaquam pœnitenda, conſtet licet Domitianum cupiditatis ac ſæuitiæ meritò pœnas luiſſe.

Pœnitendum gerundium legitur. vt, non eſt huius præceptoris pœnitendum. Salluſt. in Iugurtha, Num eorum pœnitendum ſit.

Pœniturus. Accius, Quod ſi procedit, neque te, neque quenquam arbitror pœniturum laudis: quam vt ſerues vide.

Pœnitentia pœnitentiæ, Repentance. Plin. epiſt. 130, Supereſt, ne rurſus prouinciæ, quod damnaſſe dicitur, placeat, agátque pœnitentiam pœnitentiæ ſuæ.

POESIS, POETA, vide poſt POEMA.

POGONIA, pogoniæ, Dici poteſt barbata, Gen⁹ cometæ. πώγων enim barba. Plin. lib. 2, Pogonias vocãt, cuius interiore ex parte in ſpeciem barbæ longæ promittitur iuba.

POL, aduerbium iurantis. Plautus in Amphit. 8. 128, Neque pol dedi, neque dixi, verùm ita animatus fui, itáque nunc ſum vt &c.

Certe pol. Terent. in Eunucho, 4. 5, Ehem Pythias, vah quanto nunc formoſior vidêre mihi quàm dudum. PY. certe tu quidem pol multo hilarior.

POLENTA, polẽtæ, f. g. Dicitur & pulenta. Sic fiebat, Perfuſum aqua hordeũ ſiccabãt nocte vna, poſtero die frigebãt, deinde molis frangebãt, ſeruabántque in multos dies. Cato de re ruſt. cap. 108, Tũ id percolato, polẽtã adijcito. Varro de re ruſt. lib. 3. ca. 9, Obijciendũ pullis diebus quindecim primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam miſtam cum naſturtii ſemine. Plaut. in Aſin. 3. 18, Vbi flent nequam homines, qui polentam pranſitant.

Polentarius polentaria polentarium, Quod pertinet ad polẽtam, ſeu quod eſt ex polẽta. Plaut. in Curcul. Eiiciam polentarium crepitum.

POLIMENTA, polimentorum, Teſticuli porcorum dicuntur cum caſtrantur: à politione veſtimentorum, quòd ſimiliter vt illa curantur, inquit Feſtus. Plaut. in Menæh. 5. 29, Pernam itidem, aut ſinciput, aut polimenta porcina.

POLIO, polis, poliui, politũ, polire, Ornare, & quaſi politico more componere, Polir, accouſtrer & orner. Plaut. in Pœn. 4. 9, Poſtquã illuxit aurora, nunquã ceſſauimus ex induſtria ambæ lauari atque fricari, aut tergeri, aut ornarier, poliri, expoliri, pingi, fingi. Idem in Epid. 8. 3, Niſi quid tibi hinc in ſpem referas, hoc oppidò politum eſt.

Polities politiei, f. g. Mundities & ornatus dicitur. Nettete, proprete.

POLIS, huius polis, f. g. Latinè dicitur ciuitas & vrbs.

Politia politiæ, f. g. Ciuilitas latinè dicitur.

Politicus politica politicũ, Quod eſt ciuile. Cic. Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillis à valentiſſima bẽſtia laniatur?

POLLEN, pollinis, n. g. vel pollis pollinis, m. g. À polleo deduci videtur, Flos tritici. Fleur de formẽt, fine farine. Plin. lib. 18, Ex Aphrico iuſtũ eſt è modijs redire ſemodios, & pollinis ſeſtarios quinq. ita enim appellãt in tritico, quod florẽ in ſiligine. Terẽ. in Adel. 5. 3. 60, Ego iſtuc videro: atque illi, fauilæ plena, fumi, ac pollinis coquendo ſit faxo, & molẽdo. Enferinee.

Pollinari⁹, pollinaria, pollinariũ, Quod ad pollinẽ pertinet, vt cribrũ pollinariũ, Vng buleteau. quod lino, non ſetis equorũ fit ad pollinem purgandum. nam cribra quæ ad excutiendam farinam fiunt, excuſſoria dicũtur. Vng ſas. Plin. lib. 18, Cribrorũ genera, Galliæ ſetis equorum inuenere: Hiſpaniæ lino excuſſoria ac pollinaria. Plaut. in Pœnul. 7. 10, Nã iſte quidem gradus ſuccretus eſt cribro pollinario.

Pollintor pollintoris, m. g. Curator piſtrini, qui farinam facit, & pollinẽ, quique pollinario cribro pollinẽ excutit, à polline farina deductum nomen. Vng buleuteur, qui buleute la farine. Cato, Operarium mercenarium, pollintorem, diutius eundem ne habeat die.

Pollinceo pollinces, pollincui, pollincere, Farinã in piſtrino lucrifactã diuidere. Buluter la farine

POLLEO, polles, pollere, Poſſe, valere, Auoir pouoir, Valoir. Plaut. in Aſin. 12. 46. Videtín' viginti minæ quid pollent, quídve poſſunt? Cic. in Parad. Nec eſt vlla res quæ plus apud eũ polleat, quàm ipſius voluntas atque iudicium. Liuius lib. 1, Multum illi terra, plurimũ mari pollent. Ils peuuent beaucop ſur terre.

Pollere, Splendere, Reſplendir, luyre. Plin. lib. 36, Ex oleo & aqua Ciliciæ cotes pollent.

Pollens pollentis, Vaillant, puiſſant. Plaut. in Capt. 6.28, Pollens genus, atque honoratiſſimũ. Pollens, nomen. Pollens vini. Plaut. in Curcul. 3.20, Vini pollens lepidus Liber, qui ſcreanti tibi ſiccæ, ſemiſomnæ potionem affert.

Pollentia pollentiæ, f.g. Potentia. Plaut. in Rud. 16.4, Vindicate, ne impiorum potior ſit pollentia. Idem in Caſina, 20.3, Vt viro tuo ſemper ſis ſuperſtes, atque vt potior pollentia, vt vincáſque virum, victríxque ſies.

POLLEX, pollicis, m.g. Digitus groſſus manus, Le poulſe. Quòd vi & poteſtate inter cæteros digitos polleat, nec in ſiniſtra ceſſat, nec minus quàm tota manus ſemper in officio eſt.

Pollicaris & hoc pollicare, adiectiuum, à pollex. Dung poulſe. Plin. Digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitúdine.

POLLICEOR, polliceris, pólliceri, Verbum cõmune ſecũdũ Priſcianum: nam in ſignificatione paſſiua vſus eſt Ouidius in lib. de Arte, Pollicitis diues quilibet eſſe poteſt. Polliceri igitur eſt vltrò, ſeu ex pactione aliquid promittere. Promettre. Plaut. in Aulul. 14.11, Pollicitus ſum illi mercedem. Idem in Bacchid. 4.8, Pollicetur hoſpitium & cœnam. Polliceri operã ſuam, Promettre dayder. Plaut. in Caſin. 12.21, & in Trin. 4.113. Terent. in And. 3.5.7, Negabón' velle me, modo qui ſum pollicitus ducere?

Pollicitor pollicitaris, pollicitari, Frequentatiuũ, Souuent promettre. Plaut. in Mil. 12.6, Inſipientia, non fallacia hæc ſit, me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari. Ibidem, 14.65. Terẽt. in And. 5.4.9, Sollicitãdo & pollicitando, eorum animos lactas. Idem in Phor. 3.2.36, Ego te complures aduorſum ingenium meum menſes tuli, pollicitantem, & nihil ferentem, flentem.

Pollicitatio pollicitationis, f.g. Promeſſe.

POLLINARIVS, vide POLLEN.

POLLINCIO, pollincis, pollinxi, pollinctum, pollincere, Eſt curare, vngeréque cadauera. Plaut. in prologo Pœnuli, Eorum alter viuit, alter eſt mortuus. propterea apud vos dico confidentius, quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.

Pollinctor pollinctoris, m.g. Curator funerum, & vnctor cadauerum. Apul. Pollinctor eius funeri dum vnctionẽ parauit. Plaut. in Aſin. 16.60, Ecquis currit pollinctorem accerſere?

Pollinctura pollincturæ. Ipſa curatio. Plaut. in Sticho, 14.6, Nã hinc quidẽ hodie pollinctura.

POLLVCEO, polluces, polluxi, polluctum, pollucere, Eſt Herculi ſacrificiũ facere. Plautus in Sticho, 4.80, Hæc væniſſe mihi iam eſt opus, quantum poteſt, vt decimam partem ex voto Herculi polluceam.

Pollucere, verbum eſt ad ſacra pertinẽs, vt ex M. Catone apparet, his verbis, Ioui depali culignam vini quãtamuis polluceto. Et rurſus, Cum pollucere oportebit, ſic facito.

Pollucere, Opipare apparare conuiuium, & laute: quia laute fieri ſolebat ſacrificium Herculi.

Pollucibilis & hoc pollucibile. Pollucibilis cœna à Macrobio pro opipara & ſplẽdida vſurpatur

Polluctum pollucti, Cœna eſt pollucibilis & opipara. Plin. lib. 32, Numa cõſtituit vt piſces qui ſcamoſi non eſſent, ni pollucerent patrimonia, cómmentus vt cõuiuia publica & priuata, cœnæque ad puluinaria facilius compararentur, ni qui ad polluctum emerent, pretio minus parcerẽt, eáque præmercarentur. Plaut. in Rud. 21.63, Spectatores vos quoque ad cœnam vocem, ni daturus nihil ſum, neque ſit quicquam pollucti domi. Id eſt, ſi nobis eſſet cœna tam lautè apparata, quàm eſſe ſolet eorum qui votiuũ epulum faciunt, hoc eſt polluctum, ad cœnam vos vocaſſem.

Pollucibiliter, aduerbium, Lautè & ſplendidè. Plaut. in Moſtell. 2.23, Paſcite paraſitos, obſonate pollucibiliter.

POLLVO, polluis, pollui, pollutum, polluere, Quaſi porrò lauare. ſed per contrarium ſæpenumero ponitur pro inquinare, Souiller. Plaut. in Curcul. 4.38, Quod quidem mihi pollutus virgis ſeruus ſermonem ferat?

Polluta licẽtia. Salluſt. in Iugurth. Is poſtquã vidit regis largitionẽ famoſam, impudentémq;, veritus (quod in Italia referri ſolet) ne polluta licentia inuidiam accenderet, animum à conſuetà libidine continuit.

POLVBRVM, polubri, n.g. Vas trullum, quo manus lauamus, Vng baſſin. Liuius, Argenteo polubro, & aureo gutto. Fabius pictor lib. 16, Aquam manibus pedibúſque dato, polubrum ſiniſtra manu teneto, dextera naſum cum aqua.

POLVS, poli, m.g. Quaſi cæli cardo. Duo autẽ ſunt poli, ſcilicet arcticus, id eſt borealis: &

antarcticus, australis. Et ab altero in alterũ protẽditur axis à quibus sustinetur. Borealis altissimus his qui sunt in nostro hemisphærio. Australis imus & depressus, & qui à nobis videri non possit.

Polus, dictus est à πολῶ, quod verto significat, & circumago.

POLYARNA, polyarnæ, m.g. multorũ agnorum, Qui possidet multos agnos. Varro de re rustica, lib. 2. cap. 1, Origo quã dixi, & dignitas quã dicam, de antiquis illustrissimus quisque pastor erat, vt ostendit Græca & Latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocant πολύαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβούτας, qui ipsas pecudes, propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, vt Argis Atreus.

POLYGALA, polygalæ, f. g. Herba, de qua Plinius lib. 27. cap. 12, Polygala palmi altitudinem petit, in caule summo folijs lenticulæ, gustu astricto, quæ pota, lactis abundantiam facit.

POLYGONVM, polygoni, n. g. Herba quã nos sanguinariã dicimus. Plin. lib. 27. cap. 12, Polygonum Græci vocãt, quã nos sanguinariã. nõ attollitur à terra, folijs rutæ, similis gramini. succus eius infusus naribꝰ, supprimit sanguinẽ: & potꝰ cũ vino, cuiuslibet partis profluuiũ excreationésq; cruẽtas inhibet. Colu. lib. 7, Sãguinalis herba, quã Græci polygona appellãt.

POLYMITVS, polymita, polymitum, à πολὺ, & μίτος, filum, quod nos licium dicimus, à liciorũ multiplici varietate. Vnde vestis polymita, quæ multis licijs cõtexta est. Plinius lib. 8. cap. 48, Plurimis verò licijs texere, quæ polymita appellant, Alexandria instituit.

POLYMYXOS, lucerna quæ multòs habet angulos, & in his funiculos, illustrandis conuiuijs accommodata. Vne lampe. Martialis, Illustrem cum tota meis conuiuia flammis, Tótque geram myxos, vna lucerna vocor.

POLYPLVSIOS, Latinè bene nummatus dicitur, siue vbertim diues. nã polys, multus, & plusios diues. Plaut. in Capt. 6. 27, Quo de genere natus est illic Philocrates? P. polyplusio.

POLYPODIVM, polypodij, n. g. Herba, de qua sic Plinius lib. 26. cap. 8, Detrahit bilem polypodion, quam nostri filiculam vocant: similis enim est filici. Radix in vsu, pilosa, coloris intus herbacei, crassitudine digiti minimi, acetabulis cauernosa ceu polyporũ cirri subdulcis, & in petris nascens, aut sub arboribus vetustis.

POLYPVS, polypi, vel polypodis, m. g. Piscis est, ex molliũ genere, à multis pedibꝰ appellatus. ex πολὺ, & πούς, pes, quasi multipes. Plinioꝰ lib. 9. cap. 29, Polyporum multa genera. Terreni maiores quàm pelagici, & omnes brachiis vt pedibus ac manibꝰ vtũtur: cauda verò, quæ est bisulca, & acuta, in coitu. Est polypis fistula in dorso, qua transmittũt mare, eam modo in dexterã partem, modo in sinistrã transferũt. Natãt obliqui in caput quod prædurũ est: suffocatione viuẽtibus. Cæterum per brachia velut acetabulis dispersis, eo hausto quodãmodo cui adhæresciũt, tenent supini, vt auelli non queant. Et paulò pòst, Omnia in domum comportat, dein putamina rosa carne egerit, adnatãtes piscículos ad ea venatur. Colorem mutat ad similitudinem loci, & maximè in metu.

Polypi prouerbio dicebãtur olim, vel stupidi, stolidíque, vel rapaces, & vncis vnguibus homines. Siquidẽ ob eam caussam polypo stultitiã tribuũt, quòd ad manũ captantis vltrò mouetur, nec aliter capitur, nisi quòd non cedat, authore Athenæo. Adscribitur autẽ ei rapacitas, tenacitásque: quòd quicquid brachiorũ flagellis nactꝰ fuerit, suctu attrahat, ac retineat. Plau. in Aul. 7. 21, Ego istos noui polypos: qui vbi quicquid attigerint tenẽt. Nihil autẽ vetabit, quo minꝰ polypos appellemꝰ eos qui semet in omnẽ habitũ vertũt, omnibꝰ assẽtãtes.

POLYSYNDETON, à πολὺς, multus: & σύνδεσμος cõiunctum, quasi multipliciter cõiunctum. Figura, cum sermo multis cõiunctionibus cõcatenatur. Virg. Tectúmque laremque, Armáque, Amycleúmque canem, Cressámque pharetram.

POLYSYNTHETON, Figura, cum sentẽtiæ multorũ articulorũ conuenienti copia cõtinentur. vt, Ille hunc pœna constrictũ trahebat. hic autem vociferabatur. concursus verò nõ mediocris erat, cum tamen omnes opitulari vellent, sed nemo auderet. neque ibi magistratus aderat: neque circũspicientes quò potissimum confugeremus, reperiebamus.

POLYTRICHON, Herba, quòd multitudinẽ capillorũ faciat. Plin. lib. 22. cap. 21, Aliud adianto miraculũ, æstatẽ viret, bruma non marcescit, aquas respuit perfusum, mersúmq; sicco simile est, tãta dissociatio deprehẽditur, vnde & nomen à Græcis, alioqui frutici topiario. Quidã callitrichon appellãt, alij polytrichon, vtrũq; est ab effectu. Tingit enim capillũ, & ad hoc decoquitur in vino cum semine apii, adiecto oleo copioſè, vt crispum densúmque faciat. defluere autem prohibet.

POLYZONOS, Gemma nigra multis zonis candicantibus.

POMARIVM, vide POMVM.

POMERIDIANVS, pomeridiana, pomeridianũ, à poſt & meridie: quod poſt meridiẽ fit

POMIFERVS, vide POMVM.

POMILIO, pomilionis, m.g. vel pomilius pomilij, Nanus, id eſt homo paruæ ſtaturæ, paulum ſupra terrã extãs. Vng nain, ou naintre. Habẽt quãdoque membra enormia, qualem Martialis deſcribit in illo diſtícho, cui eſt nomen pomilius, Si tantum ſpectes hominis caput, Hectora credas: Si ſtantem videas, Aſtianacta putes. Plin. lib. xi. cap. 49, Pomilionũ genus in omnibus animalibus eſt, atque etiam inter volucres.

Pumilio à quibuſdam ſcribitur, o in u conuerſa.

POMOERIVM, pomœrij, n.g. Tam intra quàm extra murũ eſt. dictũ quaſi poſt mœriũ. hoc eſt murũ. De quo Liuius ita ſcribit, Pomœriũ eſt circa murũ locus, quem in cõdẽdis vrbibus quondã Hetruſci, qua murũ ducturi erãt, certis circa terminis inaugurato cõſecrabant. & hoc ſpatiũ quod neque habitari neque arari fas erat, nõ magis quòd poſt murum eſſet, quàm quòd murus poſt id, pomœriũ Romani appellarũt. Et in vrbis incremẽto, quãtũ mœnia proceſſura erãt, tantũ termini hi cõſecrati proferebantur. Feſtus pomœriũ dictũ eſſe vult quaſi promurũ, id eſt proximũ muro. Varro de ling. latin. Quod erat poſt murũ, pomœriũ dictũ.

POMPA, pompæ, Omne ſpectaculũ & apparatus ſolennis, cum oſtentatione & ſpecie quadã triũphi, tam in aduerſis, quam in proſperis & lætis. à Græco πέμπω, mitto. Plaut. in Bacch. 2.6, Quò nunc capeſſis tu te hinc aduorſa via cum tanta pompa? Idem in Caſina, 15.67, Redit eccum tandem obſonatu eius adiutor, pompã ducit. Terent. in Heaut. 4.4.17, Trãſeundum eſt nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa eò traducenda eſt.

Pompa nuptiarum dicitur, pompa ſacrorum, pompa funerum. Cic. Sed iam è pompa in verã aciem deſcendamus.

Pompa, Longus incedentium ordo in ſupplicatione, quam nos proceſſionem appellamus.

POMVM, pomi, n.g. Generale nomen eſt omniũ fructuũ quæ ex arboribus eſui apta proueniũt, ſiue molliũ, ſiue durorũ. Plin. lib. 15. cap. 16, In vniuerſum verò de pomis ſeruãdis præcipitur, &c. Idem lib. 17. cap. 1, Nec minus miraculũ in pomo eſt, multarũ circa ſuburbana fructu annuo addicto binis milibus nummûm, maiore ſingularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.

Pomum, dictũ eſt, vt docet Varro lib. 1. de re ruſt. ca. 31, quaſi potomũ, quòd in eius inſitione, potu id eſt aquatione indiget. nam illi per ſiccitatẽ aquã addi opus eſt, vt ſtabilia matureſcãt. ſiue quòd vicẽ pot⁹ in cibis prębeat. Varronis hęc ſũt verba, Item poma quæ inſita erũt ſiccitatib⁹, aquã addi quotidie veſperi: à quo, quòd indigẽt potu, poma dicta eſſe poſſũt

Pomariũ pomarij, Locus arboribus pomiferis cõſitus, Vng vergier, vne pommeraye. Græci paradiſum vocãt. Properti⁹, Nec mea Phæacas æquãt pomaria ſyluas. Ouid. li. 4. Metamorph. Id metuẽs, ſolidis pomaria clauſerat Atlas Mœnibus. Columella lib. 1. cap. 6, Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circũdari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte, quo poſſit omnis ſtercorata colluuies cortis, balineorúmque, & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.

Pomarium, Locus vbi poma reponũtur. Plin. lib. 15. cap. 16, Pomaria in loco frigido ac ſicco cõtabulari, ſeptentrionalibus feneſtris ſereno die patere, auſtros ſpecularibus arcere.

Pomiferus pomifera pomiferũ, Ferens poma. vt arbor pomifera, Vng arbre fruitier, qui porte fruyt bon a mãger. Plin. Tum loca ſubigenda ſunt, in quibus pomiferæ arbores inſerendæ.

PONDO, indeclinabile, omnis generis. Vne liure peſant. Idem quod libra. Plaut. in Aſin. 7. 33, Quot pondo te eſſe cenſes nudum?

Pondo, Pondus duodecim librarum, Le pois de douze liures peſant. Liuius, Argenti pondo bina, & ſex libras in militem præſtaret.

Pondo, Idem quod põdus, Le pois. Apud Liuiũ ſcribitur coronã aureã libræ põdo Ioui dicatã fuiſſe. Plaut. in Menæh. 12.18, Inaureas da mihi faciẽda põdo duûm nũmûm. Idem in Rud. 22.6, Neq; piſciũ vllã vnciã põdo hodie cepi, niſi hoc quod nũc fero in rete. Noni⁹, Pondo ducentûm, noue. Varro de vita populi Ro. Delphos Apollini munera miſſa, cornua aurea pondo ducentûm. Idem lib. 4, Itaque retulit auro pondo mille octingentũ ſeptuagintaquinque. Græci enim herona mille dixerunt.

PONDVS, ponderis, n.g. Quod graue eſt, Qui eſt peſant. Plaut. in Amphit. 4.158, Haud malum pondus eſt huic pugno.

Pondus, Vng pois, Quod librando ad ſtateram ponderatur.

Pondus, pro numero aliquando ponitur, Nonio teſte. Varro de vita populi Romani, è Græcia comportaſſe magnum pondus omnium artificum.

Ponderibus meis examinabo. Cic. pro Cn. Plancio, Vt eodem tẽpore in omnes verear, ne vix poſſim gratus videri. Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non ſolum quid cuique debeam, ſed etiam quid cuiuſque interſit, & quid à me cuiuſque tempus poſcat.

Põdus, authoritas. Cic. Appio. Sed idem ſcribit meas literas maximũ apud te põd⁹ habituras.

Ponderoſus ponderoſa ponderoſum, Peſant.

Pondero ponderas, ponderare, Librare, Peſer. Plaut. Dum nummularius ponderat argentum.

Ponderare, per tranſlationem, Conſyderare & examinare ſignificat.

PONO, ponis, poſui, poſitum, ponere, Mettre, Collocare, conſtituere. Terent. in And. 1.1. 102, In ignem poſita eſt.

Ponere calculum. Plin. epiſt. 97. Vide CALCVLVS.

Ponere operam. Plaut. in Moſtell. 4. 146, Nuſquã operam potui melius ponere. Cic. Primũ enim ſtante rep. facere ſolebamus, vt in agendo, plus quàm in ſcribendo operæ poneremus.

Ponere in lucro, Modus loquendi, cum aliquid boni præter ſpem euenit. Cice. pro L. Flacco, Quieſcant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur.

Ponere aliquem in crimen. Plaut. in Trin. 11.8, Verùm hoc ego vereor, ne iſtæc pollicitatio te in crimen populo ponat, atque infamiam. Et in Amphit. 5.27.

Ponere ſortes, Faire ſort. Plaut. in Caſina, 8.22, Dicam enim meã mulſã, de iſtac Caſina, huic noſtro villico gratiã facias. CL. at pol ego neque facio, neque cenſeo. S. tum igitur ego ſortes vtrinque ponam.

Ponere ſpem, Sattendre, & eſperer. Plaut. in Capt. 17.4, Neque frugi bonæ fui, neque ero vnquam, neque ſpem ponas me bonæ frugi fore.

Ponere ſummum, bonum in virtute. Cice. de Amicitia, 19, Qui autem ſummum bonum in virtute ponunt, præclare illi quidem. Id eſt, qui aſſerunt virtutem eſſe ſummum bonum.

Ponere in gloriam. Salluſt. contra Ciceronem, Qui ciuitatis incommodum in gloriam ſuam ponit. Qui tourne a ſon hõneur ce qui eſt au dommage de la choſe publique.

Ponere in partes conſilij alterius. Plin. epiſt. 113. lib. VI, Quibus ex cauſſis (vt ſuprà ſcripſi) dubito an idem nunc tibi, quod nunc mihi ſuadeam. Illud non dubito, debuiſſe me in partes conſilij tui ponere, quod ipſe feciſſem.

Ponere, Deſinere, Quoniam cum ceſſamus ab opere, collocare quodãmodo ac reponere videmur id quod agebamus. Virg. lib. 7, Tum venti poſuere: omniſque repente Reſedit flatus. Ceſſerent.

Ponere conſilium, Soy deporter & delaiſſer a faire ce que on auoit conſulte de faire. Plin. epiſt. 22. d, Nam impetu quodam & inſtinctu præcurrere ad mortem, cõmune cum multis: deliberare verò, & cauſſas eius expendere, vtque ſuaſerit ratio, vitæ, mortiſque conſilium vel ſuſcipere, vel ponere, ingentis animi eſt.

Ponere, Exigere, ædificare, Eſleuer, edifier. Virg. Poſuítque immania templa. Vnde in antiquis marmoribus legimus, BENE MERENTI POSVIT. Plin. epiſtol. 93. lib. 4, Herennius Seuerus vir doctiſſimus, magni æſtimat in bibliotheca ſua ponere imagines municipũ tuorum Cornelij Nepotis, & Titi Caſſij. Idem epiſt. 17. a, Neque enim magis decorum & inſigne eſt, ſtatuam in foro pop. Ro. habere, quàm ponere.

Ponere, Deponere, Delaiſſer. Virg. Ponúntque ferocia Pœni Corda volẽte deo. Plaut in Caſina, 15.61, Verum obſecro, dic me vxorem orare vt exoret illã, gladium vt ponat, & redire me intrò vt liceat. Idem in Ciſtell. 12.3, Vbi id erit factum, ornamẽta ponent. Idem in Mil. 13.7, Quin tu rem tuam cura potius quàm Seleuci, quæ tibi cõditio noua, & luculẽta fertur per me interpretẽ. PY. imò omnes res poſteriores pono, atque operã do tibi. Idem in Perſa, 10.35, Herus ſi minatus eſt malũ ſeruo ſuo: tametſi id futurũ nõ eſt, vbi captũ eſt flagrum, dum tunicas ponit, quanta afficitur miſeria! Ce pendãt quil met ius ſes habillemẽs, quil ſe deſueſt. Plin. epiſt. 101. a. lib. V, Atque adeò vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis ſitum, villæ amœnitatẽ. Affin que tu nayes aucune paour que mal ne maduienne. Idem epiſt. 136, Proinde nimiam iſtam verecundiam pone.

Ponere, Apponere. Martialis, Non mihi ponas rhombũ, mullúmve bilibrem. Ne me preſente point, Ne mets point deuãt moy. Hinc poetæ fabulas & ſcripta ſua ponere dicebantur, quòd in ſcena hæc ſpectatoribus, quaſi in conuiuio apponebãt. Iuuenalis, Pone tigillinũ, Id eſt, affer in ſcenam aliquid de tigillo ſcriptum.

Ponere, Pingere. Horatius, Soles nunc hominem ponere, nunc deum. Nam de ſcalptore & pictore loquitur.

Ponere pallium, aut aliquid aliud, Mettre en ieu cõtre vng autre. Plaut. in Curcul. 7.77, Pono pallium: ille ſuum annulum oppoſuit.

Eodem vos pono, & paro, pariſſumi eſtis. Plaut. in Curcul. 10.20.

Pone eum eſſe victum, Prens le cas quil ſoit vaincu. Terẽt. in Phor. 4.3.25, Verùm pone eſſe victum eum: at tandem tamen non capitis res agitur, ſed pecuniæ.

Poſitus in ſententijs hominum, De qui les hommes parlent. Plautus in Epid. 10.80, Quid nunc, qui in tantis poſitus ſum ſententijs, eúmne ego ſinam impune?

Poſitio poſitionis, f.g. quam Græci vocant θέσιν.

Poſitio, Aſſiete ſur quelque choſe.

Poſitus, poſitus, poſitui, m.g. Idem quod poſitio ſiue ſitus. Ouid. in Faſt. Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor Trinacriis, à poſitu nomen adepta loci. Situation.

Poſitiuus poſitiua poſitiuum, Quod primo poſitũ eſt, nec aliunde deriuatum. À quo Grãmatici poſitiuum à cõparatiuo & ſuperlatiuo diſtingunt, quòd illud ſit quaſi fundamentum iſtorum.

Poſitura poſituræ, f.g. Nota qua ſenſus in oratione diſtinguitur.

Poſitura ſitus ſiue poſitio. Gellius, Vt animaduerteretur quo habitu, quáque forma quaſi poſitura ſtellarum aliquis naſceretur. Sic ſyllabam dicimus eſſe longam poſitura.

PONE, præpoſitio, accuſatiuo iungitur, Derriere. Plaut. in Curcul. 9.20, Pone ædem Caſtoris ibi ſunt quib⁹ credas male. Idem in Pœnulo, 8.34, Pone nos recede. Marche apres nous, derriere nous.

Ponè, aduerbium, Par derriere. cum graui accentu. Virg. Ponè ſubit coniunx, ferimur per opaca locorum. Val. Maximus lib. 1, Mox humani ingenii prona voluntate vetita ſcrutandi, ponè reſpiciens animaduertit immenſæ magnitudinis ſerpentẽ, cõcitato impetu omne quicquid obuium fuerat proterentem.

PONS, pontis, m.g. Per quod ſuper aquas tranſimus. Vng pont. À pendeo dicitur, quòd veluti in aere pendeat.

Pons, pro ſcala nauiũ ponitur. Virg. Interea AEneas ſocios de puppib⁹ altis Põtib⁹ exponit.

Ponticulus ponticuli, m.g. Paruus pons. Cic. lib. v. Tuſcul. Et cum foſſam latam cubiculari lecto circũdediſſet, eiúſque foſſæ tranſitum ponticulo ligneo coniunxiſſet.

Ponto pontonis, m.g. Pontones, naues quibus in traiiciendis amnibus loco pontiũ vtimur. Papini. Quia via cõfirmari ſolet, vel ciuitate tenus, vel vſque ad viã publicã, vel vſq; ad flumen, in quo põtonibus traiiciatur. Apul. Et ſi vado nõ poterũt, pontonibus tranſibũt Vng bac.

PONTIFEX, pontificis, m.g. Sacer magiſtratus, vt inquit Scæuola. À poſſe & facere dictus. vel vt inquit Varro, à ponte: quia ſublimis pons à pontificibus factus eſt primùm, & reſtitutus primùm. Cic. Attico, lib. 4, Calendis Octobris habetur ſenatus frequens, adhibentur omnes põtifices qui erãt ſenatores. à quibus Marcellinus, qui erat cupidiſſimus mei, ſententiam primùm rogatus quæſiuit quid eſſent in decernendo ſecuti. Tum Lucullus de omniũ collegarum ſententia reſpondit, Religionis, iudices põtifices fuiſſe: legis, ſenatum. ſe & collegas ſuos de religione ſtatuiſſe: in ſenatu de lege ſtatuturos.

Erant maiores & minores pontifices: Inter quos ſummus, qui pontifex maximus dictus eſt: quòd maximarũ rerũ quæ ad ſacra & religionem pertinẽt, iudex ſit, vindex cõtumaciæ priuatorũ magiſtratuũ. Numa enim pontificem fecit, eíque ſacra omnia attribuit: eiúſque ſcitis ſacra omnia priuata & publica ſubiecit. inſtituítque vt idem põtifex non cæleſtes modo cæremonias, ſed iuſta quoque funebria, placãdóſque mânes edoceret. author eſt Liuius.

Pontificatus, pontificatus, pontificatui, Pontificis dignitas. ſicut conſulatus.

Põtificius põtificia põtificiũ, Quod eſt põtificis. vt Ius põtificiũ, quod nũc Ius canonicũ dicitur.

Pontificalis & hoc pontificale, Quod ad pontificem pertinet. Vnde pontificales libri, in quibus ſacræ cæremoniæ continentur.

PONTONES, vide PONS.

PONTVS, ponti, m.g. Mare dicitur. Quidam pontũ dici putant mare, à πόντίζω, quod eſt mergo. vel à πόνος, id eſt labor, quia ſit laboribus plenum. Propriè autem id mare pontus appellatur, quod à palude Mæotidis vſque ad Tenedum protenditur.

POPA, popæ, f.g. Pinguedo. Graiſſe.

Popam ventrẽ dixit pro voratore, helluonéque Perſius, Aſt illi tremit omento popa venter.

Popana, Pinguia vnguenta dixerunt veteres. Iuuenalis, Ridendáque multo Pane tumet facies, aut pinguia popona ſpirat, Et hinc miſeri viſcantur labra mariti.

Pópanum pópani, Placenta lata, quam diis veteres offerebant. Sed & pro quocunque libo capi-

tur. Iuuenalis, Scilicet & tenui popano corruptus Oſiris.

POPELLVS, vide POPVLVS.

POPINA, popinæ, f.g. à popa, Locus vbi publicè obſonia, caróque cocta, ac delicatè cõfecta venditatur comeditúrque, vel priuatim vbi guloſa familia extraordinariè ligurire & helluari cõſueuit. Vne rotiſſerie. cabaret, ou cuyſine. Plaut. in Amphit. 16, 20, Interea dum iſti certãt, in popinã diuortundũ eſt mihi: lances detergã omnes, omnéſque trullas hauriã. Plin. epiſt. 3. a, Quid illa mollis, & tamen ſolida geſtatio? quid balineũ illud, quod pluribus ſol implet, & circũit? quid triclinia illa popularia? illa paucorũ? quid popinæ? quid cubicula diurna, nocturnáque? Cic. Philipp. 3, Sed cum tam atroci edicto nos cõcitauiſſet, cur ipſe non affuit? num putatis aliqua re triſti & ſæuera? vino & epulis retẽtus, & alea eſt: ſi epulæ potius, quàm popinæ nominãdæ ſunt. Horatius, Fornix tibi, & vncta popina Incutiũt vrbis deſyderium.

Popino popinonis, m.g. Vng tauernier, gaudiſſeur, qui hante les cabarets, tauernes & cuyſines. Suet. de claris grãmat. 15, Lurconem, & nebulonem, popinonémque appellãs, & vita, ſcriptíſque monſtroſum.

Popinor popinaris, popinari, Helluari, & indulgere popinis. Gourmander & yurongner. Iulius Capitol. Dum Galienus popinatur, & balneis ac lenonibus reputat vitam.

Popinatio popinationis, f.g. Nuncupata eſt à Gellio, quæ alio nomine dicitur helluatio, quam Græci Aſotiam vocant. Yurongnerie, gourmandiſe.

Popinalis & hoc popinale, Quod ad popinam ſpectat. Columella lib. 9, Tunc celebres erãt deliciæ popinales, cum ad mare deferebantur viuaria.

POPLES, poplitis, m.g. Pars oppoſita genu quæ curuatur, Le iared. Dicta quòd plicetur. Columella lib. 7, Si dolore neruorũ claudicas, oleo & ſale genua, poplitéſq;, & crura cõpicãda. Liuius lib. 2, Quoſdam & iacentes viuos ſucciſis femoribus poplitibúſque inuenerunt.

POPPYSMA, poppyſmatis, n.g. Dicitur vocis blandimentũ quod fit equis indomitis, cum tractatione manuũ. Vnde & quæ fit manibus palpatio interpretari poteſt. vt apud Iuuenalẽ, Præbebit vati crebrum poppyſma rogãti. Id eſt, crebrã manuũ tractationem cum quadã vocis adulatione. Nam fit à ποππύζω, quod eſt ſibilo vel adulor.

Poppyſmus poppyſmi, à ποππύζωμ, quod eſt illiſis manibus inter ſe, & palma cum palma collata plauſum edere. Plin. lib. 38, Fulgetras poppyſmis adorare, conſenſus gentium eſt.

POPVLNVS, vide paulò póſt.

POPVLVS, populi, m.g. Singulari numero vnius ciuitatis multitudinem ſignificat. Virgil. Hinc populum late regem, belloque ſuperbum. Populus, Multitudo hominum, iuris cõſenſu & concordi communione ſociata.

Populi, in plurali, diuerſarũ ciuitatũ multitudo. Virg. Littoráque & latos populos.

Popellus popelli, diminutiuũ, Paruus populus. Perſi. Ante diem blãdo caudam iactare popello.

Popularis & hoc populare, Quod eſt populi. Horat. Et populares Vincentem ſtrepitus, & natus rebus agendis.

Popularis, Ciuis. Plaut. in Amphit. 4. 39, Qui præda, atque agro, adoreáque affecit populares ſuos. Terent. in Adel. 2. 1. 1, Obſecro populares ferte miſero atque innocenti auxilium. Plaut. in Pœnul. 1. 6, Carthagini ego ſum gnatus olim, vt ſis ſciens. P. ô mihi popularis ſalue. Qui es de la ville dont ie ſuis. Idem in Rud. 15. 13, Ago cum illa, ne quid noceat meis popularibus. A ceulx de mon pais.

Popularis, inquit Donatus, à fortuna, eiuſdẽ cõditionis, gẽtíſque, ſortis, & fortunæ. Terẽt. in Phor. 1. 1. 1, Amicus meus ſummus & popularis Geta. Salluſt. Popularis ſui ſceleris.

Popularis, Populo amatus & charus, authore Donato. Cic. Nihil tã populare quàm bonitas. Liuius, Et quo nihil popularius eſt, quibus artibus petierat magiſtratus, ijſdem gerebat.

Popularis, humilis, vilis, è populóque factus, interpretatur Donatus. Plautus, Præſtat diuitem eſſe, ac popularem, quàm nobilem & mendicum.

Popularia ſacra, vt Labeo inquit, ſunt quæ omnes ciues faciunt, nec certis familijs attributa ſunt, vt Fornicalia, Palilia. Sic dicta, quòd populo grata eſſent, cum in populum miſſio fieret ab ijs qui gratiã plebis quærebant. & hoc duplici modo. aut de rep. bene ſentiendo, & ea quæ ad populi ſalutem ſpectant, recta cum ratione agendo. aut largiẽdo & adulando, vel aliis corruptelis beneuolentiam captando.

Popularia loca erant, in quibus populus ſedebat in theatro. Suet. in Domit. Et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas teſſeras in ſingulos cuneos equeſtres ac ſenatorij ordinis pronuntiauit.

Popularia, Nugatoria, puerilia. Laberius, Popularia agimus per ludum.

Popularitas, popularitatis, f.g. Populi coniunctio. Plaut. in Pœnulo, 16.78, O mihi popularis salue. A. & tu ædepol, quisquis es. & si quid opus est, quæso dic, atque impera popularitatis caussa. A cause du pais.

Popularitas, Affabilitas, humanitas, blanditiæ, & gratia in populo. Plin. epistol. 117.a, Dixit caussam Claudius Aristion princeps Ephesiorũ, homo munificus, & innoxiæ popularitatis.

Populariter, Affabiliter, humaniter, & cũ gratia populi. Iuuenalis, Et verso pollice vulgi, Quẽlibet occidunt populariter.

Populosus populosa populosum, Plenum populo, Peuplé.

Populatim, aduerbium, Per populos. Apul. Populatim ab omni prouincia reuocatus. De tout le peuple. Pomponius, Magnus poeta placuit populatim omnibus.

Populatim, Cateruatim & in vniuersum. Cæcilius, Ego perdidi te, qui omnes seruos perdo populatim. quæ ne ad malum, hoc addas malum. Par tout.

Populo populas, populare, Amorẽ populi cõciliare, Aquerir lamour du peuple. Pacuuius, Atque vt promerui pater patriam populauit meam.

Populo populas, vel populor popularis, populari, Prædari. Piller tout. Virg. Quisque suũ populatus iter. Idem, Populatque ingentem farris aceruum.

Populabundus populabunda populabundum, Prædabundus.

POPVLVS, populi, f.g. Genus arboris, à frondiũ multitudine sic appellatũ. Vng peuplier. Virg. Hic cãdida populus antro Imminet. Plin. lib. 34, Virgã populi in manu tenẽtibus intertrigo nõ metuatur. Idem lib. 17. cap. xi, Populos & fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius conuenit. Columella lib. 6, Cui rei maximè videtur idonea populus, & est arbor erro similis.

Populeus populea populeum, Qui est faict du bois dung peuplier. Virgil. Qualis populea mœrens philomela sub vmbra.

Populnus populna populnũ, Idem quod populeus. Plaut in Casina, Non istęc aut populna fors, aut abiegna est tua?

Populneus populnea populneum, Idem. Columella lib. 7, Probatur maximè vlmea, pòst fraxinea, & ab hac populnea frons.

PORCA, porcæ, f.g. Vne truye. Alio nomine dicitur sus.

Porca, in agro dicitur terra elata. Varro de re rust. lib. 1. cap. 29, Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentũ porrigat. Hæc Varro. Vel dicitur à porcendo, quòd vltra se iaci semina prohibeat. Vel quòd aquas porceat, hoc est porrò arceat. prohibet enim aquam frumẽtis nocere. Colu. lib. 2. cap. 4, Liras rustici vocãt easdẽ porcas cum sic aratum est, vt inter duos latius distantes sulcos, medius cumulus siccam sedem frumẽtis præbeat. Sed & triginta pedũ latitudinem, cxxv longitudinem, porcam vocabant, eodem authore lib. v. cap. 1. Campani hodie porcas vocant puluinos siue ortulos, in quibus veluti sulcatim sua cuiusque generis holera seruntur. Id genus & areæ dicuntur apud Columellam.

PORCELLVS, vide PORCVS.

PORCERE, pro porrò arcere, dictũ ab antiquis, teste Festo: Prohibere. Lucilius lib. 6. Nõ te porrò procedere porcent. Obsoletum verbum: syncopatum ex porrò & arceo.

PORCETRA, porcetræ, Porca quæ semel tantum peperit.

PORCVS, porci, m.g, Vng pourceau. Martialis, Iste tibi faciat bona saturnalia porcus, Inter spumantes ilice pastus apros. Porcus (inquit Varro lib. 3, de re rust. cap. 4.) græcum nomen est antiquum, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον.

Porcus dictus est, quòd porrecto rictu pascatur, & terram dum herbarum radices rimatur, latius porrigat.

Porculus porculi, diminutiuum. Vng petit pourceau, vng cochon. Plaut. in Menæh. 8.40.

Porcellus porcelli, Idem. Suet. in Nerone, Iterum ac sæpius recoctum porcello abiecit.

Porcinus porcina porcinum, Qui est dung pourceau. Plaut. in Capt. 13.80.

Porcinarius porcinarij, Vng charcuitier, qui vent chair de porc. Plaut. in Capt. 14.5, Quanta lanijs lassitudo, quanta porcinarijs!

Porcarius porcaria porcarium, Idem.

Porcarius, substantiuum, Vng porchier, Porcorum custos.

Porculatio porculationis, fœ. g. Antiquis, porcorum nutricatus dicebatur. Varro lib. 2. de re

ruſt.cap.4,In nutricatu,quam porculationē appellabant, binis menſibus porcos ſinunt cum matribus:ſed eos cum paſci iam poſſunt,ſecernunt.

Porculator porculatoris, Qui engreſſit pourceaux. Columella lib.7. cap.9, Itaque porculatoris maximum officium eſt,vt vnamquanque cum prole claudat.

PORPHYRIA,porphyriæ,Latinè purpura dicitur.

Porphyriacus porphyriaca porphyriacum,Purpureus.Ouid.Et porphyriacis figere labra genis.

Porphyris porphyridis,f.g.Veſtis purpurea.

PORPHYRIO, porphyrionis,f.g. Auis quæ ſola morſu bibit, cuius crura prælōga rubēt & roſtrū. Hæc à nōnullis pellicanus dicitur. Fuit & nomen gygantis. Martialis,Nomen habet magni volucris tam parua volucris,Et nomen Praſini porphyrionis habet.

PORPHYRITES,porphyritis,f.g.Lapis in AEgypto rubēs,candidis interueniētibꝰ pūctis,vt inquit Plinius lib.36.cap.7,Propterea Leucoſticos appellatus eſt,quòd leucos album dicimus ſ῾ιζαρ pingere.

Porphyreticus porphyretica porphyreticum,Quod factum eſt ex porphyrite.

PORRACEVS,vide PORRVM.

PORRICIO,porricis,porricire, Porrò iacere,id eſt valde porrigere. Quod verbū ſolenne ſacrificātibus erat.Nam exta porrici dicūtur,quando porrigūtur diis.Vnde apud Macrobiū, Hoſtia porrecta, quaſi ſacrificata. Plaut. in Pſeud. 5.33, Nam ſi ſacruficem ſummo Ioui, atque in manibus exta teneam,vt porriciam,interea loci ſi lucri quid detur,potius rem diuinam deſeram.

PORRIGO,porrigis,porrexi,porrectū,porrigere. Extēdere,Eſtendre. Plin.Facilius quippe radices porrigūt ſolo ſubacto. Plin.epiſt.101.b.li.v,Sub his per latus omne vineæ porriguntur vnámque faciem longè,latéque cōtexunt. Plaut.in Merc.22.42, Porrige brachiū, prehende.iam tenes? Idem in Pſeud.20.41, Argentum accipias. B.iam ſi dudum des,porrexi manum. Idem in Caſina,8.52,Compreſſa palma an porrecta ferio?

Porrectus porrecta,porrectum,Participium.Eſtendu.

Porrectus porrectior porrectiſſimus. Porrecta fronte loqui. Plaut.in Caſina, 6.3, Eloquere quid velis. S.primùm ego te porrectiore fronte volo mecū loqui. ſtultitia eſt ei eſſe triſtem, cuius poteſtas plus poteſt. Que tu parles a moy franchement,& ioyeuſement.

PORRO,aduerbium,ſignificat certé.Certés.Cic.pro Plancio,Nihil porrò tam inhumanū, tam immane tam ferum, quàm committere vt beneficio non dicam indignus, ſed victus eſſe videare.

Porrò,Longè anté.Virgilius,Hinc maxima porrò Acceptet Roma,& patrium ſeruabit honorem. Long temps deuant,ou long temps aſuant. Sic dicimus, Licurgus non porrò ab Homeri temporibus fuit.

Porrò,à longè,vt ſit aduerbium loci. Liuius lib.8, Et haud eadem qua te inſinuaueris retrò via repetenda:aut ſi ire porrò pergas,per alium ſaltum arctiorem,impeditioremque euadēdum.De loing a loing.

Porrò,Poſtea,deinde,infuturum. Cic.Marcello,Non eſt porrò tutum vno ſenſu oculorū moueri.Puis apres le temps aduenir. Terent. Dehinc vt quieſcant porrò moneo. Cy apres. Idem in Hecyra,Vixque huc contulerā,hem noua res orta eſt,porrò ab hac quæ me abſtrahat,Id eſt deinde,inquit Donatus. Ibibem, Quod cum ita eſſe inuenero, quid reſtat,niſi porrò vt fiam miſer? Porrò hoc loco,id eſt poſtea vel in poſtremum, authore Donato,En fin, finalement, a la parfin. Idem in Eunucho, Eunuchum porrò dixti velle te, quia ſolæ vtuntur his reginæ:reperi,Id eſt deinde,poſtea, vel multo poſt. En apres. Ibidem, Et de iſtac ſimul quo pacto porrò poſſim potiri,ſimul conſiliū volo capere vnà tecū.Cy apres.deinceps,inquit Donatꝰ. Idem in Adel.Hera,lachrymas mitte:ac potiꝰ quod ad hāc rē opus eſt,porrò conſule.Pour le temps aduenir.In futurum,inquit Donatus,in reliquum,Deſormais. Plaut.in Aſin.16.54,Iace pater talos,vt nos porrò iaciamus. Apres. Idem in Bacchid.5.40,Etiámne eſt quid porrò? Dauantage. Idem in Epid.14.61, Quid deinde porrò?Quoy puis apres? Idem in Ciſtell.10.98,Perge porrò dicere.

Porrò,coniunctio eſt aliquando. & pro AVTEM ponitur,locatúrque in principio orationis. Quintilianus, Porrò, qui confeſſum defendit, non abſolutionem ſceleris petit, ſed licentiam. Terent.in Heaut.Menedeme,at porrò recte ſpero illum tibi ſaluū affuturum eſſe.

Porrò,pro coniunctione expletiua aliquando ponitur,authore Donato. Terent.in Andria, Adeón' me ignauum putas,adeón' porrò ingratum, aut inhumanū,aut ferū,vt me neque

consuetudo, neque amor, neque pudor &c.

Porrò, græcum est, πόῤῥω.

Porrò, aduerbium ordinis. Terent. in And. Moue ocyus te, vt quid agam porrò intelligas.

PORTA, portæ, f. g. Omnis exitus, quo potest importari vel exportari aliquid. Vne porte. Porta dicitur à portendo. Vel ab aratri portatione, inquit Donatus: quia in designatione vrbium, subiunctis vacca & tauro, qui vrbem designabat, aratrum manu suspendebat, ne sulcũ quem primogenitum dicunt, faceret, vbi aditus ciuitatis erant relinquendi.

Portula portulæ, diminutiuum.

PORTENDO, portendis, portendi, portentum, portendere, Porrò, hoc est ante tendere, prædicere, Predire, demonstrer quelque chose aduenir. Virgilius, Hunc illum fatis externa ab sede profectum Portendit generum. Plaut. in Pœnulo, 6.18, Haruspex, non homo trioboli, omnibus extis aiebat portendi mihi malum. Idem in Asin. 10.27, Ecastor nobis periculum magnum & familiæ portenditur.

Portentum, portenti, Quod portendit, & præostendit aliquid futurum. Chose qui demonstre aucunes choses aduenir. Varro, In cælo inquit memorabile extitit portentum. Portenta autem ex augurijs & auspiciis significationem accipiebant.

Portentum, pro bono omine posuit Virgilius, Ne quære profecto Quem casum portenta ferant. Id est bona omina, quæ victoriam portendunt.

Portentum inane quidpiam & irridendum. Cic. lib. Tusc. 1. Aut quid negotii est hæc poetarum & pictorum portenta conuincere?

Portentum reip. Cice. de prouinciis consularibus, Quod si ille & paulò antè, & quotiescunque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium & Pisonem duo reip. portenta, ac penè funera, cum propter alias causas, tum maximè propter illud insigne scelus eorum &c.

Portentum malum in significatione passiua vsus est Plautus in Curculione, 6.21, Pacem ab AEsculapio petas: ne forte tibi eueniat magnum malum, quod in quiete tibi portẽtum est. Qui ta este demonstre.

Portentosus portentosa portentosum, Quod portentum facit. Plinius, Portentosum est quod de ea traditur.

PORTHMEVS porthmei, latinè dicitur trãsfretator, qui nauigio vehit, & qui exigit portorium. πορθμὸς enim latinè dicitur fretum. Iuuenalis, Iam sedet in ripa, tetrúmque nouitius horret Porthmea.

PORTICVS, porticus, f. g. La court dune maison. Egregiũ aduersus tẽpestates, ac feruorẽ solis receptaculũ: quo includi areæ solent: quæ propter repẽtinos imbres & vmbrarum ac deambulationis gratia ædificatur. Ouid. de porticu Pompeiana, Tu modo Pompeia lætꝰ spatiare sub vmbra, Cum sol Herculei terga leonis adit. Plaut. in Mostell. 9.60, Sed senex gynæceum ædificare volt hic in suis; & balneas, & ambulacrum & porticum. Cic. pro domo sua, Vix pars ædium mearum decima ad Catuli porticum accessit, causa fuit ambulatio & monimentũ, & ista Tanagrea oppressa libertate libertas. in palatio pulcherrimo prospectu porticum cum conclauibus, pauimentatum trecentum pedum concupierat.

PORTIO, portionis, f g. Quasi partio. significat partem. Part, portion. Plaut. in Rud. 24. 71, Tu pol pro portione nec vir nec mulier mihi es. Plin. epist. 96. a. lib. v, Curianus orabat, vt sibi donarem portionem meam, seque præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione saluam mihi pollicebatur.

Portiuncula portiunculæ, diminutiuum. Apul. Qui cum à me portiunculam posceret.

PORTISCVLVS, portísculi, m. g. Propriè (inquit Nonius) hortator remigum, qui eam perticam tenet, quæ portísculus dicitur, qua excursum & exhortamenta moderatur. Plaut. in Asin. 10.15, Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi: ad loquendum atque ad tacendũ tute habeas portísculum.

PORTITOR, portitoris, m. g. Qui vectigal portus siue portæ, id est portorium cõduxit. Bastelier, au passagier. Plaut. in Trinũmo, 15.11, Et tu ito simul, solutũ est portitori iam portoriũ. Idem in Asin. 5.7, Ego pol istum portitorem priuabo portorio. Ibidem, 88, Portitorum simillimæ sunt ianuæ lenoniæ: si affers, tunc patent: si nõ est quod des, ædes nõ patẽt. Terent. in Phor. 1.2.100, Et ad portitores esse delatam: hanc petam.

Portitor, Qui aliquid portat. Stathius lib. 1. Theb. Languet hyperboreæ glacialis portitor vrsæ.

PORTO, portas, portare, Porter. Plau. in Aulul. 7.53, Vbi onus nequeam portare pariter, iaceam ego asinus in luto.

Portare exercitum. Salluſt. in Iugurtha, Deinde exercitus, qui in Aphricam portaretur, ſcribitur.

Portare auxilium, Aider. Salluſt. in Catil. Poſt vbi pericula virtute propulerant, ſocijs atque amicis auxilia portabant.

Portare bonum. Plautus in Capt. 13.100, Te hercle mihi æquum eſt gratias agere ob nuntiũ: tantũ ego nũc porto à portu tibi boni. Terent. in And. Dij boni, boni quid porto.

Portare iurgium. Terent. in Hecyra, 3.5.63, Porto hoc iurgium ad vxorem, cuius fiunt hæc conſilio omnia: atque in eam hoc omne, quod mihi ægrè eſt, euomam.

Portare fallaciam. Terent. in And. 2.6.2, Hic nũc me credit aliquam ſibi fallaciam portare: & ea me hic reſtitiſſe gratia.

Portare peccatum. Terent. in Heaut. 4.1.12, Neſcio quid peccati portet hæc purgatio.

Portare dicimur, cum iumentis aliquid nobiſcum ducimus. Hinc Verrem legimus amicam è prouincia portaſſe, & Pompeium deportaſſe triumphum.

PORTORIVM, portorij, n.g. Naulum & merces quæ datur portitoribus. Largent que on donne pour paſſer le port, ou dune riue a autre. Plaut. in Aſin. 5.7, Ego pol iſtum portitorem priuabo portorio. Cic. ad Quintum fratrem lib. 1, Illa cauſſa publicanorum quantam acerbitatem afferat ſocijs, interleximus ex ciuibus, qui nuper in portorijs Italiæ tollendis, non tam de portorio, quàm de nonnullis iniurijs portitorum querebantur.

PORTVLACA, portulacæ, Eſt (inquit Plinius lib. 20. cap. 20) quam peplion vocant, non multum ſatiua efficacior. Cuius memorabiles vſus traduntur. Sagittarum venena & ſerpentium hæmorrhoidum & præſterum reſtringit, pro cibo ſumpta, & plagis impoſita extrahit. Pourpier.

PORTVS portus portui, m.g. Dicitur locus concluſus in quo importantur merces & inde exportantur, & vbi naues hyemant. Vng port. Cic. in Verrem act. 7, Quem poſteaquàm inanem locum offenderunt, & prætorem cõmouiſſe ex eo loco caſtra ſenſerũt, ſtatim ſine vllo metu in portum ipſum penetrare cœperunt. Cum in portum dico iudices (explanandum eſt enim diligentius eorum cauſſa qui locum ignorant) in vrbem dico, atque in vrbis intimã partem veniſſe piratas. Non enim portu illud oppidum clauditur, ſed vrbe portus ipſe cingitur & concluditur: non vt alluantur à mari mœnia extrema, ſed influat in vrbis ſinũ portus.

Res eſt in portu, id eſt in tuto. Plaut. in Merc. 19.49, Quoi data eſt? P. ſeni cuidam in hac amico vicinia. credo hic alium, præter tuum, amicum habere neminem. D. ea quidem eſt. quid filius? P. vrbem hanc ſe deſerturum autumat. D. in portu res eſt, La choſe va bien, il ny a point de dangier.

In portu nauigare, Eſt à periculo abeſſe. Propterea quòd qui medijs adhuc in fluctibus nauigant, hi ventorum & æſtus arbitrio nauigant. Contrà qui iam intra portum ſunt, nihil habent negotij cum vndis ac ventis. Terent. in And. Nunc huius periculo fit, ego in portu nauigo, Il ne men ſauroit venir mal. Virg. lib. 7, Nunc mihi parta quies, omniſque in limine portus.

In portu impingere. Eſt apud Quintilianum in inſtitutionibus, In portu impingere, pro eo quod eſt, ſtatim in ipſo operis ingreſſu peccare.

Porticulus, porticuli, Paruus portus.

Porticulus, Malleus dicitur aliquando, authore Perotto.

Portuoſus portuoſa portuoſum, Vbi multi ſũt portus. Salluſt. in Iugurtha, In diuiſione regni, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agris viriſque opulentior, Iugurthæ traditur: illam alteram ſpecie quàm vſu potiorem, quæ portuoſior, & ædificijs magis exornata erat, Adherbal poſſedit.

POS videtur potius ſignificare pontem, quàm potẽtem, inquit Varro lib. 4. de lingua latina.

POSCA, poſcæ, f.g. Vinum in torculari aquatum, quod apud Plinium, Vatronémque & alios loca dicitur. Vin de deſpence. Plautus in Trucul. 11.48, Tum tantuli doni cauſſa, holerum atque eſcarum, & poſcarum, mœchum malacũ, cincinatũ, vmbratilocũ, tympanotribã amas.

Poſcam, Potionis genus eſſe quidam dicunt, quam Græci oxycraton vocãt, quæ ex aquæ acetique miſtura fit. Plinius libro 30, Tormina ſanat palumbus ferus ex poſca decoctus.

POSCO poſcis, popoſci, poſcere, Rem debitam & honeſtam petere, Demander. Varro, Poſcere, eſt quoties aliquid pro merito noſtro depoſcimus. Donatus, Poſcimus imperioſè, Po-

ſtulamus iure. Plautus in Aulul. 10.10, Huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſimum, vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus prius, quàm quicquam detur? Ibidem, 7.42, Filiam tuam mihi vxorem poſco. Idem in Curcul. 8.8, Habent hunc morem plerique argẽtarij vt alius alium poſcant, reddant nemini: pugnis rem ſoluant, ſi quis poſcat durius. Idem in Aulul. 6.33, Eam ſi iubes frater tibi me poſcere, poſcam. Idem in Moſtell. 3.15, AEdes probãt: ſibi quiſque inde exemplum expetunt, ſibi quiſque ſimile ſumit: ſumptu ſuo operam poſcunt ſuam.

Poſcere aliquem clamore. Plautus in Curcul. 15.5, Male creditur, qui nunquam reddunt, ſed prorſus perit: velut hic, decem minas dum ſoluit, omnis menſis tranſijt, poſtquam nihil fit, clamore hominem poſco: ille me in ius vocat, Ie crie apres luy.

Poſcere, Aſſaillir, Prouocare. Plautus in Caſina, 2.26, Ludi ſunt, ludus datus eſt argentarijs, tranquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum, ratione vtuntur, ludis neminem poſcunt. Virgilius, Haud acrem dubites in prælia poſcere Turnum. Cicero poſcunt maioribus poculis.

Poſcere, duobus accuſatiuis iũctum. Plautus in Curcul. 2.63, Aliàs me poſcit pro illa triginta minas, aliàs talentum magnum. Idem in Aulul. 3.34, Et hic qui poſcet eam ſibi vxorem ſenex, is adoleſcentis illius eſt auunculus. Cicero in Verrem, act. 3, Rapiunt eum ad ſupplicium dij patrij, quòd iſte inuentus eſt cui è complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro ſepultura liberũm poſceret.

Poſcere, petere, ſeu vendere. Plautus in Merc. Tanti quanti poſcit.

POSSESSIO, POSSESSOR, vide POSSIDEO.

POSSIBILIS, vide POSSVM.

POSSIDEO, poſſides, poſſedi, poſſeſſũ, poſſidere, In poſſe id eſt poteſtate ſua habere. Poſſeder, auoir en poſſeſſion. Terent. in And. 4.5.15, Quæ illius fuerunt, poſſidet. Idem in Adel. 2.1.21, Quid hoc rei eſt? regnúmne AEſchine hic tu poſſides? Es tu maiſtre de ceãs? Idem in Andria, 5.4.47. O lepidum patrem, de vxore ita vt poſſedit nihil mutat.

Bona ex ædicto poſſidere. Par adiudication. Cic. pro Quintio, Antequam doceo id factum non eſſe: libet mihi C. Aquili ex officij ratione, atque ex omnium conſuetudine rem ipſam & factum ſimul Sexti Neuij cõſyderare. Ad vadimoniũ non venerat vt ais, is quicum tibi affinitas, ſocietas, omnes denique cauſæ, & neceſſitudines veteres intercedebant. illicóne ad prætorem ire conuenit? continuóne verum fuit poſtulare: vt ex edicto bona poſſidere liceret? ad hæc extrema & inimiciſſima iura tam cupide decurrabas, vt tibi nihil in poſterũ, quod grauius atque crudelius facere poſſes, reſeruares? nã quid homini poteſt turpius, quid vero miſerius, aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus? quæ tanta calamitas inueniri poteſt? Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit: aut ſi alicuius eripuit iniuria: tamen dum exiſtimatio eſt integra, facilè cõſolatur honeſtas egeſtatẽ: at non nemo aut ignominia affectus, aut iudicio turpi cõuictus, bonis quidem ſuis vtitur: alterius opes, id quod miſerrimum eſt, non expectat. hoc tamen in miſerijs adiumento & ſolatio ſubleuatur.

Bona publice poſſidere, id eſt quod in manum regiam ponere dicimus. Cic. Philippica, 11. Itaque non aſſentior ſolum, ſed etiam gratias ago Quinto Fuſio: dixit enim ſeueram, grauem, réque publica dignam ſententiam. Indicauit hoſtem Dolabellam, bona eius cenſuit publice poſſidenda, quo cum addi nihil poſſet (quid enim atrocius potuit, quid ſeuerius decernere?) dixit tamen ſi quis eorum qui poſt ſe rogati eſſent, grauiorem ſententiam dixiſſent, in eam ſe iterum.

Bona poſſidere ſine diminutione. Plin. in Paneg. 61, Bona filij pater ſine diminutione poſſideat: nec ſocium hæreditatis accipiat, qui non habet luctus.

Poſſidere imaginem vel nomen alterius. Plautus in Amphit. 4.304, Nam hic quidem omnem imaginem meam quæ antehac fuerat, poſſidet. Idem in Bacchid. 7.2, Homini amico, qui eſt amicus ita vti nomen poſſidet, niſi deos nihil præſtare. Comme il en ha le nom. Idem in Mil. 8.26, Falſum nomen poſſidere Philocomaſium poſtulas.

Poſſidere mores. Plaut. in Trucul. 2.11, Hæc huius ſeculi mores in ſe poſſidet, Il ha les meurs du temps preſent.

Poſſidere palmam. Plaut. in Moſtell. 2.31, Antehac eſt habitus parcus, nec magis continẽs: is nunc in aliam partem palmam poſſidet.

Poſſident me triclinia. Plinius epiſt. 3.a, Quid balineum illud, quod plurimus ſol implet, & circumit? quid triclinia illa popularia? illa paucorũ? quid popinæ? quid cubicula diurna, no-

Eturnáque? poſſidéntne te, & per vices partiuntur? Ne les hantes tu point aucuneſſois? ny vas tu point?

Poſſeſſio poſſeſſionis, f.g. Proprietas & vſus, ſiue actus poſſidendi agri aut ædificij, non ipſe fundus aut ager. Cic. in Paradoxis, Etenim ſi iſti callidi æſtimatores, prata & areas magni æſtimant, quod ei generi poſſeſſionum nemo nocere poteſt.

Poſſeſſio, pro ipſis bonis immobilibus aliquando ſumitur.

Poſſeſſio fiduciaria, quam ſub manu regia poſſidere vocant, quaſi fide data acceptam. Liuius libro 2. de bell. Macedonico, Nabidi eam tyranno velut fiduciariam dare optimum viſum, vt victori ſibi reſtitueret, ſi quid aduerſi accidiſſet, vt ipſe haberet. De Corintho loquens, quam Philippus Nabidi ea lege dederat, vt ſi victor ex bello redijſſet, Nabis ei reſtitueret.

Poſſeſſor poſſeſſoris, Qui poſſidet. Poſſeſſeur.

Poſſeſtrix, poſſeſtricis, f.g. Quæ poſſidet.

Poſſeſſiuus, poſſeſſiua, poſſeſſiuum, Quod poſſidetur.

POSSVM, potes, potui, poſſe, Pouoir. Plautus in Caſina, 6.4, Stultitia eſt, ei te eſſe triſtem, cuius poteſtas plus poteſt. Idem in Trucul. 17.35, Plus poteſt qui plus valet. Terentius in prologo Heaut. 27. Quamobrem omnes vos oratos volo, ne plus iniquûm poſſit, quàm æquûm oratio.

Poteſt per ſe, Il peult de ſoy. Cic. de Amicitia, 26, Quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet.

Non potuit quin ſuo ſermone aliquem participauerit, Il ne ſeſt peu garder, ou tenir. Plaut. in Milite 5.10.

Poſſum ſcire quò profectus, cuius ſis, aut quid veneris? Plautus in Amphit. 4.192, Ne pourroye ie ſcauoir, &c.

Si quid poteris. Terent. in And. 4.2.29, Huc face, ad me vt venias, ſi quid poteris.

Poſſum nominare ex agro Sabino ruſticos vicinos, & familiares meos, quibus abſentibus, nũquam ferè vlla in agro maiora opera fiunt, non ſerendis &c. Cic. de Senect. 21.

Poteſt, cũ ablatiuo. poteſt authoritate, Plin. de viris Illuſt. 72, Tãtúmque authoritate potuit, vt Opimium contra Gracchum Marium, contra Glauceam, & Saturnium priuato conſilio armaret. Liuius lib. 10, Pecunia deinde, qua multum poterant, freti, ſocios ex hoſtibus facere Gallos conantur.

Poteſt corradi. Plau. in Pœn. 20.26. Trecentos nummos credo corradi poteſt. On pourroit.

Poteſt fieri vt. Terentius in And. 4.2.16, Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ, volo.

Poteſt, pro poteſt fieri. Plautus in Pſeudolo, 9.40, Poteſt, vt alij ita arbitrentur ego vt ne credam tibi.

Potín', pro potéſne. Plautus in Amphit. 10.22, Potín' es vt abſtineas manum? Idem in Epid. 2.61, Potín' vt moleſtus ne ſies? Terẽt. in And. 2.6.6, Potín' es mihi verum dicere? Idem, Potín' es vt deſinas? Ne te ſcaurois tu deporter?

Poteſſe, pro poſſe. Plautus in Aulul. 9.30, Cenſén' talentum magnum exorari poteſſe ab iſto ſene?

Poſſibilis & hoc poſſibile, Quod fieri poteſt, Poſſible. Plaut. in Sticho, 16.3, Poſſibile eſt, tandem, ſtantem ſtanti ſauium dare amicum amicæ?

POST, præpoſitio, accuſatiuo caſui iungitur, Apres. Horat. O ciues ciues quærenda pecunia primùm eſt, Virtus poſt nummos. Virgilius, Poſt aliquot mea regna videns, mirabor ariſtas. Poſt montem oppoſitum, Virg. Derriere la montaigne.

Poſt hominum memoriam, Ab hominũ recordatione. Cic. in Piſonem, Inſtãt poſt hominum memoriam paratiſſimi, magnificentiſſimíque ludi, Les plus magnifiques que on ait memoire de iamais auoir veu. Idem in Verrem, Quod nemo vnquam poſt hominum memoriam fecit. Ibidem, Nemo vnquam poſt hominum memoriam paratior, vigilãtior, copioſior, De memoire dhomme. Idem in oratione qua Senatui gratias agit poſt reditũ ſuum, Qui me duo ſceleratiſſimi poſt hominum memoriam non conſules, ſed latrones non modo deſeruerunt in cauſſa præſertim publica, & conſulari, ſed prodiderunt.

Poſt homines natos. Idem. Cicero de optimo genere oratorum, Optimus longe poſt homines natos. Idem in Antonium, Duo teterrima & ſpurciſſima capita poſt homines natos, Dolabella & Antonius, Depuis que le monde eſt monde, depuis que les hõmes ſont nes.

Idem pro Milone, Vnius poſt homines natos fortiſſimi viri. Idem in Bruto, Longe autem poſt natos homines improbiſſimus C. Seruilius Glaucia.

Poſt hunc diem, Doreſnauant, auiourdhuy paſſe. Plaut. in Rud. 31. 60, Nũquam hercle iterum defraudabis me quidem poſt hunc diem.

Poſt tempus. Plautus in Capt. Sero poſt tempus venis. Apres que ceſt faict. Cicero pro P. Quintio, Ego pro te hoc conſulo, poſt tempus, & in aliena re, quando tu in tua re, cũ tempus erat, conſulere oblitus es.

Poſt id locorum, Apres ce. Plautus in Trucul. 13. 12, Eradicare eſt certum cũ primis patrem: poſt id locorum matrem.

Pòſt ſuo caſui non ſeruiens, aduerbium eſt. Plau. in Perſa, 6. 35, Quò abis? P. quò tu? S. dic tu, prior rogaui. P. at pòſt ſcies. Terent. in Adel. 4. 2. 23, Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas? D. factum: verùm venit pòſt inſaniens. Idem in Hecyra, 4. 4. 78, In culpa nõ eſt: pòſt de matre videro. Virg. Pòſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis. Salluſt. Vbi periculum aduenit, inuidia atque ſuperbia pòſt fuere.

Pòſt deinde. Terent. in And. 3. 2. 3, Nunc primum fac iſtæc vt lauet, pòſt deinde quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui date: mox ego huc reuertar.

Pòſt demum. Plaut. in Aſin. 16. 65, Atque interea vt decumbamus ſuadebo, hi dum litigant, pòſt demum huc cras adducam ad lenam, vt viginti minas ei det.

Paucis pòſt diebus. Plaut. in Menæh. 2. 34, Paucis diebus pòſt Tarenti emortuus eſt. Virg. libro 6, Ille admirans venerabile donum Fatalis virgæ longo pòſt tempore viſum.

Multo pòſt. Plaut. in Merc. 5. 10, Ea ſimia adeò pòſt haud multo ad me venit.

Pòſt principio denique. Plaut. in Perſa, 13. 4, Si quam rem accures ſobriè aut frugaliter, ſolet illa recte ſub manus ſuccedere, atque ædepol firmè vt quiſque rem accurat ſuam, ſic ea procedit. pòſt principio denique ſi malus aut nequam eſt, malè res vertunt quas agit.

POSTEA, compoſitum ex poſt, & ea. Aduerbium eſt, Puis apres. Salluſt. Poſtea Piſo in citeriorem Hiſpaniam quæſtor proprætor miſſus eſt. Plautus in Merc. 7. 30, Neſcio quid animo meo ægre eſt pater, poſtea nocte hac quieui non ſatis ex ſententia, Depuis. Idem in Mil. 10. 138, Si hoc parauiſſent, homines eſſent minus mali, & minus audacter ſceleſta facerent facta: & poſtea qui homines probi eſſent, eſſet his annona vilior. Idem in Epid. 12. 30, Vt primùm eam vidi, nunquam vidi poſtea. Terentius in Eunucho, 3. 2. 40, Hos prius introducam, & quæ volo, ſimul imperabo: poſtea cõtinuo exeo. Idem in Adel. 4. 1. 13, Cliés, amicus, hoſpes nemo eſt vobis? c. ſunt, quid poſtea? s. hiſce opera vt data ſit. Subaudi dicito, Quen ſera il? Idem in Hecyra, 4. 1. 37, Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret exeuntem, aut introeuntem ad amicam. quid tum poſtea, ſi modeſtè ac rarò hoc fecit? Quen eſt il, pourueu, &c. Idem in Adel. 4. 5. 26, Eho, nónne hæc triſtia tibi videntur poſtea? Hoc loco abundat POSTEA, authore Donato.

POSTEAQVAM, vna dictio eſt, quam nonnulli diuidunt. Apres que. Cic. Planco, Et abfui proficiſcens in Græciam: & poſteaquam de meo curſu, reip. voce ſum reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui.

Aliquãdo inter POSTEA & QVAM, interponitur VERO, & ſignificat Sed poſteaquam. Cicero Appio, Poſtea verò quàm ita cœpi.

POSTERVS, poſtera, poſterum, Quod aliquid ſequitur. vt poſtera dies, Le iour enſuyuant Le lendemain, Virg. lib. 4, Poſtera Phœbeo luſtrabat lampade terras.

Poſterus, Qui poſt nos futurus eſt, vnde poſteri, Ceulx qui naiſtreront apres nous.

Poſterior, comparatiuus: Poſtremus, ſuperlatiuus.

Non poſteriores feram. Terentius in Adel. 2. 3. 9, Si id fit dando, atque obſequendo, non poſteriores feram. Subaudi partes, Ie ne ſeray pas des derniers a donner. Donatus, Subauditur partes. aut, non paruifaciam, id eſt non vincar à Mitione. Et tranſlatio eſt à partibus hiſtrionum in fabula.

Omnes res poſteriores ponere. Plautus in Mil. 13. 7, Imò omnes res poſteriores pono, atque operam tibi do. Idem quod poſthabere omnes res.

Poſtremus. Salluſt. in Oratione Philippi ad ſenatũ, Marcus AEmilius omnium flagitioſorũ poſtremus, qui peior an ignauior, deliberari non poteſt. Idem in epiſtola Mithridatis, Et Græciæ dempſi graue ſeruitium, incœpta mea poſtremus ſeruorum Archelaus exercitu prodito impediuit. Vide ſuo ordine paulo poſt.

Posteritas posteritatis, f.g. Posterum seculum, siue homines qui post nos nascentur. Cicero de Amicitia, 14, Quo in genere sperare videor Scipionis amicitiam & Lælij, notam posteritati fore, A ceulx qui viendront apres nous.

Posterius comparatiuum aduerbium, Puis apres. Plaut. in Epid. 5.77, Vos priores dicere oportet, nos posterius, Les derniers, ou puis apres. Ibidem, 13.49, Abi intro, ac iube huic aquam calefieri: cætera ego posterius faxo scibis, quum erit otium. Idem in Amphit. 8.154, Vide sis signi quid siet, ne posterius in me culpam transferas, Que apres tu ne ten prennes a moy. Idem in Persa, 4.157, Posterius istuc tamen potest. Terentius in Andria, 3.2.29, Futurum renuntio here, ne tu posterius dicas, meo factum cõsilio aut dolis. Idem in Adel. 2.1.8, Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi nolle factam, huius non faciam.

Posterius, pro minus, interprete Nonio. Plautus in Asin. 3.49, Posterius istuc dicis, quàm credo tibi.

Postremum, Superlatiuum aduerbium. Terent. in And. Si id facis, hodie postremũ me vides. Cest pour la derniere fois.

Postremo, aduerbium, Finablemẽt. Sallust. in Iugurtha, Igitur præclara facies, magnæ diuitiæ, ad hoc vis corporis, & alia huiusmodi omnia, breui dilabuntur. At ingenij egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremò, corporis & fortunæ bonorum, vti initium, sic finis est, omniáque orta occidunt, & aucta senescunt. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis agit: atque habet cuncta, neque ipse habetur. Ibidem, post varia enarrata inquit, Postremo, de omnibus rebus legatos Romam breui se esse missurum. Vide suo ordine paulo post.

Postero posteras, posterare. Palladius, Oliua cum varia cœpit esse, colligitur. nam cum tota nigrescet, quod speciei merito posterauit, fundendi vbertate cõpensauit, Quil auoit faict apres.

POSTERGO, postergas, postergare, Posthabere, relinquere, postponere, & quasi post terga iacere.

POSTFERO, postfers, posttuli, postlatum, postferre, Postponere. Plinius lib. 2, Gebẽna & & vrbibus & agrorum cultu, virorũ, morúmque dignatione, amplitudine opum, nulli prouinciarum postferenda, Elle ne doibt point estre moins estimee que les autres prouinces, quãt a abondance de richesses.

POSTHABEO, posthabes, posthabui, posthabitũ, posthabere, Postponere, Postposer. Terẽtius in Phor. 5.8.15, Nam omnes posthabui mihi res, ita vti par fuit, postquam tantopere id vos velle animum aduerteram. Iay delaisse toute autre chose a faire.

POSTHAC, aduerbium, Deinceps, in futurum, post hoc tempus, Cy apres, doresnauant. Plautus in Persa, Qui sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac, ego solus omnibus antideo. Idem in Trin. 17.61, Et iam posthac tẽperabo. Terent. in Hecyra, 3.3.45, Lachrymo, quæ posthac futura est vita cũ in mentẽ venit, solitudóque. Idem in Eunucho, 5.2.59, Hunc tu in ædes cogitas recipere posthac?

POSTHVMVS, posthumi, m.g. Ex post & humus compositum, Qui post mortem parentis natus est, quasi post humatum. Plautus in Aulul. 6.37, Post mediam ætatem qui mediam ducit vxorem domum, si eam senex anum prægnantem fecerit fortuito, quid dubitas quin siet paratum nomen puero posthumus?

Posthumus postuma posthumum, Pro futuro, sequenti, & postero ponitur. Apuleius posthumam spem dixit. Virgilius lib. 6, Tua posthuma proles.

POSTICVM, postici, n.g. À post, & stando, Ostium in posteriori parte ædium, Lhuys de derriere. Plautus in Mostell. 11.27, Nunc ego me illac per posticum ad congerrones conferã. Idem in Sticho, 7.41, Sed quum cogito, potius quàm in diuidiam veniam, est etiã hic ostium, aliud autem posticum nostrarũ harum ædium: eà ibo obsonatum, eadem referam obsonium per ortum: vtroque commeatus continet.

Postica posticæ, f.g. Idem. Varro, Perrexit inferioris partis domus posticæ (vt ait Plautus) penitissumæ.

Posticulum posticuli, n.g. diminutiuum. Plautus in Trinummo, 14.75, Vbi nũc filius meus habitat? s. hic in hoc posticulo. Ibidem, 4.116, Vbi nunc adolescens habet? c. posticulum hoc recepit, quum ædes vendidit.

Posticum (inquit Festus) vicinum habitantem ad posteriorem partem ædium appellarũt. Denique & quæ ante nos sunt, antica: & post nos sunt, postica dicuntur. Et dextrã, anticam;

ſiniſtram poſticam dicimus. Sic etiam ea cæli pars, quæ ſole illuſtratur ad meridiem, antica nominatur. quæ ad ſeptentrionem eſt, poſtica. Rurſum quæ diuiduntur in duas, partem orientem, atque occidentem.

POSTILENA, poſtilenæ, f.g. À poſt, & ſtādo: quòd ſtet à parte poſteriori. Eſt enim incuruum lignum, ſiue craſſius lorum quod ſub iumenti cauda ponitur, Vne croupiere de cheual, ou autre beſte. Plautus in Caſina, 3.36, Ita te aggerunda aqua curuum faciam, vt poſtilena poſſit ex te fieri. Hinc per contrariū, Antilena, qua pectus cingitur, Vng poitrail dung cheual ou autre beſte.

POSTILLA, Duæ dictiones in vnam coniunctæ per ſubunionem, Aduerbium eſt, ſignificans poſtea, authore Donato. Plaut. in Pœn. 11.5, Ijs explicaui meā rem: poſt illa lucro, Puis apres. Idem in Sticho, 9.24, Quid tu? quàm dudum in portum huc venis? P. longiſſimè. E. poſt illa, iam iſte eſt tranquillus tibi? Et puis ceſtuy la &c. Idem in Capt. 4.8, Semel fugiendi ſi data eſt occaſio, ſatis eſt, nunquam poſt illa poſſis prendere. Idem in Curcul. 10.43, Eum qui mihi vendidit illam, nunquam poſt illa vidi. Terentius in And. 5.4.34, Tum illam hic relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primum audio quid illo ſit factum, Depuis. Idem in Eunucho, 1.2.47, Interea miles qui me amare occœperat, in Cariam eſt profectus: te interea loci cognoui, tute ſcis poſt illa quàm intimum te habeam.

POSTIDEA, pro poſt id, ſiue deinde legitur apud Plautū in Sticho, 3.40, Quúmq; æquius eſt nos potiorem habere te, poſtidia viros noſtros quibus voluiſti nos eſſe matreſſamiliàs. Ibidem, 15.18, Tene tibicen primum: poſtidea loci ſi hoc eduxerit, perinde vt conſuetus antehac, &c.

POSTLIMINIVM, poſtliminij, n.g. Ex poſt & limen componitur. Quúmque enim à nobis alienata, ad hoſtem perueniunt, cum à noſtro limine exierint, ſi pòſt ad idem limē reuertantur, poſtliminio redeunt. Feſtus, poſtliminio receptus eſt, ſi qui extra limina, hoc eſt terminos prouinciæ captus fuerat, rurſus ad propria reuertitur. Paulus Iuriſcōſultus, Poſtliminium eſt ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneo: & in ſtatum priſtinum reſtituendæ, inter nos & liberos, populos regéſque legibus ac moribus conſtitutum. Nam quod bello amiſimus, aut etiam circa bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere. Id quod naturali æquitate introductum eſt, vt qui per iniuriam ab extraneis detinebatur, is vbi in fines ſuos rediſſet, priſtinum ius ſuum reciperet. Cic. pro Cornelio Balbo, Quòd ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huiꝰ ciuitatis vt iam ad fœdus veniam, quod ad cauſſam nihil pertinet (de ciuitatis enim iure non de fœderibus diſceptamus) quid eſt, quamobrem ciui Gaditano, in hāc ciuitatem venire non liceat?

POSTMERIDIANVS, poſtmeridiana, poſtmeridianum, À poſt, & meridie, Quod poſt meridiem fit. Quintil. libro 3, Poſtmeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.

POSTMITTO, poſtmittis, poſtmiſi, poſtmiſſum, poſtmittere, Poſthabere, Paſſer quelque choſe oultre, ſans tenir compte, laiſſer paſſer. Cic. pro M. Cælio, Quod in agris locíſve publicis factum reprehēderet, id in vrbe, ac ſuæ domi cœptum eſſe leuiter ferret? quod in alicuius agreſtis periculo non poſtmitteret, id homo eruditus in inſidijs doctiſſimi hominis diſſimulandum putaret?

POSTMODVM, aduerbium, Ex poſt & modum, Poſtea ſiue poſtremo, Quaſi poſt modum rei datum, En fin finale, finablement. Terent. in Hecyra, 2.1.11, Méque abs te immerito eſſe accuſatā poſtmodum reſciſces. Liuius lib. 1, Sæpe ex iniuria, poſtmodum exortam gratiam. Plin. de viris illuſt. 23, Poſtmodum crimini datum, quod albis equis triumphaſſet, & prædam iniquè diuiſiſſet.

Poſtmodo, Idem. Liuius lib. 4, Si Ardeates ſua tempora expectare velint, arbitriúmque ſenatui leuandæ, inuriæ ſuæ permittant, fore vt poſtmodo gaudeant ſe ire moderatos.

POSTOMIS, poſtomidis, f.g. Inſtrumentum (inquit Nonius) ferreum ſiue ligneum, quod ad cohibēdam equorū tenaciam naribus vel morſui imponitur. Lucilius, Poſtomides huic de naribus ingentes pendent, Brayes a cheuaulx.

POSTPONO, poſtponis, poſtpoſui, poſtpoſitū, poſtponere, Retro ponere, Mettre derriere. Poſtponere, Omittere, Poſtpoſer, laiſſer a faire, differer, delaiſſer. Cicero Tironi, Omnia poſtpoſui, dummodo præceptis patris parerem.

POSTQVAM, aduerbium, Apres que. Plaut. in Epid. 11.36, Nam poſtquam audiui, illi

co ex meo ſeruo, illam eſſe captam, continuò argentum dedi, vt emeret. Idem in Trin. 13. 130, Poſtquam me aurum ferre dixi, pòſt tu factus Charmides. Terẽt. in And. 3.1.16, Hui tam cito! ridiculum, poſtquam ante oſtium me audiuit ſtare, approperat. Idem in Heaut. 4.1.48, Non aduorti primò: ſed poſtquam aſpexi, illico cognoui.

Poſtquam, Depuis que. Plautus in Amphit. 7.47, Huic homini neſcio quid eſt mali, mala obiectum manu, poſtquam à me abijt. Idem in Caſina, 5.11, Qui poſtquam amo Caſinam, magis initio munditijs munditianti deo. Idem in Trucul. 14.9, Heus tu, iam poſtquam in vrbem crebro conuenio, hic factus iam ſum cauillator probus. Idem in Epid. 10.68, Poſtquam libera eſt, vbi habitet dum, incerto ſcio. Idem in Sticho, 3.51, Pol ego vxorem quæro, poſtquam veſtra mater mortua eſt. Ibidem, 4.2, Nam poſtquam natus ſum, ſatur nunquam fui. Idem in Menæh. 9.43, Neque huc vnquam, poſtquam ſum natus, intra portam penetraui pedem. Terent. in Adel. 5.1.3, Sed poſtquam intus ſum rerum omnium ſatur, prodeambulare huc libitum eſt.

Biennio poſtquam. Plautus in Bacchid. 3.2, Quam ego biennio poſtquam hinc in Epheſum abij, nunc conſpicio lubens. Cic. de ſenect. 9, Anno enim poſtquam primum cos. fuerat ego natus ſum. Vng an apres.

Biennium factum poſtquam. Plautus in Merc. 3.12, Biennium iam factum eſt, poſtquam abij domo, Il ya ia deux ans.

Annus ſextus eſt poſtquam. Plautus in Menæh. 7.9, Hic annus ſextus eſt poſtquam rei huic operam damus, Il ya ſix ans.

Menſis agitur ſeptimus poſtquam. Terent. in Hecyra, 3.3.34, Tum poſtquam ad te venit, menſis hic agitur iam ſeptimus, Voyci le ſeptieme moys quil eſt venu auec toy.

Poſtquam pro quoniam poſuit Terentius, interprete Donato, in prologo Adel. 1, Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem, quam acturi ſumus.

POSTREMVS, poſtrema, poſtremum, Superlatiuum à poſterior. Plautus in Merc. 21.2, Nunc hodie poſtremũ extollo mea domo patria pedem. Idem in Phor. 4.3.44, Hæc denique eius fuit poſtrema oratio, Ego inquit &c. Vide POST.

Poſtremo, aduerbium, Finablement, En fin. Terentius in Eunucho, 22.21, Negat quis negoiait, aio. poſtremo imperaui egomet mihi omnia aſſentari. Idem in Andria, 3.2.40, Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem ſcimus quàm miſere hanc amarit, nunc ſibi vxorem expetit. poſtremo id mihi da negotij. Idem in Adel. 3.2.50, Primum, indotata eſt. tum præterea quæ ſecunda ei dos erat, perijt: pro virgine dari nuptum non poteſt. hoc reliquum eſt, ſi inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus, quem amiſerat. poſtremo, quãdo ego conſcia mihi ſum à me culpam eſſe hanc procul, neque pretium &c. Plaut. in Trin. 10.36. At operam perire meam ſic, & te hæc dicta corde ſpernere, perpeti nequeo, ſimul me piget parum pudere te: & poſtremo, niſi me auſcultas, atque hoc vt dico facis, tute pone te latebis facilè, ne inueniat te honor. Idem in Merc. 10.15, Vxor me expectat iam dudum eſuriens domi, iam iurgio enicabit, ſi intrò rediero. verùm hercle poſtremo vt vt eſt, non ibo tamen.

POSTRIDIE, aduerbium, poſtero die ſignificat. Plautus in Sticho, Qui poteſt mulieres vitare, vitet: vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod poſt pigeat poſtridie, Le lendemain.

Cato de re ruſtica, Oleum viride ſic facito, oleã quàm primum ex terra tollito. Si inquinata fuerit, tollito à folijs, & ſtercore purgato: poſtridie, aut poſt tertium diem quàm lecta erit, facito. Terent. in And. 1.1.117, Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans &c.

Poſtridie, aliquando genitiuo iungitur. Cæſar lib. 2. Poſtridie eius diei Cæſar præſidio vtriſque caſtris, quod ſatis eſſe viſum eſt, reliquit, Le lendemain de ce iour la. Cato, Poſtridie eius diei villicum vocet. Seruius Sulpitius Ciceroni, Poſtridie eius diei cum ab Athenis proficiſci in animo haberem.

Accuſatiuo, Liuius, Poſtridie idus, rebus diuinis ſuperſederi iuſſum.

Aliquando cum quàm. Poſtridie quàm veni.

Poſtridianus, poſtridiana, poſtridianum, Qui pridie aut poſtridie alicuius diei eſt, Pro quo abutimur Craſtinus.

Poſtriduanus poſtriduana poſtriduanum, Qui poſt idus eſt.

Poſtriduo dixit Plautus, pro poſtridie, in Milite 14.89, Poſtriduo natus ſum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus eſt.

POSTVLO, poſtulas, poſtulare, Requirere, velle, Vt res, locus, perſona, tempus, cauſſa poſtulat, Requerir, & vouloir. Terentius in Eunucho, 1.1.16, Incerta hæc, ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas quàm, &c. Idem in Andria, 2.1.33, Neutiquam officium eſſe liberi puto, cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Ibidem, 1.2.18, Nunc hæc dies aliam vitam affert, alios mores poſtulat.

Poſtulo abs te. Plaut. in Capt. 16.16, Poſtulo abs te: vt mihi illum reddas ſeruum, quem hîc reliqueram pignus pro me. Terent. in And. 5.1.4, Imò enim quæ maxime abs te poſtulo, atque oro Chreme, vt beneficium verbis initum dudum, nunc re comprobes. Cicero de Amicitia, Neque vnquam quicquam niſi honeſtum, & rectum alter ab altero poſtulabit.

Cum ſolo accuſatiuo, Cic. pro Ligario, Longiorẽ orationem cauſſa forſitan poſtulat, tua certè datura breuiorem.

Cum duobus accuſatiuis. Plinius epiſt. 48.b, Iterum me iam præſentem aduocatum poſtulauerunt, implorantes fidem meam.

Poſtulare, accuſare, ſeu querelam dicere de altero apud alterũ, Soy complaindre daucun, laccuſer. Plin. epiſt. 153.b, Impietatis reum poſtulat. Suet. in Cæſ. Cęterum Cornelium Dolabellam conſularem & triumphalem virum repetundarum poſtulauit. Idem de Auguſto, Adfuit & clientibus, ſicut ſcrutario cuidã euocato quondã qui poſtulabatur iniuriarũ.

Poſtulare, Cupere, Velle, Expectare. Terẽt. in Adel. Per oppreſſionem hanc mihi eripere poſtulet, Id eſt velit, aut ſperet.

Poſtulare, Vt docet Vlpianus, eſt deſyderium ſuum vel amici, in iure, apud eum qui iuriſdictioni præeſt, exponere.

Poſtulamus iure. Cic. Pro P. Quintio, Verùm his de rebus non neceſſe habeo dicere ea, quæ me P. Quintius cupit commemorare, tam etſi cauſſa poſtulat. tamen quia poſtulat, non flagitat, præteribo.

Poſtulatus poſtulata poſtulatum, Choſe que on a requerue.

Poſtulatum poſtulati, Accuſatio, Cõplaincte. Cic. in Verrem, act. 4, Hoc animo toties apud patronos de ſuis miſerijs deplorarunt. Hoc commoti dolore, poſtulata conſulibus, quę non poſtulata, ſed in iſtum crimina viderentur eſſe, ediderunt.

Poſtulatio poſtulationis, f.g. Requeſte, ſupplication. Cicero de Aruſpicum reſpõſis, De hac re ſcriptum eſt, poſtulationes decretas eſſe Ioui, Saturno, Neptuno, Telluri dijs cæleſtibus.

Poſtulationibus vacare dicitur pro eo quod expedire requeſtas dicimus, Reſpondre les requeſtes. Plinius in epiſt. Senecio cum exploraſſet conſules poſtulationibus vacaturos, conuenit me, &c.

Reſpondere poſtulationibus, Idem. Suet. in Nerone, In iuriſdictione poſtulationibus, niſi ſequenti die, ac per libellos non temere reſpondit.

Poſtulatio, Accuſation, ou complainte. Plau. in Bacchid. 8.45, Acris poſtulatio hæc eſt, cum huius dicta intelligo. Idem in Caſina, 12.26, Verùm autem altrouerſum cum eam mecum rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. Terentius in Hecyra, 1.2.105, Neque lites vllæ inter eas, poſtulatio nunquam.

Poſtularia fulgura, inquit Feſtus quæ votorum aut ſacrificiorum ſpretam religionem deſignãt.

POTE, pro potis, id eſt poſſibile accipitur metri cauſſa. Propertius, Qui pote quiſque in ea cõterat arte diem. Id eſt, quantum quiſque poteſt. Terẽt. in Adelphis, Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in ſe tranſtulit, nihil pote ſuprá. Il neſt point poſſible de plus. Pote pro potis inquit Donatus. Plaut. in Caſ. 5.2, Nec pote quicquam commemorari. Apud eundem in Pœnulo, 4.14, legitur Potes ſunt dare.

POTENS, potentis, participium à poſſum, tempus ſignificat, & accuſatiuo iungitur nomini num, vel infinito, nec comparationem accipit. Vt potens pugnare, vel bella facere.

Potens nomen, caret tempore, & genitiuo iungitur: vt potens maris, & comparationem accipit, Puiſſant en domination. Terentius in Adelphis, 3.4.57, Sed Demea hoc tu facito tecum animo cogites, quàm vos facillime agitis, quàm eſtis maxime potentes, dites, fortunati, nobiles. Idem in Eunucho, 2.3.61, Quis is eſt tam potens, cum tanto munere hoc?

Potens deorum. Plin. in Paneg. 131, Annuas Cæſar optantibus, quibuſque apud deos eſſe conſueſti, quorum potens es votorum compotes facias.

Potenter aduerbium, Puiſſamment, vaillamment.

Potentia, potentiæ, f.g. Puiſſance & domination.

POTERIVM, poterij, n.g. dicitur à Græcis, quod nos poculum dicimus. Plaut. in Sticho, 14.12, Quibus diuitiæ domi sunt, scaphio, cantharis, batiocis bibunt: nos nostro samiolo poterio, tamen viuimus.

POTESSVM, pro possum. Terent. At pol ego amatores audieram mulierum eos esse maximos, sed nihil potesse. Nonnulla exemplaria legunt hoc loco posse.

POTESTAS, potestatis, f.g. pro vi accipitur. Potestas inquit Paulus iurisconsultus, plura significat. In persona magistratuum, imperium. In persona liberorum, patriam authoritatẽ. In persona seruorum dominium. At cum agimus de noxæ deditione cum eo qui seruum non defendit, præsentis corporis copiam & facultatem.

Potestates, Principes potentes dicuntur, quos Græci dynastas vocant, & ij qui magistratus gerũt, & iudicijs præsunt. Plin. lib. 31. cap. 4, Pingue draconis in pelle dorcadum, neruis ceruinis adalligatum in lacerto, victoriam iudiciorum conferre existimant. Primùm spondylũ, aditus potestatẽ mulcere. Dẽtes eius illigatos pellibus caprearũ ceruinis mites præstare dominos potestatésque exorabiles. Apul. Sed iussit potestas officialẽ suũ magna seueritudine coerceri. Suet. in Claud. Iurisdictionẽ de fidei cõmissis quotannis & tãtum in vrbe delegari magistratus solitam, in perpetuum, atque etiam per prouincias potestatibus demandauit.

Potestas, pro consilio & ratione ponitur. Vnde, exire aliquem de potestate dicimus, id est, mentis impotem fieri. Vt apud Ciceronem lib. 4. Tusc. Iratos proprie dicimus exisse de potestate. Id est, de mente.

Potestas, Pouoir, puissance ou subiection. Plaut. in Mostell. 3.36, Nã ego ad id frugi vsque & probus fui: in fabrorũ potestate dum fui. Ce pendant que iay este soub les maistres, en leur puissance. Idem in Epid. 2.13, Nam vt ad portum tè conspexi, curriculo occœpi sequi: vix potestas adipiscendi data fuit. A grand peine tay ie peu rataindre. Idem in Sticho, 3.60, Vbi facillime spectatur mulier quæ ingenio est bono? P A. cui male faciũdi est potestas: quæ ne faciat, id temperat. Laquelle peult mal faire, & sen garde. Idem in Merc. 3.63, Nõ vt ego amori, neque desidiæ in otio operam dedisse: neque potestatem sibi fuisse, adeò arcte cohibitum se esse à patre. Il ne pouoit, tant estoit tenu de court. Terent. in And. 3.3.10, Per ego te deos oro, & nostram amicitiam Chreme, quæ incœpta à paruis cum ætate adcreuit simul, pérque vnicam gnatam tuam & gnatum meum, cuius tibi potestas summa seruandi datur. Il est grandement en toy, tu le peuls garder. Plaut. in Amphit. 8.7, Atque ipsa de me scio, cui voluptas parumper data est, dum viri mei mihi potestas videndi fuit noctem vnam modo. Il ma este permis, Ie lay peu veoir. Terent. in And. 1.1.25, Nam is postquàm excessit ex ephebis Sosia, liberius viuendi fuit potestas. Idem in Heaut. 4.3.42, Metuo quid agam. s. metuis! quasi non ea potestas sit tua, quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palám. Comme sil nestoit pas en toy, ou en ta puissance.

Facere potestatem. Cic. Cassio, lib. 12. epist. Quibus tamen ad sanitatem redeundi ante Cal. Sept. potestas facta est.

Potentatus potentatus, potentatui, m.g. Idem quod potestas.

POTESTVR, pro potest, Frequens apud antiquos, teste Nonio. Pacuuius, Si qua potestur inuestigari via.

POTIO, potionis, f.g. Vide POTO.

POTIOR, & hoc potius, comparatiua, pro melior & melius: quasi potentior & potentius. Vide POTIS.

POTIOR potiris vel poteris, potitus sum vel fui, potiri. À potis deducitur, tam tertiæ quàm quartæ coniugationis. Est tenere, & quasi in potestate habere. Item obtinere, & in potestatem vendicare. Auoir en sa subiection & en sa puissance. Venir au dessus de quelque chose. Obtenir. Aliquando est frui, Iouyr.

Genitiuo aliquando iungitur. Plaut. in Capt. 3.24, Nam postquam meus rex est potitus hostium, Quil a surmonte ses ennemis. Idem in Epid. 11.34, Atque hostium est potita.

Sall. Cui fatum foret vrbis potiri.

Accusatiuo, Potiri bonum. Plaut. in Asin. 7.58. Fortiter malum qui patitur, idem pòst potitur bonum. Il ha du bien. Idem in Rud. 5.5, Nam hoc mihi haud laboris est, laborem hunc potiri, si erga parentem aut deos me impiaui. Auoir ceste peine. Idem in Asin. 11.9, Eas nunc legiones, copias, exercitúsque furũ, vi pugnãdo, periurijs nostris euge potiti. Cic. in Philipp. 13, Itaque si receptis illis possumus esse liberi, vincamus odium pacémque potiamur. Ayons paix. Terent. in Adel. 5.4.18, Ille alter sine labore patria potitur commo-

da. Il iouyt des biens de noſtre pere, & ſen gaudit. Ibidem, 22, Miſeriam omnem ego capio: hic potitur gaudia. Il ſeiouyt.

Ablatiuo. Ouid. Túque tuis armis nos te potiemur Achille. Cic. Si his voluptatibus bona ætas fruitur, libentius primum paruulis fruitur rebus, vt diximus, deinde ijs quibus ſenectus etiam ſi non abunde potitur, non omnino caret.

POTIS, potior, potiſſimus, Integrũ eſt, authore Donato, pro bonus, melior, optimus, & quaſi potẽs, potẽtior, potẽtiſſimus. Qui peult. Virg. Nec potis Ionios fluctus æquare ſecando. Plau. in Amphit. 7.68, Qui (malùm) intelligere quiſquam potis eſt? Id eſt, poteſt, interprete Donato. Terẽt. in Phor. 2.3.32, Si tibi placere potis eſt mihi vt reſpõdeas, &c. Idem in Heaut. 2.3.80, Multis modis iniurius Clitipho eſt, neque ferri potis eſt, On ne le pourroit endurer. Potior. Plaut. in Trucul. 3.19, Sin alter alteri potior eſt (ſubaudi amator) idem perit. Idem in Sticho, 3.40, Quum æquius eſt nos potiorem habere te, poſtidea viros noſtros. Terent. in Phor. 3.2.48, Mea lege vtar, vt potior ſit, qui prior ad dandum eſt. Cic. de Amicitia, 18, Itaque ciues potiores ſunt quàm pergrini: & propinqui quàm alieni.

Potiſſimum opus. Plin. epiſt. 79.c, Nam ſi hoc opuſculum noſtrum aut potiſſimum eſſet, aut ſolum, fortaſſe eſſet durum videri dicere.

Potius potiſſimum, vel potiſſime aduerbia. Plaut. in Amphit. 4.301, Nam ſi me irritaſſis, hodie lumbifragiũ hinc auferes. s. ab eo potius. Ie men vois aincois. Iayme mieulx men aller. Idem in Merc. 7.117, Nunquam ædepol quiſquam illam habebit, potius quàm ille quem ego volo. Nul ne laura deuant celuy que ie veulx qui laye. Terentius. in Eunucho, 2.3.94, An potius hæc pati æquum eſt fieri, vt à me ludatur dolis? Aincois. Idem in Prologo Andriæ, 21, Quorum æmulari exoptat negligentiam potius, quàm iſtorum obſcuram diligentiam. Plus toſt que &c. Idem in Heaut. 5.3.7, Imò ſcis potius quàm quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio. Idem in And. 4.5.3, Quæ ſe inhoneſtè optauit parare hic diuitias potius, quàm in patria honeſte pauper viuere. Plaut. in Merc. 8.18, Vin' eam ad portum? c. quid? potius quàm voles. Ie en ſuis plus content que toy.

Potiſſimum, ſuperlatiuum aduerbium à potius. Plaut. in Aſin. 16.53, Nam ſi domum redierit hodie, oſculando ego vlciſcar potiſſimũ. Principalemẽt. Idem in Trin. 13.35, Multa ſimul rogitas: neſcio quid expediam potiſſimum. Terent. in And. 5.5.6, Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari? Ibidem, 2.6.23, Quem vocabo ad cœnam meorum æqualium potiſſimum nunc?

Potiſſime, Idem. Plaut in Pſeud. 22.18, Atque herus minor hunc diem ſumpſimus potiſſimé. Cic. lib. 2. de Orat. Nõ potiſſime confirmo. Sic apud eundem ſæpius inuenies. tametſi ſint qui mandum putent eſſe, legendúmque potiſſimum.

POTO, potas, potaui, potatum, vel potus ſum, potum. Potare. Bibere. Boyre & yurongner. Virg. Huc ipſi potum veniunt per prata iuuenci. Lucanus lib. v, Poturæ te grues. Terent. in Phor. Nam apud me potaturus eſt. Plaut. in Rud. 14.29, Vt edormiſcam hãc crapulam, quam potaui præter animi quam libuit ſententiam?

Potito potitas, potitare, frequentatiuum. Plaut. in Aſin. 13.26, Tecum vnà poſtea æque pocula potitet. Idem in Amphit. 4.265, Pterela rex, qui potitare ſolitus eſt patera aurea.

Potus pota potum, Actiue que paſſiue accipitur, Qui a bien beu, ou qui eſt beu.

Actiue. Terẽt. in Hecy. 1.2.64. Quid ais? cũ virgine vna adoleſcens cubuerit plus potus, ſefe illa abſtinere vt potuerit? Ouid. lib. 4. Faſt. Occurrit, nuper viſa eſt mihi digna relatu Põpa: ſenem potum pota trahebat anus.

Paſſiue. Ouid. lib. xv. Metamorph. Nocte nocent potæ, ſine noxa luce bibuntur.

Potus potus, potui, m.g. Boiſſon.

Potio, potionis, f.g. Breuuage & donnent les medecins. Significat etiam potum, Boiſſon. Val. Max. lib. 1x, Cibo & potione infœlicem ſpiritum prorogant. Cic. in. Tuſcul. Quid quod ne mente quidem recte vti poſſumus, multo cibo & potione repleti? Idem in Catone, Tantũ cibi & potionis adhibendum, vt reficiantur vires, non opprimantur. Plaut. in Sticho, 10.56, Nam intus mihi iam potione vinacea onerabo gulam.

Potio medicorũ, ſorbitiuncula eſt, Breuuages que donnent les medecins aux malades. Plaut. in Menæh. 20.22, Audín' tu vt deliramenta loquitur? quid ceſſas dare potionis aliquid, prius quàm percitus inſaniat?

Potator, potatoris, m.g. Vng beuueur & yurongne. Plaut. in Menæh. 7.34, Nãque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum voluptarij, atque potatores maxumi.

Potatio potationis, f. g. Beuuerie, yurõgnerie. Plau. in Stich. 4. 60, Quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ! quot potiones mulsi! quot autem prãdia, quæ inter continuũ perdidi trienhium!

Potorium potorij, n. g. Vas qũod ad potum est deputatum. Vng pot a boyre, comme voarre, gobelet &c. Plin. Mille conuiuas totidem aureis potorijs.

Potori⁹ potoria potoriũ, Quod ad potãdũ pertinet. Vnde dicim⁹ vasa potoria, sicut vasa escaria.

Potiono potionas, potionare, Potionem præbere. Bailler vng breuuage.

Potionor potionaris, potionari, passiuum. Suet. in Cæs. Caligula, cap. 50, Creditur potionatus à Cesonia vxore, amatorio quidem medicamento: sed quod in furorem verterit. Id est, veneno affectus, Empoisonne.

P R

P R AE, præpositio, ablatiuo casui seruit, Significat ante. Deuant. Liui⁹ lib 1, Prope Tyberim fluuium qua præ se armentum agens nando traiecerat. Aliquando absolute ponitur. Terent. I præ, sequar. Plautus datiuo iunxit, in Pœnulo, 9. 57, Trecentos nummos Philippeos portat præ sibi.

Præ, comparationem aliquando inducit, vt, præ nobis beatus videris, Id est plus nobis beatus. Plus que nous. Plaut. in Mostell. 4. 87. Video te nihili pendere omnes homines, præ Philolache. Idem in Epid. 10. 85, Atque me minoris factum præ illo. Il ma moins estime, qui l'a faict celuy la.

Præ, Ad comparationem. Cic. Seruio Sulpitio, Nõ tu quidem vacuus molestijs, sed præ nobis beatus. Tu es bien eureux au pris de nous. Terent. in Eunucho, Hic ego illum contempsi præ me. Ie ne lestimoye rien au pris de moy. Idem in Adel. 2. 3. 9, Illi⁹ opera Syre nũc viuo: festiuum caput, qui omnia sibi pòst putarit esse præ meo commodo. Id est, mei commodi comparatione, inquit Donatus. Qui na cure de rien que de mon prouffit. Cicero in Verrem, Omniũ minas, atque omnia pericula prę salute sua leuia duxerũt. Qui nont point crains tous dangiers, pour veu quilz eussent vie sauue. Ibidem, Atque vt intelligatis ab isto, præ lucro, prædaque præsenti, nec vectigalium nec posteritatis habitam esse rationem. Idem in Rullum, Quæ si in illo minima fuissent, tamen præ tuis facultatibus maxima putarentur. Veu tes richesses. Ou a la cõparaison de tes richesses. Idem in Bruto, ísque se ita putat Atticum, vt veros illos præ se penè agrestes putet. Au pris de soy. Cæsar in Comment. Quod omnibus Gallis præ magnitudine corporum suorum breuitas nostra contemptui est. Liuius ab vrbe cond. Qui omnia præ diuitijs humana spernũt. A qui nenchault de riẽ, pour veu quils ayẽt des richesses. Idem de bello Maced. Sed quid ista præ ijs quæ à te, tuísque quotidie alia super alia facinora eduntur? Terent. in Hecyra, 3. 5. 33, Pãphile, ad aures haud inuito sermo mihi accessit tuus, quum te postputasse omnes res præ parente intelligo. Tu nas soing de toutes autres choses, que de plaire a ta mere. Liuius, Paruam Albam præ ea vrbe quæ conderetur fore.

Sanus si sim, præ te medicum mihi expetam. Vng autre que toy. Plaut. in Merc. 8. 21.

Præ quod. Plaut. in Sticho, 6. 38, Imò res omnes relictas habeo præ quod tu velis.

Præ quàm. Plaut in Amphit. 8. 2, Parua res est voluptatum in vita, præ quàm quod molestum est. Idem in Aulul. 15. 35, Sed hoc etiam pulchrum est, præ quàm vbi sumptus petunt Cela est bien plus beau, que quant, &c.

Præ. vt. Plaut. in Mil. Nihil hercle hoc quidem præ vt alia dicam. A la cõparaison de ce que ie diray. Idem in Menæh. Modestior nunc quidem est de verbis præ vt dudum fuit.

Præ, Propter. vt, præ formidine, De grande paour que iay. Plaut. in Amphit. 4. 183, Neque miser me commouere possum præ formidine. Terent. in Eunucho, 1. 2. 18, Credo, vt fit, misera præ amore hunc exclusit foras. Idem in Heaut. 2. 2. 67, Præ gaudio (ita me di ament) vbi sim nescio: ita timui.

Præ manu, vel præ manibus, vide M A N V S.

P R AE A C C I P I O, præaccipis, præaccepi, præacceptum, præaccipere, Prendre deuant que vng autre.

P R AE A C V O, præacuis, præacui, præacutum, præacuere, Prius acuere. Cato de re rustica, Vitem teneram præacuito, obliquo inter se medullam cum medulla componito.

P R AE B E O, præbes, præbui, præbitũ, præbere, Ex præ, & habeo cõpositũ, abiectis a & h, significat dare, exhibere. Nam qui aliquid præbet, id præ habere ratione dicitur. Plaut. in Menæh. 4. 10, Quando ego tibi ancillas, penum, lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo.

Ie te dõne. Idem in Amphit. 8.35, Sed aquã præbendã aduenì domũ. Idem in Epid. 14.62, Præbebo cibum. Præbere domũ, Plin. epiſt. 165. Præbere hoſpitium, Plin. epiſt. 161.

Præbere operam, Ayder. Plaut. in Mil. 9.108, Nimium feſtiua mulier operam præbuit.

Præbere iuſiurandum alteri. Plin. in Paneg. 109, Quinetiam ſedens præbuit iuſiurandum & ille iurauit, expreſſit, explanauítque verba.

Præbere ludos. Terẽt. in Eunuc. 5.7.9, Nõ poſſum ſatis narrare quos ludos præbueris intus.

Præbere orationem. Plaut. in Aſin. 5.53, Aliam nunc mihi orationem deſpoliato prædicas, longe aliam inquam præbes nunc, atque olim cum dabam. Idem in Pœnulo, 18.50, Vt modeſtè orationem præbuit! Quelle a parle modeſtement.

Præbere os. Terent. in Adel. 2.2.7, Quid potui melius, qui hodie vſque os præbui? Cic. in Verrem, act. v. Qui teſtes interrogare priore actione nolueris, & ijs tacitũ os tuum præbere malueris, quantumuis & te & patronos tuos ingenioſos eſſe dicito.

Præbuit eam vænalem, Il la expoſe en vente, Plaut. in Merc. 19.44.

Præbere ſe, Eſt ſe oſtendere. Terent. in Phor. 3.1.12, Tum Phormio itidem hac re, vt in alijs ſtrenuum hominem præbuit. Il ſeſt monſtre vaillant. Idem in Adel. 5.5.5. Quid agitur? ſeruum haud illiberalem præbes te.

Præbia præbiorum, veteres remedia dixerunt, authore Feſto, quòd ægrotantibus præbeantur.

PRAEBITERE, pro perire vſurpauit Plautus in Pſeud. 12.12, Interminatus eſt à minimo ad maximũ, ſi quis non hodie munus miſiſſet ſibi, eũ cras cruciatu maximo ſe præbitere.

Præbitere item dixit, pro præterire, Paſſer aucun en cheminant, in Pœnulo, 17.44, Quid ſi eamus illis obuiam? P. at ne inter vias præ biteramus eas metuo.

PRAECALVVS, præcalua, præcaluum. Caluus in anteriore parte capitis. Suet. de Galba, Statura fuit iuſta, capite præcaluo.

PRAECANTRIX, præcantricis, f.g. Varro de liberis educandis, Vt faciunt pleræque, vt adhibeant præcantrices, nec medico oſtendunt.

PRAECARVS, præcara, præcarum, Nimis ſiue multum carus. Terent. in Phor. Quãtum opus eſt tibi argenti? eloquere. Solæ triginta minæ. Triginta? haud præcara eſt Phædria. iſtæc verò vilis eſt. Elle neſt pas fort chere. Quædam exemplaria percara legunt.

PRAECAVEO, præcaues, præcaui præcautum, præcauere, Ante cauere, Se dõner de garde que quelque choſe ne ſe face. Plaut. in Amphit. 16.25, Væ miſero mihi. I. an id præcauiſſe oportuit? Idem in Menæh. 17.99, Enimuero illud præcauendum, atque accurandum mihi. Terent. in And. 3.5.18, Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlciſci ſinit.

Præcauto eſt opus, Il ſen fault donner de garde. Plaut. in Merc. 6.61, Nã ei dono aduexe audiui, ſed præcauto opus eſt.

Præcautor, præcautoris, m.g. Plaut. in Pſeud. 9.14. Quiſquis es, compẽdium ego te facere pultandi volo. nam ego præcautor, & patronus foribus proceſſi foras.

PRAECEDO præcedis, præceſſi, præceſſum, præcedere, Aller deuant.

Præcedũt veſtræ fortunæ meis. Plaut. in Aſi. 12.39, Vt veſtrę fortunę meis præcedũt Litanę lõge, qui hodie nunquam ad veſperum viuam. Helas que vous eſtes heureux au pris de moy.

PRAECELLO, præcellis, præcellui, præceſſum, præcellere, Præcedere, & ſuperare. Surmonter, Eſtre plus excellent.

PRAECENTIO, præcentionis, vide PRAECINO.

PRAECEPS, præcepitis, o.g. À præ & capio componitur, ſignificátque proprie eum, qui ſine conſideratione aliqua, aut modo, quid agit, & quaſi rem præoccupat. Præceps ſanguinea, apud Martialem cum de vrſo loquitur. Plaut. in Rud. 17.6, Qui ſacram ſceleſtus ſacerdotem anum præceps reppulit, propulit perquàm indignis modis.

Præceps, Nimis feſtinus, Trop hatif. Virg. Præcipites atra ceu tẽpeſtate columbæ. Terent. in And. 1.3.9, Quo iure, quáque iniuria præcipitem me in piſtrinum dabit.

Præcipitem abire. Salluſt. in Catil. Sed ea ſæpe antehac fidem prodiderat, creditũ abiurauerat, cædis conſcia fuerat, luxuria atque inopia præceps abierat.

Præceps, Locus altus, vnde quis ſe præcipitem dare facilè poſſit. Lieu hault & droit, ou facilement aucun cherroit du hault en bas. Plin. in Paneg. 29, Næ ille ſiue interfuſo mari, ſeu fluminibus immenſis, ſeu præcipiti mente defenditur. Virg. Turrim in præcipiti ſtãtẽ.

Præcipites palmites (inquit Colu. lib. 5. cap. 6) dicũtur qui de hornotinis virgis enati, in duro alligãtur. hi plurimũ fructus afferunt, ſed plurimum matri nocent. Itaque, niſi extremis ramis, aut ſi vitis arboris cacumen ſuperauerit, præcipitari palmitem non oportet.

Præcipito præcipitas, præcipitare, In præceps deijcere, Ruer du hault en bas. ou deſcendre du hault en bas. Terentius in Adel. 4. 2. 37, Præterito hâc recta platea ſurſum. vbi eò veneris, cliuos deorſum verſum eſt, hac te præcipitato.

Præcipitare, Inconſyderate agere. Plaut. in Trin. 5. 31, Nam qui in amore præcipitauit, peius perit, quàm ſi ſaxo ſaliat. Qui ſe haſte trop toſt.

Præcipitante Rep. Cic. pro P. Sylla, Improbi ac perditi ciues re domiti ac victi præcipitante rep. vehementem me fuiſſe atque fortem: conſeruata, mitem, atque miſericordem fatebitur.

Præcipitium præcipitij, Locus præruptus vnde præcipitari facile poteſt.

Præcipitatio præcipitationis, f. g.

Præcipitanter aduerbium, Temere, inconſyderate.

PRAECERPO, præcerpis, præcerpſi, præcerptum, præcerpere, Ante carpere. Plin. in Paneg. 98, Summúmque illud purpuræ decus nonniſi præcerptũ, præfloratúmque trãſmittere.

PRAECIDO, præcidis, præcidi, præciſum, præcidere, Ex præ & cædo compoſitum, Ante cędere, ante immolare inquit Feſtus.

Præcidere, Id ſignificat quod vulgus quottare appellat, id eſt deſignare quotum quenque articulum, quotum quodque caput oppugnare velit litigator, ne in vniuerſum admiſſus, licenter tergiuerſari & identidem euariare poſſit. Cic. in Acad. Stoicis placet peccata eſſe paria. At Antiocho, hoc vehementiſſime diſplicet. Liceat tandem cõſyderare vtram ſententã ſequar. Præcide inquit, ſtatue quid libeat, Id eſt ſignanter & præciſe deſume. Tranſlatio ſumpta à fabrili more: nam fabri quod abſcindere volunt, prius linea ducta ſignant & præcidunt. Vel à more veſtem lineam ſericámve vẽditantium. quod enim emptori addixerunt & admenſi ſunt, prius leuiter incidunt quatenus menſura procedit, deinde abrumpunt: quãdo ita fert natura veſtis, vt ſecundum præciſuram rectis lineis dirumpatur. Prędicere igitur non eſt ſimpliciter & in vniuerſum aliquid dicere, ſed deſignate & præciſe.

Præcidere, Dure negare. Cic. Attico, lib. x, Quod quia planè cum in Formianũ veniſſet præciderat, aſperius ad te de eo ſcribere ſolebam.

Præciſus præciſa præciſum, Abruptum & abſciſſum. Quin. in x, Qui præciſis concluſionibus obſcuri, Salluſtiũ atque Thucydidem ſuperant. Et in ſeptimo, Præciſam verborum comprehẽſionem appellant diffinitionẽ dialecticam, quæ difficilior eſt tractatu oratoria diffinitione. Metaphora inde tracta, quòd quæ præciſa ſunt, ea ſunt iuſto cõciſiora & breuiora, indeóque obſcuriora. Vel à ſaxis præruptis, quæ ἀπόκρημνα dicuntur, vnde deſcenſus durior eſt.

Præciſe, aduerbium, Abrupte, & abſciſſe. Gellius, Obſcure hoc & præciſe dictum.

Præciſè, Dure. Cic. Attico, lib. 8, Quibus literis ita reſpõdit Dionyſius tuus, vt ego memini, cuius cauſſam non reciperem, nunquam reo cuiquam tam humili, tam ſordido, tam nocenti, tam alieno, tam præciſè negaui, quàm hic mihi. Plane ſine vlla exceptione præcidit, nihil cognoui ingratius.

Præcidaneus præcidanea præcidaneum, Præcidendum, inquit Nonius. Varro de vita pop. Ro. lib. 3, Quod humatus non ſit, hæredi porca præcidanea ſuſcipienda Telluri, & Cereri, aliter familia pura non eſt.

Præcidaneam porcam dicebant veteres, quam immolare erant ſoliti antea, quàm nouã frugem inciderent. Hæc Feſtus.

Præciſum, Dicitur pars carnis viſcerum, hoc eſt, circa quod viſcera inuoluta ſunt, quod oras circunciſas habeat. Lucilius, Illi præciſo atque epulis capiuntur opimis. Nã omaſum, dicitur inteſtinum pingue.

PRAECINGO, præcingis, præcinxi, præcinctum, præcingere, Cingere, Ceindre. Plaut. in Bacchid. Inde ab hyppodromo & palæſtra vbi reueniſſes domum cinctulo præcinctus, in ſella apud magiſtrum aſſidens, &c. Suet. de Cæſare, Vſus fertur lato clauo ad manus fimbriato, nec vnquam aliter quàm ſuper eum cingeretur, & quidem flaxiore cinctura. Vnde emanaſſe Syllæ dictum optimates ſæpius admonentis, vt male præcinctum puerum cauerent.

Præcingere, Præparare. Plaut. in Mil. 16. 44, Idem & cum nexu in humero, læuo expapillato brachio, præcinctus: aliquid ſimulato, quaſi gubernator ſies.

Præcincti parietes opere teſtaceo, Rẽduys. Plin. epiſt. 256, Præterea architectus ſanè æmulus eius, à quo opus inchoatũ eſt, affirmat parietes (quãquã viginti & duos pedes latos) impoſita onera ſuſtinere non poſſe: quia ſint cæmento medij farti, nec teſtaceo opere præcincti.

PRAECINO, præcinis, præcinui, præcẽtũ, præcinere, Ante canere. prædicere, prędiuinare.

Præcentio, præcentionis, f. g, Modulatio illa vocum quæ ante initium cantus fieri ſolet, quaſi

præludium. Cic. de Aruſp. reſponſis. Tui ſacerdotij ſunt tenſæ, curricula, præcentio, ludi, libationes, epulæque ludorum. Gellius, Tibicines ciues inter exercitum poſiti, canere incœptabant ea præcẽtione tranquilla ad quam militaris muſicæ diſciplina vis & impetus militũ, ne ſparſi diſpaliatique proruerent, prohibebatur. Quapropter & exordium ſiue initium ſiue principium ſiue proloquium ſiue antiloquium, quidam præludium, alij præcẽtionem ad ſimilitudinem Græcorum, qui id proœmium nominant propterea quòd ὠίμη cantus eſt.

Præcentor, præcentoris, m g. Qui canendo præcedit.

P R AE C I P I T I V M, Vide P R AE C E P S.

P R AE C I P I O, præcipis, præcepi, præceptum, præcipere, Ante capere, præuenire, præoccupare. Virg. Cogite oues pueri, ſi lac præceperit æſtus Vt nuper, fruſtra preſſabimus vbera palmis. Idem lib. x i, Exultatque animis, & ſpe iam præcipit hoſtem.

Præcipere, Ante videre. Virg. lib. 6, Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.

Præcipere, Iubere, Commander. Terent. in Adel. 3. 3. 70, Conſeruis ad eundem illis præcipio modum. Plaut. in Pœnulo, 8. 17, Nos curabimus, ſatis præceptum.

Præcipere, Præmonere, inſtruere. Vnde præceptores, artium magiſtri, quorum præcepta & præceptiones dicuntur.

Præcipere ne. Cic. de Amicitia, 54, Recte etiam præcipi poteſt in amitijs ne quis in temperata quadam beneuolentia, quod perſæpe fit, impediat magnas vtilitates amicorum.

Præcipere vt. Cic. de Amicitia, 34, Illud potius præcipiendum fuit, vt eam diligentiam adhibeamus in amicitijs præparandis, vt nequando amare inciperemus eum, quem aliquando odiſſe poſſemus.

Præcepto præceptas, præceptare, Frequentatiuum, ſæpe præcipere. Feſtus, Præceptat in ſaliari carmine, Id eſt ſæpe præcipit.

Præceptus præcepta præceptum, Participium. Ante captum. Liuius lib. 1, Tempore illi præcepto. Cic. lib. 3. Tuſcul. Hæc cogitantẽ fore beatum præſertim ſi & ante præceptis bonis cõtentus eſſet, nec mortem, nec deos expaueſcere. Id eſt præguſtatis, & ante captis.

Præceptum. Commandé.

Præceptum præcepti, n. g. Commandement.

Præcipuus præcipua præcipuum, Quod ante captum eſt, inquit Feſtus. Principal. Le meilleur, eſleu deuãt tous autres. Plaut. in Trin. 15. 17, Hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudiiſque ante ponendus. Idem in Rud. 5. 4, Hanccine ego partem capio ob pietatem præcipuam? Terent. in Adel. 2. 3. 5, Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principẽ.

Præcipuè, aduerbium, Ante alia. Principalement, deuant toutes autre choſes. Cic. Curioni, Nõ mihi tam mea ſalus chara fuit, in qua præcipue ſum ab illo adiutus, quàm pietas erit in referenda gratia iucunda.

P R AE C L A M O, præclamas, præclamare, Ante clamare.

Præclamito præclamitas, præclamitare, Frequenter clamare

Præclamitatores dicebantur, qui flaminem Dialem, hoc eſt ſacerdotem Iouis antecedebant, clamantes vt homines ab operibus abſtinerent, quia ei opus facientem videre, irreligioſum videbatur. Author eſt Perottus.

P R AE C L A R V S, præclara, præclarum, Valde clarus. Cic. O præclarum cuſtodem ouium, vt aiunt, lupũ. Idem in Verrem, act. 6, Nam & ſitu eſt communito, tum ex omni aditu, vel terra vel mari præclaro ad aſpectum. Idem de Amicitia, 67, Præclara rara.

Præclare aduerbium, Bene ſeu optime. Cic. de Amicitia, 9, Actum eſt præclare.

P R AE C O, præconis, m. g. Præcones à præcinendo dicti ſunt, quaſi præcanes, quod ante canant & annuntient quod eſt faciendum. Vel vt inquit Priſcianus, à præ, id eſt valde canendo. Sunt enim qui iuſſu magiſtratus publicè aliquid ore denuntiant, qui auctionem faciebãt, & qui audientiam in theatris indicebant. Crieurs. Plaut. in Pœnulo, 2. 11, Exurge præco, fac populo audientiam. Idem in Sticho, 4. 40, Hæc verba ſubigunt nunc me vt mores barbaros diſcam, atque vt faciam præconis compendium.

Præconium præconij, n. g. Præconis vox. Suet. de Nerone, Et præconio vbique contendit. Plaut. in Menæh. 24. 94, Scitin' quid ego vos rogo? s. quid? MES. præconium vt mihi detis. MEN. dabitur ergo nunc iã. MEN. vis conclamari auctionẽ fore quidem? Cic. Leptæ, lib. 6, epiſt. Reſcripſit eos qui facerẽt præconiũ, vetari eſſe in decurionibus: qui feciſſent, nõ vetari. Et paulò pòſt, Eos qui aliquãdo præconium feciſſent, in municipijs decuriones eſſe nõ licere.

Præconium, pro laude & gloria aliquando ſumitur.

Præconius præconia præconium, Quod eſt præconis. vt vox præconia.

PRAECOGNOSCO, prægnoſcis, prægnoui, prægnitũ, prægnoſcere, Ante cognoſcere. Rarum eſt.

Prægnitus prægnita prægnitum. Plancus Ciceroni, Quòd ſi latro, prægnito noſtro aduentu, rurſus in Italiam ſe recipere cœperit.

PRAECOQVO, prægquis, prægoxi, prægoctum, prægquere, Ante coquere, ſeu maturare. Columella lib. 6, Vuæ commodius inſolatæ præ coquuntur, Hoc eſt, Ante tempus aliorum fructuum maturantur.

PRAECORDIA, prægordiorum, n. g. Pluralis numeri. Membranæ quæ exta ſeparant ab inferiore viſcerum parte. Dicta quia cordi prætenduntur. Plin. lib. x1, cap. 37, Exta homini ab inferiore viſcerum parte ſeparantur membranis, quæ prægordia appellant, quia cordi prætenduntur, quod Græci appellauerunt phrenas. Omnia quidem principalia viſcera, membranis proprijs ac velut vaginis incluſit prouidens natura.

Prægordia (inquit Plinius lib. 30. cap. v) vocamus vno nomine exta in homine, quorum & dolore cuiuſcunque partis ſi catulus lactens admoueatur, apprimatúrque his partibus, tranſire in eum morbus dicitur.

PRAECOX, prægocis, o. g. Meur deuant la ſaiſon. Prægox ficus, prægocia poma, quæ ante ſolitum tempus matureſcunt. Plin. lib. 15. cap. 12, Poſt autumnũ matureſcunt Perſica æſtate prægocia intra triginta annos reperta, & primo denarijs ſingula vænundata.

Prægox ingenium, quod nimis cito maturitatem conſecutum eſt, nimíſque cito videtur adoleuiſſe. Quintil. Illud ingeniorũ velut prægox genus nõ temere vnquam peruenit ad frugem.

Prægox, Immaturus. Ennius annalium lib. 8, Prægox pugna eſt. Varro, Verere ne manu non mittat, cum octo medicarios honeſtos audiſſemus dare poſſis, mittet. quod ſi nõ mittet, fugies, ſi me audies: cum tempus reuocat, ea eſt prægox fuga.

Prægoquus prægoqua prægoquum, Idem. Martialis, Vilia maternis fueramus prægoqua ramis, Nunc in adoptiuis Perſica cara ſumus.

PRAECVRRO, prægurris, prægurri, prægurſum, prægurrere, Ante currere, ſiue cito ante ire, Courir deuant. Terent. in Eunucho, 3. 2. 46, Abi, prægurre, vt ſint domi parata omnia. Plaut. in Amphit. Me captas: quia tute ab naui clanculum alia via prægurriſti.

Prægurrere aduentũ alicuius. Plin. epiſt. 114, Scio, quæ tibi cauſſa fuerit impedimento, quo minus prægurrere aduentum meum in Campaniam poſſes.

Prægurſor, prægurſoris, m. g. Qui court deuãt. Cic. in Verrẽ, act. 7, Quẽ iſte in decumis, in rebus capitalibus, in omni calũnia prægurſorẽ habere ſolebat & emiſſariũ. Vng auãt coureur.

PRAEDA, prædæ, f. g. Dicitur à pariendo, vt inquit Varro, quaſi parida, quod manu parta ſit. Eſt (vt Gellius lib. 13. inquit) proprie corpora ipſa rerum quæ capta ſunt.

Prædæ eſſe. Salluſt. in Catil. Admonebat aliũ egeſtatis, alium cupiditatis ſuæ, cõplures periculi aut ignominiæ, multos Syllanæ victoriæ, quibus ea prædæ fuerat.

Prædam facere. Salluſt, in Iugurtha. Atque eodem propinquo ſuo interfecto, primũ regnum eius ſceleris ſui prædam fecit.

Prædaceus prædacea prædaceum, Quod ex prẽda eſt. Gellius lib. 4, AEgre paſſus quod cui ſalus imperij ac reip. accepta ferri deberet, ratione pecuniæ prædaceæ poſceretur.

Prædatiuus prædatiua prædatiuum, Idem. Gellius, Ex manubijs, Id eſt, ex pecunia prædatiua.

Prædatorius prædatoria prædatoriũ, Idem. vt prædatoria nauis apud Plautũ in Menæh. 9. 81.

Prẽdor, prẽdaris, prẽdari, à prẽda fieri Varro docet, Rauir. Prẽdat⁹ hinc es. Plau. in Ru. 30. 29.

Prædabundus prædabunda prædabundum, Qui prædatur. Salluſt. in Iugurtha, Vbi ſtipendium & commeatum locauerat, ire iubet: dátque ſe prædabundum poſt paucos dies eòdem venturum. En pillant.

Prædator prædatoris, m. g. Populator. Rauiſeur.

Ioui deprædatori templum fuiſſe legimus, non quòd prædæ, ſed quòd ei aliquid ex præda in partem prædæ debebatur. Nam mos Romanorum fuit, vt bella geſturi, de parte prædæ, aliquid numinibus pollicerentur.

Prædo prædonis, m. g. Qui prædatur. Qui rauit.

Prædonulus prædonuli, diminutiuum à Catone vſurpatum.

PRAEDES, Vide PRAES.

PRAEDENSVS, prædenſa, prædenſum, Valde denſus. Plin. lib. 8. Culter vocatur, præden

ſam prius quàm proſcindatur, terram ſecans.

PRAEDESTINO, prædeſtinas, prædeſtinare, Præordinare, præmittere.

Prædeſtinatio, prædeſtinationis, authore beato Auguſtino à præmittendo & præueniendo & præordinando futurum dicitur.

PRAEDICO, prædicas, prædicare, Aperte ſeu publicè dicere, celebrare, vulgare, laudare. Dire, ſemer bruyt par tout de quelque choſe, annoncer, & publier. Plau. in Aſin. 13.13, Aut quòd illa amica amatorem prædicet. Idem in Pſeud. 15.39, Prædicas notis. Tu le dis a ceulux qui le ſceuẽt auſſi bien que toy. Idem in Amphit. 4.248, Quod mihi prædicas vitium, id tibi eſt. Terent. in And. 3.1.7, Actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Prædicat ſuas pugnas: apud Plautum in Epid. 10.10. Prædicare auctionem, apud eundem, in Sticho, 4, 90. Salluſt. Ipſum Craſſum ego poſtea prædicantem audiui tantam illam contumeliam ſibi à Cicerone impoſitam.

Prædicare, Laudare. Cic. Luceio, Ignoſces mihi de me ipſo aliquid prædicanti.

PRAEDICO, prædicis, prædixi, prædictũ, prædicere, Predire. Ante ſiue priꝰ dicere. Terẽt. in And. 1.1.19, Hoc primũ in hac re prædico tibi, quas credis eſſe has nõ ſunt veræ nuptiæ.

Prædictio prædictionis, f.g. Quod prædicitur, ſiue prænuntiatur vel prædiuinatur. Cic. lib. 1. de diuinatione, Ex quo ſæpe genere hariolorum etiam & vatum Furibundas prædictiones vt Octauiano bello Cornelij Culeoli audiendas putauerunt.

PRAEDITVS, prædita, præditum, Quaſi affectus, qui habet. Participium ſine verbo. Et accipitur tam in bonam quàm in malã partem. Præditus honore, Qui ha honneur. Præditus ſum damno, Il ma eſte faict dommage. Cic. pro Rabirio, Senectute affectus, morbo præditus. Idem pro Murena, Iam ſqualore, ſordibus cõfectus: morbo, lachrymis ac mœrore præditus. Qui eſt en pleur & amertume. Plaut. in Merc. 24.8, Præditus ingenio malo.

PRAEDIVES, prædiuitis, f.g. Qui eſt fort riche. Suet. de claris grãmat. 3, L. Apuleiũ ab Eficio Caluino equite Romano prædiuite quadringenis annis conductum, multos edocuiſſe.

PRAEDIVM, prædij, n.g. à præda: eò quòd capti ab hoſtibus agri, militibus diſtribuebãtur. Vel dicitur à præſtãdo, vt inquit Varro. Alij à prius ſeu valde dando. Eſt ruſtica & vrbana poſſeſſio. Heritages tant aux champs que en la ville.

Prædiolum prædioli, n.g. diminutiuum. Cic. M. Cælio, Sed mea prædiola tibi nota ſunt: in his mihi neceſſe eſt eſſe, ne amicis moleſtus ſim.

Prædiatus prædiata prædiatũ, Prædijs munitus. Apul. lib. Flo. Ipſe bene veſtitꝰ, bene prædiatꝰ.

Prædiatorius prædiatoria prædiatorium, Quod ad prædium pertinet, vt Prædiatoria lex. Cic. pro Cor. Balbo, Etenim Quintus Scæuola ille augur, cũ de iure prædiatorio cõſuleretur, homo iuriſperitiſſimus conſultores ſuos nunquã ad Furium & Caſelliũ prædiatores reijciebat.

Prædiatores, Homines in iure prædiatorio periti. Cic. Attico, lib. 12, Quod pro Cornificio me ab hinc amplius annis xxv ſpopõdiſſe dicit Flauius, & ſi reus locuplex eſt & Apuleius prædiator liberalis: tamen velim des operam vt inueſtiges ex cõſponſorũ tabulis ſitne ita.

PRAEDO, prædonis. Vide PRAEDA.

PRAEDVLCIS, & hoc prædulce, valde dulcis.

PRAEDVRO, præduras, prædurare, Præter morẽ durare, Fort ſendurcir. Columella lib. 4, de Rubrica, Verùm eſt in opere difficilior, quod neque humantem fodere poſſis, quòd ſit glutinoſiſſima nec nimium ſicca, quia nimium præduratur.

PRAEEO, præeis, præiui, præitum, præire, Ante ire, Aller deuant aucun, le conduyre & guider. Plaut. in Sticho, 30.4, Quid iurem tibi? G. quod iubeo. L. præi verbis quod vis. Dis moy premierement que tu veulx que ie te iure. Plin. epiſt. 264, Te rogo vt mihi præire digneris quid me putes obſeruare debere. Idem epiſt. 322, Soluiſſe vota dijs immortalibus, te præeunte, pro mea incolumitate commilitones &c.

PRAEFACILIS, & hoc præfacile, Fort facile a faire. Plaut. in Epid. 14.21, Nihil moror mihi. P. de præfacili exoras Epidice.

PRAEFACIO, præfacis, præfeci, præfactum, præfacere, Sumitur ſicut præfero. Quintil. lib. 8, Sit igitur cura elocutionis quàm maxima, dum ſciamus tamen nihil verborum cauſſæ eſſe faciendum, cum verba ipſa, rerum gratia ſunt reperta, quorũ ea ſint maxime probabilia quæ ſenſum animi noſtri optime promũt, atque in animis iudicum quod volumus efficiũt, ea debent præfacere ſine dubio & admirabilem (non ſic quo modo prodigia miramur) & iucundam orationem, non deformi voluntate, ſed de laude ad dignitatem coniuncta.

PRAEFARI, PRAEFATIO, vide PRAEFOR.

PRAEFERO, præfers, prætuli, prælatũ, præferre, Antè ferre. Plin. epiſt. 112. b, lib. v, Ne plura, quãquã libet plura, quo ſunt pulchriora de iuuene, rariora de nobili recitatione finita, multũ ac diu exoſculatus adoleſcentẽ, qui eſt acerrimus ſtimulus monendi, laudibus incitaui, pergeret quâ cœpiſſet: luménque quod ſibi maiores ſui prætuliſſent, poſteris præferret.

Præferre, Præponere, Plus eſtimer. Plinius, Quòd hominem rudem atque ignarum ſibi præferret. Idem epiſt. 22. b, In ſumma, non facile quis quenquã ex iſtis qui ſapientiæ ſtudiũ habitu corporis præferunt, huic viro compararit.

Præferre, Prænuntiare, oſtendere. Liuius, Vultus tuus neſcio quid ingens malum præfert.

Præfericulum præfericuli, Vas æneum, ſine anſa patens, veluti peluis, quod præferre in ſacrificiis ſolebant veteres, authore Feſto.

Præferratus præferrata præferratũ, Qui eſt ferré par deuant. Plin. lib. 18, Quippe & Hetruria ſpicam farris toſti pinſente pilo præferrato, fiſtula ferrata, & ſtella intus dẽticulata, vt niſi intenti pinſent, concidantur grana, ferróque frangantur.

Præferratus, Enferre, ou enchaine. Plaut. in Perſa, 2. 23, Pluſculum annum fui præferratus apud molas tribunus vapularis.

PRAEFESTINO, præfeſtinas, præfeſtinare, Ante tẽpus feſtinare. Colu. lib. 12, Satis erit per dimidios mẽſes exequi quodque negotiũ: quia neque præfeſtinatũ opus nimiũ immaturè videri poſſit ante quindecim dies factum, nec rurſum poſt totidem, nimiũ tardé. Plaut. in Rud. 4. 31, Tace Scepario, quid opus eſt adoleſcens? P. iſti infortunium, qui præfeſtinet, vbi herus adſit, præloqui.

Prę̃feſtinè, aduerbiũ, Subitemẽt. Plau. in Rud. 12. 4, Vt ſine labore extraxi hãc præfeſtinè ſatis?

Præfeſtinatim, aduerbiũ, Idem. Siſenna hiſtor. lib. 4, Ijdémque perſeuerauerunt vti lex perueniret ad quæſtorem, ac iudices quos vellent inſtituerent præfeſtinatim & cupidé.

PRAEFICA, præficæ, f. g. Nonius, Præficæ dicebãtur apud veteres quæ adhiberi ſolẽt funeri, mercede cõductæ, vt flerẽt, & fortia facta laudarẽt. Plaut. in Friuolaria, Superbóque omnes argutãdo præficas. Idem in Trucul. Præfica, quæ alios collaudare, à ſe verò nõ poteſt. Lucillius lib. 22, Mercede quæ cõductæ flent alieno in funere præficæ multo, & capillos ſcindũt, & clamant magis. Neuius, Hæc quidem me hercle præfica ſi mortuum laudat.

PRAEFICIO, præficis, præfeci, præfectũ, præficere, Ex præ & facere, Præponere. Bailler charge a aucun de quelque choſe, ſe cõmettre a quelque affaire. Plaut. in Pſeud. 4. 26, Te cum ſecuri, caudicali præficio prouinciæ. Terẽt. in Eun. 3. 4. 3, Heri aliquot adoleſcẽtuli coimus in Pamæo in hunc diem vt de ſymbolis eſſemus: Chæream ei rei præfecimus.

Præfectus præfecta præfectum, Qui alicui rei agendæ præpoſitus eſt. Vng preuoſt. Plin. epiſt. 238, Gabi⁹ Baſſus præfect⁹ oræ Põticæ. Plau. in Bacch. 8. 21, Gymnaſii præfecto haud mediocres pœnas pẽderes. Præfecti vrbiũ, quos Græci, Latiníq; lingua Perſica Satrapas vocãt.

Præfectura præfecturę, Preuoſte, charge ou cõmiſſion quæ on ha ſoit de ville ou autremẽt. Plautus in Caſina, Quin ruri es in præfectura tua? P. rure incubabo vſque in præfectura mea.

Præfectura militaris, qua quis legioni vel exercitui præficitur.

PRAEFIGO, præfigis, præfixi, præfixũ, præfigere, Præcludere, Boucher, fermer. Virg. lib. 3. georg. Multi iã excretos prohibẽt à matrib⁹ hœdos, Primáque ferratis præfigũt ora capiſtris.

PRAEFINIO, præfinis, præfiniui, præfinitũ, præfinire, Prius ſtatuere, ſiue ante determinare, aut determinate tractare & aſſignare. Cic. Mario, Sed eo vidiſti multũ, quòd præfiniſti ne pluris emerem. Idem pro Roſcio, Quæ dies in lege præfinita eſt.

Præfinitò, aduerbiũ, vt præfinito loqui. Donatus dicit deeſſe TEMPORE: vt dicamus præfinito tẽpore. Plaut. Haud licebat loqui niſi præfinitó. Sinon en tẽps prefis & ordõne. Terẽt. in Hecyra, 1. 2. 19, Nã illic haud licebat, niſi præfinitò loqui. Donatus, Præfinitò, deeſt tempore, aut quid tale. Niſi præfinitò loqui, quæ illi placerent. Duo dixit, & præfinitò, & quæ illi placerent, vt neque quantum velles, neque quod velles diceres.

PRAEFLORO, præfloras, præflorare, Antè flores facere. Gellius, Et futuri gaudij fructũ ſpes tibi iam præflorauerit. Plin. in Paneg. 98, Sic olim ſeruitus pulſa priuata faſtis nomina induxit. Miſeros ambitionis, qui ita conſules ſemper, vt ſemper principes erant (quanquã nõ ambitio magis, quàm liuor & malignitas videri poteſt) omnes annos poſſidere: ſummúmque illud purpuræ decus non niſi præceptum, præfloratúmque tranſmittere.

PRAEFLVO, præfluis, præfluxi, præfluxum, præfluere, Antè fluere.

Præfluuium præfluuii, n. g. Fluor alicuius rei anteactus.

PRAEFOCO, præfocas, præfocare, Spiritũ faucib⁹ claudere. Eſtouffer aucun. Ouid. in Ibin, Præfocent animæ Gnoſica mella viam.

PRAEFODIO, præfodis, præfodi, præfoſſum, præfodere, Percer tout oultre.

PRAEFOR, præfaris, præfatus ſum, præfari, Antè fari, Parler & dire quelque choſe deuãt que dentrer en matiere. Columella, Quas ordine ſuo tunc demum perſequar, quum præfatus fuero, quæ reor ad vniuerſam diſciplinam maximè pertinere poſſe.

Præfari honorẽ, Eſt cum quid turpe dicturi ſumus, ſolemus duobus aut tribus verbis præfari, hoc pacto, Si cõmemorare fas eſt, Honore dicto, Honor ſit aurib⁹ veſtris, & huiuſmodi. Cic. Papirio Pæto, Nos autem ridiculè ſi dicimus, ille ſtrãgulauit patrẽ, honorẽ non præfamur. ſin de Aurelia aliquid, aut Lolia, honos præfandus eſt.

Præfatio, præfationis, f.g. à præfatus deducitur, Et ſignificat id quod præloquimur, antequam ad rem veniamus.

PRAEFRINGO, præfringis, præfregi, præfractum, præfringere, Prius frãgere. Columella lib. 2, Et præfractas ſtirpes, ſummáſque radices, quibus ager arbuſto conſitus implicatur, omnis refodiat ac perſequatur. Que on auoit coupe parauant.

Præfringere, Frãgere. Plau. in Mil. 3.16, Elephãto in India quo pacto pugno præfregiſti brachiũ

Præfractus, præfracta, præfractum, Durũ & inflexibile. Valerius Maximus lib. VI, Sed aliquãto Charondæ Tyrij præfractior & abſciſſior iuſtitia ad vim & cruorem vſque.

Præfractè, aduerbiũ, Obſtinatè. Obſtinemẽt. Cic. lib. 3. de off. Ego etiam cum Catone meo diſſenſi, nimis præfractè videbatur ærarium, vectigaliáque defendere.

PRAEFVLCIO, præfulcis, præfulciui, præfulcitũ, præfulcire, Præmunire, fortificare, ſuſtẽtare. Fortifier, munir, & appuyer. Plaut. in Pſeud. 12.6, Vbi ego omnibus paruis, magniſque miſeriis præfulcior. Idem in Perſa, 2.13, Sed quaſi lippo oculo me meus herus vtitur: manũ abſtinere haud quit tamen, quin mihi imperet, quin me ſuis negotiis præfulciat.

PRAEFVLGEO, præfulges, præfulſi, præfulgere, Præter modum fulgere, Rendre grande lueur & clarte. Cic. lib. 3. ad Heren. Tunc nec nimis illuſtres, nec vehementer obſcuros locos habere oportet, ne aut obcæcentur tenebris imagines, aut ſplendore præfulgeant.

PRAEFVRNIVM, præfurnii, Os patens furni.

PRAEGELIDVS, prægelida, prægelidũ, Qui multùm aut nimis frigidus eſt. Colu. lib. 2, Ea locis prægelidis ac niuoſis, vbi æſtas humida & ſine vaporibus rectè committitur.

PRAEGESTIO, prægeſtis, prægeſtiui, prægeſtire, Valde geſtire. Cic. pro M. Cælio, Prægeſtit animus iam videre primum lautos iuuenes, mulieris beatæ ac nobilis familiares.

PRAEGIGNO, prægignis, prægenui, prægenitũ, prægignere, Antè gignere. Plau. in Pſeud. 7.77, Cur non reſciui? P. eloquar. quia nolebã ex me morem prægigni malum. Ie ne vouloie point induyre quelque mauuaiſe couſtume.

PRAEGNANS, prægnãtis, o.g. Quaſi ante gnatũ, vel ante genitricem. Vne femme qui eſt groſſe denfant, & enceincte. Plaut. in Trucul. 4.90, Quæ nunquam fuit prægnans, quî parere potuit? Plin. epiſt. 163, Prægnãtẽ ſe eſſe neſcit. Prægnates plagę, apud Plau. in Aſi. 7.10

PRAEGRANDIS, & hoc prægrande, Valde grandis. Cic. Erat vas vinarium ex vna gẽma prægrandi, trulla excauata, manubrio aureo.

PRAEGREDIOR, prægrederis, prægreſſus ſum, prægredi, Antè venire, inquit Noni⁹. dictũ à gradu. Pacuuius, Extremum intra canterem ipſum prægrediar Parthemorem.

PRAEIACIO, præiacis, præieci, præiectũ, præiacere, Antè iacere. Colu. lib. 9, Mox præiiciuntur in gyrum moles, ita vt complectantur ſinu ſuo, & tamen excedant ſtagni modum.

PRAEIVDICO, præiudicas, præiudicare, Eſt aliquẽ exẽplo alieni iudicii damnare. Cic. pro Cluẽt. Cognoſcite nũc ita reũ citatũ eſſe illũ, vt re ſemel atq; iterũ præiudicata, cõdemnat⁹ in iudiciũ venerit. Idem de arte Rhet. Satiſne cauſſæ ſit, quare cũ de ea iudicetur, de aliquo maiore maleficio, de quo iudiciũ cõparatũ ſit, præiudicetur. Idem in Verrẽ, Hoc miror qui de hoc homine præiudiciũ voluerit fieri, per recuperatores de hoc ipſo nõ modo præiudicarit, verũ grauiſſimè & vehemẽtiſſimè iudicarit. M. Brutus Ciceroni, Quod enim nondũ ſenatus cenſuit, nec pop. Ro. iuſſit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum.

Præiudiciũ præiudicii, Quod iudicibus exẽplũ poſtea præbet ad iudicãdũ in eadẽ cauſſa, vel paribus cauſſis: vti clare in oratione Ciceronis pro Cluentio colligitur: qui duobus præiudiciis, vno in Scamãdrũ, altero in Fabritiũ eadẽ veneficii cauſſa factis, Oppianicũ dãnatũ eſſe demõſtrat. Eius hæc ſunt verba, Cũ Oppianicũ iã perditũ, & duobus iugulatũ præiudiciis videret. Ibidẽ, Tum denique cum duobus proximis præiudiciis condemnatus eſſet. Idem in Verrẽ, De quo nõ præiudiciũ, ſed planè iudiciũ iã factũ putatur. Liuius ab vrb. cõd. Præiudiciũ iã de reis & à ſenatu & à populo Ro. & ab ipſorũ collegis factũ eſſe. Præiudiciũ (inquit Aſconius) dicitur res, quæ cum ſtatuta fuerit, adfert iudicaturis exemplum quod ſequantur.

Præiudiciũ dicitur etiã quaſi ſententia quædã ante iudiciũ. ſicut ſi eſſent duo de officio aliquo cõtendentes, cum lis in longũ procedit, magiſtratus iubet interea dum ſententiã ferat, alterũ officio fungi: quaſi indicans iam nunc ſe pro ea parte ſentire, penes quem vult eſſe rem de qua litigatur. Et hoc præiudiciũ dicitur quod poſſidentẽ adiuuat, & obeſt excluſo. Plin. epiſt. 96. a. lib. v, Põponia Galla exhæredato filio Aſſiduo Curiano, hæredẽ reliquerat me, dederat cohæredes Sertoriũ Seuerũ prætorium virũ, alióſque ſplendidos equites Romanos. Curianus orabat, vt ſibi donarem portionem meam, ſéque præiudicio iuuarem: eandem tacita conuentione ſaluam mihi pollicebatur.

PRAEIVRO, præiuras, præiurare, Ante alios iurare.

Præiuratio, inquit Feſtus, quam ij facere dicũtur, qui ante alios conceptis verbis iurant.

PRAELABOR, prælaberis, prælabi, Antè labi. Columella lib. 12, Prælabentis verò temporis fuga, quàm ſit irreparabilis quis dubitet?

PRAELICENTER, aduerbiũ, Nimis licenter. Gellius, Quàm verba finxit prælicenter.

PRAELIGO, præligas, præligare, Antè ligare. Liuius, Faſcéſque virgarum, atque arida ſarmenta præligantur cornibus boum.

Præliganeũ vinũ. Cato de re ruſt. cap. 23, Vuas miſcellas ad vinũ præliganeũ, quod operarij bibant, vbi tempus erit, legito: ſuccum puriter omnium dierum pariter in dolia diuidito.

PRAELIVM, prælii, n. g. Eſt cõflictus in bello. Le combat. Plaut. in Menæh. 14. 16, Præliis factis plurimis. Deſcriptionem prælii vide apud Plautum in Amphit. 4. 73.

Prælium à prælo quidam deducũt: quia ſicut in prælo humor vuarum, ita in prælio ſanguis hominis fluit.

Prælior, præliaris, præliari, Dimicare, Se cõbatre en guerre. Cæſar lib. v, Equeſtrib⁹ prælijs ſæpe ex equis deſiliunt, ac pedibus præliantur, equóſque eodem manere veſtigio aſſuefecerũt.

Præliaris & hoc præliare, Ad prælium pertinẽs. vt præliares pugnæ, apud Plautũ in Curc. 12. 17.

PRAELOQVOR, præloqueris, præloquut⁹ ſum, præloqui, Auãt parler. Plin. epiſt. 174. a, Forte accidit vt eo die mane in aduocationẽ ſubitã rogarer: quod mihi cauſſã præloquẽdi dedit.

PRAELVCEO, præluces, præluxi, prælucere, Præcedere cum lumine. Eſclairer, & porter lumiere deuãt vng autre. Suet. in Octauio Aug. cap. 29, Tonãti Ioui ædem cõſecrauit, liberatus periculo, cũ expeditione Cãtabrica, per nocturnũ iter lecticam eius fulgur perſtrinxiſſet, ſeruúmque præcedentem exanimaſſet. Plin. de viris illuſt. 38, Duillio conceſſum eſt vt præcente funali, & præcinente tibicine à cœna publicè rediret.

Prælucere aliis virtute, Eſtre plus vertueux que les autres, reluyre de vertu deuãt tous autres. Cic. in Catilinam, Ego meis maioribus virtute mea præluxi.

Prælucere bona ſpe in poſterũ. Cic. de Amicit. 22, Cúmq; plurimas & maximas cõmoditates amicitia cõtineat, tamen illa nimirũ præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterũ.

PRAELVDO, præludis, præluſi, præluſum, præludere, Antè ludere. Virg. lib. 3. georg. Et ſparſa ad pugnam præludit arena.

Præludium præludii, n. g. Dicitur illa modulatio vocũ quæ ante initium cantus fieri ſolet, quæ & præcentio dicitur. Vne entree de ieu.

Præludiũ, De alijs etiã rebus dicitur. Cic. Philipp. 14, Quæque eſſet facturus in hac vrbe, niſi eũ hinc ipſe Iupiter ab his mœnib⁹ repuliſſet, declarauit in Parmẽſiũ calamitate: quos optimos viros, honeſtiſſimóſque homines, maximè cum authoritate huius ordinis, pop. Ro. dignitate cõiunctos, crudeliſſimè interfecit, præludiũ illud & portẽtum L. Antonius, inſigne odium omnium hominum, vel, ſi etiam dii oderint, quos oportet, omnium deorum.

Præluſio præluſionis, f. g. Vne entree de ieu, ou dautre choſe. Plin. epiſt. 99. lib. v 1, Tu tamen exiſtima quantum nos in ipſa pugna prælii & certaminis maneat, cuius quaſi præluſio atque præcurſio has contentiones excitauit.

PRAELVM præli, n. g. Vne preſſe. Sunt propriè præla, trabes in torculari, quibus vua calcata premitur. Vide Catonem & Varronem de re ruſtica. Sunt qui abſque diphthõgo ſcribant, cum à premendo deducant. Vide ſuo loco.

PRAELVMBO, prælumbas, prælumbere, Lumbos præfringere. Næuius, Cœpit vnũ quenque prælumbare fuſtibus.

PRAEMANDO, præmandas, præmandare, Antè, ſiue prius mandare. Vatinius Ciceroni, Dicitur mihi tuus ſeruus anagnoſtes fugitiu⁹ Vardari eſſe, de quo tu mihi nihil mãdaſti: ego tamen terra, marique vt conquireretur, præmãdaui. Plaut. in Truc. 8. 38, Mater ancillas iubet, quoniã iam decumus menſis aduentat propè, aliam aliorſum ire, præmandare & quærere puerum aut puellam qui ſupponantur mihi.

PRAEMATVRVS, præmatura, præmaturum, Collectus ante quàm ſit coctus. vt poma præmatura, Id eſt nondum matura.

Præmaturè, aduerbiũ. Plaut. in Moſtell. 7. 68, Nam me in Acherontem recipere Orcus noluit: quia præmaturè vita careo. Ie ſuis mort deuant quil en fuſt temps.

PRAEMEDITOR, præmeditaris, præmeditari, Prius meditari, Pẽſer auãt que de faire. Cic. lib. 2. ad Heren. Si reus nihil horum fecerit, accuſator dicet eum vſque præmeditatũ fuiſſe quid ſibi eſſet vſui venturũ. Plaut. in Epid. 8. 39, Vt paratè eam præmeditatam meis dolis, aſtutiiſque onuſtam mittam.

PRAEMEFERO, præ me fers, præ me tuli, præ me ferre, Dicto, facto, vel geſtu aliquid oſtẽdo ac cõfiteor. vt præ me fero laborẽ, præ te fers iracundiã, præ ſe fert auaritiã, Il porte la mine deſtre auaritieux, ou il mõſtre quil eſt auaritieux. Cic. At beneficio ſum vſus tuo: quòd quanquã illud ipſum quod cõmemoras, præ me ſemper tuli, malui tamen meme tibi debere cõfiteri, quàm cuipiã nimis prudẽti nõ ſatis gratus videri. Idem pro Rabirio, Quãobrem fateor, atq; etiã T. Labiene profiteor, & præ me fero, te ex illa crudeli, importuna, nõ tribunitia actione, ſed regia, meo cõſilio, virtute, authoritate eſſe depulſum. Quintil. Fiduciã igitur præ ſe ferat orator, ſempérque ita dicat, tãquã de cauſſa optimè ſenſiat. Id eſt, ex ipſo aſpectu oratoris, ex ipſa voce, ex ipſa tota oratione eluceat fiducia, quẽadmodũ qui pugnaturi ſunt, in vultu & geſtu indicant tacitã vel formidinem vel fiduciam, hoc eſt præ ſe ferunt fiduciam, formidinémque. Cice. Nam ille qui accipit iniuriam, meminit & præ ſe fert. Id eſt, ſe mentem perſequendæ iniuriæ habere oſtendit.

PRAEMERCOR, præmercaris, præmercari, Priꝰ emere. Plau. in Epid. 9. 27, AEdepol næ iſtã tẽpore ſuo gnato tuo ſumꝰ præmercati. Idem in Merc. 2. 10, Præmercatur ancillã ſenex.

PRAEMESSVM, præmeſſi, n. g. Sacrificii genus, de ſpicis quas primùm meſſuiſſent, ſacrificabant Cereri.

PRAEMITTO, præmittis, præmiſi, præmiſſum, præmittere, Antè mittere, Enuoyer deuant. Plaut. in Caſina, 10. 12, Præmittã hunc ad Acherontem. Idem in Amphit. 4. 41, Me à portu præmiſit domum, vt hæc annuntiem vxori ſuæ.

PRAEMIVM, præmij, n. g. Quod in ludis præponitur dandũ ei qui fortiter fecerit, vel qui in aliquo certamine victor euaſerit. Le pris. Plaut. in Amphit. 8. 16, Præmiũ optimũ virtus. Terent. in Eunucho, 5. 9. 27, Quod vis donũ & præmium à me optato, id optatum feres. Præmium pro pecunia poſuit Næuius, Sine præmio ſum: marſupium reliqui domum.

Præmior præmiaris, præmiari. Suet. in Tit. Veſp. cap. 7, Suſpecta & rapacitas, quòd conſtabat in cõcionibus patris nundinari, præmiarique ſolitum: deinde propalàm alium Neronem, & opinabantur & prædicabant.

Præmioſus præmioſa præmioſum, Pecunioſus, interprete Nonio & Feſto. Accius, Diuitem ac præmioſum auum.

Præmiator præmiatoris, Qui præmia ſoluit.

Præmiator, pro prædone dixit Næuius, authore Nonio. In ſcena vos nocturnos cœpit præmiatores tollere.

PRAEMODVM, aduerbium, Id eſt ſupra modum. Gellius, Parentes inquit præmodum. Treſſort obeiſſans.

PRAEMODEROR, præmoderaris, præmoderari, Antè moderari. Gellius, Cretẽſes quoque prælia ingredi ſolitos præcinente ac præmoderante cithara greſſibus.

PRAEMOLESTIA, præmoleſtiæ, f. g. Cic. lib. 4. Tuſcul. Alii metũ præmoleſtiã appellabãt, Id eſt anticipationem moleſtiæ: quaſi metus ſit præuius, dúxque moleſtiæ futuræ.

PRAEMOLLIS, & hoc præmolle, Valde mollis. Terẽt. in Adel. 5. 6. 10, Paulatim plæbẽ præmollem facio meam. Donatus legit, & cum eo omnia ferè exẽplaria, PRIMVLVM, non PRAEMOLLEM.

PRAEMONEO, præmones, præmonui, præmonitum præmonere, Antè monere. Cic. Ideò præmoneo, ne villicũ ex eo genere ſeruorũ qui corpore placuerunt, inſtituamus. Aduertir, admõneſter deuant. Plin. in Paneg. 88, Quod licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari, & futuros ſub exemplo præmonere nullum locum, &c.

PRAEMONSTRO, præmõſtras, præmõſtrare, Antè monſtrare, Enſeigner, monſtrer premier, ou parauãt. Plaut. in Perſ. 4. 66, Præmõſtra doctè: præcipe aſtu filiæ quid fabuletur, vbi ſe natã prædicet. Idem in Mil. 5. 101, Atque hoc ei præmõſtra, & præcipe vt teneat conſilia noſtra. Idem in Merc. 11. 16, Scio te amare, cum iſtæc præmõſtras mihi. Veu ces enſeignes. Idem in Epid. 6. 12, Ea conducetur, atque ei præmonſtrabitur quo pacto fiat ſubdola.

Præmõſtrator præmõſtratoris, m.g. Qui mõſtre & enſeigne quelque choſe auãt quelle ſe face. Terent. in Heaut. 5.1.2, Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator Chremes, hoc mihi præſtat.

PRAEMORDEO, præmordes, præmordi, præmorſũ, præmordere. Gelli⁹, Plaut⁹ in Trinũmo neq; præmordiſſet dixit, ſed præmorſiſſet. Ni fugiſſẽ (inquit) mediũ credo prẹmorſiſſet.

PRAEMORIOR, præmoriris, vel præmoreris, præmori, Quaſi ante tempus mori. Suet. de claris grãmat. 3. In podagræ morbum incidit: cuius impatiẽs, veneno ſibi perunxit pedes, & enecuit ita vt parte ea corporis quaſi præmortui vixerit.

PRAEMVNIO, præmunis, præmuniui, vel præmunii, præmunitũ, præmunire, Prius munire, Fortifier, munir parauant. Cic. pro Cælio, Quamobrem illa quæ ex accuſatorũ oratione præmuniri iam & fingi intelligebam, fretus veſtra prudentia non pertimeſco.

PRAENARRO, prænarras, prænarrare, Antè narrare, Deuant dire, ou raconter. Terẽt. in Eunucho, Rectè ſanè interrogaſti, oportuit rem prænarraſſe me.

PRAENATO, prẹnatas, prẹnatare, Antè natare. Plin. Prẹnatãte piſciculo frõtẽ ſuã ſpargit

PRAENOMEN, prænominis, n.g. Quod honoris cauſſa præponitur. vt Marcus, Publius, Titus, Quinti⁹. Et rarò plenè ſcribitur, ſed aut vnica litera, vt A, id eſt Aul⁹. C, id eſt Caius: vbi ſcribitur C, & pronũtiatur G, vt in CN. duabus literis, id eſt Cneus. ſic SEX. id eſt Sext⁹.

PRAENOSCO, prænoſcis, prænoui, prænotũ, prænoſcere, Ante noſcere. Plaut. in Aſin. 3. 47, Verùm meam vxorem neſcis qualis ſiet? L. tu primus ſentis, nos tamen prænoſcimus.

PRAENVNTIO, prænuntias, prænuntiare, Antè nuntiare. Terent. in Phor. 5.2.12, Geta, abi, prænuntia hanc venturam. Legitur & apud Plinium in Paneg. 104, Prænũtius clamor auribus noſtris inſederat.

PRAEOCCVPO, præoccupas, præoccupare, Antè capere, vel ante poſſidere.

Præoccupatio præoccupationis, f.g. apud Rhetores ſchema quoddam, cum aliquid nos reticere dicimus, & tamen tacitũ intelligitur. quod fit vel cum rem notã eſſe putamus auditoribus, vel cum ſuſpicionem excitare maiorem reticendo volumus. à Græcis dicitur Apoſiopeſis.

PRAEOPTO, præoptas, præoptare, Antè ſiue prius optare. Aymer mieulx. Terẽt. in Hecyra, 4.1.18, Adeon' peruicaci es animo, vt puerum præoptares perire?

PRAEPARCVS, præparca, præparcũ, Valde parcus. Plin. li. 11, cap. 19, Aliquãdo & ipſæ cõtrahunt mortis ſibi cauſſas, cum ſenſẽrẹ eximi mella. auidè vorãtes cætero præparcæ: & quæ alioqui prodigas atque ædaces, non ſecus ac pigras, & ignauas proturbent.

PRAEPARO, præparas, præparare, Antè parare quæ mihi vtilia credo. Cic. lib. 2. de off. Facilè totius vitæ curſum videt, ad eámque degendã præparat res neceſſarias. Et apud eundem de Amicitia, 54, Præparare amicitias.

PRAEPEDIO, præpedis, præpediui, præpeditũ, præpedire, Ex præ & pedio cõpoſitũ, ſignificat prius pedibus deuincire. Per trãſlationem verò, quaſi pedibus vehemẽter obligare. Fort empeſcher. Plaut. in Caſi. 15.24, Præpedit timor dicta linguæ. Terẽt. in Heaut. 3.1.96, An eo fit, quia in re noſtra aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine? Præpeditus latera forti ferro, legitur apud Plautum in Pœnulo.

Præpedimentum, præpedimenti, n.g. Ante impedimentũ. Quelque empeſchemẽt qui preuiẽt. Plaut. Ne fallaciæ præpedimentum obiiciatur.

PRAEPENDO, præpendis, præpendi, præpenſum, præpendere, Antè pẽdere. Propertius, Cum tua præpendent demiſſa in pocula ſerta.

PRAEPETO, præpetis, præpetiui, præpetitum, præpetere, Antè vel prius petere, id eſt ire. Feſtus, Præpetere dicebant veteres pro anteire.

PRAEPES, præpetis, o.g. Velox, Legier.

Præpetes aues (inquit Feſtus) quidam dici aiunt, quia ſecundũ auſpiciũ faciãt. Alij, quòd antea quàm petamus, iudicẽt aut quòd præteruolãt. Aut ex Græco tractũ putant, quòd ante cõſpectum volant noſtrum, ineptè ſcilicet, ex præpoſitione latina componentes, & Græco vocabulo. Cæterum poetæ promiſcuè omnes aues ita appellant.

PRAEPILATVS, præpilata, præpilatũ. Præpilatæ haſtæ ſunt quæ ferreas habent cuſpides, quaſi præferratæ. Præpilatum etiam dicitur vbi non eſt ferrũ, ſi modo in mucronem acutum ſit, vt cornua locuſtarum quibus natant.

PRAEPINGVIS, & hoc præpingue, Valde pinguis. Fort gras. Columella lib. 4, Itaque nõ eſt vineis apta: vix etiam arbuſto, niſi præpingui & viuida terra.

PRAEPOLLEO, præpolles, præpollere, Ante alios pollere, Pouuoir oultre les autres.

Plinius lib. 1, Ardeã Rutuli habebãt, gens vt in ea regione, atque in ea ætate diuitiis præpollens. Riches oultre les autres.

PRAEPONDERO, præponderas, præponderare, Prius ponderare, seu prius examinare. Præponderare, Pluris esse, siue pluris æstimari debere. Gellius, Nã cum in rebus aut paribus, aut non longè secus vtilitas amici aut honestas nostra consistit, honestas proculdubio præpõderat. Cic. lib. 3. de off. Neque ea volunt præponderari honestate.

PRAEPONO, præponis, præposui, præpositũ, præponere, Anteponere per electionẽ, Estimer plus vne chose que vne autre, Eslire quelque chose deuant que vne autre. Plaut. in Rud. 22.8, Nã vt de nocte multa impigréque exurrexi, luctũ præposui sopori & quieti. Terẽt. in And. 1.1.38, Nunquam præponens se alijs. Idem in Eun. 1.2.59, Ait, si fidem habeat, se iri præpositum tibi apud me.

Præponere, Prius ponere, tempore præcepto. Sallust. in Iugurtha, Vbicunque res postulabat, præsidium est præpositum.

Præpositus præpolita præpositum, Qui est prepose.

Præpositus præpositi, Qui alicui rei præfectus est. Qui est commis sur quelque affaire.

PRAEPOSTERVS, præpostera, præposterũ, Quasi peruersus & inuersus, Mauuais, qui est tout a rebours de ce quil doit estre. Cic. Casinę, Pręposteros habes tabellarios. & si me quidem non offendunt, sed tamen cum à me discedunt, flagitant literas. Quintil. Præpostera res occidere, deinde erubescere.

Præpostera cõsilia. Cic. de Amicitia, 71, Sed cũ multis in rebus negligentia plectimur, tũ maximè in amicis & diligendis & colendis. præposteris enim vtimur consilijs, & acta agimus, quæ vetamur veteri prouerbio. Nous vsons du conseil que deuions auoir vse parauant.

PRAEPOTENS, præpotẽtis, o.g. Fort puissãt. Cic. de Amic. 49, Atq; vt hui⁹quẽ dixi mores, veros amicos parare nõ potuere: sic multorũ opes, excludũt præpotentiũ amicitias fideles.

PRAEPROPERVS, præpropera, præproperum, Valde celer, Fort legier & soudain. Cic. Trebatio, Sed tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam.

PRAEPVTIVM, præputii, n.g. Pellis quæ glandem, hoc est summã colis partem tegit. Dictum quòd membris pudentibus præemineat. Vel à præputando: nam illam Iudæi præputant. quam quia retinebant Gentiles, præputium dicebantur, quasi præputiati.

PRAERIPIO, præripis, præripui, præreptũ, præripere, Ante capere, præoccupare. Plau. in Casina, Huc venisti sponsam præreptũ meam? La rauir. Idem in Mil. 10.58, Neque præripio pulpamentũ, neque præuorto poculũ. Idem in Trin. 8.59, At pol ego etiã si vetet edã, atque ambabus malis expletis vorem, & quod illi placeat, præripiam potissimum.

Præripere consilia. Cic. lib. 1. de off. Facile cælare, tacere, dissimulare, insidiari, præripere hostium consilia. Id est, præoccupare, siue prænoscere, aut præuenire.

Præreptus immatura morte. Plinius de viris illust. Immatura morte præreptus, non potuit præstare qualem promiserat regem.

Demosthenes tibi præripuit ne esses primus orator. Cic. pro Gallo.

PRAERODO, prærodis, prærosi, prærosum, prærodere, Vehemẽter rodere. Columella lib. 3, Nã si sæpius cacumina manu prætracta, aut à pecore prærosa fuerint, in perpetuũ corrũpũtur. Plaut. in Pseud. 13.94, Nã ego ita conuiuis cœnã conditã dabo hodie, atq; ita suauiter conditam, vt quisque quicquid conditũ gustauerit, ipsos sibi faciam vt digitos prærodat suos.

PRAEROGATIVA, prærogatiuæ, f.g, Præstantia & antelatio, qua quis aut præfertur, aut præferri alteri debet. Paulus Iurisc⁹. Veteranorũ priuilegiũ inter cætera etiam in delictis habuit prærogatiuam, vt superentur à cæteris in pœnis. Id est cæteris præferãtur. Nec ad bestias itaque Veteranus datur, nec fustibus cæditur.

Prærogatiuũ pręrogatiui, Idem. Cic. pro Muren. Etenim si tãta illis comitij religio est, vt adhuc super omne præualeat prærogatiuũ, quid mirũ in hoc fœlicitatis famã, sermonémq; valuisse?

PRAERVMPO, prærumpis, prærupi præruptum, prærumpere, Rompre & gaster.

Præruptus prærupta præruptũ, Disiectus, auulsus, Derompu. Virg. lib. 3. georg. Adde tot egregias vrbes, operúmque laborem, Tot cõgesta manu præruptis oppida saxis. Columella lib. 4, Præruptior verò collis vel in quatuor pedes vertendus.

PRAES, prædis. m.g. Est (inquit Fest⁹) qui populo se obligat, interrogatus à magistratu. Idem alibi mancipẽ etiã prædẽ dici ait, quia tã debet (inquit) populo præstare quod promisit, quam is qui pro eo præs factus est. Cic. epist. 2. Laodiceæ me prædes accepturũ arbitror omnis pecuniæ publicæ, vt & mihi & populo cautũ sit sine vecturæ periculo. Gel. li. 7. Si Luci⁹ Corneli⁹ Scipio Asiaticus collegæ arbitratu prædes dabit, collega ne eũ in vincula ducat intercedemus.

Liuius lib. 2. belli Punici, de Cannẽſibus captiuis loquens, Ibi cum ſentẽtiis variaretur, & alij redimẽdos de publico, alii nullã publicã impenſam faciendã cẽſerent, nec prohibẽdos ex priuato redimi, ſi quibus argentũ in præſentia eſſet: alii dandã ex ærario mutuam pecuniã, prædiis prædibuſque cauendũ populo cẽſerẽt: & reliqua. Varro, Spõſor inquit & præs & vas: neq; quibus inſedere ſimiles. Itaq; præs eſt qui à magiſtratu interrogatur in publicum vt præſtet, à quo cũ reſpõderit dicitur præs. Vas appellatus eſt, qui pro altero vadimoniũ promittebat.

Prædes hodie ſunt, qui ſponſores reip. vel principi facti ſunt pro iis qui pecuniã publicã diſpẽſant, quos receptores vocant. Pleiges. Eorúmque bona prædia dici poſſunt.

Prædes etiã interdũ pro bonis prædiis accipiũtur. Cic. in Antoniana ſecũda, Et domi quidẽ cauſſam amoris habuiſti, foris etiã turpiorem ne Lucius Plancus prædes tuos venderet. Id eſt bona tua ſponſioni obnoxia. Liuius etiã vſus eſt lib. v, circa finem. Poſſumus etiã hic prædes pro ſponſoribus intelligere, quodam loquendi ſchemate non inuenuſto, vt ſit prædes vendere, ſponſorum bona prædia auctioni addicere.

Idem Cicero ad Atticum lib. 6, μεταφορικῶς vſus eſt, Itaque (inquit) iraſcatur qui volet, patiar τὸ γὰρ ἓν μετ' ἐμοῦ, præſertim cum ſex libris tanquã prædib⁹ meipſum obſtrinxerim, quos tam valde tibi probari gaudeo. Bene (inquit Cicero) mecum agitur. Itaque ſemel ſtatui nihil cõtra honeſtatem agere, ad quam perpetuo amplectendam, ſex illis libris de republica ſcriptis me obſtrinxi reipublicæ, tanquam ſponſoribus datis.

PRAESAGIO, præſagis, præſagiui, præſagitum, præſagire, Ex præ & ſagio, ſignificat futura ante ſentire, Deuiner. Properti⁹, Vẽturã melius præſagit nauita noctẽ. Cic. lib 1, de diuinatione, Neq; enim verbũ cõſuetudo approbaſſet, ſi ea res nulla eſſet omnino. Plaut. in Aulul. 7. 1, Præſagibat mihi animus fruſtra ire me. Mon cueur me le diſoit bien. Ie penſoye bien en mon cueur. Terẽt. in Heaut. 2. 2. 7, Sed neſcio quid profecto mihi animus præſagit mali.

Præſagior præſagiris, deponens legitur apud Plautum in Bacchid. 15. 30, Occidi: iam animus iſtoc dicto plus præſagitur mali.

Præſagus præſagi, vel præſaga præſagæ, Qui vel quæ præſagire nouit. Claudianus, Heu mens præſaga futuri.

Præſagium præſagii, n. g. Præſenſio, diuinatio.

PRAESCIO, præſcis, præſciui, præſcitũ, præſcire, Ante ſcire, Sauoir quelque choſe deuant quelle ſe face. Terẽt. in And. 1. 5. 4, Nónne oportuit præſciſſe me ante? nónne prius cõmunicatum oportuit?

PRAESCRIBO, præſcribis, præſcripſi, præſcriptũ, præſcribere, Ante ſiue pri⁹ ſcribere. Cic. Seruio, Sic enim præſcripſim⁹ ijs quib⁹ ea negotia mãdauim⁹. Nous leur auõs eſcript parauãt.

Præſcribere, Intituler, & mettre en nom. Virgil. Nec Phœbo gratior vlla eſt Quàm ſibi quæ Vari præſcripſit pagina nomen. Eſcrire & mettre le nom a quelque liure ou autre choſe.

Præſcribere, Præcipere, determinare, legẽ ponere, Preſcrire queſt ce quil fault faire, cõmãder. Cic. lib. 3. de off. Sed hoc natura præſcribit, vt homo homini quicunque ſit, ob eam ipſam cauſſam, quòd is homo ſit, cõſultum velit, neceſſe eſt ſecundũ eam naturam, omniũ vtilitatẽ eſſe cõmunem. Varro, Quoniã præſcriptum erat, ne quis angiportum tranſgrederetur.

Præſcribere, Ponere, Mettre, cõſtituer, limiter. Terent. in And. Tute his rebus finem præſcripſiſti pater: propè adeſt cum alieno more viuendum eſt mihi.

Præſcribere, Præponere, Mettre au deuãt, remõſtrer. Cic. in Catone, At ſenatui quæ ſunt gerenda præſcribo, & quomodo Chartagini male iam diu cogitanti, bellum inferatur, multo ante denuntio.

Præſcribere, Prænuntiare, ſiue prædicere. Cic. in Vatiniũ, At ibi idem præſcribo, ne tuas ſordes cum clariſſimorum virorum ſplendore permiſceas.

Præſcriptio præſcriptionis, Le tiltre dung liure, ou le nom de quelque autre choſe. Cic. lib. 1. de off. Ex quo fit, vt ager Arpinas, Arpinatum dicatur: Tuſculanus, Tuſculanorum, ſimiliſque priuatarum poſſeſſionum præſcriptio: ex quo quia ſuum cuiuſque fit eorum quæ natura fuerant communia, quod cuique contigit, id quiſque teneat.

Præſcriptio, Præceptũ, ordo, lex, forma, regula. Cic. lib. 4, Tuſcul. Omniũ autẽ perturbationũ fontẽ eſſe dicũt intemperãtiam, quæ eſt a tota mẽte, à recta ratione defectio: ſicut auerſa, à præſcriptione rationis: vt nullo modo appetitiones animi nec regi nec cõtineri queant.

Præſcriptum præſcripti, n. g. Præceptum, forma, regula.

PRAESECO, præſecas, præſecui, præſectum, præſecare, Prius ſecare. Columella lib. 3, Radicem in arundinis acuta falce præſectam impendenti pluuia diſponito.

Præſecare, accõmodatur aliquãdo immolationi. Liuius lib. v, Inſeritur huic loco fabula, immolãte rege, Veientiũ, vocem aruſpicis dicẽtis, Qui eius hoſtiæ exta præſecuiſſet, ei victoriã dari, exauditã. Suet. in Auguſto, Nuntiata repentè hoſtis incurſione ſemicruda exta rapto foco præſecuit, atque ita prælium ingreſſus, victor redijt. Il eſt, partem reddidit.

Præſegmen præſegminis, n.g. Pars corporis inciſa, amputatio rerum ſuperfluarum. Rogneure. Vnde quæ ex vnguibus animalium ſcinduntur, præſegmina dicuntur. Plaut. in Aulul. 9.34, Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat, collegit, omnia abſtulit præſegmina.

PRAESENS, præſentis. Vide PRAESVM.

PRAESENTO, præſentas, vide PRAESVM.

PRAESENTIO, præſentis, præſenſi, præſenſum, præſentire, Antè vel priꝰ ſentire. Plaut. in Trin. 4.99, Feciſſet ædepol, ni hæc præſenſiſſent canes. Si les chiens ne leuſſent ſentu premier. Idem in Pſeud. 6.15, At volui inijcere tragulã in noſtrũ ſenem: verùm is neſcio quo pacto præſenſit prius. Il ſen eſt apperceu, & ſen eſt doubté. Terẽt. in And. 5.1.20, Cum ibi me adeſſe neuter præſenſerat. Ne lung ne lautre ne ſen doubtoit.

Præſentiſco præſentiſcis, præſentiſcere, Frequẽtatiuũ. Plaut. in Amphit. Nunc ne legio præſentiſcat, clàm illuc redeundũ eſt mihi. Quelle ne ſen doubte, ou apperceoiue. Terẽt. in Haut. Et ea gratia ſecum adduxiſſe, ne id tu præſentiſceres.

PRAESEPE, præſepis, n.g. & præſepiũ præſepij, n.g præſepes præſepis, f.g, à præſepio deducitur. Stabulum dicitur in quo equi, muli, & cætera animalia cõtinentur. Vne eſtable. Virg. Ignauũ fucos pecus à præſepibus arcent. Idem, Stabant tercentũ nitidi in præſepibus altis. Præſepe, Lupanar aliquãdo dicitur. Cic. Piſoni, Verùm audis in præſepibus, audis in ſtupris, audis in cibo & vino. Horatius, Scurra vagus animo qui certum præſepe teneret.

Præſepes præſepis, f.g. Plaut. in Caſi. 2.56, Scit ſi id impetret, futuiũ quod amat, intra præſepes ſuas. Idem in Rud. 23.98, Hic intra præſepes meas te voco. Varro, Contrà illic laudabitur villa, ſi habeat caulinam ruſticam bonam, præſepes laxas.

Præſepium præſepij, n.g. Locus in quo pabulum animalibus porrigitur. Vne creiche, ou auge. Apuleius lib. 6, Metamorph. Præſepium meum hordeo paſſim repleri iubet, fœnumque baſtriano camelo ſufficiens apponi. Columella, In ſtabulo ſint ampla præſepia.

PRAESERTIM, aduerbiũ, ſignificat præcipue, ante alia. Principalemẽt. Plaut. in Pœn. 3.21, Egó ne iſtuc auſim facere, præſertim tibi? Idem in Pſeud. 7.90, Nã hinc quidẽ à me non poteſt argẽtũ auferri, qui præſertim ſenſerim Terent. in Phor. 1.2.5, Accipe, hem lectũ eſt, conueniet numerus quantũ debui. G. amo te: & nõ neglexiſſe habeo gratiam. D. præſertim vt nunc ſunt mores, adeò res redijt, ſi quis reddit, magna habenda eſt gratia. Idem in Eun. 5.2.24, Debeã credo iſti quicquã furcifero, ſi id fecerim, præſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum?

PRAESERVIO, præſeruis, præſeruiui, præſeruire, præſeruitum, Antè ſeruire. Plautus in Amphit 3.126, Vt præſeruire amanti meo poſſem patri.

PRAESERVO, præſeruas, præſeruare, Garder aucun quil nayt aucun mal.

PRAESES, vide PRAESIDEO.

PRAESIDEO, præſides, præſedi, præſeſſum, præſidere, Ad opem præſtandã præeſſe, quã præſtãt propriè vel dij precãtibus hominibus, vel homines ipſi aliis hominibus iniuriã patiẽtibus, vel in diſcrimen adductis. Cic. Quamobrem vos dii & patrii penates, qui huic vrbi atq; imperio præſidetis. Quintil. Nam & beneuolum auditorem inuocatione dearum, quas præſidere vatibus creditum eſt, & intentũ propoſita rerum magnitudine, & docilem ſumma celeriter cõprehenſa facit. Idem, Quæ præſidentes ſtudiis deæ propius audirent.

Præſidere, Adeſſe, Aſſiſter. Suet. in Tib. Præſedit & Acciacis ludis: hoc eſt, præfuit. Plaut. in Moſtell. 15.46, Hic ego tibi præſidebo, ne vlla interbitet quæſtio.

Præſes præſidis, m.g. Tam dii quàm homines præſides dicti ſunt: illi, in ſuo quiſque numine, ſuáque vi: hi verò, in ſua quiſque prouincia, a rege vel populo ſibi commiſſa. Quintil. Quòd omnia ſic egerit, vt genitus præſide bellorum. Vlpianus, Præſes is eſt, qui maius in prouincia imperium habet, omnibus poſt principem.

Præſes pro auxiliatore aliquando ponitur. Liuius, Dii, deæque, qui capitoliũ incolitis, ſiccine noſtrum militem ac præſidem ſinitis vexari ab inimicis?

Præſes locus, pro tuto ponitur a Plauto in Caſi. 21.9, Nec vllũ quidem nequiorem arbitror eſſe, qui locum præbet illi nunc præſidem.

Præſidium præſidii, n.g. Dicitur principale auxiliũ. vt milites qui in tutela alicuius oppidi collocati ſunt, præſidium dicuntur. Garniſon. Cæſar, Eo opere facto præſidia diſponit, caſtella

cõmunit, quo facilius ſi ſe inuito tranſire conarentur, prohibere poſſit. Iuriſconſ. Qui relinquit præſidium, peccatum deſertionis incurrit.

Præſidium per trãſlationem, omne auxiliũ dicimus & ſalutis propugnaculum, Secours, ayde. Terent. in And. 5. 2. 2, Hem Dauum præſidio meo atque hoſpitis. Idem in Hecyra, 1. 2. 44, Illum autem eſſe vnicũ præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ. Idem in Heaut. 5. 2. 14, Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho. Ibidem, 5. 1. 33, Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidii. Plautus in Rud. 17. 1, Nunc demum eſt cum omnium copiarum atque opum, auxilii, præſidii viduitas nos tenet.

Præſidiarius præſidiaria præſidiariũ, Quod paratũ eſt vt præſidio ſit. Pour ſen ayder. Columella lib. v, Et præſidiarii malleoli propagandi ſunt.

PRAESIDERO, præſideras, præſiderare dicimus, cum maturius hyberna tempeſtas mouetur, quaſi ante ſideris tempus, inquit Feſtus.

PRAESILIO, præſilis, præſilui, præſultum, præſilire, Saillir deuant. Plaut. in Sticho, 8. 13, Vt præ lætitia lachrymæ præſiliunt mihi. Me ſaillent hors.

PRAESTANTIA, PRAESTABILIS, Vide PRAESTO.

PRAESTER, præſteris, m. g. Genus ſerpentis venenati, qui alio nomine dicitur dipſas. Vnde apud Plinium lib. 22, Hæmorrhoidum & præſterum. Lucanus, Oráque diſtẽdens auidus ſpumantia præſter.

PRAESTES, præſtitis, m. g. Idem quod præſes, antiſtes. Nam antiqui ſic præſtites dixerũt, nunc antiſtites, inquit Feſtus.

PRAESTEGA, præſtegæ, f. g. Locus vbi otii cauſſa ſunt ſub tecto, tantum patula, reliqua parte tanquam ſub porticu. Plaut. in Pſeud. 4. 31, Facite vt offendam parata omnia, vorſa præſtega, ſtriata, lautáque, coctáque vti ſint omnia.

PRAESTERNO, præſternis, præſtraui, præſtratum, præſternere, Ante ſternere. Præſternere, Præparare. Plin. epiſt. 103. c. lib. v, Illud peto præſternas ad quod hortaris, eligáſq; materiã, ne mihi iã ſcribere parato, alia rurſus cũctationis & moræ iuſta ratio naſcatur.

PRAESTIGIATOR, præſtigiatoris, m. g. Qui circunſtantibus, ita oculorum aciem præſtringit, vt non aduertant dolum. Enchanteur. Plaut. in Pœnulo, 17. 6, Præſtigiator hic quidẽ Pœnus probus eſt, perduxit omnes ad ſuam ſententiam.

Præſtigiatrix, præſtigiatricis, f. g. Vne enchantereſſe. Plaut. in Amph. 8. 148, Aut pol hæc præſtigiatrix eſt mulier multo maxima, aut pateram hic ineſſe oportet.

Præſtigiũ præſtigii, n. g. vel præſtigiæ præſtigiarũ, Incantationes, deluſiones: quę quoniã dexteritate aliæ apparẽt, quàm re vera ſunt: illi qui eas faciũt, dicũtur præſtigiatores. Enchanteries, illuſions. Plaut. in Cap. 10. 9, Operta quæ fuêre aperta ſunt, patẽt præſtigiæ. Cic in Verrem, act. 7, Lectica igitur parumper depoſita, non per præſtigia, ſed palàm per poteſtatem.

PRAESTINO, præſtinas, præſtinare, à præ & ſtino, Emere eſt, inquit Feſtus, id eſt emendo tenere. Plaut. in Pſeud. 4. 36, Ego eo in macellum, vt piſcium quicquid eſt, pretio preſtinem. Idem in Capt. 13. 79, Alium piſces præſtinatum abire?

PRAESTITVO, præſtituis, præſtitui, præſtitutum, præſtituere, Prius ſtatuere, præſcribere, Cõſtituer, ordõner. Plaut. in Pſeud. 5. 139, Niſi mihi attulerit miles quinque, quas debet, minas, ſicut hæc eſt præſtituta ſummæ argentariæ dies. Ibidẽ, 9. 31, Nam olim cum abiit, argẽto hic dies præſtituta eſt, quoad referret nobis. Ibidem, 3. 57, Ei rei dies hæc præſtituta eſt proxima Dionyſia, cras ea quidem ſunt. Terent. in Phor. 3. 2. 39, Certè hercle ſi ſatis cõmemini, tibi quidem olim eſt dies, quam ad dares huic præſtituta.

PRAESTO, præſtas, præſtiti, præſtitum & præſtatum, præſtare.

Præſtare, cum ſolo datiuo, melius eſſe, vel antecellere ſignificat. Terẽt. in Eun. 2. 2. 1, Di immortales homini homo quid præſtat, ſtulto intelligẽs quid intereſt. Mon dieu què les vngs ſont plus excellens que les autres. Idem in Phor. 5. 3. 7, Hem vir viro quid præſtat. Cic. in Lælio, 18, Nanque hoc præſtat amicitia propinquitati, quòd ex propinquitate eſt. En ce ou de ce eſt elle milleure & plus excellente. Ibidem, 22, Tamen illa nimirũ præſtat omnibus, quòd bona ſpe prælucet in poſterũ. Salluſt. Omnes homines qui ſeſe ſtudent præſtaré cæteris animantibus.

Datiuum aliquãdo regit rei quæ ſuperatur, & ablatiuũ rei in qua quis excellit. vt præſto tibi ſcientia, Ie ſuis plus ſcauãt que toy. Cic. Tanto ille ſuperiores gloria vicerat, quãto omnibus præſtitiſti. Fabius lib. 1, Eloquentia cæteris præſtet. Quil ſoit plus eloquent que tous les autres.

Ablatiuus aliquãdo omittitur. Cic. lib. 1. de off. Difficile eſt autẽ cum præſtare omnib⁹ cupiueris, ſeruare æquitatem, quæ eſt iuſtitiæ maximè propria. Hoc loco, præeſſe vel præſidere aliquãdo interpretatur. Plaut in Bacchid. 20.48, Sed Priamus hic multo illi præſtat. Il le ſurmõte de beaucop. Il le paſſe. Idem in Caſina, 5.7, Demiror eos eo condimento vno non vtier, quod præſtat omnibus.

Datiuus nonnũquam tacetur. Salluſt. Primũ omnium qui vbique probro atque petulantiæ præſtabant. Les plus meſchans qui fuſſent par tout. Columella, Quanuis candore præſtet, pendere tamen vincitur. Cic. lib. 1. de off. Quorum verò patres aut maiores aliqua gloria præſtiterũt, ij ſtudent plerunque in eodẽ genere laudis excellere. Idem Aulo Torquato, lib. v1. epiſt. His enim rebus præſtabamus quæ non prodeunt in aciem: vſu autem armorũ, & militum robore inferiores eramus. Plin. epiſt. 46. a, Nam plurimũ fide, plurimum veritate, plurimum intelligentia præſtat. Il eſt fort fidele, &c.

Præſtat, pro antecellit, accuſatiuũ cum ablatiuo regit. Quintil. Præſtat tamen ingenio alius alium. Les vngs ont milleur eſperit que les autres. Gellius, Menedemus & Theophraſtus ingenio atque doctrina cæteros præſtabant. Liuius lib. v, Vt nuntiaret domum, quãtum Galli virtute cæteros mortales præſtarent.

Ablatiuum ſubticuit Virgilius, dicens, Ibo animis cõtrà, vel magnum præſtet Achillem. Id eſt antecellat. vel, vt quidam volunt, repræſentet, exhibeat, vel æqualis ſit. Quant ores il ſeroit auſſi fort quæ Achilles.

Præſtare, pro dare, datiuum cum accuſatiuo regit. Plin. Plura hic mihi præſtitit, quàm parentes. Id eſt, fecit.

Præſtare fidem, culpã, &c. Præſtare interdũ accipitur à iuriſperitis pro exitum rei in ſe recipere, vel alienæ culpæ diſpendiũ velle luere: vt præſtare euẽtũ, præſtare promiſſum alienũ. Cic. ad Vatiniũ, De ſeruo Dionyſio ſi me amas cõfice: quãcunque fidem dederis, præſtabo. Id eſt, ego in me recipio. Ien reſpõd, & prens ſur moy ce que auras promis. Idem de Oratore, Defendebamus quicquid fuiſſet incõmodi in mancipio, id ſi venditor ſciſſet, neque declaraſſet, præſtare debere. Il eſtoit tenu de le recõpenſer. Idem de officijs, Si autẽ dictũ nõ omne præſtandũ eſt, quod dictũ nõ eſt, id præſtandum putas? Faire ce que on a dict. Præſtare periculũ. Cæſar in cõment. Neque periculũ præſtare eorũ, ſed totã rem ad Pompeium reijcere. Eſtre tenu a recõpẽſer du dãgier. Idem ad Q. .fratrem, Quos verò aut ex domeſticis cõuictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte prætoris appellari ſolent, horũ non modo facta, ſed etiã dicta omnia præſtãda nobis ſunt. Ceſt ſur nous tout ce quilz feront & diront, nous en reſponderons. Ce ſera a nõſtre dam & dõmage ſilz font ne diẽt aucunes choſes mal. Id eſt culpã eorũ in nobis recipere debemus, ſeu opere ſeu verbo peccauerint, eorumque nomine pœnã luere aut damnũ ſarcire. Idem pro P Sextio, Ea cõditione geſſeram, vt meũ factũ ſemper omnes præſtare tuerique deberent. Idem de Orat. Demõſtrare grauiſſimis verbis, multos ſæpe impetus populi non iuſtos eſſe, quos præſtare nemo poſſit. Idem, Emptorem indemnem præſtare oportet. Recompenſer lachenteur de ſes dommages & intereſts.

Præſtare culpã, Hoc eſt alienã culpã in ſeſe recipere, & rei euentũ ſuo periculo eſſe velle, & fide ſua eſſe iubere rei futuræ euentũ. Cic. de Orat. Perge verò Craſſe: iſtam enim culpam quam vereris, ego præſtabo. Idem Papirio Peto, Sic video philoſophis placuiſſe iis, qui vulgo ſoli vidẽtur vim virtutis tenere: nihil eſſe ſapientis præſtare, niſi culpã, qua mihi video dupliciter carere. Il neſt tenu de reſpondre dautre choſe, ſi non de ſe garder que par ſa faulte rien ne ſe face. Idem Torquato, Simus igitur ea mente quam ratio & veritas præſcribit, vt nihil in vita nobis præſtandum præter culpam putemus: eáque cum careamus, omnia humana placatè & moderatè feramus.

Præſta te eum qui mihi à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Cic. Lentulo. Soyes tel enuers moy.

Præſtare beneuolẽtiã. Cic. Attico. lib. 9, Nã non mediocriter laboro, vtrique vt vis tuã beneuolentiam præſtare poſſis, quam me hercle te præſtaturam confido.

Præſtare officium, Faire ſon deuoir. Cic. Terentiæ, Neque legis improbiſſimæ pœna deductus eſt, quo minus hoſpitii & amicitiæ eius officium præſtaret.

Præſtare iuſiurandum, Faire ſermẽt. Plin. epiſt. 269, Præiimus & cõmilitonibus iuſiurandum more ſolenni præſtantibus: & prouincialibus, qui eadem certarunt pietate iurantibus.

Præſtiti quod petebat, Ie luy ay accorde ce quil demandoit. Plin. epiſt. 205.

Præſtare reuerentiã marito, Auoir reuerãce a ſon mari. Plin. epiſt. 158. Præſtare ſedulitatẽ alicui, Eſtre ſoingneux enuers luy. Plin. epiſt. 62. b. Et apud eundem epiſt. 29. a, Præſtare ſolicitudinem.

Præſtare aliquem ante ædes. Plaut. in Moſtell. 15. 18, Ego illũ ante ædes præſtabo ludificatorem meũ. Ie vous lameneray icy deuãt lhuys, ie vous le preſenteray. Præſtare aliquẽ alicui negotio, Le cõmettre. Cic. ad Q. fratrẽ, Sed quãta ſit in quoq; fides, tantũ cuiq; cõmittere. Atque inter hos eos quos tibi comites & adiutores negotiorũ publicorum dedit ipſa reſp. duntaxat finibus his præſtabis, quos ante præſcripſi. Tu les commettras.

Præſtat, Imperſonaliter aliquãdo ſumitur, pro melius eſt, & datiuo cõſtruitur. vt, Præſtat furi hic ſuſpẽdi, quàm apud inferos ardere. Datiuus ille rarò exprimitur. Cic. pro P. Seſtio, Si hoc nõ eſt ſatis, quòd hæc omnia deleta videtur reditu meo, multo mihi, multo inquã iudices præſtat, in eandẽ illã recidere fortunã, quàm tantũ importare meis defenſoribus & conſeruatoribus calamitatem. Salluſt. Quouſque patiemini tandem ô fortiſſimi viri? nonne emori per virtutem præſtat, quàm hanc vitam miſeram atque inhoneſtam, vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fuerimus, per dedecus amittere?

Præſtans, præſtantis, Participium, Excellens.

Præſtans nomen, Præſtans animi, Cui eſt animi præſtantia. Virgil. O præſtans animi iuuenis. Stathius primo Theb. Haud tulit armorum præſtans, animique Corœbus.

Præſtantiſſimus ingenio. Cic. de Amicitia, 1, Quo mortuo, me ad põtificem Scæuolã contuli, quem vnum noſtræ ciuitatis & ingenio & induſtria præſtantiſſimũ audeo dicere.

Præſtantia præſtantiæ, Excellentia. À præſtans fit. Cic. de Amicitia, 62, Fructus enim ingenij & virtutis, omniſque præſtantiæ, tum maximè capitur, cum in proximum quenque confertur. Gellius lib. 1, Scitè, ſubtilitérque ratiocinatum Pythagoram philoſophum dicit, in repertiõdo, modulandáque ſtatus longitudiníque eius præſtantia.

Præſtabilis & hoc præſtabile, Excellens. Cic. de Amicitia, 86, Vos autẽ hortor, vt ita virtutẽ locetis, ſine qua amicitia eſſe non poteſt, vt ea excepta nihil amicitia præſtabilius eſſe putetis. Gellius, Chilo præſtabilis homo ſapientiæ.

Præſtabilis, Qui facile donat & remittit. Præſtabile, quod præſtari poteſt.

Præſtabilius, aduerbium, Id eſt melius. Terẽt. in Hecyra, 3. 1. 4, Cui quanto fuerat præſtabilius, vbi vis gentium agere ætatem, quàm huc redire?

PRAESTO, aduerbiũ, Id eſt præſens ſum. Verbo SVM, ES, EST iũgitur. Plau. in Epid. 13. 46, Tibi quidẽ quod amas, domi præſto eſt. Idem in Aſin. 7. 100, Ego me dixerã adducturũ, & me domi præſto fore. Idem in Rud. 20. 26, Equidẽ tibi me dixerã præſto fore apud Veneris phanũ. Que ie me trouueroye la. Idem in Menæh. 21. 15, Metũ comitem mihi adhibeã, vt culpa abſtineã: hero vt omnibus in locis præſto ſiem. Que ie ſoye preſens par tout ou il ſera. Cic. Appio Pulchro, Trallẽis veni ad XIII Calẽd. Sextiles: ibi mihi præſto fuit L. Lucilius, cũ literis, mãdatíſque tuis. La ſe preſenta a moy. Eidem, Ad XVI Calẽd. Iunias Brunduſiũ cum veniſſem, Q. Fabius legatus tuus mihi præſto fuit. Terẽt. in Phor. 3. 3. 29, Sed opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiutorẽ dari. A. præſto eſt. Le voyci. Ibidem, 1. 2. 1, Si quis me quæret, rũfus. D. præſtò eſt, deſine. G. oh, at ego obuiam conabar tibi Daue. Præſto adeſſe, Terent. in Eunucho, 5. 9. 20, Sed vbi eſt frater? C. præſto adeſt.

Præſto domi. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 120, Iamdudum domi præſto apud me eſſe aiunt.

Præſto eſſe alicui, Præſidio eſſe, fauere, iuuare. Cic. pro Murena, Ius ciuile didicit, multum vigilauit, laborauit, multis præſto fuit. Il a ſecouru a pluſieurs. Plaut. in Trin. 12. 18, Ni tua pax propitia foret præſto.

Præſto eſſe, Aduenire, comparere. Cic. ad Herenniũ, Hirundines æſtiuo tempore præſto ſunt, hyeme pulſæ recedunt.

PRAESTOLOR, præſtolaris, præſtolari, Manere, expectare. Feſtus, Præſtolari is dicitur, qui ante ſtando ibi quò venturũ excipere vult, moratur. Attendre. Plaut. in Trucul. 7. 10, Sed quid hæc hic autem tandiu ante ædes ſtetit? neſcio quem præſtolata eſt. Idem in Caſina, 13. 15, Quid agis mea feſtiuitas? C. Te ecaſtor præſtolabar. Terent. in Eunucho, 5. 6. 5, Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?

Præſtolor, datiuo iũxit Cicero inuectiua ſecunda, Qui tibi ad forũ Aurelium præſtolarentur. Præſtolari (inquit Donatus) præſto eſſe, & apparere, hoc eſt obſequi.

PRAESTRINGO, præſtringis, præſtrinxi, præſtrictũ, præſtringere. Valde ſtringere. Fort ſerrer.

Præſtringere, Obtenebrare. Verbũ à præſtigiatoribus tranſlatũ, qui aciem oculorũ ſuis vafra-

mentis præſtringere cõſueuerũt. Plaut. in Mil. 3.4, Vt vbi vſus veniat, contrà conſerta manu oculorũ præſtringat aciem in acie hoſtib⁹. Idem in Merc. 23.7, Sed in amorem cõiecit fortius, quò te, cõſiliúmque tuũ atque mentẽ perdit fundit⁹, atque oculorũ tibi præſtringit aciẽ. Præſtringere, Attingere. Cic. de Signis, Ignoſcite, rei magnitudo me breuiter præſtringere atrocitatẽ criminis non ſinit. Parler en brief. Nonius. Fortaſſe perſtringere legendum eſt. Præſtringere, Radere. Cic. Philip. 3, Cuius quidem vomere portã Capuæ penè præſtrinxiſti.

PRAESTRVO, præſtruis, præſtruxi, præſtructũ, præſtruere, Prius ordinare, ædificaréve. Columella lib. 1, Quippe ab imo præſtructa valenter reſiſtẽt contra ea quæ poſtmodũ ſuperpoſita incumbent.

PRAESVL, præſulis, cõmu. g. à præſilio præſilis fit, quod eſt ante ſalio, Is appellabatur apud antiquos qui primus erat inter Salios Martis ſacerdotes. À ſaliendo dicti, in portandis ancilibus. Qui menoit la dance.

Præſulatus præſulatus, præſulatui, m. g. Ipſa dignitas.

Præſultor præſultoris, m. g. Qui meine la dance. Qui ſaltantium choream ducit.

Præſulto, præſultas, præſultare, Ante ſaltare. Liuius lib. 7, Si tu permittis, volo ago illi belluæ oſtendere, quãdo adeò ferox præſultat hoſtium ſignis, me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia deiecit.

PRAESVM, præes, præeſt, præfui, præeſſe, Ante alios eſſe. vt, homo cæteris animantibus præeſt, Id eſt, ſuperat, antecedit.

Præeſſe, Præfectum eſſe, Eſtre cõmis, & auoir charge. Cic. Hi qui portui faciundo præerãt, ab eo ſubornati fuêre. Salluſt. Et pro cuiuſque opibus Romæ per totã vrbem vigiliæ habeꝛentur, hiſque maiores magiſtratus præeſſent.

Præſens præſentis, om. gen. Preſent. Plaut. Agite ſi vultis, præda erit præſentium. A ceulx qui ſeront preſens.

Præſens, abſens. Plaut. in Perſ. 2.9, Quæ hero placere præſenti atque abſenti cẽſeat. Terẽt. in Eun. 1.2.112, Cũ milite iſto præſens abſens vt ſies. Soit que ie y ſoye, ou que ie ny ſoye point. Idem in Adel. 1.1.48, Præſens, abſénſq; idem erit. En ta preſence & en ton abſẽce.

Præſens præſenti adſum. Plaut. in Moſtell. 15.27, Si quidem pol me quæris, adſum præſens præſenti tibi. Terent. in Adel. 4.3.34, Cum hanc ſibi videbit præſens præſenti eripi, abduci ab oculis. En ſa preſence.

Præſente abſente. Terẽ. in Eun. 5.9.29, Poſtulo vt mihi tua dom⁹ te præſẽte abſente pateat.

Præſens non adeſt. Plaut. in Amphit. 11.23. Terẽt. in Adel. 3.3.39, Nimiũ inter vos Demea, ac nõ quia ades præſens dico hoc, pernimium intereſt.

Præſente hoc nolebam dicere, Terent. in Hecyra, 4.4.90. Præſente populo dedit, Plaut. in Bacch. 5.101. Præſente te huic apologũ agere vnũ volo, Idem in Stich. 9.32. Præſente me, in Amphit. 8.116. Præſentibus illis, Idem in Bacchid. 2.34. & 5.67.

Præſente nobis, pro præſentibus dixerunt veteres. Plautus in Amphit. 8.192, Nec nobis præſente, aliquis, niſi ſeruos Aphricanus adeſt. Pomponius, Qui apud forum præſente teſtibus mihi vendidit.

Animo præſenti dicere. vide ANIMVS.

Præſenti argẽto, vel præſenti pecunia, Argẽt content. Plaut. in Pœn. 2.89, Vendidítque has omnes & nutricem, & virgines præſenti argẽto homini. Idem in Menæh. 24.99, Omnia vænibunt, quíque licebunt præſenti pecunia. Et in Capt. 6.8, Præſenti pecunia mercari.

Præſens malum. Terent. in Phor. 5.2.16, Præſens quod fuerat malum, in diem abijt, plagæ creſcũt, niſi proſpicis. Le mal qui tout alheure ſe fuſt paſſé, croiſt & durera long temps, les playes croiſſent, ſi tu ny prens garde. Plaut. in Pſeud. 7.88, Non à me ſcibas piſtrinum ineundum tibi, cum ea muſſitabas? P. ſcibam. S. cur non dictũ eſt mihi? P. quia aliud malũ aderat, iſtuc aberat longius: illud erat præſens, huic erant dieculæ.

Præſens quãdoque dicitur, nõ quod nũc fit, ſed quod tũc fiebat, id eſt, tempore illo tunc præſenti. Cic. Ego incolumitati ciuium primùm, & poſtea dignitati, ille præſenti potius, quàm futuræ dignitati conſulebat. De mortuo loquitur.

Præſens, Propitius: quoniã is qui præſens eſt, nobis propitiatur facile, ſi inuocetur, & citius quàm is qui preſens nõ eſt. Virg. lib. 1. georg. Et vos agreſtũ preſentia numina Fauni, Id eſt propitia, quorũ præſentia fauor eſt, inquit Seruius. Terẽt. in Phor. 2.1.31, Hæc cũ ratione ineas, quàm ſint ſuauia & quàm chara ſint, ea quæ præbet nõ tu hunc habeas planè præſentem deum?

Præſens, Significat quodãmodo præſtans & potens, quaſi præſit, & ideò præſtans ſit, quia ſta-

tim operetur. Præſentius, præſtantius.

Præſentiſſimum, Præſtantiſſimũ. vt apud Virg. Quo non præſentius vllum. Vnde præſentiſſimum periculum, præſentiſſima medicina, præſentiſſimum venenum, Id eſt potens, & in primis efficax. Souuerain, qui tue incontinent le gens.

Præſentia præſentiæ, fœ. g. Preſance. Terent. in Hecyra, 4. 2. 11, Ego rus abiturã hinc cum tuo me eſſe certo decreui patre, ne mea præſentia obſtet. Idem in Heaut. 3. 3. 12, Multa fert libido: ea prohibet facere tua præſentia. Salluſt. Tum M. Tullius cõſul, ſiue præſentia eius timẽs, ſiue ira cõmotus, orationẽ habuit luculẽtã atque perutilẽ reip. quã poſtea ſcriptã edidit.

Præſento præſentas præſentare, Quaſi præſens facio, Mettre au deuãt, præſenter. Quintil. lib. x1, Fruſtra docemur, ſi quicquid audiuimus præterfluat, & exemplorũ legem reſponſorũ, dictorũ, benéque factorũ, quæ velut quaſdã copias quibus abundare, quáſque in promptu ſemper habere debet orator, eadẽ illa vis nõ præſentat. Plin. de viris illuſt. 77, Caput ab Achilla Ptolemæi ſatellite, AEgyptio velamine inuolutum, cum annulo Cæſari præſentatum eſt.

Præſentaneus præſentanea præſentaneũ, Quod in præſens ſubito fit. vt præſentaneũ remedium, Vng ſouuerain remede, qui guarit incontinẽt. Plin. lib. v, Idem podagris cum articulorũ morbis decoctum, aceto illiniunt, præſentaneo remedio ſuſpirioſis prodeſt.

Præſentarius præſentaria præſentariũ. Præſentariũ argentũ, Argent content. Plaut. in Moſtell. 6. 14, Vbi id erit factũ, à me argentũ petito præſentariũ: Sur le chãp. Idem in Trin. 14. 71, Vendidit tuus gnatus ædes. c. perii. s. præſẽtarijs argẽti minis numeratis. Idem in Pœn. 9, 92, Sed hæc latrocinãtur, quæ dixi ego omnia. c. quid ita? L. quia aurũ poſcũt præſentarium.

PRAESVMO, præſumis, præſumpſi, præſumptũ, præſumere, prius ſumere, Auãt prendre. Plin. lib. 36, Theophraſtus author eſt, potores in certamine bibendi præſumere farinam eius. Scilicet lapidis.

Præſumere votis & cogitatione. Plin. epiſt. 45. d, Hanc ego vitam voto & cogitatione præſumo, ingreſſurus auidiſſimè, vt primum ratio ætatis receptui canere permiſerit.

Præſumere lętitiam. Plin. in Paneg. 132, Equidem incognitam quandam, proximámque maiorem præſumo lætitiam.

Præſumere animo, Præſagire, Dire ce qui eſt a aduenir. Valerius lib. 1, Armis cum collega ſuo Cinna diſſidens præſumpſit animo ea re ſignificari exitum ſuum.

Præſumptio præſumptiõis, f. g. Antè ſumptio. Plin. epiſt. 180, Alius aliũ: ego beatiſſimũ exiſtimo, qui bonæ, manſuræque famæ præſumptione perfruitur, certúſq; poſteritatis cum futura gloria viuit.

Præſumptio apud Rhetores, dicitur cum in aduerſarij cauſſa vel in iudicis opinione cõtrariũ nobis eſſe aut fore arbitramur, præoccupamus dicere, & cum ratione diſſoluere. Quintil. lib. 9, Mirè verò in cauſſis valet præſumptio, quæ προλήψις dicitur, cum id quod obijci poteſt occupamus, quæ præcipue proœmio conuenit.

PRAETENDO, prætendis, prætendi, prætenſum, prætendere, Antè tendere, Mettre ou tendre au deuant. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 10, Neque multo pòſt, rumore cædis exterritus, prorepſit ad ſolarium proximum: interque prætenta foribus vela ſe abdidit.

Prætendere auribꝰ, Boucher ſes oreilles, ou eſtoupper. Plin. epiſt. 147. d, Initio quale vbique ſilentiũ noctis, deinde cõcuti ferrum, vincula moueri: ille non tollere oculos, non remittere ſtylum, ſed offirmare animũ, auribúſque prætẽdere, tum crebreſcere fragor, aduentare etiã.

Prætẽdere deſidię ſuæ alienã, Excuſer ſa pareſſe ſur celle dautruy. dire que la pareſſe dautruy eſt cauſe quon leſt. Plin. epiſt. 81, Studeamus ergo: nec deſidiæ noſtræ prætendamus alienam.

Prætendere ſegeti ſepem, Enuyronner les bles dune haye. Virg. lib. 3. georg. Riuos deducere nulla Religio vetuit, ſegeti prætendere ſepem.

Prætẽdere, Præmõſtrare, exhibere. Cic. Priuatorũ munꝰ eſt, æquo & pari cũ ciuibꝰ iure viuere, neq; ſummiſſũ & abiectũ, neq; ſe efferẽtẽ prætẽdere. Se mõſtrer deuãt les autres par gloire.

Prætendere, Præferre. Virg. lib. 4. georg. Fumóſque manu prætende ſequaces.

PRAETENTO, prætentas, prætentare, Prius tentare. Quintil. lib. 4, Sed quid in ingreſſu parcius & modeſtius prætentenda eſt iudicijs miſericordia. Eſprouuer auant, & tenter.

PRAETER, præpoſitio, Accuſatiuo ſemper iũgitur, & excipiẽdi vim habet. Plaut. in Amphit. 4. 246, Nec nobis, præter me, alius quiſquã eſt ſeruꝰ Soſia. Excepte moy, il ny a ſeruiteur que moy. Ibidem, 8. 224, Nunc quidẽ, præter nos, nemo eſt: dic mihi verum ſerió. Idem in Sticho, 14. 6, Hodie pollinctura præter nos iactura nemini dabitur. Ibidem, 3. 46, Nũquis hic eſt alienus noſtris dictis anceps auribꝰ? P A. nullus præter nos, téq; . Il ny a nul que nous.

Præter, Vltra. Quintil. Multa erant præter hæc quæ obijci merito potuiſſent. Oultre ce, ou

ſans ce,&c. Plin.lib.x,Præter hominem ſomniare equos,canes,boues,pecora,capras,palàm eſt. Terẽt.in Adel.2.3.5,Itaque vnã hanc rem me habere præter alios præcipuã arbitror. Oultre que tous les autres nont. Plaut.in Amphit.8.9,Præter omnes illum amo. Idem in Merc. 11.24,Nullũ hercle præter hunc diem illa apud me erit. Fors que ce iour,ou ce iour cy paſſe. Idem in Moſtell.10.38,Præter vecturã tres minas dedi pro iſtis poſtib⁹.

Præter cætera,Plus quàm cætera. Terẽt.in And.1.1.31,Horũ ille nihil ægregiè præter cætera ſtudebat. Il ne mettoit point ſon eſtudie a aucune de ces choſes plus que aux autres. Plaut.in Aſin.16.6, Ah ſceleſta ego præter alios meũ virũ fui rata ſiccum,frugi. Plus que tous autres. Terent.in Adelph.1.1.95, Et quia erat forma præter cæteras honeſta ac liberali,accedo ad pediſequas.

Præter æquum. Terẽt.in Hecyra,2.1.29,Meo labori haud parcẽs præter æquum atque ætatem meam. Contre raiſon.

Præter æquũ & bonum,Oultre droit & raiſon. Terent.in Adel.1.1.39, Nimium ipſe durus eſt præter æquúmque & bonum.

Præter ætatẽ. Plaut.in Epid.3.3,Præter ætatẽ & virtutẽ ſtultus es. Il ne cõuient point a ton eage,ou,cela repune que vng ſi viellart ſoit ſi fol,ceſt cõtre ton eage. Idem in Heaut.1.1.7,Quod mihi videre præter ætatẽ tuã facere, & præter quàm res te adhortatur tua. Il me ſemble que tu fais ce hors dage, il me ſemble que tu nes plus en eage de ce faire,ou,tu es trop vieulx pour ce faire.

Præter libidinem. Terẽt.in Hecyra,1.2.27,Fortaſſe aliquanto iniquior erat præter eius libidinem. Plus quil ne vouloit.

Præter morẽ,Cõtre la couſtume. Terẽ.in And.5.3.8,Adeón' impotẽti eſſe animo,vt præter ciuiũ morẽ atq; legẽ,& ſui volũtatẽ patris,tamẽ hãc habere ſtudeat cũ ſũmo probro?

Præter naturã. Cic.Philipp.1, Multa autẽ impendere videbantur præter naturam,etiam prætérque fatum.

Præter opinionem. Terent.in Hecyra,5.1.37,Nunc autem cum te eſſe præter noſtrã opinionem comperi:fac eadem vt ſis porró. Autre que ne penſions. Præter optatum. Cic. in Piſonem, Nam vt amitteretis exercitum, nunquã mehercule optaui:illud etiã accidit præter optatum meum,ſed valde ex voluntate.

Præter ſententiam. Plaut.in Merc.19.20,Omnia mihi hodie eueniunt præter ſententiam. Contre mon vouloir.ou,autrement que ie ne penſoie.

Præter ſpem. Plaut.in Merc.19.50,Præter ſpem ſaluæ ſum⁹,ne dubita,apud me ea eſt. Cõtre toute eſperãce. Terẽ.in And.2.6.5,Præter ſpem euenit!ſentio:hoc malè habet virũ. Autremẽt quil neſperoit. Idem in Heaut.1.5.6,Vt præter ſpem euenit quàm timui malé! Idem in Phor.2.1.9,Incertum eſt quid agam:quia præter ſpem,atque incredibile hoc mihi obtigit.

Præter hæc ſi me irritaſſis,animum inducam vt iſtuc verum te eloçutũ eſſe arbitrere. Si tu me irrite dauantage. Plaut.in Sticho,6.21.

Præter hac,apud Plautũ ſæpius legitur,pro,Dicy en auãt. In Rud.24.73, Si præter hac tu verbũ faxis hodie,ego tibi cõminuam caput. Si deſormais tu dis vng mot. Idem in Menęh.16.25,Nõ inquã patiar prẹter hac,quin vidua viuã,quàm tuos mores perferã. Idem in Menæh.4.2,Præter hac ſi mihi tale poſt hũc diem faxis,faxo foris vidua viſas patrẽ.

Præter,Ante. Vt præter oculos,Par deuant les yeulx. Cic.in Verrẽ,act. v,Serui autẽ eius qui & moribus ijſdẽ eſſent,quibus dominus,& eodẽ genere ac loco nati, præter oculos *Lolij*, hæc omnia ferebant. Plin.epiſt.31.c,Erit ergo pergratũ mihi,hanc effigiem eius ſubinde intueri,ſubinde reſpicere,ſub hac conſiſtere,præter hanc commeare.

PRAETERBITO,præterbitas. Vide Prætereo.

PRAETERDVCO,præterducis,præterduxi,præterductũ,præterducere,Mener oultre, ou par deuãt. Plaut.in Mil.3.68,Quæ me ambæ obſecrauerint vt te hodie quaſi põpam illãc præterducerem. Que ie te menaſſe par la deuant.

PRAETEREA,aduerbiũ,Id eſt præter hæc quæ dicta ſunt. Oultre ce,dauantage. Plaut.in Trucul.16.27,Dedi equidẽ hodie ei quinque argẽti deferri minas,præterea vnã in opſonatũ. Terẽt.in Adel.2.2.16,Age,noui tuũ animum:quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ,dum huic obſequare. præterea autẽ te aiunt proficiſci Cyprũ. Donatus,Præterea autẽ ἀρχαϊσμὸς figura. nam veteres libenter cõiunctiones multiplicabant. Virg.Præterea haud ſupplex aris imponit honores.

Præterea,interdum habet pronomen tam ſingularis quàm pluralis numeri incluſum.

De ſingulari. Virg. Si duo præterea tales Idæa tuliſſet Terra viros. Id eſt præter eũ AEneã. Cic. Seruio Sulpitio, À me verò ita diligitur, vt tibi vni concedã, præterea nemini. Id eſt, præter te. Idem Philipp. prima, Nihil tum, niſi quod erat notũ omnib⁹ in C. Cęſaris cõmẽtarijs reperiebatur, Num qui exules reſtituti? vnũ aiebat, præterea neminẽ. Terẽt. in Phor. 3.2.29, Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus ſies.

De plurali. Cic. Lẽtulo, Præterea quidem de cõſularibus, nemini poſſum erga te eſſe teſtis. Id eſt, præter eos.

PRAETEREO, præteris, præteriui, vel præterii, præteritũ, præterire, Vltra ire, Paſſer oultre. Præterire per vias, villam, aliquẽ. Plau. in Merc. 24.45, Nõ vtibile hic locus factis tuis, dũ memoramus arbitri vt ſint qui prætereãt per vias. Idem in Aulul. 14.15, Iam hunc nõ auſim præterire quin conſiſtam, & colloquar. Idem in Trin. 14.27, Strenuos præterire, more fit. Terent. in Eunucho, 4.2.5, Dum hæc puto, præterii imprudẽs villam. Idem in Adel. 4.2.36, Præterito hac recta platea ſurſum. Paſſe oultre par &c.

Præterijt dies. Plaut. in Phor. 3.2.40, Tibi quidẽ olim eſt dies quã ad dares huic, præſtituta. P. factũ. D. num ego iſtuc nego? A. iámne ea præterijt? Idem in Eun. 2.2.52, Sine biduũ hoc prætereat, Que ces deux iours ſe paſſent. Ibidem, 3.4.4, Locus, tempus conſtitutum eſt. præterijt tempus,

Præterijt ętas. Ter. in Phor. 2.3.76, Nã tua pręterierat iã ad ducẽdũ ętas. Tu eſtois hors dage

Præterire malũ, Eſchapper aucun mal. Terẽt. in Hecyra, 3.4.5, Neſcis quid mali præterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.

Præterire aliquid, Paſſer oultre ſans en faire mẽtion, loublier. Terẽt. in prolog. Adel. 14, Per noſcite, furtúmne factum exiſtimetis, an locũ reprehenſum, qui præteritus negligentia eſt. Plin. epiſt. 115. m, lib. v, Poſtulationem Varenij ſilentio præterijt.

Præterit me hæc res. Terẽt. in Hecy. 5.4.37, An temere quicquã Parmenonem prætereat, quod facto vſus ſit? Penſes tu que Parmeno fuſt hõme doublier & omettre quelque choſe neceſſaire de faire? ou quil ne ſache bien tout ce quil fault faire?

Nec me prẽterit vſum eſſe & haberi optimũ dicẽdi magiſtrũ. Ie ſcay biẽ. Plin. epiſt. 115. a, lib. VI. Et apud Ciceronem in C. Verrem, act. v, Neminẽ veſtrum præterit Iudices omnem vtilitatem, opportunitatémque prouinciæ Siciliæ, quæ ad cõmoda pop. Ro. adiuncta ſit, conſiſtere in re frumentaria maximé. Il ny a celúy dentre vous qui ne ſache.

Præteritus præterita præteritum, Que on a paſſe oultre.

Præteriti dicuntur etiam extincti. Propertius, Fas eſt præteritos ſemper amare viros.

Præteriti, Qui in petitiõe magiſtratuũ repulſam habuerũt, vt ſæpe apud Ciceronẽ inuenies. Feſtus, Præteriti ſenatores quondã in opprobrio nõ erãt, quòd vt reges ſibi legebãt, ſublegebántq; quos in cõſilio publico haberẽt: ita poſt exactos eos, Cõſules quoq; & Tribunos militũ cõſulari poteſtate cõiũctiſſimos, ſibi quoſque patriciorũ & deinde plebeiorũ legebãt, donec poteſtas tribunitia interuenit: qua ſancitũ eſt vt cenſores ex omni ordine optimum quenque curiatim in ſenatu legerẽt. quo factum eſt, vt qui præteriti eſſent, & loco moti, haberentur ignominioſi.

Præterbito, præterbitas, præterbitare, Frequentatiuũ, Frequẽter ire. Interponitur b, quaſi præterito præteritas. Plaut in Epid. 10.1, Caue præterbites illas ædes, quin roges, ſenex hic vbi habitat Periphanes Platenius?

PRAETERGREDIOR, prætergrederis, prætergredi, Vltra tranſire, Paſſer oultre. Cic. Appio Pulchro, Currens Læpta venit, mihíque nuntiauit, te iam caſtra prætergreſſum eſſe. Apuleius, Cúmque ſtabulum prætergreſſus fuiſſem, re cognita cœpit retrocedere.

PRAETERMITTO, prætermittis, prætermittere, Intactũ relinquere, Laiſſer, omettre, paſſer quelque choſe ſans le faire, ou en dire mot. Terẽt. in Adel. 3.3.60, Nihil prætermitto. cõſuefacio. Idem in Eun. 5.9.64, Nihil prætermiſſum, ita hic omnes vos valete & plaudite. Rien na eſte oublie. Cic. de aruſp. reſpõſ. Si quid eſt prætermiſſum aut cõmiſſum afferunt.

PRAETERPROPTER, vna dictio eſt, ſignificãs prẽterquàm propter, hoc eſt propter aliã cauſſã, quàm propter eã de qua loquimur. vt, præterpropter vitã viuitur, hoc eſt, propter aliã cauſſam viuitur quàm vt viuatur, vt puta propter laudẽ, propter virtutẽ, propter gloriã. Enni⁹, Otio qui neſcit vti, pl⁹ negotij habet, quàm cũ eſt negotiũ in negotio. Nã cui quid agat inſtitutũ eſt, nullo negotio id agit: ſtudet, ibi mẽtémq;, animúmq; delectat ſuũ. Otioſo initio animus neſcit quid velit. Hoc idem eſt enim, neque domi nũc nos, nec militiæ ſum⁹. Imus huc hinc illuc. cum illuc ventũ eſt ire illinc libet. Incerte errat animus præterpropter vitã viuitur.

PRAETERQVAM, vnica dictio eſt, quæ requirit ſemper præcedentẽ caſum, quia idem

verbũ ſubintelligitur. vt nemo id dixit præterquàm Cicero, Si nõ Cicero. Nullius id intereſt præterquàm patris. Nulli id placuit, præterquàm Cæſari. Neminem præterquàm prætorẽ tiʼ meo. O vos omnes præterquàm Plato, legite. À nemine, præterquàm à Socrate didici. Plau. in Merc. 3.94, Lucrum ingens facio, præterquàm mihi meus pater dedit, æſtimatas merces. Ibidẽ, 23, Nec pol profecto quiſquã ſine grãdi malo, præterquàm res patitur, ſtudet elegãtiæ. Terent. in And. 4.4.14, Verbum ſi mihi vnum, præterquàm quod te oro, faxis: caue. Præterquàm, pro aliter quàm aliquãdo ponitur. Liuius lib. 1, Vocata ad conſilium multitudiʼ ne, quæ coaleſcere in populi vnius corpus nulla re præterquàm legibus poterat, iura dedit. Præter quàm diſiunxit Plautus, interpoſita altera dictione, in Perſa, 10.38, Virgo atque mulier nulla erit, quin ſit mala, quæ præter ſapiet, quàm placet parentibus.

Præterquàm quòd, nõnulli vnã dictionẽ exiſtimant eſſe, ſignificátq; niſi quod. Terẽt. in Heaut. 2.4.20, Nam dũ abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues: præterquàm tui carendum quòd erat. Plin. Omnia nobis ex voto ſucceſſerunt, præterquàm quòd in itinere, defunctam matrem audiuimus.

PRAETEXTA, vide poſt PRAETEXO.

PRAETEXO, prætexis, prætexui, prætextum, prætexere, Prius facere, ſeu prius ordinare, vt Ciceronis exemplum à Priſciano prolatum indicat, Si omnia quæ fiunt, quæque aguntur leuioribus principijs natura ipſa prætexuit.

Prætexere, Cooperire. Plin. in Paneg. 27, Veniet ergo tempus quo poſtea viſere, viſendũ tradere minoribus ſuis geſtient, quis ſudores tuos hauſerit campus, quæ refectiones tuas arbores, quæ ſomnium ſaxa prætexerint.

Prætexere ponitur pro contexere, abſcondere, excuſare, quaſi aliud quàm ſit oſtendere. Virg. Non tamen Anna nouis prætexere funera ſacris Germanam credit.

Prætextum dicitur illud velamentum, quo moueri aliquis videtur ad aliquid agendũ, cũ tamen alia cauſſa moueatur. Gallicè dicitur Coleur, couuerture. Suet. de Cæſare, Et prætextũ quidẽ illi ciuilium armorum hoc fuit, cauſſas autem alias fuiſſe opinantur.

Prætexta, prætextæ, fœ. gen. Genus veſtimenti oblongum ac talare, quo pueri vtebantur vſque ad annum decimũſeptimum: quo tempore togã virilem ſumebãt, depoſita prætexta puerili. Prætexta dicta eſt, quòd purpura circũtexta erat. Pædianus in Prætură Vrbanã, author eſt, prætextã nobiliũ fuiſſe tam mulierũ quàm virorũ. Cic. in eadem Prætura, Eripies igitur pupillæ togã prætextã, detrahes ornamẽta nõ ſolũ fortunæ, ſed etiã ingenuitatis? Prætextam Cicero pupillæ tribuit, quã nubẽtes deponebãt, inquit Feſtus. Rurſus Cicero de pupillo quodã, Neque te tã cõmouebat quòd ille in toga prætexta, quàm quòd ſine bulla venerat. Veſtitus enim neminẽ cõmouebat, quem illi mos & ius ingenuitatis dabat: quod ornamẽtum pueritiæ pater dederat, indicium atque inſigne fortunæ, hoc ab iſto prædone ereptum eſſe grauiter homines ferebant.

Erat ſua magiſtratuũ prætexta. Liuius lib. 7. ab vrb. cõd. Nõ patiẽtibus Tacitũ Tribunis, pro Cõſule vno plebeio tres patricios magiſtratꝰ curulibꝰ ſellis prætextatos tãquã cõſules ſedẽtes nobilitatẽ ſibi ſumpſiſſe. Tacitus lib. xix, Sed vbi Cecinna prætexta & lictoribꝰ inſignis dimota turba cõſul inceſſit, exarſere victores. Sic apud Ciceronẽ pro domo ſua, Videte prætextatos inimicos. Id eſt, in magiſtratu poſitos. Et apud Pliniũ lib. 23, de Petreio, Prætextatũ immolaſſe ad Tibicinẽ. Ad ea quæ dicta ſunt, pertinet illud Plinianũ in nono, de purpura loquẽs, Hinc faſces ſecureſque Romanæ viã faciũt: idemque pro maieſtate in pueritia eſt: diſtinguit ab equite curiã: dijs aduocatur placãdis: omnemque veſtẽ illuminat: triũphali miſcetur auro. Alluſit enim his verbis Pliniꝰ ad purpurã magiſtratuũ: & ad eã qua pudor ingenuitatis ſignificatur: vt inquit Macrobius: & ad ſacerdotalẽ prętextam, qua ſacris operãtes vtebãtur: & ad triũphalẽ, & ad latumclauũ, quod inſigne eſt ſenatoriæ dignitatis, diſcriminãs ſenatum ab equeſtri ordine: erátque non toga, ſed tunica. De triũphali Suetonius in Tiberio, Triũphũ (inquit) ipſe diſtulit, mœſta ciuitate clade Variana: nihilominus vtbẽ prætextatꝰ & laurea coronatus intrauit. Lucius Valerius apud Liuiũ lib. 4. de bello Maced. in oratione quã habuit pro fœminis ius auri ac purpuræ poſtulãtibus à ſenatu, M. Catone reclamãte, Purpura (inquit) viri vtemini, prætextati in magiſtratibus, in ſacerdotiis: liberi noſtri prętextis purpura togis vtẽtur: magiſtratibꝰ in colonijs, municipiiſq; togæ prętextæ habẽdæ ius eſt: nec id vt viui ſolũ habeãt tãtũ inſigne, ſed etiã vt cũ eo cremẽtur mortui: fœminis duntaxat vſum purpuræ interdicemus. Quibus verbis omnẽ prætextæ vſum Liuius cõplexus, eo etiã amplius docuit eos qui in magiſtratu moriebãtur prætextatos in rogũ ferri, cũ prætextáque cremari ſolitos eſſe Romæ,

Ex Valerio autem intelligere datur hũc morem fuiſſe, vt prætor qui iudex quæſtionis & quæſitor rerũ capitaliũ dicebatur, non antè ſententiã in reũ noxæ capitalis pronũtiaret, quàm prætexta exuta. Sic enim inquit lib. 1 x, Cõſimili impetu mortis C. Lucini⁹ Macer, vir prętorius, repetũdarũ reus: dũ ſentẽtiæ dicerẽtur, in Menianũ cõſcẽdit. Siquidẽ cũ M. Ciceronẽ, qui id iudiciũ cogebat, prętexta ponẽtẽ vidiſſet: miſit ad eũ, qui diceret ſe nõ dã natũ, ſed reũ perijſſe, nec ſua bona haſtę poſſe ſubijci. ac protinus ſudario, quod forte in manu tenebat, ore & faucibus ſuis coarctatis, incluſo ſpiritu, morte pœnam præcurrit.

Prætextatus prætextata prætextatũ, Prætextati pueri dicebantur qui prætexta adhuc & bulla vtebantur, quod fiebat vſque ad annum decimum ſeptimum: quo tempore togam virilem ſumebant, depoſita prætexta puerili, vt meminit Cicero in proœmio Lælij, Ego autẽ (inquit) à patre ita eram deductus ad Scæuolam ſumpta virili toga, vt quoad poſſem, & liceret, à ſenis latere nunquam diſcederem.

Prætextati & prætextatæ, pueri & puellæ ingenui & ingenuę. qua dictione vſus eſt author in ſtitutionum iuris, in tractatu de iniurijs. Siue quis matremfamilias, aut prætextatum, prætextatámve aſſectatus fuerit. Iuuenalis ſatyr. x, Nec prætextatum rapuit Nero loripedem vel ſtruinoſum. Suet. in Auguſto, Maritis è plebe proprios ordines aſſignauit: prætextatis cuneum ſuum & proximum pædagógis.

Prætextati anni à Plinio dicuntur lib. 33, pro annis pueritiæ. Et ætas prætextata, Gellio lib. primo dicitur.

Prætextati mores, etiam Feſto dicuntur in integris codicibus. & Macrobio, & Iuuenali, Sic prætextatos referuntur Artaxata mores.

Prætextatæ puellæ dicebantur à prætextis quas nubentes deponebant.

Prætextatus ſermo. Feſtus in integris codicibus, Prætextatum ſermonẽ ab eo dictum putãt, quòd prætextatis nefas ſit obſcœno verbo vti. Alij dici putãt, quòd nubentibus depoſitis prætextis, à multitudine puerorũ obſcœna clamẽtur. Ideóque prætextatũ ſermonẽ appellabant, qui nihil obſcœnitatis haberet. Contra hanc tamẽ Feſti opinionem Suetonius, Gellius, Macrobius prætextatũ ſermonẽ acceperũt, pro eo qui aperte rem obſcœnã ſignificat. Suetonius in Veſpaſiano, Erat enim dicacitatis plurimæ, & ſic ſcurrilis ac ſordidæ, vt ne prætextatis quidẽ verbis abſtineret. Macrobi⁹ lib. 2, Saturnal. Hæc nobis ſit literata lætitia, & docta cauillatio vice planipedis & ſubulonis impudici & prætextata verba iacientis.

Aſſectari prętextatũ aut prætextatã à Iuſtiniano dictũ eſt, pro eo quod eſt, pudorẽ pueri inge nui, aut puellæ ſuggillare, & notã infamiæ, tãquam ſcorto maſculo, fœmininóque inurere.

Prætextus prætexta prætextum. Prætextæ actiones ſeu comœdiæ, dictæ à prætexta. Horatius, Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas. In his imperatorum negotia agebantur & publica: regéſque Romani, vel duces inducebãtur perſonarũ dignitate penè ſimili.

Prætextæ dictæ, quòd in his ferè regum aut magiſtratuum acta comprehenduntur, qui principio prætexta toga vtebantur.

PRAETIMEO, prætimes, prætimui, prætimere, Fort craindre. Plaut. in Amphit. 3.29, Mirari nõ eſt æquum ſi ſibi prætimet.

PRAETIAMITATORES, inquit Feſtus, dicũtur qui flaminibus diali Quirinali, Martiali antecedunt, exclamant enim ferijs publicis vt homines abſtineant ſe opere, quia ijs opus facientem videri irreligioſum eſt.

PRAETOR, prætoris, m. g. Omnis magiſtratus appellabatur, cui pareret exercitus. Victorin⁹, Notare debem⁹, omnes magiſtrat⁹ prætores appellatos: ſed patres, quo tẽpore L. Sextius prim⁹ ex plebe cõſul creat⁹ Furiũ Camillũ primũ prætorẽ vrbanũ, qui ius in vrbe diceret, creauerũt. Mox vnico prætore nõ ſufficiẽte, quòd multi peregrini ciuitatẽ venirẽt, alius creat⁹ eſt peregrin⁹: eo quòd plerũque inter peregrinos ius dicebat. Capta deinde Sardinia, aliiſque prouincijs, totidẽ prætores quot prouinciæ in ditionẽ venerãt creati ſunt, partim qui vrbanis rebus, partim qui prouincialibus præeſſent. Liuius lib. 5, ſcribit primum prętorẽ ex patribus qui ius in vrbe diceret, creatũ fuiſſe: penes quem magiſtratum omnis publici priuatique iuris poteſtas, vt & nouũ ius cõdere, & vetera abrogare facultas eſſet: idque ob magiſtratus honorẽ, Ius honorariũ appellatũ eſt: quũ tamẽ regia illi eſſẽt inſignia, vt apparatu cõſulibus penè par videretur. Creatus cũ cõſules auocarẽtur bellis finitimis, nec eſſet qui in ciuitate ius diceret. Prætor dicitur, vt Liuius innuit, à præeſſendo: vt Varro, à præeũdo, quaſi præitor, quòd præiretiure & exercitu.

Prætura præturæ, Ipſa prætoris dignitas.

Prætorius, prætoria prætorium, Quod eſt prætoris, ſeu quod ad prætorem pertinet. vt præ

rium ius, prætoria cohors, quæ à prætore non diſcedebat. Scipio enim Africanus primus fortiſſimum quenque delegit, qui ab eo in bello non diſcederet, & certo munere militiæ vacaret, & ſeſquiplex ſtipendium acciperet.

Prætoria porta, Qua exercitus in prælium educitur: quia initio prætores erant, qui nunc conſules. & hi, bella adminiſtrabant.

Prætorius vir, Qui præturam geſſit. Cic. pro Plancio, Cedat conſulari generi prætoriũ, nec contendat cum prætorio equeſter locus.

Prætorium prætorij, n. g. Domus in qua prætor habitat, ſiue dux: quia (vt dictũ eſt) omnis magiſtratus cui pareret exercitus, prætor dictus eſt. Liuius lib. 3, Quercus ingẽs arbor prætorio imminebat: cui⁹ vmbra opaca ſedes erat. Hoc alio nomine à Quintiliano dicitur Auguſtale.

Prætorium, Magnifica & ampla domus in agro & ruri extructa: in quæ ędificia, pecunias ingentes effundebant. Suet. de Caligula, In extructionibus prætoriorum atque villarum omni poſthabita ratione, nihil tam efficere concupiſcebat, quàm quod effici poſſe negaretur.

Palladius lib. 1, Ipſius prætorij ſitus loco aliquatenus erectiore & ſicciore propter iniuriam fundamentorum, & vt læto fruatur aſpectu.

Prętorium, Locus in quo prætor ius dicit. Vnde dicimus dimitti prætorium, ſicut dimitti ſenatum. Liuius, Fuluius ne id ipſum impedimento incœpto foret, dimittens prætorium, tribunis militum ac præfectis ſociorum imperauit, &c. Ponitur enim continens pro contento, vt ſæpe fieri ſolet.

Prætorianus prætorianaiprætorianum, Qui apud prætorem, ſeu in prætorio verſatur. Cic. pro Cælio, Nemini vnquam præſenti prætoriani maiores honores habuerunt, quàm M. Cælio.

Prætoriani milites, honoratiores erant, qui Romæ habebant caſtra, quæ prætoria dicebãtur. Ex prætoriano exercitu Otho factus eſt imperator.

PRAETRVNCO, prætruncas, prætrũcare, Coupper. Plaut. in Capt. 13.7, Arripuit gladium, prætruncauit tribus tergoribus glandia. Idem in Mil. 6.47, Nónne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam iubes?

PRAEVALEO, præuales, præualui, præualere, Antecellere, & quaſi in maiori pretio eſſe, vel meliorem eſſe. Eſtre plus vallable. Plin. Vtræque in pretio ſunt, ſed tamen præualent margaritæ. Sont plus deſtime. Idem lib. 9, Vulturum præualent nigri.

PRAEVARICOR, præuaricaris, præuaricari, Ex præ & varicor. Varicari autem à varicibus, quæ (teſte Nonio) ſunt venæ in ſuris inflexæ & obtortæ. Præuaricari, à recto diſcedere, Aller tortu. Plin. lib. 8, Arator niſi incuruus, præuaricatur.

Præuaricari, Eſt quocunque modo à præſcripto officij ſui deflectere. Se deſuoyer de faire ce que on doibt, aller de trauers. Cic. in aruſpicũ reſpõ. À Catilina pecuniam accepit, vt turpiſſime præuaricaretur. Idem pro A. Cluentio, Quid enim poterat tum in gratiam redire cum Oppianico Cluentius? qui cum matre habebat ſimultates, hærebat in tabulis publicis reus & accuſator: condemnati erãt Fabritij: nec elabi alio accuſatore poterat Albius, nec ſine ignominia calũniæ relinquere accuſatiouem Cluentius. an vt præuaricaretur? iam id quoque ad corrumpendum iudicium pertinet.

Præuaricator, præuaricatoris, Qui ab officij ſui præſcripto deflectit atque aberrat. Qui ne faict point ſon deuoir, comme il fault. Martialis iuriſcõſ. præuaricatorem fuiſſe ſcribit eum qui colludere cum reo, & tranſlatitio munere accuſandi defungeretur, eo quòd proximas quidẽ prohationes diſſimularet, falſas verò accuſationes admitteret. Vlpianus ſcribit præuaricatorem eſſe qui aduerſam partem iuuat, prodita cauſſa ſua: allegátque Labeonẽ qui hoc nomen à varia certatione tractum ſenſit. Cic. in Verrem, In quorum altero es confeſſus, à te accuſatores eſſe inſtructos, & ſubornatos: in altero, incõſtantiam tuam cum leuitate, tum etiam periurio implicatã refelliſti: cũ quem alieniſſimũ à te eſſe dixiſſes, eum domi tuæ fuiſſe: quẽ præuaricatorem ab initio iudicaſſes, ei te, quos rogaſſet, ad accuſandum libros dixeris dediſſe.

Apponere ſibi præuaricatorẽ dicebant, pro eo quod dicimus curauit ſe per tertiũ adiornandum, vt colluderet ſcilicet. Cicero, Antoniana ſecunda, Iam vereor patres conſcripti, ne quod turpiſſimum eſt, præuaricatorem mihi appoſuiſſe videar.

Præuaricatio, præuaricationis, f. g. Faulte, deſuoyement de ce que on doibt faire. Plín. Iunior, Alioqui præuaricatio eſt tranſire dicenda, præuaricatio etiã curſim & breuiter attingere, quæ ſunt inculcanda, infigenda, repetenda.

PRAEVEHO, præuehis, præuexi, pręuectũ, præuehere, Prius ducere. Liuius lib. 9, Sed equites Romani præuecti per obliqua campi, cum ſe fugientibus obtuliſſent.

PRAEVELO, præuelas, præuelare, Prius operire. Claudianus lib. 2. de raptu Proſerpinæ,

Et ſparſos religant crines, & vultibus addunt, Flammea ſollicitum præuelatura pudorem.

PRAEVENIO, præuenis, præueni, præuentum, præuenire, Ante venire. Preuenir.

PRAEVERTO, præuertis, præuerti, præuerſum, præuertere, actiuum, & Præuertor præuerteris, præuerti, deponens, Præterire, præcedere. Virg. Volucremque fuga præuertitur Hebrum. Plaut. in Capt. 9.7, Inde illico præuertor domum. Ie men vois deuant en la maiſon.

Præuerti foras, Sen aller hors. Plaut. in Amphit. 15.24, Famem expectat obambulans. s. curioſè quidem: foras enim clauſit, ne præuorteretur foras.

Præuertere aliquem præ rep. Plaut. in Amphit. 6.30, Nunc ne legio præſentiſcat, clàm illuc redeundum eſt mihi: nec me vxorem præuortiſſe dicant præ republica, Quils ne dient que iay eu plus de cure & de ſoing de ma femme, que de la rep. ou plus ayme.

Præuerti aliquid rebus omnibus. Plaut. in Ciſtell. 11.8, Abi cito. D. pręuorti hoc certũ eſt rebus alijs omnibus. Ie feray cecy deuãt toutes autres choſes. Idem in Merc. 7.34, Ergo ædepol, ſi ſapias, eas, ac decũbas domi. c. otiũ nõ eſt: mãdatis rebus præuorti volo. Id eſt, Trãſigere volo prius quæ mihi mãdata ſunt, quàm vt meũ procurẽ corpus. Idem in Capt. 7.101, Eadem percontabor ecquis hunc adoleſcentẽ nouerit. ſequere, te vt amittam: ei rei primùm præuorti volo. Que cecy ſoit faict deuãt que autre choſe. Idem in Capt. 19.29, Certum eſt principium id præuortier. Id eſt, ante omnia fieri. Familiare eſt Plauto verbũ. Significat autẽ præuertere, aliquid cæteris rebus ante ponere, vel magis alicui rei operam dare.

Præuertere ſeriò quod dictum eſt iocó. Plaut. in Amphit. 10.40, Si quid dictum eſt per iocũ: non æquum eſt id te ſeriò præuortier. Prendre a bon eſcient.

Præuertere alicui poculum. Plaut. in Mil. 10.58, Neque prærípio pulpamentum, neque præuorto poculum.

Præuorti pigritiæ. Plaut. in Merc. 4.3, Abige abs te laſſitudinem: caue pigritiæ præuortier. Deſtre lurprins de pareſſe.

Præuerſus præuerſa præuerſum, Qui deuant toutes autres choſes eſt faict ou expedie.

Præuerſum fulgur (inquit Feſtus) quod ignoratur, noctu, an interdiu ſit factum.

PRAEVIDEO, præuides, præuidi, præuiſum, præuidere, Preuoir. Ante videre. Terent. in And. 1.2.12, Herus eſt, neque præuideram. Plin. Id nos futurum præuideramus.

PRAEVIVS, præuia, præuium, Quod antecedit. Qui va deuant, & monſtre le chemin. Cic. Alcion genuit claris delapſus ab aſtris, Præuius auroræ, ſolis, noctiſque ſatelles.

PRAEVOLO, præuolas, præuolare, Ante volare. Plaut. in Mil. 3.41, Nouiſſe mores me tuos meditate decet, curámque abhibere vt præuolet mihi quò tu velis.

PRAGMATIS, f.g. Latine dicitur actio ſiue negotiatio.

Pragmaticus pragmatici, Negotialis dicitur. Pragmatici erant homines quidam forenſis profeſſionis, qui cauſſarum actores, interdum iuris ignaros monebant, iuris reſponſa, formulaſque actionum ſubminiſtrantes, quaſi admonitores poſtici, dicendorúmque ſuggeſtores, cum ad iuris diſceptationem ventum erat. Quintil. lib. x i, Quid ſi forte peritus ille iuris non aderit? neque ego ſum noſtri moris ignarus, oblitúſve eorum, qui velut ad arculas ſedent, & tela agentibus ſubminiſtrant: neque idem quoque Græcos neſcio factitaſſe, vnde nomen ijs pragmaticorum datum eſt. Cic. lib. 1. de Orat. Itaque non vt apud Græcos infimi homines mercedula adducti miniſtros ſe præbẽt in iudicijs oratoribus, ij qui apud illos pragmatici vocantur, ſic in noſtra ciuitate, &c. Inde illud Satyrici in ſepti. Si contigit aureus vnus: Inde cadunt partes in fœdera pragmaticorum. Olim igitur pragmaticis forum Romanum non vtebatur: poſtea vti cœpit, vt ex Satyrici dicto oſtenditur.

Pragmatica ſanctio dicta eſt, quòd per eam à ſupremo atque ordinario iudice diſcedatur, & omnia, pragmaticorum arbitrio terminentur.

PRANDIVM, prandij, n.g. Le diſner. Ab edendo dicitur, quaſi peredium: Cibus qui ante meridiem ſumitur. Vel dicitur quaſi parandium, quia debemus accipere quod paratũ eſt. Plaut. in Pœnulo, 19.6, Partem prandij pignus cœpi, abij foras.

Prandiolum prandioli, diminutiuum.

Prandiculum prandiculi. Feſtus, Prandicula antiqui dicebant, quæ nunc ientacula.

Prandeo prandes, prãdi, & prãſus ſum, prãdere. Diſner. Plaut. in Menæch. Prãdi, & potaui, ſcortúmque accubui. Idem. in Amphit. 11.13, Vt re diuina facta mecũ prandeat. Et in Menæch. 9.49, Prandi in naui. Idem in Rud. 22.29, Sed hic rex cũ aceto prãſurus eſt atque ſale.

Pranſi (inquit Nonius) non ſolum qui pranderent, dicuntur, ſed etiam quibus nihil deſit. Varro, Quare ô Marce, pranſum, ac paratum eſſet hoc minime oportet.

Pranſito pranſitas, pranſitare, Frequentatiuum. Plaut. in Aſin. 3.18, Nequam homines qui polentam pranſitant.

Pranſor pranſoris, Qui diſne, qui eſt inuite a diſner. Plaut. in Menæh. 8.2, Bonum anteponam prandium pranſoribus.

PRASINVS, praſina praſinum. Praſinus color, viridis ad ſimilitudinem porri. Nam πράσον latinè porrum dicitur. Hinc veſtes è viridi lana, praſinæ dicuntur. Martialis, De noſtra praſina ſyntheſis empta toga. Plaut. Praſina, coccina, tyria, focale, ſoccos, monilia amiſit. Praſius, Gemma quædam è viridentium genere.

PRATVM, prati, n.g. In quo ad fructum percipiendum falce dúntaxat opus eſt. Vng pré. Dictum pratum, quod ſine ope paratum ſit ad fructum faciẽdum. Columella lib. 2, Prato veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt partes: nomen quoque indiderunt ab eo, quòd protinus eſſet paratum, nec magnum laborem deſyderaret.

Prata etiam dicuntur quæ nunc viridia, vt plurimùm buxo & lauro frequentata.

Pratulum pratuli diminutiuum apud Plinium epiſtola 101.1

Pratenſis & hoc pratẽſe, Quod eſt ex prato. Columella lib. 7, Eóſque nemo dubitat quin optima ſint, vitia in falcem ligata & cicercula, itémque pratenſe fœnum.

PRAVVS, praua, prauum, Quod non eſt rectum. Qui eſt tortu.

Prauus, ad animum refertur, Mauuais. Praui mores. Terent. in Adel. 5.8.22, Etſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum atque alienum à vita mea videatur.

PRECOR, precaris, precari, Prier. Et tunc accuſatiuo iungitur, vt precor te. Plin. in Paneg. 124, Atque hôc magis incenſi ſumus vt precaremur nequãdo tibi nõ eadẽ cauſſa lachrymarũ.

Precari, cum datiuo, ſignificat optare alicui bonã vel malam fortunam. Quintil. Et oram ſoluentibus bene precemur.

Precari ab aliquo, Paſſiue. Cic. de Amicitia, 51, Quàm multa enim quæ cauſſa noſtra nunquam faceremus, facimus cauſſa amicorum: precari amicis ab indigno, ſupplicare, tũ acerbius in aliquem inuehi inſectarique vehementius.

Precis, preci, precem, prece, Et pluraliter preces precum precibus. Priere. Plaut. in Capt. 5.50, Quod ante hac pro iure imperitabã meo, te oro nũc per precẽ. Terẽt. in Phor. 3.3.14, Sed parúmne eſt quod omnibus nũc nobis ſuccẽſet ſenex, niſi inſtigemus etiã, vt nullus locus relinquatur preci? Idem in And. 3.4.22, Nihil eſt preci loci relictũ: iam perturbaui omnia.

Precatio precationis, f g. Priere. Plaut. in Capt. 10.7, Neque precatio præſidijs meis, nec malefactis fuga eſt.

Precator precatoris, Interceſſeur, auocat, qui prie pour vng autre. Terẽt. in Heaut. 5.2.23, Nemo accuſat Syre te, nec tu arã tibi, neque precatorem pararis. Ibidem, 49, Miror nõ iuſſiſſe me arripi: ad Menedemũ hinc pergã. eum precatorẽ mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo. Idem in Phor. 1.2.90, In me omnis ſpes eſt mihi. D. laudo. G. ad precatorem abeã credo, qui mihi ſic oret, Nunc omitte quæſo hunc: cæterum poſthac ſi quicquam, nihil precor.

Precarium precarij, Eſt quod precibus petenti vtendũ conceditur tam diu, quàm diu is qui conceſſit, patitur. Choſe que on ha par priere. Curtius, Sed precarium ſpernebatur imperium.

Precariũ imperium hic dicitur, quod tam diu obtinetur, quàm diu qui cõceſſere, permittunt.

Precario nomen, ipſa terminatione datiui, pro aduerbio accipitur. Par priere. Paulus, Precario habere videtur, qui poſſeſſionem corporis vel iuris adeptus ex hac ſolum modo cauſſa, quòd adhibuit preces, & impetrauit, quod ſibi poſſidere aut vti liceat. veluti ſi me precario rogaueris per fundum meum ire, vel agere liceat, vel vt in tectum meum ſtillicidium vel tignum in parietẽ immiſſum habeas. Plin. de viris illuſt. 7.a, Seruius Tullius quaſi precario regnare cœpit: ſed recte imperium adminiſtrauit. Apud Curtium ait Alexander, Mori præſtat quàm precario eſſe imperator. Precario ſtudere. Plin. epiſt. 150, Quibus ex cauſſis precario ſtudeo: ſtudeo tamen. Plaut. in Trucul. 15.12, Quia nihil habeo, vnum animus monuit mihi, omnia agam precario. Terent. in Eunucho, 2.3.27, Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario fac tradas. Cic. pro A. Cecinna, Ne id quidẽ ſatis eſt, niſi docet ita ſe poſſediſſe, vt nec vi, nec clàm, nec precario poſſederit.

Precario rogare. Cic. in Verrem, act. 7, Quo tempore in tanta inopia nauium, tantáque calamitate prouinciæ, etiam ſi precario eſſent rogandi, tamen ab his impetraretur.

PREHENDO, prehendis, prehẽdi, prehenſum, prehẽdere, Capere, Prẽdre. Plaut. in Pſeud. 11.35. Callidum doctum, qui quando principium prehenderit, porrò virtute ſua teneat. Idem in Amphit. Mi vir, & manum prehendi, & obſculum detuli tibi.

PREMO, premis, preſſi, preſſum, premere, Calcare, & alicui rei inniti cum põdere. Preſſer, fouller, ſarrer. Plaut. in Moſtell. 16.50, Vt non iſtunc ego ſuis pro factis peſſumis peſſum premã. Idem in Aſin. 13.30, Neque illæc vlli pede pedem homini premat. Virg. lib. 4, georg. Et ſpumantia cogere preſſis Mella fauis. Idem lib. x. AEneid. Et lento preſſit pede talia fatus, Exanimem rapiens immani pondere Baltei.

Premere, Aduerſari. Virg. lib. x, AEneid. Numina nulla premunt, mortali vrgemur ab hoſte. Plaut. in Amphit. 15.20, Fata iſtæc me premunt, pertolerarem vim tantam cladéſque exenclarem impatibiles.

Premere, Effodere. Virg. Sulcúmque ſibi premat ipſa carina.

Premere, Inſequi, inſiſtere, Pourſuyure, preſſer de pres. Virg. AEneid. 1, Hac fugerent Graij, premeret Troiana iuuentus.

Premere, Vrgere, Cõtraindre. Virg. lib. 3. georg. Ingentem clamore premes ad retia ceruum. Et lib. 6, Faunique premunt te iuſſa parentis.

Premere, Occultare. Virg. Spem vultu ſimulat: premit altum corde dolorem. Plin. in Paneg. 106, Non iam diſſimulandus eſt amor, ne noceat: non premendum odium ne proſit.

Premere, Refrænare vel cohibere. Virg. lib. 1. AEneid. Imperio premit, & vinculis & carcere frænat. Idem, Et premere & laxas ſciret dare iuſſus habenas. Idem lib. 1x, Sic memorat, vocémque premit.

Premere, Expellere, Dechaſſer. Varro, Inuitámque preſſit ab ædibus.

Premere, Regere, Regir & gouuerner. Virg. lib. 1x, Canitiẽ galea premimus. Et lib. xi, Quos Simois premat ille viros.

Premere, Claudere. Virg. Preſſique oculos, ac vulnera laui.

Premere, Remouere, vel excindere. Virg. lib. 1. georg. Et ruris opaci Falce premes vmbram.

Premere, Occidere. Virg. lib. xi, Armigerúmque remis premit.

Premere, calcare, Fouller au pied. Virg. lib. 2. AEneid. Veluti qui ſentibus anguem Preſſit humi nitens.

Premere, Deponere. Virg. lib. 2. georg. Quod ſupereſt, quæcũque premes virgulta per agros. Alij hoc loco exponunt demergere, infodere. Hæc omnia interpretatur Nonius.

Premere. Vaſtare. Virg. Pelago premit arua ſonanti.

Preſſo preſſas, preſſare, Frequentatiuum. Virg. Preſſabimus vbera palmis.

Preſſor preſſaris, preſſari, deponens. Plaut. in Perſa, 9.11, Vomica eſt, preſſare parce.

Preſſatus preſſata preſſatum, Foulle, preſſe, charge. Plaut. in Aſin. 12.71, Quin tradis hac crumena preſſatum herum?

Preſſus, preſſa preſſum, Onuſtus, grauatus, Chargé, Foulle. Virg. lib. 2. georg. Ceu preſſæ quum iam portum tetigere carinæ.

Preſſus homo, Subtilis. Cic. in Hortẽſio, Quis te autem eſt aut fuit vnquam in partiũdis rebus, in definiendis & explicandis ſententijs preſſior?

Preſſus, præter hæc ſignificata, ea omnia ſignificat quæ Premo.

Preſſus preſſus, preſſui, m. g. Ipſa preſſio. Cic. de Orat. lib. 3, Valerium Soranum lenitate faucis, atque in ipſo vocis preſſu & ſono facile vincat.

Preſſura preſſuræ, Idem quod preſſus.

PRESBYTER, preſbyteri, m. g. Latine dicitur ſenior proprie, prudentia & grauitate venerabilis.

PRETIVM, pretij, n. g. Quod datur pro re empta. Pris. Plaut. in Pœnulo, 18.46, Iſto pretio tuas nos facile feceris. Pour ce pris, en nous baillant cela. Terent. in Heaut. 1.1.12, Agrum in his regionibus meliorem neque preti maioris nemo habet. Qui ſoit de plus grand pris, plus chier, ou plus vallant.

Pretium, Louyer. Terent. in And. 3.5.4, Ergo pretium ob ſtultitiã fero: ſed inultum id nunquam auferet. Ibidem. 1.1.12, Quod habui ſummum pretium, perſolui tibi. Plaut. in Menæh. 21.8, Hæc pretia ſunt ignauiæ.

Pretij magni homo, Vng homme de grand valeur, de qui on doibt tenir compte. Terent. in Adel. 5.6.4, Geta, hominem maxumi pretij eſſe hodie te iudicaui animo meo.

Pretium pro periculo, nonnulli interpretantur, teſte Donato. Terent. in Prologo Hecyræ, 49, Mea cauſſa cauſſam hanc accipite, & date ſilentium, vt libeat ſcribere alijs, mihíque vt diſcere nouas expediat poſthac, pretio emptas meo.

Pretioſus pretioſa pretioſum, Quod eſt multi pretij. Plaut. in Bacchid. 1.41, Equidem tibi dabo hanc operam. P. at nimium pretioſa operaria es. Tu vens trop chier ta peine. Idem in Epid. 3.17, Sed operã Epidici nunc me emere pretio pretioſo velim. Cic. lib. 3. de off. Quærit, ſi in mari iactura facienda ſit, equine pretioſi potius iacturam faciat, an ſerui vilis.

PRIDEM, aduerbium, de longiori tempore dicitur, Il y a long temps. Plinius lib. 17, Ipſi verò pridem vidimus ea omnia, præter pubertatem in filio Cornelij Taciti, equitis Romani. Plaut. in Pſeud. 5 107, Non ædepol habeo profecto: nã eam pridẽ vendidi. Apuleius, Quod pridem Plato affirmauerat. Long temps deuant.

Non pridẽ, Il ny a pas long temps. Terẽt. in Heaut. 2.1.17, Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam dum ſcit pater. Plin. lib. v, Medica non pridem venit in Italiam. Id eſt, non multo tempore antè.

Non ita pridem, Il ny a pas fort long temps. Cic. in Bruto, Noſtra autem ciuitate nõ ita pridem dominatu regio liberata. Id eſt, non multo tempore antè.

PRIDIE, aduerbium, Id eſt priori ſiue præcedenti die, Le iour de deuant quelque autre iour que ce ſoit. Plaut. in Sticho, 3.65, Qui poteſt mulieres vitare, vitet: vt quotidie pridie caueat, ne faciat quod ſe pigeat poſtridie. Idem in Pœnulo, 7.23, Sed ſi properabas, magis pridie nos te aduocatos huc duxiſſe oportuit. Cato de re ruſtica, Si quẽ purgare voles, pridie ne cœnet. Cic. Attico lib. 12, De Terentia autẽ ſcripſi ad te eis literis quas dederã pridie.

Pridie, Genitiuo iungitur aliquando. Cic. Lentulo, Ad XII CAL. Februarij, dum in ſenatu pulcherrimè ſtaremus, quòd iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus.

Accuſatiuo etiam iungitur. Cic. Appio, Pridie nonas Iunias cum eſſemus Brunduſij. Idem Attico, Pridie compitalia memento.

Pridie, quàm. Plaut. in Mil. 14.90, Poſtriduo natus ſum ego mulier, quàm Iuppiter ex Ope natus eſt. P A. ſi hic pridie foret, quàm ille eſt, hic regnũ haberet in cælo. Liuius lib. 2, Nam cum pridie quam legati ad Tarquinios proficiſcerentur, & cœnatum forte ad Vitellios eſſet, coniuratíque ibi remotis arbitris multa inter ſe de nouo vt fit cõſilio egiſſent: ſermonem eorum ex ſeruis vnus excepit, qui iam antea id ſenſerat agi. Suet. in Cæſ. Et pridie quàm occideretur, in ſermone nato ſuper cœnam apud M. Læpidum quiſnam eſſet finis vitæ commodiſſimus, repentinum inopinatúmque prætulerit. Cic. de Amicitia, 11, Pridie quàm exceſſit è vita.

Pridianus pridiana pridianum, Qui pridie alicuius diei eſt. Suet. in Catone, Marcente adhuc ſtomacho pridiani cibi.

PRIMATES, & PRIMARIVS. Vide PRIMVS.

PRIMITIAE, & PRIMIPILVS. Vide PRIMVS.

PRIMVS, prima, primum, Quandoque ad numerum ſeu ordinem refertur. Le premier. Terent. in Phor. 2.3.47, At ſi talentûm rem reliquiſſet decem, primus eſſes memoriter progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. Idem in Adel. 5.9.18, Et quidem tuo nepoti huius filio hodie primam mammam dedit hæc. Elle a eſte la premiere qui luy a baille a teter. Plaut. in Bacchid. 8.18, Nego tibi annis viginti fuiſſe primis copiam, digitum longe à pædagógo pedem vt efferres ex ædibus. Les vingt premieres annees. Terent. in Adel. Primus ſentio mala noſtra, primus reſciſco omnia.

Primus, Princeps. Virg. Prima quod ad Troiam pro charis geſſerat Argis.

Primus, Optimus. Virg. Primos iuuenum tot miſerit orcho. Terent. in Adel. 5.4.4, Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui, aliquid moneat, vt illa quæ te ſcire credas; neſcias: & quę tibi putaris prima, in experiũdo repudies. Donatus, Prima, ante alia eligenda, quæ & primo loco ponenda, ac per hoc optima. Idem in Eunucho, 5.9.51, Præterea hoc etiã quod ego vel primum puto, accipit hominem nemo melius prorſus neque prolixius. Que ie eſtime le plus. Salluſt. in Catil. Cui quum ad occaſum ab ortu ſolis omnia domita armis parerent, domi otium atque diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent &c. Que les hommes eſtiment plus que toute autre choſe.

Primus apud te ſum. Terent. in Eunucho, 1.2.10, Sanè quia verò hæ mihi patent ſemper fores, aut quia ſum apud te primus, Ie ſuis le plus ayme enuers toy. deuãt tous autres le bien ayme: & prefere. Ibidem, 2.2.17, Eſt genus hominũ qui eſſe primos ſe omniũ rerũ volũt, nec ſunt. Qui en toutes choſes veullent auoir le bruyt, & eſtre eſtimez par deſſus tous.

Primam dices ſcio ſi videris, Tu diras, que ceſt la plus belle de toutes, Terent. in Eunucho, 3. 5. 19, Quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho, cum ipſum me noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem? in hac commotus ſum. A. ain' tu? C. primam dices ſcio, ſi videris.

Primus, dicitur aliquando pro eo ante quem nullus eſt. Virg. Hic mihi reſponſum primus dedit ille petenti. Salluſt. in Iugurtha, Adhoc pleraque tẽpora in venãdo agere, leonẽ atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, & minimum ipſe de ſe loqui.

Primo quoque tempore. Incontinent. Liuius ab vrbe cond. Vt primo quoque tẽpore in Italiã tranſgreſſus iungeret ſe Hannibali. Ibidem, Primo quoque tempore redire in Hiſpaniam iuſſit. Ibidem, Decreuerũt vt primo quoque tempore de ea re ad populum ferretur. Le plus toſt que on pourroit. Incontinẽt que le temps ſadonneroit. Primo quoque die. Ibidem, Decreuerunt vt primo quoque die ad populum ferrent. Cn. Pompeius L. Domitio, Vt primo quoque die Luceriam aduenires.

Primas dare alicui. Subaudi partes. Leſtimer ſur tous autres. Item primas ferre, aut tenere. Et primas ferre alicui. Cic. Philipp. 7, Pater tuus, quo vtebar ſene authore adoleſcens, homo ſeuerus & prudens, primas omniũ ciuiũ P. Naſicæ, qui Tiberium Gracchũ interfecit, dare ſolebat. Idem in Bruto, Ex his Cotta & Sulpitius, cum meo iudicio, tũ omniũ facile primas tulerunt. Ils ont emporte le bruit. Ils eſtoient les plus ſcauans de tous. Idem, Erat excellens iudicio vulgi, & facile primas tenebat. Idem in Oratore, Cui primæ ſine controuerſia deferebantur.

Prima lux, pro ſummo diluculo. Suet. in Oct. Auguſto, cap. 78, Si interruptum ſomnum recuperare (vt euenit) non poſſet, lectoribus aut fabulatoribus accerſitis, reſumebat, producebátque vltra primam ſæpe lucem.

Prima veſpera. Suet. in Tib Cæſ. cap. 74, Ac Miſeni ciuis è fauilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus, & iamdiu frigidus exarſit repente prima veſpera, atque in multam noctem pertinaciter luxit.

Primo diluculo, apud eundem Suetonium, in Vitell. cap. 15.

Primùm, aduerbium, Premierement. Terent. in Adel. 4. 2. 1, Næ ego homo ſum infœlix! Primũ fratrem nuſquam inuenio gẽtium. præterea autẽ dum illum quæro, à villa mercenarium vidi. Idem in Prologo Heaut. 3, Id primũ dicã: deinde quod veni eloquar. Plaut. in Rud. 30. 26, Nũmi octingẽti auri in marſupio primũ infuerũt. præterea centum mnæ Philippicę.

Primum. Plaut. in Capt. 7. 101, Sequere, te vt amittam: ei rei primũ præuorti volo. Premier que autre choſe ſe face. Idem in Aſin. 16. 37, Cenſẽ' tu illũ hodie primũ ire aſſuetum in ganeum? Penſes tu que ſe ſoit dauiourdhuy quil commence de hanter le bordeau?

Primum omniũ, Tout premierement. Plaut. in Capt. 7 29, Nũc animũ aduortas volo. omnium primum ſalutẽ dicito matri & patri. Idem in Moſtell. 16. 32, Omnium primum ſodalem me eſſe ſcis gnato tuo. Idem in Pſeud. 16. 9, Nunc in metu ſum maximo triplici modo. Primum omnium iam hunc comparem metuo meum. Terent. in Heaut. 2. 3 33, Mane. hoc quo cœpi primũ, enarrem ô Clitipho: pòſt iſtuc veniam. CLIT. propera. S. iam primum omnium vbi ventum ad ædes eſt, Dromo pultat fores, anus quædam prodit &c. Vt primum illam vidi, nũquam vidi poſtea, Ie ne lay point veue depuis que ie la vis la premiere fois. Plaut. in Epid. 12. 30.

Primò aduerbium, Du cõmencement, De prime face, dẽtree, daſſiete. Terẽt. in Eunucho, 5. 7. 10, At etiam primo callidum & diſertum credidi hominẽ. Idem in And. 4. 1. 47, Niſi id putas, quia primò proceſſit parũ non poſſe iam ad ſalutẽ conuerti hoc malum. Idem in Phor. Cœpi aduerſari primò. Ibidem, Noſter mali nihil quicquam primò, &c.

Primulus primula primulum, diminutiuum à primus. Plaut. in Amphit. 8. 123, Primulo diſuculo abijſti ad legiones. Des le fin point du iour.

Primulùm, aduerbiũ diminutiuum. Plaut in Mil. 14. 13, Hercle verò iam mihi adlubeſcit primulum Palæſtrio. Elle me commence vng peu a plaire. Idem in Menæh. 24. 59, Nam tum dentes mihi cadebant primulùm. Idem in Pœnulo, 18. 93, Nam voſtra nutrix primulùm me cognouit, Des le commencement ma congneu. Idem in Menæh. 20. 18, Iam hercle occœptat inſanire primulùm. Terẽt. in Adel. 5. 6. 10, Paulatim plebem primulùm facio meã Du commencement. Ibidem, 3. 1. 2, Modo dolores mea tu occipiunt primulùm.

Primarius primaria primarium, Quod aliunde originẽ non habet. Primarius lapis, qui primus in aliquo ædificij fundamento ponitur. Primarius vir, Primus in ciuitate, Vng des grands

gouuerneurs de la ville, des principaulx. Cic. de ſenectute, 57, Apex eſt autem ſenectutis authoritas, quãta fuit in M. Cæcilio Metello, quãta in Attilio Calatino, in quẽ illud elogiũ vnicum, plurimæ conſentiunt gentes, populi primarium fuiſſe virum. Quil ny en auoit point ſon ſemblable en tout le peuple. Plaut. in Rud. 24. 29, Quid tu ais? T. quod primarius vir dicat, comprime hunc ſis, ſi tuus eſt. Idem in Mil. 10. 72, Vel hilariſſimum conuiuam me extimandum exprimam tibi, vel primarium paraſitum, atque obſonatorem optimum. Primaria conditio. Plaut. in Sticho, 3. 81, Quin vos capitis conditionem ex peſſuma primariã? Primaria fœmina. Terent. in Phor. 5. 8. 78, Neque huius ſis veritus fœminæ primariæ, quin tu nouo modo ei faceres contumelias.

Primas primatis, Primates dicti ſunt qui & ſũmates ſiue optimates, qui ſunt primi in ciuitate.

Primanus primani, Tribunus erat qui primæ legioni tributum ſcribebat, ſicut Secũdanus qui ſecundæ, Tertianus qui tertiæ.

Primores, Dicuntur ſummæ quæque res. Lucilius, Quum gallus gallinaceus digitos, primoreſque erigit vngues. Plaut. in Pœnulo, 7. 63, Vix quidem hercle: ita pauxilla eſt digitulis primoribus. Idem in Bacchid. 15. 26, Sic hoc digitulis duobus ſumebas primoribus? Du bout des doits. Idem in Trin. 13. 62, Atque etiã modo verſabatur mihi in labris primoribus. Sur le bort des leures.

Primoribus labris guſtare, Eſt breuiter quidpiã attingere. Ductum ab his qui cibũ aut potũ tenuiter deguſtant, nihil inde in ſtomachũ trãſmittẽtes. Cic. pro Cælio, Equidẽ multos & vidi in hac ciuitate, & audiui, nõ modo qui primoribus labris deguſtaſſẽt genus hoc vitæ.

Primores, pro optimatibus. Suet. Scripta famoſa, vulgóque edita, quibus primores viri ac fœminæ notabantur aboleuit.

Primores dentes, qui primi patent. Les dens de deuant.

Primæuus primæua primæuum, Quod eſt primæ ætatis: ſicut Grandæuus, grandioris ætatis.

Primigenius primigenia primigenium, Idem quod primitiuus, Quod aliunde non habet originem. Et proprie primigenia ſemina, quæ dedit natura, quæ Cicero, prima naturæ, & Græci τὰ πρῶτα φύσιος appellant. In his numerant incolumitatem conſeruationémque omnium partium, valetudinem, ſenſus integros, doloris vacuitatem, vires, pulchritudinem, cæteráque huiuſmodi.

Verba primigenia, vt lego, ſcribo, quæ non ſunt ab alio verbo, ſed ſuas habent radices.

Primigenius ſulcus (inquit Feſtus) dicitur qui in cõdenda noua vrbe, tauro & vacca, deſignationis cauſſa imprimitur.

Primigeni, Fœtus ipſi primogeniti. Vnde apud Lucretiũ Coortus & dies mũdi primigenus.

Primitiuus primitiua primitiuum, Quod aliunde non habet originem, ſiue quod per ſe inuentum eſt. Vnde & primitiua verba, quæ per ſe inuenta ſunt, nec aliunde deriuantur.

Primipara primiparæ. Primiparæ dicuntur parentes quæ primò genuerunt.

Primipilus primipili, Centurio primæ cohortis, vt Liuius ſcribit lib. 7, Nam ordo, partes tres habebat: quarum vnamquanque primipilum vocabant. Primipilus vt ait Vegetius lib. 2 c c c c milites ducebat in prima acie, eráque caput legionis.

Primipilaris huius primipilaris, Dici videtur non tam miles qui fuerat ſub centurione primipili, quàm ipſe centurio qui olim præditus fuerat hac dignitate. Et ea forma dicitur primipilaris, qua conſularis.

Primiter aduerbium, Id eſt, primo. Accius, Quin bono animo es, video, eripis primiter dapes. Nonius.

Primitus, Aduerbium, Id eſt primo. Lucilius lib. v, Sicuti cum primiter ficos populare ſentis, item pretio ingenti ad primitus paucos. Nonius.

Primitium primitij, Quod in aliqua re primum & principale eſt. Ouid. Ecce rapit medijs flagrantem Rhetus ab aris Primitium torrem.

Primitiæ primitiarum, f. g. Pluralis numeri. Primi fructus ex agro ſuſcepti, qui deo offeruntur. Plinius Romanorum abſtinentiam commendans inquit, non deguſtaſſe eos vina aut nouas fruges, priuſquam ſacerdotes primitias libaſſent.

Primodum, pro primo. Plaut. in Capt. 4. 57, Primodum opus eſt piſtorienſibus.

Primogenitus primogeniti, m. g. Qui primò genitus eſt, etiã ſi alij non ſint geniti. Premier ne.

Primordium primordij, n. g. Principium, inquit Feſtus, quod primo ordimur.

PRINCEPS, principis, communis generis, Qui vel quæ principatum tenet, quaſi primum caput. Prince, ou princeſſe. Virg. Princeps ardentẽ cõiecit lãpada Turnus. Cic. Philipp. 8,

O dij immortales, quàm magnum eſt perſonam in rep. tueri principis, quæ non animis ſolũ debet, ſed oculis ſeruire ciuium.

Princeps, Dominus, Seigneur. vt Nero princeps, Caius princeps.

Princeps adiectiuum, primum ſignificat. Suet. declaris grammat. 23, Principem locum inter grammaticos tenuit. Macrobius, Qui gradus inter eos princeps habebatur. Terent. in Adel. 2.3.6, Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror, Fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem, Il nen ya point vng qui ait vng frere qui ſurmonte le mien en quelque excellent art que ce ſoit.

Principatus, principatus; principatui, m. g. Imperium, Regne, puiſſance.

Principatum tenere. Cic. de ſenect. 59, Multa in noſtro collegio præclara ſunt: ſed hoc de quo agimus in primis, quod vt quiſque ætate antecellit, ita ſententiæ principatũ tenet. Dautant eſt il plus toſt ouy & receu en ſon opinion.

Principalis & hoc principale, Quod primũ & præcipuũ eſt. Principal. Aut quod principis eſt. Plin. in Paneg. 135. Necverò laudauerim perſe magnopere duritiem corporis ac lacertorum: ſed ſi his validior toto corpore animus imperitet, quem non fortunæ indulgentiæ molliant, non copiæ principales ad ſegnitiem, luxúmque detorqueant. Ibidem, 83, Tanta benignitas principis, tãta ſecuritas temporum eſt, vt ille nos principalibus rebus exiſtimet dignos. Idem epiſt. 159. c, Adſtruitur his, quum ſenatui, populóque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quàm ſi abſtinentiſſimi, fideliſſimíque cuſtodis principaliũ opum facultates adiuuare contigiſſet. Suet. in Caligula, Pœnitẽtiam ſimulans, quod principalium rerum priuatis copiam faceret.

Principalis porta (inquit Feſtus) caſtrorum nominatur, quòd in eo loco eſt, in quo principes ordines tendunt.

Principaliter, aduerbium, Principalement, deuãt toute autre choſe: ou comme doibt faire vng prince. Plin. in Paneg. 75, Quid vitam? quid mores iuuentutis, quàm principaliter formas! quem honorem dicendi magiſtris: quam dignitatem ſapientiæ doctoribus habes!

PRINCIPIVM, principij, n. g. Initium alicuius rei, Le commencement. Et modo ad numerum, modo ad tempus, modo ad fundamentum refertur. Terent. in Phor. 1.3.6, Neu me cupidum eò compuliſſet, quod mihi principium eſt mali. Ibidem, 2.3.82, Bene habent tibi principia. Ibidem, 3.1.15, Sic habent principia ſeſe vt dico, adhuc tranquilla res. Idem in Heaut. 5.4.21, Neque quod principium inueniam ad placandum, ſcio.

Principia principiorũ, n. g. Pluralis numeri. Locus in caſtris, à principib⁹ militibus ſic appellatus, vt eſt apud Columellã lib. 3. Inde poſt principia eſſe, id eſt in tuto, citráq; periculũ. Hors des dangiers. Terent. in Eunucho, 4.7.11, Tu hoſce inſtrue, hic ego ero poſt principia, inde omnibus ſignum dabo. Sumptum à bellis, in quibus ſummum periculum eſt ijs, qui in prima acie ſtant. Erat autem hic locus timido nebuloni conueniens, id quod ridẽs Gnato, Illuc (inquit) eſt ſapere, vt hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco, idem hoc Pyrrhus factitauit. Donatus admonet eum vſum verbo militari. Porrò Vegetius libro de re militari ſecundo teſtatur, Principales in acie milites, propriè dici principia. Sic enim ait, Antiqua ordinatione legionis expoſita, principalium militum, & vt proprio verbo vtar, principiorum nomina, ac dignitates, ſecundum præſentes matriculas indicabo. Axius apud Varronem, Ego verò, vt aiunt, poſt principia in caſtris.

Principiò, aduerbium, Premierement. Terent in Eunucho, 5.9.38, Principio, ego vos credere ambos hoc mihi vehemẽter velim me &c. Ibidem, 4.7.35, Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt? CH. ſcibis. principio eam eſſe dico liberam. Plaut. in Amphit. 4.49, Principio, vt illò aduenimus, &c.

Principio, Au commencement. Cic. lib. 1. de off. Principio generi animantiũ omni eſt à natura tributum. Virg. Principio cælum & terras, campóſque liquentes.

Principio atque. Plaut. in Merc. 3.40, Principio atque animus ephebis ætate exijt, atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus.

Principiò poſt. Plaut. in Perſa, 13.4, Pòſt principio denique ſi malus aut nequam eſt, male res vortunt quas agit.

Principior principiaris, principiari, Inchoare, auſpicari.

Princípor, principaris, principari, Dominari.

PRIOR, & hoc prius comparatiuum, quod non ſolum ad duos, ſed etiam ad plures referri poteſt. Plaut. in Pſeud. 14.18, Dum ille dormit, volo vt prior tu occupes adire. Va premier.

Idem in Pœnulo, 8.34, Nos priores ibimus. Nous yrons les premiers, nous yrons deuant. Idem in Epid. 5.77, Vos priores esse oportet, nos posterius dicere. Terẽt. in Phor. 3.2.48, Mea lege vtar, vt potior sit qui prior ad dandum, Qui est le premier a dõner. Idem in prologo Phor. 14, Vetus si poeta non lacessisset prior, Premier prouoque. Gellius libro, 14, Quotiesque vsu veniisset, vt omnes isti magistratus eodem tempore Romæ essent, qui eorum prior alijs esset, & potissimum senatus consulendi ius fuisse. Apuleius lib. 2, Flor. Vt Hippias è numero sophistarum est, artium multitudine prior omnibus, eloquẽtia nulli secũdus. Priora tempora. Plin. in Paneg. 75, Vt sub te spiritum & sanguinem & patriam receperunt studia, quæ priorum temporum immanitas exilijs puniebat.

PRISCVS, prisca, priscũ, Quod superiore ætate fuit. vt prisci Latini, qui fuere ante quàm Roma conderetur.

Priscorum verborum affectator, apud Suetonium in libello de claris grammaticis, 10.

Prisce, aduerbium. Vt prisce agere, Faire selon que les anciens faisoyent, a la rigueur. Cic. pro M. Cælio, Sed tamen ex ipsa quæram prius, vtrũ me secum seuere & grauiter & prisce agere malit, an remisse ac leniter, & vrbanè.

PRISTINVS, pristina, pristinum, Quod superioribus annis, mensibus, diebus, & nostra memoria fuit. Vt pristina nostra beneuolentia, Lamour que nous auõs lung a lautre des long temps. Pristini mores, Les anciennes meurs, ou que on auoit le temps passé. Plaut. in Trucul. 2.6, Me hercle in odijs residẽt mores pristini, ad negãdum vt celeri lingua vtamini, Que vous aues par cy deuant.

PRISTIS, huius pristis, f. g. Genus piscis marini longissimi, atque anguſti corporis. Plin. lib. 9. cap. 3, Plurima autẽ & maxima in Indico mari animalia, è quibus baenæ quaternûm iugerum: pristes ducenûm cubitorum.

Pristis, Scylla maris monstrũ dicitur Virg. Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo, Pubetenus, postrema immani corpore pristis.

Ab huius similitudine, nauis oblonga dicta est pristis. Virg. Velocem Mnestheus agit acri remige pristim.

Pristis, a sectione vndarum dicta est, scindit enim mirum in modum fluctus propter tenuitatem. Græci autem πρίσιν, sectionem, πριστὴν sectorem dicunt.

PRIVIGNVS, priuigni, filius mariti vxorisve, cuius prior coniunx discessit, vulgo filiastrus. Dictus priuignus, quòd priusquam mater secundo nuberet, est genitus. Pri enim antiqui pro præ, dixerunt. Authore Festo.

PRIVILEGIVM, & PRIVO, vide post PRIVVS.

PRIVVS, priua, priuum, Priui, priuæ, priua, id est singuli. Vnde priuas verberas & priuos silices pro singulis accipit Liuius. Nonius, Priuum est proprium vniuscuiusque.

Priuatus priuata priuatum, Quod vniuscuiusque proprium est, Qui appartient a vng seul, ou particulier dung chascun. Cic. de Amicitia, 14, Quia cum Scipione vixerim: quocum mihi coniuncta cura de rep. & priuata fuit. Idem de Senect. 19, Manent ingenia senibus, modo permaneat studium & industria: nec ea solum in claris & honoratis viris, sed in vita etiam priuata & quieta. Plaut. in Capt. 6.84, Sed is priuatã illic seruitutem seruit, an publicam? AE. priuatam medici Menarchi. Idem in Trin. 3.12, Gratiæ quæ in rebus multis obstãt, odiosæque sunt, remoramque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Priuatum consilium, Conseil particulier. Plin. de viris illust. 72, Tantúmque authoritate potuit, vt Opimium contra Gracchum, Marium contra Glauciam, & Saturninum priuato cõsilio armaret.

Priuatæ etiam feriæ vocabantur sacrorum propriorum velut dies natales, Fulgurum procurationes, & huiusmodi priuatæ, quæ fiebant pro familijs singulis & hominibus.

Priuatus, Qui non est constitutus in aliqua dignitate. Plaut. in Capt. 4.63, Hic qualis imperator! nunc priuatus est. Cic. lib. 1. de off. Priuatum autẽ oportet æquo & pari ciuibus iure viuere.

Priuatus, Cui quid est adẽptum, A qui on a oste quelque chose. Plaut. in Trucul. 11.57, Tum pol ego & donis priuatus sum, & perij. Plin. de viris illust. 50. Priuatus stipendio. Casse aux gaiges.

Priuatim aduerbium, Quod nõ est publice factũ. Plaut. in Bacchid. 5.79, Occidistis me: nimio hic priuatim seruaretur rectius, A part. Hinc priuatim siue priuato sumptu aluisse se Romani milites tradũtur vsque ad id tempus quo Roma à Gallis capta fuit. Id est singillatim, siue

ſuo ſingulos quoſque ſumptu ſe aluiſſe. Chaſcun ſe nourriſſoit ſoy meſme. Salluſtius, Exiſtimãs publice priuatimque alieno ære oppreſſos.

Priuo priuas, priuare, Priuer & oſter quelque choſe a aucun. Plaut. in Trucul. 11.19, Velut meretrix meum herum miſerum ſua blanditia intulit in pauperiem, priuauit bonis, luce, honore, atque amicis. Idem in Menæh. 20.7, Meo cibo & lũptu eductus eſt, anima priuabo virũ.

Priuilegium priuilegij, n.g. Lex priuatis facta. Quod de reditu M. Ciceronis, & de imperio Pompeij ſtatutum eſt, non lex, ſed priuilegium dicitur. Cicero in Paradoxo quarto, Sed quid ego communes leges profero, quibus omnibus es exul? Familiariſſimus tuus Cornificius de te priuilegium tulit, vt ſi in opertum Bonæ deæ acceſſiſſes, exulares. Idem pro domo ſua, Quo iure, quo more, quo exemplo legem nominatim de capite ciuis indemnati tuliſti: vetãt leges ſacratæ, duodecim tabulæ, leges priuatis in hominibus irrogari: id eſt enim priuilegiũ. Ibidem, An hoc timerem, ſi mecum ageretur more, inſtitutoque maiorum, vt poſſem prętens ſuſtinere? Vtrum ſi dies dicta eſſet, iudicium mihi fuit pertimeſcendum? an ſine iudicio priuilegium? iudicium?

PRIVS, comparatiui gradus, prior & hoc prius. Terent. in Eunucho, 1.1.5, Si quidem hercle poſſis, nihil prius, neque fortius, Il ny a rien plus louable.

Prius, aduerbium temporis. Deuant. Plaut. in Pſeud. 3.118, Atque hoc ne dictum tibi neges, dico prius, Ie te le dis deuant que rien ſe face. Idem in Amphit. 6.43, Prius tua opinione hic adero. Idem in Epid. 11.11, Videor neſcio vbi me vidiſſe eã prius. Parauant. Idem in Aſin. 7.114, Illum ego interea hic oblectabo, prius ſi forte aduenerit. Idem in Amphit. 6.15, Prius abis quàm lectus vbi cubuiſti, concaluit locus. Terent. in Heaut. 3.1.70, Nam ſi ſemel tuũ animũ intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium, hui quantam teneſtram ad nequitiam patefeceris! Ibidem, 5.2.18, Prius quæſo diſce quid ſit viuere: vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc vtitor.

Priuſquam, Subcontinuatiua coniunctio, quam nonnulli diſiungunt, prius quàm. Deuant que. Aliquando indicatiuo, aliquando ſubiunctiuo iungitur.

Indicatiuo, Plaut. in Sticho, 9.31, Priuſquàm abis, præſente te huic apologum agere vnum volo. Terent. in Hecyra, 3.1.14, Priuſquàm hanc vxorem duxi, habebã alibi animum amori deditum. Cic. in Philipp. Priuſquàm de rep. dicere incipio, pauca querar de heſterna M. Antonij iniuria. Terent. in And. 2.1.13, Priuſquàm pereo.

Cõiunctiuo. Plau. in Perſa, 6.38, Nunquam ecaſtor hodie ſcibis, prius quàm ex te audiuero. Idem in Trucul. 3.21, Ita & in ædibus lenonijs, prius quàm vnũ dederis, centum quæ poſcat, parat. Salluſt. Priuſquàm incipias conſulto: & vbi conſulueris, maturè facto opus eſt.

PRO, interiectio indignantis, Nominatiuo aliquando, aliquando accuſatiuo iungitur. Terentius in Adel. 3.3.12, Prô Iuppiter, hominis ſtultitiam. Idem in Eunucho, 3.5.2, Prô Iuppiter, nunc eſt profecto, interfici cum perpeti me poſſum. Aliquando admirantis. Terẽtius in Adel. Prò dij immortales facinus indignum quod narras.

Accuſatiuo. Terent. in Heaut. 1.1.9, Nam prò deûm atque hominum fidem quid vis tibi. Idem in And. 1.5.2, Prò deûm atque hominum fidem, quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt? Cic. de Amicitia, 48, Nam quis eſt, prò deûm fidem atque hominum, qui velit vt neque diligat quenquam, nec ipſe ab vllo diligatur?

Prô, circunflectitur, aut grauatur. Sunt qui proh ſcribant, adſcripta aſpiratione.

PRO, præpoſitio, ablatiuo caſui ſeruiens, ſignificat quod Gallice dicimus Pour. Terent. in Eunucho, 1.2.89. Heri minas viginti pro ambobus dedi. Idem in And. 5.3.17, An vt pro huius peccatis, ego ſupplicium ſufferam? Plaut. in Moſtell. 10.38, Tris minas pro iſtis duobus, præter vecturam dedi. Terẽt. in And. 4.1.51, Hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctes & dies. Plaut. in Aulul. 13.7, Heu ſenex, pro vapulando hercle ego abs te mercedẽ petam. Terẽt. in Eunucho, 1.2.75, Hinc eſt abrepta, eduxit mater pro ſua. Pro, Cauſſa, vel propter, A cauſe. Plin. epiſt. 189, Hæc tibi, admonitus immodicæ ſeueritatis exemplo, pro amore mutuo ſcripſi. Terent. in Eunucho, 5.4.19, Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus vlciſcar. Plau. in Amphit. 3.21, Pater huc me miſit ad vos oratum meus, tametſi pro imperio vobis quod dictum foret, ſcibat facturos.

Pro, Loco, Au lieu. Terent. in Eunucho, 2.3.79, Quid tum poſtea? P. pro illo te ducam. En lieu de luy. Plaut. in Moſtell. 3.42, Cõtinuo pro imbre amor aduenit. Idem in Fœn. 19.4, Ipſe abijt foras, me reliquit pro atrienſi in ædibus. Idem in Merc. 16.5, Nam qui amat, ſi quod amat habet, id ſatis habet ſibi pro cibo videre, amplecti.

Pro ancilla habere, Tenir pour chamberiere. Plaut. in Perſa, 10. 13, Vtrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?

Pro, Comme ſi. Plaut. in Trucul. 18.14, Scio alibi iam animum tuum, me quaſi pro derelicta ſis habiturus. Comme ſi tu me voulois delaiſſer. Plaut. in Capt. 11. 11, Quid iſtuc eſt, quod meos te dicam ſic fugitare oculos Tyndare, próque ignoto me aſpernari, quaſi me nunquam noueris? Comme ſi tu ne me congnoiſſes point. Terent. in Adel. 1. 1. 13, Inde ego hunc maiorem adoptaui mihi, eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo, Cõme mien. Plaut. in Mil. 12. 27, Quis nã homo hic qui tam pro nota me nominat? Idem in Merc. 15. 26, Non poſſum ita inſtas, vrges, quaſi pro noxio. Idem in Capt. 7. 9, Pro rota me vti licet: vel ego huc, vel illuc vortar, quò imperabitis, On vſera de moy comme dune roue.

Pro, Selon. Plaut. in Bacchid. 2. 22, Magis vnum in mente eſt mihi nunc, ſatis vt commode pro dignitate obſonij hæc concuret coquus. Terent. in Phor. 2. 2. 23, Imò enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert. Plaut. in Sticho, 14. 13, Efficimus pro opibus noſtra mœnia. Idem in Pſeud. 13. 60, Verùm pro pretio facio vt opera appareat. Terent. in Adel. 5. 3. 23, Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Ibidem, 3. 3. 73, Sedulò moneo quæ poſſum pro mea ſapientia. Plaut. in Mil. 10. 132, Sicuti merci pretium ſtat, pro virtute vt væneat, Selon ſa bonte. Salluſt. in Catil. Hiſque permiſſum eſt, vti pro tẽpore atque periculo exercitum compararent. Ibidem, Duas legiones inſtituit, cohortes pro numero militum cõplet. Satis pro imperio. Terent. in Phor. 1. 4. 19, Domum ire pergam, vbi plurimum eſt. P. reuocemus hominem. A. ſta illico. G. hem ſatis pro imperio, quiſquis es, Ceſt aſſes commande, & fuſſies vous mon maiſtre.

Pro, Dè, ou pour. Terẽ. in Hecyra, 3. 1. 30, Pueri inter ſeſe quàm pro leuib⁹ noxis iras gerũt!

Pro, Secundum, Veu. Plaut. in Pœnulo, 4. 63, Nam pro heri noſtri quæſtu ſatis bene ornatæ ſumus, Veu le gain de noſtre maiſtre. Idem in Amphit. 4. 135, Meus pater nunc pro huius verbis recte & ſapienter facit. Terent. in Heaut. 5. 1. 37, Duo talenta pro re noſtra ego eſſe decreui ſatis.

Pro ſano loqueris, qui me meo appellas nomine? Parles tu de ton bon ſens, ou eſt ce de ſens raſſis que tu mappelles par mon nom? Plaut. in Menæh. 8. 24.

Pro ſtercore aliquid habere, Neſtimer non plus que fiens. Plaut. in Trucul. 11. 5, Nam hoc qui ſit ita, ne quis id quærat ex me, domi ſcit quę facit improba facta amator, qui bona ſua pro ſtercore habet.

Pro, Ante, Deuant. Salluſt. Qui ni maturaſſet, pro curia ſocijs ſignum dare.

Pro, In. Salluſt. in Iugurtha, Ac Numidæ ſæpe antea vineis Romanorum ſubuerſis, item incenſis, non caſtelli mœnibus ſe tutabãtur, ſed pro muro dies noctéſque agitare, maledicere Romanis. Plin. in Paneg. 85, Tu delubra non niſi adoraturus intras: tibi maximus honor excubare pro templis, poſtibúſque prætexi. Idem epiſt. 10. c, Sedeo pro tribunali, ſubnoto libellos, conficio tabulas. Idem epiſt. 302, Poſtulauítque vt cognoſcerẽ pro tribunali.

Pro virgine dari nuptum non poteſt, On ne la ſcauroit marier comme vierge. Terentius in Adel. 3. 2. 48.

Pro aliquo ſtare, Le deffendre. Terent. Nam niſi hæc ita eſſent, pro illo haud ſtares. Virg. lib. 9, Pro turribus aſtant.

Pro eo ac, vel pro eo atque, legitur pro ita vt, pro ſic vt, vel perinde vt. Seruius Sulpitius Ciceroni, Sanequàm pro eo ac debui, grauiter, moleſtéque tuli, Ainſi cõme ie debuoye. Vlpianus, Si quis ex teſtibus nomen ſuum non adſcripſerit, verum tamen ſignarit, pro eo eſt ac ſi adhibitus non eſſet. Idem, Pro eo habendum, atque ſi nullo iure factum eſſet.

Pro certo habere. Terent. in Adel. 3. 4. 32, Pro certóne tu iſtæc dicis? Cic. Bruto, neque nũtiabatur quicquam quod pro certo haberemus. Idem Attico, lib. XIII, Mumium fuiſſe ad Corinthum pro certo habeo.

Pro iure meo imperitabam. Plaut. in Capt. 5. 50, Quod antehac pro iure imperitabam meo te oro nunc per precem, per fortunam incertam, De mon authorite.

Pro tuo iure oras. Plau. in Rud. 31. 36, Si ſapies, tacebis, tum te mihi benigne itidem addecet bene merenti bene ferre gratiam. L. nempe pro tuo iure oras. D. mirum quin tuum ius meo periculo expetam.

Pro ſuo iure agere omnia. Terent. in Adel. 1. 1. 27, Non neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Donatus, Hic eſt ſenſus, Non neceſſe eſt, etiam ſi liceat, ſæuum eſſe patrem.

Pro parte mea. Plin. epiſt. 96. d, Sed vt te cohæredes mei tractabiliorẽ experiãtur, vtque tibi nihil abſtulerit reuerentia mei, offero pro mea parte tantundem.

Pro parte mea, Plautus in Rud. 24. 82, Si iſtic tacet, ego tacebo: ſi iſte loquitur, ſine me mea pro parte loqui. Permets que ie me deffende.

Pro ridiculo putare aliquem, Le tenir pour fol, en faire ſon fol. Terent. in Heaut. 5. 1. 79, Si viuo, adeò exornatũ dabo, adeò depexum, vt dum viuat, meminerit ſemper mei, qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento putat.

Pro ſe quiſque. Id eſt, quiſque pro virili, Chaſcun ſelon ſon pouoir. Plautus in Pœnulo, 2. 45, Bonũ hercle factũ, pro ſe quiſq; vt meminerit, Que chaſcũ ſen ſouuiẽne. Idem in Amph. 4. 77, Pro ſe quiſque id, quod quiſque poteſt & valet, edit, ferit, Chaſcun de ſon coſte faiſoit ce quil pouoit. Terent. in Heaut. 1. 1. 74. Video alios feſtinare, lectos ſternere, cœnã apparare, pro ſe quiſque ſedulo faciebat. Plin. epiſt. 190. b, Ac primis quidem diebus reditæ libertatis pro ſe quiſque inimicos ſuos duntaxat minores, incondito, turbidóque clamore poſtulauerat, ſimul & oppreſſerat. Virg. Pro ſe quiſque viri. Cic. in Verrem, act. 2, Iactatur domi ſuæ vir primarius & homo honeſtiſſimus, pro ſe quiſque manus affert.

Pro tempore, pro re, pro loco, ſignificat quod inepte dicunt, pro qualitate temporis, rei, loci. Cæſar in comment. Conſilium pro tempore & pro re caperet. Virg. in Bucol. Nunc te marmoreum pro tempore fecimus, Selon le temps. Salluſt. pro tempore benigne reſpondit. Ibidem, Ipſe pro re ac loco paulatim procedere. Cic. Attico, Nam pro malis recte habebat. Idem in Catil. Quòd ſinguli pro opibus quiſque quàm plurimas vxores, denas alij, alij plures habeant.

Pro mea parte. Cic. Metello, Celeri, atque etiam, vt ita fieret, pro mea parte adiuui, De ma part. Idem in Verrem, Præcipue quòd in his artibus pro mea parte verſor, quarum ille princeps fuit. Idem de legibus Ac poſt de eius hæredibus aliquis exegiſſet pro ſua parte.

Pro virili parte. Cic. in Philipp. Tum me eius beneficio, plus quàm pro virili parte obligatũ puto. Plus que ie ne peulx. Ouid. de ponto, Gaudia Cæſareæ mentis pro parte virili Sunt mea. Liuius ab vrbe cond. Nec impenſa grauis eſt, cũ plus quàm pro virili parte ſibi quẽque capere principiũ viderint. Ibidem, Plus ſibi quam pro virili parte annitẽdum eſſe.

Pro rata parte. Cic. in Tuſcul. Omnia iſta perinde vt data ſunt, pro rata parte à vita, longa aut breuia dicuntur. Cæſar in comment. Agros ex ſuis poſſeſſionibus pollicetur quadraginta in ſingulos iugera, & pro rata parte centurionibus, euocatiſque.

Pro portione. Varro de re ruſt. Vt & lac pingue habeãt, & multum pro portione. Ibidem, Remittendũ in datione pro portione. Ibidem, Et bubulci pro portione addẽdi. Cato de re ruſt. Pro portione omnia ea facito. Cic. de Orat. Sed oportet vt ædibus ac templis veſtibula & aditus, ſic cauſſis principia pro portione rerum proponere.

PROAVVS, proaui, m. g. Aui paterni vel materni pater. Plaut. in Mil. 7. 21, Pater, auos, proauos, abauos. Et in Perſa, 3. 4, Pater, auos, proauos, abauos, attauos, tritauos. Huius relatiuum eſt pronepos. À quo fœmininum eſt proneptis. À proauo, fœmininum proauia.

PROBABILE, vide PROBVS.

PROBATICA, probaticæ, Eſt piſcina vbi oues lauari ſolebant, quum ſacerdotes eas litare vellent. προβατον græce, latine dicitur ouis.

PROBITAS, & PROBO, vide PROBVS.

PROBLEMA, problematis, n. g. & problematum problemati, Propoſitio eſt, interrogationem annexam habens.

PROBOSCIS, proboſcidis, f. g. Græcum nomẽ eſt, dictum quod ante depaſcat, & eſt porrecta corporis pars inhærens naribus: quæ excepto homine, in alijs animalibus inuenitur. Varro, Inueniſſe ſe cum dormire cœpiſſet, tam glaber quàm Socratis caluum eſſe factum ericium è pilis albis cũ proboſcide. In elephanto dicitur manus: quòd ea tanquam manu vtatur. Plinius, Reſoluunt elephanti manu draconum nodos.

PROBRVM, probri, n. g. Stuprum, adulterium, flagitium. Suet. in Cæſ. Qui digreſſam à marito poſt biduũ ſtatim duxerat, quanuis ſine probri ſuſpicione. Peregrinarũ mercium portoria inſtituit. Vnde lex fuit apud Romanos, vt probrum virginis Veſtalis capite puniretur. Probrum, Maledictum, cõtumelia, infamia, dedecus, quæ ex ſcelere ſolet ſequi. vt datum eſt probro, id eſt, ignominiæ adſcriptum, Iniure, deſhonneur, malediction. Liuius lib. 2, His freti occurſant portis, ingerunt probra, ægre abſtinent quin caſtra oppugnent. Cicero epiſtolas plenas probrorum appellat, id eſt contumeliarum. Cic. de Senectute, 39, Mihi

verò & Flacco neutiquam probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido, quæ cum probro priuato coniungeret imperij dedecus. Plautus in Curcul. 2.28, Ita tuum conferto amorem semper, si sapis, ne id quod ames, populus si sciat, tibi sit probro. Tu nen soyes deshonore.

Probri insimulare, Accuser de paillardise. Cic. Philipp. 2, Non est satis: probri insimulasti pudicissimam fœminam.

Probrosus probrosa, probrosum, Ignominiosum. Plein de honte & de deshonneur. Gellius lib. 1, Manúsque eius inter agendum forent argutæ admodum, & gestuosæ, maledictis compellationibus probrosis iactatus est.

PROAEDIFICO, proædificas, proædificare. Veteres proædificatum dicebant, quod ex priuato loco processerat in publicum sõlum.

PROBVS, proba, probum, Bonus: quasi prohibus, quod se à delinquendo prohibeat. Plaut. in Trin. 15.3, Qualine amico mea commẽdaui bona? c A. probo, & fideli, & fido, & cũ magna fide & salute. Terent. in Phor. 2.1.29, O artificem probũ! Plaut. in Pœnulo, 14.94, Probus faber.

Probus ad istas res. Plaut. in Pœnulo, 9.67, Illic est ad istas res probus, quas quæritas.

Probus hic conger frigidus. Plaut. in Mil. 10.164. Proba claua, in Rud. 19.19. Probi nummi, in Persa, 12.32. & 15.60 Probum facinus, in Menæh. 4.21. Proba materia, in Pœnulo, 14.94. Proba merx, in Pœnulo, 4.120, Proba merx facile emptorẽ reperit, tam etsi in abstruso sita est. Proba occasio, in Casina, 25.2.

Probus moribus, apud Plinium, Epist. 171.c.

Probe, aduerbium, Bene. Probe decipere, Deceuoir sans que on sen appercoyue. Plaut. in Amphit. 4.270. Probe percutere, Frapper a bon escient. Ibidem, 4.164. Probe appotus, Ibidem, 4.128. Terent. in And. 2.5.7, Pamphile. D. quasi de improuiso respice ad eũ. P. hem pater. D. probe. S. hodie vxorem ducas, vt dixi, volo, Cest bien faict ainti, tu as bien ioue ton personnaige. Idem in And. 5.2.6, Omnia apparata iam sunt intus. S. curasti probe. Idem in Eunucho, 4.6.30, Si vim faciet, in ius ducito hominem, intellextin? S. probe, Fort bien. Probe memini apud Ciceronem de Senectute, 13. Terent. in And. 5.4.15, Ni metuam patrem, habeo pro illa re illum quod moneam probe. Plaut. in Trin. 13.112, Mihi cõcrederet, ni me ille, & ego illum nossem probe? Idem in Mostell. 9.40, Profecto nos probe vt volumus, viximus. Terent. in Adel. 3.3.65, Hoc fugito. S. callide. D. hoc laudi est. S. istæc res est. D. hoc vitio datur. S. probissime.

Probo probas, probare, Laudare. quanuis maiorem vim habeat probo, quàm laudo. nam apud idoneos authores sæpe legimus, & laudo & probo. Approuuer. Cic. de Senect. 39, Mihi verò & Flacco neutiquã probari potuit tam flagitiosa & tam perdita libido, Ie ne sauroye ne Flaccus aussi louer &c. Plin. epist. 179, Habes, vt puto, iustam excusationem, quam tamen dubito an tibi probari vellem.

Probare, Argumentis demonstrare. Plaut. in Bacchid. 15.55, Quid mihi refert Chrysalo esse nomen, nisi factis probo? Si ie ne le monstre par effect? Idem in Rud. 23.77, Non probare pernegãdo mihi potes, nisi pars datur. Prouuer estre vray. Idem in Pseud. 3.99, Quod tu istis lachrymis te probare postulas. Plin. in Paneg. 69, Tenes Cæsar hunc cursum & probatur experimento, sitne feracius, & vberius non ad laudem modo, sed ad pecuniam principi, si hærede illo mori homines velint, quàm si cogantur. On voit par experience.

Probare se pro eunucho, id est, persuadere, interprete Donato, aut fingere, Faire a croire, ou faindre. Terent. in Eunucho, 2.3.83, Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui scies: præterea forma, ætas ipsa est, facile vt pro Eunucho probes. Subaudi, te, inquit Donatus.

Probare, Efficere vt probũ, rectúmque iudicetur id quod quis facit vel dicit. Cic. in Verrem, Non vereor ne hoc meum officium P. Seruilio iudici non probem. Id est, scio eum omnino hanc meam accusationem Verris non improbaturum. Idem pro Sylla, Hoc sentio, si mei facti rationem vobis, constantiámque huius officij ac defensionis probaro: caussam quoque me P. Syllæ probaturum. Idem de Amicitia, 17, Qui ita se gerunt, ita viuunt, vt eorum probetur fides &c.

Probare ingenium ex aliorum ingenio. Plaut. in Trin. 14.40, Male fidem seruãdo, illis quoque abrogant etiam fidem, qui nihil meriti: quippe ex eorum ingenio, ingenium horũ probãt, Par ceulx cy ils estiment les autres estre semblables. Idem in Persa, 6.31, Tuo ex in-

genio alienos mores probas. Il te ſemble aduis que chaſcun te reſemble.

Probatio probationis, f. g. Approbation & louange. Auſſi probation par laquelle on monſtre vne choſe eſtre bonne & droicte. Plin. epiſt. 35. g, Huius actionem veſpera includit, non tamen ſic vt abrumperet. Itaque in tertiũ diem probationes exierunt. Cic. Locatur opus id quod mea pecunia reficiatur: ego me refecturum eſſe dico. Probatio futura eſt tua, qui locas: prædibus & prædijs cautum eſt populo. Id eſt, tuum eſt prætoris, qui locaſti, exigere vt opus tradam approbatum: & mihi acceptum ferre cum probatum fuerit. Quibus verbis oſtendit prętoris iniquitatem. Tu (inquit Aſconius) operis exactor eſſe debes, no voluntatis meæ dominus: vt me inuito opus alij faciendum loces, cum populo prędes dederim.

Probabilis & hoc probabile, Dicitur quod licet non ſit verum, videtur tamen rationibus probari poſſe. Plinius epiſt. 137. b, Cur minus probabilis ſit cauſſa recitandi quæ dixeris, quam edendi?

Probitas probitatis, f. g. Bonitas. Cic. de. Amicitia, 108, Quòd ſi tanta vis probitatis eſt, vt eam vel in eis quos nũquam vidimus, vel quod magis eſt, in hoſte etiam diligamus, quid mirum eſt, ſi animi hominum moueantur? &c.

Probiter pro probe, apud antiquos, Varro, Poſtquam auida libido rapere ac concidere cœpit, ſeque opifice non probiter ſtrepere.

PROCAX, procacis, vide PROCVS.

PROCEDO, procedis, proceſſi, proceſſum, procedere, Vltra cedere, progredi, Paſſer auant, paſſer oultre. Plautus in Pſeud. 9. 14, Nam ego præcautor & patronus foribus proceſſi foras, Ie ſuis ſorti hors. Idem in Capt. 17. 1, Age tu, illuc procede bone vir, lepidum mancipium meum. Ibidem, 11. 118, Vt quidem hercle in medium ego hodie peſſume proceſſerim. Terent. in Eunucho, 3. 2. 17, Procede tu huc. Procedit funus, Terent. in And. 1. 1. 101, Funus interim procedit, ſequimur, Paſſe oultre, va auant. Plin. de viris illuſtr. 23, Proceſſit in aciem, Ceſt fourre en la bataille.

Procedere ad forum. Plaut. in Caſina, 13. 2, Hominem amatorem vllum ad forum procedere in eum diem, &c.

Procedit aliquid noui. Plautus in Moſtell. 14. 7, Num quid proceſſit ad forum forte hodie noui? Eſt il rien aduenu de nouueau au marche?

Procedere ad opes, Paruenir a richeſſes. Plin. epiſt. 44. e, Aſpice Regulum qui ex paupere & tenui ad tantas opes per flagitia proceſſit. Idem in Paneg. 29, Quòd ſi quis barbarus rex eò inſolentiæ furoriſque proceſſerit, vt iram tuam, indignationemque mereatur, &c.

Sed vbi plerunque noctis proceſſit: Apres que vne partie de la nuyct fut paſſee. Salluſt.

Proceſſit ætate, Il eſt ia vieulx, Auant en aage. Cic. de ſenect. 19, Num igitur cenſetis eũ, cum ætate proceſſiſſet, qui Ariſtides, Lyſimachum ſalutari ſolitũ? Ibidem, 45, Vſque ad adoleſcentiam meam proceſſit ætate. Qui a veſqueu iuſques &c.

Procedere honoribus longius. Cic. Is proceſſiſſet honoribus longius, niſi ſemper infirma atque etiam ægra valetudine fuiſſet.

Procedere, proſpere cedere. Plaut. in Capt. 8. 7, Neque ieiunioſiorem, neque magis effractũ fame vidi, nec cui minus procedat, quicquid facere occœperit, Qui luy viẽne moins a ſouhait, ou, en auãt, a biẽ. Idem in Rud. 4 2, Et vos à voſtris abduxi negotijs, neque id proceſſit qua vos duxi gratia. Idem in Moſtell. 9. 39, Proſpere vobis cũcta vſque adhuc proceſſerunt, Tout ceſt aſſes bien porte. Idem in Mil. 13. 1, Volupe eſt quod agas, ſi id procedit lepide ex ſententia. Idem in Perſa, 4. 34, Mane quod tu occœperis negotium agere, id totum procedit diem. Terent. in And. 4. 1. 47, Niſi id putas, quia primo proceſſit parum, non poſſe iam ad ſalutem conuerti hoc malum. Idem in Adel. 5. 6. 9, Meditor eſſe affabilis, & bene procedit, Il va bien, Ie vas auant. Plaut. in Pœn. 13. 1, Expecto quo pacto meæ technæ proceſſuræ ſient. Comment y en yra de mes fallaces.

Procedens procedentis, o. g. Qui va auant. Procedente tempore. Plin. epiſt. 64. b, Sed vereor ne procedente tempore, ex ipſo remedio vitia naſcantur, Par ſucceſſion de temps.

Proceſſus proceſſus, proceſſui, m g. Progreſſus. Auance.

Proceſſum habere in literis, Eſtre auance es lettres. Suet. de claris grammat. 10, Ad ſummam Philologus abſemet nominatus ipſe, ad Lælium Hermam ſcripſit, ſe in Græcis literis magnum proceſſum habere, Quil auoit ia fort prouffite en grec.

Proceſſus, Auctus pluraliter. Cicero in Bruto, Gradus tuos & quaſi proceſſus dicendi ſtudio cognoſcere.

PROCELLO, procellis, procúli, procúlsum, procellere, Percutere, euertere. Plin. in Paneg. 111, Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate prouectos, improuiſus turbo proculerat, Les auoit rue ius, & abatu.

Procella procellæ, Vis venti cum pluuia, nec durans. Tourbillon de vent, vagues, Tormente de vent. In mari potius, quàm in terra. Dicta ab eo quòd omnia procellat, id eſt, moueat & percutiat. Virg. Creberque procellis Africus.

Procelloſus procelloſa procelloſum, Plein de vagues & de tourbillons de vent.

PROCERVS, procera, procerum, Prolixum, & in longitudinẽ productum. Long & hault. Plin. epiſt. 74. g, Fecerat eum fauorabilem renouata diſcriminum vetus fama, notúmque periculis nomen, & in procero corpore mœſta & ſquallida ſenectus. Idem epiſt. 101. b, Montes ſumma ſui parte, procera nemora & antiqua habent. Horat. in Serm. Quò pertinet ergo Proceros adiſſe lupos?

Proceritas proceritatis, f. g. Lõgueur. Cic. de ſenect. 55, Cum autẽ miraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines. Plin. in Paneg. 35, Tu ſola corporis proceritate elatior alijs.

Proceriter, Aduerbium, Extenſe.

Proceres procerum, m. g. plur. nu. Capita trabiũ, hoc eſt mutuli quidam extantes, Le bout dune poultre qui paſſe hors la muraille.

Proceres, principes ciuitatis aliquando dicuntur, quòd ij ita in ciuitate emineant, ſicut illi in ædificijs, Les gouuerneurs dune ville.

Proceres gulæ, Les ſuppots de gourmandiſe. Plin. lib. 9. cap. 17, Mulum expirantem verſicolori quadam & numeroſa varietate ſpectari proceres gulæ narrant, rubentium ſquammarũ multiplici mutatione palleſcentem.

Procerem, protulit Iuuenalis, Agnoſco procerem. à procer proceris.

PROCERITVS, procerita proceritum, Malo ſpiritu afflatus, Fol, incenſe.

Proceriti lapides. Plaut. in Pœn. 7. 25, Neque nos populus proceritis inſectabit lapidibus.

PROCESTRIVM, proceſtrij, n. g. Locus apertus ac patulus, quo proceditur in cubiculum, cœnacula, & reliquas partes ſuperiores. Plin. Iunior Gallo, Poſt hanc, cubiculum cum proceſtrio, altitudine æſtiuum, munimentis hybernum. Sunt qui legant procœtone, qui locus eſt ante cubiculum, ab excubando nomen ex græco ſibi vendicans.

Proceſtriũ fit æqualibus columnarũ interuallis patulũ, ſupra quarũ epiſtylia arcus curuãtur.

Proceſtria, à caſtro, ſiue caſtris, dicta ſunt munimenta quædã quæ fiunt ante mœnia caſtrorũ, ſiue ante caſtra. Quidam etiam proceſtria aditum, & veluti portam caſtrorum appellarũt.

PROCIDO, prócidis, prócidi, procaſum, procídere, Pronum cadere, procumbere, Cheoir la face cõtre terre. Gellius, Nam cum multis annis poſtea ſcena que prociderat, refecta eſſet.

PROCINGO, procingis, procinxi, procinctum, procingere, Apparare, Appreſter.

Procinctus procincta procinctũ, Paratus, Expeditus. Appareille. Vnde procincta claſſis. Feſtus, Procincta claſſis dicebatur, quum exercitus cinctus erat Gabino cinctu, confeſtim pugnaturus. Vetuſtius enim fuit multitudinem hominum, quàm nauium, claſſem appellari. Idem alio loco, Procinctam claſſem, id eſt, paratam ad bellum, militum multitudinẽ diali Flamini videre non licuit.

Procinctus, procinctus, procinctui, m. g. Apparatus bellicus, & expeditio dicitur. Ouid. Hæc in procinctu carmina facta puta. Plin. Viuum puta, vigorémque animi impedit ad procinctum tendentibus.

PROCINO, procinis, procinui, procentum, procinere. Cantando proferre.

PROCIO, procis, prociui, prócitum, procire, à cieo, Petere. Liuius, Matrem prócitum plurimi venerunt. Id eſt petitum, vt Feſtus exponit.

Procio, procis, prociui, procîtum; procire, A cio, Rumpere atque irritum facere. Hinc iuriſconſultus irritum teſtamentum procîtum dicit, authore Feſto.

PROCITO, procitas, procitare, Sæpe dicere, prouocare, inquit Feſtus.

PROCLAMO, proclamas, proclamare, Palàm & valde clamare, vociferari. Liuius lib. 1, Moti homines ſunt in eo iudicio maxime, Pub. Horatij patre proclamante, ſe filiam iure cæſam iudicare, ni ita eſſet, patrio iure in filium animaduerſurum fuiſſe, Criant deuant tous a haulte voix.

PROCLIVIS, & hoc procliue, Porrò inclinatum, vel pronum, inclinatúmque, inquit Do-

natus. Panchant en bas, enclin. Plaut. in Aſin. 12. 120, Aſta, vt deſcendã nunc iam in procliui, quanquã nequã es. Idem in Mil. 14. 27, Feciſti modo mihi ex procliuo parem.

Procliue ingenium. Terent. in And. 1. 1. 51, Ita vt ingenium eſt omnium hominum ab labore procliue ad lubidinem.

Procliue, Quod facile factu eſt. Plaut. in Aſin. 12. 73, Nam iſtud procliue eſt, quod iubes plane collocare.

In procliui eſſe, Facile a faire. Plaut. in Capt. 6. 86, Tam hoc quidem tibi in procliui, quàm imber eſt quando pluit. Terent. in And. 4. 2. 18, Id faciam, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat.

PROCO, procas, procare, Poſcere, inquit Feſt⁹. Liuius AEgiſtho, Quin quod parere vos maieſtas mea procat, toleratis, templo hanc deducitis?

Procax procacis, Id eſt petax. Qui touſiours demande, ſans honte. Hinc meretrix procax, petulans, impudens, inuerecunda. Plautus in Trucul. 4. 49, Sed vtris cum rem eſſe mauis? D. procaciores eſtis vos: ſed illi periurioſi. Terẽt. in Hecyra, 1. 2. 84, Maligna multo, & magis procax facta illicò eſt. Idem in Heaut. 2. 1. 15, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Procax, de inanimantibus etiam dici poteſt. Virgilius, Penitúſque procacibus auſtris. Id eſt, ſæuientibus procellis.

Procacitas procacitatis, à procando, id eſt poſcendo dicitur. Cic. lib. 4. de rep. à procando, id eſt poſcendo, procacitas nominata eſt.

Procacitas, Mordacitas. Cic. Non enim procacitate linguæ vitæ ſordes eluuntur.

Procus proci, Matrimonij appetitor, à proco procas, procare, Poſcere. Qui demande en mariage celle que vng autre demande. Virg. Procos irriſa priores.

PROCONSVL, proconſulis, m. g, Qui cum poteſtate extraordinaria ad aliquam prouinciam adminiſtrandam mittitur.

PROCRASTINO, procraſtinas, procraſtinare, Diem de die trahere, differre, Differer de iour en iour. Cic. pro Sext. Roſcio Amerino, Ac primo rem differre quotidie, ac procraſtinare iſti cœperũt, deinde aliquãto lentius nihil agere, atque deludere. Idem in Verrẽ, act. 3, Iſte verò non procraſtinat. locare incipit non proſcripta neque edicta die, alieniſſimo tẽpore.

Procraſtinatio procraſtinationis, f. g. Dilatio, Delay. Cic. Philipp. 6, Nam cum pleriſque in rebus gerendis tarditas & procraſtinatio odioſa eſt, tum hoc bellum indiget celeritatis.

PROCREO, procreas, procreare, Engẽdrer enfant. Plaut. in Aulul. 6. 24, Quod ſempiternum tibi ſalutare ſit procreandis liberis. Idem in Milite, 10. 87, Nam procreare liberos, lepidum eſt onus.

Procreatus ex. Plaut. in Rud. 29. 4, Nam lenones ex gaudio credo eſſe procreatos.

PROCVBO, procubas, procubui, procubitũ, procubare, Vigilare, quaſi porrò, hoc eſt longè eſſe à cubando.

Procubitor procubitoris, qui noctu, cuſtodiæ cauſſa ante caſtra excubat, authore Feſto.

PROCVDO, procudis, procudi, procuſum, procudere, Prolatare, cudendo extenuare, ſeu probe cudere, exacuereve. Virgilius libro primo Georg. Durum procudit arator Veneris obtuſi dentem.

Procudere dolos. Plautus in Pſeud. 9. 22, Nam meus hic eſt, procudam ego hinc hodie multos dolos.

PROCVL, aduerbium, Videtur cõponi ex porrò & longè, Quaſi longè ab oculis. Loing arriere. Plaut. in Curcul. 3. 17, Amabo, cuia vox aurib⁹ ſonat procul? Qui oy ie la loing? Idem in Trin. 5. 30, Mille modis amor ignorãdus eſt, procul adhibendus, atque abſtinendũ. Idem in Menæh. 7. 2, Nulla eſt voluptas nauitis, Meſſenio, maior, meo animo, quàm cum illi ex alto procul terrã cõſpiciunt. Idem in Capt. 5. 26, Secede huc. nunc iam, ſi videtur, procul, ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant. Recule toy icy arriere. Terẽt. in Eunuch. 4. 7. 17, At tu illos procul hinc ex occulto cæderes, facerent fugam. Idem in Eun. 3. 4. 10, Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit, ſciſcitari. Idem in Hecyra, 4. 3. 1, Quem cum iſtoc ſermonem habueris, procul hinc ſtans accepi vxor. Idem in Adelph. 3. 3. 84, Sed quis illic eſt, quem procul video?

Procul à. Terent. in Adelphis. 3. 2. 50, Poſtremo, quando ego conſcia mihi ſum, à me culpam eſſe hanc procul. Ouid. Sint procul à vobis iuuenes vt fœmina compti.

Procul longe à. Plaut. in Curcul. 6. 11, Hac noctu in somnis visus sum videri er procul sedere longe à me AEsculapium.

Procul, aliquando præpositio est, & aliquando ablatiuo, aliquando accusatiuo iungitur.

Accusatiuo. Curtius, Procul vrbem. Plinius libro IX, Villa est Campaniæ, haud procul Neapolim. Liuius lib. XXXI, Locus procul muros satis æquus agendis vineis fuit.

Ablatiuo. Tacitus, Nec procul cæde aberant. Id est propè interficiebantur. Curtius, Iam ventum procul mari, quod Hiberniam insulam spectat. Idem lib. VIII, Procul muro. Sic alibi sæpe.

Proculdubio, aduerbium, Id est certè. Sans doute. Suet. in Claud. Cæs. cap. 3, Reliquit filiũ omnibus gentis suæ proculdubio præferendum.

PROCVLCO, proculcas, proculcare, Progrediendo, vel aliud agendo cõculcare. Fouller, & rompre aux pieds. Columella lib. 2, Nam dum à pedibus legumina proculcantur, herbæ etiã atteruntur vngulis, atque glabrescit.

PROCVLIVNT, promittunt ait significare Antistius de iure pontificali, lib. IX. Hæc Festus.

PROCVMBO, procumbis, procubui, procubitum, procumbere, Prosterni, procliuiter iacere. Soy prosterner la face en terre, soy voultrer. Liuius lib. 1, Ipsum fessum via procubuisse. Columella lib. 1, Lata bubilia esse oportebit pedes X, vel vt minimum IX. Quæ mensura & ad procubendum pecori, & iugario ad circũeundum laxa ministeria præbeat.

Procumbere, Finire, desinere. quod faciunt quæcunque se in arctum ex latitudine recipiunt, vt mucrones, imbrices, triangula. Plin. lib. 19, de arundine, Folia habet à medio interno dio, cum plurimum desinunt vestire, procumbuntque.

PROCVRO, procuras, procurare, Administrationem alienarum rerum gerere. Auoir soing des besoingnes dautruy, les solliciter. Cicero Cornificio, Is procurat rationes Dionysij. Plin. epist. 49. f, Referebat ipse potuisse se, quum procuraret in Hispania, vendere hos commentarios. Plautus in Curcul. 10. 41, Nunquid vis leno? CA. istas minas decem qui modo procures, dum melius sit mihi, des. Idem in Trucul. 18. 24, Nunc puero vtere, & procura: quando procures, habes. Ibidem, 8. 43, Nunc tute interim quasi puerpera hic procura.

Procurare, Simpliciter curare, Soingner. Plautus in Pœnulo, 2. 29, Nutrices pueros, infantes minutulos domi procurent. Apuleius, Hunc enim equulum suum curiosè nimis procurantem inueni.

Procurare, Sustentare, medicare, adiuuare. Cato de re rustica, Eodem modo cæteras arbores procurato.

Procuratio procurationis, fœ. g. Ipsa administratio, Solicitude & soing que on ha pour les besongnes dautruy. Cic. lib. 1, de natura deorum, Sunt enim philosophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere senserunt rerum humanarum procurationem deos.

Procurator procuratoris, Procureur, vng facteur, soliciteur. Vlpianus; Procurator est qui aliena negotia mandato domini administrat. Plautus in Pseud. 9. 16, Condus, promus, procurator peni. Plinius epist. 244, Maximus libertus, & procurator tuus, domine, præter decem beneficiarios, quos &c.

Procuratorius procuratoria procuratorium, Quod ad procuratorem pertinet.

PROCVRRO, procurris, procurri, procursum, procurrere, Vltra siue longè currere. Courir deuant. Columella lib. VII, Ex domitis bubus, valentissimum, eundémque placidissimum cum indomito iungimus, qui & procurrentem retrahat, & cunctantem producat.

PROCVS, vide PROCO procas.

PROCYON, sydus in cælo, aliâs canicula dicitur, & Anticanis, & Sirius. Cicero, Anticanẽ procyon Graio qui nomine fertur. Ἀ πρὸ, id est ante, & κύων canis.

PRODEO, prodis, prodiui, vel prodij, pròditum, prodire, Vltro ire, siue foras ire, quasi porrò ire, sortir & sen aller. Ex pro, & EO, IS, d interposita. Terẽt. in Eunuch. 5. 7. 4, Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem. Ie men vois pour &c. Ibidem, 4. 4. 2, Fugitiue prodi, male consiliate. Sors hors, vuyde. Idem in Adelphis, 4. 4. 26, Prodit nescio quis: concedam huc. Idem in Heaut. 2. 3. 35, Anus quædam prodit.

Prodire ad aliquem. Plaut. id Casi. 9. 11, Atque illi ad me prodeunt. Idem in Bacchid. 20. 92, Pudet prodire me ad te in conspectum pater.

Prodire ex. Plaut. in Rud. 8.6, Ex vrbe ad mare huc prodimus.

Prodire in conſpectum alterius. Plaut. in Moſtell. 16.33, Nam illum prodire pudet in conſpectum tuum. Il ha honte de ſe monſtrer deuant toy. Terẽt. in Phor. 2.4.3, Neque mihi in cõſpectum prodit, vt ſaltem ſciam quid de hac re dicat. Il ne vient point deuers moy.

Prodire in publicum, Soy monſtrer. Plaut. in Sticho, 10.34, Nõ metuo: per ortum tranſibo, non prodibo in publicum.

Prodire obuiam alicui. Cicero, An ego tibi obuiam non prodirem, primùm Appio Pulchro, deinde imperatori?

PRODICO, prodicis, prodixi, prodictum, prodicere, Vltra dicere. Cic. pro Cælio, Quamobrem excutiemus omnes iſtorũ delicias, omnes ineptias, ſi prodixerint. Si quaquettẽt plus.

PRODIGIVM, prodigij, Quaſi porrò digium, quòd porrò dicat, porrò ſignificet, & aliquid futurum eſſe portendat. Feſtus, Prodigia, quòd prædicunt futura, permutatione G literæ. nam quæ nuc C appellatur, ab antiquis G vocabatur. Nonius, Prodigia, deorum minæ, vel iræ. Virg. lib. 3, Sola nouum dictúque nefas harpyia Celæno Prodigiũ canit. Idem lib. VI, Prodigijs acti cæleſtibus oſſa piabunt.

Prodigiator prodigiatoris, Qui ex prodigio futura prænuntiat. Feſtus, Prodigiatores, aruſpices, prodigiorum interpretes.

Prodigioſus prodigioſa prodigioſum, Quod prodigium facit.

Prodigialis & hoc prodigiale, Quod prodigium procurat. Plautus in Amphit. 8.105, Sed mulier poſtquàm experrecta es, prodigiali Ioui aut mola ſalſa hodie, aut thure comprecatum oportuit.

PRODIGAE hoſtiæ (inquit Feſtus) vocantur, quæ cõſumuntur, vt ait Veranius. Vnde homines quoque luxurioſi, prodigi dicuntur.

PRODIGO, prodigis, prodegi, prodigere, Conſumere, vltra modum erogare. Compoſitum ex pro, & ago agis. Plaut. in Aulul. 13.10, Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris. Idem in Merc. 24.60, Et per nos quidem hercle egebit, qui ſuũ prodegerit.

Prodigus prodiga prodigum, Qui bona ſua conſumit. Prodigue. Cic. lib. 2. de off. Omnino duo ſunt genera largorum: quorum alteri prodigi, alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, vænationúmque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriam aut breuem, aut omnino nullam ſunt relicturi. Liberales, qui ſuis facultatibus aut captos à prædonibus redimunt, aut æs alienum ſuſcipiunt, cauſſa amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda vel augenda. Plaut. in Moſtell. 12.16, Prodigus ſui peculii.

Prodigus, pro liberali aliquando ponitur. Horatius lib. carm. Animæque magnæ prodigum Paulum ſuperantem Pœno Gratus inſigni referam camœna.

Prodigalitas, prodigalitatis, f. g. Prodigalite.

Prodigitas prodigitatis, f. g. Profuſio. Prodigalite. Lucilius lib. 6. ſatyr. Nequitia occupat hoc petulantia, prodigitáſque.

Prodigaliter, aduerbium, Prodigalement. Columella lib. 4, Non illa videntur prodigaliter in noſtris Ceretanis accidiſſe, vt aliqua vitis apud te excederet vuarum numerum duorũ miliũ.

PRODINVNT, pro prodeunt dixere veteres. Ennius, Prodinunt famuli, cum candida lumina lucent.

PRODITIO, vide PRODO.

PRODIVS, dictum eſt interius, longius, inquit Nonius, à prodeundo, quaſi porrò eundo. Varro, Primùm venit in vrbem, atque intra muros, deinde accedit prodius, atque introijt domum. Id eſt, intra priuatos muros.

PRODO, prodis, prodidi, proditum, prodere, Longè proijcere, deferere, excludere, propellere. Virgilius, Nauibus infandum amiſſis vnius ob iram Prodimur, atque Italis longè diſiungimur oris. Donatus in Terentium, Deſerimur, proijcimur, decipimur interpretatur.

Prodere, Deferre, oſtendere, patefacere, Rencuſer, dire, & monſtrer. Vigilius lib. 2. AEneidos, Prodere voce ſua quenquã, aut apponere morti. Plautus in Capt. 7.11, Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimũ, cum ſeruitutẽ ita fers vt ferri decet. Idem in Ciſtell. 10.85, Tibi nos prodimus ac cõfitemur ciſtellam habere. Terent. in Heaut. 4.3.29, Tu quidem illum planè prodis.

Prodere, Decipere, deſerere, authore Donato. Terent. in Adel. 4. 5. 58, Prodidiſti & te & illã miſeram, & gnatum. Idem in Hecyra, Eho an non alemus Pamphile? prodemus quæſo potius? Donatus, Deſeremus, proijciemus, porrò dabimus?

Prodere, Proferre, prolatare, differre, interprete Donato. Terent. in And. Credo impetrabo, vt aliquot ſaltẽ nuptijs prodat dies. Lucilius lib. v. ſatyr. Poſſiſne elabi, an prodẽda dies. Sic Nonius etiam interpretatur, & legit hunc Terentij locum. Vulgata exemplaria habent, protrahat.

Prodere, Propagare. Virgilius lib. 4, Italiam regeret, genus alto à ſanguine Teucri Proderet. Cic. de ſuppliciis in Verrem, Iuſſi magnis ad memoriã, poſteritatémque prodendam. Dilater, eſtendre.

Prodere, Dare. Salluſt. Antequã arcẽ proderent hoſtibus. La rendiſſent. Cic. de Senect. Non accipere modo hæc à maioribus voluerunt, ſed etiam poſteris prodere.

Prodere vrbem, Trahir la ville, & la bailler es mains des ennemis. Cic. In eum pœnã qui prodere hoſtibus patriam cogitaret.

Prodere vitam, Mettre ſa vie en danger. Terent. in Heaut. 3. 1. 70, Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit, prius proditurum te tuam vitam, & prius pecuniã omnem, quàm abs te amittas filium. &c.

Prodere memoriæ, Rediger par eſcript. Cicero Appio, Quum tuum ſtudium conſumes in virorum fortium factis memoriæ prodendis. Idem pro lege Manilia, Quod iam nationibus exteris incredibile ac falſò memoriæ proditũ videbatur. Idem pro Milone, Itaque hoc iudices non ſine cauſſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt.

Prodiderunt poetæ, Les poetes ont dict, ont eſcript. Cic. lib. 3. de off. Vtile videbatur Vlyſſi, vt quidam Tragici poetæ prodiderũt. Plin lib. 2. cap. 7, Diuus Auguſtus læuum prodidit ſibi calceum præpoſtere inductum, quo die ſeditione militari propè afflictus eſt.

Proditio proditionis, fœm. gen. Trahiſon. vt proditio patriæ, apud Ciceronem de Senectute.

Proditor proditoris, Vng traitre. Plaut. in Rud. 2. 50, Ei erat lenoni hoſpes paternus Siculus, ſenex, ſceleſtus, Agrigentinus, vrbis proditor. Poteſt etiam ſignificare omnia quæ prodo.

PRODROMVS, prodromi, m. g. Latinè præcurſor dicitur. Auant coureur. Cicero Attico lib. 1, Nã mihi Pompeiani prodromi nuntiant apertè Pompeium acturum. Eidem lib. 16, Peruenì enim Vibonem & Siccam. magis commodè quàm ſtrenuè nauigaui. remis enim magnam partem. prodromi nulli.

Prodromi ficus. Plin. lib. 16. cap. 26, Ficus & præcoces habet, quas Athenis prodromos vocãt

Prodromi aquilones, Qui octo fermè diebus exortum caniculæ antecedunt.

PRODVCO, producis, produxi, productum, producere, In longum ducere, Prolonger, allõger. Et de tempore & de corporeis rebus dicitur. Cicero de Senect. 43, Cõuiuiumque vicinorum quotidie compleo, quod ad multam noctem, quàm maxime poſſumus, vario ſermone producimus.

Producere diem. Terent. in Adelphis, 4. 2. 53, Nam iam adibo, atque vnum quicquid, quod quidem erit belliſſimum, carpam, & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem. Petit a petit ie paſſeray ceſte iournee.

Producere vitam. Plaut. in Trin. 6. 58, Nam & illud quod dat, perdidit, & illi producit vitam ad miſeriam. Cic. de Senect. 56, Marcum Valeriũ Coruinũ accepimus ad centeſimũ annum vitam produxiſſe. Il auoit veſcu cent ans.

Producere moram. Donatus, Differre, protendere, prolatare. Terent. in And. 3. 5. 9, Dicam aliquid iam inuenturum, vt huic malo aliquam producam moram. Que ie le retarge.

Producere aliquem falſa ſpe: Le tenir en habay. Terent. in And. 4. 1. 24, Nonne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Retarger de iour en autre.

Producere, Mettre hors. Plautus in Capt. 6. 2, Vbi ſunt iſti, quos ante ædes iuſſi huc produci foras? Idem in Amphit. 4. 63, Hæc vbi legati pertulere, Amphitruo è caſtris illicò producit omnem exercitum. Galba Ciceroni, Repentè Antonius in aciem ſuas copias de vico produxit, & ſine mora concurrit.

Producere, Pouſſer auant, auancer daller. Columella lib. 7, Ex domitis bubus valentiſſimum, eundémque placidiſſimũ cum indomito iungimus, qui procurrentem retrahat, & cunctantem producat.

Producere, Mener loing, & eſloingner. Columella lib.7, Poſt eiuſmodi experimenta, vacuo plauſtro ſubiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi ſunt.

Producere aliquem rus. Terẽt.in Adelph.4.2.23, Num tu eum rus hinc modo produxe aiebas? Ibidem, 3.3.48, Satín' ſcis ibi eum eſſe? s.oh, qui egomet produxi! Qui lay chaſſe aux champs.

Producere ſcelus. Terent.in Adel.3.2.16, Seni animam primùm extinguerem ipſi, qui illud produxit ſcelus. Qui a faict ceſte meſchantete.

Produci propriè venales dicũtur, authore Donato. Plaut.in Merc.19.44, Hanc reſciſcens pater produxit, venalẽ præbuit. Terent.in Heaut.1.1.92, Ancillas, ſeruos, niſi eos qui opere ruſtico faciundo facile ſumptum exerceant ſuum omnes produxi, ac vendidi, inſcripſi illicò ædes mercede.

Producere filiam, Id eſt proſtituere. Plautus in Aſin.10.40, Audientem dicto mater produxiſti filiam.

Producere filios, Gignere. Plaut.in Capt.12.105, Quaſi in orbitatem liberos produxeram.

Producere, Proſequi. Virg. Nec tua funera mater Produxi.

Productor productoris, Qui virgines abducit, & eas ad quæſtum exponit.

Productus producta productum, Alonge, ou mis hors.

Productiſſimum flagellum vocat Columella lib.3.cap.10. quod longiſſimum eſt in vitibus.

PROFANVS, profana, profanũ, Irreligioſum, non ſanctum: quaſi ſit porrò à fano, impiũ, ſceleſtum, aduerſum omni religioni. Stathius, Fraternas acies, alternáque bella profanis, Decertata odijs. Plaut. Sacrum, an profanũ habeas, paruipenditur. Idem in Merc.7.22, Nec ſacrum, nec tam profanum quicquam eſt, quin abſit ibi illicò.

Profanum dicitur etiam quod ex religioſo vel ſacro, in hominum vſum conuerſum eſt. Virg. Faune precor miſerere (inquit) túque optima ferrum Terra tene, colui veſtros ſi ſemper honores, Quos contrà AEneadæ bello fecere profanos.

Profanus, Sacris non initiatus, qui fanum intrare non poterat. Virg. Procul ô procul eſte profani Conclamat vates.

Profanum, Varro interpretatur quod eſt ante fanum, fano coniunctum.

Profano, profanas, profanare, Ex ſacro, humanis vſibus promiſcuum facere.

PROFECTO, aduerbium confirmantis, dictũ quaſi pro facto, & ſignificat nimirũ, Et plerunque ad reſponſionem adhibetur. Certainement, certes. Plau.in Merc.6.1, Profectò ego illum hircum caſtrari volo. Idem in Amphit.4.216, At mentiris etiam, certo pedibus non tunicis venis. s.ita profectò. M.nunc profectò vapula ob mendacium. Terent.in Adel.1.1.3, Profectò hoc verè dicunt, ſi abſis vlpiam &c. Idem in Eunucho, 1.2.104, Verùm ne fiant iſti, viginti dies. T.profectò, non plus biduum, aut. Ibidem, 3.3.1, Profectò, quanto magis, magíſque cogito. &c. Idem in And.3.3.23, Iræ ſunt inter Glyceriũ & gnatũ c.audio. s.ita magnæ, vt ſperẽ poſſe auelli. c.fabulæ. s.profectò ſic eſt. Cic. Quis hęc renũciat? is profectò qui interfuit. Idem de Senect.77, Animus verò nõ me deſerens, ſed reſpectans, in ea profectò loca diſceſſit, quo mihi ipſe cernebat eſſe veniendum. Ibidem, 12, Quorſum igitur hæc tam multa de Maximo? Quia profectò videtis, nefas eſſe dictu, miſerã fuiſſe talem ſenectutem.

PROFERO, profers, protuli, prolatum, proferre, Extra ferre, Mettre ou tirer hors. Plaut. in Aſin.13.50, Ne ſic tuſſiat vt cuiquam linguam in tuſſiendo proferat. Idem in Amphit. 8.136, Tu Theſſala intus pateram proferto foras.

Proferre, Porter hors. Plaut.in Rud.23.39, Quippe cum extemplo in macellũ piſces prolati ſient, nemo emat, ſuam quiſque partem piſcium poſcat ſibi.

Proferre, Palàm facere, prodere, pronũtiare. Terẽt.in Hecy.1.2.78, Hoc ego proferre, incõmodũ mihi eſſe arbitror. Le reueler, dire, & faire que les gens le ſachent, racõpter. Idem, in Adel.3.2 41, Nũc ſi hoc palam proferemus, ille inficias ibit, ſat ſcio. Idem in Heaut. 5.2.41, Suſpicionem iſtã ex illis quære, rem profer palám. Idem in Hecy 2.2 11, Si quid eſt peccatũ à nobis, profer. Idem in Adel.3.2.39, An hoc proferendũ tibi vſquã eſſe videtur? Plin.epiſt.109.b, Quinetiã Dextrũ, qui primũ diuerſum cenſuerat, prolata lege de ſenatu habendo, iuuare coegit è rep. eſſe quod cenſuiſſet. Idem epiſt.16.a, Audiui cauſſas agentẽ acriter, & ardenter: nec minus polite & ornate ſiue meditata, ſiue ſubita proferret. Id eſt, pronuntiaret.

Proferre, Protendere, & prolatare, Eſtendre, prolonger, accroiſtre. Plinius, Cum lineam protuliſſet longiſſimã atque rectiſſimam. Iuſtinus lib. 1, Arbitria principũ pro legibus erãt, fines imperii tueri magis quàm proferre mos erat. Terent. in And. 2. 1. 31, Saltẽ aliquot dies profer, dum proficiſcor aliquò. Differe, attens encore aucuns iours. Cic. lib. 3. de rep. Sapientia iubet proferre opus, amplificare diuitias.

Proferre dolum Plaut. in Caſina, 15. 48, Hera dolum hunc, atque hæc ex proximo protulerunt, Ont trouue ceſte tromperie, & miſe en auañt.

Proferre gradum, Soy haſter. Plaut. in Menæh. 17. 1, Vt ætas mea eſt, atque vt hic vſus facto eſt, gradum proferam.

Proferre gaudium oculis. Plin. in Paneg. 1. 27, Quid nũc ego ſuper ea, quæ ſum cum toto ſenatu precaṛ, pro ſenatu precer, niſi vt hæreat animo tuo gaudiũ quod tũc oculis protuliſti?

Proferre ſua ſtudia, Mettre en auant. Plin. epiſt. 145, At nos eos tantum dicturi aliquid, aut lecturi, timemus qui ſtudia ſua proferunt: quum illi qui tacent, hoc amplius præſtẽt, quòd maximum opus ſilentio reuerentur.

Prolatio prolationis, f. g. Prolation, Parolle. Plaut. in Mil. 5. 98, Quantum vis prolationũ, dũmodo nunc prima via inducamus vera vt eſſe credat quæ mentibimur.

PROFESTVS, profeſta, profeſtum, Profeſti dies, qui hominibus ad rem vel priuatam vel publicam adminiſtrandã conceſſi erãt. Nonius, Profeſti dies, ſunt à feſtiuitate vacui. Afranius, Quæ feſti nos facere ſolemus, de quotidiano opere promiſcuè, atque profeſto concelebras focum. Plaut. in Aulul. 13. 11, Feſto die ſi quid prodegeris, profeſto egere liceat, niſi peperceris.

PROFESSOR, vide PROFITEOR.

PROFICIO, proficis, profeci, profectũ, proficere, Procedere, & perficere ſignificat. Prouffiter. Cic. lib. v 11. epiſt. Torano, Nunc euerſis omnibus rebus, cum conſilio profici nihil poſſit, vna ratio. &c.

Proficitur, imperſonale, On prouffite. Plin. epiſt. 217, Sed illa quæ dictaui, identidẽ retractantur, ac ſimul memoriæ frequenti emendatione proficitur. Cic. Attico, lib. 16, Aut proderimus aliquid Ciceroni: aut quantum profici poſſit, iudicabimus.

Profectus profectus profectui, m. g. Prouffit que on a faict a eſtudier, ou a autre choſe apprẽdre. Plinius, Nec minorem ſub eo præceptore profectũ fecit. Plin. epiſt 166, Probo quòd libellos meos cum patre legiſti: pertinet ad profectum tuum à diſertiſſimo viro diſcere. Ceſt ton prouffit.

PROFICISCOR, proficiſceris, profectus ſum, proficiſci, Partir, aller, venir. Eundi & veniendi ſignificationem habet. Terent. in Adelph. 2. 2. 16, Dum huic obſequare, præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum, Que tu ten vas a Cypre. Plaut. in Merc. 22. 98, Porrò proficiſcor quæſitum. Ie men vois la querir. Idem in Aulul. 5. 40, Nũc quò profectus ſum, ibo. Ou iauoye cõmẽce daller. Idem in And. 4. 5. 19, Grandiuſcula iam profecta eſt illinc. Partie de la. Virg. Hunc lætum Tyriíſque diem, Troiáque profectis.

Profecta à natura. Cic. de Amicitia, 26, An eſſet hoc quidem propriũ amicitiæ, ſed antiquior, & pulchrior, & magis à natura ipſa profecta alia cauſſa eſſet.

Omnia enim à me in te profecta ſunt, quæ ad tuum cõmodum, quæ ad honorem, quæ ad dignitatem pertinerent. Ie tay faict tout ce que ie penſoye eſtre a ton prouffit. Cice. lib. v. epiſtol. Antonio.

Profectus ad Capuam. Cic. de Senect. 9, Adoleſcentulus miles profectus ſum ad Capuam.

Proficiſcitur ad Catonem. Cic. de Senect. 76, Proficiſcar enim nõ ad eos ſolum viros, de quibus antè dixi, ſed etiam ad Catonem meum. Proficiſci in conſilium, apud eundem, 76.

PROFITEOR, profiteris, profiteri, Latè, ſeu palàm polliceri. Promettre deuãt tous. Cic. in Acad. Qui philoſophiam iam profeſſus ſum populo noſtro exhibiturum. Liuius, Palàm profeſſi, nuſquam inde niſi in patriam, veſtigium eſſe moturos Id eſt voluntariè & libere.

Profiteri, Dire frãchemẽt. Cic. de Senect. 39, Sæpe à maioribus natu audiui, qui ſe porrò pueros à ſenibus audiuiſſe dicebant, mirari ſolitum C. Fabritium, quòd cum apud regem Pyrrhum legatus eſſet, audiſſet à Theſſalo Cynea, Athenis quendam eſſe qui ſe ſapientem profiteretur. Diſoit deuant tous. Idem de Amicitia, 34, Illos autem qui quiduis ab amico auderent poſtulare, poſtulatione ipſa profiteri, omnia ſe amici cauſſa eſſe facturos.

Profiteri, Apud antiquos id ſignificat quod vulgo dicũt aſſignare, vel inſinuare quantum nu,

merum, vini, olei, frumenti, iugerum, pecuniæ, vel aliarum rerum quilibet habeat. Cic. pro lege Agraria, Impoſterum verò lex hæc imperatoribus noſtris conſtituatur, vt quicunque de prouincia deceſſerit, apud eoſdem decem viros, quantum habeat prædæ, manubiarum, auri coronarii profiteatur. Idem in Verrem, Edixerat, vt aratores iugera ſationũ ſuarum profiterentur. Ibidem, Nõ quo iugerum numerũ vere profiteri eſſet difficile, aut amplius etiam profiteri, ſed quòd ex edicto profeſſus non eſſet. Liuius ab vrbe cond. Profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vſu menſtruo ſupereſſet. Ibidem, Primo expectauerant, vt qui ſe dignos tanto imperio crederent, nomina profiterentur. Idem de bello Maced. Vt qui ſocii ciuibus Romanis credidiſſent, pecunias profiterentur.

Profiteri, Parler. Plaut. in Capt. 8.20, Quò imus vnà, inquam, ad prandium? atque illi tacent. quis agit hoc? aut quis profitetur inquã? quaſi muti ſilent. Qui eſt qui parle? ou qui ſe vente de ce faire?

Profiteri indicium, Sponte indicare rem aliquam, Deſcouurir & enſeigner. Plin. epiſt. 60. c, Eadem apud Claudiũ, vxori Scriboniani, quũ illa profiteretur indiciũ, Ego, inquit, te audiã.

Profiteri operam ſuam. Cic. in Verrem, act. 4, Interea cupiditate iſte illa ſua nota atque apud omnes peruulgata, quum ſigna quædã pulcherrima atque antiquiſſima Thermis in publico poſita vidiſſet, adamauit: à Sthenio petere cœpit, vt ad ea tollenda operam ſuam profiteretur, ſéque adiuuaret.

Profiteri, Vſurpatur pro publice legere. Plin. epiſt. 76. a, Audiſtine Valerium Licinianũ in Sicilia profiteri? Cic. de Amicitia, 16, Quamobrem quæ diſputari de amicitia poſſunt, ab eis cenſeo petatis, qui iſta profitentur. Qui diſputent en public & enſeignent ces choſes.

Profeſſio profeſſionis, f. g. Confeſſio palàm facta. Liuius, Poſtquã profeſſionibus detecta eſt magnitudo æris alieni.

Profeſſor profeſſoris, m. g. Qui publice fatetur. Inde qui liberales artes docent, profeſſores dicuntur, quia artes illas ſe ſcire & poſſe publice tradere fatentur. Suet. de claris grãmat. 9, Reliquit filium Orbilium, & ipſum grammaticũ profeſſorem. Plin epiſt. 76 a, Quos tibi Fortuna ludos facis? facis enim ex profeſſoribus ſenatores, ex ſenatoribus profeſſores.

PROFLIGO, profligas, profligare, Deijcere, depellere, deperdere, & ad pernicię deducere. Plaut. in Mil 5.75, Confidentia eſt, nos inimicos profligare poſſe.

Profligare, Abſoluere & efficere, Mettre a fin. Cornelius Tacitus, Profligauerat bellum cum Iudæis Veſpaſianus. Id eſt, confecerat, & penè ad exitum deduxerat.

Profligatus profligata profligatum, Proſtratus, deiectus, afflictus, perditus. Rue ius, Deſtruict, & mis a mort.

Profligatas res dicimus perditas, & ad pernicíem redactas.

Profligati homines, Perditi, & in quibus nihil eſt ſalubre, nihil integrum. Suet. in Tib. Ex iuuentute vtriuſque ordinis profligatiſſimus quiſque. Cic. pro Archia poeta, Nunquã me pro ſalute veſtra in tot ac tantas dimicationes, atque in hos profligatorum hominũ quotidianos impetus obieciſſem.

Profligata, dicũtur etiam quæ prope abſoluta ſunt. Cic. lib. 5. Tuſcul. Atque ſi ita eſt profligata iam hæc, & penè ad exitum deducta quæſtio eſt.

PROFLIGO, profligis, proflixi proflictũ, profligere, Latè, ſiue multũ certare. Columella lib. 1, Quia flagitioſum, quos hoſtis profligendo deſolaſſet, agros nouo more emere Romanũ ſupra vires patrimonii poſſidendo.

PROFLVBEO, proflubes, proflubui, proflubere, Emanare, Couler. Columella lib. 7, Si armos læſerit, aut ſanguinem dimiſerit, medio ferè in vtroque crure venæ ſoluantur, & thuris puluere, cum dimiſerit, cum eo qui proflubuit ſanguine, armi liniantur.

PROFLVO, profluis, profluxi, profluxum, profluere, Deorſum, ſiue à longè fluere, Couler & courir. De aqua dicitur. Plau. in Aſin. 13.51, Quod illa autẽ ſimulet quaſi grauedo profluat

Profluens profluentis, participium, Coulant. Liuius lib. 1, Pueros in profluentem aquam mitti iubet.

Profluens aliquando nomen eſt, pro flumine. Cicero lib. 1. ad Herennium, Qui parentem neceſſe iudicatus erit, is obuolutus & ligatus corio, deuehatur in profluentem. Id eſt, fluminis procurſum.

Profluuium profluuii, n. g. Fluxio. Flux. vt profluuiũ ſanguinis, Flux de ſang. Plin. lib. 26, Sanguinis profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum.

PROFOREM, profores, proforet, profore, Profuturũ eſſe. Vt forem cõiugatur. Horatius, Quæ nocuere ſequar, fugiam quæ profore credam. Qui pourront prouffiter.

PROFVGIO, profugis, profúgi, profugitum, profugere, Procul fugere, aut quantũ poſſum inde fugere. Plaut in Caſina, Quid nunc agam neſcio, niſi vt improbos famulos imiter, ac domo profugiam. Cic. in Lælio, Hac itaque amentia perterritus, in Aſiam profugit. Terẽt. in Heaut. 3.2.17, Atqui ſi is non diuitijs abundet, gnatus eius profugit inopia. Il ſen eſt alle au hault & au loing de pourete quil enduroit. Idem in Adeph. 3.3.31, Cum hinc egẽs profugiet aliquò militatum.

Profugere à. Cicero de Senectute, 43, Libenter verò iſtinc, ſicut à domino agreſti, ac furioſo, profugi.

Profugium profugii, dicitur cum longè aliquò fugitur, vbi ſe quis tutum putat. Cic. lib. 1. Tuſcul. Portum nobis paratum & profugium putemus, quò, velis paſſis prouehi liceat.

Profugus profuga profugum, Qui longè aliquò fugit, procul à finibus ſuis vagans, quaſi porrò fugatus. Vagabond. Salluſt. Troiani, qui AEnea duce profugi ſedibus incertis vagabantur.

Profugus, Qui diuerſa petit loca, etiã ſi nõ fugatus. Vnde Horatius, Profugos Scythas appellat, quòd crebrò domicilia mutent.

PROFVNDO, profundis, profudi, profuſum, profundere, Largè fundere, Eſpãdre en abõdance, comme deleaue ou autre choſe. Plaut. in Aulul. 9.29, Aquam hercle plorat, cum lauat, profundere. Idem in Curcul. 2.92, Profundis vinum? quæ te res agitant?

Profundere, per tranſlationem, Supra modum ponere, Deſpendre oultre meſure. Terent. in Adel. 1.2.54, Tibi ſi iſtuc placet, profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.

Profuſus profuſa profuſum, Supra modum ſumptuoſus, Qui deſpend a oultrage. Salluſt.

Profuſus, cum genitiuo. Salluſt. in Catil. Alieni appetẽs, ſui profuſus, ardẽs in cupiditatibus.

PROFVNDVS, profunda, profundum, Dictum eſt quòd porrò, id eſt longè habeat fundum. Profond. Suetonius in Vitell. cap. 7, Ac poſſe prouincialibus copijs profundam eius explere gulam.

Profundus, Altus. Virg. Ni faciant maria ac terras, cælúmque profundum.

Profunda auaritia. Salluſt. in Iugurtha, Ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocci animũ oratione accendit, Romanos iniuſtos, profunda auaritia communes omnium hoſtes eſſe.

Profunda cupido. Salluſt. in Iugurtha, Nanque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis vna, & ea vetus cauſſa bellandi eſt: cupido profunda imperij & diuitiarum.

Profunda libido. Salluſt. de rep. ordinãda, Vt ex alienis malis teterrimi mortales ventri atque profundæ libidini ſumptus quærerent.

Profunditas profunditatis, f. g, Profondite.

PROGENER, progeneri, m. g. Progenerum dicit auus, neptis ſuæ virum.

Progenero progeneras, progenerare, Generationem producere.

Progenies, progeniei, f. g Lignee.

PROGIGNO, progignis, progenui, progenitum, progignere, Engẽdrer. Plaut. in Trucul. 15.1, Neque gnatus eſt, neque progignetur, neque poteſt reperiiier, &c.

PROGNARE, aduerbium, Id eſt apertè, authore Feſto.

Prognariter, aduerbium, Audacter, ſtrenué. Plautus in Perſa, 16.121, Ego ſcio hercle vtrunque velle. D. age, iudica prognariter. Hardiement.

PROGNATVS, prognata prognatum, Engendre. Plaut. in Pœnulo, 18.29, Non eo ſumus genere prognatæ, tametſi ſumus ſeruæ ſoror. Idem in Epid. 2.33, Tum ille prognatus Theti. Terent. in Phor. 1.2.65, Bonam, bonis prognatam.

Prognati, Enfans. Plaut. in Amphit. 8.18, Res, parẽtes, patria & prognati, tutãtur, ſeruãtur.

PROGNOSIS, πρόγνωσις, præſcientia, præuidentia dicitur.

Prognoſticon, Rei futuræ ſignum. À græco verbo προγινώσκω, quod facit in futuro προγνώσομαι, quod præſcio, ſiue præcognoſco ſignificat. Vnde Hippocratis prognoſtica, quib⁹ facilè ægrotorum ſalus mórſve à medicis prædici ſolet.

PROGREDIOR, progrederis, progreſſus ſum, progredi, Vltra procedere. Plaut. in Caſi. 18 17, Sed eccum progreditur cum corona & lampade meus ſocer. Marche auant. Idem in Mil. 11.5, Heus Sceledre, niſi negotium, progredere ante ædes, te vocat Palæſtrio. Sors a lhuys. Idem in Bacchid. 13.29, Mneſilochus eccum mœſtus progreditur foras. Idem in Pſeud. 13.70, Si hic quò progredietur, pariter progredimini. Plin. in Paneg. 128, Ac pri-

mùm ita domo progrediebatur, vt illum nullus apparatus arrogãtiæ principalis, nullus præcurſorum tumultus detineret.

Quamobrem id primum videamus, ſi placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Cicero de Amicitia, 34.

Progredi, Anteire. Plautus, Extremum intra carcerem ipſum progreditur parthenopeum.

Progreſſus progreſſa progreſſum, Paſſe oultre, ou marche.

Progreſſus ætate. Cic. de Senect. 29, Niſi forte adoleſcentes puritiã paululum ætate progreſſi, adoleſcentiam debeant requirere.

Progreſſus progreſſus progreſſui, m.g. Proceſſus, Auance que on faict en marchãt, & an allant.

Progreſſio progreſſionis, f.g. Idem. Cic. lib. 1. Tuſcul. Qui errantium ſtellarum motus, progreſſiones, inſtitutioneſque notauit.

PROGYMNASMA, progymnaſmatis, n.g. Præexercitamentum latinè dicitur.

PROHIBEO, prohibes, prohibui, prohibitum, prohibere, Ex pro & habeo, Vetare, procul tenere, auertere, Deffẽdre & engarder que aucune choſe ne ſe face. Prohibere, Vetare ne quid facere incipiat quis. Virg. Prohibe infandos à nauib⁹ ignes. Idem, Quod genus hoc hominũ? quæve hũc tã barbara morẽ Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ. Plau. in Curc. 2.33, Nemo hinc prohibet, nec vetat. Idem in Amphit. 12.25, Deinde ſurſum aſcendã in tectum, vt illũ hinc prohibeam. Idem in Aulul. 12.20, Quid eſt, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam? Terent. in Heaut. 3.3.12, Multa fert libido, ea prohibet facere tua præſentia. Ta preſence men garde. Idem in And. 3.3.37, Si eueniat (quod di prohibeant) diſceſſio. Laquelle choſe dieu vueille que ainſi ne ſoit. Idem in Adelphis, 2.4.11, Quæſo vt iſtæc di prohibeant.

Prohibere domo, Deffendre de entrer en la miaſon. Plautus in Amphit. 4.207, Tún' domo prohibere peregre me aduenientem poſtulas? Terent. in Phor. 2.3.78, Aut quidem cum vxore hac ipſum prohibeo domo.

Prohibere à ſe vim. Plaut. in Capt. 13.35, Continete vos domi, prohibete à vobis vim meã.

Prohibere aliquem ab iniuria. Salluſt. in Iugurtha, At Sylla, quanquam eadem exiſtimabat, tamen ab iniuria Maurum prohibet, ſuos hortatur vti fortem animum gererent.

Prohibere calamitate. Cic. pro lege Manilia, Erit igitur humanitatis veſtræ, magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.

Prohibere, datiuo & accuſatiuo iunctum. Plautus in Curcul. 14.7, Obſecro parentéſne meos mihi prohibeas? Idem in Milite, 10.105, Nunc vxorem prohibent mihi, & quæ huius ſermonis erant:

Prohibeſſis, pro prohibueris. Plaut. in Amphit. 14.22, Tún' furcifer meis me procul prohibeſſis ædibus! Idem in Pſeud. 3.12, Miſere miſer ſum Pſeudole. PS. id te Iuppiter prohibeſſit.

PROIICIO, proijcis, proieci, proiectum, proijcere, Porrò iacere, Ietter loing, en arriere. Virgilius, Proiice tela manu. Cic. de ſignis, Sed quod erat huiuſmodi loco, atque ita proiecta in altum. Virg. lib. 3. AEneid. Proiectáque ſaxa Pachyni. Cic. lib. 2. de rep. Iuſtitia foras expectat, & proiecta tota eſt, atque eminet.

Proiicere, Extendere. Cic. lib. 3. de Oratore, Brachium procerius proiectum, quaſi quoddam telum orationis. Virg. Proiecto dum pede leuo aptat ſe pugnæ. Siſenna, Vetus atque ingens erat arbor ilex, quæ circumproiectis ramis, maiorem partem loci ſummi tegebat.

Proijcere ſe ex vrbe, Id eſt, Subtrahere. Cicero Philipp. 4, Quid hoc, ſicut facit, te ex vrbe proieceris?

Proiectus proiecta proiectum, Ietter au loing.

Proiectus puer, dicitur expoſitus. Plaut. in Ciſtell. 3.5, Paruulam puellam proiectam ex angiportu ſuſtuli.

Proiectus ad audendum, Addonne, abandonne, ou preſt a toute hardieſſe. Cicero in Verrem, act. 3, Eſt idem Verres qui fuit ſemper, vt ad audendum proiectus, ſic paratus ad audiendum.

Proiecta audacia. Cic. pro Cluentio, Quòd aut hi qui ad fraudem callidi ſunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi quorum eminet audacia, atque proiecta eſt, à conſilijs malitiæ deſeruntur.

Proiecta, partes ſunt domus prominentes, qualia ſunt meniana & podia penſilia, vnde aſpectus eſt nobis in vicos & plateas. Soubpendues.

Proiecto proiectas proiectare, Frequenter proiicere.

Proiectare aliquem probris, Iniurier aucun. Plaut. in Bacchid. II. 38, Etiámne vltro tuis me proiectas probris?

Proiectura proiecturæ, f. g. Proiecturæ Victruuio ſunt prominentiæ, & velut ſupercilia quædam parietum parcendis ſtiricidiis inuenta: fabri larmieros appellant & intabulamenta.

Proiectitius proiectitia proiectitium, Qui proiectus nutritur. Plaut. in Ciſtell. I. 8, Lemníque natam deſpondit adoleſcentulo amore capto illius proiectitiæ.

PROIN, aduerbium, Id eſt propterea, ideò, propter hoc. Et pour ce. Terent. in Eunucho, I. 1. II, Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiã cogita. Idem in And. 2. 4. 5, Orationem ſperat inueniſſe ſe, qua differat te: proin face, apud te vt ſies. Idem in Heaut. I. 2. 3, Nihil adhuc eſt quod vereare Clinia: haud quaquam etiam ceſſant, & illam ſimul cum nuntio tibi hic ego affuturam hodie ſcio: proin tu ſolicitudinem iſtam falſam, quæ te excruciat, omittas.

Proinde, aduerbium, Idem quod proin. Plaut. in Amphit. 4. 60, Reſpondẽt, bello & ſe & ſuos tutari poſſe. Proinde vti propere de finibus ſuis exercitus deducerent. Idem in Capt. 6. 42, Ad rem diuinam quibus eſt opus, Samijs vaſis vtitur, ne ipſe Genius ſurripiat: proinde alijs vt credat, vide. Terent. in And. 4. 2. 24, Dies hic, mihi vt ſit ſatis, vereor, ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas. proinde hinc vos amolimini. Liuius lib. I, Satis ſcire, origini Romanæ & deos affuiſſe, & non defuturã virtutem: proinde ne grauarẽtur.

Proinde, pro aduerbio ſimilitudinis aliquando ponitur. Plaut. in Pœnulo, 14. 23, Proinde habet orationem, quaſi ipſe ſit frugi bonæ. Il parle en homme de bien. Terent. in Phor. Proinde expiſcare, quaſi non noſſes. Salluſtius, At hi cõtrà ignauiſſimi homines, per ſummum ſcelus omnia eis ſocijs adimere quæ fortiſſimi viri victores reliquerant: proinde quaſi victoria iniuriam facere demum id eſſet imperio vti. Cic. pro domo ſua, Proinde quaſi iſti aut de Cn. Pompeio aliter atque ego exiſtimo ſentiant, &c.

PROLABOR, prolaberis, prolapſus ſum, prolabi, Vltra labi. Gliſſer oultre.

PROLECTIBILE, prolectibilis, Titillatio, incentiuúmque, atque illectamentum. Sidonius ad Vectionem, Nemo ita naturæ firmæ eſt, vt prolectibilibus careat occultis.

PROLEPSIS, huius prolepſis, dici poteſt præceptio. Ex πρὸ ante, & λῆψις ſumptio, ſiue acceptio. ſiue ἀπὸ τοῦ προλαμβάνειν, hoc eſt a præſumendo fit, aut cum id quod in aduerſarii aut iudicis opinione eſſe aut fore arbitramur, contrarium nobis præoccupamus dicere, & ratione diſſoluere.

PROLES, prolis, f. g. Progenies, Race. Columella lib. 8, de caprino pecore, Paſcit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos.

PROLETARIVS, proletaria, proletarium, à prole dictum eſt. Proletarij dicti ſunt qui in plebe Romana pauperrimi erant, amplius nec mille quingentum æris in cenſum deferebant, vt inquit Nonius. Ennius Annalibus, Proletarij, vt publicitus, ſcutáque ferríque ornatus. Gellius lib. XV, Qui in plebe Romana tenuiſſimi pauperrimíque erant, nec amplius quàm mille & quingentos æris in cenſum deferebant, proletarii appellati ſunt. Qui verò nullo aut perquàm paruo ære cenſebantur, capite cenſi vocabantur. Extremus autem cenſus capite cenſorum æris fuit CCCLXXV. Proletariorum tamen ordo honeſtior aliquanto & re & nomine, quàm capite cenſorum fuit. Nam & aſperis reipub. temporibus cum iuuentutis inopia eſſet, in militiam tumultuariam legebantur, armáque ijs ſumptu publico præbebantur, & non capitis cenſione, ſed proſperiore vocabulo à munere officióque prolis edendæ appellati ſunt, quòd cum re familiari parua minus poſſent remp. iuuare, ſobolis tamen gignendæ copia ciuitatem frequentarent.

Proletarius ſermo. Plautus in Mil. 10. 156, Quin tu iſtanc orationem hinc veterem atque antiquam amoues? nam proletario ſermone nunc quidem hoſpẽs vtere.

PROLIBO, prolibas, prolibãre, Antè libare. Plinius lib. 35. cap. 12, In ſacris quidem etiã inter has opes non myrrhinis cryſtalliniſve, ſed fictilibus prolibatur ſympulis.

PROLICIO, prolicis, prolexi, prolectum, prolicere, Inducere, Induyre, attirer. Plautus in Curcul. 3. 2, Eius amor cupidam huc me per tenebras prolicit.

PROLIXO, prolixas, prolixare, Lixum facere, ſeu in lõgum acuere Columella lib. V, Quare magnopere monendus putator eſt, vt prolixet aciem ferramenti, & quantum poſſit, nouaculæ ſimilem reddat.

Prolixus, prolixa, prolixum, Quaſi porro laxum, Quod longum, latúmque eſt. Terẽt. in Heaut.

2.3.49, Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter.

Prolixus, Superfluus aliquando dicitur. Vnde prolixa oratio, prolixum iter, prolixa verba dicimus.

Prolixè, aduerbium, Longè, latéque. Terẽt. in Adelph. 5.8.21, Age, da veniam. A E. ne grauare. D. fac, promitte. M. non omittis? A E. non, niſi exorem. M. vis eſt hæc quidem. D. age, prolixè Mitio. Tu es trop long, tu mes trop a parler.

Prolixè aliquem accipere, Id eſt large. Terẽt. in Eunucho, 5.9.52, Præterea hoc etiam, quod ego vel primũ puto, accipit hominem nemo melius prorſus, neque prolixius. En plus grande largeſſe.

Prolixè promittere. Cic. lib. 7. epiſt. Cæſari imperatori, Neque mehercule minus ei prolixè de tua voluntate promiſi, quàm eram ſolitus de mea polliceri. Moins largement. Idem pro domo ſua, Vt neque ego ab illo, quæ mihi petenda eſſent, ſatis audacter petere poſſem: neque ille tot ſuſpicionibus certorum hominum & ſcelere exulceratus, quæ meum tempus poſtularet, ſatis prolixè mihi polliceretur. Aſſes amplement.

Prolixè & cumulatè. Cicero pro L. Flacco, Adductus huius pudore, & non ampliſſimis patrimonij copijs, id nõ ſolum fecit, ſed etiam prolixè, cumulatéque fecit. Plin. in Paneg. 93, Quod quidem prolixè tibi, cumulatéque contingit.

Prolixitas prolixitatis, f. g. Longitudo.

Prolixitudo prolixitudinis, fœ. g. Idem. Pacuuius, Oro in me ne flectas fandi prolixitudinem.

PROLOGVS, prologi, m. g. Proloquium ſiue præfatio, vbi aut poeta excuſatur, aut fabula cõmendatur. Prologus etiam narranda proponit. Terẽt. in prologo Phor. 15, Vetus ſi poeta non laceſſiſſet prior, nullum inuenire prologum potuiſſet nouus quem diceret.

Prologus, aliquando ipſum hominem, prologum referentem ſignificat. Terent. in prologo Hecyræ, 9, Orator ad vos venio ornatu prologi. Idem in prolog. Heaut. 11, Oratorem voluit eſſe me, non prologum.

Prologium prologij, n. g. Principium, proloquium. Entree de parolles. Plautus, Exanimauit me prologio ſuo.

PROLOQVOR, proloqueris, proloqui, Eſt quum quod in animo habemus, loquẽdo effici mus, Parler & dire. Plaut. in Amphit. 4.46, Prius ipſe mecum etiam volo hic meditarier: ſic hoc proloquar. Ibidem, 4.94, Nunquam etiam quicquam adhuc verborũ eſt proloquutus perperam. Ibidem, 15.31, Pugnas pugnatas proloquuta, & Pterelam oppugnatum, noſtris occiſum manibus fortiter. Idem in Merc. 4.93, Pòſt autem mihi ſcelus videtur, me parenti proloqui mendacium. Terent. in And. 1.5.21, Cenſẽn' vllum me verbum potuiſſe proloqui? Idem in Phorm. 5.6.21, Interea mittit herus me ad vxorem tuam. A. quamobrem? G. omitto proloqui. Ie men tais. Ibidem, 2.1.53, Poſtquam ad iudices ventum eſt, nõ potuit cogitata proloqui.

Proloqui, Multum, ſiue vltra loqui quàm par eſt. Plaut. in Epid. 10.28, Nam quid ego apud te proloqui parem? ego illam hodie volo facere libertam meam. Quay ie affaire dauoir tant de parolles auec toy?

Proloquium, proloquii, ſententia in qua nihil deſyderatur. Quod etiam pro exordio ponitur.

PROLVDO, proludis, proluſi, proluſum, proludere, Eſt futurum certamen meditari, & exercendarum virium cauſſa, cõfirmandíque animi ſimulachrum certaminis inire. Seſſaier, premier que venir en guerre, ou a faire quelque autre choſe, comme de ieulx. Virgilius libro 3. georg. Et tentat ſeſe, atque iraſci in cornua diſcit Arboris obnixus trunco, ventóſque laceſſit Ictibus, & ſparſa ad pugnam proludit arena. Iuuenalis, Iurgia proludunt.

Proludere, igitur aliquid agere quod ad iuſtum certamen pertineat: quaſique exordium legitimi, plenique certaminis auſpicari.

Proluſio proluſionis, f. g. Vng eſſay.

Proluſionis vocabulum ad cauſſas tranſlatum eſt. Sic Cicero diuinationem ſuam, proluſionem Verrinæ accuſationis vocat. in ea enim de conſtituendo accuſatore Verris agebatur. Ciceronis verba ſunt, Sin mecum in hac proluſione nihil fueris, quem te in ipſa pugna cum acerrimo aduerſario fore putemus?

PROLVGEO, proluges, proluxi, proluctum, prolugere, Solito diutius lugere. Feſtus, Prolugere dicuntur, qui ſolito diutius lugent.

PROLVO, proluis, prolui, prolutum, proluere, Ex pro & lauo compoſitum, Multum, ſiue

multo tempore lauare. Plaut.in Curcul.3.27, Age, effunde hoc cito in barathrum, prolue cloacam. Perſius, Nec fonte labra prolui cabalino. Nõ enim omnino negat, ſed negat multùm labra lauiſſe. humilitatis cauſſa. Columella lib.2, Quoniam impetus aquarum proluit terram, nudatiſque radicibus germina non patitur coaleſcere.

Proluuies, proluuiei, fœ.gen. Immundities, cuiuſcunque rei ſordidæ. Virgilius, Fœdiſſima ventris proluuies.

Proluuium, proluuii, n.g. Idem quod Proluuies.

Proluuium, Profuſio & prodigalitas, cum quis more aquæ opes profundit. Terẽt.in Adelph. 5.9.28, Quid iſtuc? quæ res tam repentè mores mutauit tuos? quod proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas?

PROMELLERE, verbum antiquum, quod litem promouere interpretatur Feſtus.

PROMERCOR, promercaris, promercari, Merces minoris emere, vt carius diſtrahãtur.

Promercalis & hoc promercale. Promercalia mercimonia, Id eſt venditioni expoſita. Columella lib.12, Pecuniam domini neque in alijs rebus promercalibus occupet. Suet.de claris grãmat.23, Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari, cuius diligẽtiſſimus erat, cum & officinas promercalium veſtium exerceret. Eſtoit frippier.

Suetonius in Cæſare, Aurum promercale vocat id, quod Cæſar vendidit ſuperans ſibi, reſeruata tanta auri copia, quanta ſuo vſui ſatis eſſet.

PROMEREO, promeres, promerui, promeritum, promerere : & Promereor, promereris, promereri, deponens, Idem quod mereri. Terent.in Adelph.4.5.47, Ita velim me promerentem ames, dum viuas, mi pater, vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer doleat. Idem in Phorm.3.2.31, Idem hoc tibi quod bene promeritus fueris, cõduplicauerit. Plaut.in Trin 10.16, Nã retineri nequeo quin dicam ea quæ promeres. Idem in Menæh. 24.43, Promeruiſti, vt nequid ores, quod velis, quin impetres. Par biens faicts enuers nous, tu as deſerui.

Promereri de aliquo. Plaut.in Menæh.24.8, Non me ædepol promeruiſti de me vt pigeat quæ velis.

Promereri malum. Plaut.in Amphit.7.14, Quid ſum mali here tua ex re promeritus?

Promereri aliquem, Par ſes biens fais lobliger. Plin.in Paneg.107, Quiſquis probatos ſenatui viros ſuſcipit, hic maximè principem promeretur.

Promereri, Beneficium præſtare, adiuuare, prodeſſe, Donato interprete. Virg. Nunquam regina negabo Promeritam. Terent.in Adel.2.1.47, Verùm enim quando bene promeruit, fiat: ſuum ius poſtulat. Idem in And.2.1.33, Ego Charine, neutiquam officium eſſe liberi puto, cum is nihil promereat, poſtulare id gratiæ apponi ſibi. Id eſt, nihil meretur, interprete Donato. vel vt idem vult, cum nihil præſtet.

Promereri de aliquo, Conferre beneficium. Plaut.in Capt.16.11, Feciſti vt tibi Philocrates, nunquam referre gratiam poſſim ſatis, perinde vt tu promeritus de me & filio. Pour les biens que tu mas faicts, & a mon filz.

Promerens promerẽtis, Qui faict plaiſir & ſeruice. Plaut.in Aſin.4.2, Promerẽti optimè hoc cine pretii redditur?

Promeritum promeriti, n.g. Merite. Plaut.in Perſa, 15.27, Benedictis benedicta aures meæ auxilium expoſtulant. T. tuum promeritum eſt merito vt faciam.

PROMICO, promicas, promicare, Extendere, vel longè iacere. Næuius, Si quid loqui vis, non perdocere, multa longè promicanda oratio eſt.

PROMINEO, promines, prominui, prominere, Antè vel extrà in longum manere. Apparoiſtre de loing, ou perdeuant tous autres. Plin. Simiæ dentes vt homini: elephanto, intus ad mandendum quatuor, præterquàm eos qui prominent.

Promontorium promontorii, Quaſi præeminẽs mons dictum, ſignificat montem in mari prominentem. Plin. Promontoria aperiuntur mari, & rerũ natura agitur in planum. Idem, Adiunctaque inſula Eubœea: & excurrente velut in altum promontorio Attica terra.

PROMISCEO, promiſces, promiſcui, promiſtum, promiſcere, Meſler tout enſemble.

Promiſcuus promiſcua promiſcuum, Confus tout enſemble. Plaut.in Pſeud 18.11, Nunc ego Simonem mihi obuiam venire velim, vt mea lætitia lætus promiſcua ſiet. Quelle ſoit meſlee auec luy, quil ſoit en ioye cõme moy. Salluſt. Diuina atque humana habere promiſcua, nihil penſi atque moderati habere.

Promiſcuam operam dare, Ayder lung lautre. Plaut.in Rud.24.138, Eamus intrò omnes, quandò operam promiſcuam damus.

Promiſcuum genus apud Grammaticos,genus epicœnum,& quaſi incertum ſiue confuſum.

Promiſcuè,aduerbium,Tout enſemble. Lung parmi lautre. Plin.epiſt.220,Vt primùm me domine indulgentia veſtra promouit, ad præfecturam ærarii Saturni, omnibus aduocationibus,quibus alioqui nunquã eram promiſcuè functus,renuntiaui,vt toto animo delegato mihi officio vacarem.

PROMITTO,promittis,promiſi,promiſſum, promittere, Polliceri,Promettre. Plautus in Curcul.14.60, Tu vt hodie adueniens, cœnam des fororiam, hic nuptialem cras dabit. PS.promittimus. Idem in Bacchid.19.40, Roga hunc tu:tu promitte huic. N.promitto. Terent.in Adelphis,5.8.18,Fac:promiſi ego illis. Plaut.in Epid.3.21,Salua res eſt, bene promitte modo:ſpero ſeruabit id. Cic.Iam enim totum quod tibi promiſeram præſtiti.

Promittere ad cœnam, Promettre daller ſoupper auec vng autre. Plaut. in Menæh.17.35, Vna opera prohibere,ad cœnam ne promittat,poſtules.

Promittere foras ad cœnam. Plaut.in Sticho,10.16,Ad cœnam hercle aliò promiſi foras.Iay promis daller ſouper en la ville. Idem in Moſtell.14.12,Promiſi foras.

Promiſi mea fide. Plaut.in Menæh.19.6,Sanum futurum mea ego id promitto fide.

Promiſi futurum.Plaut.in Aſin.16.80,Qui ſurrepturum pallam promiſi tibi.

Promitto fore.Plautus in Aulul.7.42, Filiam tuam mihi vxorem poſco, promitte hoc fore. Idem in Aſin.7.121,Quin promitto inquam hoſtire contra vt merueris.

Promittere,Producere,& quaſi in magnitudinẽ mittere,ſiue porrò,id eſt lõgè mittere.Plau. in Rudente,Capillum promittam optimũ eſt, incipiámque hariolari. Que ie laiſſe pendre mes cheueulx en bas.

Promiſſus promiſſa promiſſum,Promis.

Promiſſa barba,vne grande barbe,qui pend en bas.Virgilius,Promiſſáque barba. Plin.epiſtol.147.b,Mox apparebat ſenex idôlum macie,& ſqualore cõfectus,promiſſa barba,horrenti capillo. Feſtus,Promiſſum capillum dicunt longum.Item barba promiſſa,velut porrò miſſa.

PROMO,promis,prompſi promptum,promere,Proferre,exponere, Mettre ou tirer hors. Plautus in Trucul.11.43, Nunc ego meos animos violentos,meámque iram ex pectore iam promam. Idem in Pſeud.5.120,Ego ſceleſtus,nunc argẽtũ promere poſſum domo. Idem in Ciſtel.2.102,Accipias claues,ſi quid tibi opus erit promptu,promitto. Virgili.Lætique cauo ſe robore promunt. Plaut.in Milit.11.16,Prompſiſti tu illi vinum? L V.nõ prompſi.

Promere,Eloqui. Plin.in Paneg.112,Iubes quæ ſentimus,promere in medium. Plautus in Aſin.3.11,Ita me obſtinatè aggreſſus,vt non audeam profectò,percontanti quin promam omnia.Que ie ne luy die tout.

Prompto promptas,promptare,Frequentatiuũ.Plaut.in Bacchid.8.62,Quia malum ſi promptet,in dies faciet minus. Idem in Pſeud.9.35, Si quidem hercle etiam ſupremi promptas theſauros Iouis.

Promptus prompta promptũ,Qui eſt tire & mis hors. Salluſt.Aliud clauſum in pectore,aliud in lingua promptum habet.

Promptus,Qui iam paratus eſt ad agendum,& in quo nulla mora eſt, quaſi iam productus, Preſt & appareille a faire ce quon vouldra.Salluſt.Natura ferox,vehemens,manu promptus erat, maximum bonum in celeritate putabat. Habille de la main. Idem, Vix ſatis apertum os aut lingua prompta videtur,quæ dicta pectore euolat.

Promptus ingenio,Qui ingenium ad omnia paratum habet.

Promptus per tranſlationẽ dicitur manifeſtus,& apertus,cum res à ſecretiore loco educitur, vt parata nobis & ad manus ſit.Vnde

In promptu rem eſſe dicimus, Id eſt manifeſtam. Cic.lib.2.de off. Quæ quanquam ita in promptu ſint,vt res diſputatione non egeat.

Promptiſſimè,aduerbiũ,Incontinẽt.Plin.epiſt.82.c,Quare ego verò Corelliæ adero promptiſſimè:nec ſubire offenſas recuſabo.

Promptarius promptaria promptarium,Ex quo aliquid depromitur.Dicitur etiam promptuarius.Plaut.in Amphit.4.4,Inde cras è promptaria cella depromar ad flagrũ. Hîc,promptariam cellam pro carcere poſuit.

Promptuarium promptuarij, Locus in quo res ad vſum neceſſariæ ita repoſitæ ſunt, vt ſtatim promi ac proferri poſſint.

Promus promi, m.g. Cellarius, Vng deſpenſier. Plaut. in Pſeud. 9.16, Quid iſtuc verbi eſt? condus, promus, procurator peni. Idem in Pœnul. 10.5, AEdepol feciſti prodigũ promũ tibi. Per tranſlationem dixit Plautus in Trinũmo, 4.36, Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori.

PROMONSTRA, prodigia, inquit Feſtus.

PROMONTORIVM, vide PROMINEO.

PROMOVEO, promoues, promoui, promotum, promouere, Vltra mouere, Mouuoir oultre, & auancer. Plautus in Perſa, 9.10, Vola, venito, promoueto. Terent. in Eunucho, 5.2.4, Moue verò ocyus te nutrix. s. moueo. c. video, at nihil promoues. Tu ne tauances point pourtant.

Promouere, Extendere. Plin. epiſt. 173.c, Rurſus omnes in eundem locum depulſæ, quâ ſeterunt, promouent terram: & modo hâc, modo illâc lacum reddunt, auferúntque.

Promouere, Prolongare, Prolonger, & retarger. Terẽt. in And. 4.2.28, Eho tu impudens, nõ ſatis habes quòd tibi dieculam addo, quantum huic promoueo nuptias?

Promouere, Prouffiter, auancer quelque affaire. Terent. in Hecyra, 4.4.81, Abibo hinc, præſens quando promoueo parum.

Promotus promota promotum, Vltra motus, Auancé, eſtendu, ou prolongé.

Promotus ad dignitates. Plinius epiſt. 151, Poſtea promotus ad ampliſſimas procurationes, nulla occaſione corruptus, ab inſito abſtinentiæ amore deflexit.

PROMVLGO, promulgas, promulgare, Publicare, palàm pronũtiare: quaſi prouulgo. Publier. Feſtus, Leges promulgari dicũtur, cum primùm in vulgus eduntur. Columella lib. 1, C. Licinius damnatus eſt, qui agri modũ, quem in magiſtratu, rogatione tribunitia promulgauerat, immodica poſſidendi libidine tranſcendiſſet.

Promulgatio promulgationis, f.g. Vng cri faict a ſon de trompe parmi la ville.

PROMVLSIS, promulſidis, fœ.gen. Potio ex mulſo condita. Cic. Papirio Pæto, libro 9, epiſt. Ante meum aduentum fama ad te de mea noua lautitia veniet: eam extimeſces. neque eſt quòd in promulſide ſpei ponas aliquid, quam totam ſuſtuli. ſolebam enim antea delectari oleis, & lucanicis tuis. Eidem, Habuiſſes enim non hoſpitem, ſed contubernalem. At quem virum? non eum, quem tu es ſolitus promulſide conficere. Integram famem ad ouum affero, ita vſque ad aſſum vitellinum opera perducitur.

PRONEPOS, pronepotis, m.g. Nepotis filius. Plin. in Paneg. 152, Primùm vt illum nepotibus noſtris ac pronepotibus ſerues.

Proneptis, huius proneptis, f.g. Neptis filia.

PRONVBO, pronubis, pronupſi, pronuptum, pronubere, Nuptiis præeſſe.

Pronuba pronubæ. Pronubæ dicũtur quæ in obſequio nubentis ſunt, inquit Donatus, quæ nubentes domum mariti deducunt, ac comitãtur. Pronuba dicitur, quæ nuptiis celebrãdis præeſt, & ea ex parte vxoris: ſicut auſpex ex parte viri. Inde pronuba Iuno dicebatur.

PRONVNTIO, pronũtias, pronuntiare, Proferre, Prononcer, referer. Plin. epiſt. 114.a, Nam pronuntiat acriter, ſapienter, aptè, decenter. Et paulò pòſt, Nam ante aliquot annos dum intentè, inſtanterque pronuntiat, ſanguinem reiecit.

Pronuntiare, Decernere, Donner ſentence, ou arreſt. Plin. epiſtol. 5.c. At ego ne interrogare quidem fas puto, de quo pronũtiatum eſt. Idem de viris illuſt. 51, Liberos etiam Græcos Nemeæ per præconem pronuntiat.

Pronuntiare, Dicere. Plin. epiſt. 113. lib. v, Nec tamen adhuc poſſum pronũtiare, vtrum ſit difficilius capere aliquid, an ſcribere.

Pronuntiatio pronũtiationis, f.g. Eſt vocis, vultus, geſtus, moderatio cum venuſtate, inquit Cicero ad Herennium lib. 1.

PRONVRVS, pronuri, f.g. Nepotis vxor.

PRONVS, prona, pronum, In anteriorem partem flexus, Penche ſur le deuãt. Ouid. lib. 1, Metamorphoſeos, Pronáque cum ſpectent animalia cætera terram, Os homini ſublime dedit. &c. Plin. lib. 28, Supini cubit⁹ oculis cõducũt: at proni tuſſib⁹. Plin. epiſt. 101. d. lib. v, Demiſſus inde, pronúſq; puluinus, cui beſtiarũ effigies inuicem aduerſas buxus inſcripſit.

Pronus, per tranſlationem, Inclinatus ad virtutes vel ad vitia, Enclin. Plinius in Paneg. 138,

Nihil eſt tam pronum ad ſimultates, quàm æmulatio, in fœminis præſertim. Ibidem, 70, An prona, paruáque ſunt, ad æmulandum, quòd nemo incolumitatem turpitudine rependit? Idem epiſt. 163, Quibus video à meo, tuóque latere pronum ad honores iter, & audita latius nomina, & non ſubitas imagines relicturus. Salluſt. in Iugurtha, Omnes Romani ſic habuere: alia omnia virtuti ſuæ prona eſſe.

Pronus, pro vicino, ſicut altus pro longè poſito aliquando ponitur. Virg. Ventíſque vocatis Prona petit maria. Id eſt, litori vicina.

Pronior huic rei, pro in hanc rem, apud Suetonium in Nerone cap. 40. & in Galba, cap. 12. Pronus ad hæc, apud eundem in Vitell. cap. 7.

PRONVPER, aduerbium, Fort. long temps. Plaut. in Trinũmo, 8. 20, Nempe quas ſpoſpondi. s. imò quas depẽdit, inquit, qua ſponſione pronuper exactus es pro illo adoleſcente.

PROOEMIVM, procœmij, n. g. Latinè dicitur initium vel exordium, ſiue præfatio. Dictũ procœmium, quòd οἴμη cantus dicitur. Cõponitúrque ex πρὸ, id eſt ante, & οἴμη cantus, quaſi ante cantum. Nam ſicut citharœdi pauca illa quæ antequàm legitimũ carmen inchoent, emerendi fauoris gratia canunt, procœmium cognominauere: ſic oratores ea quæ priuſquàm cauſſam exordiantur, ad conciliandos iudicum animos præloquuntur, eadem appellatione ſignarunt. Sunt tamen qui prohœmiũ appellatũ velint, quod Græci ὁίμος viam nominant: quòd prohœmium ante rei ingreſſum ponatur. Ideo ſcribendum cum h putant.

Procœmior procœmiaris, procœmiari, Exordiri. Plin. epiſt. 27. a, Procœmiatur aptè, narrat apertè, pugnat acriter, colligit fortiter, ornat excelſè. Poſtremo docet, delectat, afficit.

PROPAGO, propaginis, f. g. & propages propagis, Vítis vetula, & ſuppreſſa, vt ex vna plures fiant: dicta quòd porrò pangatur, id eſt lõgè figatur. Vng ſep de vigne. Virg. Flexos propaginis arcus. Et prima producitur.

Propago, prima correpta, Genus. Race, ligne. Virgilius, Si Romana potens Itala virtute propago.

Propages (inquit Nonius) eſt ſeries & affixio cõtinua, vel longè ducta. Pages enim, compactio. vnde cõpages, & propagare genus, id eſt, longè mittere. Pacuuius, Saluete gemini mea propages ſanguinis. Ennius, Vnde florent fructus, vitæque propaginem.

Propago, propagas, propagare, Vitem vetulam ſupprimere, vt ex ea vna plures fiant. Cic. de Senect. 49, Adminiculorum ordines, capitum cõiugatio, & religatio, & propagatio vitium ſarmentorúmque ea, quam dixi, aliorum amputatio, & aliorum immiſſio.

Propagare, per tranſlationem ponitur pro extendere, dilatare.

Propagare commeatum, Producere & proferre. Suetonius in Calig. cap. 29, Prætorium virum ex ſeceſſu Anticyræ, quam valetudinis cauſſa petierat, propagari ſibi commeatum ſæpius deſyderantem cum mandaſſet interimi, adiecit neceſſariam eſſe ſanguinis emiſſionem.

PROPALAM, aduerbium, Id eſt clarè, apertè, & in propatulo. Plaut. in Epid. 2. 10, Iam furtificus ſum quàm antehac. E. quid ita? T. quid ita? rapio propalám. Ie rauis deuant tout le monde. Idem in Perſa, 12. 39, Iam hic faxo aderit. T. at ne propalám. Qui ne ſe monſtre point. Cicero lib. 1. de Oratore, Non explicata veſte, neque propoſito argento, neque tabulis, & ſignis propalàm collatis.

Propalo propalas, propalare, Manifeſtare, in longum creſcere. Columella lib. 3, Deinde ex eo ſulco, quaſi ramos foſſarũ facies, per quos vt quæque virga poſtulauerit, propaletur, atque ita terra adoperies.

PROPATRVVS, propatrui, Maximus patruus, frater proaui.

PROPATVLVS, propatula, propatulũ, Late, patẽs atque apertũ, quaſi porrò, patulũ. Cic. in Verrẽ, act. 6, Ac tamen eo cõtentus non fuit, ante ædem Cereris in aperto ac propatulo loco ſigna duo ſunt, Cereris vnum, alterum Triptolemi, & pulcherrima, & perampla.

In propatulo habere. Salluſt. Víros muliebria pati, mulieres pudicitiam in propatulo habere

PROPE, Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiẽs, ſignificat iuxta, Pres. Plaut. in Rud. Prope me hic neſcio quis loquitur. Curtius, Cum prope id oppidum copias conſtituiſſent.

Propè, ſine caſu, eſt aduerbium. Plaut. in Caſina, 15. 55, Nemo audet propè accedere. Perſonne ne ſe oſe tirer pres. Idem in Bacchid. 17. 4, Quis hic loquitur propè? Terent. in Adel. 4. 1. 8, Et illud rus nulla alia cauſſa tam malè odi, niſi quia propè eſt.

Propè eſt quando. Plaut. in Menæh. 21. 19, Propè eſt quando herus qui quod faciam, pretiũ exoluet mihi. De brief, le temps ſapproche.

Propè adeſt cum. Terent. in And. 1.1.125, Propè adeſt, cum alieno more viuendum eſt mihi. Le temps eſt pres. Plaut. in Aulul. 8.8, Nam probrum atque partitudo propè adeſt vt fiat palam.

Propè aduẽtat. Plaut. in Trucul. 8.35, Mater ancillas iubet, quoniam iam decimus mẽſis aduentat propè, aliam aliorſum ire.

Prope, Quaſi, feré. Preſque. Plaut. in Bacchid. 23.38, Propè ſcio quid ſit. Terent. in Heaut. 1.1.46, Eius filiã ille amare cœpit perdite, propè iam vt pro vxore haberet. Et paulò pòſt, Amicã vt habeas propè iã in vxoris loco? Plin. Et in foribꝰ tẽpli propè collapſus apparet.

Propior, & hoc propius, cõparatiuum, Plus prẽs. Plaut. in Trin. 17.30, Hunc priorem æquũ eſt me habere. Tunica propior pallio eſt. Terent. in Heaut. 5.2.34, Dum iſtis fuiſti ſolus, dum nulla alia delectatio, quæ propior eſſet te, indulgebant.

Proximus ſuperlatiuũ. Fort pres. Terẽt. in Eunucho, 2.3.40, Illum liquet mihi deierare his mẽſibus ſex vel ſeptem prorſum nõ vidiſſe proximis. Id eſt præteritis, inquit Donatus. Proxima enim nobis, aut pręterita aut pręſentia ſũt. Apud Plautũ in Pſeud. 3.57, Proxima Dionyſia.

Proximus mihi genere, Prochain parent. Terẽt. in Adel. 4.5.17. Et in Phor. 1.2.73, Lex eſt vt orbæ qui ſint genere proximi, eis nubant. Idem in Heaut. 4.4.10, Audiſtin' homo iſte, modo quam villam demonſtrauit, Charini? P. audiui. B. proximã eſſe huic fundo ad dexteram? P. memini. La plus prochaine. Idem in And. 4.1.12, Proximus ſum egomet mihi. Plus pres a moy & plus tenu. Apud Plautum in Trin. 14.49, Proximũ id tergo meo eſt.

Proximus te ſum, apud Plautũ in Pœnulo, 17.1. Cic. Proximus Pompeium ſedebam.

Proximũ, ſubſtantiuum. Terent. in Eunucho, 3.5.53, Eamus ad me: ibi proximũ eſt vbi mutes. Il ny a point de lieu plus prochain pour changer dhabit, que ceſtuy la.

Proximus, Maximè propitius aliquando dicitur. Terent. Gradiuum teſtor, qui deus eſt nobis omniũ proximus. Martialis, Nec propior quem Phœbus amet.

Proximus optimis. Plaut. in Trin. 8.67, Cogites, id optimũ eſſe, tute vt ſis optimus: ſi id nequiueris, ſaltem vt optimis ſis proximus. Que tu te tiennes pres des bõs, que tu les hantes.

Proximus vicinus, Prochain voiſin. Plaut. in Merc. Tuus amicus & ſodalis, ſimul vicinus proximus. Terent. in Hecyra, Deſpondent ei gnatam huius vicini proximi. Cic. Attico, C. Arrius proximus eſt vicinus, immò ille quidem iam contubernalis.

Propius, Cõparatiuum aduerbiũ. Plus pres. Plaut. in Merc. 15.9, Propius accedam. Terent. in Adel. 3.2.11, Propius obſecro accedamus. Ibidem, 4.3.42, Sanè hâc multo propius ibis. Ceſt le plus court daller par cy, ceſt ton plus pres. Plaut. in Bacchid. 15.74, Cedo manũ, ac ſubſequere propius me ad fores.

Propius vrbem. Cic. Philipp. 6, Dum me propius vrbem Romam cc. mil. admoueret. Et Philipp. 7, Nec propius vrbem millia paſſuũ ducenta admouerit. Liuius, Caſtra propius hoſtem mouit.

Propius nihil factum quàm. Cic. ad Q. fratrem lib. 1, Propius nihil eſt factum, quàm vt occideretur. Il ne ſen eſt quaſi rien fallu quil na eſte tue.

Proximè, ſuperlatiuũ aduerbium. Prochainement. Plin. epiſt. 78.a, Proximè cum in patria mea fui, venit ad me &c. Prochainement, ou dernierement que &c.

Proximè atque. Cic. Dolabellæ, Non poſſum ego non aut proximè atque ille, aut etiam æquè laborare.

Proximè vrbem. Varro de re ruſt. Villici proximè ianuã cellã eſſe oportet. Cicero Metello Celeri, Tu ipſe velim iudices, ſatiſne videatur iis omnibꝰ rebus tuus aduentus, cum proximè Romã veniſti, mutuo reſpondiſſe. Idem Attico, Officiũ meũ eſſe putaui, quàm proximè hoſtem eſſe. Idem in Antonium, Operam det vt quàm proxime Italiam ſit. Tout contre ou ioingnant Ditalie.

PROPECTO, propectis, propexui vel propexi, vel propectiui, propexũ, propectere, Vltra in lougũ pectere. Ouid. de Faſtis, Ille manu mulcens propexam ad pectora barbam.

PROPEDIEM, aduerbiũ temporis, De brief. Quaſi prope eſt dies quando hoc fiet. Plaut. in Aſin. 14.8, Iam quidẽ hercle ad illam hinc ibo, quam tu propediem effliges ſcio. Terẽt. in Heaut. 1.1.108, At porrò rectè ſpero illum tibi ſaluum affuturum eſſe hic cõfido propediem. Ibidem, 4.8.28, Næ tu propediem (vt iſtam rem video) iſtius obſaturabere.

PROPELLO, propellis, propuli, propulſum, propellere, Longè pellere, amouere, Chaſſer au loing, debouter. Salluſt. Collegam ſuũ Antoniũ pactione prouinciæ propulerat, ne cõtra

remp. diſſentiret. Plaut. in Rud. 17.6, Qui ſacram, ſceleſtus ſacerdotē anum præceps repulit, propulit perquàm indignis modis.

Propellere, Vltra ducere, Poulſer oultre. Columella lib. 2, Cum ventum erit ad verſuram, in priorem partem iugum propellat.

PROPEMODVM, aduerbium, Pene, quaſi prope menſuram, Preſque. Plaut. in Trucul. 17.2, Propémodum expertæ eſtis quàm ego ſim trāquillus vſque homo. Idem in Menæh. 17.10, Propémodum iam ſcio quid ſit rei. Idem in Sticho, 2.39, Nam iam propémodum oſtendit ſuam ſententiam. Terent. in Adel. 1.2.51, Nam ambos curare, propémodum repoſcere illum eſt, quem dediſti. Idem in And. 3.4.7, Propémodum iam habeo tibi fidem. Idem in Heaut. 5.5.20, Quando quidem ducēda eſt, egomet habeo propémodū quam volo.

PROPENDEO, propendes, propendi, propenſum, propendere, Significat deorſum pendere, cum quid in ſtatera ponderatur: ſicut dependere, ſurſum pendere. Plaut. in Aſin. 7.39, Vbi manus manicæ complexæ ſunt, atque adductæ ad trabem, nec dependes nec propēdes, quin malus, nequámque ſis, Tu ne penches ne hault ne bas.

Propendere, Diu vel multum examinare. Quintil. Dabam his otium, refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam propendere.

Propenſus propenſa propenſum, Vehementer inclinatus, Fort courbe. Plaut. in Bacchid. 9.23, Sed antequàm illa vnquā meis opulētijs ramēta fiat grauior, aut propēſior, mori me malim.

Propenſa munera, Id eſt multa & magna. Plaut. in Trucul. 1.8, Miles aduenit, natique cauſſa dat propenſa munera.

Propenſior ad voluptatem, Plus enclin quil ne fault. Cic. lib. 1. de off. Quinetiam ſi quis eſt paulo ad voluptatem propenſior. Apud eundem, de Amicitia, Propenſus ad benemerendum, 31. Et ad liberalitatem, 30.

PROPERO, properas, properare, à propè fit, & ſignificat feſtinare, Celeriter ire, Soy haſter. Nam qui in aliquem properat, id agit, vt illi propinquior ſit. Plaut. in Amphit. 15.26, Ne propera, Ne te haſte point. Terent. in And. 1.5.64. Obſtetricem accerſo. P. propera, atque audin' ſ verbum vnum caue de nuptijs. Ibidem, 5.6.15, Propera, accerſe, hinc qui auferant eam. Plaut. in Amphit. 8.28, Nā quid ille reuertitur, qui dudū properare ſe aiebat?

Feſtinare & properare (inquit Nonius) veteres voluerūt habere diſtentiam. Cato in oratione quam de ſuis virtutibus ſcripſit, Aliud eſt properare, aliud feſtinare. Qui vnū quicquid maturè tranſigit, is properat. Qui multa ſimul incipit, nec perficit, feſtinat. Verùm vtrorūque verborum ratio ſub hac ſignificantia proxima eſt veritati, vt ſit ſæpe animi properare ſtudioſe ad res aliquas contendentis: Feſtinare corpore, neceſſitatibus obſequēdi. Virg. lib. 4, Et medijs properas aquilonibus ire per altum. Idem AEneid. 2, Feſtinate viri: nam quæ tam ſera moratur Segnities?

Properare propero domum. Plaut. in Aulul. 7.4, Ie me haſte daller en la maiſon.

Properare ad aliquem. Terent. in And. 5.4.49.

Properare in Cyprum. Terent. in Adelphis, 2.4.14.

Properare hominem inuenire, Terentius in Phor. 5.6.5. Et apud Plautum in Rud. 26.19, Propera ire in vrbem.

Propera ocyus, Plaut. in Ciſtell. 8.8. Et in Curcul. 7.33, Properatiſne ocyus?

Quò properas? Ou ten vas tu ſi vite? Plaut. in Aſin. 12.16.

Properare aliquid, feſtināter aliquid agere vel dicere. Virg. Multa forent, quæ mox cælo properanda ſereno. Plaut. in Pœnulo, 7.2, Quicquid agit, properat omnia, Il eſt hatif & ſoudain en toutes ſes affaires.

Properātur, paſſiue. Plin. in Paneg. 8, At quàm magnificus in publicū es! hinc porticus, hinc delubra occulta celeritate properātur: vt nō cōſummata, ſed tantum cōmutata videantur.

Properans, properātis, Participiū. Terēt. in Eunuc. 2.2.60, Nō temere eſt, & properās venit, Il ſe hate de venir. Apud Plautum in Rud. 10.36, Properans exolui reſtim, Haſtiuement.

Properus propera properum, Idem quod celer, Agile, legier, & ſoudain. Plaut. Properam video ancillam venientem.

Propere aduerbiū, Celeriter, Haſtiuemēt. Salluſt. Tum properè cōſul ducit exercitū. Terēt. in Heaut. 2.3.9, Abi dū tu Dromo illis obuiā properé. quid ſtas? Idem in Hecy. 5.3.10, Properè curre ad Pamphilum. Idem in Adel. 3.2.22, Sed ceſſo heram hoc malo impertire properé? Plaut. in Aulul. 7.86, Sequere properè me ad macellum ſtrenuē.

Subito, propere. Plaut. in Amphit. 17.10, Vt ſubito, vt properè, vt tonuit valide!

Propere celeriter. Plaut. in Rud. 30.35, Eloquere properè celeriter.

Properatim, Idem. Cecil. Properatim in tenebris istuc confestum est opus.

Properiter, Idem. Catul. Animula misellula properiter abit.

Properanter, Idem. Accius, Remisque nixi properanter nauim in fugam vertunt.

PROPETRO, propetras, propetrare, Est authore Festo, mandare quod perficiatur. Nam impetrare, est exorare, & perpetrare perficere. Accius, Age verò perpetra quod cœpisti fieri.

PROPHETA, prophetæ, vel prophetes, prophetis, m. g. Qui futura prædicit. ἀπὸ φροφημι, prædico. Veteres (vt inquit Festus) antistites, fanorum, oraculorumque interpretes prophetas dicebant. Propheta in sacris literis appellatur videns.

Prophetis prophetidis, & prophetissa prophetissæ, Quæ futura prædicit.

Prophetia prophetiæ, Inspiratio vel reuelatio diuina, rerū euētus immutabili veritate denūtiās

Propheto, prophetas, prophetare, Prædicere.

PROPILO, propilas, propilare, Acuere. Vnde propilatum, acuminatum, & quasi ad pilæ formam factum.

PROPINA, propinæ, f. g. Dici potest ante famem. ex προ ante, & πεῖνα fames. Et vt nonnulli dicunt, locus erat iuxta thermas & balnea publica, vbi post lauacrum à fame & siti reficiebātur. Vnde & alij ex latina præpositione, pro, & græca dictione compositum potius volunt, ita vt indicet id quod datur pro esurie.

Propino, propinas, propinare, Boire a aucun. Propriè est prægustato leuiter vino poculum alteri offerre. Quæ consuetudo inde initium habuit: quòd principes Græciæ solēni die, quem Philothesiam vocant, miscere aureis atque argenteis poculis vina solebant, quæ è manu gestātium sumentes, ori parumper admouebant, deinde alteri quem vellent, offerebant, ingens hoc argumētum beneuolentiæ existimentes. Hoc vero, προπίνειν siue propinare, quod significat præbibere, dicebatur. Hinc ergo factum est, vt προπίνειν, siue propinare, sit cibum potúmque extraordinarium voluptatis gratia cum amicis sumere, & quod vulgo dicitur, compotare: quod etiam coronati facere solebant, prægustantes, vt diximus, & sibi inuicem pocula præbentes. Quinetiam in absentium memoriam idem factitantes. Socrates apud Platonem, Hoc poculum Cintiæ propino. Martialis, Si tristi domicœnio laboras, Torani potes esurire mecū, Non deerunt tibi si soles propinin, Viles cappadocæ, grauésque porri. Plaut. in Asin. 13.27, Tecum vnà postea æque pocula potitet, astet, accipiat, tibi propinet, tu bibas. Idem in Curcul. 3.30, Nam tibi amantes propinantes vinum danunt. Ibidem, 7.80, Propino magnum poculum, ille ebibit. Idem in Sticho, 14.25, Tibi propina decuma fonte.

Propinare, Porrigere simpliciter aliquando significat. Terent. in Eunucho, 5.9.56, Hunc comedendum & deridendum vobis propino. Plin. lib. xx, Quidam ad vuluæ dolorem radicem cum vino prædulci propinant.

Propinare salutem. Plaut. in Sticho, 8.16, Propino tibi salutem plenis faucibus.

Demosthenes eos qui patriam produnt, προπίνειν τοῖς ἐχθροῖς, hoc est propinare hostibus dicebat.

PROPINQVVS, propinqua, propinquum, Qui prope est. Plaut. in Aulul. 4.46, Propinqua partitudo cui appetit. Terent. in Heaut. 1.1.5, Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto. Idem in Eunucho, 5.6.1, Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.

Propinquus, Affinis, Qui est de la parente. Cic. de Amicitia, 18. Itaque ciues potiores sunt, quàm peregrini, & propinqui quàm alieni.

Propinquo propinquas, propinquare, Approcher. Plau. in Trucul. 10.18, Iam propinquat miles. Virg. Fuge nate propinquant.

Propinque aduerbium. Plaut. in Trucul. 11.20, Atat, eccam, adest propinquè: credo audiuisse hæc me loqui, Tout au pres.

Propinquitas propinquitatis, f. g. Affinite. Parente. Cic. de Amicitia, 46, Conceditur profecto esse verū, vt bonos boni diligāt, asciscántq; sibi quasi propinquitate cōiunctos, atque natura.

PROPIOR, vide PROPE.

PROPITIVS, propitia, propitium, Placidum, fauēs, à prope, & ito itas, vt quidam aiūt. nam qui fauent, prope nos ire consueuerunt. Vel dicitur propitius, prorsus pius. aut porrò, id est, valde pius, authore Nonio. Plaut. in Amphit. 10.54, Amphitruoni vt semper iratus sies. A. Ah propitius sit potius. Ibidem, 17.13, Et tibi & tuis omnibus propitius cæli cultor aduenit. Idem in Asin. 13.36, Deam sibi inuocet, quam lubebit propitiā. Idem in Merc. 22.115, Tam propitiam reddam quàm cum propitia est Iuno Ioui. Terēt. in Adel. 1.1.6, Vbi si cesses, euenire ea satius est, quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat irata, quàm illa quæ parentes propitij.

Propitio, propitias, propitiare: & Propitior propitiaris propitiari, Propitiũ reddere, placare. Appaiſer. Plaut. in Pœnulo, 4. 156, Iam ego hercle faciam plorantem illum, niſi te propitiam facio, illud faciet niſi te propitio. Ibidem, 4. 111, Quò te agis? A D. egone? in Veneris. A G. quid eò tu? A D. vt Venerẽ propitiem. Suet. in Othone cap. 7, Dicitur ea nocte per quietem pauefactus, gemitus maximos edidiſſe, repertúſque à concurſantibus, humi ante lectum iacens, per omnia piaculorum genera Manes Galbæ, à quo deturbari, expellíque ſe viderat, propitiare tentaſſe.

Propitiabilis & hoc propitiabile, Quod eſt ad propitiandũ aptum. Vnde propitiabilis hoſtia.

Propitiabilis, Qui facile flectitur. Vt propitiabile numen.

Propitiatorium propitiatorij, n. g. Locus in quo placari ſolet deus. Licet & pro tabula quadam poni videatur in Exodo, poſita ſuper arcam. Vnde ſcribitur, Facies & propitiatorium de auro mundiſſimo.

PROPLASTICE, proplaſtices, Ars faciendi typos, id eſt formas, quibus, formandis figulinis operibus figuli vtuntur.

Proplaſtice, Ipſa forma, quam ad formanda alia opera adhibent. Plin. Archeſilai proplaſticen pluris vænire ſolitam conſtat, ab artificibus ipſis, quàm aliorum opera.

PROPOLIS, huius propolis, f. g. Quaſi ſuburbanum. Dicitur quod apes ante alueum faciunt. Varro, Propolim vocãt, quod apes faciunt, ad foramen introitus porrectũ in alueum, maxime æſtate fauorum ſtabilimentum, quo omnes frigoris, aut iniuriæ aditus obſtruuntur.

PROPOLA, propolæ, m. g. Negotiator, qui merces præmit minoris, vt poſtea pluris vẽdat. πρὸ enim ante, πωλέω vendo. Plaut. in Aulul. 15. 40, Propolæ, linteones, calceolarij. Cic. in Piſonem, Idem coquus, & idem atrienſis: piſtor domi nullus, nulla cella, panis, & vinũ à propola, atque de cuppa. Vng reuendeur.

PROPONO, proponis, propoſui, propoſitum, proponere, Statuere, deliberare, Propoſer.

Proponere, Promittẽdo ponere, & oſtẽdere, Vt proponere præmium. Cic. Quis eſt qui propoſito tanto præmio non excitetur?

Proponere, Extra ponere, ſiue palàm oſtendere. Plin. lib. 35, Idem perfecta opera proponebat in pergula tranſeuntibus. Salluſt. Poſtulauere plerique vt proponeret quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent.

Proponere, promulgare. Suet. in Calig. cap. 41, Eiuſmodi vectigalibus indictis, neque propoſitis, cum per ignorantiã ſcripturæ multa commiſſa fierẽt, tandem flagitante pop. Romano, propoſuit quidem legem, ſed & minutiſſimis literis & anguſtiſſimo loco, vti ne cui deſcribere liceret.

Propoſitum propoſiti, n. g. Propos, Quod mente ſtatutum eſt, & intentio hominis. Plin. Hoc ei propoſitum erat vel ſuperare, vel cedere. Plin. in Paneg. 153, Vos modo fauete huic propoſito, & credite.

Propoſitio propoſitionis, f. g. Dicitur (inquit Cicero lib. 2. ad Heren.) per quam oſtendimus ſummatim quid ſit quod probare volumus.

PROPONTIS, propõtidis, f. g. AEquor patens & diffuſũ. Hæc anguſtijs Boſphori Thracij cum Euxino ponto coniungitur. Nam Geographi primas anguſtias maris ſe coarctantis, Helleſpontum vocant. Inde expatiatur æquor: quæ laxitas, propõtis appellatur. Vbi iterum in arctum coit, & ſtringitur, illæ anguſtiæ, Boſphorus Thracius nuncupatur. Vbi iterum effundit pontus Euxinus, qui curuatus in figuram Scythici arcus, committitur oſtio Meotidis paludis, idque oſtium Cimerius Boſphorus appellatur.

Propontiacus, propontiaca, propontiacum. Ouid. lib. 1, Faſt. Hincque propontiacis hærentem cyzicon oris.

PROPORTIO, proportionis, f. g. Eſt duarum rerum, quatenus ad quãtitatem pertinet, inuicem facta comparatio.

PROPOSITIO, vide PROPONO.

PROPRAETOR, proprætoris, Dicebatur qui extraordinariam præturam gerebat.

PROPRIVS, propria, propriũ, Quod peculiare eſt vniuſcuiuſque. À propè fit. hoc enim maxime propè eſt, quod proprium eſt. Virg. lib. 7, Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem. Idem, Connubio iungam ſtabili propriámque dicabo. Terent. in Phor. 5. 5. 2, Argentum accepi, tradidi lenoni, abduxi mulierem. curaui propria ea vt potiretur. Apud Pliniũ de viris illuſt. 24, Propria manu eum liberauit.

Proprium, perpetuum. Terent. in And. 4. 3. 1, Nihílne eſſe proprium cuiquam? di veſtram fidem! Donatus, Omne quod habemus, aut mutuum eſt, aut proprium. Ergo propriũ, per-

petuum. Virg. Propria hæc ſi dona fuiſſent. Terent. in And. 5.5.4, Ego vitam deorũ propterea ſempiternam eſſe arbitror, quòd voluptates eorum propriæ ſunt. Plaut. in Merc. 7.3, Homo me miſerior nullus eſt æque opinor, neque aduerſa cui plura ſint ſempiterna. ſatin' eſt vt quicquid agere occœpi, proprium nequit mihi euenire quod cupio?

Proprietarius proprietaria, proprietarium, Cuius eſt proprietas rei. Proprietaire.

PROPTER, præpoſitio, Accuſatiuo caſui ſeruit, & ſignificat alicuius cauſſa. Terentius in Phor. 2.1.46, Qui ſæpe propter inuidiã, adimunt diuiti, A cauſe de lenuie quils ont, ou par enuie. Idem in Eunucho, 4.6.6, Scin' tu turbam hanc propter te eſſe factam? A cauſe de toy? pour lamour de toy?

Propter, Aliquando aduerbium eſt, & propè ſignificat. Terẽt. in Adel. 4.2.38, Poſtea eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum propter eſt. Cic. in Verrem, act. 6, Etenim propter eſt ſpelunca quædam.

Propter, pro prope, accuſatiuo ſæpiſſime iungitur. Plaut. in Mil. 3.9, Hic eſt, ſtat propter virum fortem. Terent. in Adel. 2.1.15, Nimiũ iſtoc abiſti, hic propter hunc aſſiſte. Cic. in Verrem, act. 4, Quid ergo illæ ſibi ſtatuæ equeſtres inauratæ volunt, quæ populi Romani oculos, animoſque maxime offendunt, propter ædem Vulcani? Ibidem, act 6. Fanũ eſt eius in agro propter ipſam viam, qua Aſloro itur Ennam.

PROPTEREA, aduerbium, Ob eam cauſſam, Pour ce. Terent. in And. 5.5.3, Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror. Idem in Hecyrâ, 4.4.88, Amaræ mulieres ſunt, non facile hæc ferunt: propterea hæc ira eſt.

Propterea quod. Plaut. in Amphit. 4.144, Nunc propterea quod me meus herus fecit vt vigilem, hic pugnis faciet hodie vt obdormiam. Terent. in And. 1.1.11, Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi, propterea quòd ſeruiebas liberaliter.

PROPVDIVM, propudij, n.g. à quo pudor & pudicitia procul ſint, inquit Feſtus. Plaut. in Curcul. 4.35, Iam huic voluptati hoc adinuentum odium eſt. P A. quid ais propudium?

Propudioſus propudioſa propudioſum. Idem. Plaut. in Trucul. 6.16, Quia tibi inſuaſo infeciſti propudioſa pallulam.

PROPVGNO, propugnas, propugnare, Aduerſ9 pugnãtes pugnare, ſiue pugnãdo reſiſtere.

Propugnator propugnatoris. Liuius lib. 4, Quid à vobis ſperetur? an honores quod aduerſarijs veſtris potius, quàm reip. propugnatoribus datis?

Propugnaculum propugnaculi, n.g. Eſt munitio vel locus quaſi munitus, vnde vehemẽter certari poſſit, & defendi procul, Vng bouleuert ou fortreſſe. Virg. lib. 4, Et propugnacula bello Tuta parant. Plautus in Bacchid. 15.61, Primùm intendam baliſtam in ſenem, & baliſta ſi præuortam turrim, & propugnacula, recta porta inuadam extemplo in oppidum antiquum & vetus.

PROPVLSO, propulſas, propulſare, Frequẽtatiuum à propello, à longe pulſare, ſeu procul fugare, Repoulſer loing. Liuius lib. 1, Tamen cum mœnib9 bellum propulſare poſſet, in aciem copias eduxit. Columella lib. 7, Euincendi ſunt autem, quãuis peſtiferi morbi, & exquiſitis remedijs propulſandi. Terẽt. in And. 2.3.21, Nã quod tu ſperes, propulſabo facilé.

PROPYLAEVM, propylæi, n.g. Latine veſtibulum vel porticus, quæ eſt antè domũ. Cic. lib. 2. de off. Phalereus Demetrius, qui Periclem principem Græciæ vituperabat, vt tantam pecuniam in præclara illa propylæa profuderit. Plin. Prothogenes cum Athenis celeberrimo loco Mineruæ delubro propylæum pingeret, adiecit paruulas naues longas in his quæ pictores parerga appellant.

PROQVAESTOR, proquæſtoris, m.g. Qui quæſturam extraordinariam gerit.

PRORA, prorę, f.g. Anterior pars nauis. Plaut. in Merc. 4.73, Dic, vbi eam vidit pater? A. intus ibi intra nauim, vt proræ aſtitit. πρῴρα Græce. Liuius lib. 24, Ferrea manus cum iniecta proræ eſſet, grauique libramento plumbi recelleret, ad ſolum ſuſpenſa prora, nauim in puppi ſtatuebat.

Prora & puppis. Cic. lib. epiſtolarum vltimo, ſcribẽs ad Tironem ſuum, paræmiam hãc refert his verbis, Mihi prora & puppis (vt Græcorum prouerbium eſt) fuit à me tui dimittendi, vt rationes meas explicares. Prora itaque & puppi ſummam conſilij noſtri ſignificamus, propterea quòd à prora & puppi, tanquam à capite & calce pendeat tota nauis.

PROREPO, prorepſi, proreptũ, prorepere, Vltra repere. Se trainer & ſeſtẽdre oultre. Columella lib 4, Vt mota æqualiter humus, nouellis radicibus, quancunque in partẽ prorepſerit.

PRORETA, proretæ, m.g. Qui cuſtos eſt & gubernator in nauis prora. Plautus in Rud.

23.74, Si tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.

PRORIPIO, proripis, proripui proreptum, proripere, Latenter & furtim rapere. Apul. Quæ cũ dixisset, oppidò se è cõspectu nostro proripuit, Sest soudainemẽt soubtraict de deuant nous, sans que nous y pensissions. Plaut. in Capt. 1 1. 2, Proripuit se ex ædibus foras. Liuius lib. 2, belli Punici, è manibus sacrificantiũ cum sese proripuisset. Sallust. Deinde se domum ex curia proripuit. Cic. de aruspicum responsis, Attamen ignarus ille qui consules essent, exanguis atque exæstuans, se ex curia repentè proripuit, cum quibusdam fractis iam atque inanibus minis.

PRORITO, proritas, proritare, Irritare, prouocare, Prouoquer. Columella, Vt Pelusiaci proritet pocula Zythi.

PROROGO, prorogas, prorogare, Protrahere, prolongare, Prolonger. Columella lib. 1, Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrûm vel prosperæ vel aduersæ valetudinis vitam prorogat? Cic. Appio, Illud pugna atque enitere, ne quid nobis temporis prorogetur. Plin. epist. 196. a, Victurique nominis famam, supremis etiam tabulis prorogare nituntur. Plaut. in Aulul. 15.59, Spes prorogatur militi in alium diem. Prorogare imperium, significat noua rogatione in longiora tempora proferre. Cic. ad Q. fratrem lib. 1, Quòd si tibi bellum aliquod magnũ & periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremerem animo: quòd eodem tẽpore esse intelligerem etiã fortunæ potestatem in nos prorogatam.

PRORSVS, vel prorsum, aduerbium, Quasi porro versus, significat omnino, Du tout, totallement. Terent. in Eunucho, 2.3.54. Ego nescio hercle neque vnde eam, neque quorsum eam, ita prorsus oblitus sum mei. Plaut. in Aulul. 13.27, Sed cesso prius, quam prorsus perij currere? Terent. in And. 3.2.30, Prorsus à me opinionẽ hanc tuam ego esse amotã volo. Prorsus, Nullement. Plaut. in Casina, 5.7, Neque falsum prorsus, neque suaue esse potest quicquã, vbi amor non admiscetur. Idem in Trin. 11.1, Vt mihi rem narras Calicles, nullo modo potest fieri prorsus, quin dos detur virgini, Il ne peult estre autrement faict. Terent. in Hecyra, 4.4.51, Enimuero prorsus tacere non queo, Ie ne me sauroye nullement taire. Idem in And. 2.6.4, Nihilne? hem. D. nihil prorsus. Idem in Adel. 4.1.4, Ita se defatigarit velim, vt triduo hoc perpetuo prorsus è lecto nequeat surgere. Idem in And. 2.2.34, Quid ita? nempe huic prorsus illam non dat. Idem in Eunucho, 2.3.40, Illum liquet mihi deierare his mensibus sex, vel septem prorsus non vidisse proximis, Tous ces septs mois ie ne lay nullement veu.

Prorsum, Tout droict vers. Plaut. in Mil. 16.56, Ego adeò, vt tu scias, prorsum Athenas protinus abibo tecum. Idem in Persa, 17.5, Audin' tu Persa? vbi argentum ab hoc acceperis, simulato quasi eas prorsum in nauem. Idem in Pseud. 14.50, Illuc sis vide non prorsus, verùm ex transuerso cedit, quasi cancer solet.

Prorsus omnino. Terent. in Adel. 5.9.33, Nunc adeò si ob eam rem vobis mea vita inuisa est AEschine, quia non iusta, iniusta, prorsus omnia omnino obsequor.

Rursum, prorsum. Terẽt. in Hecyra, 7.1.35, Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Donatus, Rursum proprie retrò, prorsum antè significat. & est prouerbiale, vt dicimus sursum deorsum, intrò foras, hac illac, & similia, Deuant & derriere.

Prorsum, Certe, recte, vere, inquit Donatus. Terent. in Adel. 5.3.58, Eo pacto prorsum illic alligaris filium.

Prorsus, Nomen, Rectum significat. Inde prorsi limites, dicuntur in agrorum mensuris, qui ad orientem directi sunt. Perottus.

PRORVMPO, prorumpis, prorupi, proruptum, prorumpere, Valde rumpere. Cæsar lib. 4, Celeriter ad eas munitiones peruenerunt, atque proruptis his, prius in hostium castris cõstiterunt, quàm planè ab his videri, aut quid rei gereretur, cognosci posset, Toutes derompuees. Virg. lib. 1. georg. Rursum in obliquum verso prorumpit aratro.

Prorumpere, Vltra emittere, euomere. Vnde proruptum, effusum fluẽnsque. Virg. Vnde per ora nouem, vasto cum murmure montis It mare proruptũ. Et lib. 3, Interdúmque atram prorumpit ad æthera nubem. Quod Seruius exponit pro euomit, asserens nouam hanc esse loquutionem. Non enim dicimus ego prorumpo hanc rem. Hoc modo vsus est Terentius in Eunucho, Iamne erumpere licet hoc mihi gaudium?

PRORVO, proruis, prorui, prorutũ, proruere, Ruere facere, proijcere. Liuius, Mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proruit. Idem lib. 9, Excitati arma capiunt, dolabræ

calonibus diuiduntur, ad vallum proruendum, fossasque implendas.

Hoc verbo neutrali, tanquam actiuo, pro proripere se: & raptim sese è cõspectu alicuius auferre, dixit Terentius in Eunucho, 3.5.51, Vix elocuta est hæc, foras simul omnes proruũt se: abeunt lauatum, ita vt fit domini vbi absunt.

PROSA, prosæ, f.g. dicitur oratio soluta, quasi profusa. Gellius lib. 10. cap. 18, Extat nunc quoque Theodori tragœdia quæ inscribitur Mausolus, in qua eum magis, quam in prosa placuisse Higinus refert. Quintil. lib. 1. c. 10, Sed in prosa quoq; quædã iã recepta immutatio. Prosa oratio. Col. lib. 10, in præfatione, Prosa oratione prioribus subnectentur exordijs.

Prosaicus prosaica prosaicum, vt prosaica oratio. Plin. lib. 7. cap. 56, Prosaicam orationem cõdere Pherecydes Syrius instituit.

PROSAPIA, prosapiæ, f.g. Generis longitudo, siue progenies antiqua. Dicta à prosupero prosuperas, quod est superabũdo, quod prosuperẽt, hoc est superstint & superabũdent liberi. Cato, Veteres prosapiæ. Plau. in Curcul. 8.23, De coclitũ prosapia te esse arbitror. Idem in Merc. 12.49, Rogitares quis esset, aut vnde esset, qua prosapia, ciuisne esset, an peregrin9?

PROSCENIVM, proscenij, Locus ante scenã porrectus, vbi pulpitum excitatũ erat, quò actores fabularum prodirent, ita vt scena altior esset pulpito: pulpitum autem altius orchestra, quæ ipsa locus erat saltantium. Plaut. in Amphit. 3.91, Etiam histriones Nannio in proscenio hic Iouem inuocarunt. Idem in Trucul. 2.8, Athenis tracto ita, vt hoc est proscenium, tantisper dum transigimus hanc comœdiam.

PROSCINDO, proscindis, proscidi, proscissum, proscindere, Valde, seu vltra vel subtus scindere, Couper. Vnde dicimus proscindere terram, cum primùm eam aramus. Varro de re rust. lib. 1. cap. 29, Rursum terram cum primùm arant, proscindere appellãt. Cum iterum, offringere dicũt, quòd prima aratione glebæ grãdes solẽt excitari: cũ iteratur, offringere vocãt Proscindere aliquem, Per translationem pro infamare, cõtumelijs lacessere & lacerare. Suet. in Augusto, Hũc fœdissimo cõuitio coràm proscidẽrũt. Plin. Hic est Mamura, Catulli Veronensis carminibus proscissus.

PROSCRIBO, proscripsi, proscriptum, proscribere, Aliquid per scripturam vænale proponere & publicare, Mettre en vente. Nam proscribi domus dicuntur, quando opposita inscriptione, vænales vel locandæ significãtur. Cic. lib. 3. de off. Itaque Calphurnius cũ cognouisset Claudiũ ædes postea proscripsisse. Plin. epist. 147. b, Deserta deinde, & damnata solitudine domus, totáque illi monstro relicta, proscribebatur tamen: seu quis emere, seu quis conducere, ignarus tanti mali vellet. Idem epist. 131, Miraris quòd Hermes libertus meus hæreditarios agros, quos ego iusseram proscribi, non expectata auctione, pro quinquunce, ex septingentis millibus Corelliæ addixerit.

Proscribere aliquem, Damnare, relegare, Bannir aucun. Horatius in Serm. Proscripti regis Rupili pus atque venenum. Cic. pro domo sua ad pontif. Hanc vos igitur Pontif. iudicio atque authoritate vestra tribunoplebis potestatem dabitis, vt proscribere possit quos velit? Quæro enim, quid sit aliud proscribere, velitis iubeatis, vt M. Tullius in ciuitate non sit, bonáque eius vt mea sint? ita enim fecit, etsi alijs verbis tulit. Tractum ab eo, quòd hi propriè proscribi dicuntur, vt Vlpianus testatur, quorũ nomina claris literis, vt de plano recte legi possint, ante tabernam, vel ante eum locum in quo negotiatio exercetur, non in loco remoto, sed euidenti scribuntur.

Proscripturio, proscripturis, proscripturiui, proscripturitum, proscripturire, Auoir fain de bãnir aucun. Cic. Attico, lib. 1 x, Sed mediusfidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare. Hoc turpe Cn. noster biẽnio antè cogitauit, ita Syllaturit anim9 ei9 & proscripturit iãdiu.

Proscriptio, proscriptionis, f.g. Damnatio, Banniſſement. Cic. pro domo sua, Proscriptionis miserrimum nomen illud. Idem pro A. Cluentio, Ne subscriptio censoria non minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbissima proscriptio possit afferre.

Proscriptus proscripta proscriptum, Banni. Plin. de Sylla, Age, non exitus vitæ eius omnium proscriptorum ab illo calamitate crudelior fuit?

PROSECO, prosecas, prosecare, Secare, Couper, fendre. Plaut. in Pœnulo, 6.8, Quoniam litare nequeo, abij illinc illicò iratus, vetuíque exta prosecarier.

Prosecta dicta sunt ab antiquis viscera quæ in sacrificijs prosecassẽt. Lucanus lib. 6, Si pectora plena Sæpe dedi, & laui calido prosecta cerebro.

PROSEDA, prosedæ, f.g. Meretrix dicitur, authore Festo, quòd ante stabula sedeat. Plau. in Pœn. 4.44, An ibi vis inter istas versarier prosedas pistorũ amicas, relliquias alicarias?

PROSEQVOR, proſequeris, proſequutus ſum, proſequi, Vltra ſiue poſt ſequi. Pour ſuyure. Plaut. in Caſ. 8.4, Nam nouum maritum hinc & nouam nuptam volo rus proſequi. Idem in Ciſtell. Si is hac aut hac, ſocci video veſtigiũ in puluere, proſequar hac. Cic. lib. 2. de off. Sequitur vt hæc officiorum genera proſequar.

Proſequi, Eſt etiam cum affectu animi: vt proſequor te amore, Ie te ayme. Proſequor te odio, Ie te hais. Proſequor te laude, honore, contumelijs, & huiuſcemodi.

Proſequi mentionem alicuius, Faire mention daucun. Plin. epiſt. 159. b, Pallantis nomine ſenatus gratias egit Cæſari: quòd & ipſe cum ſummo honore mentionem eius proſequutus eſſet, & ſenatui facultatem feciſſet teſtandi erga eum beneuolentiam ſuam.

Proſequi rationem munificentiæ ſtylo, Eſcrire. Plin. epiſt. 8.c, Ac ne longius exempla repetamus, quid vtilius fuit, quàm munificentiæ rationem etiam ſtylo proſequi?

Proſequi cibos blãdioribus alloquijs. Plin. epiſt. 8.e, Nam ſi medici ſalubres ac voluptate carentes cibos blandioribus alloquijs proſequuntur, quanto magis &c.

Proſequi voto & ſuffragio. Plin. epiſt. 307, Expertus, voto pariter & ſuffragio proſequor eadem fide, quam tibi debeo.

Proſequi præmio. Columella lib. 1, Ac rurſus præmio proſequantur eos qui ſtrenue ſe gerãt. Baillent gaige.

Quid, totum propè cælum, ne plures proſequar, nónne humano genere completum eſt? Cic. lib. 1. Tuſcul. Que ie ne parle point dautres.

Proſequi reliquias aui. Cic. in Catone, Quam palmam vtinam dij immortales tibi reſeruẽt, vt tui aui reliquias proſequare.

Proſequitur eos honos, Cic. de Amicitia, 22.

PROSERPO, proſerpis, proſerpſi, proſerptum, proſerpere, Propriè draconum ſiue ſerpentium eſt, Soy couler, gliſſer ou trainner. Plaut. in Aſin. 10.105, Fac proſerpentẽ beſtiam duplicem vt habeam linguam. Idem in Pœnulo, 16.71, Qui huc aduenisti nos captatum Magdalia, biſulci lingua, quaſi proſerpens beſtia.

Proſerpit herba Plin. Hæc herba, niſi ſata ſit, mirè proſerpit.

PROSEVCHE, προσευχή, obſecratio, vel oratio quæ ad deum funditur, dicta quòd attentione opus ſit. προσεύχω, attendo, vel intendo vel adhibeo.

Iuuenalis videtur ponere pro eo loco vbi precibus &, obſecrationibus mendici à tranſeuntibus ſtipem mendicabant, vel victitabant, ait enim, Ede vbi cõſiſtas, in qua te quæro proſeucha. Nam in ingreſſibus pontium mendici tuguria habebant, vnde à prætereuntibus mendicarent ſtipem.

PROSFERARI, Impetrari, inquit Nonius, verbũ antiquum. Lucil. lib. 26, Nec minimo & proſferatur pax, quòd Caſſandram ſigno diripuit.

PROSICIVM, proſicij, n. g. Quod proſectum proijcitur, inquit Feſtus.

PROSILIO, proſilis, proſilui, proſultum, proſilire, Vltra ſeu foras, vel antè ſalire, prorumpere, Se ietter oultre. Virg. lib. v, Haud mora, proſiluere omnes, ferit aurea clamor Sydera, Liuius lib. 2, Propè attonitus miraculo rex quum à ſede proſiluiſſet. Terent. in Eunucho, 5.8.6, Hunc ego nunquam videram: & iam hic quidnam properans proſilijt?

PROSIMVRIVM, proſimurij, n. g. Pontificale pomœrium, vbi põtifices auſpicabãtur.

PROSITVM veteres dixerunt pro propoſitum, ſic etiam in participio proſita, pro eo quod eſt propoſita.

PROSOCER, proſoceri, m. g. Plin. epiſt. 110.c, lib. v, Eram cum proſocero meo, eram cũ amica vxoris, eram cum amicis diu deſyderatis, circumibam agellos.

PROSODIA, proſodiæ, Latine accentus dicitur, qui lex eſt ſiue regula ad eleuandam deprimẽdamve ſyllabam vniuſcuiuſque particulæ orationis accommodata: Alio nomine apud Græcos τόνος dicitur. Fit autem proſodia, à πρὸς græca præpoſitione, quæ ſignificat ad: & ᾠδή cantus. Gellius, Proſodias Græci, Latini accentus dicũt. eas veteres docti tum notas vocum, tum moderamenta, tum accentiunculas, tum voculationes appellabant.

PROSOPOPOEIA, ad verbum, dicitur perſonæ factiua. Componitur enim ex προσώπου, quod perſonam ſignificat: & ποιῶ facio. Figura eſt cum perſona aliqua fingitur. vt cum inanimatũ loquitur ad animatũ, vel econuerſo. Horatius, Quid amplius mare ô terra ardeo!

PROSPECTO, proſpectas, vide PROSPICIO.

PROSPER, proſpera, proſperum, Fœlix, qui ſpem noſtrã implet. Vnde proſperos deos dicimus, proſpera ſydera, loca, fines, actiones, ſucceſſus.

Proſper Sæpe etiam pro eo qui recipit, hoc eſt, qui ſpe ſua potitus eſt, accipitur. Hinc Sueto-
nius Cæſarem ſcribit fuiſſe proſpera valetudine, Id eſt, fœlici.
Proſperus etiam dicitur. Cic. lib. 6. de rep. Deinde eſt hominum generi proſperus & ſalutaris.
Proſperitas proſperitatis, f. g. Fœlicitas, & ad votum ſucceſſus
Proſpero proſperas, proſperare, Proſperum fieri, Proſperer, eſtre eureux.
Proſperare alicui, Proſperum facere. Plaut. in Perſa, 7. 11, Nunc & amico meo proſperabo,
& genio meo multa bona faciam.
Proſperè aduerbium, Quaſi pro ſpe, inquit Nonius, Eureuſemẽt. Plin. in Paneg. 121, Deos de-
nique obſecrare, vt omnia quæ facis, quæque facies, proſpere cedant tibi. Comme tu eſpere.
Plaut. in Curcul. 3. 27.
PROSPICA, & deſpica, Intenta & contempla, verba antiqua. Næuius, Ac ſibi proſpica
ac deſpica.
PROSPICIO, proſpicis, proſpexi, proſpectum, proſpicere, Regarder, veoir. Plaut. in Sti-
cho, 10. 55, Nũquam ædepol viuum, quiſquam in craſtinum proſpiciet diem, On ne me voy-
ra plus. Idem in Curcul. 7. 38, Perij, proſpicio parùm, os amarum habeo, Ie ne vois guere.
Terent. in Phor. 5. 1. 8, Certe ædepol (niſi me animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt)
meæ nutricem gnatæ video.
Proſpicere oculis. Plaut. in Amphit. 17. 7, Caput dolet, neq; audio, nec oculis proſpicio ſatis.
Proſpicere, Ante, ſiue à longe videre, prouidere, Preuoir. Cic. de Senect. 73, Multa enim cum
remiſſi & liberi ſunt, futura proſpiciunt. Terent. in Adel. 3. 3. 34, Iſtuc eſt ſapere, non
quod ante pedes modo eſt, videre: ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Ibidem, 4. 5.
55, Nunquid proſpexti tibi quid fieret?
Proſpicere, Preuoir, prendre garde, prouuoir. Terẽt. in Adel. 4. 2. 51, Cteſipho autẽ in amo-
re eſt totus: ego iam proſpiciam mihi. Idem in Eunucho, 4. 6. 24, Malo ego nos proſpice-
re, quàm hunc vlciſci accepta iniuria. Plau. in Merc. 2. 7, Senex ſibi proſpiciẽs, vt amico
ſuo væniret, natum orabat. Idem in Trin. 10. 62, Nolo ego mihi te tam proſpicere, qui
meam ægeſtatẽ leues, ſed vt inops, infamiſve ſim, ne mihi hanc famam differant. Terẽt.
in Heaut. 5. 2. 8, Quidquid ego huius feci, tibi proſpexi, & ſtultitiæ tuæ. Idem in Phor.
5. 2. 17, Plagæ creſcunt, niſi proſpicis.
Niſi proſpectum interea aliquid nobis eſt, deſertæ viuimus. Terent. in Heaut. 2. 4. 11.
Proſpectè aduerbium, Conſulte. Prudemment.
Proſpectus proſpectus proſpectui, m. g. Ipſa à longe viſio, Veue, regard. Plaut. in Mil. 10. 15,
Sterilis hinc proſpectus vſque ad vltimam plateam probe eſt. Virg. lib. 2. georg. Non ani-
mum modo, vti paſcat proſpectus inanem.
Proſpicuus, proſpicua, proſpicuum, Intentus ac vigil.
Proſpicientia, proſpicientiæ, Cura, ac prouidentia.
PROSTERNO, proſternis, proſtraui, proſtratum, proſternere, Ante ſternere, vincere, pro
ſligare: quod fit cum hoſtes in acie ſternũtur. Salluſt. Proſtratiſque militibus, fugæ ſe dedit.
Terent. in Adel. 3. 2. 21, Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem, Ie les
ruroye par terre.
PROSTITVO, proſtitui, proſtitutum, proſtituere, Ante ſtatuere, meretricandam præbe-
re. Vnde proſtituere pudicitiam dicimus, ſui corporis poteſtatem facere, Sabãdonner a pail-
lardiſe. Suet. in Nerone, Suam pudicitiam vſque adeò proſtituit, vt contaminatis &c.
Proſtibulum proſtibuli, ipſum ſcortum aliquando dicitur. Vne paillarde ou putain. Plaut. in
Aulul. 9. 6, Bellum & pudicum verò proſtibulum populi.
Proſtibulum, Lupanar, Le bordeau.
Proſtibula proſtibulæ, Meretrix. Feſtus, Alicariæ meretrices appellabantur in campis ſolitæ
ante piſtrina alicariorum verſari quæſtus gratia: ſicut hæ quæ ante ſtabula ſedebant, dicebã-
tur proſtibulæ. Plaut. in Perſa, 13. 58, Nam hercle ſi abſque me fores & meo præſidio, hic
faceret te proſtibulam propediem.
PROSTO, proſtas, proſtiti, proſtitũ, proſtare, à longe ſtare. Plaut. in Curcul. Hæ ſaltem in
occultis locis proſtant, vos in foro ipſo.
Proſtare, pro pretio ſtare ſeu viuere. Iunenalis, Quid referã, quãta ſiccũ iecur ardeat ira, Cum
populum gregibus comitum premit hic ſpoliator Pupillæ proſtantis. Eſtre mis en vente.
Proſtare, Ante ſtare, Quintilianus, Iubet proſtare gladio cinctum.
PROSVBIGO, proſubigis, proſubegi, proſubactum proſubigere, Vehementer ſuffodere.

Virg. lib. 3. georg. Et pede profubigit terram, fricat arbore coſtas.

PROSVM, prodes, profui, prodeſſe, Vtilitati eſſe, quaſi pro aliquo eſſe, Faire prouffit. Plau. in Capt. 6. 65, Bene merenti, bene profuerit. Idem in Rud. 5. 25, Neque quicquam vnquam his profui, qui me ſibi eduxerunt. Terent. in Eunucho, 5. 5. 23, Ne neque illi proſis & pereas. Idem in Hecyra, Quicquid eſt id quod reliquit, profuit.

PROSVMIA, proſumiæ, Genus nauigij leuis ſpeculatorij. Plaut. De nocte ad portã profectus ſum proſumia. Cæcil. Qui pro gubernatore ſe gerens, prope vertit proſumiã. Feſtus.

PROSVPERO, proſuperas, proſuperare, Superabundare.

PROTASIS, huius protaſis, dicitur propoſitio. Donatus in Prologo Terentij, Protaſis, primus actus eſt Terentij, initiúmque dramatis.

PROTEGO, protegis, protexi, protectum, protegere, Tueri, Garder, deffendre.

PROTELO, protelas, protelare, Protrahere, præuenire, exagitare, inquit Donatus. à προ & ἐλᾶν dictũ eſt, quod eſt ante, & trahere. Alij ab aſſiduo telorum iactu exiſtimant dici. Hæc Donatus. Terent. in Phor. 1. 4. 37, Ne te iratus ſuis fæuis dictis protelet. Plaut. in Merc. 2. 12, Vicini ſcortum inſimulat, protelat virum.

Protelũ proteli. Lucretius, Vndique protelo plagarũ cõtinuato. Id eſt, tenore, inquit Donatus.

PROTENDO, protendis, protendi, protenſum, protendere, Vltra tendere, vt protendo pedem, Eſtendre, allonger. Virg. lib. 1. georg. Hinc à ſtirpe pedes temo protentus in octo.

PROTENVS, aduerbium, quaſi porro tenus, & longe à finibus, interprete Seruio. Virg. Ecloga prima, En ipſe capellas Protenus æger ago. Per e ſcribi debere teſtatur Caper grammaticus. Perotus hoc loco per i, pro valde interpretatur.

PROTERMINO, proterminas, proterminare, Propagare, fines promouere. À termino promouendo ductum verbum. Apul. lib. 1 x, Fines vſque & vſque proterminaueris.

PROTERO, proteris, protriui, protritũ, proterere, Briſer, caſſer, Fouller aux pieds. Plaut. in Amphit. 4. 92, Fœdant & proterunt hoſtiũ copias iure iniuſtas. Plaut. in Trucul. 6. 14, Quaſi ſus catulos, pedibus proteram. Et in Menæh. 17. 103, Proteram hunc leonem.

PROTERREO, proterres, proterrui, proterritum, proterrere. À longe terrere, Eſpouanter de loing. Stathius lib. 2. Theb. Protinus idem vltro iaculo parmáque Menetem Proterrebat ingens. Plaut. in Trin. 10. 75. Mea opera hinc proterritum te, meáque auaritia autument. Terent. in Heaut. 3. 1. 37, Proterruiſti hinc me.

PROTERVVS, proterua proteruum, Qui dum alius obuius eſt, proterit. quod faciunt tauri in appetitu coitus fœminarum in quas calent. Superbus. Plaut. in Bacchid. 14. 1, Petulans, proteruo, iracundo animo, indomito, incogitato. Terent. in Heaut. 3. 3. 16, Ne ineptus, ne proteruus videar.

Proterue aduerbium, Immoderate, & ſuperbe. Plaut. in Rud. 11. 1, Quis eſt qui tam proterue foribus facit iniuriam? Idem in Amphit. 8. 206, Quæ non deliquit, decet audacẽ eſſe, & cõfidenter pro ſe & proterue loqui. Terent. in Heaut. 4. 4. 1, Satis pol proterue me Syri promiſſa huc in duxerunt. Idem in Hecyra, 3. 5. 53, Ecce autẽ tu quoque proterue iracũdus es.

Proteruitas, proteruitatis, f. g. Superbia, petulantia. Terent. in Heaut. 4. 6. 10, Quàm penè tua me perdidit proteruitas!

Proteruia proteruiæ, Idem.

Hoc nomine ſignificatur ſacrificium quoddam, vt teſtatur Macrobius, in quo mos fuit, vt ſi quid ex epulis ſuperfuiſſet, igne conſumeretur. Hinc iocus ille Catonis, Nam cum Albidius quidam bona ſua comediſſet, & nouiſſimè domum quæ ei reliqua erat, incendio perdidiſſet, proteruiam eum feciſſe dicebat. Quod enim comeſſe non potuerat, id cõbuſſiſſe.

Proteruio proteruias, proteruiare, Inobedire, petulanter agere.

PROTESTOR, proteſtaris, proteſtari, Cauẽda, & quæ fieri nõ debẽt, manifeſte denũtiare.

PROTHYMIA, prothymiæ, Promptitudo, magnificentia latine dicitur. Plaut. in Sticho, 10. 53, Vides benignitates hominum perire & prothymias. Ibidem, 12. 8, Proh di immortales, quot ego voluptates fero, quot riſiones, quot iocos, quot ſuauia, ſaltationes, blanditias, prothymias.

PROTHYRVM, prothyri, veſtibulum domus, ita de priuatis ædibus dictum, vt propylæum de veſtibulo vrbis, vel templi, vel regiæ. Author Victruuius.

PROTINVS, aduerbium, Id eſt ſtatim, quaſi porrò tenus. Virg. Protinus ad regẽ curſum detorquet Hiarbam. Plaut. in Capt. 9. 8, Poſtquam id actum eſt, eo protinus ad fratrem. Protinus, Conſequenter, deinceps. Virg. Protinus aerij mellis cæleſtia dona Exequar.

Protinus, Iugiter, continuó. Virg. Traiecto missa lacerto Protinus hasta fugit, seruátque cruenta cruorem.

Protinus, Longe porrò. Virg. Coruúsque recuruo Tartaream intendit vocem, qua protinus omne Intremuit nemus.

Protinus, Omnino. Virg. Cum protinus vtraque tellus Vna foret.

Quando autem huic aduerbio additur negatio, significat non ideò: quemadmodum fit in continuo & statim. Quintil. Non autem vt quicquid præcipuum necessario est, sic ad efficiendum oratorem maximi protinus erit momenti.

Protinus continuo. Plaut. in Pseud. 8.7, Pòst ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus abducam.

Protinam, aduerbium, Idem apud veteres significabat. Plaut. in Cas. 24. 12, Etsi malum merui, hac dabo protinam & fugiam. Idem in Persa, 17.8, At ne cum argento protinam permutes domum. Et apud Terentium in Hecyra, Atque hinc me conijcerem protinus in pedes. Donatus, Protinam fuit: & sic Nigidius legit.

PROTOCOLLVM, protocolli, Quasi prima cõcinnatio. Est enim proprie protocollum quod breuiter & succincte notatur à tabellione, vt extẽdi deinde, atque absolui possit. κόλλα græce gluten, siue colla dicitur.

PROTOGENES, protogenis, m.g. Significat aliquem primi generis: & à poetis sumitur pro eo qui se talem confingit. Iuuenalis, Non est Romano cuiquam locus hic vbi regnat Protogenes aliquis.

PROTOLLO, protollis, prosustuli, prosublatum, protollere, Auancer, mettre auant, porter auant. Plaut. in Pseud. 13.71, Manum si protollet, & pariter proferto manum.

Protollere, Differre, prolongare. Plaut. in Casina, 15.43, Neque viri vitam sinet in crastinum protolli. Ibidem, 10, 11, Protollo mortem mihi. Gellius, Neque vltra decimum mensem fœtura militari protolli potest.

PROTOLOGIA, protologiæ, Prima locutio, antiloquium.

PROTOMARTYR, protomartyris, cõm. g. Primus testis.

PROTOMEDICVS, protomedici, princeps medicorum, & græca voce: sed vsitata apud nos dicitur archiatrus.

PROTONOTARIVS, protonotarij, m.g. Primus notarius.

PROTOPLASTES, protoplastæ, m.g. siue protoplastus, Primo formatus. Vnde & Adã protoplastus dictus est.

PROTOTOCOS, πρωτοτόκος, Quæ primùm peperit.

PROTOTOMVS, prototomi, m.g. Primæ sectionis.

Primus caulis qui succiditur, vel cima brassicæ, à prima sectione, prototomus appellatus est, quæ vere fit: éstque ipsorũ caulium delicatior, tenuiórque cauliculus. Columella lib. 11, Sed iam prototomos tẽpus decidere caules. Martialis, Et faba fabrorũ, prototomique rudes.

PROTOTYPVS. prototypi, Primum exemplar. archetypus aliâs dicitur.

PROTRAHO, protrahis, protraxi, protractum, protrahere, Tirer. Plaut. in Trin. 4.54, Nam postquam hic eius rem cõfregit filius, vidétque ipse ad paupertatẽ protractum esse se, suámque filiam esse adultam virginem, &c.

Protrahere, Differre, perlongare. Terent. in And. 2.1.15, Credo impetrabo, vt aliquot saltẽ nuptijs protrahat dies.

PROVEHO, prouehis, prouexi, prouectũ, prouehere, Producere, vltra ad locũ, vt cum ago me loco vnde discessi, vltra plus vel minus, vehor. Plaut. in Rud. 20.25, Quid ego deliqui? P. rogas? quin arrabonem à me accepisti ob mulierem: & eam hinc abduxisti. L A. nõ auexi. P. cur negas? L A. quia pol prouexi, auehere non quiui miser. Idem in Mil. 4.38, Vbi sumus prouecti in altum, sicut volunt. Emportez bien auant. Ibidem, 22.35. Philocomasium iam prouecta est.

Prouehere studiosos, Les esleuer. Plin. epist. 165.a, Vir est optimus, & inter præcipua seculi ornamẽta numerandus: colit studia, studiosos amat, fouet, prouehit. Idem epist. 109, lib. VI, Est indolis optimæ, breui productus alios, si interim prouectus fuerit à nobis.

Prouectus ad dignitatem. Plin. epist. 230, Rogo dignitati, ad quam me prouexit indulgentia tua, vel auguratum, vel septemuiratum, quia vacat, adijcere digneris.

Prouecti longius in amicitia. Cic. de Amicitia, 33, Quòd si qui lõgius in amicitia prouecti essent, tamen sæpe labefactari, si in honoris contentionem incidissent.

Prouecta prudentia vſque ad extremum. Cic. de Senect. 25, à quibus iura ciuibus præſcribebantur, quorum vſque ad extremum ſpiritum prouecta eſt prudentia. Elle a dure iuſques au dernier ſoupir.

Prouectus prouecta prouectum, Mene & porte auant, eſleue.

Prouectus, Senex, Qui eſt aage. Cic. de Senect. 50, Ignoſcetis autem Læli & Scipio. Nã ſtudio ruſticarum rerum prouectus ſum, & ſenectus eſt loquacior natura.

Prouectus ætate, Ia aage. Cic. de Senect. 9, Quanquam eum colere cœpi, non admodum grãdem natu, ſed tamen iam ætate prouectũ. Idem in Tuſcul. Ex ijs igitur hora octaua, quæ mortua eſt, prouecta ætate mortua eſt.

PROVENIO, prouenis, prouenì, prouentum, prouenire, Venir auant. Plaut. in Pſeud. 7. 156, Nam qui in ſcenam prouenit, nouo modo, aliquid nouum inuentum afferre addecet.

Prouenire, Fructifier, croiſtre. Plaut. in Trucul. 10. 37, Mars peregre adueniens ſalutat, Nirienem vxorem ſuam: quum tu recte proueniſti, quúmque es aucta liberis, gratulor.

Prouenire, Aduenir. Contingere. Plaut. in Menæh. 20. 60, Quid ego nunc faciam? domũ ire cupio: ſed vxor non ſinit. huc autem intromittit nemo: nimis prouentum eſt nequiter. La choſe vient treſmal.

Proueniunt ſtudia hilaritate. Plin. epiſt. 172. Porrò vt ex ſtudijs gaudium, ſic ſtudia hilaritate proueniunt.

Prouentus prouentus prouentui, m. g. Redditus non tantum bonarum, ſed etiam malarum rerum. Reuenue. Plaut. Calamitatum & miſeriarum tot prouentus.

Prouentus poetarum. Plin. epiſt. 13. a, Magnum prouentum poetarum annus hic attulit.

PROVERBIVM, prouerbij, n. g. Dicitur quaſi commune omnium verbum. Vng prouerbe, ou cõmun dict. Eſt enim ſentẽtia quæ in ore omniũ verſatur. Cic. de Senect. 6, Pares enim cum paribus, veteri prouerbio, facillime congregantur. Idem de Amicitia, 71, Præpoſteris enim vtimur conſilijs, & acta agimus quæ vetamur veteri prouerbio.

PROVIDEO, prouides, prouidi, prouiſum, prouidere, Ante vel à longe & futurum aliquid videre, antequàm ſit factum. Preuoir. Plin. Hoc enim ſapientis eſt, omnia quæ ventura ſunt, prouidere. Cic. de diuinatione lib. 2, Medicus morbum ingraueſcentem ratione prouidet, inſidias imperator, tẽpeſtates gubernator: & tamen ipſi ſæpe falluntur, qui nihil ſine certa ratione opinantur. Plin. epiſt. 92. b, Quod quidem ſemper quaſi prouideret hoc tẽpus, ſedulo facit. Terent. in Heaut. 1. 1. 64, Putauit me ætate & beneuolentia plus ſcire & prouidere, quàm ſeipſum ſibi.

Prouidere, Se donner de garde. Cauere. Prouuoir. Plaut. in Moſtell. 7. 92, Nihil me curaſſis inquam, ego mihi prouidero. Ie men donneray de garde. Terent. in Phor. 5. 2. 14, Prouiſum eſt ne in præſentia hæc hinc habeat. On a prouueu. Cicero, Satis iam omnibus quæ neceſſaria erant prouiſum putabant. Terent. in And. 1. 3. 3, Quæ ſi non aſtu prouidentur, me aut herum peſſundabunt. Si on ny met remede finement, ou par quelque cautelle. Eadem verba leguntur in Phormione, 1. 4. 5.

Prouiſo prouiſis, prouiſi, prouiſum, prouiſere, Duo ſignificat, inquit Donatus, Procedere, & videre. Plaut. in Sticho, 11. 2, More hoc fit, atque eſt ita, mea ſententia, ſi quem hominẽ expectãt, eum ſolent prouiſere, qui hercle illa cauſſa nihil ocyus venit. Idem ego nunc facio qui prouiſo Sagarinum, qui nihil ocyus venit. On ha couſtume de fouuent regarder ſi celuy que on attens vient. Terent. in Eunucho, 3. 1. 4, Huc prouiſo, vt vbi tempus ſiet, deducam. Ie vas veoir. Idem in Adelph. 5. 6. 1, Hera, ego hinc ad hos prouiſam quàm mox virginem accerſant. Ie iray veoir. In Andria, 5. 5. 1, Prouiſo quid agat Pamphilus: atque eccum.

Prouidens prouidentior prouidentiſſimus, Prudens, Preuoiant laduenir, & prouuoyant a ce. Plin. epiſt. 170. a, Quanquam foſſa quam prouidentiſſimus imperator fecit, exhauſtus premit valles. Idem epiſt. 82. c, Quod dũ recordor, intelligo mihi laborandum, ne qua parte videar hanc de me fiduciam prouidentiſſimi viri deſtituiſſe.

Prouidus prouida prouidum, Diligens, ſolers. Prouuoyant, ſoingneux, penſent a ſon affaire.

Prouide aduerbium, Diligenter. Soingneuſement.

Prouidentia prouidentiæ, Sapientia. Prouuoiãce. Cic. Id enim ſapientis eſt prouidere, ex quo ſapientia appellata eſt prouidentia. Et iterum, Tanta memoria præteritorum, futurorúmque prudentia.

Prouidentia, pro deo aliquando ponitur. Quintil. Nullam ego res humanas deſpicere prouidentiam reor. Idem de Cicerone, Dono quodam prouidentiæ genitus, in quo omnes

vires ſuas eloquentia experiretur,

PROVINCIA, prouinciæ, f.g. Dici videtur, quod procul vinci videatur. Proprie enim prouinciæ dictæ ſunt regiones loge ab Italia bello acquiſitæ, quòd eas Romanus populus prouicerit. Primo omniũ Sicilia eſt appellata, ſicut docet Cicero act. 4 in Verrem Et prouinciarũ aliæ erant conſulares, aliæ prætoriæ. Redigere autẽ regiones in prouinciæ formam nihil aliud eſt quàm regionẽ ſubijcere imperio Romano, & ad eam gubernandã mittere præfectũ. Prouincia, Charge de faire quelque choſe. Quoniam præfecti ad eas gubernandas cum officio mitti ſolebant, factum eſt etiam vt ipſi magiſtratus, & omne onus nobis impoſitum, prouincia appelletur. Terent. in Phor. O Geta, prouinciam cepiſti duram. Tu as prins vne grande charge. Idem in Heaut. 3.2.5, Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia. Plaut. in Capt. 4.53, Quid credis? fugitant omnes hanc prouinciam, poſteaquam captus eſt Philopolemus tuus.

Prouincialis, & hoc prouinciale, Prouinciales Dicti ſunt qui ex prouincijs ſunt: ſiue vt inquit Vlpianus, qui in prouincijs domicilium habent.

Prouincialium nomine omnes præter Italicos appellabantur. Vnde Columella lib. 5. cap. 4, tradit vinearum prouincialium culturam, cum alibi de Italicarũ agricultura ſcribat. Plin. orator, lib. 8. epiſt. Italicus es, an prouincialis?

Prouinciatim aduerbium, Per ſingulas prouincias.

PROVOCO, prouocas, prouocare, Proprie ſignificat à longe vocare. Appeller, hucher. Plaut. in Pſeud. 9.45, Herus ſi domi eſt tuus, quin prouocas? Liuius lib. 7, Gallus magnitudine atque armis inſignis prouocat per interpretem vnum ex Romanis qui ſecum ferro decernat. Plaut. in Bacchid. 8.40, Prouocatur pædagôgus, Eho ſenex minimi pretij, &c.

Prouocare, Inuitare, incitare, hortari, Inciter, aſſaillir, prouoquer, inuiter. Tã in bonu quàm in malum accipitur. Plaut. in Curcul. 7.76, Talos poſcit in manũ, prouocat me in aleã, vt ego ludã. Il ne aſſault a iouer aux dets. Idem in Trucul. 19.60, Vbi eſt quod tu das? ſolue zonam. prouocatur, quid times? Terẽt. in Eunuch 3.1.53, Cantatũ prouocemus. Idem in Adel. 5.4.24, Quandò eo prouocat. Cic. Tuis literis amantiſſimis ſum prouocatus.

Prouocare, in malum, Irriter. Plin. Quanuis enim multis prouocatus iniurijs, nunquam tamen ab amicitia receſſi.

Prouocare, Profugere, & ferme idem eſt quod appellare: niſi quod prouocare maius eſt quàm appellare. Et proprie ad maiores, potentioreſque, quorum ope atque gratia indigemus, pertinet prouocatio.

Prouocare ad. Cic. Cum alter ad ſenatũ prouocaſſet, alter verò appellaſſet tribunos. Plin. epiſt. 137.c, Itaque Pomponius Secũdus, hic ſcriptor tragœdiarum, ſi quid forte familiarior amicus, tollendum, ipſe retinendũ arbitraretur, dicere ſolebat, Ad populum prouoco: atque ita ex populi vel ſilentio vel aſſenſu aut ſuam aut amici ſententiam ſequebatur. Liuius lib. 3, Non ita ſe inuidiam pertimuiſſe, vt nihil in æquitate & miſericordia ciuium ſuorum ſpei habeat, Quòd ſi indicta cauſſa in vincula ducatur iterum, ſe tribunos plebis appellare, & monere ne imitẽtur quos oderint. Apul. Nihil prodeſt prætorem aut poteſtatem aliam prouocare. Appeller.

Prouocatio, prouocationis, f.g. Incitation, inuitation, irritation, appellation.

Prouocator prouocatoris, m.g. Aſſaillant. Plin. de viris illuſt. 29, Aduerſum ingentem Gallum prouocatorem ſolus Valerius tribu. militum omnibus territis proceſſit.

PROVOLO, prouolas, prouolare, Senuoler. Plin. lib. x, Tunc vniuerſæ prouolant, ſi dies mitis futurus eſt.

Prouolare, per tranſlationem poſuit Liuius lib. 2, Sic primùm infenſis haſtis prouolant duo Fabij, totámque mouerunt ſecum aciem. Id eſt procurrunt.

PROVOLVO, prouoluis, prouolui, prouolutum, prouoluere, Porrò voluere, Rouller & ruer au loing. Terent. in And. 4.5.37, Iam ego hunc in mediam viam prouoluam. Liuius, Ingentia ſaxa in ſubeuntes prouoluentibus barbaris.

PROVT, aduerbium, id eſt ſicut. Plaut. in Bacchid. 20.5, Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meũ. Au pris que ie &c. Plin. epiſt. 233, Prudenter autem cõſtituis, interim nauibus, interim vehiculis vti, prout loca ſuaſerint. Selon que les lieux le requerrõt.

PROXENETA, proxenetæ, m.g. Proprie ſignificat eum qui inter aliquos eſt conciliator & medius, vt qui in vendendo aliquid, aut emendo medius eſt. Vng courtier.

PROXIMVS, vide PROPE.

Proximo, proximas, proximare, Appropinquare. Apul. lib. 1, de Aſino, Minimo minus interij, & tamen Athenis proximo. Ie mapproche dathenes.

PRVDENS, prudentis, o. g. Quaſi prouidens: & interdum ſapiens, interdum ſciens dicitur. Vnde iuriſprudentes vocantur qui ius ſciunt. Prudens, inquit Donatus, qui intelligentia ſua aliquid cognoſcit. prudens per ſe. Plaut. in Capt. 2.45, Plus inſciēs quis fecit, quàm prudens boni. Terent. in Eunucho, 1. 1. 27, Et prudens, ſciens, viuus, videnſque pereo.

Prudentia, prudentiæ, f. g. Eſt appetendarum & vitandarum rerum ſcientia.

Prudenter, aduerbium, Prudemment. Plin. epiſt. 233, Prudenter autem conſtituis, interim nauibus, interim vehiculis vti, prout loca ſuaſerint.

PRVINA, pruinæ, f. g. Ex rore gelido naſcitur. Bruyne. À perurando, quòd fruges & virgulta perurat.

PRVNA, prunæ, f. g. à carbone ita diſtinguitur, quòd illa quamdiu ardet, pruna dicitur, carbo cum extincta fuerit. Virg. Et cinis obductæ cælabat lumina prunæ. Pruna dicta à perurendo.

PRVNVS, pruni, f. g. Arbor pruna producens. Vng prunier. Prunum fructus, Vne prune.

PRVRIO, pruris, pruriui, pruritū, prurire, Libidine ſcalpendi ardere, Se demanger. Plaut. in Bacchid. 23.72, Te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit. Idem in Pœnulo, An dentes pruriunt? Idem in Mil. 7.44, Ita dorſum totum prurit.

Pruritus pruritus, m. g. Vng demmangement que lhomme ha, & deſir de ſe grater. Eſt excurſus humoris ſpirabilis incluſi contra naturam.

Prurigo, pruriginis, f. g. Idem.

P S

PSALTES, pſaltis, m. g. Latine cantor dicitur. Vng chantre.

Pſaltria pſaltriæ, f. g. Vne chantreſſe. Terent. in Adel. 3.3.34, Iſtæc iam penes vos pſaltria eſt?

Pſallo pſallis, pſalli, pſallere, Canere, cantare.

Pſalterium pſalterij, n. g. Græca dictio, Hebraice nablon dicitur. Genus organi muſici, melius ſonans quàm cithara, ſimilitudinem habet citharæ, ſed non eſt cithara.

Pſalmodia pſalmodiæ, Cantus miſtus cum aliquis canit ad muſicum inſtrumentum.

PSECAS, pſecadis, f. g. Gutta ſiue ſtilla dici poteſt.

PSEGMA, pſegmatis, n. g. Idem ferè quod flos æris. Plin. lib. 34, In ærarijs officinis & pſegma fit. Græci ψῆγμα.

PSEPHISMA, pſephiſmatis, n. g, dictio græca, quæ decretum ſignificat. Plin. epiſt. 260, Indicatum eſt domine legatum ad te ſalutandum annis omnibus cum pſephiſmate mitti, eique dari nummorum duodena millia. Cic. pro Flacco, Sic ſunt expreſſa iſta quæ recitantur pſephiſmata.

PSEVDO, græce, latine dicitur falſus. vt Pſeudolus, falſus ſeruus. Pſeudologus, falſidicus, Pſeudo propheta, falſus propheta. & multa alia.

PSEVDOTHYRVM, pſeudothyri, Falſum oſtium. vnde pro poſtico ſumitur. Cic. in Verrem, Ea quemadmodum ad iſtum poſtea Pſeudothyrum reuertatur, tabulis vobis, & teſtibus iudices planum faciam.

PSIMMYTHIVM, pſimmythij, n. g. Plin. lib. 34. cap. 18, Pſimmythium quoque, hoc eſt ceruſam, plumbariæ dant officinæ. Laudatiſſimum in Rhodo. Fit autem ramentis plumbi tenuiſſimis ſuper vas aceti aſperrimi impoſitis, atque ita diſtillantibus, &c.

PSITTACVS, pſittaci, m. g. Auis ex India, quæ vocem humanā ſuper omnia reddit. Vng papegau, ou parroquet. Martialis Pſittacus à vobis aliorum nomina diſco: Hoc per me didici, dicere Cæſar aue. Plin. lib. x. cap. xlii, Super omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. India auem hanc mittit. Pſittacem vocant viridem toto corpore, torque tātum miniato in ceruice diſtinctam. Imperatores ſalutat, & quæ accipit verba pronuntiat. In vino præcipue laſciua. Capiti eius duritia eadem quæ roſtro &c. Vide Plinium.

PSORA, pſoræ, f. g. Cutis aſperitas, & ſquammoſa. Et videtur alia à ſcabie, cum Plinius lib. 20. cap. 1, dicat, Arida cum reſina impetiginē & ſcabiem quā pſorā & lichenas vocāt, ſanat. Pſora, fit à ψῶ ſcalpo. Nā qui pſora laborant, vlcera ſiue puſtulas ſupra modū cōtingere, palpare, & ſcalpere cupiunt.

P T

PTE, ſyllabica dictio quæ ablatiuis aliquando iungitur. vt meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte,

veſtrapte. Vt meapte culpa, Par ma propre faulte.

PTERA, pteræ, f.g. ſiue vt Victruuius appellat, pteromata, in tẽplis muri duo ſunt, ait Strabo, lib. 17, ad altitudinẽ eorũ, vtrinque ſurgẽtes: ita dicti, quòd alarũ ſpecie quaſi protegãt.

PTERYGIVM, pterygij, n.g. In oculis vocatur membranula quædam neruoſa, quę oriens ab angulo, vel a narium vel temporum parte, ad coronam vſqueinterim & pupillam operit. Plin. lib. 34. cap. 10, Cadmiæ effectus, ſiccare, ſanare, ſiſtere fluxiones, pterygia, ſordes oculorum purgare, ſcabriciem extenuare.

Pterygium in digitis apud Paulum AEginetam, eſt cum caro excreſcit, partem illam contegens, quæ eſt in vngue. Pterygiũ (inquit) appellatur, quod vitiũ ex paronychia ferè naſcitur. At Celſus dicit eſſe pterygiũ cũ recedit ab vngue caruncula cum magno dolore. Videtur enim diminutiuum eſſe ab πτέρυξ, id eſt, ab ala, quam tunc videtur efficere caro ab vngulis diſcedẽs. Plin. lib. 23, cap. 1, Illinitus eadem cum fico & pterygijs digitorum ex vino.

PTISANA, ptiſanæ, f.g. Plin. lib. 18. cap. 7, Ptiſanæ ex hordeo vſus validiſſimus, ſaluberrimúſque tantopere probatur. Vnum laudibus eius volumen dicauit Hippocrates, clariſſimus medicinæ ſcientiæ. Ptiſanæ bonitas præcipua Vticẽſi. In AEgypto verò ea eſt, quæ fit ex hordeo cui ſunt bini anguli. In Boœtia & Africa genus, ex quo fiat, hordei glabrũ appellat Turamnius. Idem lib. 22. cap. 25, Ptiſanæ quæ ex hordeo fit, laudes vno volumine condidit Hippocrates, quæ nunc omnes in alicam tranſeunt. Contrà quanto innocẽtior eſt alica. Hippocrates tantum ſorbitionis gratia laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim arceret, quoniã in aluo non tumeſceret, quoniã facile redderetur, & affluetis hic ſolus cibus in febribus die poſſet dari, tantum remotus ab iſtis qui medicinam fame exercent. πτισάνη, ptiſana.

Ptiſanarium ptiſanarij, Vas in quo coquitur vel tunditur ptiſana. Horat. in Serm. Quid ceſſas? agedum ſume hoc ptiſanarium oryzæ.

PTYAS, ptyadis, f.g. Aſpidis genus, colore ſubuiridi, cinereóque, ſed in aurum tendente. Plin lib. 28. cap. 6, Verùm ex his quæ referre fas ſit, impubium puerorum cõtra ſaliuas aſpidum, quas ptyadas vocant, quoniam venena in oculos hominum expuant.

PTYNGE, auis rapax, quam alij hibridem vocant, noctu volans. venatur more aquilæ. pugnat etiam cum aquila acriter, ita vt ſæpe ambæ implexæ deferantur in terram, & viuæ à paſtoribus capiantur.

PTYSIS, ſputum latine dicitur.

PV

PVBES, pubis, f.g. Proprie lanugo, quæ maribus decimo quarto anno, fœminis duodecimo circa pudenda oriri incipit. Quod quia maturitatis eſt ſignum, factum eſt, vt mas pubes ſiue puber vocaretur, quamprimum ad generandũ aptus eſt, & fœmina ſimiliter ad concipiẽdum. Salluſt. Puberes omnes interfici iubet.

Pubes, Pro parte pudenda aliquando accipitur. Virg. Prima hominis facies, & pulchro corpore virgo Pube tenus.

Pubes, Iuuenum multitudo. Virg. Haud aliter puppéſque tuæ, pubéſque tuorũ. Liuius lib. 1, Cum pubem Albanam in arce præſidio, armíque obtinendam auocaſſet.

Pubes, Populus. Vnde pube præſente, hoc eſt, populo præſente: ab ijs qui puberes ſunt, omnem populum ſignificantes.

Puberibus caulem foliis, apud Virgilium lib. 12. Et lib. 4, Pubentes herbæ.

Pubeo, pubes, pubere, Puberem eſſe. Vt pubentes herbæ. Et fit à pubes pubis.

Pubeſco, pubeſcis, pubeſcere, Lanuginem emittere. Virg. lib. 3, Et nunc æquali tecum pubeſceret æuo.

Pubeſcere, Creſcere, ſiue producere. Cic. lib. 1. de natu. deorum, Nam & fruges & reliqua quæ terra parit, & tempeſtates ac temporum varietates, cæliſque mutationes, quibus omnia quæ terra gignat, maturata pubeſcant. Virg. lib. 2. georg. Hinc omnis largo pubeſcit vinea fœtu. Id eſt, exuberat.

Pubertas pubertatis, f.g. AEtas in maribus, qui eſt annis XIIII, in fœminis XII.

Pubertas, Eſt emiſſio ipſa pubis, à qua anni pubertatis dicti ſunt. Columella lib. 4, At citra naturæ quandam pubertatem.

PVBLICVS, publica, publicum, Quod non eſt priuatum alicuius, ſed populi. Commun. Hinc reſpublica, Res populi. Plaut. in Rud. 14. 14, Iſtic vbi vis cõdormiſce: nemo prohibet,

publicũ eſt. Idem in Trin.4.133,Hoc ita ſi fiat,publico fiat bono. Ibidem,6.49, Publicíſne affinis fuit,an maritumis negotijs?

Publica ſacra,Quæ pro populo fiebant.

Publica via,Quæ in ſõlo populi eſt,cuius ſõlum publicum eſt, ſiue quâ iter populo eſt. Chemin Royal. Publicas vías,partim prætorias,partim conſulares Romani appellauerunt.

Publica vectigalia,Ex quibus vectigal fiſcus capit, quale eſt vectigal portus, vel vænalium rerum & piſcinarum & metallorum.

Publicum conſilium dictus eſt ſenatus. Cic. de Orat. Pericles Athenis plurimos annos princeps conſilij publici fuit.

Publica fides. Salluſt. Poſt vbi fide publica accepta dicere iuſſus eſt,omnia apperit. A pres que on leut aſſeure & faict promeſſe quel nauroit aucun mal. Idem,Comes eius qui Romam fide publica venerat. Auec ſauconduict.

Publico publicas, publicare,Publier,Publicum facere, manifeſtare. Iuſtinus Non cõtentus voluptatum ſuarum conſcientia,niſi etiam matrimonij reticenda publicaret.

Publicare,Eſt rem aliquam publicã,ſeu in reip. poteſtate facere. Cic.lib.2,Artis veteris,Lex eſt apud Rhodios,vt ſi qua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit,publicetur. Cum magna in alto tempeſtas eſſet,vis ventorum inuitis nautis, Rhodiorum in portum nauim coegit. Quęſtor,nauim populi vocat. Nauis domin⁹ negat oportere publicari. Plin. de viris illuſt. 5,Noua mœnia oppido circundedit,ſyluas ad vſum nauium publicauit.

Publicat vulgo corpus ſuum meretrix. Plaut.in Bacchid. 19. 22, Tũ illam quæ corpus publicauit vulgo ſuum,faxo ſe haud dicat nactam,quem derideat.

Publican⁹,publicani,m.g. Publicanos appellarũt maiores noſtri eos qui vectigalia & alios pop. Rom. redditus exigendos certo conſtituto pretio redimebant. Fermiers. Horum ordinem & numero ampliſſimum,& perſonarum dignitate potentiſſimum fuiſſe conſtat. Cic. pro Plancio,Flos equitum Romanorum,ornamentum ciuitatis, firmamentum reip. publicanorũ ordine continetur. Vlpianus,Publicani ſunt qui publico fruuntur. nam inde nomen habent. Et omnes qui aliquid à fiſco conducunt,rectè vocantur publicani.

Publice,aduerbium,En public,deuant tous. Terent.in Adel. 3.3.89, Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publicè.

Publice cuſtos. Terent.in Eunucho, 2.2.59, Miror quid ex Pæræo abierit : nam ibi cuſtos publicè eſt nunc. Il eſt conſtitue de la ville a garder le port.

Publice dati ei ſumptus. Plin. de viris illuſt.40,Abſente eo,coniugi eius & liberis ob paupertatem,ſumptus publice dati:De la ville.

Publice bona poſſidere. Vide POSSIDEO.

PVBLIPOR,publiporis,m.g. Publij puer,id eſt,ſeruus.

PVDEO,pudes,pudui, puditum,pudere,Auoir honte. Plaut.in Caſina,22.3,Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo ſumus ambo : Donatus , Pudere eſt in his quæ turpiter fiunt.

Cum accuſatiuo,Lucanus,Semper metuit,quem fæua pudebunt. Terent.in Adel.4.7.36, Non te hæc pudent?

Imperſonale ſæpius legitur,Aliquando cum infinitiuo,& ſubauditur accuſatiuus me vel te. Plaut.in Caſin.22.18,Satín' morigera eſt?o. pudet dicere me. Terent.in Heaut.5.4.19, Pudet dicere hac præſente verbum turpe.

Cum accuſatiuo. Terent.in Adel.1.2.4,Quem neque pudet quicquam, neque metuit quenquã. Idem in Heaut.3.3.20,Tace ſodes. s.rectè ſanè. c. Syre pudet me. Plaut.in Pſeud. 5.48,Nimio id quod pudet facilius fertur,quàm illud quod piget.

Cum genitiuo. Plaut in Trin.13.65, Deûm hercle me atque hominum pudet. Idem in Aſin.16.83,Nihílne te pudet? D E. proh ſi nihil aliud ſit,tui me vxor pudet. Terent.in Heaut.2.3.19,Cuius nunc pudet me & miſeret, qui harum mores cantabat mihi. Idem in Adel.3.3.37,Fratris me quidem pudet,pigétque.

Pudet me quod vel quia. Plaut.in Capt.5.9,At nos pudet quia cum cathenis ſumus. Idem in Pſeud.5.46,Hunc pudet quod tibi promiſit,quáque id promiſit die.

Puditum eſſet. Cic. pro L Flacco,Vbi illa manifica, & glorioſa oſtentatio ciuitatis? nónne eſſet puditum,ſi hanc cauſſam agerent ſeuere?

Pudefio pudefis, pudefieri,à pudefacio fit. Eſtre honteux. Gellius, Tibiam pudefactus oris deformitate abiecit.

Pudens pudentis, o.g. Honteux. Plaut. in Asin. 3.68, Vt pudentem gnatum æquum est. Terent. in Heaut. 1.1.68, Etsi illud inceptum, tamen animi est pudentis signum, & non instrenui. Qui nestpoint eshonte, ou esuole.

Pudicus pudica pudicum. Chaste, pudique. Vt pudicum ingenium Pamphili apud Terentiũ in Hecyra, 1.2.77. Et mores pudici apud Plautum in Capt. 20.1.

Pudicitia pudicitiæ, f.g. Castete.

Pudicitia, Religiosa munditia, ac puritas. Virg. Casta pudicitiam seruat domus.

Pudibundus pudibunda pudibundum, Qui est honteux.

Pudor pudoris, m.g. Honte.

PVER, pueri, m.g. Vng enfant masle.

Puer, Vng seruiteur. Terent. in And. 2.2.31, Certa res est, etiam puerum inde abiens conueni Chremis.

Puer dicitur, cum ætatem puerilem intelligimus. Vng ieune enfant.

Puer, Vng filz. Virg. At puer Ascanius.

Puerus pueri etiam declinatur. Plaut. in Merc. Tu puere abi hinc intrò ocyus.

Puera pueræ, f.g. Vne fille. Varro, Properate viuere pueræ, quas sinit ætatula ludere & amare, & Veneris tenere leges.

Puerpera puerperæ, f.g. Mulier quæ recens peperit siue puerum siue puellam. Vne acouchee. Terent. in Adel. 5.7.23, Multo rectius est, quàm illam puerperam nunc duci huc per viam ægrotam. Ouid. de Latona. Magna gemelliperæ venerantur numina diuæ.

Puerperium puerperij. n.g. Tempus quo puerpera ex dolore partus cubat. Gesine.

Puerperium, Proles ipsa. Gellius, Diuo Augusto imperante ancilla eius in agro Laurente peperit quinque pueros, qui pauculos dies vixerunt. Mater quoque non multò pòst mortua, monumentúmque ei factum iussu Augusti in via Laurentina, in quo scriptum fuisse cõstat numerum puerperij. Suet. de Caligula, cap. 8, Cum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit, & qualiscunque partus sine vllo sexus discrimine, puerperiũ vocetur: quòd antiqui etiam puellas pueras, sicut & pueros puellos dictitarant.

Puerulus pueruli, m.g. diminutiuũ à puerus. Vng petit enfant. Suet. in Domitiano, cap. 4, Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes eius stabat puerulus coccinatus.

Puerilitas, puerilitatis, f.g. Actus aliquis puerilis.

Puerilitas, Pueritia, Varro de liberis educandis, Velim me hercules, inquit, ipse vsu magno puerilitatis formulam audire.

Puellus puelli, diminutiuum à puer. Paruus puer siue paruus filius. Lucilius, Cúmque hic tam formosus tibi ac te dignus puellus.

Puella puellæ, diminutiuum à puera. Vne filette.

Puerilis, & hoc puerile, Quod est pueri. Terent. in And. 2.6.18, Quidnam est? D. puerile est. S. quid est? D. nihil. Idem in Phor. 5.8.56, Quid vos (malùm) ergo me sic ludificamini, ineptæ vestra puerili sententia?

Pueritia, pueritiæ, AEtas puerilis. Enfance.

Pueritia, Puritas. Varro, Ea erat matronæ simplicitas & pueritia & honestas.

Pueraſco pueraſcis, pueraſcere, Exacta infantia pueritiam inchoare.

Puellaris & hoc puellare, Idem quod puerilis. Quintil. de filia defuncta, Tum ætate tam puellari præsertim meæ comparata.

Puellaſco, puellaſcis, puellaſcere, Effœminari. Pacuuius, Puellaſcunt laſciuia aduleſcentes.

Puellaſcere, Reflorere, & quasi ad pueritiam redire. Varro, Qui non solùm in nube fiunt cõmunes, verumetiam veteres puellaſcunt.

PVGIL, pugilis, com.g. À pugna vel pugno dicitur. Qui vel quæ pugnandi artem nouit. Terent. in Eunucho, 2.3.23, Si qua habitior paulo, pugilem esse aiunt.

Pugillatus pugillatus pugillatui, m.g. Pugilum ludus. Plaut. in Capt. 13.24, Hic homo pugilatum incipit. Idem in Bacchid. 8.24, Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila, saliendo se exercebant magis quàm scorto aut sauijs.

Pugilicè, aduerbium, Firmiter, valenter. Plaut. in Epid. 2.18, Quid herilis noster filius valet? T. pugilicè, atque athleticè.

PVGILLARIS, & hoc pugillare, siue pugillar. Pugillares, Tãbellæ cereæ, vel alterius materiæ, in quibus stylo scribimus. Dictæ quòd pugno comprehendantur. Vel à pungendo, quòd stylo in his pungendo scribatur. Des tablettes a escrire. Plin. epist. 6.b, Proinde cũ venabere,

licebit authore me, vt panarium & lagunculam, ſic etiã pugillares feras. experieris &c. Idem epiſt. 129. d, Quin ergo pugillares ſumis, & aliquid ex his, vel iſtud ipſum quod cœperas, ſcribis? Apul. Dolebam me hercle quòd pugillares & ſtylum non habebam, qui tam bellam fabellam pernotarem. Catullus ad Egnatium, En negat mihi veſtra reddituram pugillaria ſi pati poteſtis. Auſonius, Bipatens pugillar expedi.

PVGILLATORIVS, pugillatoria, pugillatorium, Quod pugno percutitur. À pugnus. Plaut. in Rud. 18. 14, Extemplo hercle eho te follem pugillatorium faciam, & pendentẽ curſabo pugnis periuriſſumè. Follis pugillatorius, pilæ genus, quod ex pelle fit, ſpiritúque inflatur groſſior cæteris: pugno redditur, non palma.

PVGILLVS, pugilli, m. g. diminutiuum à pugnus, Vng petit poing.

PVGIO, pugionis, m. g. Genus teli, à pugno dictus, quòd facilè prehẽditur, vel quòd eo præſentius pugnetur. Vng poingnart. Feſtus, Pugio, dictus eſt, quòd eo punctim pugnatur. Nonius, Pugio, eſt gladius breuis. Salluſt. hiſtor. lib. 3, At Oppius poſtquam orans nihil proficiebat, & timidè veſte tectum pugionem expedire conatus, à Cotta, Vulſcióque impeditur.

Pugiunculus pugiunculi, diminutiuum, Vng petit poingnart. Cicero Hiſpanienſem pugiunclũ Cn. Piſonem appellat.

PVGNA, pugnæ, f. g. Lucta vel prælium. Guerre, combat. À pugno dicta eſt. Veteres enim (inquit Donatus) ante vſum ferri & armorum pugnis & calcibus & morſibus, corporúmque luctatione cẽrtabant.

Pugna pro ſtupro, authore Donato. Terentius, Dabit hic aliquam pugnam denuo.

Pugna, Aſſault, & tromperie. Plaut. in Bacchid. 5. 39, Porrò etiam auſculta pugnam, quã voluit dare. N. etiámne eſt quid porró? c. hem accipe: trina hæc nunc erit. &c.

Pugno pugnas, pugnare, Se cõbattre en guerre. Gellius lib. 2, Dum Pyrrhus rex in Italia eſſet, & vnam atque alteram pugnam proſperè pugnaſſet. Plaut. in Amphit. 4. 4. 5, Nam cũ pugnabant illi maximè, ego fugiebam maximè. Deſcriptionem pugnæ habes lib. x. epiſtolarũ Ciceronis, à Sergio Galba deſcriptam.

Pugnare pugnam. Plaut. in Pſeud. 7. 109, Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiã prius dabo aliam pugnam.

Pugnare de re aliqua, Se debattre pour quelque choſe. Terentius in prologo Hecyræ, 41, Tumultuantur, clamant, pugnant de loco.

Pugnaueris, Id eſt, magnam rem feceris, inquit Donatus. Terent. in Adelph. 5. 3. 57, Et iſtam pſaltriam vnà illuc mecum hinc abſtraham. M. pugnaueris.

Pugnantes ſententiæ, Opinions ou ſentences contraires. Plin. epiſt. 167. c, Quæ poteſtas referentibus, quod cenſentibus ius, quæ vis magiſtratibus, quæ cæteris libertas, vbi cedendum, vbi reſiſtendum, quod ſilentij tempus, quis dicendi modus, quæ diſtinctio pugnantium ſententiarum, quæ executio prioribus aliquid addentium.

Pugnaculum pugnaculi, n. g. Locus vnde pugnatur. Plaut. in Mil. 6. 63, Meus illic homo eſt, deturbabo ego iam illum de pugnaculis.

Pugnax pugnacis, o. g. Bellicoſus. Vaillant en guerre.

PVGNVS, pugni, m. g. À punctione, id eſt percuſſione dicitur, authore Feſto. Donatus in Adelphis, An pugnus à pugna ſit dictus, an ab illo pugna. Le poing de la main. Terent. in Adelphis, 4. 2. 20, Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtam pſaltriam vſque occidit. De coups de poing.

PVLCHER, pulchra, pulchrum, Antiqui polcrum dixere. Quod non eſt deforme. Beau. Vnde pulchritudo.

Pucher, Fortis. Virg. Satus Hercule pulchro Pulcher Auentinus.

Pulchra dos. Plaut. in Epid. 4. 14, Pulchra ædepol dos pecunia eſt.

Pulchrum facinus. Plaut. in Menæch. 4. 21, Hoc facinus pulchrum eſt.

Pulcher liber. Plin. epiſt. 151. b, Cuius memoriam tam grata prædicatione prorogat, & extẽdit, vt librũ de vita eius (nã ſtudia quoq; ſicut alias artes bonas veneratur) ẽdiderit pulchrũ.

Pulchra materia. Plin. epiſt. 190. a, Occiſo Domitiano ſtatui mecum ac deliberaui eſſe magnã, pulchrámque materiam infectandi nocentes.

Pulchri poſtes. Plaut. in Moſtell. 10. 35, Non videor vidiſſe poſtes pulchriores.

Pulchra pulchritudo. Plautus in Milite, 13. 13, Quæ te amat, tum quæ expetiſcit pulchram pulchritudinem.

Pulcher à pollendo dicitur, quòd polleat forma. Nõ igitur aſpiratione ſcribenda dictio eſſet, niſi vſus viciſſet, qui vix expugnari poteſt.

Pulchrior pulcherrimus, Comparatiuus & ſuperlatiuus.

Pulchre, aduerbium, decorè. vt pulchrè ſcribere, Eſcrire vne belle lettre, & bien liſable. Plaut. in Merc. 22 61, Si tu vera dicis, & pulchrè ædificatas arbitror.

Pulchre, Sapienter, interprete Donato. Terent. in Eunucho, 2.3.84, Dixti pulchrè: nunquã vidi melius conſiliũ dari. Ibidem, 3.1.26, Pulchrè me hercle dictum, & ſapiẽter. Plaut. in Mil. 9.56, Pulchrè admonuiſti. Terent. in Phor. 3.3.8, Sanè hercle pulchrè ſuades.

Pulchrè, Valde, nimis. Terẽt. in Eunucho, 4.5.2, Ac dum accubabam, quàm videbar mihi eſſe pulchrè ſobrius! Plaut. in Amphit. 8 47, Et cũ grauidã, & cum te pulchrè plenã aſpicio, gaudeo. Idem in Rud. 31.10, Quum iſtæc res tibi ex ſentẽtia pulchrè euenit, gaudeo.

Pulchrè locare operam, Emploier bien ſa peine. Plautus in Amphit. 4.124, Optimè optimo optimam operam das, datam pulchrè locas. Idem in Trinũmo, 4.74, AEdepol mandatum pulchrè, & curatum probé. Idem in Perſa, 16.113, Atqui aut hoc emptore vendes pulchrè, aut alio non potes.

Pulchellus, diminutiuum a pulcher. Cic. Attico, lib. 1, Redeo ad altercationem: ſurgit pulchellus puer.

Pulchritudo pulchritudinis, f.g. Beaute.

PVLEGIVM, pulegij, n.g. Genus herbæ ſeu fruticis medicinalis, calidæ & ſiccæ. Plin. lib. 20. cap. 14, Magna ſocietas cum menta ad recreandos defectos animo pulegio, cum ſurculis ſuis in ampullas vitreas aceti vtriſque deiectis. Qua de cauſſa dignior è pulegio corona vertigini, quàm è roſis, cubiculis noſtris pronuntiata eſt. Columella lib. 9, Pulegii ſurculis fumigentur.

PVLEX, pulicis, m g. Vne punaiſe. Dictus, quòd ex puluere generetur. Plin. lib. 30. cap. x, Aliud eſt cuculo miraculum, quo quis loco primum audiat alitem illam, ſi dexter pes circumſcribatur, ac veſtigium id defodiatur, non gigni pulices vbicunque ſpargatur.

Pulicinus pulicina pulicinum, Quod eſt pulicis.

Pulicoſus pulicoſa pulicoſum, vide in PVLLVS.

PVLLVS, pulli, m.g. Quidam per ſyncopam à puellus dici volunt. Significat nouellum, id eſt paruum puerum & paruum filium.

Pullos dicimus paruos fœtus quorumcunque animalium. Quinetiam arborum atque plantarum pullos dicimus. vt pullus hirundinis, pullus aſini, pulli ranarũ. Horatius in Serm. Abſentis ranæ pullis vituli pede preſſis.

Antiqui (inquit Feſtus) puerũ quem quis amabat, pullum eius dicebant. Pullus Iouis dicebatur Q. Fabi⁹, cui Eburno cognomen erat propter cãdorẽ, quòd eius naris fulmine icta erat.

Pulus equi, Græcè πῶλος dicitur, ideò per ſimplex l nonnulli ſcribunt.

Pullulus pulluli, m.g. Plantariorum eſt, a pullus deductum diminutiuuũ. Plin. Nullis verò tales pulluli proueniũt, niſi quarum radices more ſolis atque imbris in ſumma tellure ſpatiantur.

Pullulo pullulas, pullulare, Quaſi fœtificare. Nã pullulare dicimus arbores, cum à radice nouæ plantæ ſurgunt. Ietter. Plin. Natura & plantaria demonſtrauit, multarum radicibus pullulãte ſobole, denſa & pariente matre quos enecet.

Pullulaſco pullulaſcis, pullulaſcere, Pullulantem fieri. Plin. lib. v, Ex nouello palmite vitis pullulaſcit.

Pulleſco pulleſcis, pulleſcere, Idem quod pullulaſcere. Columella lib. v, Quicquid eſt ſupra vetuſta brachia, amputetur, & ita ex nouello palmite vitis pulleſcit.

Pullaſter, vel pullaſtra, ſignificat gallum ſiue gallinam adoleſcentes. Sic à M. Varrone pullaſtræ dicũtur iuuencæ gallinæ. Ait enim, Et ea quæ ſubijcias, potius vetulis quàm pullaſtris, & quæ roſtra aut vngues non habeant acutos.

Pullicenus pulliceni, m.g. diminutiuum à pullus. Lampridius de Alexandro Seuero, Et ne earum paſtus grauaret annonam, ſeruos habuit vectigales, qui eos ex ouis & pullicenis & pipionibus alerent.

Pullinus pullina pullinum, Quod eſt pulli. Vnde pullini dentes, quos primum equi iaciunt.

Pullarius pullarii, Qui pullorum curam habet. Liuius lib. x, Nam cum pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum nuntiauit conſuli.

Pullatio pullationis, f.g. Apud Columellam pro fœtura pullorum accipitur.

Pullicies pulliciei, fœm.gen. Ipſa pullatio. Columella lib.8, de turture, Huius auis ætas ad ſaginam nõ tam vetus eſt idonea, quàm nouella. Itaq; circa meſſem, cum iam cõfirmata eſt pullicies, eligitur. Idem lib. 9. cap. xi. Itaque cum primo vere in eo vaſe nata eſt pullicies, nouus rex eliditur.

PVLLVS, pulla, pullum, Quod eſt natiui coloris, id eſt non penè obſcurũ, atrum: quòd pulli ouium ferè eo colore naſcuntur. Virg. Ne maculis infuſcent vellera pullis. Tibullus, Concidit ad magicos hoſtia pulla deos.

Veſtis pulla, Fuſca, atra, qua quis in luctu induitur. Robe de dueil. Cic. in Vatin. Atque etiam & à te ſcire cupio, quo conſilio, aut qua mente feceris, vti in epulo Q. Arrhij familiaris mei cum toga pulla accumberes.

Sunt qui dicunt hunc colorem, Hiſpanum, ſiue Bethycum dici. À quo pullati etiam Bethycati dicũtur. Martialis, Et Bethycatus ſimul atque leucopatus. Cuius eſſe rationem dicunt, quòd natiuus color in Hiſpania ſubnigrior eſt, ideóque minus vilis.

Pullatus pullata pullatum, Pulla veſte indutus, hoc eſt lugubrem habitum ferens ex parentum morte, qui & atratus dicitur: qui mos à Lydis cœptus fuit. Habillé de dueil. Cic. in Vatinium, Quis vnquam cœnauit atratus, cum ipſe epuli dominus Q. Arrhius albatus eſſet?

Pullatus, pro vili perſona, ſiue rudi & imperita. Suetonius de Auguſto, Militem ſecreuit à populo, multis ex plebe proprios ordines aſſignauit, prætextatis cuneum ſuum & proximum pædagôgis, ſanxítque ne quis pullatorum media cauea ſederet. Quintilianus, Ferire pectus, frontem cædere, mirè ad pullatum circulum facit. Hoc eſt ad annulum rudium atque imperitorum hominum.

Pulligo pulliginis, fœm.gen. Idem quod pullus color. Plinius, Fuluas oues Tarentum habet, & alias ſuæ pulliginis.

Pulicoſus pulicoſa pulicoſum, Pulicibus plenum. Columella lib.8, Pulicoſæ cani remedia ſunt, ſume cyminum tritum pari pondere cum veratro, aquáque miſtum & illitum, ſeu cucumeris anguinei ſuccus. Vel ſi hæc non ſunt, vetus amurca per totum corpus infuſa.

PVLMENTVM, pulmenti, Ipſa puls, vel aliud cibariũ ad modum pultis factum. Apul. Ius porcorum, pullorum, piſcium, & ius pulmentorum largiſſimas epulas. Plaut. in Aulul. 9.37, Pulmentum pridem ei eripuit miluius.

Pulmentarium pulmentarii, n.g. Dicitur quod inter cibos ſumitur in ſimilitudinem pultis factum, hoc eſt quod pulmenti vicem præbet. Iuuenalis, Veniet qui pulmentaria condit. Plinius lib. 18. cap. 8, Pulte autem non pane, longo tempore vixiſſe Romanos manifeſtũ: quoniam inde & pulmentaria hodieque dicuntur.

PVLMO pulmonis, maſcul.gen. Vnum ex viſceribus. Le poulmon. Plin. lib. xi. cap. 37, Sub corde pulmo eſt, ſpirandique officina, attrahens ac reddens animam, idcirco ſpongioſus, ac fiſtulis inanibus cauus.

Pulmo diuiditur in ſimilitudinem vngulæ bouis, & duæ illæ partes fibræ vocantur, ſicut in omnibus viſceribus. Plautus in Curcul. 5. 22, Lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahũtur, cruciatur iecur. Cic. lib. 2. quæſt. Tuſcul. Lateri inhærens morſu lacerat viſcera, vrgénſque grauiter pulmonum haurit ſpiritus.

Pulmone reſpiramus. Vnde Perſius, Qui pulmo animæ prælargus anhelet. Attollitur enim ſpiritus attrahendo, & emittendo deprimitur.

Pulmo prius veniſſet, quàm tu mihi adueniſti. Antiquũ prouerbiũ in tardos. Plaut. in Epid. 13. 21, Di immortales ſoccos iuſſi adimere pedib9: pulmo enim (quod perhibent) prius veniſſet, quàm tu adueniſti mihi. D. hæc ædepol remorata eſt me.

Ex pulmone naſcitur tabes, quam Græci phthiſin vocant. tunc enim pulmo tabeſcit. Ouid. Cernis vt è molli ſanguis pulmone remiſſus, Ad ſtygias certo limite ducat aquas.

Pulmonarius pulmonaria pulmonarium, Quod laborat pulmonis morbo. vt ouis pulmonaria apud Columellam lib. 8.

PVLPA, pulpæ, fœm.gen. Neruus ceruicis, qui Græcè à nonnullis dicitur ἰνίον, à Theophraſto ἰγ. Inter pulpas, inquit Plinius, & venas diſcrimen facile: venæ latiores, cãdidioréſque: pulpæ fiſſilibus inſunt.

PVLPAMENTVM, pulpamenti, n.g. à pulpa dictum eſt, & accipitur pro cibo lautiore. Plaut. in Curcul. 2. 90, Voltíſne oliuas, aut pulpamentum, aut caparim? Terent. in Eunucho, 3. 1. 36, Tute lepus es, & pulpamẽtum quæris. Plaut. in Pſeud. 14. 42, Vt ego te hodie

accipiam lepidè, vbi effeceris hoc opus. s. ha ha he. P. lepido victu, vnguentis, vino, & inter pocula pulpamentis!

P V L P I T V M, pulpiti, Locus ante ſcenã editior, in quo omnis comœdia recitabatur. Plin. epiſt. 90. lib. 4, Inde iſta ludibria, ſcena & pulpito digna.

Pulpitũ, pro ſuggeſto, id eſt, pro quocunque loco edito, vnde ſermo habeatur ad populũ, Vne chaire de prelcheur. Sueton. de claris grammat. 6, Repeto quendam principem nomine, alternis diebus declamare, alternis diſputare: nonnullis verò mane diſſerere : poſt meridiem, remoto pulpito declamare ſolitum.

P V L S, pultis, fœm. gen. Victus antiquiſſimus ex farina, aqua, melle ſeu caſeo, ouo decocto factus, quo pro pane veteres vtebantur. Plin. lib. 18. cap. 8, Pulte autem non pane, longo tempore vixiſſe Romanos manifeſtum: quoniam inde & pulmentaria hodiéque dicuntur. Et Ennius antiquiſſimus vates, obſidionis famem deſcribens, offam eripuiſſe plorantibus liberis patres commemorat. Et hodie ſacra priſca atque natalium pulte fritilla conficiuntur. Videtúrque tam puls ignota Græciæ fuiſſe, quàm Italiæ polenta.

Pultarius pultarii, Vas pultis. Columella lib. x i. cap. 43, Sed vuæ dependentes à matre ſic in pultarios condi debebũt, ne quæ partes vaſa contingant. Cornelius Celſus, Si cætera defecerint, caliculus aut pultarius oris compreſſioris ei rei commode aptatur.

Pultiphagus opifex, qui pultem vorat, Apud Plautum legitur, in Moſtell. 10. 43.

P V L S O, pulſas, pulſare, Frequẽtatiuum à pello, ſignificat ſæpe percutere, verberare. Fraper. Cic. de ſupplic. Lictores conſiſtunt vel lentiſſimi, ad pulſandos, verberandóſque homines exercitatiſſimi. Plin. de viris illuſt. 54, Victus, & vltra Taurum montem relegatus, à ſodalibus quos temulentus in conuiuio pulſauerat, occiſus eſt.

Pulſare oſtium, Frapper a lhuys. Plaut. in Amphit. 4. 295, Pulſabo fores. Idem in Pœnulo, 10. 29. Idem in Rud. 10. 5, Intelligo, hanc quæ proxima eſt villam pulſare iuſſiſti.

Pulſare, ad animum refertur. Plaut. in Epid. 11. 3, Meumque pectus pulſant.

Pulſare, Lædere, violare. Virg. lib. x i, Pulſatos referens, infecto fœdere pulſans.

Pulſare lyrã, Iouer de la harpe. vel pulſo cythara, Id eſt cano vel ludo. Virg. Iam pectine pulſat eburno.

Pulſare dicuntur homines: Sonare, ad inſtrumenta pertinet.

Pulſus, pulſus, pulſui, m. g. Eſt vbi coniungitur manus lacerto. Plinius lib. x i. cap. 37, Arteriarum pulſus in cacumine maximè membrorum euidens, index fere morborũ, in modulos certos, legéſque metricas, per ætates ſtabilis aut citatus aut tardus deſcriptas ab Herophilo medicinæ vate, miranda arte nimiam propter ſubtilitatem deſerto. Le pouls.

Pulſum, Plinius alibi percuſſum appellat.

P V L T O, pultas, pultare, Idem quod pulſare. à ſupino pultum, quo antiqui vtebãtur. Plaut. in Pœnulo, 10. 29, Ibo, & pultabo ianuam. Terẽt. in Adelph. 4. 4. 24, Perii, horreſco ſemper, vbi pultare haſce occipio fores. Idem in Heaut. 2. 3. 34, Vbi ventum ad ædes eſt, Dromo pultat fores.

P V L V I N A R, puluinaris, n. gen. Quaſi pluminar, Eſt quod capiti dormituri ſupponimus. Vng orilier. Iuuenalis, Fœda lupanaris tulit ad puluinar odorem.

Puluinar, Lectus qui in templis ſterni conſueuit, numini dicatus. Plinius in Paneg. 20, Sed licet illum aris, puluinaribus, flamine colas, non alio magis tamen deum & facis & probas, quàm quòd ipſe talis es.

Puluinar, abuſiue pro templo ponitur. Inde apud Liuiũ legitur, Ad omnia puluinaria ſacrificatum fuiſſe.

Puluinaria, videntur etiam accipi pro illis puluinis in quibus ſimulachra deorum recumbentia collocantur. Acron, Puluinaria dicebantur aut lecticæ diuorum, aut tabularia in quibus ſtabant numina, vt eminentiora viderentur.

Puluinus, puluini, maſcul. gen. ſeu puluillus, à pluma quaſi pluminus, quòd plumis pullorum fiat, Ceruical. Le cheuet dung lict. Plautus in Trucul. 19. 11, Opus eſt puluinis, cunis, incunabulis.

Puluinus pro lecto quandoque accipitur. Cic. in Verrem, act. 7, Nam vt mos fuit Bithyniæ regibus, lectica aperta foro ferebatur, in qua puluinus erat perlucidus, melitenſi roſa decoratus. Apul. Quatuor eunuchi confeſtim puluinis compluribus vento tumentibus, pluma delicata terreſtrem nobis cubitum perſtruunt.

Puluini vocantur quæ ſcabellis ſuperimponuntur, quo mollior ſit ſeſſio, hoc eſt lectuli quidã exigui, lana vel ramẽto vel pluma vel alio genere pleni. Vng couſſin. Cic. Afferri iuſſit puluinos, & omnes in ſuis ſedibus ſederunt. Iuuenalis, De puluino ſurgat equeſter.

Puluini, areolæ terra elata inter duos ſulcos in ortis, quæ porca à porrigendo in agris appellantur. Habet enim veluti puluinorum, in quibus ſedemus ſimilitudinem. propter quod & torus à quibuſdã dicitur. Plin. Areis diſtingui, eáſque reſupinis puluinorũ toris ambiri ſingulis tramitum ſulcis, quâ datur acceſſus homini, ſcatebriſque decurſus. Columella lib. XII, Vlpinum habet velut allium, plures cohærentes ſpicas. Hæque cum ſint diuiſæ, liratim ſeri debebant, vt in puluinis poſitæ, minus infeſtentur hyemis aquis. Idem lib. 3, Omniũ autem generũ ramos circa calendas Martias in ortis per puluinos arearũ diſponere cõuenit.

Puluinus, Arena durior, quæ in modum ſaxi lapideſcit. Vitruuius lib. v, Puluinus firmiſſimè ſtruatur.

Puluinus, Machina, qua naues in portum ſubducuntur.

Puluinatus puluinata puluinatum, Quod eſt ad ſimilitudinem puluini, molle ac connexũ. Plin. Lanuginoſo ac puluinato calice.

PVLVIS, huius pulueris, communis generis. Propertius lib. primo, Sit mihi perpetuæ puluis Hetruſca dolor. Idem lib. 2, Et duo ſint verſus qui nunc iacet horrida puluis. Plinius lib. 35. cap. 13, Quis enim ſatis miretur peſſimam eius partem, medióque puluerem appellatum, in puteolis collibus opponi maris fluctibus &c.

Puluer apud antiquos dicebatur. vnde genitiuus pulueris. Verùm in vſu tantum eſt puluis in recto, pulueris in obliquis.

Puluiſculus puluiſculi, m. g. vel puluiſculum neutro genere, diminutiua à puluis. Generaliter de omni puluere dicitur. Apuleius, Miſi vt petiſti, munditias dentium, nitellis oris ex Arabicis frugibus, tenuem candificiũ, nobilem puluiſculum, cõplanatorem tumidæ gingiuæ. Plautus in Truc. 2. 16, Quo cytius rem ab eo auferat cum puluiſculo. Idem in Rud. 20. 7, Conuerret iam hic me totũ cum puluiſculo.

Puluereus puluerea puluereum, Plein de pouldre.

Puluerulentus, puluerulenta, puluerulentum, Idem.

Puluero pulueras, puluerare, In puluerem redigere, Faire en pouldre. Columella, lib. 13, Priuſquam vineæ puluerentur.

Puluueratio puluerationis, fœm. gen. Genus culturæ, vt inquit Seruius, quo imminutæ glebæ vitibus applicantur.

Puluereſco puluereſcis, puluereſcere, In puluerem redigi.

PVMEX, pumicis, m. g. Lapis cauernoſus qui ad corpora leuiganda laudatiſſimus eſt. Virg. lib. XII, Vt cum latebroſo pumice paſtor. Plin. lib. 36. cap. 21, Sed & ij pumices, qui ſunt in vſu corporũ leuigandorũ fœminis, iam quidẽ & viris, atque, vt ait Catullꝰ, libris laudatiſſimi ſunt in Melo, Scyro, AEolijs inſulis. Probatio in candore, & in minimo pondere, & vt quãmaximè ſpongioſi, aridique ſint, ac teri faciles, nec arenoſi in fricando. Vis eorum in medicina, extenuare, ſiccare. Plaut. in Aulul. 9. 18, Pumex nõ æquè eſt aridus atq; hic eſt ſenex. à pumice aquam quærere. Plautus in Perſa, 2. 42, Qua confidentia rogare tu à me tantũ audes argẽtum impudens? quin ſi egomet totus væneam, vix poteſt recipi quod tu me rogas. nam tu aquam à pumice nunc poſtulas.

Pumicoſus pumicoſa pumicoſum, Quod pumicis vel naturam vel ſimilitudinem habet.

Pumicoſus locus, Plenus pumicibus.

Pumiceus pumicea, pumiceum. Plaut. in Pſeud. 3. 73, O miſerrime, quin fles? P. pumiceos oculos habeo, non queo lachrymam exorare.

Pumico pumicas, pumicare, Pumice polire, leuigare. Tibullus, Pumicet, & canas tondeat ante comas. Plin. epiſt. 35. lz, Qui titulus à vita hominis compti ſemper & pumicati non abhorrebat. Propre & gent.

PVMILIS, & hoc pumile, Paruus, nanus. Naintre. Columella lib. 9, Pumiles aues, niſi quem humilitas earũ delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium redditũ nimiũ probo.

Pumilus etiam & pumilio, dicitur. Plinius lib. 10. cap. 56, de gallinis loquens, Eſt & pumilionũ genus non ſterile in his, quod non in alio genere alitum, ſed quibus certa fœcunditas rara, & incubatio ouis noxia.

PVNCTVS, punctꝰ, maſc. gen. Etiam punctum neutro genere dicitur. Tradunt Geometræ punctum eſſe corpus indiuiduum, in quo neque longitudo, neque latitudo, neque altitudo

deprehenditur,& ob incomprehenſibilem breuitatem ſui, in partes diuidi non poſſe: quod protractum lineam efficit,id eſt corpus vnius dimenſionis.Vng poinct.Plin.lib.2,Non aliud eſt terra vniuerſa,quàm mundi punctus.

Punctus,Temporis vel horæ momentum. Cic.Itaque ne punctum quidem temporis in ipſa fortuna fuiſſe. Idem in Verrem,act.3, Fatebor etiam illud inuitus,me prorſus,cum iſte punctum temporis nullum vacuum peccato præterire paſſus ſit,omnia quæ ab iſto cõmiſſa ſunt,non potuiſſe cognoſcere. Idem pro A.Cluentio, Neque poſtea Larini punctum eſt temporis commoratus. Idem pro P.Seſtio,Illo inquam ipſo die,die dico?imò hora,atque etiam puncto temporis eodẽ,mihi,reip.pernicies,Gabinio & Piſoni prouincia rogata eſt.

Punctus,Minima cuiuſque rei particula.Cic.pro Plancio,Nam quòd queſtus es,plures teſtes te habere,quàm quòd in ea tribu puncta tuleris.

Punctus,Suffragiũ & fauor:quoniã veteres ſuffragia nõ ſcribebãt,ſed puncto notabãt. Vnde expuncti dicebãtur viles,electi, ſiue fauore priuati. Horatius in arte, Omne tulit pũctum, qui miſcuitvtile dulci.Id eſt,Solus ſuffragia iudicum tulit,qui & vtile & dulce ſcripſit.

Punctim,aduerbiũ, Per punctiones,inflictioneſque gladii, ſiue pungendo. vt punctim cæſimque,Id eſt quod Gallicè dicimus, Deſtoc & de taille. Liuius lib.22, Hiſpano punctim magis quàm cæſim aſſueto petere hoſtem. À gladiatoribus tractũ,qui in hoſtẽ irruẽtes,nunc punctim,nunc cæſim lancinant.

Pungo pungis,pupugi,punctum, pungere, Non ſolum de ferro, ſed de quacunque alia re dicitur.Piquer,poindre.Varro,Admota aſpis cum pupugerit,ſi non occidat,ſciat ex pſillorũ eſſe ſtirpe. Plaut.in Trinũmo,13.156, Iamdudum meum ille pectus pungit aculeus, quid illi negotij fuerit ante ædes meas. Idem in Trucul.17.76,Næ iſta ſtimulũ lõge habet quæ vſq; illinc cor pungit meum.

PVNICVS,punica,punicum, Quaſi pœnicus,à Pœnus,qui à Phœnicia, detracta aſpiratione,deducitur.Virg.Punica regna vides.

Punicus color,ſiue puniceus,Qui eſt coloris rubẽtis,qui Græcè Phœnicos dicitur. Horatius, Puniceis inuecta roſis. Nam exuberantiam ruboriſque ſplendorem, teſte Gellio,ſignificat. Plaut.in Rud.23.58,Fac tibi puniceum corium,poſtea atrum denuo.

PVNIO,punis,puniui,punitum,punire,Pœna afficere.Punir.

Punire capite,Condamner a auoir la teſte coupee. Plin.epiſt.167.1,Poſtea planius repetam: niſi dicente ſententiam eo,qui relegat:illi qui puniunt capite,initio ſtatim in alia diſcedũt.

Punitio punitionis,f.g.Punition.

PVPA,pupæ,Puella.Auſonius,Barbara quæ Latias vincis alumna pupas. Martialis, Pupã ſe dicit,Gellia cum ſit anus.

Pupa,à ſimilitudine,Paruula puellaris imago dicitur.Vne poupee.Varro in Orig.Itaque breui tempore magna pars in deſyderium puparum & ſigillorum veniebat. Moris autem fuit veterum puellarum paruula quædam puellaria ſimulachra ex linteo inſuere: deinde tomento infarcire,tum veſtibus amicire.His virgines pueritiam ingreſſæ Veneri tãquam virginitatis ſuæ inſignia condonabant, vt fauſtum futurum matrimonium cederet. Perſius, Dicite pontifices in ſacris quid facit aurũ?Nempe hoc quod Veneri donatæ à virgine pupę.

PVPILLA,pupillæ,fœm.gen. ſiue pupula, Oculi pars parua, qua continetur vis videndi. La prunelle de loeil.Plin.lib.28.cap.6,Augurium ex homine ipſo non eſt timendi mortem in ægritudine,quandiu oculorum pupillæ imaginem reddant.

PVPILLVS,pupilla, pupillum. A qui ſon pere eſt mort. À pupus deriuatur,pro impube, qui deſijt eſſe in patris poteſtate vel morte vel emancipatione. Plin.epiſt.176.b,Modo deſignatus ædilis,recens maritus,recens pater,intactum honorem,orbam matrem,viduã vxorẽ, filiam pupillam,ignaram aui,ignarámque patris reliquit.

Pupillaris & hoc pupillare. À pupillo.Pupillaris ætas.Pupillare negotium.

PVPPIS,huius puppis,fœm.g.Poſterior pars nauis. Liuius lib.24,Ferrea manus cum iniecta proræ eſſet, grauíque libramento plumbi recelleret ad ſolum ſuſpenſa prora nauim in puppi ſtatuebat.

Puppis,metaphoricõs vſus eſt Plautus in Epid.2.70, Hæccine vbi ſcibit ſenex, iſtæc puppis pereunda eſt probè?

Puppis,pro tota naui aliquando ponitur. Ouid.de Ponto,Dum mea puppis erat valida fundata carina. Virgilius,Interea AEneas ſocios de puppibus altis Pontibus exponit.

P V P V S, pupi, m.g. Paruulus tenerior. Varro, Mammam lactans ſugentem paſcere pupum.
Pupulus pupuli, diminutiuum. Catullus, Deprehendi modo pupulum puellæ.
P V R G O, purgas, purgare, Mundare, quaſi purum agere, Purger, nettoyer. Columella lib. 3, Itaque cauatum foramen cum purgauerimus, vndique adraſos ſurculos inſerimus.
Purgare piſces. Terent. in Adel. 3.3.22, Piſces cæteros purga Dromo.
Purgare ſe apud aliquem de re aliqua, Id eſt, ſe excuſare, Se purger, lauer. Plaut. in Amphit. 10.28, Et id huc reuorti, vt me de hoc purgarem tibi. Terent. in Eun. 3.1.44, Sed heus tu, purgón' ego me de iſtac Thaidi, quòd eam me amare ſuſpicatur? Plaut. in Aulul. 26.23, Non mihi homines placent, qui cum malefecerúnt, purgant.
Purgare ſe alicui. Terent. in Adel. 4.3.17, Quapropter teipſum purgare ipſis coram placabilius eſt. Idem in Hecy. 5.4.30, Myrrhina ita Phidippo dixit, iureiurãdo meo ſe fidem habuiſſe, & propterea te ſibi purgatum.
Purgamen purgaminis, ſiue purgamentum purgamenti, Sordes quæ ex re aliqua immũda & lurida tergitur & repurgatur. Græcè periplema dicitur. Columel. lib. primo, Sterquilinia quoq; duo ſint: vnum, quod noua purgamenta recipiat, & in annum cõſeruet. alterum verò, ex quo vetera vehantur.
Purgatio, purgationis, fœ.g. Purgation, excuſe. Terent. in Heaut. 4.1.12, Neſcio quid peccati portet hæc purgatio.
P V R I F I C O, purificas, purificare. Vide P V R V S.
P V R I T A S, puritatis, f.g. Vide P V R V S.
P V R P V R A, purpuræ, Piſcis ex concharum genere, annis ſeptennis viuens. Congregatur verno tempore, mutuóque attritu lentorem quandam veluti ceræ emittit. Sed nobilem illum ſuccum ad tingendas veſtes in medijs faucibus habet. Reliquo corpore ferè ſterilis. Cum vita ſuccum emittit. & ideò viuas capere oportet. Hinc purpureus color dicitur qui nigricãtis roſæ ſplendore ſublucet, cæterorũ omnium gratiſſimus, & tingendis veſtibus maximè expetitus. Hæc ferè ex Plinio, lib. 1 x. cap. 36, vbi plura leges. Pourpre.
Purpura, vt Victruuius inquit, pro ſolis propinquitate colorem habet. Et puniceum quidem procreat Aphrica, id eſt quaſi violaceum colorem: Tyros autem rubeum.
Purpureus purpurea purpureum, Quod totum eſt ex purpura.
Purpureæ veſtes dictæ ſunt Tyriæ, à loco vbi purpura fit.
Purpureus color eſt niger rubore quodã admiſto. Quandoque dicitur ceruleus, quãdo de mari vel flumine dicitur. Virg. lib. 4. georg. In mare purpureum violentior influit amnis.
Purpureus panis. Plaut. in Menæh. 20.19, Quin me interrogas, purpureum panem an Puniceum ſoleam eſſe, an luteum?
Purpureus, Pulcher. Virg. Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.
Purpureus pro purpurato aliquando inuenitur. Horat. lib. 1. car. Et purpurei metuũt tyránni.
Purpuraſco purpuraſcis, purpuraſcere, Purpureum fieri. Cic. lib. Acad. Quid mare nónne ceruleum? aut eius vnda, cum eſt pulſa remis, purpuraſcit?
Purpuratus purpurata purpuratum, Quod eſt purpura ornatum. Vnde purpurati dicũtur ij qui apud principes dignitate anteirent. Cic. lib. 1. Tuſcul. Iſtis quæſo inquit iſta horribilia minitare purpuratis tuis.
Purpurarius purpuraria purpurariũ, Quod ad purpurã pertinet. vt officina purpuraria, in qua purpura fit. Plin. Alterum genus eius eſt in purpurarijs officinis.
Purpuriſſum purpuriſſi, n.g. Genus coloris factitij, quo vtuntur pictores, fitque è creta argentaria, & cum purpuris pariter tingitur, bibítque eum colorem celerius quàm lanæ. Plin. lib. 35. cap. 6, È reliquis coloribus quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretij, ante omnes eſt purpuriſſum è creta argentaria: purpuris pariter tingitur, bibítque eum colorem celerius lanis. Plaut. in Moſtell. 4.104, Tum tu igitur cedo purpuriſſum. s. nõ do: ſcita es tu quidem, noua pictura interpolare vis opus lepidiſſimum.
Purpuriſſo purpuriſſas, purpuriſſare, Purpuriſſo inficere. Plaut. in Trucul. 6.4, Expellã. A. quanam gratia? s. quia adeò fores noſtras iunctas audes accedere, quiáque iſtas buccas tam bellè purpuriſſatas habes.
P V R V S, pura, purum, Mundus, ſine ſorde. Pur.
Pura oratio. Terent. in prologo Heaut. 46, In hac eſt pura oratio, experimini. Id eſt, quæ facilè aſſenſum auditorum ineat.

Purum aurum, inquit Feſtus, in ſacris dicitur quod in vſu ſpurco non fuerit. Aliâs purũ aurum quod expurgatum, excoctúmque eſt.

Purum locum Vlpianus eſſe definit, qui nec ſanctus, nec ſacer, nec religioſus eſt.

Pura veſtimenta à veteribus dicebãtur, quæ ſacerdotes ad ſacrificia ſumebant, id eſt, non obſita, non fucata, non maculam habentia.

Purè, aduerbium, Purement, nettement. Plautus in Aulul. 8. 3, Vaſcula intus purè, propera, atque elue.

Puritas puritatis, f.g. Munditia, Pureté.

Puro puras, purare, Purum facere, quaſi purem extrahere.

Purifico purificas, purificare, Purifier. Suet. de Octauio Auguſto, cap. 94, Paulóque poſt egreſſum, illámque expergefactam, quaſi à concubitu mariti purificaſſe ſe, & ſtatim in corpore eius extitiſſe maculam.

PVS, puris, maſc. gen. Sanies eſt, & quicũque humor in putredinem verſus. La boue & ſordure dune plaie. Plin. Ad puris & ſanguinis excreationes.

Purulentus purulenta purulentum, Sanie plenum.

PVSA pro puella apud veteres accipiebatur.

PVSILLANIMIS, & hoc puſillanime, Qui eſt puſilli animi. Qui eſt de petit courage, & mal hardi.

Puſillanimitas puſillanimitatis, f.g. Petit courage, couardiſe.

Puſillanimiter, aduerbium.

PVSILLVS, puſilla, puſillum, diminutiuum à Puſio, Paruulus.

Puſillum intelligere. Plinius epiſt. 278, Nec ſpectandus eſt in ijs bonus princeps, qui puſillum intelligit.

PVSIO, puſionis, m. g. Paruꝰ puer. Veteres enim puſum & puſam, pro puero & puella vſurpabant. Cic. pro Cælio, Qui propter neſcio quam credo timiditatem & nocturnos quoſdam inanes metus tecum ſemper, puſio cum maiore ſorore cubitauit.

PVSTVLA, puſtulæ, Eſt ſpecies occultæ vomicæ, ſiue tuberculũ in ſummitate cutis naſcẽs. Vne empoule. Martialis, Feruida ne trito tibi pollice puſtula ſurgat, Exornent docilem garrula plectra lyram. Plin. lib. 6 cap 8, Eſt enim tam feruentis naturæ, vt per ſe extra corpori impoſitum puſtulas ignium modo faciat, & pro cauſtico in vſu ſit.

Puſtulæ ſunt apud Celſum lib. v, id genus morbi quod variolas & rubeolas vocant, morbus in ætate puerili maximè eueniens vt inquit ille, raro in medio corpore, ſæpe in eminentibus partibus. Rouiolle.

Puſtulatus puſtulata puſtulatum, Plein dempoules.

Puſtulatum argentum, à puſtulis dicitur, quæ in argento cælato in aſpredinem quandam excisæ viſuntur, ſicut puſtulæ in corpore oriuntur ſimiles illis puſtulis quæ ex veruca vel ſudore naſcuntur.

Puſtulatũ argentũ pro purgatiſſimo & excoctiſſimo poſuit Tranquillus, cuiuſmodi aurum obryzum à Græcis appellatur τὸ πολλάκις ἑψηθὲν, hoc eſt multipliciter excoctum. Tranquilli verba ſunt in Nerone, Exegítque ingenti faſtidio & acerbitate nummum aſperum, argentum puſtulatum, aurum obryzum, vt plerique omnẽ collationem palàm recuſarent.

PVSVLA, puſulæ, Eſt tumefactio illa leuis quæ in coquendo pane ſolet aſſurgere.

Puſula, Morbi genus, qui alio nomine dicitur ſacer ignis. Columella lib. 8, Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores.

Puſuloſus puſuloſa puſuloſum, Qui eo morbo laborat. Columella lib. 8, Viuam pecudem quæ fuerit puſuloſa, reſupinam obruamus.

PVTEAL, n. g. Prætoris tribunal vel ſubſellium dicitur. Horatiꝰ, Forum puteálque Libonis Mandabo ſiccis. Perſius, Si puteal multa cautus vibice flagellas.

Puteal, Quo cooperitur puteus.

PVTEO, putes, putui, putere, Fœtere, & mali odoris eſſe, Puir. Producit primam ſyllabam. Horatius, Putet arbor, rhombúſque recens. Perſius, Nec Inuideas, quòd multa fidelia putet In locuplete penu.

PVTEVS, putei, m. g. Vng puis. Plin. lib. 2. cap. 92, AEſtus idem triduo in menſe conſiſtit, ſeptima, octaua, nonáque luna. Gadibus, qui eſt delubro Herculis proximus, fons incluſus ad putei modũ, alias ſimul cum Oceano augetur, minuitúrq; : aliâs verò vtrunque cõtrariis tẽporibus. Virg. lib. 3. geor. Ad puteos aut alta greges ad ſtagna iubeto Currentem ilignis portare canalibus vndam.

Puteus à putore dicitur, authore Varrone lib. 4. de lingua lat. quòd putidus ſit odoribus, ſæpe ex ſulphure & alumine: & putearios ſæpe necat.

Puteum neutro genere dixit Varro, De miris, ſecũdo de ſtatuis, aquis, vt ſunt lacus, & ſtagna, & putea & maria.

Puteanus puteana puteanũ, Quod ex puteo eſt. Vnde aquam puteanã dicimus. Plin. lib. x v i, Deinde quantum expreſſere adicijũt vinaceis aquæ puteanæ, vt & ſecundariũ paſſum faciãt.

Putealis & hoc puteale, Eiuſdẽ ſignificationis. Ouid. Vt quo dux Pœnus merſit putealib⁹ vndis.

Putearius putearii, Qui puteos fodit. Plin. Depreſſis puteis ſulphuraria vel alumínoſa occurrẽtia putearios necant.

P V T I D V S, putida, putidũ, Quod eſt mali odoris, Puãt. Plaut. in Trinũmo, 8. 95, At tum, vinum priuſquam coactum eſt, pendet putidum. Idem in Bacchid. 18. 23, Tanti eſt quanti eſt fungus putidus.

Putidum (inquit Nonius) non ſolũ ab odore fœtido & graui, quod naribus probatur, ſed etiã quod auribus triſte, inſuaue, auſterum, rancidum, putidum dici poſſe authoritas vetuſtatis admiſit. Cic. Putidas ac pecunioſas aures.

Putidam orationem dicimus, per metaphoram, quæ auribus auſtera, inſuauis, & (vt ita dicam) rancida.

Putidulus putidula putidulum, diminutiuum.

Putidiuſculus, aliud diminutiuũ. Cic. Cæſari, Sumus enim putidiuſculi quàm per te víx licet, verùm video licebit. Nonnulli hoc loco legunt pudentiuſculi, & fortaſſe rectius.

Putiſco putiſcis, putiſcere, Putidum & mali odoris fieri. Cic. lib. v. de finibus, Non inſcitè illud dictum videatur, inſuauem animum illi pecudi datum pro ſale ne putiſcet.

P V T O, putas, putare, Falſa & ſuperflua & infructifera ex quacunque re à veris & fertilibus reſecare, purgare, & deputare. Couper. Hinc putari arbores dicuntur. Columella lib. 2, Neque arent, neque vitem aut arborem putent.

Putare, Cogitare, conſyderare, Penſer. Terent. in Eunucho, 4. 2. 4, Dum hæc puto, præterij imprudens villam. En penſant a ces choſes. Ibidem, 5. 5. 23, Nam hoc putant, quicquid factum eſt, ex te eſſe ortum. Idem in prologo Heaut. 21, Quo exemplo ſibi licere id facere, quod illi fecerunt, putat. Ibidem, 3. 1. 76, Neque id putabit, prauum an rectum ſiet quod putet.

Putare, AEſtímare, iudicare. Terẽ. in Eunucho, 4. 7. 43, Nolunt vbi velis: vbi nolis, cupiũt vltro. THR. bene putas. Tu iuges treſbien. Idem in And. 1. 1. 114, Rectè putas. Idem in Adel. 5. 3. 31, Id de lucro putato eſſe, omnia hæc ſi voles in animo verè cogitare. Idem in Heaut. 5. 1. 27, Mitto iã oſculari, atque amplexari: id nihil puto. Cic. de Amicitia, 35, Putat ſibi faciendum.

Putemus rem ipſam, Conſyderons la choſe cõme elle va. Terent. in Adel. 5. 3. 10, Mitto maledicta omnia, rem ipſam putemus. Idem in Phor. 4. 5. 6, Nã ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat. G. rem ipſam putaſti. Tu a dict ce quil en ſera.

Putare cum aliquo argumentis. Plaut. in Amphit. 7. 34, Quo id (malùm) pacto poteſt (nam mecum argumentis puta) fieri, nunc vt tu hîc ſis, & domi?

Putare pro nihilo. Cic. Philipp. 13, Neque eos ſolùm præſentes, ſed multo magis nos, à quibus illi erant miſſi, ſpreuit, & pro nihilo putauit. Idem de Amicitia, 72, Itémque cætera quæ quibuſdam admirabilia vidẽtur, permulti ſunt, qui pro nihilo putent. Neſtimẽt riens.

Putare rationem cum aliquo, Faire conte. Plaut. in Aulul. 15. 55, Putatur ratio cum argentario. Idem in Trin. 8. 12, Poſtquam comedit rem, pòſt rationem putat.

Rationem putare, Penſer, ou aduiſer. Plaut. in Caſina, 12. 26, Verùm autem altrouorſum cum eam mecum rationem puto, eius eſſet mecum poſtulatio. Idem in Moſtell. 4. 142, Vel rationem puta, triginta mnas pro capite tuo dedi. PHILE. cur exprobras?

Putatur prudẽs, Il eſt repute & eſtime ſage. Cic. de Amicitia, 5, Sed vterque alio quodãmodo: Attilius, quia prudens eſſe in iure ciuili putatur.

Putator putatoris, m. g. Arborum purgabatõr.

Putamen putaminis, n. g. Rerũ purgamẽtũ. Nã quicquid ex aliqua re proijcitur, putamẽ appellatur. Plaut. in Capt. 11. 124, Nucleũ amiſi, reliquit pignori putamina. Vide NVCLEVS.

P V T R I S, & hoc putre, Quod eſt corruptum ac reſolutum, Pourri, & gaſte. Virgil. lib. x i, Quadrupedum putrem curſu quatit vngula campum. Idem lib. 1. georg. Et Zephiro putris ſe gleba reſoluit. Columella libro 2, Idem pinguis ac putris: quia cum plurimum reddat,

minimum poſcit: & quod poſtulat, exiguo labore, atque impẽſa conficit. Putris lapis. Plin. epiſt. 256, Siue lapis ipſe gracilis & putris.

Putridus putrida putridum, Pourri, corrompu, & gaſté.

Putredo putredinis, f.g. Corruptio, reſolutio. Pourriſſure, corruption.

Putreo putres, putrui, putrere, Marcere, & in pus reſolui, Eſtre pourri & gaſté. Plau. in Moſtell. 3.45, Atque ædepol ita hæc tigna humida putrent. Pacuuius, Quanquam annis & ætate hoc corpus putret.

Putreſco putreſcis, putreſcere, Putridum fieri, Se pourrir & gaſter. Columella lib. 2, Vt herbatũ culmis cæteriſque rebus immiſta putreſcant. Ibidem, Totum ſterquiliniũ raſtris permiſceri oportet, quò facilius putreſcat, & ſit aruis idoneum.

Putrefacio putrefacis, putrefeci, putrefactũ, putrefacere, Pourrir & gaſter. Columella lib. 4. Per apertam vitis medullam nimius humor trahitur, idémque truncũ cauat, vnde formicis, aliiſq; animalibus quæ putrefaciunt, crura vitium latebræ præbẽtur. Plaut. in Moſtell. 3.21, Perpluunt tigna, putrefacítque operam fabri.

PVTVS, puta, putum, Purus. Vnde putum argentum, id eſt purgatum. Iuuenalis, Pauca licet portes argenti vaſcula puti. Inuenitur apud Gellium lib. 6, Alphenum iuriſconſultum, Ser. Sulpitij diſcipulũ, digeſtorũ lib. 30, ſcríptum reliquiſſe in fœdere, quod inter Romanũ populum & Carthaginẽſes factũ eſt, cautũ fuiſſe, vt Carthaginẽſes quotãnis populo Romano darent certũ pondus argenti puri puti. Vbi purum putũ Gellius intelligi voluit expuratũ, excoctúmque, atque aliena omni materia carens, omnibúſque ex eo vitijs detractis emaculatũ & candefactum. quo verbo antiquos vti ſolitos eſſe ait. Propterea Plautus in Pſeud. ridiculè ita inquit, Oho purus putus eſt ipſus, noui, herus Polymachero Placides. Quaſi diceret, Ipſe eſt omnino, & nullus alius prorſus, verus non adulterinus eſt. tranſlatione ab argẽto tracta, cum merum prorſus ab omni parte verum eſt. Verba ſunt lenonis in epiſtola ſymbolon militis agnoſcentis. Idem alibi in eadem, Purus putus ſycophanta eſt. Hoc eſt merus ſycophanta, in quo nihil probitatis ineſt, ex omni vitio cõcretus, qualis delator & calumniator eſſe debet. Feſtus, Putum antiqui pro puro dicebant, Vnde putum aurum, putatum dici ſolet, id eſt expurgatum. Meminit & Nonius.

P Y

PYCTATIVM, pyctatij, n.g. Apud Lampidriũ in Alexandri vita, dicitur album, hoc eſt tabella dealbata, in qua nomina iudicum ſelectorũ deſcribebantur. ſic enim inquit, Denique cum inter militares aliquid ageretur, multorum dicebat nomina: de promouendis etiam ſibi annotabat, & perlegebat pyctatia, & ſic faciebat diebus etiam pariter annotatis, & quis & qualis eſſet in ciuitate promotus.

PYCTES, pyctis, m.g. Pugil dicitur. Lampridius, in Heliogabalo, Gladiatores ante cõuiuiũ pugnãtes ſibi & pyctas frequẽter exhibuit. Hinc Columella lib. 9, gallinaceũ in certaminibus gallorũ pugnacem, pycten vocat. Nõ rixoſarũ auium (inquit) laniſtæ, cuius plerunque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abſtulit.

PYGARGVS, pygargi, m.g. Caprea quædã ſylueſtris, nõ diſſimilis damis. Plin. lib. 8. cap. 54, Sunt & damæ & pygargi, & ſtrepſicerotes, multáque alia haud diſſimilia.

Pygargos pro quodã aquilarũ genere accipit Plinius lib. 10. cap. 3, Secundi generis (inquit) pygargus, in oppidis manſitat, & in campis albicante cauda.

PYGMAEVS, pygmæi, m.g. Plin. lib. 7. cap. 2, Super hos extrema in parte montiũ pithamæi Pygmæi narrãtur, ternas ſpithamas longitudine: hoc eſt, ternos dodrãtes nõ excedentes, ſalubri cælo, ſempérque vernãte, mõtibus ab aquilone oppoſitis, quos à gruibus infeſtari Homerus quoque prodidit. Fama eſt, inſidẽtes arietũ caprarúmque dorſis, armatos ſagittis vẽris tẽpore vniuerſo agmine ad mare deſcendere, & oua, pullóſque earũ alitũ conſumere: ternis eã expeditionem menſibus confici, aliter futuris gregibus non reſiſti. Caſas eorũ luto, penníſq; & ouorũ putaminibus cõſtrui. Ariſtoteles in cauernis viuere Pygmæos tradit.

PYR, pyros, Græcè, latinè dicitur ignis: à quo multa per compoſitionem fiunt.

PYRA, pyræ, f.g. Lignorũ congeries. Virg. Innumeras ſtruxere pyras. In his cremare corpora antiqui conſueuerunt.

PYRALIS, huius pyralis, f.g. Pennata beſtiola, magnitudine muſcæ, ex igne prouenies: vnde & nomen à quibuſdam pyrauſta appellatur. Quandiu eſt in igne, viuit: cum euaſit longiore paulum volatu, tunc emoritur.

PYRAMA, pyramę, Lachrymę gen⁹, ex metopio arbore ſtillãs. eſt enim pingue & reſinoſũ.

PYRAMIS, pyramidis, f.g. Moles maxima quadrata, ita cõſtructa, vt è lato in acutũ tenda, in formã flãmæ, quæ latior ſurgẽs, in acutũ deſinit: quales Romæ adhuc extãt duæ, iam vetuſtate fatiſcentes. Dicta pyramis quòd flammæ ſimilitudinem habeat. Vel à lapide pyropœcilo, qui & Thebaicus, ex quo ædificabãtur, ab ignea quadã varietate. πῦρ enim, ignis dicitur, ποικίλος varius.

Pyramidem noſtri metã vocãt, quòd termini eorũ qui à metiẽdo, id eſt mẽſurãdo metæ dicũtur, forma pyramidum ædificari ſolent: atque ea figura, pyramidalis vocatur.

Pyramides erant in AEgypto, ſtructuræ ex quadratis lapidibus admirandæ, faſtigiatæ vltra omnem excelſitatem quæ manu fieri poſſet, vt ſcribit Solinus. Et ſub eis ſepulti reges. Vide Plinium lib. 36. cap. 12.

PYRAVSTA, pyrauſtæ, animal in igne viuens. vide PYRALIS.

Pyrauſta apud Ariſtotelem vermiculus eſt, quẽ & cleron vocat, aranei ſpecie, nocens fauis.

PYRGVS, pyrgi, m.g. Turris latinè dicitur, quòd fulgureis ignib⁹ feriri turres cõſueuerũt.

Pyrgus, Vaſis genus cauitate ſeſſili, quo coniecti tali, agitatique mittũtur antequã in alueolũ emittantur. Horatius, Mitteret in pyrgũ talos. Turricula aliâs dicitur, & occa, & fritillus.

Pyrgus, Militaris ordo dicitur, & turma equeſtris.

PYRETRA, herba medicinalis, quam vulgo nunc draconem vocãt, linguã adurens & mordicans. Eius folia in acetarijs probantur. radice vtuntur pigmentarij.

PYRETVS, Febris, ab incendio appellata: quemadmodum apud nos febris, à feruore.

PYRITES, lapis, ſic dictus quòd plurimus illi ignis ſit: hunc nos ignarium dicimus. Quidã etiam viuum vocant, qui à clauo vel altero percuſſus lapide, ſcintillas edit. Vng caillou.

Pyrites, lapis molaris, quòd in eo quoque ignis conſpiciatur.

Pyrites alius eſt, æris ſimilitudine, in Cypro reperiri ſolitus, & circa Acarnaniam, cuius vſus in medicina non paruus eſt.

PYROBOLA, malleus, quòd ignita percutiat.

PYROCORAX, Auis, luteo roſtro, nigra, præcipuo ſopore. Nomen habet à colore roſtri igneo. Latinè ignitus coruus dicitur.

PYRODES, Lapis, qui & pyrites dicitur.

PYRRHICHA, pyrrhichæ, ſiue pyrrhiche pyrrhiches, Saltatio græcanica, quam primus in Creta Pyrrhus inſtituit. Strabo docet pyrrhicham repertã fuiſſe à Pyrrhico, pro iuuenibus ad diſciplinã militarẽ exercẽdis. Suet. de Cæſare, Pyrrhichã ſaltauerunt Aſiæ Bithyniæque principũ liberi. Plato, Pyrrhicha eſt, quæ motiones corporis imitatur ictus iactúſque declinãtis & vitabũdi, omniariámque cedentis, in altũ etiam ſubſilientis, & ſeſe ſucciduo poplite demittẽtis. rurſúſque cõtrarios his motus pyrrhicha imitatur, eos ſcilicet qui in habitus corporis actuoſos ferũtur: quales eius ſunt qui ſagittarũ miſſiliúmq; iaculationes effingere motu corporis, plagarúmque & petitionũ multipliciũ imitamenta aſſequi impleréque cõtendũt. Plinius tamen in ſeptimo videtur pyrrhichen ab enoplia diſtinguere, his verbis, Saltationem armatam Curetes docuere: Pyrrhichen Pyrrhus.

Pyrrhicarius pyrrhicarij, Saltator pyrrhicæ.

PYRVS, pyri, f.g. Arbor. Vng poyrier.

Pyrum, pyri, n.g. Fructus, Vne poyre. Dictum quòd flammæ ſimilitudinem redat, è lato in acutum tendens.

PYTISMA, pytiſmatis, n.g. Lenis ſputi irroratio. ab πυτίζω, quod eſt ſputo leni & crebro irroro. Iuuenal. Lacedæmoniũ pytiſmate lubricat orbẽ. Id eſt, qui lubricat annulũ ſputo. Sunt qui ſcribant pityſma per y in ſecunda, ab πτύειν, ſpuere.

PYXIS, pyxidis, f.g. Græcũ nomen, à buxo quod græce pyxoen, latinè buxolũ vaſculũ è buxo: quãquã & ex alia materia dici poſſit, quoniam ex eo ligno fieri cœpit. Nam vt docet Quintilianus lib. 8, Pyxides cuiuſcũque materiæ, quarum vſus variis rebus eſt accõmodatus. Plin. lib. 18, Primori ineſt pyxis ferrea. Apul. de Aſino lib. 3, Arcula quadã recluſa pyxides pluſculas inde depromit.

Pyxidicula pyxidiculæ, In qua aromata continentur. Corn. Cælſus lib. 6, Liquidum collyrium pyxidicula ſeruatur.

Pyxidatus pyxidata pyxidatum, Significat ad effigiem pyxidis in commiſſura formatum. Plin. lib. 3, Commiſſuros pyxidatis.

QVA, cuius, cui. Iſto nominatiuo non vtimur niſi in compoſitione, vt aliqua, ſiqua.

Quam ad rem. Plau. in Epid. Quã ad rem iſtuc refert? A quel propos? Idem in Mil. 10. 175, At ego mihi annulum dari iſtunc tuum volo. P E. quam ad rem vis? A quoy faire?

Quam rem agis? Que fais tu? Terent. in Heaut. 5. 1. 69.

Qua gratia? Id eſt quamobrem, Pour quoy. Plaut. in Amphit. 8. 30, Amphitruo redire ad nauim melius eſt nos. AM. qua gratia? PS. quia domi &c. A quoy faire? Idem in Aulul. 12. 20. Quid eſt qua gratia me prohibeas? Terent. in Eunucho, 1. 2. 79, Ego excludor, ille recipitur: qua gratia? niſi illum plus amas quàm me?

Qua ratione. Terẽt. in Eunucho, 2. 3. 30, Vbi vidiſti? CH. in via. P. qua ratione amiſti? CH. id equidem adueniens mecũ ſtomachabar modo. Cõment las tu perdue? Idem in Phor. 2. 1. 68, Qua ratione inopem potius ducebat domum? G. non ratio, verùm argentum deerat. Pour quelle raiſon? qui le mouuoit?

Qua de re? Plaut. in Caſi. 5. 37, Iam domuiſti animum, potius vt quid vir velit fieri, id facias, quam aduorſere contrà? C. qua de re? S. rogas? ſuper ancilla Caſina, vt detur nuptum noſtro villico. Pour quoy cela. Idem in Rud. 24. 16, Quid eſt? qua de re nunc litigatis inter vos? T. eloquar. Idem in Pœnulo, 4. 95, Nimia nos ſecordia hodie tenuit. A D. qua de re obſecro? AN. quia iam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus. Terent. in And. 1. 2. 14, Ehodum ad me. D. quid hic volt? S. quid ais? D. qua de re? S. rogas? meum gnatum rumor eſt amare. Donatus, Negantis vim habet hæc interrogatio, qua de re. Plus eſt enim qua de re, quàm nihil.

Qua pro re. Plaut. in Rud. 31. 22, Qua pro re argentũ promiſit hic tibi? G. ſi iſtum vidulũ redegiſſem in poteſtatem eius.

Qua cauſſa. Plaut. in Menæh. Quid de te merui, qua me cauſſa perderes?

QVA, aduerbium loci, Per quem locum. Virgilus, Dic mihi quâ ſit iter. Par ou il fault aller. Plaut. in Sticho, 9. 25, Poſt illa iam ille eſt tranquillus tibi? A. magis quàm mare quâ ámabo vecti eſtis.

Quâ, aliquando ſignificat tum, ſiue partim. Plin. Medium tempus diſtentum impeditúmque quâ officiis maximis, quâ amicitia principũ egiſſe. Plaut. in Trin. 14. 35, Neq; iſtis quicquam lege ſanctum eſt, leges mori ſeruiunt, mores autem rapere properant, quâ ſacrum, quâ publicum. Tant ſacre que nõ ſacré.

Quâ itineris, qua de, Bruto mod⁹ eſt dicẽdi, pro quo ineptè dicũt, ea parte qua itineris, vel de Bruto mentio fit. Cicero Attico, At quam honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quâ itineris, quâ nauigationis, quâ congreſſus, ſermoniſque cum Cæſare. Eidem, Qui video te diſtentiſſimum eſſe, quâ de Butrociis quâ de Bruto.

QVADANTENVS aduerbiũ, Vſque ad quandã partem. Plin. lib. 26. cap. 10, Tria autẽ genera eius, latum, & alterum longius, quadantenus rubens. En partie, aucunement.

QVADRA, quadræ, f. g. Menſarium inſtrumentũ ex ſtanno vel argento, ſuper quod dapes ſcindũtur, ſiue apponũtur ſciſſæ: quòd quadrata forma fieri ſoleat, veluti rotunda repoſitoria, orbes dicimus. Trãchoir. Fitque aliquãdo etiã de pane. Virg. lib. 2. georg. Patulis nec parcere quadris. Iuuenalis, Vt bona ſumma putes, aliena viuere quadra.

Quadram, Panis fragmentũ ſiue fruſtum eſſe nõnulli dicunt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerẽtur. Martialis, Commítis turdúmque mihi, quadrámque placentæ.

QVADRAGENARIVS, quadragenaria quadragenariũ. Homo quadragenarius, Qui eſt aage de quarante ans.

Quadragenus quadragena quadragenum, abſolutè aliquando ponitur. Suetonius de claris grãmat. 23 Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur: nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua caperet. Subaudi, ſcuta, aut aliquid tale. Par chaſcun an quarante eſcus.

Quadrageſimus quadrageſima quadrageſimum, Quarantieme.

Quadrageſima abſolute dicitur pro quarta parte. Suetonius de Caligula, Pro litibus atque iudiciis vbicunque conceptis quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur.

Quadragies, aduerbiũ, Par quarante fois. Plin. de viris illuſt. cap. 47, Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſe abſolutus.

Quadraginta, indeclinabile, Quarante.

QVADRANGVLVS, quadrangula, quadrangulum, Quod habet quatuor angulos.

QVADRANS, quadrantis, Genus nummi, quòd ſit quarta pars aſſis. Quadrans erat (au-

thore Plinio)nũmulus,qui triuncis vocatus eſt à tribus vnciis. Vt enim feſtertius quarta pars eſt denarij,ita quadrans quarta pars aſſis. Iuuenalis,Nam ſi puerio quadrans tibi nullus in arca Oſtendatur.

Quadrantarius quadrantaria quadrantarium. Cic. pro M. Cælio,Niſi forte mulier potens,quadrãtaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Per cõtemptum dictũ, id eſt quæ accepto quadrante à balneatore familiaris facta eſt,more meretricum.

QVADRANTAL,quadrãtalis,n.g. Feſt⁹,Quadrantal vocabãt antiqui amphorã,quòd vas pedis quadrati octo:& quadraginta ſextarios capit. Plaut. in Curc. 3. 14, Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PS. modica eſt,capit quadrantal.

Quadrantal,figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ,quibus in alueolo luditur in quamcũque enim partem incubuerint,immotam habent ſtabilitatem.

QVADRATVS,quadrata, quadratũ, Quarre. Quadratum,figura eſt rectas atque æquales lineas quatuor,& quatuor rectos angulos habens. Lapis quadratus,Vne pierre de taille. Plin. epiſt. 254,Manent adhuc pauciſſimi arcus:poſſunt & erigi quidam lapide quadrato,qui ex ſuperiori opere detractus eſt. Suetonius ſcribit Veſpaſianum fuiſſe ſtatura quadrata.

Quadratura quadraturæ,f.g. Ipſa quadratio,Eſquarriſſure.

QVADRIENNIS,& hoc quadrienne,Id eſt quatuor annorum:vt quadriennis puer.

Quadriennium quadriennij,Spatium quatuor annorum.

QVADRIFARIAM,aduerbium,Quadripartito. En quatre pars. Varro,Et ea quæ ad mortales pertineant, quadrifariam diſpertierim. Suet. in Vitell. cap. 13, Sed vel præcipuè luxuriæ ſæuitiæque deditus,epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat,in ientacula,& prandia,& cœnas,comeſtationeſque.

QVADRIFIDVS,quadrifida,quadrifidum,Quod in quatuor partes findi poteſt. Virg. lib. 2. georg. Quadrifidáſque ſudes,& acuto robore vallos.

QVADRIFORMIS,& hoc quadriforme,Quod quatuor formas habet.

QVADRIGA,quadrigæ,f.g. à quatuor equis quibus iungebatur,appellata eſt. Vng chariot. Gellius,Quadrigas Cæſar etiam ſi currus vnus equorum quatuor iunctorum agmen vnũ ſit,pluratiuo ſemper numero dicendas putat.

Aliquando quadrigarũ nomine intelliguntur equi qui quadrigas agunt. Columella lib. 4,Vnde ſacrorũ certaminũ ſtudio perniciſſimarũ quadrigarum ſemina,diligenti obſeruatione cuſtodiunt, per ſpem futuram victoriarũ cõcipiũt propaga ſobole generoſi armenti. Plaut. in Pœnulo,4. 147,Niſi ego illum iubeo quadrigis curſim ad carnuficem rapi.

Quadrigis albis indipiſci. Plaut. in Aſin. 7. 13,Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubterduxerit,nũquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Quadrigæ albæ,erãt equi Veneris,qui albi erãt,& citi. vt ſit ſenſus,Etiã ſi currum Veneris ab alitib⁹ vectũ,& per hoc citiſſimæ celeritatis conſcenderet,& ſequi vellet iam amiſſam hanc occaſionẽ,nunquã eã cõſequeretur.

Quadrijugus quadrijuga quadrijugum. Quadrijugi,ſiue quadriiuges,Equi quaterni ad vnũ iugũ alligati. Virg. Quadriiugo vehitur curru. Plin. in Paneg. 35,Iam hoc ipſum,quòd ingreſſus es,quàm mirum, lætúmque. nam priores inuehi & importari ſolebant:non dico quadriiugo curru,& albentibus equis,ſed humeris hominum.

Quadrigarius quadrigarii,m.g. Qui quadrigam agit. Vng chartier.

QVADRILIBRIS,& hoc quadrilibre, Qui poiſe quatre liures. Plaut. in Aulul. 27. 2, Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo:quis me eſt diuitior?

QVADRIMVS,quadrima,quadrimum,Quod habet quatuor annos. Plaut. in Capt. 12. 102,Perdidi vnum filium puerum quadrimum.

Quadrimulus quadrimula quadrimulũ,diminutiuũ. Plaut. in Capt. 18. 4,Nam tibi quadrimulum tuus pater peculiarem paruulo puero dedit. Idem in Pœnulo, 2. 85,Altera autẽ quadrimula cum nutrice vnà periere.

QVADRINGENTI,quadringentæ quadringenta,Numerale nomen. Quatre cens.

QVADRIVIVM,quadriuii,n.g. Vbi quatuor viæ cõueniunt. Vng quarefour.

QVADRO,quadras,quadrare, In quadrũ redigere, Eſquarrir. Horat. in epiſt. Et quæ pars quadret aceruum.

Quadrare,per tranſlationem, pro conſentire & ex omni parte conuenire ponitur. Tractum à lapidibus quadris qui inter ſe optimè cõueniunt. Virgilius,Arboribus poſitis ſecta via limite quadret.

Summa rationũ quadrãs dicitur, in qua nihil excurrit,& in qua nulla ſunt reliqua,id eſt cum

æqualis est summa accepti & expensi. Cic. in Verrem, Expêsa Chrysogono seruo sestert. sexcenta milia, accepta pupillo Malleolo rettulit. Quomodo ex decies sester. sexcenta sunt facta, quomodo sexcenta eodem modo quadrarint, vt illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua sestert. sexcenta facta sunt &c. vos æstimabitis.

Quadrare ad. Apul. Vt omnia ad calamitatem quadrarent. Cicero Attico lib. v, Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

Quadrare in. Cicero pro M. Cælio, Quod profecto nunquã hominũ sermo, atque opinio cõ probasset, nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam partem quadrare aptè viderentur.

QVADRVPES, quadrupedis, o. g, Quod habet quatuor pedes. Vne beste a quatre pieds. Terent. in And. 5. 2. 24, Tu tamen cura adseruandum vinctum, atque audin' quadrupedem constringito. Per translationem dixit Terentius.

Quadrupedo quadrupedas, quadrupedare, Quatuor pedibus gradi.

Quadrupedans quadrupedantis, Quod quatuor pedibus graditur, vt equi, & huiusmodi. Plaut. in Capt. 13. 45, Tum piscatores qui præbent populo pisces fœtidos, qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Virg. de equis, Perfractaque quadrupedũtium Pectora pectoribus rumpunt. Plin. lib. 8, Thessalorum gentis inuentum est, equo iuxtà quadrupedante cornua intorta ceruice tauros necare.

QVADRVPLATOR, quadruplatoris, m. g. Asconius, Quadruplatores, delatores erãt criminum publicorum, in qua re partem de proscriptorum bonis quos detulerant, consequebantur. Cic. in Verrem, act. 1, Putant fore vti, si paulatim hæc consuetudo serpere ac prodire cœperit, per homines honestissimos virosque fortissimos, nõ imperitos adolescentulos, aut illiusmodi quadruplatores, leges iudiciaque administrarentur. In eundẽ act. 4, Petit Næuius Turpio quidam istius excursor & emissarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus.

Quadruplor quadruplaris, quadruplari, Quadruplaturam exercere. Plaut. in Persa, 3. 9, Neque quadruplari me volo. neque enim decet, sine meo periculo abire aliena ereptum bona.

QVADRVPLEX, quadruplicis, o. g. Quatre au double. Plaut. in Curcul. 14. 21, Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & lenone auferam. Quatre fois au double.

Quadruplico quadruplicas, quadruplicare. Plaut. in Sticho, 7. 4, Qui me in mercimoniis iuuit, lucrisque quadruplicauit rem meam.

QVADRVPLVS, quadrupla, quadruplum. Plau. in Trucul. 16. 48, Post id ego in te manum inijciam quadruplus venefica.

QVAE, cuius, cui. Vtimur in compositione, vt quædam.

Interrogatiuè etiã pronuntiatur. Plaut. in Menæh. Quæ(malùm)hæc impudentia est? Cic. in Verrem, Quæ(malùm)est ista tua audacia, atque amentia? Idem in Philipp. Quæ(malùm)ista volũtaria seruitus est? Liuius ab vrbe, Quæ(malùm)ratio expertis alia experiri?

Quæ tua facilitas. Plin. epist. 97, Sed(quæ facilitas tua)hoc magis dabis veniam, quòd se non mereri fatentur. Idem epist. 15, Comœdum, vel lectorem, vel lyristam, vel(quæ mea liberalitas)omnes.

QVAECVNQVE, QVAEDAM, vide QVICVNQVE, QVIDAM.

QVAERO, quæris, quæsiui, quæsitum, & per syncopã quæstum, quærere, Quæ sit res aliqua inuestigare. Cercher. Terent. in Eunucho, 2. 3. 3, Vbi quæram? vbi inuestigem? quem percunctor? quam insistam viam? Idem in Adel. 3. 4. 15, Te quærebam ipsum salue Demea.

Quærere argentum in fœnus. Plaut. in Asin. 9. 23, Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus. Idem in Persa, 2. 5, Ita fio miser quærendo argento mutuo.

Quærere caussam quamobrem. Terent. in Eunucho, 5. 6. 30, Nam iãdiu aliquã caussam quærebat senex, quamobrem insigne aliquid faceret. Il cerchoit occasion.

Quærere consilium. Terent. in And. 4. 2. 19, Consilium quæro.

Quærere inimicitias. Plaut. in Menæh. 15. 1, Quis à me hic quærit inimicitias sibi atque æti suæ? Idem in Asin. 9. 68, Malum hercle vobis quæritis. Vous pourchasses malencontre.

Quærere liberos. Plaut. in Capt. 13. 120, Liberorum quærendorum caussa ei credo vxor data est. Pour auoir enfans.

Quærere laudem. Terent. in Heaut. 2. 3. 74, Tu tibi laudem is quæsitum, scelus.

Quærere salutẽ alicui malo. Terẽt. in Adel. 3. 2. 2, Atq; huic malo salutẽ quærãt, auxilii nihil afferant.

Quærere ſermonem. Terẽt. in Eunucho, 3.3.10, Iam tum erat ſuſpicio, dolo malo hæc fieri omnia: ipſa accũbere mecũ, mihi ſeſe dare, ſermonẽ quærere. Cerchãt occaſion de parler.

Quærere victum, Gaigner ſa vie. Terent. in Heaut. 3.1.38, Illa cœpit victum vulgo quærere. Idem in Eunucho, 2.2.30, Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorẽ, & tam facile victum quærere, ibi homo cœpit me obſecrare.

Quærere, Acquerir, acqueſter. Plaut. in Trin. 12.20, Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro! Idem in Curcul. 8.10, Qui homo maturè quæſiuit pecuniã, niſi eam maturè parſit, maturè eſurit. Idem in Pſeud. 4.64, Qui item, vt nos, iureiurãdo malo quærunt rem. Font leur prouffit. Terent. in Adelphis, 5.4.15, Contriui in quærendo, vitam atque ætatem meam. Idem in Heaut. 1.1.87, Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiens.

Quærere, Senqueſter, & demãder. Plaut. in Amphit. 3.127, Atque vt ne qui eſſem, familiares quærerẽt. Terẽt. in And. 1.1.64, Item alio die quærebã: cõperiebã nihil ad Pamphilum. Quæro abs te. Cic. pro Sext. Roſcio, Nõ quæro abs te, quare patrẽ Sex. Roſcius occiderit. Quæro ex te. Cic. in Vatinium, Quæro illud etiam ex te quod priuatus admiſiſti. Terẽt. in Heaut. 4.1.5, Neſcio niſi vt ex ipſa quæras vnde hunc habuerit. Apud Ciceronem, Quære ex Clodio.

Quærere, Demander. Plaut. in Aulul. 5.17, Quid ſi quiſpiam ignem quæret? Idem in Moſtell. 13.2, Quid illi quærunt apud ædes meas?

Quærere, Cercher le moyen. Terent. in Heaut. 5.4.16, Quæris id quod habes, parẽtes: quod abeſt, non quæris, patri quomodo obſequare &c.

Quærere, Eſt etiam id quod nũc dicimus, informationem facere, & legibus vindicare. Cicero, Decernebat enim vt veteribus legibus tantũmodo extra ordinem quæreretur. Idem, Tulit enim de cæde quæ in Appia via facta eſſet, in qua Publius Clodius occiſus fuit. Quid ergo tulit? nempe vt quæreretur. Quid porrò quærendum eſt? factúmne ſit? at conſtat. A quo? at patet.

Quærito quæritas, quæritare, Frequentatiuũ, Inſtanter quærere. Plaut. in Aulul. 5.14, Ne cauſſæ quid ſit quo te quiſquam quæritet. Idem in Ciſtell. 10.20, Sed pergam vt cœpi, quæritabo. Terent. in Adelph. 3.3.9, Si me ſenſerit eum quæritare, nunquam dicet carnufex. Ibidem, 2.4.2, Nihil video. A E. ehem opportune, teipſum quærito. Ie te cerche par tout.

Quæritare, propriè de iis dicitur, qui quotidie inquirendo, vix victum inueniunt, vt inquit Donatus. Terent. in Adelph. Lana, ac tela victum quæritans. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam.

Quæſtio quæſtionis, fœm. gen. A quæſtum ſupino, Significat dubitationem ſiue interrogationem. Plautus in Ciſtell. 7.5, Iube domi opperirier, ne quæſtioni mihi ſit, ſi quid velim. Quil ne me le faille point aller cercher &c. Idem in Capt. 6.3, Pol tibi ne quæſtioni eſſemus, cautum intelligo. Idem in Trinũmo, 14.5, Si abieris ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere. Si tu ten vas, & quil faille que ton maiſtre te cerche.

Quæſtioni accipere ſeruos. Les interroguer. Plaut. in Moſtell. 15.43, Imò primum volo quæſtioni accipere ſeruos. T R. faciũdum ædepol cenſeo. Ibidem, 15.37, Seruos pollicitus eſt dare ſuos mihi omnes quæſtioni. Il ma promis quil menuoiroit ſes ſeruiteurs pour les interroguer.

Quæſtio quæſtionis, Quod gallicè dicimus, Information.

Decernere quæſtionem, pro eo quod nunc dicimus, ordinare vt fiat informatio, & vt cõtra delinquentes procedatur. Cicero pro Milone, Comprehenſus eſt in templo Caſtoris ſeruus P. Clodij, quem ille ad Pompeium interficiundum collocauit. Extorta eſt confitenti ſica de manibus. Caruit foro poſtea Pompeius, caruit ſenatu, caruit publico. Num quæ rogatio lata? num quæ noua quæſtio decreta eſt? Idem in eadem, Quòd ſi per furioſum illum tribunum ſenatui quod ſentiebat, perficere licuiſſet, nouam quæſtionem nunc nullam haberemus.

Poſtulare quæſtionem, Requerir que informations ſoiẽt faictes. Poſtulare quæſtionem eius eſt qui iniuriam ſibi factam queritur, aut alteri: quam vindicare ad eum pertineat. Liuius lib. 2, ab vrbe cond. Ab vrbe ſenatus tumultuoſe vocatus, tumultuoſius conſulitur: quæſtionem poſtulantibus ijs qui pulſati fuerant.

Quæſitio quæſitionis, f. g. A ſupino quæſitum, Idem quod quæſtio. Plaut. in Caſina, 11.16, Caue in quæſitione mihi ſis, Garde quil ne faille quæ ie te cerche.

Quæſtor quæſtoris, maſc. gen. Qui comitandæ rei militari primùm creatus fuit. eum nunc theſaurarium bellicum vocamus. Cum imperatoribus enim populi Romani mittebantur quæſtores, id eſt, cum conſulibus & prætoribus, ad adminiſtrandam rem pecuniariam, & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, vt videre eſt apud Liuium multis locis. Propterea magna eſſe neceſſitudo putabatur inſtituto antiquorum quæſtori cum imperatore ſuo, cum quo cõmunem prouinciã ſortitus erat, & diſcrimina bellica obibat. Cicero in diuinatione, Sic enim à maioribus noſtris accepimus, Prætorem quæſtori ſuo parentis loco eſſe oportere, nullã neque grauiorem, neque iuſtiorem cauſſam neceſſitudinis poſſe reperiri, quàm coniunctionem ſortis, quàm prouinciæ, quàm officij, quàm publicam muneris ſocietatem. Aſconius in diuinationem, Hæc erat, inquit, prima ſenatoris adminiſtratio, quæſtorem fieri: & in prouincia curam gerere publicæ pecuniæ in vſus diuerſos erogandæ. Inde Cicero in prætura vrbana, Ne diutius teneam inquit, pecunia attributa numerata eſt: profectus eſt quæſtor in prouinciam, venit in Galliam expectatus ad exercitum conſularem cum pecunia.

Quæſtores vrbani, ærarium curabant: eiúſque pecunias expenſas, & acceptas referre in tabulas publicas conſueuerant. Pro ijs nunc præfectos ratiociniorum habemus, quos magiſtros computorum dicimus. La chambre des comptes. Valerius lib. 2. cap. 3. de lege triumphali loquens, Cæterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta eſt: quam L. Marius & M. Cato trib. pl. tulerunt. Pœnam enim imperatoribus minatur, qui aut hoſtium occiſorum in prælio, aut amiſſorum ciuium falſum numerũ literis ſenatui auſi eſſent referre. Iubétque eos, cum primùm vrbem intraſſent, apud quæſtores vrbanos iurare de vtroque numero verè ab ijs ſenatui eſſe conſcriptum.

Quæſtores ærarios hodie vocare poſſumus eos, quos multarum, id eſt emendarum receptores vocant. Receueurs des amendes. Tacitus lib. XIII, Cenſuit Piſo deſignatus conſul, ne multam a tribunis dictam quæſtores ærarij in publicas tabulas ante quatuor menſes referrent, medio temporis contradicere liceret, déque eo conſules ſtatuerent. Apud antiquos quæſtores ærarij, & qui quæſtores vrbani dicebantur, munera multa obibant: pro quibus nunc præfectos ratiociniorum, vt diximus, & receptores multarios habemus, diuerſiſſima nunc munera. Erat enim alia prorſus ratio apud eos ærarij adminiſtrandi, atque nunc apud nos. Pecunia enim publica vno in loco condita erat, quod ærarium dicebatur, quam tribuni ærarij, cum opus erat, promebant. Nunc autem priuatim aſſeruatur, priuatímque ratio eius conſtat.

Quæſtor, Idem etiã ſignificat quod Quæſitor. vide Quæſitor. Cic. in Catil. Iam hoc nemini dubium eſt, qui reo cuſtodiã, quæſtori gratulationem, iudici præmium decreuit: quid de tota re & cauſſa iudicarit.

Quæſitor quæſitoris, m. g. Is dicitur qui quæſtionem habet, hoc eſt qui inquirendũ curat de crimine, de eóque iudicium exercendum. Hic quæſitor ſedebat pro tribunali, iudices autem in ſubſelliis, omniáque fermè in poteſtate habebat. Cic. in Bruto, Itaque intelligẽs dicendi exiſtimator videt oſcitantem iudicem, loquentem cum altero, nõnunquam etiã circulantem, mittẽtem ad horas, Quæſitorem vt dimittat rogantem. Intelligit oratorem in ea cauſſa nõ adeſſe, qui poſſit animis iudicum orationem admouere, tanquã fidibus manum. Quæſitorem vocat prætorem, in cuius erat poteſtate ſoluere conſiliũ cum libuerat, & dare veniam abeundi, coactis iudicibus: quod interdũ iudices tædio affecti poſtulabant, horam non expectãtes. Idem pro Murena, Cogẽdi iudices inuiti, retinendi contra voluntatem. Et Philipp. v, Quæro igitur ſi Lyſiades citatus nõ reſponderit, excuſetur Areopagites eſſe, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare? accipiétne excuſationẽ is qui quæſtioni præerit? Idem in Vatiniũ, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate poſt vrbẽ conditã Tribunuſplebis appellarit, ne cauſſam diceret? num quis reus in tribunal ſui quæſitoris aſcẽderit, eúmque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit, vrnas deleuerit. Ad hanc autem ſimilitudinem (inquit Aſconi9) Virgilius Minoem iudicem apud inferos, tanquã prætor ſit rerum capitaliũ, quæſitorem appellat. Dat ei ſortitionem, vbi vrnã nominat. dat ei electionẽ iudicũ, cum dicit, Conciliúmq; vocat. dat cognitionẽ facinorũ, cũ dicit, Vitáſque de crimine diſcit. Verba Virgilii hæc ſunt, Nec verò hæ ſine ſorte datæ, ſine iudice ſedes: Quæſitor Minos vrnam mouet, ille ſilentum Conciliúmque vocat, vitáſque & crimina diſcit. Per ſyncopam etiam quæſtor dicitur.

Quæſtoriũ quæſtorii, n. g. in caſtris, quæſtoris tabernaculũ erat. Liuius lib. x, Itaque captũ quæſtoriũ, quæſtorq; ibi Panſa occiſus. Cic. pro Plãcio, Theſſalonicã me in quæſtoriũ perduxit.

Quæſtorius, quæſtoria, quæſtorium, Quod ad quæſtorẽ pertinet. Cic. Caninio, Quod ego officio quæſtorio.

Quæſtorius quæſtorij, m. g. Qui quæſtor fuit. Vt vir quæſtorius.

Quæſtura, quæſturæ, f. g. Quæſtoris dignitas, ſicut à prætore prætura. Cic. Cuius cũ patre magna mihi fuit amicitia, inde à quæſtura mea Sicilienſi. Idem in Verrem act. 2, Quæſtura primus gradus honoris.

Quæſtus quæſtus, vel quæſti. Datiuũ & ablatiuũ plurales facit quæſtibus per i. Plaut. in Aulul. 5.5, Nihil apud nos quæſti furib⁹. Quæſtus ſignificat lucrũ nũmariũ. Gain. Plaut. in Pœn. 9.13, Iſtic eſt theſaurus ſtultis in lingua ſitus, vt quæſtui habeant male loqui melioribus. Ilz eſtiment gain. Idem in Aſin. 10.8, Is quæſtus mihi eſt, lingua poſcit, corpus quærit, animus orat, res monet. Vela cõmẽt ie gaigne ma vie. Terẽt. in Eunucho, 2.2.12, Imperaui egomet mihi omnia aſſentari: is quæſtus nunc eſt multo vberrimus. Ceſt le plus grãd gain qui ſoit. Quæſtus, pro actione ipſa atque artificio lucrandæ pecuniæ aliquando ponitur. La maniere de gaigner argẽt. Cic. Nam de artificijs & quæſtibus qui liberales habendi ſunt, quàm ſordidi. Quintil. Nam vt lingua primùm eſſe cœpit in quæſtu.

Quæſtuoſus quæſtuoſa quæſtuoſum, Idem quod lucroſus. Vt quæſtuoſus homo, qui lucri cauſſa auidior vndique lucella quæritat. Qui apporte grand gain. Plaut. in Mil. 10.189, Dummodo eam des quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus corpore. Columella lib. 7, In ruſticatione vel antiquiſſima eſt ratio paſcendi pecoris, eadémque quæſtuoſiſſima.

Quæſticulus quæſticuli, diminutiuum, ſignificat paruum lucrum. Cic. lib. 2. de orat. Aut quid ſiſcum rhetoris cum lucello meo, aut meus quæſticulus cum cœlo, terra, rerúmque natura?

Quæſtuarius quæſtuaria quæſtuarium, Qui quæſtus gratia artem aliquam exercet.

QVAESO, in prima perſona indicatiui: & quęſumus in plurali tantũ habet: cætera exoleuerũt. Plau. in Amphit. 8.120, Quæſo ædepol, nũ tu etiã inſanis, quũ id me interrogas? Idem in Aſin. 12.146, Iube aduenire quæſo. Idem in Amphit. 7.67, Soſia inquã ego ille quæſo nõ me intelligis? Terẽt. in Eunuc. 3.2.13, Quęſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua. Idem in And. 1.2.33, Vbi vis facili⁹ paſſus ſim, quàm in hac re me deludier. D. bona verba quęſo. Quæſo deos. Terent. in Adel. 2.4.11, Ah, ſtultitia eſt iſtæc, non pudor, tam ob paruulam rem, penè ex patria: turpe dictu: deos quæſo vt iſtæc prohibeant. Idem in And. 3.2.7, Deos quæſo vt ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe eſt ingenio bono. Ie prie a dieu quil, &c. Quæſo à vobis. Cic. pro Archia poeta, Quæſo à vobis vt in hac cauſſa mihi detis hanc veniã, accommodatam huic reo, vobis, quemadmodum ſpero, non moleſtam. Quæſo quæſis, quæſi, quæſũ, antique declinabatur, vel ſecũdũ Probũ, quæſiui quæſitũ. Lucretius lib. 1. præſenti vſus eſt, Ni diuũm pacẽ votis adit, & prece quæſit. Salluſt. lib. 1. hiſt. Curionem quæſiuit vti aduleſcentior & à populi ſuffragijs integer ætati concederet.

QVALIBET, aduerbium, Par tout ou il te plaira. Plaut. in Moſtell. 10.22, Qualibet perambula ædes oppidò tanquam tuas.

QVALIS, & hoc quale, Relatiuũ qualitatis eſt, vt, qualis pater, talis filius. Cic. de amicit. 6, Neẽ vt vulgus, ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.

Qualis, interrogatiue aliquãdo ponitur. Plau. in Tri. 15.2, Qualíne amico mea cõmẽdaui bona? Qualis, Infinite. Terẽt. in Eunucho, 4.6.20, Haud metuo qualem tu me eſſe exiſtimes. Il ne menchault quel tu me eſtimes.

Qualis pro qualiter, vtitur Virgilius in comparationibus, Qualis populea mœrens philomela ſub vmbra, Amiſſos queritur fœtus, quos durus arator Obſeruans, nido implumes detraxit. Et, Qualis vbi in lucem coluber mala gramina paſtus. Et Ouid. Falcata nouiſſima cauda eſt, Qualia dimidiæ ſumantur cornua Lunæ. Tout ainſi que.

Qualiſqualis, Idem quod qualiſcunque. Iuriſconſ. in L. reſcriptum. de diſtract. pigno. Quia ex cõtractu, qualiquali obligatione a debitore interpoſita. Quelquelle ſoit.

Qualiſcunque. Plin. de viris illuſt. 76, Et potuit capere, niſi aduerſum Marium feſtinans, qualemcunque pacem componere maluiſſet. Telle quelle.

Qualitas qualitatis. Eſt ſecundum quam quales dicimur, vt albedo, nigredo, aduocatio, prouocatio, legatio, paternitas, filiatio. Qualitates ſunt, quòd ſecundum eas albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, filios eſſe dicimus.

Qualiter aduerbium, En la ſorte. Vt facit apte, qualiter ſemper.

QVALVS, quali, m. g. Genus vaſis viminei, per quod vinum guttatim defluit cum calcatur vua, à colando, reliqua verò materia exire prohibetur. Virg. Tu ſpiſſo vimine qualos, Cellæque prælorum fumoſis diripe tectis. Vng panier doſier.

Qualus, Ciſtula in qua mulieres ponebant penſa lanæ. Horat. lib. 4. Carm. Tibi qualum cytheræe puer ales.

Qualus, Apud Apuleium accipitur pro caniſtro quo panis ſeruatur.

Quaſillus quaſilli & quaſillum quaſilli, diminutiuum à qualus. Feſtus, Calathos Græci, nos dicimus quaſillos. Cic. in Philipp. An non inter quaſilla pendet aurum? Tibullus, Sit tibi cura togæ potior, preſſumque quaſillum.

Quaſillus, calathus, vas ipſis lanificijs aptum.

QVAM, coniunctio, ante ſe capit TAM. vt tam te diligo, quàm meipſum. Autant que moy.

Quàm, eleganter cõnectit duos cõparatiuos. Quintil. Sitque ſalubrior ſtudijs quàm dulcior. Comparatiuo poſitiuum iunxit Columella lib. vltimo, dicens, Idcirco reddit timidiorem quàm virilem pluribus.

Quàm pro quantam poſitiuo iungitur. Cic. Videte quàm valde malitiæ ſuæ confidat. Terent. Reiecit ſe in eum flens quàm familiariter. Cic. Quàm morоſi ſunt qui amant, ex hoc potes intelligere. Combien ſont difficiles. Terent. in Phor. 5. 1. 30, Di voſtrã fidem, quàm ſæpe forte temere eueniunt quæ non audeas optare! O que ſouuent!

Quàm, cũ verbis poſſum, queo, valeo. Terent. in Heaut. 3. 1. 100, Haud faciam: nam quàm potero, adiuuabo ſenem. Plaut. in Menæh. 24. 4, Tam conſimilis eſt quam poteſt. Terent. in Hecyra, 4. 4. 12, Dum ne reducam, turbent porrò quàm velint. Idem in And. 1. 1. 100, Quàm timeo quorſum euadas! O que &c. Idem in Heaut. 1. 2. 11, Quàm vellẽ Me nedemum inuitatum vt nobiſcum eſſet hodie amplius.

Quàm, pro quantum, quibuſdam interpoſitis verbis, cuiuſmodi ſunt, poſſum, valeo, & ſynonymis, tum ſuperlatiuis, tũ poſitiuis additur. Superlatiuis. Salluſt. in Iugurtha quàm maximas poteſt, copias armat. Cic. lib. 11, epiſt. Catoni, Quare cum viderem à Cappadocia Parthorum copias auerſas non longè à finibus eſſe Siciliæ, quàm potui maximis itineribus ad Amanũ exercitũ duxi. Cæſar in cõmẽt. Re frumẽtaria quàm celerrime potuit cõparata. Poſitiuis. Cic. in Philipp. Sed reliquũ curſũ vitę, quàm quidẽ poſſũ breuiter perſtringã.

Quàm pro quantum, interrogatiuum. Terent. in Eunucho, 2. 2. 44, Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare eſſe?

Quàm pro quanto, comparatiuo datur: quod raro vſu venit. Virg. Tam magis illa tremens, & triſtibus effera flammis, Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ. Quintil. lib. 1, Quàm in his quoque libris erunt omnia compoſitiora, & quàm nos poterimus elaborata. Plaut. in Pœn. 4. 126, Quàm magis aſpecto, tam magis eſt nimbata. Idem in Menæh. 13. 19, Quàm magis extendas, tanto aſtringant arctius. Et in Trin. 13. 16, Quàm magis ſpecto, minus placet hæc hominis facies.

Quàm ſuperlatiuo aliquando. Cato, Quàm acerbiſſima olea erit & oleum facies, tam oleum optimum erit. Quàm citiſſime conficies, tam maxime expediet.

Quàm, tam, ſuperlatiuo. Plaut. in Merc. 4. 12, Quàm maximè reſiſto, tã res in periculo vertitur. Terent. in Heaut. 5. 2. 44, Nanque adoleſcens quàm minima in ſpe ſitus erit, tam maximè patris pacem in leges conficiet ſuas.

Quàm pro valde, elegantiſſime ſuperlatiuo datur, & aliquando poſitiuo.

Superlatiuo. Terent. in And. 5. 1. 16, Quibus id maximè vtile eſt, illum eſſe quàm deterrimũ. Idem in Heaut. 2. 3. 127, Eadémque vt eſſet apud te ob hoc quàm gratiſſima. Brutus Ciceroni, Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis, dareque operam, vt quàm paratiſſimi ab exercitu reliquiſque rebus, &c. Idem de amicitia, 42. Alienis nimis implicari, moleſtum eſſe: quàm commodiſſimum eſſe, laxiſſimas habere habenas amicitiæ. Quàm proxime Italiã. Cic. Philipp. 10, Operámque det, vt cum ſuis copijs quàm proxime Italiã ſit. Idem Attico lib. 11, Officium meum putaui, exercitum habere quàm proximè hoſtem.

Poſitiuo. vt quàm longe. quàm multa. quàm celeriter. Terent. in Eunucho, 2. 3. 43, Continuò accurrit ad me quàm longe quidem. Cælius Ciceroni, Peream ſi minima cauſſa eſt properandi iſtò mihi, quòd te videre, & omnia intima conferre diſcupio. habeo autem quàm multa. Cic. de natura deorũ lib. 2, Soles ipſi quàm multi à theologis proferuntur? Idem lib. 4. Quæſt. Tuſcul. Atqui ſtirpes ſunt ægritudinis quàm multæ quàm amaræ. Idem lib. v. epiſt. ad Luceium, Me ita vel cepit vel incendit, vt cuperem quàm celeriter rumores noſtros monumentis commendari tuis. Idem Attico, Suam operam in ſenatu authoritatẽ quàm magni æſtimat. Plin. lib. v. epiſt. Quàm multũ intereſt quod à quoquam fiat. Cic. Attico. Itaque quàm ſeuere M. Curtius nos accuſat. Et alibi, Scribit

ad me quàm honorificè de reſtitutione Sexti Clodij. Quintil. in vltimo, Quàm multa penè omnia tradidit Varro. Cęſar, Quàm magnũ numerum iumentorum atque hominum intercipiunt. Idem de bello Gall. Vt quàm celerem atque inſtabilẽ motũ haberet. Plin. lib. 33, Niſi vt quàm multi eas conſerui inferrent. Cic. Lælio, Quàm multa enim quæ noſtra cauſſa nunquam faceremus, facimus cauſſa amicorum?

Quàm facete. Plaut. in Aſin. 11. 35, Vt aſſimulabat Sauriam me eſſe quàm facetè! Terent. in Eunucho, 3. 2. 4, Quàm venuſte! quod dedit principium adueniens. Quelle plaiſance! ceſt pour rire.

Quàm cito. Terẽt. in Eunuch. 1. 2. 98, Labaſcit victus vno verbo quàm cito. Idem in Heaut. 2. 3. 134, Sed quàm cito ſunt conſecutæ mulieres. Quelles ont ſuyui ſoudainnement.

Quàm dudum, aduerbium interrogandi. Plaut. in Aſin. 9. 43, Hem optime: quàm dudum tu adueniſti? non hercle te præuideram. Combien y a il que tu es venu? Idem in Sticho, 9. 23, Quid tu? quàm dudum in portum huc venis? P. lõgiſſimè. Idem, Quam dudum è foro adueniſti domum? P. non ita dudum. Terent. in Eunucho, 4. 4. 30, Venit Chærea. PH. fraterne? D O. ita. PH. quãdo? D O. hodie. PH. quàm dudũ? D O. modo. Nõnulli quamdudũ iũgũt.

Quamlibet, pro quantum libet. Plin. Impudica mulier quamlibet facinus audet. Quelque meſchantete que tu vouldras.

Quàm mox. Plaut. in Moſtell. 9. 28, Eia maſtigia, nunquid ad merendam iſtic ero? quid nunc? quàm mox? Cera ce bien toſt? Idem in Sticho, 9. 28, Quàm mox cocta eſt cœna? impranſus ego ſum. E. abi intrò, & laua. Le ſoupper ſera il tãtoſt cuiſt? Idem in Rud. 10. 11, Sed quàm mox coctum eſt prandium? Idem in Aſin. 9. 33, Quàm mox mihi operã das? Idem in Bacchid. 17. 6, Quid fit? quàm mox nauigo in Epheſum vt aurum repetam? Seray ie tantoſt pres &c. Terent. in Eunucho, 4. 7. 18, Quàm mox irruimus? Ruerons nous tantoſt ſus?

Quàm mox aliquando non interrogat, & ſignificat quàm cito, vel ſtatim, Soubit, Soudainnement. Plaut. in Caſi. 16. 15, Quid mihi ſeruo opus eſt tam nequã? s. quid nunc? quàm mox recreas me. Terent. in Adel. Hera ego hinc ad hos prouiſam quàm mox virginem acerſant. Silz ſont tantoſt pres daller querir, &c. Idem in Phor. At nõ quotidiana cura hęc angeret animũ, dum expecto quàm mox veniat qui adimat hãc mihi conſuetudinem. Atẽdant que aucun ſoudainement vienne qui, &c. Cic. pro Roſcio Comœdo, Expecto quàm mox Chærea hac oratione vtatur. Liuius ab vrb. cond. Intẽti quàm mox ſignũ daretur.

Quamobrem, vnica eſt dictio, nonnullorum iudicio: alij diſiungunt in tres, quam ob rem. Terent. in And. 5. 2. 22, Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. D R. quem? s. Dauom. D. quamobrẽ? Pour quelle cauſe? Idem in Phor. 3. 3. 17, Cõtemplamini me? A. quamobrem? A quoy faire? pour quelle cauſe? Idem in And. 4. 4. 6, Ex ara hinc ſume verbenas tibi, atque eas ſubſterne. M. quamobrẽ id tute non facis? Plaut. in Sticho, 4. 55, Ipſe egomet quamobrem non auctionem prædicem?

Aliqua cauſſa, vel nihil, vel quid negotij, quamobrem? Terent. in And. 2. 3. 8, Dictum ac factum, inuenerit aliquã cauſſam quamobrem eijciat oppidò. Idem in Eunucho, 5. 6. 31, Nam iamdiu aliquã cauſſam quærebat ſenex, quamobrẽ inſigne aliquid faceret. Plaut. in Sticho, 3. 15, Cum nihil, quamobrẽ faciã, meruiſſe arbitror? Idem in Capt. 12. 11, Quid negotij quamobrem ſuccenſes mihi? Qui a il pour quoy tu te courrouſſe a moy? Cic. Appio Pulchro, Multa mihi veniebant in mentem, quamobrem iſtum laborem tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Aulo Cecinna, Deinde nihil rationis affers quamobrem, ſi libertas adimi nullo modo poſſit, ciuitas poſſit. Idem pro Cluentio, Quid tandem habuit argumenti aut rationis res, quamobrem in eo potiſſimum Stenianum præmium poneretur? Ibidem, Multa ſigna dederat, quamobrem quibus reſponſurus non videtur, mẽtio de lege nulla fiebat.

Quàm pene. Terent. in Heaut. 4. 6. 10, Quàm penè tua me perdidit proteruitas. Quil ſen eſt peult fallu que ta &c.

Quàm plures, à nonnullis negatur eſſe latinum: alijs contrà probantibus, fortaſſe ex locis corruptis. Docti viderint. Plau. in Sticho, 4. 44, Sed curioſi ſunt hic quàm plures mali. Idem in Caſina, Quàm plura ſunt mihi quæ velim. Gellius lib. 1. cap. 7, Videbatur quàm pluribus. Plin. lib. 27. cap. 9, Cuius ex vna radice, quàm plures exeunt filices. Cæſar lib. 1, de bello Ciuili, Hæ permãſerũt aquæ dies quàm plures. Idem lib. 2, Hæc atque eiuſmodi generis quàm plura. Cic. lib. v. Tuſcul. Abacos quàm plures ornauit argento, auróque. Idem albi, Cæteras quàm plures tabulas pinxit.

Quamplurimus. Cato de re ruſt. Quamplurimam braſſicam ederit, tam citiſſimũ ſanus fiet. Illiterati dicunt, quanto plus, aut quanto magis ederis ex braſſica, tanto citius ſanus fies.

Quàm pridem, Id eſt, multo tempore antè. Plaut. in Sticho, 5.40, Quàm pridem non ediſti? I a il long temps que tu ne mangis? Terent. in Eunucho, 3.3.11. Quærit quàm pridem pater mihi & mater mortui eſſent. dico, iamdiu. Sil y auoit long temps. Cicero pro Rabirio, Quæro, quàm pridem hoc nomen Fanni, in aduerſaria retuliſti?

Quamprimum, vna dictio, Valde cito. Plaut. in Capt. 7.38, Vt eum redimat, & remittat huc noſtrũm amborum vicem. P. meminero. AE. ac quamprimum. Mais que ce ſoit incontinẽt. Idem in Moſtell. 3.39, Ea mihi aduentu ſuo quamprimum grandinem, imbrémque attulit. Idem in Trucul. 17.70, Cæterum vxorem quamprimum poteſt adduci ex ædibus? Terẽt. in Adel. 2.4.18, Obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum quamprimum abſoluitote.

Quàm vt, pro aliter quàm vt. Suet. in Galba cap. 8, In ſeceſſu plurimum vixit, nec ad geſtandũ quidẽ, vnquã iter ingreſſus, quàm vt ſecũ vehiculo proximo decies HS in auro efferret.

QVANDIV, aduerbium temporis, Quãto tempore. Plin. in Paneg. 139, Obtulerat illis ſenatus cognomen Auguſtarum: quod certatim deprecatæ ſunt: quandiu appellationem patris patriæ tu recuſaſſes. Tant de temps.

Quandiu, interrogatiue. Plaut. in Capt. 18.3, Quandiu id factum eſt? ST. hic annus incipit viceſimus. Combien y a il que ce eſt faict?

QVANDO, aduerbium temporis, ſignificat quo tempore: & acuitur in prima.

Interrogatiuè aliquando ponitur. Terent. in Heaut. 2.2.9, Iam aderũt. CLIN. quando iſtuc erit? Quant ſera ce?

Infinite aliquando. Plaut. in Amphit. 3.123, Ita verſipellem ſe facit quando lubet. Idem in Bacchid. 4.46, Veniat quando volet.

Quandó, Interdum pro ſiquidem, vel quoniã ponitur, & eſt cõiunctio cauſſalis, habétque accentũ acutũ in vltima. Plaut. in Amphit. 4.111, Quãdò imago eſt huius in me, certũ eſt hominẽ eludier. Puis que. Ibidem, 10.12, Faciendum eſt mihi illud, fieri quod illæc poſtulat &c. quãdò ego quod feci factũ id Amphitruoni obfuit. Terent. in Adel. 5.3.16, Quãdò ego tuũ non curo, ne cura meum. Idem in Eunucho, 1.2.116, Meus fac ſis animus, quãdò ego ſum tuus. Veu que ou car. Idem in And. 4.6.10, Vt quimus, aiunt, quandò vt volumus non licet. Plaut. in Rud. 24.10, Quæſo reſponde ſenex: Cuius hic ſeruus eſt? D. meus eſt. T. hem iſtuc optumè quãdò tuus eſt. Ceſt bien faict que ceſt a toy. Idem in Curcul. 15.30, Quandò vir bonus es, reſponde quod rogo.

Quando gentium, Id eſt quando, ea forma qua vbi locorum, & nuſquam gentium. Plaut. in Amphit. 15.58, Quis te miſit furcifer? s. qui me rogat. A. quando gentium? s. dudum.

QVANDOQVE, aduerbium temporis, Aliquo tempore. Aucuneſſois. Quandoque bonus dormitat Homerus.

QVANDOQVIDEM, Coniunctio cauſſalis, pro ſiquidem vel quoniam. Terent. in Hecyra, 3.5.42, Illíque exopto, vt reliquam vitam exigat cum eo viro, me qui ſit fortunatior: quandoquidem illam à me diſtrahit neceſſitas. Puis quil fault que ie la laiſſe. Idem in Heaut. 5.5.20, Quid iſtuc? quandoquidẽ ducenda eſt, egomet habeo propemodum quam volo. Puis quil me la fault auoir. Plaut. in Merc. 4.57, Obſecro hercle, oróque vt iſtuc quid ſiet actũtũ índices, quandoquidem mihi ſupplicãdum ſeruolo video meo. Idem in Merc. 12.33, Perge, excrucia carnufex, quandoquidem occœpiſti ſemel.

Quandoquidem, Car. Terent. in And. 3.2.7, Deos quæſo, vt ſit ſuperſtes: quandoquidem ipſe, eſt ingenio bono. Car il eſt de bon affaire. Idem in Eunucho, 2.3.82, Quandoquidẽ illarum neque quiſquam te nouit, neque ſcit qui ſies.

QVANQVAM, Coniunctio, Ia ſoit que. Virg. Quanquam animus meminiſſe horret. Plaut. in Pſeud. 17.12, Atque ædepol, quanquam nequam homo es, recte mones. Idem in Trucul. 19.16, Cedo quanquam parum eſt. Idem in Pœnulo, 7.33, Quanquam ſumus pauperculi, eſt domi quod edimus. Terent. in Adel. 2.1, Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat, quanquam iniurium eſt.

Quanquam, tamen. Terent. in Heaut. 1.1.1, Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodũ eſt, inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es, &c. tamen vel virtus tua &c.

Quanquam, veruntamen. Terent. in Eunucho, 1.2.92, Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror id fieri poſſe maxume, veruntamem potius quàm te inimícum habeam, faciam vt iuſſeris.

Quanquam aliquando ſubiunctiuo additur. Cic.de Amicitia,80,Quanquam iſta aſſentatio, pernicioſa ſit,nocere tamen nemini potes niſi ei qui eam recipit.

QVANTVM,aduerbium quantitatis.

Quantum ad porticum, Quãt au reſgard du.&c.Plin.epiſt.216,Quantum ad porticus,nihil interim occurrit quod videatur iſtinc eſſe repetendum.

Quantum,Autant que.Terent.in Phor.1.2.3,Accipe,hem lectum eſt, conueniet numerus quantum debui.Tu trouueras autant que ie doibs. Idem in Heaut.3.3.31, Quid illũ porrò credis facturum Chreme,niſi eum quantum di dãt tibi opis, ſeruas,caſtigas mones? Selon que dieu ten fera la grace? Idem in And.3.2.4,Quod iuſſi ei dare bibere,& quantum imperaui,date.

Quantum eſt adhibere hominem amicum,vbi quid geras! O que ceſt grand choſe. Plaut.in Perſa,16.128.

Quantùm, Combien. Plaut.in Amphit.4.200, Sanè adueniſſe familiares dicito.M. neſcio quãtũ tu familiaris ſis:niſi actûtum hinc abis, familiaris accipiere faxo haud familiariter. Ie neſcay pas combien tu es ſon familier &c.

Quantum ego intelligere poſſum, A ce que ie peulx entendre. Terent.in Heaut.5.2.31,Et quantum intelligere poſſum. CL.quid?s.non aberit longius.

Quantum ego illum vidi,nonnihil timeo miſera.Terent.in Eunucho,4.1.1.

Quãtum ex ipſa re coniecturam facio.Terẽt.in Heaut.2.3.25, Nam & vita eſt eadẽ,& animus te erga idem ac fuit:quantum ex ipſa re coniecturam fecimus.

Quantum intelligo.Terent.in And.4.5.17,Ab Andria eſt ancilla hæc,quantum intelligo.

Quãtum intellexi modo ſenis ſententiã de nuptijs.Terent.in And.1.3.2, Enimuero Daue, nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſocordiæ, quãtum intellexi modo ſenis ſententiã de nuptijs.

Quãtũ ſuſpicor.Terẽt.in Eunuch.1.2.62,Sed ego quãtũ ſuſpicor,ad virginẽ animũ adiecit.

Quãtũ hunc audiui facere verborum.Plaut.in Mil.9.13,Metuo illæc mihi res ne malo magno fuat,quantum hunc audiui facere verborũ ſenem.

Quantum pro ſicut.Suet.de Veſp.cap.4,Id de imperatore Romano, quantum euentus poſtea prædictum patuit,Iudæi ad ſe trahentes rebellarunt.

Quantum poteſt,Cy toſt quil eſt poſſible, hatiuement. Celerrime, inquit Donatus. Plaut. in Bacchid.5.113,At ego huc ad illum,vt conueniã,quantum poteſt. Idem in Merc.13.25,Ecaſtor verò iſtuc eo quantum poteſt. Terent.in Eunucho,5.1.20,Comprehendi iube,quantum poteſt.Idem in Phor.5.8.3, Quantum poteſt, nunc conueniendus Phormio eſt,priuſquam &c.

Quantum potero.Plaut.in Aulul.5.41,Poſt idem domum-me rurſum quãtum potero,tantum recipiam. Terẽt.in Phor.4.3.69,Quantũ potes me certiorem inquit face. Quãtũ queã. Terẽt.in And.3.3.46, Et is mihi perſuadet, nuptias quantũ queã vt maturẽ.

Quantum maximum potuit. Plin.epiſt.65.b, Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius ſi potuiſſet.

Quantumvis prolationum,dummodo nunc prima via inducamus, vera vt eſſe credat quæ mẽtibimur.Tant de parolles que tu vouldras,pour veu &c.Plaut.in Mil.4.35.

Quantillum diminutiuum aduerbiũ. Plaut.in Curcul.3.13,Sitit hæc anus.PA.quãtillũ ſitit?

QVANTVS,quanta,quantum, Modo relatiuum,modo indefinitum,modo interrogatiuũ eſt,referturque ad numerum & pondus & menſuram.Plaut in Amphit.4.145,Obſecro hercle quantus & quàm validus eſt. Quil eſt puiſſant. Idem in Amphit.4.145, Quàm liber harum rerum inultarum fiet,quantúſque amator,quum quid complacitum eſt ſemel. Terent.in Heaut.2.3.9,Væ miſero mihi quanta de ſpe decidi! Idem in Eunucho,5.4.3,Quãtam,& quàm veram laudem capiet.

Quanta poteſt maxima. Cic.de Amicitia,64, Niſi quod tanta eſt inter eos quanta maxima poteſt eſſe,morum ſtudiorúmque diſtantia. Suet.in Nerone,cap.7,Proque roſtris quanta poſſet maxima miſeratione veniam præteritorum precaretur.

Quanta mea paupertas eſt,Quelque poure que ie ſoye.Terent.in Phor.5.8.10, Heus heus, quanta hæc mea paupertas eſt,tamen adhuc curaui vnum hoc quidem,vt mihi eſſet fides.

Quanta mea ſapientia eſt. Plaut.in Sticho,3.62, Quanta mea ſapientia eſt, è malis multis, malum quod minimum eſt,id minimum eſt malum.Selon mon petit entendement.

Quanti,genitiuus qui nominibus pretij ſolet addi. Plaut.in Epid.5.107, Quanti emi poteſt minimo?Combien ſe peult il acheter tout tu moins? Terẽt.in Eunucho,5.6.14,Emit?pe-

iij hercle, quanti? P. viginti minis. Idem in Adel. 5.9.20, Ob eã rem? D. ob eam: poſtremò à me argentum, quanti eſt, ſumito. Autant quelle vault.

Quanti eſt negotij? Plaut. in Trucul. 11.29, Iube auferri intrò hæc ad me. ecquid auditis? ecquæ tam imperat ſuis? G. nolo auferant: deſiccari iube. D. impudẽs mecaſtor, quanti eſt negotij? I a il tant a faire? eſt ce ſi grand choſe?

Quanti eſt ſapere! Que ceſt grand choſe deſtre ſaige. Terent. in Eunucho, 4.7.21, Di veſtrã fidem, quanti eſt ſapere: nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.

Quanti fuerit. Plaut. in Capt. 4.42, Ego, poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtiũ, expertus quanti fuerit, nunc deſydero. Combien il eſtoit a eſtimer.

Quanti penderes. Terent. in Heaut. 1.1.103, Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes. Iamais tu ne luy monſtras ſemblant combien tu leſtimoys, tu en tenois de conte.

Quantiuis pretij homo. Donatus, Ad magnitudinem refertur quantiuis, non ad paruitatem pretij. Plaut. in Perſa, 16.155, Nomen atque omen quantiuis eſt pretij. Eſt fort a priſer. Idem in Epid. 9.30, Næ tu graphicũ habes ſeruũ, & quantiuis pretij. Qui vault trop. Terent. in And 5.2.15, Cũ faciem videas, videtur eſſe quantiuis pretij. Il ſemble eſtre de valeur. Il ſemble eſtre grand choſe.

QVANTO aduerbium, cõparatiuo iungitur eique reſpõdet TANTO. Terent. in Heaut. 3.1.15, Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo: & quanto diutius abeſt, magis cupio tanto, & magis deſydero. De tant quil targe plus, dautant plus ie le deſyre. Idem in Eunucho, 5.9.23, Perij, quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.

Quanto, abſque TANTO. Plaut. in Aſin. 12.2, Ah quãto amplius valerem, ſi hic maneres. Quil men vauldroit beaucoup de mieulx. Terent. in Eunucho, 4.5.4, Vah, quanto nunc formoſior vidêre mihi, quàm dudũ! Idem in Heaut. 4.1.34, Nunc te obſecro, quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior, vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi. De tant que tu &c. Idem in Eunucho, 3.3.1, Profectò, quanto magis magiſque cogito, nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Idem in Eunucho, 3.1.63, Cæterum idem hoc tu te melius quanto inueniſſes Thraſo! Idem in And. 2.1.8, Ah quanto ſatius eſt, te id dare operam, qui iſtum amorem ex animo amoueas tuo!

Quantuſquantus, Id eſt quantuſcunque. Terent. in Adel. 3.3.40, Tu quantuſquantus, nihil niſi ſapientia es. Ce neſt que toute ſapience que de ton corps.

Quantulus quãtula quantulum diminutiuum. Plaut. in Trucul. 12.5, Sine quantulo mihi opere nunc perſuaderi poteſt, vt ego hiſce ſuffringã talos. Quil fault peu de choſes pour me mettre en teſte.

Quantillus quantilla quantillum, Aliud diminutiuum à QVANTVS. Plaut. in Capt. 4.90, Quantillum argenti mihi apud trapezitam fiet. Idem in Pſeud. 20.86, Quantillo argenti te conduxit Pſeudolus?

Quantuſcunque, Id eſt, quàm magnus. Quant grand quil ſoit.

Quantuſlibet, idem eſt quod quantuſcunque. vel ſignificat vnum quantum tibi capere licet, nõ omne, vt quãtumlibet ſpatiũ, non omnẽ quantitatẽ ſpatij, ſed vnam quam tibi capere libet.

QVANVIS, Coniunctio aduerſatiua. Ia ſoit. Cic. Attico, lib. XII, Quanuis prudens ad cogitandum ſis, ſicut es: tamen niſi magnæ curæ tibi eſſet, vt ego conſequerer id quod magnoperè vellem &c.

Quanuis, pro quantumvis aliquando ponitur. id eſt valde. Plaut. in Trin. 8.116, Quid verbis opus eſt? quanuis malam rem quæras, illic reperias. Idem in Bacchid. 5.104, Ab eo licebit, quanuis ſubito, ſumere.

QVAPROPTER, aduerbium interrogandi. Propter quod. Plaut. in Moſtell. 4.51, Inſcita ecaſtor tu quidem es. PHILE. quapropter? S. quæ iſtuc cures, vt te ille amet. Pourquoy? Idem in Aſin. 12.40, Vt veſtræ fortunæ meis præcedunt Litane longé, qui hodie nunquam ad veſperum viuam LI. quapropter quæſo? AR. quia ego hanc amo. Terent. in And. 1.1.136, Magis id adeò, mihi vt incõmodet, quàm vt obſequatur gnato. SO. quapropter? SI. rogas? mala mens, malus animus. Idem in Heaut. 1.2.14, Caue faxis, non eſt opus pater. CH. quapropter? CL. quia enim incertum eſt etiam quid ſe faciat, modo venit. Sed quid eſt quapropter nobis malum minitemini? Plaut. in Bacchid.

Quapropter, ſine interrogatione. Plaut. in Pſeud. 8.83, Animum aduorte nunc iam quapropter expertam amoris gnati te habuerim.

Quapropter, Parquoy pour laquelle choſe. Terent. in Adel. 3.2.44. Non eſt vtile aut illi dari: quapropter quoquopacto cælato eſt opus.

QVAQVA, aduerbium. Plaut. in Epid. 14.9, Quaqua tangit, omne amburit, Quelque part, De quelque coſte quil touche.

Quaquaverſus, vel quaquaverſum, Idem. Per quemcunque locum. De toutes pars. Cæſar in Cõment. Legatos quaquaverſum dimittere.

Quaque verſus. De toutes pars. Cic. Philipp. 1x, Circúmque eam ſtatuam locum gladiatoribus, ludíſque, liberos, poſteróſque eius, quaque verſus pedes quinque habere: quòd hic ob remp. mortem obierit.

QVARE, aduerbium interrogandi. Pourquoy. Plaut. in Merc. 19.32, Hunc pater olim à ſe extruſit Rhodum. D. quare? P. quoniam amaret. Terent. in And. 5.4.6, Itáne huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas? túne impunè hoc facias?

Quare, Infinite poſitum. Cic. pro lege Manília, Satis mihi multa verba feciſſe videor quare hoc bellum eſſet genere ipſo neceſſarium. Cn. Pompeius L. Domitio, Miror quid cauſſa fuerit quare conſilium mutaris.

QVARTVS, quarta, quartum, Quatrieme.

Quarto aduerbium, vt quarto conſul. Qui a eſte le quatrieme conſul, trois lont eſte deuant que luy.

Quartum, aduerbium. vt quartum conſul. Qui a eſte quatre fois conſul.

Quartanus quartana quartanum. Quartana febris, quæ biduum integrum abeſt, quarto die reuertitur, incipítque ferè ab horrore, deinde calor erumpit. Cic. lib. xvi. epiſt. Tironi, Sed quando in quartanam conuerſa vis eſt morbi (ſicut enim ſcribit Curius) ſpero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Idem Attico, lib. 8, Modo etiam audiui quartanam à te diſceſſiſſe: moriar, ſi magis gauderem, ſi id mihi accidiſſet.

Quartanarius, quartanaria, quartanarium, Qui quartanam febrem patitur.

Quartarius, quartarij, inquit Perottus, Mulio mercenarius, quòd quartã partẽ quæſtus accípiat.

QVASI, aduerbium ſimilitudinis, ſignificat ita vt. Comme. Terent. in Adel. 4.7.21, Ita vita eſt hominum quaſi cum ludas teſſeris. Donatus, Rectum erat, ſi diceret, Ita vita eſt hominum quemadmodum teſſeris ludere, aut quemadmodum ludus eſt teſſerarum. Elle eſt ſemblable au ieu de detz. Tout vng cõme &c. Plaut. in Sticho, 9.33, Fuit olim, quaſi ego ſum, ſenex: & ei filiæ duæ erãt, quaſi nũc meæ ſunt: eæ erãt duobus nuptæ fratribus, quaſi nũc ſunt meæ vobis. Idem in Aulul. 17.6, Nam qui amanti hero ſeruitutem ſeruit, quaſi ego ſeruio, ſi &c. Idem in Pſeud. 14.50, Illud ſis vide, nõ prorſus, verùm ex tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet, Comme ha de couſtume leſcreuiſſe. Idem in Mil. 18.10, Quaſi regẽ eum audiri aiunt. Idem in Trucul. 8.29, Propter militem Babylonienſem, qui quaſi vxorem ſibi me habebat anno vno dum hic fuit. Idem Pſeud. 3.37, Quaſi ſoliſtitialis herba pauliſper fui, repente exortus ſum, repentino occidi.

Quaſi, ſimultatem dicit, Comme ſi. Plaut. in Amphit. 4.46, Verùm quaſi affuerim, tamen ſimulabo, atque audita eloquar. Idem in Pœn. 8.23, Sed ita aſſimulatote quaſi ego ſim peregrinus. Prenez le cas que ie ſoie &c. Idem in Trucul. 11.21, Pallida eſt, vt peperit puerum. eloquar quaſi neſciam. iubeo vos ſaluere. Terent. in And. 3.2.19, Quid credas? quaſi non tibi renuntiata ſint hæc ſic fore. Idem in Adel. 3.1.3, Iam nunc times, quaſi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris. Idem in And. 3.3.13, Ah, ne me obſecra: quaſi hoc te orando, à me impetrare oporteat. Terent. in And. 2.5.6. Pamphile? D. quaſi deimprouiſo reſpice ad eum. P. hem pater. Fais ſemblant de ne lauoir point veu. Ibidem, 5.2.9, Quaſi ego quàm dudum rogem! Tu fais ſemblant que ie taye demande ſil y a long temps.

Quaſi tu dicas. Plaut. in Pſeud. 9.41, Quaſi tu dicas, me te velle argento circunducere. Ceſt autant a dire que ſi ie tauoye voulu &c.

Quaſi verò. Plaut. in Amphit. 3.89, Quid admirati eſtis? quaſi verò nouum nunc proferatur, Iouem facere hiſtrioniam. Terent. in Eunucho, 4.4.18, Tace obſecro: quaſi verò paulùm interſiet.

Quaſi vti. Plaut. in Merc. 3.90, Qui olim à puero paruulo mihi pædagõgus fuerat, quaſi vti mihi foret cuſtos.

Quaſi, pro ponè vel fere legitur. Suet. in Caligula, Nono calend. Februarij hora quaſi ſeptima cunctatus an ad prandium ſurgeret.

QVASILVS. Vide QVALVS.

QVASSO, quaſſas. Vide QVATIO.

QVATEFACIO, quatefacis. vide QVATIO.

QVATENVS, Coniunctio, ſignificat quantum, ſiue ad quem finem vel terminum, Cõbien. Cic. de Amicitia, 34, Quamobrem id primùm videamus ſi placet quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem lib. 1. Tuſcul. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit nec docuerit quatenus eſſet quicquam curandum. Idem in Orat. Itaque ſoli ij qui ſciunt quid & quatenus & quomodo dicturi ſunt. Ibidem, In omnibus rebus videndum eſt quatenus: etſi enim ſuus cuique modus eſt, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Ibidem lib. 2, Quatenus hæc ſunt ridicula tractanda, oratori perquàm diligenter videndũ eſt. Idem in Antonium, Quibus auſpicijs iſtos faſces augur acciperem? quatenus haberem? cui traderem? Idem de off. Animaduertendum eſt etiam quatenus ſermo delectationem habeat: & vt incipiendi ratio fuerit, ita ſit definiendi modus. Ibidem, Vulgus quid abſit à perfecto ferè non ex toto intelligit: quatenus autem intelligit, nihil putat prætermiſſum Idem P. Lentulo, Poſtulatũ eſt vt Bibuli ſentẽtia diuideretur, quatenus de religione dicebat. Touchant que. Liuius ab vrb. cond. Italiæ niſi quatenus vallum caſtrorũ cingit, nihil relinqueretis Pœno. Autant que. Ibidem, Vt quatenus tuto poſſent, Italiam ſpectatum irent.

Quatenus, pro quoniam vel quandoquidem. Plin. Et quatenus negatur nobis diu viuere, relinquamus aliquid quo nos vixiſſe teſtemur. Plin. epiſt. 7. b, Cur enim non vſquequaque Homericis verbis agam tecum? quatenus tu me tuis agere non pateris: quorum tanta cupiditate ardeo, vt videar mihi hac ſola mercede poſſe corrũpi. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 26, Confirmauitque pro concione apud prætorianos, quatenus ſibi matrimonia malè cederent, permanſurum ſe in cœlibatu.

QVATER, aduerbium, Quatre fois. Plaut. in Pſeud. 5. 110, Vtrum vis, vel quater quinis minis. Virg. O tèrque quatèrque beati.

Quaternus quaterna quaternum, Quatuor, Quatre. Cic. Attico, lib. 6, Quaternas habebat in ſyngrapha. Plin. Quaterni renes coruis ſunt in Bribeto.

Quaternarius quaternaria quaternarium. Quatrieme. Vt quaternarius numerus.

Quaternio quaternionis, m. g. Quatuor chartarũ, Vng cayer de quatre fueilles. Siue alterius cuiuſcunque rei compoſitio ex quatuor. vt quatuor quaterniones militum.

QVATINVS, Coniunctio, ſignificat quoniam vel quia, vt inquit Feſtus. Iuuenalis, Quatinus hic non ſunt nec vænales elephanti.

QVATIO, quatis, quaſſi, quaſſum, quatere, Mouere, concutere, Remuer, hocher, fraper, batre. Liuius, Carthaginis mœnia nunc quatit ariete. Plin. epiſt. 147. b, Manibus catenas gerebat, quatiebátque. Les remuoit & frappoit lune cõtre lautre. Virg. lib. 9, Aut raſtris terram domat, aut quatit oppida bello.

Quatere aliquem foras, Ietter, poulſer aucun hors la maiſon, lem ietter hors par les eſpaulles. Terent. in Eunucho, 2. 3. 66, Homo quatietur certè cum dono foras.

Quatefacio quatefacis, quatefeci, quatefactum, quatefacere, Idem quod quatere. Cic. ad Brutũ, Quanquam enim dolebam in eam mè vrbem ire, à qua tu fugeres, qui eam liberauiſſes, quod mihi quoque quondã acciderat periculo ſimili, caſu triſtiore, perrexi tamen, Romámque perueni, nullóque præſidio quatefeci Antonium, contráque eius arma nephanda, præſidia quæ oblata ſunt, Cæſaris conſilio, & authoritate firmaui. Ie lay repoulſe.

Quaſſo quaſſas, quaſſare, Frequentatiuũ, Mouere, Mouuoir, rémuer. Plaut. in Merc. 12. 15, Triſtis incedit, pectus ardet, hæreo: quaſſat caput. Idem in Trin. 17. 43, Quid quaſſas caput? Queſt ce que tu as a hocher la teſte? Idem in Epid. 9. 52, Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem conſpicor, ſuam qui vndantem chlamydem quaſſando facit? En la remuant. Idem in Aſin. 8. 23, Atque hercle ipſum cõtuor, quaſſanti capite incedit. Idem in Bacchid. 5. 70, Subducunt lembum capitibus quaſſantibus.

Quaſſare, Rumpere, Caſſer. Virg. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem. Idem, Quaſſatæque rates dum non tractabile cælum. Plin. epiſt. 170. b, Nam prò amne imber aſſiduus, & deiecti nubibus turbines, prorutà opera, quibus pretioſa rura cinguntur, quaſſata, atque etiam decuſſa monumenta.

Quaſſatus quaſſata, quaſſatum, Caſſe. Plin. lib. 18. Antelucanis ferramenta acuere, manubria aptare, quaſſata ſarcire.

Quaſſus quaſſa quaſſum, Idem. Plaut. in Curcul. 8. 26, Nam quid id refert mea, an aula caſſa

cum cinere effoſſus ſiet?

QVATRIDVVM, quatridui, Spatium quatuor dierum. Plaut. in Aſin. 13.19, Ni qua triduo abalienarit, quo ex te argentum acceperit.

Quatriduanus quatriduana quatriduanum, Qui eſt de quatre iours.

QVATVOR, nomen numerale, adiectiuum, indeclinabile, Quatre.

Quatuordecim, Quatorze.

QVE

QVE, abſque diphthongo, coniunctio, modo Copulatiua eſt. vt Arma virúmque cano.

Cauſſatiua, pro quoniam. Cic. Non ſolum nobis nati ſumus: ortúſque noſtri partẽ patria vendicat, partem amici.

Expletiua, quando ornatus tantum cauſſa ponitur. Propertius, Deiphobúmque, Helenúmque & Polydamantas in armis.

Que, Explanationem quandam præcedentium infert. Virg. Manet alta mente repoſtum iudicium Paridis, ſpretæque iniuria formæ. Quaſi nempe iniuria ſpretæ formæ: vel, id eſt iniuria ſpretæ formæ. Grammatici epexegeſim vocant.

Que, pro etiam. Apul. ídque ei ſeriò colloquenti non crederem. Id eſt, etiam ſeriò loquenti.

QVEMADMODVM, aduerbium ſimilitudinis. Compoſitũ ex quem, ad, modum. Cic. de Amicitia, 15, Pergratum mihi feceris, ſpero item Sceuolæ: ſi quemadmodum ſoles de cæteris rebus, quum ex te quæruntur, ſic de amicitia diſputaris quid ſentias. Cõme tu fais dautres choſes. Ibidem, 51, Vt quemadmodum in ſe quiſque, ſic in amicum ſit animatus.

Quemadmodum aliquando interrogatiuè ponitur. Plaut. in Perſa, 2.37, Tu tibi me facere potis es ſempiternum. S. quemadmodum? T. vt des mihi nummos ſexcentos. Idem in Merc. 7. 14, Si dico vt res eſt, atque illam mihi me emiſſe indico, quemadmodum me exiſtumet, atque illam cõtinuò abſtrahat, trans mare hinc vænum aſportet? Plin. epiſt. 83, Quẽadmodum magis approbare tibi poſſum, quantopere miror epigrammata tua græca, quàm quòd quædam æmulari latinè, & exprimere tentauí?

Aliquando NAM interponitur, & dicitur Quem nam admodum. Plaut. in Bacchid. 4.13, Quî ſcire poſſum? C. nullus plus. P. quem nam admodum? C. quaſi illa inuenta eſt, &c.

QVENTIAM, pro potentiam, veteres aliquando ſcripſere, vt inquit Perottus.

QVEO, quís, quiui, quitum, quire, Poſſe. Terent. in And. 4.1.30, Nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres. Il na peu. Salluſt. Sed neque pretio neque gratia impelli quiuit. Dictum queo, quaſi qui eo.

Antiqui nequeunt pro non eunt, dicebant.

Quitus quita quitum à queor dixit Terentius in Hecyra, 4.1.58, Nam cum compreſſa eſt gnata, forma in tenebris noſci non quita eſt, On ne la pas peu congnoiſtre. Sed antiquè, vt ait Donatus, dixit.

QVERCVS, quercus, quercui, f. g. ablatiuo quercubus. Vel, hæc quercus querci querco, Vng cheſne. Cic. Ibi quercorum rami ad terram iacent.

Quernus querna quernũ, Quod eſt ex quercu. Virg. lib. 1. georg. Sed tamen & quernas glandes.

Querceus, quercea, querceum. Idem quod Quernus. Seruius, Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem ſeruaſſent.

Querneus quernea querneum, Qui eſt dung cheſne. Columella lib. 7, Probatur maxime vlmea, pòſt fraxinea, & ab hac populnea, vltima ſunt illignea & quernea & laurea.

Quercicus quercica quercicum, Idem. Suet. in Caligula, Primò die phalerato equo, inſignique quercica corona & cetra & gladio, aureáque chlamyde.

Quercetum querceti, vel querquetum querqueti, Locus vbi cõſitæ ſunt quercus. Varro, Si ad limitem quercetum habet, non poſſis recte ſecundum eam ſyluam ſerere oleam.

Quercerus quercera quercerum, Quod eſt frigidum cum tremore. Lucil. Lactans me vt febris quercera. Gellius lib. vlt. An tu forte morbum appellari hic putas ægrotationem cum febri rabida & quercera. Feſtus ait, antiquos querceram dixiſſe grauem & magnam.

QVERELA, vide QVEROR.

QVEROR, quereris, queſtus ſum, queri, Se complaindre de quelque choſe. Et abſolute aliquando ponitur. Cic. Conqueſtus eſt grauiter.

Queror, cũ accuſatiuo. Plaut. in Aſin. 10. 12, Verùm ego meas querôr fortunas, quũ eo quem amo, prohibeor. Cic. Quorũ plerique aut queruntur ſemper aliquid, aut etiã exprobrant.

Queror de. Salluſt. Sæpe de luxuria, de auaritia noſtrorũ ciuiũ queſtus eſt. Plin. epiſt. 90. lib. VI, Nunquam ſum magis de occupationibus meis queſtus, quæ me non ſunt paſſæ aut &c. Idem epiſt. 234, Non poſſum tamen de mora queri, quum mihi contigerit quod erat auſpicatiſſimum.

Queri alicui multa de. Cic. Lentulo, Multa de mea ſententia queſtus Cæſari.

Queri apud, quòd. Plin. de viris Illuſt. 15. Quo cognito, apud populum queſtus quòd de ſe tale aliquid timuiſſent.

Querebatur ſe, tum cum illa videre cœpiſſet extingui, Cic. lib. 3. Tuſcul.

Queſtus queſtus queſtui, m. g. Ablatiuo queſtubus, Complainte. Virg. lib. 4. AEneid. Tantos illa ſuo rumpebat pectore queſtus.

Querela querelæ, f g. Complainte, debat. Cic. Sæpe interfui querelis meorum æqualium.

Querimonia querimoniæ, Complainte. Columella, Quoſdam etiam prædictas querimonias, velut ratione certa mitigantes.

Querulus querula querulum, Qui conqueritur, ſiue qui querelis plenus eſt. Qui touſiours ſe complainct.

Querulus, Canorus aliquando dicitur à poetis. Virg. lib. 2. Georg. Et cantu querulæ rumpent arbuſta cicadæ. Seruius, Querulæ cicadæ, canoræ. Horati⁹, Sub cãtu querulæ deſpicit tibiæ.

Querimoniarius querimoniaria querimoniarium, Qui querimoniam exponit.

Queribundus, queribunda, queribundum, Lamentabilis, Qui ſe cõplaint, & eſt en dueil. Cic. Humili ac queribunda voce.

QVERQVEDVLA, querquedulæ, f. g. Auis ſemper in aquis natans.

QVERQVERVS, querquera, querquerum, alias Quercerus. Vide poſt QVERCVS.

QVERVLVS, vide QVEROR.

QVI

QVI, cuius, cui, Relatiuum pronomen. Plautus in Truculento, 11. 2, Qui amat, nequit quin nihili ſit. Terẽt. in Heaut. 4. 3. 6, Audiſtin' obſecro's. quidni? qui vſque vnà affuerim. Idem in Adel. 3. 7. 5, Neſcis qui vir ſiet. Plaut. in Bacchid. 20. 66. Heu literas minutas. P. qui quidem videat parũm. Voyre pour celuy qui ne voit guere.

Qui interrogat aliquando. Plaut. in Amphit. 4. 1, Qui me alter eſt audacior homo? aut qui confidentior? Terent. in Phor. 5. 8. 18, Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris? Liuius lib. 3. ab vrbe condita, Qui finis diſcordiarũ? Cic. Qui deus appellãdus eſt? Idem, Qui locus? Idem, Qui cõcurſus ex oppidis finitimis vndique? Plaut. in Aulul. 11. 1, Qui vocat's T R. Strobilus.

Quî aduerbium pro quemadmodum, vel quomodo, venuſtè ponitur. Terent. in And. Facite, fingite, inuenite, efficite quî detur tibi. Comment, en quelle facon, ou par quel moyen tu la pourras auoir. Idem in Eunucho, Quid, quid venire in mentem nũc poſſet mihi, quidnam? quî referam illi ſacrilego gratiam. Hic etiam poteſt ſignificare vt, Affin. Idem in Phor. Ad iudices veniemus, qui fuerit pater, quæ mater, quî cognata tibi ſit, omnia hæc confingam.

Quî vocare? Cõment as tu nom? Plaut. in Amphit. 4. 227. Et apud Terentiũ in Adel 5. 6. 3.

Quî, Quamobrem, Pourquoy. Terent. in And. Dauo iſtuc dedam iam negoti. s. non poteſt. P. quî? S. quia habet aliud magis ex ſeſe.

Quî, Vnde vel quomodo. Terent. in Hecyra, Nonne ea diſſimulare nos magis humanum eſt, quàm dare operam, id ſcire quî nos oderit? Dont vient quil nous hait. Idem in Phor. Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum, explana mihi, & quî cognatum me ſibi eſſe diceret. Idem in And. Nã quî iſtæc tibi incidit ſuſpectio? Idem in Hecyra, Nec quî hoc mihi eueniat, ſcio. Ibidem, Aliquid tuliſſe comminiſcentur mali, capiti, atque ætati illorũ morbus qui auctus ſiet, Dont la maladie a, &c.

Quî, vtinam. Terent. in Phor. Eſt parаſitus quidam Phormio, homo confidens: quî illum di omnes perdiunt. D. quid is fecit? G. hoc conſilium quod dicam dedit. Ie prie a dieu qui le confunde.

Quî pro vt. Terent. in Prol. And. Nàm in prologis ſcribundis operam abutitur: non quî argumentum narret, ſed quî maleuoli veteris poetæ maledictis reſpondeat.

Quî, quare, cur. Terent in Adel. Cur emis amicam Mitio? num quî minus mihi idem ius æquum eſt eſſe, quàm mecũ, eſt tibi? Cic. lib. V. Tuſcul. Quî enim beatior Epicurus quòd in patria viuebat, quàm Metrodorus quòd Athenis? Hîc nõ ineptè poſſet capi pro quomo-

do. Plaut. in Curc. 2.40, Male iſtis eueniat. P H. quî?

Quî minus eadē hiſtrioni ſit lex quæ ſummo viro? Id eſt cur non. Plaut. in Amphit. 3.76.

Quî, Quomodo, qua re, qua ratione, En quelle facon ou maniere. Terent. in Adel. Si frater aut ſodalis eſſet, quî magis morem gereret? Cic. Quî fieri poterat?

Quidum? Plaut. in Amphit. 14. 11, Prodigum te fuiſſe oportet olim in adoleſcentia. A. quidum? M. quia ſenecta ætate à me mēdicas malum. Et paulo poſt 26, Bacchanal te exercuiſſe oportuit ſenex. A. quidum? M. quando tu me tuum ſeruum cenſes. Idem in Pſeud. 20. 18, Hic homo meus eſt. S. quidum? B. quia hæc præda, mea eſt. Terent. in Eunucho, At nunquid aliud? P. quidum? G. quia triſtis es. Pourquoy dum

QVIA, coniunctio cauſſalis. Terentius in Heaut. 3. 1. 95, An eo fit quia in re noſtra, aut gaudio ſumus præpediti nimio, aut ægritudine? Ibidem, 4. 5. 38, Et ego hoc, quia dudū tu tantopere iuſſeras, eò cœpi. Et in Eunucho, Quidum? G. quia triſtis es, Pourtant que.

Quia, bis repetitur aliquando ſequente ſubiūctiuo vel indicatiuo. Quintil. Non quia prodeſſe nunquam ſatis ſit, ſed quia hoc proſpicere debet, nequid penis quàm fecerit, faciat.

Quia pro quòd, ſubiūctiuo. Cic. de Amicitia, 14, Sed tamē recordatione noſtræ amicitiæ ſic fruor, vt beatè vixiſſe videar, quia cum Scipione vixerim.

Quia, eo. Salluſt. in Catil. Sed quia multis & magnis tempeſtatibus vos cognoui fortes, fidóſque mihi, eo animus auſus eſt maximum atque pulcherrimum facinus incipere.

Quippe quia. Terent. in Heaut. Eho quæſo, laudas qui heros fallunt? C. in loco, ego verò laudo. S. recte ſanè. C. quippe quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt.

Quia enim. Plaut. in Trucul. 16. 19, Non ego nunc intrò ad vos mittar? A. quid non miles magis? D. quia enim plus dedi. A. plus enim es intromiſſus cum dabas. Idem in Curcul. 8. 71, Quid mirare? L Y. quia enim in cauea ſi forent concluſi itidem vt pulli gallinacei, ita non potuere vno anno circumirier. Idem in Amphit. 8. 32, Quî tibi iſtuc in mentem venit? S. quia enim ſerò aduenimus. Idem in Caſina, 8. 32, Quid tu id curas? C H. quia enim metuo ne in aqua ſumma natet.

Quia nam, interrogatiuum, pro quare vel cur, vt annotat Feſtus. Plau. in Trucul. 4. 33, Nimis otioſum arbitror hominem eſſe te. D. quia nam arbitrare? A. quia tuo veſtimēto & cibo alienis rebus curas. Virg. Heu quia nā tanti cinxerūt æthera nymbi? Idem, Cælicolæ magni quia nam ſententia vobis Verſa retro?

Quiane, Significat certe, reuera. Virg. Quiane auxilio iuuat ante leuatos.

QVICQVAM, cuiuſquam. Id eſt aliquid, Aucune choſe. Plaut. in Menæh. 14. 15, Neque quod voluit agere, quicquam licitū eſt, ita me attinuit. Idem in Trin. 3. 7, Neque quicquam hic vile nunc eſt, niſi mores mali. Terent. in And. 5. 2. 22, Si quicquam mentitum inuenies, occidito.

QVICQVID, ſubſtantiuum, interrogat, aut infinite capitur, nunquam refert. Plautus in Amphit. 8. 229, Quicquid eſt, iā ex Naucrate cognato cognoſcam meo, Tout ce quil en eſt. Idem in Curcul. 15. 16, Quicquid eſt, ipſe ibit, potius, Quoy quil en ſoit. Idem in Trucul. 5. 40, Sed fores, quicquid eſt futurum, feriam, Quoy quil en doibue aduenir. Idem in Mil. 6. 40, Hercle quicquid eſt, muſſitabo potius, quàm interea malè, Quoy quil en ſoit. Idem in Menæh. 17. 15, Sed quicquid eſt iam ſciam, atque eam ipſam ante ædes, Ie ſauray tout ce quil ya. Idem in Perſa, 2. 48, Quicquid erit, recipe te ad me, Quoy quil en ſoit. Idem in Merc. 17. 17. Magnum eſt quicquid quæritat, Quoy que ce ſoit quil cherche, ceſt quelque grā de choſe. Idem Pœn. 18. 28, Nunc hinc ſapit, hinc ſentit: quicquid ſapit, meo amore ſapit. Terent. in Heaut. 1. 1. 32, Ne lachruma: atque iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam.

Quicquid pauxillulum. Plaut. in Trucul. 19. 47, Da tu mihi de tuis delicijs ſummis quicquid pauxillulum, Tant ſoit peu.

QVICVM, pro cum quo. qui enim, ablatiuus eſt. Plaut. in Amphit. 3. 99, Natus Argus ex Argo patre, quicum Alcumena Electri filia eſt nupta. Idem in Trin. 13. 57, Ridicule rogitas, quicum vnà cibum capere ſoleo. Terent. in Heaut. 1. 2. 4, Quicum loquitur filius? Idem in Eunucho, 4. 6. 21, Imò hoc cogitato, quicum res tibi eſt, peregrinus eſt. Cic. epiſt. lib. 4. Seruio Sulpitio, Nemo eſt omniū quicū potius mihi, quàm tecū cōmunicādum putē.

QVICVNQVE, quæcunque, quodcunque. Quiconquè. Compoſitum a Qui & cunque.

QVID, nomen ſubſtantiuū, interrogat, aut infinite capitur, nūquam refert, vt quid cauſſæ? Quid ætatis? Plaut. in Merc. 6. 19, Quid ego tibi ætatis videor? Quel aage te ſemble ie auoir? Idem in Perſa, 8. 5. Ego ſcio quid ſis ætatis.

Quid animi. Plau. in Merc. 7. 109, Quid ſcio quid ſit ei animi, veniréne eã velit, an nõ velit?
Quid captiuorum. Plaut. in Epid. 5. 27, Tum captiuorum quid ducunt ſecum?
Quid cauſſæ. Terent. in And. 3. 4. 21, Quid cauſſæ eſt, quin hinc in piſtrinũ recta proficiſcar via? A quoy tient il?
Quid hominis. Plaut. in Pœn. 2. 92, Voſmet nunc facite coniecturam cæterûm, quid id ſit hominis, cui Lyco nomẽ ſiet. Terent. in Heaut. 4. 8. 7, Quæſo quid tu hominis es? Idem in Eunucho, 3. 4. 8, Quid hoc hominis? qui hic ornatus eſt? Plaut. in Amphit. 7. 19, Quid ſit hoc hominis? Quelle facon, ou ſorte dhomme eſt ce la?
Quid gaudij. Terent. in And. 5. 5. 7, Quid iſtud gaudij eſt? Que ſignifie ceſte ioye?
Quid mulieris. Terent. in Heaut. 4. 4. 21, Sed quid mulieris vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Quid rei huius ſit neſcio. Plau. in Aulul. 26. 72, Ibo intrò, vt quid huius ſit rei, ſciam. Comment il en ira de ceſte affaire.
Quid rei eſt tibi cum illa. Terent. in Eunucho, 4. 7. 34, Quis tu homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt? Quas tu affaire auec ceſte la?
Quid rerum portant. Terent. in Heaut. 2. 3. 6, Non oportuit relictas, portant quid rerum. Elles ſont chargees. Plaut. in Aulul. 4. 15, Ne me obſeruare poſſis quid rerum geram.
Quid ſententiæ. Terent. in Phor. 2. 4. 4, Quid de hac re dicat, quidve ſit ſententiæ. Queſt ce quil luy en ſemble.
Quid ſigni. Plaut. in Amphit. 4. 267, Signi dic quid eſt? M. cum quadrigis ſol exoriẽs. Quelle marque ya il?
Quid verbi. Plaut. in Pſeud. 9. 16, Imò vero ego eius ſum Subbalio. H. quid iſtuc verbi eſt? Que veullent dire, que ſignifiẽt ces parolles? Terẽt. in Phor. 2. 2. 29, Cœna dubia apponitur. S. quid iſtuc verbi eſt? D. vbi tu dubites, quid ſumas potiſſimũ. Queſt ce a dire cela?
Quid viri. Plaut. in Pœnulo, 14. 34, Apage, neſcio quid viri ſis.
Quid, pro aliquid. Terent. in Hecyra, Dic mihi, harum rerũ nunquid dixti iam patri? Idem in And. Si tibi quid feci aut facio quod placet Simo.
Quid! Quoy! Terent. in And. Eho quid Pamphilus? quid! ſymbolum dedit, cœnauit. Demande tu quoy?
Quid, quid? Terent. in Eunucho, Quid, quid aliud volui dicere? hem, curate iſtam diligenter virginem. Ibidem, 5. 3. 1, Quid, quid venire in mentem nunc poſſit, quidnam?
Quid, Ob quid, Propter quid. Terẽtius in And. Sed quidnam Pamphilum exanimatum video? vereor quid ſiet. Idem in Adel. Atque iratum admodum. D. quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud forum de pſaltria iſtac.
Quid? ſenem quoad expectatis veſtrum? Terent. in Phor. Donatus, Animaduerte QVID ſecundum morem quotidianum tum dici, cum fit tranſitus à mentione alterius rei ad alteram. Et puis, iuſque &c. Idem in Phor. 5. 3. 28, Age fiat. quid? illa filia amici noſtri, quid futurum eſt?
Quid ego neſciam factum. Terent. in Heaut. 3. 2. 18, Scín' eſſe factum vt dico? C. quid ego neſciam, Comment ne le fauroye ie?
Quid eſt quod. Terent. in Eunucho, 5. 6. 8. Quid eſt quod trepidas? ſatíſne ſaluæ? Ibidem 3. 5. 11, Quid eſt quod lætus ſis? quid tibi vis? Quas tu a eſtre ſi ioyeulx? Plaut. in Curcul. 4, 11, Quid eſt quod Palinurum voces.
Quid eſt, ſi non hoc contumelia eſt? Terent. in And. 1. 5. 2, Queſt ce doncques ſi, &c.
Quid pater, viuítne? Et puis mon pere vit il? Et paulò antè, Quid diuitiæ, ſíntne optumæ? Plaut. in Capt. 6. 31.
Quid mecum eſt tibi? Plaut. in Curcul. 15. 10, Quid mecum eſt tibi, aut tecum? Quay ie que veoir ne que ſouder auec toy?
Quid quod, Modus eſt dicendi, cum quis interrogatur. verbi gratia, quid quod me etiam occidere vult? multi ineptè dicunt, Quid tibi videtur, vel quid dicis? etiam me occidere vult. Plaut. in Pœn. 9. 65, Iámne itis? C. quid quod vobis mandaui hoſpites? Et puis que dictes de ce que ie vous ay baille charge? Cic. in Acad. quæſtionib⁹, Quid quod eadẽ illa ars quaſi Penelopes tela texens, tollit ad extremum ſuperiora? Idem de off. Quid quod Theſeus exegit promiſſum à Neptuno? Idem de Senectute, Quid quod ſapientiſſimus quiſque animo æquiſſimo moritur? Idem pro lege Manilia, Quid quod ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? Idem de Oratore, Quid quod dixiſti, inquit, Craſſe, ſi

hic hodie apud te maneremus, te morem nobis esse gesturum?

Quid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum est? Modi sunt loquendi, significantes quod nõnulli aliquid admirãtes, vel accepta aliqua calamitate, aut iactura, inepte dicũt, Quid de illo fiet? Quid de illo faciam? Quid de illo factum est? Plaut in Merc. Sed quid nũc illi fiet? Que luy fera on, que fera on de luy? Idem in Mostell. Quid mihi fiet tertio, qui solus facio facinora immortalia? Idem in Bacchid. Quid mihi fiet postea? Que fera on de moy? Cic. Terentiæ, Et si nos præmet eadem fortuna, quid puero misero fiet? Que fera on de lenfant. Idem in Rullum, Quæro si qui volunt vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Idem in Acad. quæst. Si comprehensio, perceptióque nulla sit, quid fiet artibus?

Quid faceret aliud? Modus est dicẽdi, pro quo inepte dicunt, Quid poterat aliud facere? Cic. de Orat. Valerius quotidie cantabat, erat enim scenicus: quid faceret aliud? Que pourroit il autre chose faire?

Quid sciam? Commẽt le sauroye ie? Terẽt. in And. 4.4.52, Eho inepta, nescis quid sit actũ? M. quid sciam? D. hic soror est.

Quid si. Plaut. in Asin. 12.130, Quid si optaro? R. eueniet, Si ie le soubhaitoye, quoy? Terent. in Phor. 1.4.35, Satín' sic est? G. non. A. quid si sic? G. sat est. Et si ainsi? Idem in Heaut. 4.2.9, Quid si hoc sic incipiam nũc? nihil est. quid si sic? tantundem egero. Idem in Eunucho, 5.2.36, Quid si hoc quispiam voluit deus? Que scet on si dieu la voulu ainsi? Ibidem, 2.3.77, Quid si nunc tute fortunatus fias? CH. quare Parmeno? Que dirois tu si, &c.

Quid tibi videtur? adeón' ad eum? Que te semble il, doibs ie aller a luy? Terent. in And. 2.1.17. Plaut. in Mostell. 11.1, Quid tibi visum est hoc mercimonij?

Quid vis tibi? aut quid quæris? Que penses tu faire? Terent. in Heaut. 1.1.9.

Quid eó? Plaut. in Pseud. 5.98, Verùm extra portam Metiam currendum est prius. C quid eó? P. lanios inde accersam duo cum tintinabulis. Quoy faire la? Terent. in Hecyra, 5.3.11, Propere curre ad Pamphilum. P, quid eo? D. dic me orare vt veniat.

Quid verbis opus est? Plaut. in Amphit. 4.291, Tam consimilis est, atque ego: sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, labra, malæ, mentum, barba, colum, totus, quid verbis opus est? sic tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius. Brief. en briefs mots, ou a brief dire. Que fault il tant dire? Terent. in Eunucho, 4.2.4, Dum rus eò, cœpi egomet mecũ inter vias, ita vt fit, vbi quid in animo est molestiæ: aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in peiorem partem. quid opus est verbis? dum hæc puto, præterij imprudens villam. Idem in Phor. 1.2.25, Cœpi aduersari primo: quid verbis opus est? seni fidelis dum sum, scapulas, perdidi. Que vault tant dire?

Quid multa verba? Plaut. in Pœn. 6.36. Et apud Terentiuũ in Eunucho, 3.5.20, Primam dices scio, si videris, quid multa verba? amare cœpi.

Quid multis moror? Terent. in And. 1.1.87, Hæc ego putabã esse omnia humani ingenij, mãsuetique animi officia. quid multis moror? egomet quoq; eius caussa in funus prodeo.

Quid ita? Vna pars orationis, inquit Donatus Plaut. in Epid. 2.10, Minus iã furtificus sum, quàm antehac. E. quid ita? T. rapio propalàm. Pourquoy? Idem in Aulul. 6.25, Volo te vxorem domum ducere. M. eheu occidi. E. quid ita? M. quia &c. Terent. in Eunucho, 4.4.58, Thais iam aderit. PY. quid ita? D. quia cum inde abeo, iam tum inceperat turba inter eos, Commẽt le sces tu? Ibidem, in And. 2.1.24, Si id facis, hodie postremum me vides. P. quid ita? C. hei mihi vereor dicere. Idem in Phor. 4.1.2, Adduxtín' tecũ filiam? C. non. D. quid ita non? Pourquoy non? Idem in Eunucho, 5.5.17. Qua audacia tantum facinus audet? P. quid ita tantum? P A. an non hoc maximum? &c. Quel grand cas?

Quid tibi huc? Quas tu icy affaire? Plaut. in Bacchid. 2.6. Terent. in Heaut. 3.2.7, Quid tu istic? Que fais tu icy?

Quid mea refert? Quen ay ie affaire? Terent. in Phor. 4.5.11, Quid tua, malùm, id refert?

Quid tum. Terẽt. in Eunucho, 2.3.47, Scín' quid ego te volebam? dic. cras est mihi iudiciũ, quid tum? vt diligẽter nunties patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit, Quen est il? Idem in Heaut. 3.3.41. Huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuũ. C. quid tum? S. ea mortua est.

Quid tum postea? Plaut. in Asin. 7.68, Meministi asinos Arcadicos mercatori Pellæo nostrũ vendere Atrienſem? LY. memini: quid tum postea? LE. hem ergo is argẽtum huc remisit. Et puis quen est il. Terent. in Adel. 4.5.15, Neque enim diu huc cõmigrarunt. AE. quid

tum poſtea? virgo eſt cum patre. Idem in Hecyra, 4.1.37, Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret, exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum poſtea, ſi modeſtè ac rarò hoc fecit? Donatus, Idiotiſmus, quo cõtemnimus crimina leuiora, Ce neſt pas ſi grand choſe.

Quid, pro in quo. Cic. in Lælio, Quid enim indigens Africanus mei? Quintil. Quid tibi tantum malum feci? quid offendi?

Quid iſtic? Aduerbium eſt ægre concedentis inquit Donatus. Terẽt. in Eunucho, Quid iſtic? ſi certum eſt facere, facias: verùm ne pòſt conferas culpam in me, Que feroye ie.

Quid nunc agimus, Conſilium quærentis eſt, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Quid nũc agimus? G. quin redeamus.

Quid quæris. Cic. Attico, lib. 1, Quid quæris? num ad priuata redeam? Eidem, lib. 7, Quid quæris? etſi mihi crebro ὕπνου νήνυμου occurrebat, tamen leuabar cura, virum fortem & peritum, & plurimum authoritate valentem audiens πολιτικῶς de pacis ſimulatæ periculis diſſerentem. Eidem lib. x, Quid quæris? Eſt enim ſuſpicio illa domeſtici mali & ſermonis Hircini. Que veulx tu plus.

QVIDAM, cuiuſdam. Dicit perſonam certã, & ſingulare potius ſignum eſt, quàm particulare. Aucun. Plin. epiſt. 154, Quidam ex meis aduerſam valetudinem feruentiſſimis æſtibus contraxerunt. Terent. in Eunucho, Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas oſtẽtat, neque tibi obſtat, quod quidam facit. Aucun que ie ſcay bien.

QVIDEM, aduerbiũ affirmãdi, Id eſt certe. Certes. Tribus modis in oratione accipi ſolet. Vno, ad diſtinguendas res. vt, ego quidem ſcribo, tu verò legis, ille autem dormit. In quo modo his duabus tantum dictionibus iungitur, VERO, AVTEM.

Altero, quaſi per acceptionem eius quod affirmes. Quintil. Torquebis quidem filium, ſed fatebitur tamẽ. Cic. lib. 3. de off. Ab optimis illis quidem viris, ſed non ſatis eruditis. Et ſequuntur iſtæ dictiones, Verum, Veruntamen, Sed tamen, At, Attamen, Cæterum.

Tertio, Cum nulla ſequitur ex prædictis coniunctionibus, vt apud Ciceronem, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam eſt, ille ſapiens fuit.

Quidem certe. Plaut. in Amphit. 4.263, Hic quidem certe quæ illic ſunt res geſtæ, memorat memoriter. Cic. Lentulo, lib. 1. epiſt. Illud quidem certe noſtrum conſilium iure laudandum eſt, quæ meos ciues & à me conſeruatos, &c. Idem Planco, lib. 4. epiſt. Studio quidem certe rei, famæ, ſaluti tuæ præſto futurum. Idem ad Q. fratrẽ lib. 2, Aliud hoc tempore de rep nihil loquebantur: agebatur quidem certe nihil.

Quidem hercle certe. Terent. in Phor. 1.3.12, Nam tua quidem hercle certè vita hæc expetenda, optandáque eſt. Idem in And. 2.2.10, Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita.

QVIDNAM, Interrogatiuum. Terent. in Phor. 1.4.6, Quidnam ille cõmotus venit? Queſt ce que ceſtuy la ha qui vient ſi eſchauffe? Idem in Eunucho, 5.8.6, Hunc ego nũquam videram: & iam hic quidnam properans profilijt?

Quidnam, Idem quod quid. Terent. in Eunucho, 5.4.1, Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat.

QVIDNI? Id eſt, Cur non? Pourquoy non? Terent. in Eunucho, 2.3.36, Patris cognatũ atque æqualem Archidemidem noſtin'? P. quidni? Ouy certes. Idem in Heaut. 4.3.22, Nam quo ore appellabo patrem, tenes quid dicam. S. quidni? Pourquoy ne feroys tu. Idem in Eunucho, 3.1.18, Papæ iugularas hominem. quid ille? T. mutus illicò. G. quidni eſſet? Pourquoy ne ſeroit? a bonne cauſe. Plaut. in Pſeud. 14.15, Quidni ego te contemnam? ſtratiotícus homo qui cluear?

Quid ego ni. Plautus in Amphit. 4.280, Tu negas me eſſe? M. quid ego ni negem, qui egomet ſciam?

QVIDPIAM, cuiuſpiam. Terent. in And. 2.6.7, Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ? Aucunement, quelque peu.

QVIDVM, vide QVI.

QVIES, quietis, ſubſtãtiuum fœm. g. Somnus. Dicta quies, quaſi qui tibi es, & nullo alio negotio diſtineris: tunc enim cæteris negotijs vacamus cum dormimus. Repos de la nuyct. Salluſt. lib. 2. hiſt. Et in quiete nomine hiſtrionis vix ſane Burbuleum appellabat. Nanque animus impurus dijs hominibúſque infeſtus, neque vigilijs, neque quietibus ſedari potuit, ita cõ ſcientia mentem excitatam vexabat. Cic. in prologo libri de Orat. Nam qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ moles moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt.

Poteſt facere genitiuum quietis, & quiei quintæ declinationis. Vnde & requies, requiem & requietem accuſatiuum facit.

Quieſco, quieſcis, quieui, quietum, quieſcere, Dormir.

Quieſcere, Soy repoſer. Requieſcit defeſſus, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Tum ſicubi eum ſatietas hominum, aut negoti, ſi quando odium cœperat, requieſcere vbi volebat: quaſi, noſtin'?

Quieſcere dicitur qui eſt inſolens & inquietus, Se deporter, & ceſſer de faire ennuy. Terent. in And. Dehinc vt quieſcant porrò moneo, & deſinant maledicere.

Quieſcas vel quieſce. Deporte toy, tais toy, ne te ſoucie. Terent. in And. 3.4.19, Corrigere mihi gnatum porrò enitere. D. faciam herclè ſeduló. S. pótes nunc, dum animus irritatus eſt. D. quieſcas. Idem in Heaut. 4.3.12, O Iuppiter. S. quieſce. C. Antiphila mea nubet mihi. S. ſiccine mihi interloquere? C. quid faciam Syre miſ gaudeo: fer me. Idem in And. 4.2.8, Quibus quidem quàm facile poterat quieſci, ſi hic quieuiſſet. Plautus in Moſtell. 16.51, Quin tu ſi ſapis, quieſce hanc rem modo petere.

Quieſcere per aliquem. Cic. Planco, Et abfui proficiſcēs in Græciam, & poſtea quàm de meo curſu reip. voce ſum reuocatus, nunquam per Marcum Antonium quietus fui. Il ne ma iamais laiſſe en repos.

Quieſcas cætera. Plaut. in Mil. 12.53, Potín' vt hominem mihi des? quieſcas cætera, Ne te ſoucie point du demorant.

Quieſce hunc tumultum qui eſt ante oſtium, apud Plautum legitur.

Quietus, quieta, quietum, Participium, Qui eſt en repos, qui ſe repoſe apres auoir beſongné. Plaut. in Amphit. 4.17, Noctéſque diéſque aſſiduò ſatis ſupérque eſt quo facto aut dicto adeſt opus, quietus ne ſis.

Quietus eſto, Ne te ſoucie. Terent. in Phor. 4.5.1, Quietus eſto inquam: ego curabo, nequid verborum duint.

Quietus eſto de. Plaut. in Curcul. 10.6, Meminero, de iſtoc quietus eſto. Donat⁹, Quietus, ſecurus: ab eo quod præcedit, id quod ſequitur.

Quietum aliquem reddere, Le mettre hors de ſouci & de peine. Terent. in Eunucho, 2.2.46, Sex ego te totos Parmeno hos menſes quietum reddam, ne ſurſum, deorſum curſites, néve vſque ad lucem vigiles.

QVILIBET, cuiuſlibet, Vnus quē tibi capere libet. Horatius, Ilia & AEgeria eſt, do nomē quodlibet illis. Id eſt, quodcūque placet, nō tamen omne nomen, Tel quil leur plaît. Idem Pictoribus atque poetis, Quídlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Ouid. Pollicitis dimes, quilibet eſſe poteſt. Suet. in Tiberio, Non ceſſauit efflagitare aliquem cuiuſlibet ordinis cuſtodem, factis atque dictis ſuis. Iuſtin. de hæred. inſtit. Si plures cōditiones in inſtitutionibus ſcriptæ ſunt: ſi quidē coniunctim, vt puta ſi illud & illud factum fuerit omnibus parendum. Si ſeparatim, veluti ſi illud aut illud factum erit: cuilibet conditioni obtemperare ſatis eſt. Quintil. Periculoſum & cum cura intuendū genus, quod ſi in præponendo vnum quemlibet amiſerimus.

Quilibet, pro vili & obſcuro aliquando ponitur. Plín. lib. 7, Bis ab Annibale captus, neque cum quolibet hoſte fuit. Hinc Horatianū illud, non cuiuſvis eſſe hominis Corinthū ire.

QVIN, aduerbium varijs modis dicitur, vt interpretatur Donatus in Terentium.

Quin, Quòd non. Terent. in Heaut. Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin te in fundo conſpicer. Idem in Adel. Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitā fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid adportet noui. Plaut. in Amphit. 4.85, Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat.

Quin, admiratiué. Terentius in Adel. Feſtiuum caput, quin omnia ſibi pòſt putarit præ meo commodo!

Quin, Corripiendi vel imperandi vim habet. Terent. in Phor. Dorio audi obſecro. D. non audio. P. parumper. D. quin omitte me. Idem in And. 2.5.18, Quídnam eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil. S. quin dic quid eſt.

Quin, Imò. Terent. in Heaut. 4.3.23, Quid dicam? quam cauſſam afferam? S. quin nolo mētiare: aperte, ita vt res ſeſe habet, narrato. Si ne veulx ie pas que tu mentes. Idem in Eunucho, Ego quoque vnà pereo, quod mihi eſt charius. ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. minime: quin effectum dabo. Ibidem, Non faciam Pythias. P. non pol credo Chærea, niſi ſi commiſſum non erit. C. quin Pythias tu me ſeruato. Idem in Heaut. Mane mane

quò mittis iſtanc quæſo? iube maneat. B A. abi. s. quin eſt paratum argentum. B A. quin ego maneo. Idem in Eunucho, Quid nunc agimus? G. quin redeamus. Plaut. in Menæch. 15. 13, Neque pol te defrudandi cauſſa poſco: quin tibi dico vxorem reſciuiſſe.

Quin, Cur non. Terent. in Phor. Quid conterimus operam fruſtra? quin abeam? Idem in Phor. 2. 3. 82. Metuit hic nos, tametſi ſedulò diſſimulat. G. bene habent tibi principia. P. quin quod eſt ferendum feras? Cic. pro Rabirio, Quin compeſcitis iſtam vocem indicem ſtultitiæ?

Quin, Etiam. Terēt. in Heaut. 3. 3. 21, Syre, pudet me. S. Credo: neque id iniuria: quin mihi moleſtum. Ien ſuis auſſi marri.

Quin, Qui non, quæ non. Terent. in Hecyra, Et merito adeò. nam veſtrarum nulla eſt quin gnatum velit ducere vxorem. Cic. Nemo eſt noſtrorum quin vota victoriæ ſuæ fecerit. Plaut. in Bacchid. 5. 101, Nullus eſt quin ſciat. Idem in Amphit. 17. 2, Nulla cōfidentia eſt in corde quin amiſerim.

Quin, Quare non. Terent. in Adelph. Nunquid vis quin abeam? Plaut. in Ciſtell. 2. 108, Nunquid me vis mater intrò quin eam?

Quin, Quominus. Terent. in Eunucho, Apud Antiphonem vterque mater & pater, quaſi dedita opera domi erant, vt nullo modo introire poſſem quin viderēt me. Idem in Hecyra, Vſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam graue, donec iam in ipſis nuptijs, poſtquam videt paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari. Cic. Non idcirco cauſſas Iſocrates non defendit quin id vtile eſſe & honeſtum exiſtimaret.

Quin taces? Correptio eſt ſilentium præcipientis, de eo duntaxat ne timeat, id eſt, eſto ſecurus. nam tacere, ſecuri eſt. Terent. in And. Vide quò inducas. D. quin taces? P. dicam.

Quin, Quin imò. Terent. in Adel. Syre? S. quid ais? C. mene quærit? S. verum. C. perij. S. quin tu animo bono es. Virg. Quin aſpera Iuno, Quæ mare nunc, terraſque metu, cælumque fatigat, Conſilia in melius referet. Plaut. in Capt. 19. 20, Adduxtin' illum eius captiuum filium? P H. quin inquam intus hic eſt.

Quin, Parquoy. Plaut. in Epid. 10. 19, Hic non eſt locus: quin tu alium quæras, cui centones tuos farcias. Terent. in And. Sed mihi moleſtum eſt: nam iſtæc commemoratio, quaſi exprobratio eſt immemoris benefici. quin tu vno verbo dic quid eſt quod me velis.

Quin, Quòd. Cic. Nō dubito quin eo ſis animo quo ego eſſem ſi quid tu me rogares. Terēt. Non dubium quin vxorem nolit filius.

Quin, Certe, profecto. Plaut. in Amphit. 8. 71, At pol quin certa res eſt. Ibidem, 8. 142, AEdepol quin facto opus eſt. Idem in Menæh. 9. 68, Hercle quin tu rectè dicis.

Quin, Quin etiam, inſuper, præter id. Plau. in Aulul. 9. 33, Famem hercle vtendam ſi roges, nunquam dabit: Quin, ipſi pridem tonſor vngues dampſerat, collegit, omnia abſtulit præſegmina. Qui plus fort eſt.

Quin ergo. Salluſt. in Iugurtha, Quin ergo, quod iuuat, quod charum æſtimāt, id ſemper faciant, ament, potent. Parquoy doncques.

Quin potius. Plaut. in Caſ. 3. 11, Quin potius quod legatum eſt tibi negotium, id curas, atque vrbanis rebus te abſtines? Quaincois ne fais tu ce qui teſt cōmande. Plin. epiſt. 57, b, Quin potius illud adnota, quæ putaueris corrigenda. Note aincois.

QVINARIVS, quinaria, quinarium, Significat numerum rerum quæ non nominantur. vt quinarius lapis, id eſt quatuor librarum. Quinarius argenteus, quinque libris æris, id eſt aſſibus quinque valebat, hoc eſt denarij dimidium.

QVINCENTVM, pro quingentum dixere veteres, authore Feſto.

QVINCVNX, quincuncis, om. gen. Quinque vnciarum.

In quincuncē arbores diſpoſitæ cur dicātur, facile ex Quintiliano intelligimus, apud quē hæc verba, lib. VIII. leguntur, Nullúſne etiā frugiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinē, certáque interualla redigam eas arbores. Quid illo quincunce ſpecioſius? qui in quamcunque partem ſpectaueris, rectus eſt. Sed protinus in id quoque prodeſt, vt terræ ſuccum æqualiter trahat. Cic. in, Catone 55, Cum autē miraretur Lyſander & proceritatē arborum, & directos in quincuncem ordines, & humum ſubactam, atque puram, & ſuauitatem odorū qui efflarentur è floribus, tum eum dixiſſe mirari ſe non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius. Columella lib. 4, Hæc in quincūcem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. Fortaſſe autem antiqui ſic quincuncem appellauerunt exactam plantarum metationem: vt decuſſem exactam ſpatij diuiſionem.

Quincũces vſuræ, ſunt quoties ex centũ nũmis (vt exempli gratia ſit) quinque nummos vſuræ nomine percipimus. Sic ſemiſſes vſuræ, trientes, beſſes, & huiuſmodi.

Quincuncialis & hoc quincunciale, vt quincuncialis herba, quæ minor eſt ſemipede, & ſeptenũ fermè digitorũ. Plin. lib. 27. cap. x i, Inter omnes herbas litoſparmo nihil eſt mirabilius: alij ægonychon vocant, alij dioſporon. herba quincuncialis ferè, folijs duplo maioribus quàm ruta. Et paulò pòſt, Iacêre eam atque humi ſerpere authores tradunt.

QVINCVPLEX, quincũplicis, o. g. De cinq ſorte. Martialis, Cæde iuuencorũ dominica let area fœlix, Quincuplici cera cum datur altus honor. Quincuplices ceras vocat tabellas in quibus res amatoriæ ſcribebantur. Ab eodem triplices dicuntur.

QVINDECIM, numerale nomen indeclinabile, Quinze. Plautus in Pſeud. 5. 111, Et iam quindecim habeo mnas.

QVINETIAM, Coniunctio copulatiua, qua nectimus quæ cõiuncta ſignificare volumus. Plaut. in Capt. 6. 40, Quid tu ais? tenáxne pater eſt eius? P. imò ædepol pertinax: quinetiã vt magis noſcas, genio vbi ſuo ſacrificat &c. Dauãtage, auſſi, en oultre. Cic. de Amicitia, 53, Quonã enim modo quiſquã amicus eſſe poterit, cuius ſe putabit inimicũ eſſe poſſe? quinetiã neceſſe erit cupere & optare vt quamſæpiſſime peccet amicus. Ibidem, 73, Quinetiã ſi quis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ vt cõgreſſus & ſocietatem hominũ fugiat atq; oderit. Quinetiam inſuper. Terent. in Eunucho, 4. 3. 3, Quinetiam inſuper ſcelus poſtquam ludificatus eſt virginem, veſtem omnem miſerè diſcidit.

QVINGENTI, quingentæ, quingenta. vt quingenti milites, Cinq cens hommes darmes.

Quingeni, quingenæ, quingena, pro quingenteni, quingentenæ, quingentena.

QVINIMO, Cõiunctio, Aincois, ou qui plus eſt. Plaut. in Ciſtell. 5. 39, Itáque Ops opulẽta illius auia. M. quinimò mater quidẽ. Plin. epiſt. 60. a, Filius deceſſit eximia pulchritudine, pari verecũdia, & parẽtibus non minus ob alia charus, quàm quòd filius erat. huic illa ita funus parauit, ita duxit exequias, vt ignoraret maritus. quinimò & quoties cubiculũ eius intraret, viuere filiũ, atque etiam commodiorem eſſe ſimulabat. Idem epiſt. 74. f, Præualuit ſentẽtia Cepionis. quinimò conſurgenti ei ad cenſendum acclamatũ eſt: quod ſolet reſidentibus. Auec ce, oultre ce.

QVINQVAGINTA, indeclinabile, Cinquante.

Quinquagenarius quinquagenaria quinquagenarium. Vt, quinquagenaria anus, Vne vieille de cinquante ans.

Quinquageſies, aduerbium. Plaut. in Menæh. 24. 101, Vix credo tota auctione capiet quinquageſies. Cinquante fois. a grand peine pourra il receuoir vng cinquante frans.

QVINQVATRIA, quinquatriorũ, Ab eo quod quinquatre in ſingulari, ſicut Bacchanale & Vulcanale. Feſta erãt quæ quinque diebus Palladi fiebant. vt Ouidius lib. 3. Faſt. innuit. ita appellata quoniã quinque diebus poſt idus celebrabãtur. nã dies poſt idus, ater erat. Inde quinquatria, quaſi quinq; ab atro die, primo die fiebãt ſacrificia, tribus ſequẽtibus gladiatores in theatro certabãt, quinto die erat luſtratio. Vnde ait, Vna dies media eſt, pòſt fiũt ſacra Mineruæ, Nomina quæ à iunctis quinque diebus habẽt. Sãguine prima vacat: nec fas cõcurrere ferro: Cauſſa, quòd eſt illo nata Minerua die. Altera, tréſque ſuper ſtrata celebrãtur arena. Enſibus exertis, bellica læta dea eſt. Sunt qui dicãt hũc diem munuſculorũ quoque eſſe, quo tempore matronæ inter ſe inuicem munera miſſitabãt, & cœnas ſeruis apponebãt, vt viri Saturnalibus. Plaut in Mil. 10. 97, Da quod dem quinquatribus, percantatrici, collectrici, ariolæ, atque aruſpicæ.

Quinquatrus etiã dicitur, ſicut triatrus, ſexatrus, ſeptimatrus, decimatrus. Iũgitúrq; hæc particula ATRVS, quæ nihil ſignificat, ſupplemẽti cauſſa. Varro lib. 1. de ling. lat. Quinquatrũ diem vnũ feſtũ dicit, ſic appellatũ, quòd erat poſt diẽ quintũ idus Martij. ſicut Sexatrus à Tuſculanis vocatur dies poſt diem ſextum, & Septimatrus poſt diem ſeptimum.

Declinatur ſubſtãtiué. In plurali tã tertiæ quàm ſecũdæ declinationis, ſicut cætera feſtorũ nomina. Iuue. Incipit optare, & totis quinquatrib⁹ optat. Cic. Ita tumultuoſę cõtẽtiões, ita moleſtæ quinquatriis afferebãtur. Diomedes verò quinquatræ in prima declinatiõe protulit.

QVINQVE, nomen numerale. Cinq.

Quinquennis & hoc quinquenne, Qui ha cinq ans. Plaut. in Pœn. 2. 85, Duæ fuêre filiæ: altera quinquennis, altera autem quadrimula.

Quinqueremis, hui⁹ quinqueremis, Nauis quinque remos habẽs. Plin. de viris illuſt. 37, Rhegiũ regreſſus quinqueremem hoſtiũ copiis pedeſtribus cepit, phalangem in Siciliam traduxit.

Quinqueuiratus, quinqueuiratus, quinqueuiratui, m.g. Dicitur officiũ ſiue magiſtratus in quo ſunt quinque viri. Et hi, quinqueuiri vnica dictione vocitãtur, ſicut triumviri. Cic. lib. IX, ad Atticum, Repudiari ſe totum, magis etiam quàm olim in Quinqueuiratu putabit.

Quinquies, aduerbium, Par cinq fois. Plin. de viris illuſt. 45, Quinquies conſul, inſidijs Anniba-lis deceptus occubuit, & magnificè ſepultus.

QVINTILIS, & hoc quintile. Quintilis menſis ideò dictus eſt, quòd quintus in ordine eſſet. ſed poſtea in honorem Iulij Cæſaris dictatoris, M. Antonio, M. filio conſule legem ferẽ-te Iulius appellatus eſt.

QVINTVS, quinta, quintum, Cinquieme.

Quintuſdecimus, Le quinzieme.

QVINVS, quina, quinũ. Quinæ minæ, Cinq mines. Plaut. in Pſeud. 5. 110, Meã amicam tu vendidiſti? B. valde viginti minis. C viginti minis! B. vtrumuis, vel quater quinis minis.

QVIPPE, rationis redditiuæ aduerbiũ, quo rationẽ eius quod præceſſit, reddimus. Quintil. Quippe id homini eſt naturale. Plau. in Epid. 7. 13, Quî tibi lubet mihi malè loqui? s. quip-pe tu mihi aliquid aliqua aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis. Terent. in Heaut. 2. 4. 9, Nam expedit bonas eſſe vobis: nos quibuſcũ eſt res, nõ ſinunt: quippe forma impulſi no-ſtra, nos amatores colunt.

Quippe, pro certè. Plaut. in Aulul. 5. 3, Redi nunc iam intrò, atque intus ſerua. s. quippe nil ego intus ſeruem.

Quippe qui. Plaut. in Trucul. 3. 35, Ea nimia eſt ratio: quippe qui certè ſcio, æris plus ſcorto-rũ eſſe iam, quàm ponderũ. Idem in Amphit. 3. 22, Scibat facturos, quippe qui intellexe-rat. Idem in Perſa, 18. 17, Videor vidiſſe hîc forma perſimilẽ tui eadem ſtatura. s. quip-pe qui frater ſiet. Columella lib. XII, de cappari, Quippe quæ res etiam in deſertis agris citra ruſtici operã conualeſcit. Plaut. in Amphit. 8. 112, An & id tu ſcis? AL. quippe quæ ex te audiui, vt vrbem maximam expugnauiſſes.

Quippe quas, Ceſtaſſauoir. Plaut. in Epid. 8. 31, Si quidem ad eum deueniam, vt ſibi datũ eſſe argẽtum dicat pro fidicina, argenti minas ſe habere quinquaginta, quippe ego quas nudiuſtertius meis manibus numeraui pro illa tua amica, quam pater ſuam filiam eſſe re-tur: ibi leno caput ſuum ſceleratum imprudens alligabit.

Quippe quia. Terent. in Heaut. 3. 2. 27, Ego verò laudo: quippe quia magnarum ſæpe id re-medium ægritudinum eſt.

Quippe vbi. Virg. Quippe vbi fas verſum atque nefas tot bella per orbem, Tam multæ ſce-lerum facies.

Quippini, Pourquoy nõ? Plaut. in Menæh. 20. 45, Ad me face vt efferatur. s. itán' cẽſes? MED. quippini? Ibidem, 24. 52, Éſne tu Syracuſanus? MEN. certò. MES. quid tu? MEN. quippini?

QVIRIS, quiritis, m.g. Quirites, Romani dicti ſunt à Quirino, id eſt à Romulo primo vr-bis Romæ cõditore, qui à quiri haſta, Quirinus appellatꝰ eſt, quòd haſta aſſiduè vteretur, quæ Sabinorũ lingua quiris dicitur. Vnde quidã ſecurim dictã putãt, quaſi ſemiquiriũ, quanquã à ſecãdo etiã dici poteſt. Siue quòd Cures vicerit. Siue quòd Græci regem κύριον dicũt. Conſtat autem Romanos eo tẽpore Græcos fuiſſe. Ouid. in Faſt. Siue quòd haſta quiris priſcis eſt dicta Latinis, Bellicꝰ à telo venit in aſtra deus: Siue ſuo regi nomen poſuere quirites: Seu quia Ro-manus vicerat ille Cures. Alij Quirinum dici exiſtimãt ob generis nobilitatem à patre ſuo Quirino, hoc eſt Marte. Romani enim Martem dum fæuiret, Gradiuũ: dum trãquillus eſſet, Quirinum nominabant.

Et quanquã hoc nomen quirites, quidã tantũ pluraliter declinari velint, apud poetas tamen reperimus quiritem, à quiris quiritis, vel quirites quiritis, vel hic & hæc quiritis. In geniti-uo plurali quiritium, & quiritum per ſyncopam. Perſius, Heu ſteriles veri quibus vna quiri-tem Vertigo facit. Ouid. An ſi pulſaſſem minimum de plebe quiritem.

Quirinus, vide QVIRIS.

Quirinalis & hoc quirinale, Quirinalis collis dictus eſt, quòd in eo Quirini templum erat, ſiue quòd in eum cõmigrauere Sabini à Curibus venientes. Quirinalis porta Romæ dicta, quòd ea in collem quirinalem iretur. vel quòd proxime eam eſſet Quirini ſacellum.

Quirinalia quirinaliorum, Dies quo ſacra Quirino fiebant.

Quirito quiritas quiritare, & quiritor quiritaris, quiritari, Clamare, Romanos cõmouere, & Qui ritũ auxiliũ inuocare. Var. Quiritare, Quirites ciere. Noniꝰ, Quiritare, eſt clamare. Lucil. lib. 12. ſatyr. Cõcurſus veluti aurariꝰ, clareq; quiritãs. Ab Apuleo ponitur pro ſuppetias petere.

Quiritatus, quiritatus, quiritatui, m.g. Clamor. Quiritatus infantiũ. Plin. epiſt. 106. d, lib. VI,

Audires vlulatus fœminarum, infantium quiritatus, clamores virorum.

QVIS, cuius, Interrogatiuè aut infinitè ponitur, nunquã relatiuè. Terẽt. in And. 5.3.1, Quis me vult? perij, pater eſt.

Infinitè, apud Plinium, Tum mihi neſcio quis in aurem inſuſurrauit.

Quis fœminiuè legitur. Plaut. in Epid. 12.4, Quis iſtæc, quã tu oſculũ mihi ferre iubes? P. tua filia. Idem in Aulul. Dic mihi, ſi audes, quis ea eſt quam vis ducere vxorem?

Quis ego ſum, aut quæ in me eſt facultas? Qui ſuis ie? qui puiſſe ce faire? Cic. de Amicitia, 16.

Quis, pro qualis. Plaut. in Amphit. 14.30, Ehò dic mihi, quis videor? Terent. in And. 4.2.19, Quis videor? c. miſer æquè atque ego.

Quas, pro quibus, in datiuo vel ablatiuo. Plaut. in Amphit. 3.44, Nam quid ego memorem &c. quas benefactis meus pater deûm, regnator, architect⁹ omnib⁹. Horat. in Serm. Quas humana ſibi doluit natura negatis.

Quaſcũ, pro cũ quib⁹. Plaut. in Capt. 19.6, Aut anates, aut coturnices dãtur, quaſcũ luſitẽt.

Quis quiſquam. Plaut. in Aulul. 27.3, Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo, cui dij ſint propitij?

QVISNAM, interrogatiuum eſt. Terent. in And. 5.6.1, Quiſnam homo eſt? P. ego ſum. D. ô Pamphile. Quel hõme eſt ce?

QVISPIAM, cuiuſpiam, Id eſt aliquis.

QVISPVTAS, Idem ſignificat quod Quiſnam.

QVISQVAM, cuiuſquã. Id eſt aliquis. In negatiõe, & interrogatiõe, & ſubiũctiõe ponitur

In negatione. Virg. Non illa quiſquam me nocte per altum Ire, neque à terra moneat cõuellere funem.

Interrogat ferè ſemper, & cum indignatione requirit. Cic. pro Cluentio, Eſt quiſquã qui cum hoc cognouerit, ſuſpicari poſſit Oppianicum iudicio oppreſſum, & circũuentum eſſe innocentem? I a il aucun? Idem in Verrem, In eiuſmodi re quiſquam tam impudẽs reperietur, qui ad alienam cauſſam inuitis ijs, quorũ negotiũ, eſt accedere aut aſpirare audeat? Ibidẽ, Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me inuito aſpiret? Idem pro lege Manilia, Et quiſquam dubitabit quid virtute profecturus ſit, qui tãtum authoritate profecerit? Idem pro domo ſua, Hanc deam quiſquam violare audeat? Idem in Philipp. Ab hoc igitur quiſquam bellum timet? Virg. Et quiſquam numen Iunonis adoret?

In ſubiunctione. Terent. Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis quàm plurimis. Cic. Attico, Quòd ſi non modo tu, ſed quiſquam alius fuiſſet. Idem, Socijs multò fidelioribus vtimur, quàm quiſquam vſus eſſet.

Quiſquam pro quiuis. Cic. Terentiæ, Niſi vos fortiores cognoſcerem, quàm quenquam virum. Pro quenuis virum. Quelque homme que ce ſoit.

Quiſquã, pro collectiuo poſitũ. Plaut. Neque noſtrum quiſquam ſenſimus cum peperit. Terent. in Eunucho, 4.4.11.

Quiſquã, fœminiuè. Terẽt. in Eunuch. 2.3.82, Quãdoquidem illarũ neque quiſquã te nouit, neque ſit qui ſies. Ibidem, 4.4.11, Hunc oculis ſuis noſtrarũ nunquam quiſquam vidit.

Quiſquã gentium. Terentius in Hecyra, An quiſquam gentium eſt æquè miſer?

Quiſquam vnus. Liuius ab vrb. cond. Ne quiſquam vnus malis artibus poſtea tam popularis eſſet. Ibidem, Quia nondum in quenquam vnum ſæuiebatur. Ibidem, Cum multi magis fremerent, quàm quiſquã vnus recuſare auderet. Idem de bello Macedonico, Nõ modo quenquam vnum elicuit ad ſuadendum, ſed ne fremitum quidem mouit.

QVISQVE, cuiuſque, Vniuerſale pronomen, Chaſcun. Vnico verbo contentum eſt. Virg. Quiſque ſuos patimur manes. Plaut. in Pſeud. 13.93, Atque ita ſuauiter conditã, vt quiſque quicquid conditũ guſtauerit, ipſos ſibi faciam vt digitos prærodat ſuos.

Quiſque homo. Plaut. in Merc. 24.51, Suam quiſque homo rem meminit.

Quiſque ſuperlatiuis, vel his quæ horũ ſimilem habẽt naturã iungitur, qualia ſunt ex numeralibus nomina ordinalia, cum ſuo interrogatiuo vel infinito Quotus: vel poſitiuis his quæ ſuperlatiua publico vſu nõ recipiũt: vel duobus pronominibus ſui & ſuus. Vel obliquis relatiui ſubſtantiæ ferè iunctum inuenias.

Superlatiuis, vt doctiſſimus quiſque. Aliquando in diuerſo caſu à ſuperlatiuo, vt maximo quiſque animo.

Ordinalib⁹. Plaut. in Pſeud. 13.17, Nã in foro vix decimus quiſq; eſt qui ipſus ſeſe nouerit. Idem in Merc. 3.66, Neque niſi quinto quoque anno poſſe tum viſere vrbem. De cinq an cinq ans.

Cum QVOTVS. Quotus quiſque, id eſt nullus vel rarus. Cic. in Tuſcul. Quotus enim quiſq; philoſophorum inuenitur qui ita ſit moratus. Idem de diuinatione, Quota enim quæque res euenit prædicta ab iſtis.

Superlatiuis carentibus, Strenuus quiſque, ſingularis quiſque, principalis quiſque.

Cum SVI & SVVS. Terẽt. in prolog. Adel. 21, Quorum opera in bello, in otio, in negotio, ſuo quiſque tempore vſus eſt, ſine ſuperbia.

Obliquis relatiui ſubſtantiæ. Quintil. Cui quòdque loco ſit aptiſſimum.

Raro abſolutis alijs, vel comparatiuis. Suet. Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, atque inualidum quenque obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus, Trepidatione vulgi inualidus quiſque obtritus. Quintil. Erit etiam eo obſcurior, quo quiſque deterior.

QVISQVILIAE, quiſquiliarum, pluraliter tantum. Purgamenta terrarũ, & quidquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorumque & florum cadit, velut quicquid cadit, inquit Feſtus. Ob id Cecilius, quiſquilias volantes dicit.

Quiſquilias homines nihili vocat Cicero lib. 1. ad Atticum, Si iudicium eſt, triginta homines populi Ro. leuiſſimos ac nequiſſimos nũmulis acceptis, ius & fas omne delere, & quod omnes non modo homines, verũetiam pecudes factum eſſe ſciebant, id Caluum, & Plancũ, & Spongiam, & cæteras huiuſmodi quiſquilias ſtatuere nunquam eſſe factum.

QVISQVILIVM, quiſquilij, vocant exiguum fruticem ilicis producentem coccum: quod granum eſt ad tingendas veſtes gratiſſimum. Plin. lib. 16. cap. 8, Omnes tamen has eius dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granũ hoc, primóq; ceu ſpectes frutices paruos aquifoliæ ilicis: quiſquilium vocant, penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donati.

Hinc natum eſſe putatur, vt veſtis coccina, literis per imperitiam interceptis, ſquallata vulgo hodie dicatur, pro quiſquiliata. Eſquarlate.

QVISQVIS, cuius cuius, Significat Quicunque, Quiconque. Duo verba petit, quia per relatiuum declaratur. Plaut. in Pſeud. 20. 34, Quiſquis es adoleſcens, operã fac cõpendi quærere. Idem in Ciſtell. 10. 23, Ille nunc lætus eſt quiſquis eſt qui illam habet. Idem in Sticho, 14. 4, Quiſquis prætereat, comeſſatum volo vocari.

QVIVIS, cuiuſvis, Vnus è multis, ſed indifferenter hic vel ille. Qui que tu vouldras. Terent. in Adel. 2. 3. 1, Abs quiuis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas.

QVO

QVO, aduerbium interrogãdi ad locum. Plaut. in Amphit. 4. 187, Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu concluſum geris? Virg. Quóve tenetis iter? Ou allez vous?

Quò abis? Donatus, Quò abis? ſic Virg. Quò fugis AEnea? Et, Quò fugitis ſocii? Sic enim loquitur, qui vult oſtendere conditionem locorum, in qua peruerſo modo alius petatur, alius linquatur. Terẽt. in Phor. Sed quis hic eſt ſenex, quẽ video in vltima platea? A. ipſus eſt, nõ poſſum adeſſe. G. ah, quid agis, quò abis Antipho? mane mane. A. egomet me noui, & peccatum meum. vobis commẽdo Phanium, & vitam meam. Idem in Hecyra, Quò abis? mane mane inquam: quò abis?

Quò te agis? Donatus, Admonitio diſcedentis. nã à quo diſcedere deſyderamus, admonemus eum quà vadat, aut quò eat. Terent. in And. Próinde hinc vos amolimini: nam mihi impedimento eſtis. P. ego hanc viſam. D. quid tu? quò hinc te agis?

Quò non? Terent. in Adel. Perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum. quò non? Il ny a lieu ou ie naye eſte.

Quò, pro vnde. Terent. in Adel. Illuc quæſo redi quo cœpiſti, AEſchine. Donatus, Figurate. rectũ enim erat, vnde cœpiſti. Niſi forte, QVO pronomẽ eſt modò excipiẽdũ, vt ſit à quo.

Quò gentium. Plaut. in Rud. 19. 43, Non hercle, quò hinc nunc gentium aufugiam, ſcio.

QVO, coniunctio, varia ſignificat.

Quo, Quare, inquit Donatus. Terent. in And. Forma bona memini videre. quo æquior ſum Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit.

Quo, Quòd, quoniã, ex quo, aut qua re. Terẽt. in And. Nec te quiuit hodie cogere, illã vt duceres. P. imò etiã, quo tu min⁹ ſcis ærumnas meas, hæ nuptiæ nõ apparabãtur mihi. Idem in Eun. 1. 2. 16, Nõ pol quo quenquam plus amem aut plus diligã eo feci. Idem in Adel. 4. 5. 46, Audiui omnia, & ſcio: nã te amo: quo magis quæ agis, curę ſunt mihi. Pour laquelle choſe, de quoy.

Quo, Pro vt. Plin. Neque enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Terent. in Heaut. 3. 2. 31,

Iocóne an ſeriò illæc dicat, neſcio: niſi mihi quidem addit animum quò libeat magis.

Quò, Ad quid, in quem vſum. Horatius, Quò mihi fortunam, ſi non conceditur vti?

QVOAD, Id eſt quandiu. Terent. in Phor. Senem quoad expectatis veſtrum? Iuſques a quãt attenderes vous icy. Cic. de Amicitia, 1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Sceuolam, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem, & liceret, à ſenis latere nunquã diſcederẽ. Tant de temps que ie pourroye. Idem de off. lib. 1, Tandiu autem velle debebis, quoad te quantum profi-cias, non pœnitebit. Idem Trebatio, Itaque ego quoad opinatus ſum me in prouinciã exiturũ, quæ tibi vltrò obtulerim, meminiſſe credo. Iuſques a tant que ie me ſuis pẽſe que ie &c.

Quoad potuit, reſtitit. Tant quil a peu. Cic. de Senect. 10.

Quoad munus officij exequi & tueri poſſis. Idem de Senect. 65.

Quoad, Quouſque. Salluſt. Dummodo putetis vos tutos eſſe, quoad reliqua multitudo adue-nerit. Iuſques a ce que.

Quoad vixit, Tant quil veſcut. Suetonius de claris grammat. 20, Qui eum admodum paupe-rem deceſſiſſe tradit, & liberalitate ſua, quoad vixit, ſuſtentatum.

Nihil differt ita loqui, Quoad viuam, & quoad moriar. hæc enim quamuis contraria eſſe vi-deantur, idem tamen ſignificant: quoniam duo tempora, cum inter ſe oppoſita ſunt, atque ita cohærentia vt alterius finis cum alterius initio miſceatur, non refert per extremitatem prioris, an per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur.

Quoad, Quantitatem rerum aliquando denotat. Cic. pro lege Agraria. Audite vos, qui am-pliſſimi populi, ſenatúſque iudicio exercitus habuiſtis, & bella geſſiſtis, quoad quenque per-uenit, aut peruenerit ex præda, ex manubijs, ex auro coronario. Id eſt quantum.

Quoadeius, vna dictio, ſignificat vſque ad, vel inquantum. Cic. lib. 1. de Orat. Officium eſt de ijs rebus poſſe dicere quæ ad vſum ciuilem moribus & legibus conſtitutæ ſunt, cum aſſenſione auditorũ, quoad eius fieri poterit. Tãt quil ſe pourra. Idem, Elaboro, quoadeius facere poſ-ſum, vt conſilia hoſtium intelligam. Tant que ie puis.

Quoaduſque, Iuſques a ce. Accius, Nihil te impedio, quoaduſque rem peragas.

QVOCIRCA, Coniunctio rationalis, Id eſt quamobrem. Cic. de Senect. 5, Quocirca ſi ſa-pientiam meam admirari ſoletis, quæ vtinã digna eſſet opinione veſtra, noſtróque cognomi-ne, in hoc ſumus ſapientes, &c. Parquoy. Ibidẽ, 37, Quod quo magis intelligi poſſet, fingere aliquem animo iubebat tanta incitatũ voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima, ne-mini cenſebat fore dubium quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione conſequi poſſet. quocirca nihil eſſe tam deteſtabile, támque peſtiferũ, quàm voluptatem.

QVOD, cuius, Adiectiuum, vt quod pomum. Interrogatiuũ, & relatiuũ eſt. Plaut. Quod faci-nus auſi tantum? Idem, Nec mihi quod facinus conſcirem, inueni.

Quod aliquando appellatiui vicem obtinet, id eſt rem multis cõmunem ſignificat. Plautus in Amphit. 3.47, Sed mos nunquam illi fuit patri meo, vt exprobraret quod bonus faceret boni. Quelque bien quil fiſt. Idem in Epid. 13.44, Quod boni eſt, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas. Cic. Attico, Ego ad P. Lupum & C. Coponium prætores miſi, vt ſe vo-bis coniungerent, & militum quod haberent, ad vos deducerent.

Quod relatiuum, aliquando diſſentit à ſuo antecedente. Cic. Omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo eſt, ſibi præſidiũ paratum putant. Salluſt. Eſt locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

Quod, Abſolutum, pro quæ res. Terent in Eunucho, Par pari referto, quod eam mordeat.

Quod, Pro propter quod, aliquãdo ponitur. Terent. in Hecyra, Nam (ita me ament di) quod me accuſat nunc vir, ſum extra noxiam. Idem in And. Quod ego per hanc te dexteram oro, & genium tuum.

Quod, pro quæ plurali, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Et quod tute tecum iratus co-gitas, Egóne illam, quæ illum, quæ me.

Quod ad ventrem attinet. Plaut. in Trin. 8.63, Verùm quod ad ventrem attinet, non hercle hoc longe. Terentius in Adelphis, Quando vitium oblatum eſt virgini, quod ad illũ atti-net potiſſimum.

Quod, Aliquãdo tantũ accipitur pro quadã cõtinuatione, ſiue cõnexione, quoties VTINAM adiunctũ habet. Cic. Terẽtiæ, Cum ad vos ſcribo, aut veſtra lego, conficior lachrymis, ſic vt ferre nõ poſſim: quod vtinã minus vitæ cupidus fuiſſem: certè nihil, aut nõ multum in vita

mali vidiſſemus. Terẽtius, Rogitas, qui mihi tam audacis facinoris conſcius ſis? quod vtinam ne Phormioni id ſuadere in mẽtem incidiſſet. Quaſi atque vtinam. vel, vtinam autem fuiſſem. &, atque vtinam, vel vtinam autem ne incidiſſet.

Quod, In quo. Terent. Sed ſi quid ſit quod mea opera opus ſit, aut tu plus vides, quàm ego, manebo.

Quod, pro qui, authore Donato. Terent. in And. Ego quoque vnà pereo, quod mihi charius eſt. Id eſt, qui mihi charior ſum. Et apud Plautum in Aſin. 13. 12, Alienum hominem intromittat neminem, quod illa aut amicũ aut patronũ nominet. Plin. de tempeſtatũ præſagijs, Nube grauida candicante, quod vocant tempeſtatem albam, grando imminebit.

Quod abſque moleſtia fiat, Pace quod fiat tua, &c. Modi ſunt loquendi, à veteribus vſitati. Cic. Sulpitio, Quare pergratũ mihi feceris, ſi eum in amicitiam receperis, atque eum (quod abſque moleſtia fiat) ſi qua in re opus ei fuerit, iuueris. Pourueu que ce &c. Idem Terẽtiæ, Tu velim (quod cum commodo valetudinis tuæ fiat) quàm longiſſimè poteris, obuiam nobis properes. Idem Attico, Et velim cures epiſtolam, quam ad eum miſi, reddendã, & ipſe (quod cõmodo tuo fiat) colloquere. Eidem, Serapionis librũ ad me miſiſti, ex quo quidem ego (quod inter nos liceat dicere) milleſimam partem vix intelligo. Idem Lentulo, Decernit vt regem deducas, quod commodè rem facere poſſis.

Quod eſt tibi nomen? Plaut. in Trin. 13. 57.

QVOD, Cõiũctio, quia ſignificat, & indicatiuo aliquãdo, frequẽtius tamẽ ſubiũctiuo iũgitur.

Indicatiuo. Cic. Attico, Quod ſcribis de Hermatena, per mihi gratũ eſt ornamẽtũ Academiæ propriũ meæ: quòd & Hermes cõmune omniũ & Minerua ſingulare eſt inſigne huius gymnaſij. Idem, Vtinam illũ diem videam, cum tibi agam gratias, quòd me viuere coegiſti. Idem, Quod nõ tam interfuit mea (neq; enim illæ res, &c.) quàm reip. quòd erãt quidã improbi qui cõtẽtionẽ fore aliquã mihi cũ Põpeio ex illarũ rerũ diſſenſione arbitrarẽtur. Idem, Senatuſcõſulta duo facta ſunt odioſa, quòd in cõſulem facta putãtur Catone & Domitio poſtulãte.

Subiunctiuo. Cic. Attico, Et accerſam, ſed prohibebo, quòd intelligam multo magis intereſſe tua, te agere quod agendum eſſet hoc tempore, quàm mea, te adeſſe comitijs. Idem, Mihi quòd defendiſſem, leuiter ſuccenſuit.

Quòd, Sed, verùm, at: quo modo ferè cum ſi vel niſi iũgitur. Terẽt. in Phor. Quòd ſi tibi res ſit cum lenone quicum mihi. Idem, Quòd ni fuiſſem incogitans. Virg. Quòd niſi & aſſiduis terram inſectabere raſtris. Terent. in And. 3. 4. 25, Quòd ſi quieſſem, nihil euenifſet mali.

Quòd, pro ὅτι. vt, Scio quòd ſcribis vel ſcribas.

Quòd pro καθότι vel καθόσον, ſiue quatenus, aliquando quantum. Terentius, Hæc omnia cõfingam, quòd erit mihi bonũ atque cõmodum. Selon. Cic. Attico, Nunc verò cẽſeo, quòd cõmodo tuo facere poteris, venias ad id tempus quod ſcribis. Plaut. in Menæh. Nõ ædepol ego te, quòd ſciam, vnquam ante hunc diem vidi. Id eſt, quantum. Terent. Tũne has pepuliſti fores? P. nõ equidem iſtas, quòd ſciam. Idem, Prodidiſti te atque illam miſeram, & gnatum, quòd quidem in te fuit. Pro, Quantũ quidem in te fuit. Autant que. Cic. Terentiæ, Tu velim quòd cum cõmodo valetudinis tuæ fiat, quàm longiſſimè poteris, obuiam nobis properes. Id eſt, quãtum. Quintil. Ego, quòd cõſuetudo obtinuerit, ſcribendũ quicquid iudico, quo modo ſonat. Pro, quoad, vel quatenus. Plaut. in Bacch. 11. 21, Ipſe quòd in ſe fuit, accuratum habuit quod poſſet mali facere in me.

Quòd, Cur, quãobrem. Virg. in Buc. Si ad vitulã ſpectes, nihil eſt quòd pocula laudes. Cic. Terentiæ, In viam quòd te des hoc tempore, nihil eſt. Idem, Credo ego vos mirari, &c. quid ſit, quòd ego potiſſimũ ſurrexerim. Plaut. in Aulul. Iam ad te reuertor, nam eſt quòd te viſam.

Quòd, Aliquando præcedentis verbi ſignificationem determinat. Plinius ad Seruianũ, Gaudeo & gratulor quòd Fuſco Salmatori filiam tuã deſtinaſti. Cic. in Salluſt. Credo quòd nõ omnes tui ſimiles incolumes in vrbem veniſſent. Plin. epiſt. 92, Tertius hic dies eſt quòd audiui.

Quòd pro vt. inquit Donatus. Terent. in Phor. Vin' primùm hodie facere quòd ego gaudeã Nauſiſtrata, & quòd tuo viro oculi doleãt? Cic. Philipp. x, Cur nunquã tam frequẽs ſenatus fuit, quòd vnus aliquis tuam ſententiam ſequutus ſit?

Quòd, pro quare. vt, quòd te oro. Qui modus eſt Latini ſermonis quo vtebãtur cum aliquid

timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obſignabant. & perinde eſt quaſi, Quare te oro. Terent. in Hecyra, Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat: quod te AEſculapi, & te Salus, ne quid huius ſit, oro. Horatius in epiſt. Pol me miſerum patrone vocares. Si vellem verum inquit dicere nomen, Quod te per genium, dextrámque, deóſq; penates Obſecro, & obteſtor, vitæ me redde priori.

Quod, pro quantũ ad illud. Terent. in Heaut. 4. 2. 4, Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere: nihil eſt. Idem in Eunucho, 4. 7. 15, Sanè quod tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt. Idem in Hecyra, 2. 3. 3, Nam ita me ament di, quod me accuſãt nunc vir, ſum extra noxiam. Idem in prologo Adelph. 15, Nam quod iſti dicunt maleuoli, homines nobiles eum adiutare, aſſiduéque vnà ſcribere, quod illi &c. Idem in Adelphis, 5. 9. 29, Vt id oſtenderem, quòd te iſti facilem & feſtiuum putant, id non fieri ex vera vita. Plaut. in Epid. 11. 56, Filium tuum quod redimere ſe ait, id neutiquam placet. Non nouiſti me? P. quod quidem veniat in mentem. Non point qui me ſouuienne. Plaut. in Epid. 13. 32.

QVODAMMODO, Aucunement. Cic. de Amicitia, 27, Quippe cum propter virtutem & probitatem eos etiam quos nunquam vidimus, quodãmodo diligamus. Ibidem, 63, Quãobrem vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodammodo inferiores extollere.

QVODCVNQVE, cuiuſcunque, Tout. Virg. lib. 2. AEneid. Cuncta equidẽ tibi rex, fuerit quodcunque, fatebor. Quoy que ce ſoit.

Quodcunque, aliquando nomen appellatiuũ eſt. vt quodcunque militũ. Cic. Attico, Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Idem Rufo, lib. v. epiſtol. Officij, quòd te mecum, quodcunque cepiſſem auxilij, polliceris fore.

QVOMINVS, Id eſt, vt non. Terent. in And. 4. 2. 17, Si poterit fieri vt ne pater per me ſteriſſe credat, quominus hæ fierent nuptiæ, volo.

Quominus, ſtatim. Virg Et quominus arua Inſequitur.

QVOMODO, id eſt qua ratione, En quelle maniere. ou, par quel moyen.

Interrogatiué. Plaut. in Aulul. 4. 8, Quomodo tibi res ſe habet? Idem in Amphit. 4. 104, Primulo diluculo abijſti ad legiones. AM. quomodo? Idem in Milite, 8. 50, Sed quomodo diſſimulabat?

Quomodo? Pourquoy? Plautus in Sticho, 4. 97, Illa quidem nullum ſacrificabit. G. quomodo? Quid igitur me volt?

Admiratiué. Cic. de Amicitia, 8, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut ſi quiſquam eſt, ille ſapiens fuit. Quomodo enim (vt alia omittam) mortem filii tulit!

Infinité. Terent. in Heaut. 5. 3. 2, Idque adeò miror, quomodo tam ineptum quicquam potuerit venire in mentem, mi vir.

Quomodocunque, En quelque maniere que ce ſoit. Plautus in Pœnulo, 7. 33, Sed tamen quomodocunque, quanquam ſumus pauperculi, eſt domi quod edimus. Quoy quil an ſoit.

QVONDAM, aduerbium temporis, Præteritum tempus aliquãdo notat, pro olim vel aliquando. Le temps paſſe, autrefois. Plaut. in Trucul. 8. 22, Num tibi ſordere videor? D. nõ mihi quidem: verùm tempeſtas, memini, quondã fuit, quum inter nos ſorderemus alteri. Cic. Fuit iſta quondam in hac rep. virtus.

Futurum. vt, Quondam tua dicere facta Tempus erit. Virg.

Præſens. Virg. Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

Quondam, Semper. Virg. Vt quondam in ſtipulis magnus ſine viribus ignis.

QVONIAM, Coniunctio cauſſalis. Terent. in And. 1. 5. 16, Ea quoniam nemini obtrudi poteſt, itur ad me. Pour tant que. Ibidem, 2. 1. 6, Quæſo ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non poteſt, velis id quod poſſis. Puiſque. Idem in Eunucho, 2. 2. 6, Quid iſtuc ornati eſt inquam? quoniam miſer quod habui perdidi. Ceſt pour tant que.

Quoniam, aliquãdo poſtquã ſignificat, authore Feſto & Donato. Plaut. in Aſin. 12. 21, Quid nunc, quoniã ambo, vt eſt lubitum, nos deluſiſtis, datíſne argẽtum? Idem in Aulul. Quoniam is moritur, ita auido ingenio fuit. Apreſque.

QVONAM, aduerbium ad locum. Plaut. in Trin. 14. 68, Eamus intrò, ſequere. S. quò tu te agis? C. quonam, niſi domum? Ou iroyeie, ſinon a la maiſon?

QVOPIAM, aduerbium ad locum. Terent. in Eunucho, 3. 2. 9, Iturán̈e Thais quopiam es? THA. hem Parmeno bene feciſti, hodie itura.

QVOQVE, Cõiunctio, pro etiam, ſimiliter, ponitur. Terent. in Eunucho, 2.2.20, Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negãt, laudo id quoque. Auſſi, ſemblablement. Idem in And. 4.4.13, Ego quoque hinc ab dextera me venire aſſimulabor. Idem in Hecy. Ecce autẽ tu quoque proterue iracundus es. Idem in And. 2.6.24, Et quod dicẽdum hic ſiet, tu quoque perparcè nimium: non laudo.

Quoque etiam, pro quoque. Plau. in Amphit. 8.83, Túne heri hũc ſalutauiſti? AL. & te quoquo etiam Soſia. Terẽt. in Hecyra, Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiã credidi. Ibidem, Ego pol quoque etiam timida ſum, cum venit mihi in mentem quæ ſim.

QVOQVO, En quelque part que ce ſoit.

Quoquò gentium. Plaut. in Merc. 22.17, Ménſque mihi illam quærere, quoquò hinc abducta eſt gentium.

Quoquopacto. Terẽt. in Adel. 3.2.34, Tum ſi maximè fateatur, cum amet aliam, non eſt vtile hãc illi dari: quapropter quoquopacto cælato eſt opus. En quelque ſorte que ce ſoit. Idem in Eunucho, 5.9.53, Mirùm, ni illoc homine quoquopacto opus eſt.

Quoquomodo. Plautus in Menæh. 17.67, Quid nocui tibi, aut adeò iſti, quæ mihi moleſta eſt quoquomodo? En toute maniere, a tout propos, du tout. Plin. epiſt. 94, Eia tu, quum proximè res agentur, quoquomodo ad iudicandum veni. Id eſt, omnino. Ne fauls nullement que tu ne viennes.

Quoquouerſum, aduerbium ad locum, Id eſt, verſus quemcunque locum. Cæſar in comment. Eius imperio claſſem quoquouerſum dimittunt. Ibidem, Quoquouerſum, quò pabulandi mihi adire poſſe videantur. Ibidem, Rates duplices quoquouerſum pedibus triginta è regione ſolis collocabat. Cato de re ruſt. Pedes denos quoquouerſum habeat. De toutes pars.

QVORSVM, Verſus quem locum. cum interrogatione & ſine interrogatione aliquãdo ponitur. Terent. in Eunucho, 2.3.13, Ego neſcio hercle neque vnde eam, neque quorſum eam.

Quorſum, ad quam rem. Terent. in Eunucho, 1.2.75, Aut ego neſciebam quorſum tu ires? Penſes tu que ie ne ſceuſſe pas bien ou tu voulois paruenir par tes parolles? Terẽt. in Andria, 1.1.100. Quàm timeo quorſum euadas! Ibidem, 1.5.29, Miſera timeo, hoc incertũ quorſum accidat. Idem in Hecyra, 1.2.118, Niſi ſanè curæ eſt, quorſum euenturum hoc ſiet. Plautus in Pſeud. 4.81, Tenes quorſum hæc tendãt, quæ loquor? Ne ſces tu pas bien que ie veulx dire?

Quorſum iſtuc? A quel propos. Terent. in Adelphis, 1.2.20, Quorſum iſtuc? M. quia tu De mea hæc malè iudicas. Idem in And. 2.2.24, Quorſum nam iſtuc? D. ego me continuò ad Chremem. Cicero de Amicitia, 39, Quorſum hæc? quia ſine ſocijs nemo quicquam tale conatur.

Quorſus, apud Plinium Iuniorem legitur epiſt. 94.a, Iterum dices, Quorſus hæc? Debuit ei pecuniam Valerius Varrus.

QVOT, nomen numerale. Plaut. in Stich. 4.59, Quot adeò cœnæ, quas defleui, mortuæ! quot potiones mulſi! quot autem prandia! Admiratiuè dictũ. Et apud Terentiũ in Hecyra, Quot commodas res attuli! quot autem ademi curas!

Tot, quot. Terent. in Phor. 2.4.14, Verùm ita eſt, quot homines, tot ſententiæ.

Quot ſunt? s. totidem quot ego & tu ſumus. Combien ſont ils? Plaut in Rud. 14.6.

Quot modis. Terent. in And. 1.5.13, Prò deûm atque hominum fidem, nullóne ego Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis contemptus, ſpretus! facta, tranſacta omnia.

Quot annos nata? Quel aage ha elle? Plaut. in Ciſtell. 10.99, Quot annos nata dicitur? H. ſeptemdecim. Idem in Menæh. 24.58, Quot eras annos gnatus quũ te pater à patria auehit? MEN. ſeptuennis.

QVOTANNIS, Singulis annis. Plautus in Epid. 5.46, Quid iſtæ quæ quotannis nomina inueniunt nouæ?

Quotennis, Id eſt quot annorum. Habet enim antecedentia nomina numeralia vel compoſita ex numeralibus & anno: vt anniculus, biennis, triennis. vt, tu es biennis, quotennis ille.

QVOTENVS, relatiuum diuiſiuum, ſignificat vſque ad quem numerũ. Ad bini, terni, quaterni refertur. Cic. Attico, lib. 12, Ita opinor, ita partes fecit in ripa neſcio quotenorum iugerum, vt certa pretia conſtitueret, quæ mihi nota non ſunt.

QVOTIDIANVS, quotidiana, quotidianũ. Iournel, pour tous les iours. Plaut. in Merc. 7.58, Quæque habeat quotidianum familiæ coctũ cibum. Idem in Trin. 13.92, Pax idem

nomen mihi hoc quotidianũ eſt. Ceſt mon nom a tous les iours. Terent. in Phor. 1.3.8, At non quotidiana cura hæc angeret animũ. Quotidiani ſumptus, Qui ſe font de iour en iour. Terent. in Heaut. 4.5.7. Febris quotidiana apud Terentium in Hecyra, 3.2.22.

Quotidianæ formæ, id eſt leues & vſitatæ. Terent. in Eunucho, 2.3.6, O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres: tædet harum quotidianarum formarum.

Quotidie, aduerbium, Tous les iours, de iour en iour. Plaut. in Aulul. 3.23, Ea mihi quotidie aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat. Terent. in Heaut. 3.1.14, Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis de filio ægritudo. Idem in Heaut. 1.1.50, Quotidie accuſabã, Hem tibíne hæc diutius licere ſperas facere me viuo patre?

QVOTIES, Combien de fois. Plaut. in Curcul. 14.11, Dixi equidem tibi vnde ad me hic peruenerit: quoties dicendum eſt? Tant de fois dire? Idem in Amphit. 7.61, Quis iſtic Soſia eſt? s. ego inquam, quoties dicendum eſt? Ibidem, 14.36, Quis homo? M. quoties vis dictum? Amphitruo herus meus, moleſtus ne ſies. Terent. in Hecyra, 1.1.3, Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quàm ſanctè, vt facilè poſſet credere, nunquam illa viua ducturũ vxorem domum.

Quotieſcunque, Toutes & quantes fois. Plaut. in Capt. 3.29, Quæ ædes lamentariæ mihi ſunt: quas quotieſcunque conſpicio, fleo. Idem in Trucul. 6.27, Quid tu hoc occurras in vrbem, quotieſcunque aduenimus.

QVOTVPLVS, ad mẽſuram vel ad pondus refertur. vt, Meus ager reddit decuplum quotuplum non reddit tuus.

QVOTVPLEX, Quot iugerum.

QVOTVS, quota, quotum, Relatiuum ordinale, quo ſignificatur cuius numeri, ſiue in quo numero aut ordine. Vt, ſum primus in ciuitate, quotus es in tua.

Quotus, aliquãdo ſimpliciter interrogat, & numerũ petit. Cic. in Verrẽ, Quotus erit iſte denarius, qui non ſit deferendus? Horatius, Hora quota eſt?

Quotus aliquando ſine interrogatione. Horatius, Scire velim Cartis pretium quotus arroget annus. Idem, Dic quotus es, quãti cupias cœnare, nec vllum Addideris verbũ, cœna parata tibi eſt. Combien vous eſtes. Plaut. in Pſeud. 15.7, Quotas ædes dixerit, id ego admodum incertò ſcio.

Quotus, quota pars, id eſt minima pars. Ouid. de Ponto, Quis quota terroris pars ſolet eſſe mei. Idem ad Corinam, Ex tot in Atridis pars quota laudis erat.

Quotuſquiſque, nomen numerale, per interrogationem profertur. vt, Quotuſquiſq; eſt qui teneat artem nũmorum? Quaſi dicat, nullus, aut rarus. Combien en y a il qui ſachent bien cõter? comme ſon diſoit, bien peu, ou nuls. Cic. de finibus, Quis eſt enim, aut quotuſquiſque, cui mors cum appropinquet, non refugiat timido ſanguis, atque exalbeſcat metu? Idem in Tuſcul. Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur, qui ſit ita moratus? Idem de diuinatione, Quota enim quæque res euenit prædicta ab iſtis? Idem de Oratore, Quotus enim quiſque eſt qui teneat artem nummorum, atque modorum? Idem pro L. Flacco, Quotus enim quiſque eſt qui hanc in remp. ſectam ſequatur?

QVOVIS, Aduerbium ad locum, Ou tu vouldras.

Quouis gentium. Terent. in Heaut. 5.1.55, Imò abeat potius multo quouis gentium, quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

QVOVSQVE, id eſt quandiu, vel vſque ad quod tempus, & ponitur interrogatiuè. Plaut. in Aſin. 3.29, Nam quouſque? L. vſque ad mortem volo. Cic. pro Cn. Plancio, Atque etiam clamitas Laterenſis, Quouſque iſta dicis? Nihil in Ciprio profeciſti. Iuſques a quant.

Quouſque tandem. Cic. in Catilinam, Quouſque tandem abutere patientia noſtra? Liuius ab vrb. cond. Quouſque tandem ignorabimus vires noſtras?

QVVM, vel QVM, Victorinus in Orthographiæ præceptis admonet eſſe ſcribendum cum eſt aduerbium temporis. Plaut. in Amphit. Grauidam ego illam reliqui quum abeo. Quant ie me partis. Terent. in prologo Andriæ, Poeta quum primùm animum ad ſcribendum appulit. Cic. de Amicitia, 1, Quum ſæpe multa narraret, tum memini &c.

Quum pro quo, authore Donato. Terent. in And. Propè adeſt, quum alieno more viuendum eſt mihi.

RABIES, rabiei, fœ gen. & Rabia rabiæ, apud antiquos, Morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atque illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt. Rage. Alij rabiem quasi rauiem dici putant, à raucitate vocis, quam rabiosi habẽt similẽ latratui canis. Plin. lib. 29. cap. v, Multò tamen vtilissimè iecur eius qui in rabie momorderit, datur.

Rabiosus rabiosa rabiosum, Qui rabiem habet, Enrage. Plaut. in Capt. 11. 16, Hic homo rabiosus habitus est in Aulide. Plin lib. 29. cap. v, Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis.

Rabiosulus rabiosula rabiosulum, diminutiuum. Cic. Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Rabidus rabida rabidum, Qui rabiem habet. Plin. lib. 29. cap. v, In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri.

Rabio rabis, rabiui, rabitum, rabire, Nimia ira & quasi rabie agi. Varro, Quid est quod latras? quid rabis? quid vis? Cecil. Rabia rabere se ait.

RABO, rabonis, f. g. Plaut. in Trucul. 14. 13, Sequere intrò me ámabo mea voluptas. s. tene hoc tibi, rabonẽ habeto, vt mecũ hac nocte sies. A. peri, rabonem quàm esse dicã hanc beluã? quin tu arrabonem dicis? s. ita facio lucri, vt Præneſtinis conia est ciconia.

RABVLA, rabulæ, m. g. à rabie, vt quidam volunt, & à raui, id est raucitate dicitur: vt is sit rabula qui in negotiis agendis acer est & rabiosus. Vnde & pro aduocato & caussarũ patrono accipi solet. Vel dicitur à radẽdis auribus. nã vt à fando fabula, à nando nabula, à stãdo stabula, à pascendo pabula, ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant, id est offendant aures: &, vt ait Quintilianus, nimia verbositate feriant. Quintil. Super omnia perit illa quæ plurimũ oratori & authoritatis & fidei affert modestia, si à viro bono in rabulam latratoremque conuertitur. Cic. de Oratore, Non enim declamatorem aliquẽ de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimũ & perfectissimũ quærimus. Idem, Quasi rabulæ qui sibi diserti nõ videntur, nisi omnia tumultu & vociferatione concusserint.

RACEMVS, racemi, m. g. Pars botryonis, siue poti⁹ ipse botryon, qui & botrys more græco, & botryus, hoc est integer vuæ racemus. est enim illa testa vuarum plurima grana cõtinẽs. Vne grappe de raisin.

Racemus non solum de vite, sed etiam de alijs plantis dicitur. Plin. de hedera, Alijs densus acinus, & grandior racemus in orbem circumactus.

Racemosus racemosa racemosum, Racemis plenum. Plin. Hederæ modo racemosa est.

Racematus racemata racematũ, Quod racemos habet. Plin. lib. 18, de panico, Paruis racemato paniculis.

Racemarius racemarij, Malleolus ex quo pãpini pullulãt vel steriles, vel certè minus feraces. Columella lib. 3. cap. 18, Nec dubiũ quin gemmæ cacumini proximæ quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulãt vel steriles, vel certè minus feraces, quos rustici vocant racemarios.

Racematio racemationis, f. g. Racemorũ vindemia, vt quãdo à vindemiatorib⁹ racemi rari prętereuntur. sicut in messibus paractis, quod supereſt, spicilegium dicitur. Grapage. Racemare, Grapper.

RACHA, interiectio & vox incondita, irati animi cõmotionem significans. quales sunt interiectiones apud grammaticos. sicut à dolente, heu: ab irascente, hem, & huiusmodi.

RADO, radis, rasi, rasum, radere, Complanare, incidere, extirpare, mũdare. Columella lib. 9, Sic tamen, ne quid radatur.

Radere caput, Raser & couper les cheueulx de la teste. Suet. in Calig. cap. v, Regulos quosdã barbam posuisse, & vxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus. Plin. lib. xi. cap. 37, Infra oculos malæ homini tantum, quas prisci genas vocabant, in xii tabularũ interdicto radi à fœminis eas vetantes.

Radere guttur, Racler, nettoyer. Iuuenalis, Nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat.

Radit coruus terram, Il gratte la terre. Plaut. in Aulul. 19, Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua. Subaudi, Coruus.

Rasus rasa rasum, Couppe, ray, nettoye. vt raso vẽtre. Plaut. in Pseud. 2. 13, Is risu & ventre raso vigilabit seduló.

Rasito rasitas rasitare, Sæpe radere. Gellius lib. 2, Cõperimus autẽ cæteros quoque in his temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.

Rasor rasoris, m. g. Qui radit. Et per translationem fidicines, qui videntur chordas ictu radere.

Rasura rasuræ, f. g. Ipse radẽdi actus. Rasure, coupure. Colu. lib. v, Eáque rasura ita deducitur.

Rasamentũ, Coupure. raclure. Columella, Terebra gallica non scobem, sed rasamenta facit.

Rasilis & hoc rasile, Quasi rasum nihil extantis ac redundantis plenitudinis.

Rasile, Quod facile raditur. Virg. Et torno rasile buxum.

RADIVS, radij, m.g. Splendor à sole micans. Varro, O summe sol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illustras. Rais, ou rayons.

Radius, Fulgor oculorũ. Plin. Cuius ex oculis radii nocte micãtes cernũtur. Gellius, Stoici causas esse videndi dicunt radiorum ex oculis in ea quæ videri queunt emissionem.

Radius, Virga qua Geometræ lineas iudicãt. Virg. Descripsit radio totum qui gentibus orbẽ. Inuenta autem est hæc ars tempore quo Nilus plus æquo crescens, confudit terminos possessionum. Ad quos innouandos adhibiti sunt philosophi, qui lineis diuiserunt agros.

Radius, Textoris instrumentũ, quod vulgo druellem nominãt, quo telæ annectuntur. Virg. Excussi manibus radii, reuolutáque pensa.

Radij quoque rotarum dicuntur, vt apud Virg. Hinc radios triuere rotis.

Radius, Instrumentum quo raduntur mensuræ, aliàs hostorium dicitur. Vne racloire. Plaut. Di deæque omnes tantam nobis lætitiam, tot gaudia sine radio cumulent.

Radii, Oliuæ oblongæ. Virg. Nec pingues vnam in faciem nascũtur oliuæ Orchades & radii, & amara pausia bacca.

Radio radias, radiare, Radios emittere, Rayer, reluyre. Ouid. lib. 2. Metamorph. Argenti biso-res radiabant limina valuæ.

Radiosus radiosa radiosum, Qui iette force rayons. Plaut. in Sticho, 6.41, Postquam me misisti ad portum, cum lucu simul commodum radiosus esse sol superabat ex mari.

RADIX radicis, f.g. Dicta est quòd sæpe effossa parũper terra raditur, vt arbor melius fruticescat. Plin. Cum palli defixi radices cepissent. Vne racine.

Radicula radiculæ, diminutiuũ. Columella lib. 4, Idem Pœnus author probat vinacea promista stercori depositis seminibus in scrobẽ mouere, quòd illa prouocẽt, & alliciãt nouas radiculas.

Radicula, Herba succum habẽs lauãdis lanis cõmodissimum. Plin. lib. 19. cap. 3, At quæ vocatur radicula, lauandis demum lanis succum habet: mirum quantũ conferens candore mollitiáque. Et paulò pòst, Struthion Græci vocãt, floret æstate, grata aspectu, verùm sine odore, spinosa, & caule lanuginoso, semen ei nullum, radix magna quæ conciditur ad quem dictum est vsum.

Radico radicas, radicare, Radicẽ facere, seu capere. Plin. li. 18, Frumẽta multa radicãtur fibris.

Radicitus æduerbium, à radice. Vnde pro omnino quãdoque ponitur. Du tout. Plaut. in Mostell. 15.61, Nã omnia malefacta vostra reperi radicitus: non radicitus quidem hercle, verùm etiam eradicitus.

RADVLA, radulæ, f.g. Instrumentum ferreum à radẽdo dictum. Vne ratissoire. Columella lib. 12. cap. 18, Nam ea quæ demersa sunt ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: & cum picem in fundum distillauit, sublata lampade tutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducitur quod distillauit, aut quod in lateribus hæsit.

Radulanus, radulana, radulanũ. Radulana pix, dicta quæ radula eraditur. Plin. lib. 14, Radulana pice ac resina condire musta.

RAGADES, & ragadia, Fissuræ sunt & rimæ inter sedis vitia annumeratæ, quorum crebra mentio est apud Plinium.

RAIA, raiæ, Genus piscis plani & Chartilaginei. Plin. lib. 9. cap. 42, Simili modo squatina & rhũbus abditi pinnas exertas mouẽt specie vermiculorũ: itémque quæ vocatur raia. Vne raye.

RALLA, rallæ, f.g. Genus vestis à raritate. Nã rarum, diminutiuũ facit rallũ, authore Nonio. Plaut. in Epid. 5.46, Quid istæ, quæ quotannis nomina inueniũt nouas? tunicam rallam, tunicam spissam &c.

RAMALE, vide RAMVS.

RAMENTVM, ramẽti, n.g. Tenuis cuiusque rei particula, à radẽdo, quasi rasura. Raclure, rongneures, copeaux. Vnde ramẽta auri, ramenta argẽti, lignorũ & cæterarũ rerũ dicimus, cum foratur aliquid, ex tritu, ex cursu, aut ex arena fluuiorum. Plin. lib. 33, Apud nos tribus modis fluminũ ramentis aurum inuenitur, nec vllum absolutius est cursu ipso, tritúque perpolitum. Plaut. in Bacchid. 15.31, Patri omne cum ramento reddidi. Subaudi aurũ. Ibidem, 9.15, Verùm quàm vlla vnquam de mea pecunia ramenta fiat plumea propensior.

RAMEX, ramicis, m.g, Genus herniæ. Ramices has species sub se cõtinent, Parocelam: quæ est cum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarocelam, cum in ipso scroto cõcreuit caro. Cirsocelam, cum venæ intumuerunt, tunicis testium integris, vel in ipso scroto,

vel cum bubonocela dicitur in inguine. Plin. lib. 20. cap. 13, Teſtium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeò peculiari in viſcerib⁹ his effectu, vt ſylueſtri ruta, cum axungia veteri illitos ramices ſanari prodāt. Plaut. in Merc. 4. 27, Tua cauſſa rupi ramices, iamdudū ſputo ſanguinem. Idem in Pœn. 7. 37, Tua cauſſa nemo noſtrum eſt ſuos rupturus ramices.

RAMVS, rami, m. g. Arboris pars eſt. Vng rameau.

Ramuſculus ramuſculi, diminutiuum.

Ramulus ramuli, aliud diminutiuum. Columella, Et cum primùm germina tumebūt, de ramulis anniculis eos ligato.

Ramale, ramalis, n. g. Idem quod ramus. Ouid. lib. 8. Metamorph. Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto. Perſius, Vt ramale vetus.

Rameus ramea rameum, Quod ex ramo eſt. Virg. lib. 4. georg. Et ramea coſtis Subijciunt fragmenta, thymum, caſáſque recentes.

RANA, ranæ, f. g. Genus animalis paluſtris. Raine, grenouille. Ranarū aliæ ſunt terreſtres, licet in aquis dulcibus degant: aliæ marinæ. Ex terreſtribus quædam in vepribus tantum viuunt, & Rubetæ appellantur, authore Plinio lib. 32. cap. 5. Aliæ inter arundines, fruticéſque verſantur. Eſt & rana arborem ſcandens, & ex ea vociferans, ob id à calamis calamita.

Rana etiam morbus eſt, qui bobus accidere ſolet. Columella lib. 7, Solet etiam faſtidioſa cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas vocant veterinarij.

Ranunculus ranunculi, diminutiuum à rana.

RANCEO, rāces, rācui, rācere, Rācorē habere, ſiue putere. Qui ſent le remugle, & le mouſi.

Rancor rancoris, m. g. Putor quidā, Nomen verbale à ranceo Remuglete. Palladius in reb⁹ ruſticis, Receptacula olei ſemper ſint mūda, ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrūpāt.

Rancidus rancida rancidum, Quod eſt rancore putidum. Remugle. Horatius, Rancidū aprum antiqui laudabant, non quia naſus Nullus erat, ſed credo huc mente quòd hoſpes Tardius adueniens vitiatum commodius, quàm Integrum edax dominus conſumeret.

Rancidus pro inſuaui aliquando ponitur.

Rancidulus rancidula rancidulum, diminutiuum. Iuuenalis, Non tamen his illa vnquam opſonia fiunt Rancidula.

RAPA, rapæ, f. g. Vne raue. Vide Plinium lib. 19. cap. v. & lib. 18. cap. 13.

Rapum rapi, neutro genere etiam dicitur. Martialis, Hæc tibi brumali gaudētia frigore Rapa. Varro de re ruſt. lib. 1, cap. x1, Nam ex ſemine braſſicæ ſato naſci aiunt rapa, & contrà ex raporum braſſicam.

Rapulum rapuli, diminutiuū à rapum. Horat. in Serm. Captus vt aiebat cœnæ accia circū Rapula. Et iterum, Cum rapula plenus atque acidas mauult inulas.

Rapunculus rapunculi, m. g. à rapo, radicis exiguæ, qui comeditur in acetariis.

Rapacia rapaciorum, Raporum frondes, quas homines decoctas in cibum ſumūt. Plin. lib. 18. cap. 13, Quadrupedes & fronde earum gaudēt, & homini non minor rapaciorum ſuis horis gratia, quàm cymarum.

RAPACITAS, RAPACITER, RAPAX, Vide RAPIO.

RAPHANVS, raphani, m. g. Genus radicis notæ. Fenouil. Plin. lib. 19. cap. v, Cortice & chartilagine conſtant raphani: multíſque eorum cortex craſſior etiā quàm quibuſdā arborū. Amaritudo illius plurima eſt, & pro craſſitudine corticis. Cætera quoque aliquando lignoſa, & vis mira colligēdi ſpiritū, laxandíque ructū. Ob id cibus illiberalis, vtique ſi proximè olus mandatur: ſi verò cum oliuis drupis, rarior ructus fit, minúſque fœtidus.

Aliud raphani gen⁹, de quo Plinius lib. 20. cap. 4, Eſt & ſatiui vſus in Italia, & armoratiā vocāt ſatiuam. ſatiui verò decocti mane poti ad ternos cyathos cōminuūt & eiiciunt calculos.

RAPIO, rapis, rapui, raptū, rapere, Per vim, aut cum feſtinātia, ſiue cum furore rapere, trahere, euellere, auferre, Rauir. Plaut. in Aſin. 16. 18, Quin tu illū iubes ancillas rapere ſublimem domū? Terēt. in And. Sublimem huc intrò rape quantū potes. Virg. Quid faceret, quò ſe rapta bis coniuge ferret? Idem in georg. lib. 1, Atque illum in præceps prono rapit alueus amni. Terēt. in Adel. 3. 2. 21, Cæteros ruerem, agerem, raperē, tunderē, proſternerē.

Rapere aliquē in ius. Plau. in Pœnulo. 19. 56, Rapiamus in ius. P. minimè. A G. quapropter? P. quia iniuriarū multo induci ſatius eſt. Idem in Aſin. 9. 32, Nā vidi hūc ipſum adducere, & rapere in ius Exerambum.

Rapere aliquem ad prætorem. Plaut. in Aulul. 26. 30, Iam quidem ad prætorem hercle te rapiam, & tibi ſcribam dicam.

Rapit me in mœrorem ſtultitia mea. Plaut. in Ciſtell. 2. 52, Quid dicam, niſi ſtultitia mea me in mœrorem rapit?

Rapere in peiorem partem. Terent. in prolog. Adel. 3, Poſtquam poeta ſenſit ſcripturã ſuã ab iniquis obſeruari, & aduerſarios rapere in peiorem partem quam acturi ſumus. Donatus, Rapere in peiorem partem, id eſt vitio dare, vituperare.

Rapere virginem, Eſt ei vim inferre, & violare.

Rapto raptas, raptare, Frequenter rapere, trahere. Plautus in Amphit. 2. 7, Turbas vxori ciet Amphitruo: atque inuicẽ raptant pro mœchis. Virg. Ter circũ Iliacos raptauerat Hectora muros. Et lib. 3. georg. Sed me Parnaſi deſerta per auia dulcis Raptat amor.

Rapax rapacis, o. g. Auidus, & rapinis ſemper intẽtus. Plaut. in Perſa, 12. 6, Procax, rapax, trahax. Suet. Inopia rapax, metu ſæuus.

Rapacitas rapacitatis, fœ. g. Columella lib. 1, Niſi maxima vel negligentia ſerui vel rapacitas interuenit.

Raptor raptoris, m. g. Rauiſſeur. Plau. in Epid. 5. 12, Raptor hoſtiũ glorioſus. Idem in Trin. 5. 23, Raptores panis & peni.

Rapo raponis, m. g. Idem quod raptor. Põpeius, Ne vos cõturbẽt auri atque argenti rapones.

Rapidus rapida rapidum. Id eſt velox, Soudain, legier. Ab eorum qui rapiũt, celeritate dictus.

Raptio raptionis, fœ. g. Ad perſonam refertur. Terent. in Adel. Diſperii, Cteſiphonem audiui filium vnà in raptione fuiſſe cum AEſchino.

Rapina, rapinæ, f. g. Ad rem refertur. Rapine. Cic. Quas res luxuries in flagitiis, crudelitas in ſuppliciis, auaritia in rapinis, ſuperbia in contumeliis efficere potuiſſet.

Rapinas vocat Columella culturas raporum.

Raptus raptus raptui, m. g. Ad ſtuprum relatum eſt. Violement de fille. Cic. Matronarum cædes, virginum raptus.

RAPVM, rapi. vide RAPA.

RAPVNCVLVS. vide RAPA.

RARVS, rara, rarũ, Propriè dicitur quod nõ eſt dẽſum. Qui neſt point eſpes. vt rari capilli.

Rarum, Qui ne ſe trouue guiere. Cic. de Amicitia, 67, Rarum genus, & quidem omnia præclara rara: nec quicquam difficilius quàm reperire quod ſit omni ex parte genere perfectũ. Plin. in Paneg. 102, Sed in principe rarum ac propè inſolitum eſt, vt ſe putet obligatum.

Rarus pro præſtanti aliquando ponitur: quoniam omnia præclara rara. Virg. Hic rarum tamen in dumis olus.

Rarò aduerbium, Peu ſouuent.

Rarenter, aduerbium, Idem quod raro. Gellius lib. 1, À rarus non dicitur rare, ſed alii rarò dicunt, alii rarenter.

Raro raras, rarare, Rarum facere. Faire quil nen y ait point tant. Cuius compoſita ſunt diſraro, & interraro, quod eſt in medio rarum facio, quo Columella lib. v. vtitur.

Rarefacio rarefacis, rarefacere, Idem. Columella lib. 4, Hoc autem facilè cõtingit, ſi prius rarefeceris eas partes quas ſupra ramum ſecaturus es, fœno aut ſtramentis texeris.

Rareſco rareſcis, rareſcere, Significat rarum fieri, ſiue deficere. Columella lib. 4, Negligẽtia cultorum magna pars deperit, ac interius ſeminum, cæteráque virentia rareſcunt.

Raripilus raripila raripilũ, Quod habet raros pilos, Qui a peu de cheueulx. Columella in præfat. lib. 1, Et idipſum aliter curatur, mutilum, & raripilum, aliter cornutum, & ſetoſum, quale eſt in Sicilia.

RASILIS, vide RADO.

RASTELLVM. vide RASTRVM.

RASTRVM, raſtri, n. g. vel raſter raſtri, m. g. Rutaber aliàs dicitur, quo per fœniſecia feſtucas abradimus. Vng rateau. Terent. in Heaut. 1. 1. 36, Iſtos raſtros interea tamen depone, ne labora. Ibidem, 5. 1. 58, Menedeme, mihi illæc verò ad raſtros res redit.

Raſtellus raſtelli, diminutiuũ. Varro lib. 1. de re ruſt. Tũ de pratis inquit ſtipulã raſtellis eradi, atque addere fœniſecio cumulũ: quo facto ſicilienda prata, Id eſt, falſibus conſectanda.

Raſtellis & ſtabularij vtũtur, ijſdemque terrã effodiunt. Suet. in Nerone, Tubáque ſigno dato primus raſtello humũ effodit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

RATIFICO, vide RATVM.

RATIO, rationis, f. g, à ſupino ratũ. Eſt illa vis animi qua à cæteris animalibus homo diſiũgitur. Raiſon.

Ratio, pro reſpectu & cura. Cic. Planco, Peto à te, vt mei rationem habere velis, & ſalutis & dignitatis meæ. Ayes eſgard a ma ſante. Sic dicimus habēda eſt ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem lib. 2. de off. Habenda eſt ratio rei familiaris: quam quidem delabi ſinere, flagitioſum eſt. Prendre garde. Vide H A B E O rationem.

Rationem habere cum. Cic. in Catone, Rationem habere cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. Id eſt negotium, Affaire. Idem Attico, Cum omnibus muſis rationem habere cogito. Vide H A B E O.

Ratio, Cauſſa. Cic. Cū autē ad Libiſtra propter rationē belli quinq; dies eſſē morat⁹. A cauſe

Ratio, Modus, via & forma. Salluſt. At ego vobis (inquit) ſi modo vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis. Le moyen.

Ratio, Supputatio aliquando dicitur, vel calculus, ſiue expenſa. Plaut. in Aulul. Supputatur ratio cum argentario. On compte auec largentier. Idem in Amphit. Et vt res rationéſque veſtrorum omnium bene expedire vultis.

Rationem vitæ & magiſtratus geſti repoſci vocat Cicero, item Edere & exponere quod in magiſtratu quiſque geſſerit: quod nunc iuriſperiti, nullo antiqui iuris exemplo, ſyndicari dicūt.

Ratiōes ſuas referebāt ad ærariū, Id eſt cōputos reddebāt, vt nūc loquimur. Rēdoyent leurs comptes. quod faciebāt Imperatores exercituū ex prouincijs decedētes. Cic. in Piſonē, Rationē ad ærariū rettuli cōtinuó. Cæſar, ſicut lex tua iubebat, neque alia vlla in re legi tuæ parui. Quas rationes ſi cognoris, intelliges nemini, plus quàm mihi, literas profuiſſe.

Rationem dare ſuarū fabricarū, Dire le moyen & la maniere cōment. Plaut. in Mil. 10. 176, Dari iſtanc rationē volo. P A. at ego mihi annulū dari iſtunc tuū volo. P E. quā ad rem vis? P A. quādo habebo igitur, rationem mearum fabricarū dabo. P E. vtere, accipe. P A. accipe à me rurſum rationem doli quam inſtitui. Eſcoute le moyen cōment iay propoſe de faire la fineſſe.

Ratione bona dicere. Plaut. in Mil. 10. 121, Nimis ratione bona, nimiúmque aptè tu multa vides: & tibi ſunt gemini, & tergemini, ſi te bene habes, filii.

Rationem capere oculis. Plaut. in Pſeud. 9. 2, Hi loci ſunt, atque hæ regiones, quæ mihi ab hæro ſunt meo demōſtratæ, vt ego oculis rationem capio, quam mihi ita dixit herus meus miles. Comme ie peuls veoir.

Cum ratione aliquid inire. Terēt. in Phor. 2. 2. 30, Hæc cum ratione ineas quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint: ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentem deum?

Ratione certū aliquid facere. Terent. in Eun. 1. 1. 17, Incerta hæc ſi tu poſtules ratione certa facere, nihilo plus agas, quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias. Par quelque moyen.

Rationem dicere. Plaut. in Trucul. 4. 54, Quid iſtuc? A. rationē dicam. quia qui alterū incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet. Ie vous diray pourquoy, ou la rayſon.

Ratio parua. Ter. in Eun. 3. 5. 27, Num parua cauſſa aut parua ratio eſt? tradit⁹ ſum mulieri.

Rationem dictare. Plaut. in Amphit. 8. 36, Ad aquā præbendā adueni domum decumo pòſt menſe, vt rationem te dictare intelligo. Selon que tu compte, a ton compte.

Rationem inire. Terent. in Heaut. 4. 2. 7, Quid agam? aut quid cōminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi. Il me fault trouuer tout vng autre moyen.

Ratio ſic mea eſt. Terent. in Adel. 1. 1. 43, Mea eſt ſic ratio, & ſic animū induco meum. Ma fantaſie eſt telle, ie ſuis de ceſt aduis, & le crois ainſi.

Veſtram nequeo mirari ſatis rationem. Ie ne me puis aſſes eſmerueiller de voſtre maniere de faire. Terent. in Adel. 3. 3. 21.

Rationem ſubducere. Terent. in Adel. 5. 4. 1, Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitā fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui. Iamais hōme ne fuſt ſi bien aduiſe, que &c.

Ratiuncula ratiunculæ, f. g. diminutiuū. Plaut. in Capt. 4. 89, Ibo intrò, atque intus ſubducam ratiunculam, quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet. Ie conteray vng peu, combien. Terēt. in Phor. 1. 1. 2, Erat ei de ratiuncula iam pridem apud me reliquum pauxillulū nummorum: id vt cōficerem: confeci, affero. Daucun petit compte.

Rationalis & hoc rationale, Quod ratione vtitur, vel vti poteſt.

Rationabilis & hoc rationabile, Quod cum ratione factum, dictúmve eſt.

Rationarius rationaria rationarium. Vt rationarius codex, in quo rationes rerū geſtarū continentur. Vng regiſtre. Suet. in Auguſto, Rurſus tædio diuturnæ valetudinis cum etiam magiſtratibus ac ſenatu domum accitis, rationarium imperii tradidit.

Rationarius liber in quo accepti & expẽſi rationes deſcribũtur. Vng papier iournal. Suet. in Cæſare, Seruitia recentiora immẽſo pretio, & cuius etiã ipſum puderet, ſic vt vetaret rationibus inferri. Id eſt nolebat in rationario perſcribi eam ſummã quã impenderat in emptione ſeruorum.

Rationarius, Qui rationariũ cõficit, vel qui rationibus præeſt. Marcellinus, Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratiocinor ratiocinaris, ratiocinari, Per rationem quandã colligere, deprehẽdere, computare. Plau. in Stich. 3. 17, Principiũ ego quo pacto illis occipiã, id ratiocinor. Ie pẽſe en moy meſme. Cic. li. 1. Tuſc. At nos metiẽdi ratiocinãdiq; vtilitate inſpecta, huiꝰ artis terminauimꝰ modũ.

Ratiocinator ratiocinatoris, m. g. Calculator vulgo nominatur. dictione latina.

RATIS, huius ratis, f. g. Vel rates ratis ſecundum Probum. Propriè rates dicũtur cõnexæ & rectè compactæ inuicem trabes, quæ per aquam trahuntur. Marrien.

Ratis à poetis abuſiuè vſurpatur pro tota naue. Virg. Diſieritq; rates. Plaut. in Aulul. 17. 9, Quaſi pueri qui nare diſcunt, ſcirpea inducitur ratis.

RATVS, rata, ratũ, Participiũ à reor reris, quod ſignificat puto, imaginor. Priſcianus, Reor quoq; ratus facit participiũvt puto, differẽtiq; cauſſa, quia ritꝰ aliud ſignificat, & retꝰ pro reatꝰ dicebãt, quomodo ſaucius pro ſauciatus, laſſus pro laſſatus. Plaut. in Amph. Victis hoſtibus quos nemo ſuperari poſſe ratꝰ eſt. Penſoit. Idem in Aſin. 16. 6, Ah ſceleſta ego, præter alios meũ virũ fui rata ſiccũ, frugi, cõtinentẽ, amãtem vxoris maximé. Iay touſiours pẽſe & eſtimé. Ratus, Firmus, certꝰ. Terẽt. in Hecy. Ne quod egiſſem, eſſet ratũ. Plin. in Paneg. 95, Augebãt maieſtatẽ præſidẽtis diuerſi poſtulãtiũ habitꝰ, ac diſſonę voces, ratáq; ſine interprete oratio.

Ratifico ratificas, ratificare, Approbare, Quod actum eſt confirmare. Veteres ratare pro ratificare dicebant: vnde eſt irritare contrarium.

RAVCVS, rauca, raucũ, Qui nimio clamore vel ob aliã cauſſã, vocẽ obtuſam habet. Enroué. Raucus aliquãdo refertur ad optimã vocem. Virg. Dant ſonitum rauci per ſaxa ſilẽtia cygni. Raucæ, vermes terreni, radices arborũ lædentes. Plin. lib. 17. cap. 18, Olea vbi quercus effoſſa ſit, malè ponitur, quoniã vermes qui raucæ vocãtur, in radice quercus naſcũtur & tranſeũt.

Raucitas raucitatis, f. g. Vocis obtuſitas, Enroueure.

Raucedo raucedinis, f g. Idem.

Raucio raucis, rauſi, rauſum, raucire, Raucum eſſe. Eſtre enroué.

Rauceo rauces, raucui, raucere, Idem. À quo rauceſco rauceſcis.

RAVDVS, vel rodus, ſignificat (inquit Feſtus) rem rudem & imperfectam. nam ſaxũ quoque raudũ appellant poetæ. AEs raudum à veteribus dictum. Vnde in venditionibus mancupi, ſcriptum erat, rauduſculo libram ferito.

RAVIS, huius rauis, f. g. Raucedo vocatur, quæ fit aut nimia ſiccitate propter clamorẽ, aut nimio humore ad vocis locum fluente, ex quibus vox homini plerũque negatur. Enrouemẽt. Plaut. in Aulul. Huccine deduxiſti me ad ſenem parciſſimum, vbi ſi quid poſcamus, ad rauim poſcamus prius quàm detur quicquam?

Rauus raua rauũ, veteres dixerunt obtuſum. Vnde raua vox, obtuſa & parũ liquida. Rauus color, obtuſus, id eſt miſtus, niger cum fuluo, color inter flauũ & cæſiũ. Cic lib. 4. Acad. Quia nobiſmetipſis tum cæruleũ, tum rauũ videtur, quódque nunc ſole collucet. Sic ab Horatio Raua lupa dicitur.

Rauiliæ dicuntur qui rauos oculos habent, quemadmodum qui cæſij cæſiliæ.

Rauiſcellꝰ rauiſcella rauiſcellũ, à rauo. Plau. Quis inquit hæc mulier, & ille rauiſcellꝰ qui venit?

R E

RE, præpoſitio, à retrò per apocopen facta videtur. Vnde reſpicio, retrò aſpicio. Reuertor, retrouertor. Et non niſi compoſita reperitur.

REAPSE, ſignificat reipſa. Pacuuiꝰ, Si nõ eſt ingratũ reapſe quod feci. Plaut. in Rud. 5. 2, Nimio pol hominũ fortunę minꝰ miſerę memorãtur, quàm reapſe experiũdo ijs datur acerbũ

REATVS, reatus, reatui, m. g. Status & cõditio reorũ, hoc eſt habitus demiſſus, pannoſus, ſquallidus, & miſericordiæ aucupator. Vnde reorũ ſordes, ſordidatique rei dicebãtur. Iuriſcõſultus, Si diutino tẽpore aliquid in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius ſubleuãda erit. Id eſt, In eum mitius animaduertendũ qui diu ſordidatus fuerit: id quod euenire ſolet aut iudicũ cõſilio in diem lõgiorem iudiciũ reijcientiũ: aut pro re nata, ſi quia de cauſſa planè nõ liquebat, reus ſæpius ampliatus eſt. Pars enim pœnæ eſſe viſa eſt, lõga tẽporis intercapedo in conſpicua calamitate & miſerãda. Paulus Iuriſcõſ. Fraudis autẽ cauſſa adoptio facta videtur, etiã ſi nõ in reatu, ſed in deſperatione rerum per cõſcientiã metu imminẽtis accuſatoris quis adoptet.

Idem in tractatu de bonis eorũ qui ante ſenat. mort. ſibi conſci. cap. vlt. Ita demũ bona eius qui in reatu mortẽ ſibi cõſciuerit, fiſco vẽdicãda ſunt, ſi eius criminis reus fuerit, vt ſi damnaretur, morte, aut deportatione afficiẽdus eſſet. Hodie in reatu ſunt, qui vel carcere detenti, ſqualore, & illuuie cõficiũtur: aut qui honoris cauſſa, cuſtodiæ ſuæ aut apparitorũ cõmiſſi, aut vadimonio, aut vadibus cõſtricti ſunt, aut expromiſſoribus. Iuſtinus lib. 4. hiſt. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia ſecũda Niceas & Lamachus faciunt. Ad reatum, inquit, id eſt, ad cauſſam dicendam.

Errore autem nimio miro hæc opinio inter iuriſperitos, alióſque inualuit, vt reatus pro crimine exaudiatur.

REBELLO, rebellas, rebellare, ex re & bellare cõpoſitum, Significat repugnare. Rebeller.

Rebellare vulnera ſeu alia vitia dicũtur, quando ſemel curata repullulãt. Plin. Strumea herba eſt, qua rurſus ſata, rebellare credunt herbarij qui curauerunt vitia.

Rebellis & hoc rebelle, dicitur qui in fide non permanet, & iuſſis poteſtatũ repugnat. Rebelle.

REBITO, rebitas, rebitare, à re, & ito frequẽtatiuo verbi eo is, cõpoſitũ, Reuerti ſignificat, & redire, Retourner. Plaut. in Capt. 7. 20, Ac ſi non rebitas huc, vt viginti minas dem pro te. Ibidem, 12. 89, At vnum hoc te quæſo, ſi huc rebitet & Philocrate, vt mihi eius facias cõueniendi copiam.

REBOO, reboas, reboare, Ex re, & boare, Mugire ſignificat. Græcum eſt, vt inquit Seruius in comment. in Virgilium.

Reboare, Reſonare. Virg. lib. 3. georg, Cum gemitu reboant ſyluæque & magnus olympus.

RECALCITRO, recalcitras, recalcitrare, Pede percutere, Regimber.

RECALESCO, recaleſcis, recaleſcere, rurſus caleſcere. Cic. lib. 3. de natura deorũ, Quod noſtris quoque corporibus contingit, cum motu atque agitatione recaleſcunt.

RECALVVS, recalua, recaluũ, Chauue. Plau. in Rud. 9. 12, Ecquũ recaluũ & ſilonem ſenẽ.

Recaluaſter, Qui fronte caluus eſt, non toto capite, quaſi recaluaculus, quod eſt diminutiuum.

RECANTO, recantas, recantare, Aliquando eſt rem incantatã alio carmine liberare. Plin. Non pauci & ſerpentes ipſos recantari putant.

RECEDO, recedis, receſſi, receſſum, recedere, Abire, diſcedere, Se partir, ou aller.

Recedere ab. Plaut. in Capt. 11. 20, Proin tu ab iſtoc procul recedas.

Recede illuc. Plaut. in Rud. 19. 7, Iube dum recedere iſtos ambo illuc modo.

Recedere à vitio. Plin. epiſt. 182, A quo vitio tu longe receſſiſti ſcio.

Receſſit vita patrio corpore, Mon pere eſt mort. Plaut. in Merc. 3. 73, Poſtquam receſſit vita patrio corpore.

Recedere ab oculis, Mori. Plin. epiſt. 25. e, Viuit enim, viuétque ſemper, atque etiã latius in memoria hominum & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit.

Recedere à conditione, à perſona, à ſtatu, Eſt quod immutare cõditionem, perſonam, ſtatum dicimus. Cic. de off. Hoſtis, quem nunc peregrinũ dicimus, quanquam id nomen durius efficit iam vetuſtas: à peregrino enim iam receſſit.

Receſſus, receſſus, receſſui, m. g. Diſceſſus, Depart.

Receſſus, Spatiũ. Curtius, In eo nemore longo receſſu domus erat. Fort auant dedẽs le bois.

Receſſim, aduerbiũ, Retrò cedẽdo. Plaut. in Amphit. 17. 60, Ego cunas receſſim ſurſum prorſum trahere. En reculãt. Idem in Caſina, Receſſim cedam ad parietem, imitabor nepam.

RECELLO, recellis, recellui, recellere, Reducere, reclinare. Apul. lib. x. de Aſino, Illa enim quoties ei parcẽs nares recellebã accedens toties niſu rabido & ſpinã prehendens ad eã appliciore nexu inhærebat. Liuius lib. 24, Ferrea manus cum iniecta proræ eſſet, grauique libramento plumbi recelleret ad ſolum, ſuſpenſa prora nauim in puppi ſtatuebat.

RECENS, recẽtis, cõ. g. Nouũ, quod nuper accidit. Cic. in Verrẽ, act. 2, Semel ait ſe in vita pertimuiſſe tũ cũ primũ reus à me fact⁹ ſit. quod cũ è prouincia recẽs eſſet, inuidiáque & infamia nõ recẽti, ſed vetere ac diuturna flagraret. Freſche, nouuelle, elle neſtoit point de long temps. Terẽt. in Adel. 3. 2. 14, Vt iram hãc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc eſt recens. Cic. Cæcinnæ, Cõmemorarem nõ ſolum veterum, ſed horũ etiam recentium vel ducum vel comitum tuorum grauiſſimos caſus. Nouueaulx.

Recentior recentiſſimus. Cic. Horum recentiorum nunquam dictum ab illo quod ſciam.

Recens maritus, Nouueau marié. Plin. epiſt. 176. b, Modo deſignatus ædilis, recens maritus, recens pater &c.

Recens natus, Nouueau né. Apud Plautum in Ciſtell. 3. 17.

Recenti pede recurrere, Fres & repoſe. Plaut. in Trin. 14. 8. Poſtquam thermopotaſti guttu-

rem, recipè te, & recurre pede recenti.

Recenter aduerbium, Nouuellement, freſchement.

Recens, Aduerbiũ eſt aliquando, & idem ſignificat. Plaut. Qui recens ex agro venerat. Virg. Sole recens orto. Id eſt recenti tempore.

Recentor recentaris, recentari, Renouari, & denuo recens fieri. Actius Iamiam albicaſcit Phœbus, & recentat, commune lumen hominibus & voluptas.

RECENSEO, recenſes, recenſui, recenſitum, recenſere, Reuidere, recognoſcere. Summam totius populi colligere. Nombrer vng peuple, ou armee, faire vne reueue. Liuius, Inter hæc recenſet exercitum, militem inſtruit.

Recenſus recenſus recenſui, Recognitio, Reueue, & nombrement. Suet. in Cæſ. Recenſum populi vicatim per dominos inſularum egit.

Recẽſio recẽſionis, f. g. Idem. Cic. pro T. Annio Milone, Eum qui ædem nympharum incẽdit, vt memoriam publicam recenſionis tabulis publicis impreſſam extingueret.

RECEPTO. Vide RECIPIO.

RECESSIM, aduerbium. vide RECEDO.

RECIDO, récidis, récidi, recaſum, Recidere, Ex re & cado cõpoſitũ, Retro ſiue iterũ cadere. Cheoir a la rẽuerſe, ou cheoir derechef. Properti⁹, Recidit ínque ſuos mẽſa ſupina pedes. Recident in te hæ contumeliæ. Plaut. in Menæh. 11.53, Omnes in te iſtæc recident contumeliæ. Recherront ſur toy.

Recidit ad paucos ars muſica. Terent. in Prologo Hecyræ, 47, Nolite ſinere per vos artem muſicam recidere ad paucos.

Recidiuus recidiua recidiuum, Qui recidit, id eſt qui retro vel rurſus cadit, vt non poſſit permanere. Virg. lib. 4, Et recidiua manu poſuiſſem pergama victis. Id eſt quæ reciderunt. quaſi Didoni ſe purgans AEneas, Si mihi licuiſſet, Ruinas Troiæ protinus inſtauraſſem: nõ tot, tã tíſque laboribus ac periculis cõdere nouam quæſiſſem. Idem lib. 7, Quin idem Veneri partus ſuus & Paris alter, Funeſtæque iterum recidiua in pergama tedæ.

RECIDO, recidis, recidi, recíſum, recidere, Ex re & cædo compoſitum, Incidere, Rompre par derriere. Vnde reciſos ramos dicimus.

Reciſamentum reciſamenti, Paruum fruſtum & quaſi ramẽtum ex aliquo reciſum. Plin. Ocyſſime verò æruginem contrahit æs coronarium reciſamentis in acetum additis.

RECIDIPNVM, recidipni, n. g. Veſtis quam vocant ſenatoriam. Iuuenalis, Ruſticus ille tuus ſumit recidípna Quirine.

RECINIVM, recinij, Veſtis antiquiſſima quadrata, vt inquit Varro, cuius mediam partem retro incidebant. vnde reciniati numi. Seruius in comment. lib. 1. AEneid. Recinus dicitur, ab eo quod poſt tergum reijcitur.

RECIPIO, recipis, recepi, receptum, recipere, Quod tradidimus alteri, recipere. Reprẽdre. Liuius lib. 1x, Recipiant arma quæ per pactionem tradiderunt. Plin. de viris illuſt. 61, Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulſas redire, & locum recipere iuſſit.

Recipere, Reuocare. Virg. Sic ore effata recipit ad ſeſe.

Recipere, Admittere, accipere, Laiſſer entrer, & receuoir. Cic. lib. 2. de off. Cyrillum quendam ſuadentem vt in vrbe maner nt, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt.

Recipere, In tutũ reducere, liberare. Virg. Medióque ex hoſte recepi, Ie lay ſauue, & deliure.

Recipere ſeruum Vlpianus dicit, refugium abſcondendi cauſſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro vel in alieno loco, ædificióve. Receler.

Recipere, Reducere. Plaut. in Capt. Inde me continùo recipiam rurſum domum.

Recipere ſe, Retourner. Ter. in Phor. 4.22, Percũctatũ ibo ad portũ quoad ſe recipiat frater.

Recipere ſe ad cœnã, Aller ſoupper. Plau. in Cap. 13.62, Hic homo ad cœnã recipit ſe ad me

Recipe te ad domum domini. Plaut. in Trin. 14.1. Retourne ten vers &c.

Recipe te ad me, Viens ten vers moy. Plaut. in Perſa, 2.48.

Recipere ſe ad ingenium ſuum. Plaut. in Aſin. 6.7, Atque ad ingenium vetus verſutum te recipis tuum. Tu retournes a tes fineſſes.

Recipere ſe ex loco aliquo. Plaut. in Aulul. 24.10, Inde ex eo loco video ſe recipere ſenem. Il ſen retourne. Recipere ſe ex opere, Retourner de ſa beſongne. Plaut. in Menæh. 18.7, Lumbi ſedendo, oculi ſpectando dolent, manendo medicum dum ſe ex opere recipiat.

Recipere ſe domũ. Plaut. in Amphit. 8.13, Dũmodo laude parta domũ recipiat ſe, ferã, &c. Terent. in Phor. 5.4.7, Neque me domum nunc reciperem, ni mihi hic eſſet ſpes oſtenſa.

Recipere aliquem in cuſtodiam. Plaut. in Rud. 17.30, In cuſtodiam nos vt tuam recipias, &

tutêre. Et apud Plinium in Paneg. 152, Recipere in tutelam.

Recipere in aures, Ouyr. Plau. in Ciſtell. 5. 34, Nõ ædepol iſtæc tua dicta nũc in aures recipio.

Recipere ſe in portum, in tectũ. Plaut. in Bacchid. 5. 60. Et apud Terẽtiũ in Heaut. 5. 2. 15.

Recipere ſe in principem. Plin. in Paneg. 128, Fortaſſe imperator in ſenatu ad reuerentiam eius componebatur, cæterum egreſſus, ſtatim ſe recipiebat in principem.

Recipere anhelitũ, Reprẽdre ſon halaine. Plau. in Epid. 5. 22, Animo male eſt, recipiã anhelitũ. Idem in Merc. 12. 16, Priuſquã recipias anhelitũ, vno verbo eloquere vbi ego ſum.

Recipere animum. Terent. in Adel. 3. 2. 26, Quid feſtinas mi Geta? animum recipe. Reprens ton halaine.

Recipere, Recuperare, Recouurer. Cic. in Catone, 10. Tarentum verò qua vigilantia, quo conſilio recepit? Cum quidem me audiẽte Salinatori qui amiſſo oppido fugerat in arcem, gloriãti atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarentum recepiſti: Certe, inquit ridens, nam niſi tu amiſiſſes, nunquam recepiſſem.

Recipere, Excipere ad vſum ſuum, & reſeruare: quod fit cum quis venditis cæteris, ſibi quidpiam reſeruat. Excepter. Plaut. in Trin. Vbi nunc adoleſcẽs habet, poſticulum hoc recepit cum ædes venderet.

Recipere, Proſternere. Virg. lib. 8, Totum qui cominus enſem Condidit aſſurgens, & multa morte recepit.

Recipere, Facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere. Cic. Craſſo, Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſimè eſſe obſeruaturum. Terent. in Phor. 5. 8. 9, An verebamini ne non id facerem, quod recepiſſen ſemel?

Recipere ad ſe, Entreprendre, promettre. Plaut. in Mil. 5. 74, Tu te vnus ſi hoc recipere ad te dicis, confidentia eſt nos inimicos profligare poſſe. P E. dico, & recipio ad me. Terent. in Heaut. 5. 5. 11.

Recipio ad me, faciet, Ie te promets quil le fera, ie ten reſponds. Terentius.

Recipere, Promittere. Cecinna Ciceroni, Sed tamen ego filio dixeram, librum legeret, & ea conditione daret, ſi reciperes te correcturum.

Ex ſe recipere, Promettre. Cic. Bruto, In ipſa cauſſa exponenda ſatis etiam de probitate dixi, ſed tamen ſeparatim, ex me recipio, fore eum tibi & voluptati & vſui.

Receptus recepta receptum, Receu. Recepti in ciuitatem dicuntur qui cũ ſuffragio ciues ſunt effecti, vt apud Liuium ſæpe legitur. Et receptus mos eſt, quem ſponte ciuitas alienũ aſciuit.

Receptus, receptus, receptui, Reductio, id eſt quò ſe tutus recipit exercit⁹, Vne retraicte. Virg. lib. x 1, Planites inculta iacet, tutique receptus.

Receptui canere, Eſt tuba è prelio exercitum reuocare, Sonner la retraicte. Cic. Philipp. 12, Quis enim reuocante, & receptui canente ſenatu properet dimicare?

Per tranſlationem, Plinius epiſt. 45. d, Hanc ego vitam voto & cogitatione præſumo, ingreſſurus auidiſſime, vt primùm ratio ætatis receptui canere promiſerit.

Receptio receptionis, fœ. ge. Plaut. in Aſinaria, 16. 70, Quid tibi huc receptio ad te eſt meum virum? Pourquoy retires tu icy mon mari? & le ſubornes tu?

Receptitius receptitia receptitiũ, Quod reſeruatur. Excepté. Vnde receptitius ſeruus appellatus eſt nuptæ mulieris proprius, quem ſcilicet cũ dotem marito daret, ſibi reſeruauit. Quoties enim mulier in danda viro dote, aliqua ex ſuis bonis retinet, nec ea ad virum tranſmittit, recipere ea dicitur.

Recepto receptas, receptare, frequentatiuum à recipio. Terent. in Heaut. 5. 2. 15, Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho, victus, veſtitus, quò in tectum te receptes. Idem, Meũ receptas filium. Tu ſoubtrays mon fils.

Receptaculum receptaculi, Ou on ſe retire.

RECIPROCVS, reciproca, reciprocum, Quod eſt repetitum. Vnde Pronomen reciprocũ dicitur, quia in ſeipſum reflectitur. Varro à recipiendo deriuat reciprocum, Qui eſſe aſſerit id quod aliunde profectum redit eò vnde profectum eſt.

Reciproco reciprocas, reciprocare, Repetere, reflectere, remittere, retrogradi. Liuius lib. 2. de bello Punico, Cũ iam ſpiritũ includeret vẽtus, nec reciprocare animũ ſineret, auerſi à vẽto parũper cõſedere. Gelli⁹, In eã fiſtulam per quam ſpiritus reciprocatur. Cic. lib. de diuinatione, Siquidem iſta ſic reciprocantur, vt ſi diuinatio ſit, dij ſint: & ſi dij ſint, diuinatio ſit.

RECITO, recitas, recitare, Ex re & cito citas compoſitum, Scripturam clara voce vt alij audiant, intelligantque legere. Plautus in Pſeud. 3. 47, Recita modo, ex tabellis iam faxo ſcies quàm ſubito argento mihi vſus inuento eſt. Idem in Bacchid. 20. 70, Vbi lubet, recita, au-

rium operam tibi dabo. Recitare librum apud Plinium epiſt. 5. b.
Recitare, Memoriter dicere. Quintil. At iſta legem recitat. Loquitur de muliere quæ cæca erat. Plin. epiſt. 137. a, Quo magis miror, quòd ſcribis, fuiſſe quoſdam qui reprehenderẽt, quòd orationes omnino recitarem.

RECLAMO, reclamas, reclamare, Clamore aduerſari, non acquieſcere. Cic. pro Pompeio, Propterea quòd iſtis reclamantibus vos vnum illum elegiſtis, quem bello prædonum præponeretis. Idem Lentulo, Eius orationi vehemẽter reclamatum eſt. Plin. epiſt. 190. c, Vbi cœpi crimen attingere, reum deſtinare, adhuc tamen ſine nomine, vndique mihi reclamari.

RECLVDO, recludis, recluſi, recluſum, recludere, Aperire. Ouurir. Plaut. in Moſtell. 13. 5, Heus reclude, heus Tranio etiã aperis? Idem in Rud. 10. 80, Heus ecquis in villa eſt? ecquis recludit? ecquis prodit? Idem in Capt. 15. 10, Cellas refregit omnes intus, recluſitq; armariũ.

RECOGITO, recogitas, recogitare, Penſer & repenſer. Plautus in Capt. 2. 51, Homunculi quanti ſunt quum recogito! Idem in Sticho, 5. 28, Sed tãdem cum recogito, quî potuit ſcire, hæc ſcire me?

RECOGNOSCO, recognoſcis, recognoui, recognitum, recognoſcere, Recongnoiſtre.
Recognoſcere, Reuoir, reuiſiter ſi quelque choſe eſt bien ou non. Columella lib. 1, Panis, potioniſque bonitatem guſtu ſuo exploret, veſtem, manicas, pedúmque tegmina recognoſcat.
Recognoſcere, Recenſere, Faire vne reueue. Suet. in Octauio Auguſto, cap. 37, Curam operũ publicorum, viarum & aquarum aluei Tiberis, frumenti populo diuidendi, præfecturam vrbis, triumviratum legendi ſenatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum, quotieſcunque opus eſſet Cenſores creari, deſitos longo interuallo creauit. Ibidem, cap. 37, Equitum turmas frequenter recognouit.

RECOLLIGO, recolligis, recollegi, recollectum, recolligere, In vnum collígere, Aſſembler enſemble. Plin. epiſt. 190. h, Poſtea actionem meam vtcunque potui, recollegi, addidi multa.
Recolligere aliquem. Cic. Attico, lib. 1, Quòd ſcribis, etiam ſi cuius animus eſſet in te offenſior, à me recolligi oportere, quid dicas?

RECOLO, recolis, recolui, recultum, recolere, Reputare, repetere, meditari, & mente tractare. Diomedes, Supereſt vt ſingula rocolendo, memoria tenus mandentur, ne fruſtra cum tempore euaneſcant. Cic. pro Archia, Quantum alij tribuunt tempeſtiuis cõuiuijs, quantum denique aleæ, quantum pilæ, tantum ego mihimet ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero.
Reduyre a memoire. Plaut. in Trinum. 5. 25, Hæc ego cum ago cum meo animo, & recolo, vbi qui eget, quàm pretij ſit parui. Idem in Mere. 10. 3, Certum eſt antiqua recolam.
Recolere ingenia, Les exerciter, rafreſchir, & recreer. Plin. epiſt. 129. b, Vt enim terræ varijs mutatíſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur. Id eſt, poliuntur, nouantur.

RECOMMINISCOR, recommíniſceris, recommíniſci, Auoir memoire, ſoy ſouuenir. Plaut. in Trin. 13. 67, Literis recommíniſcar.

RECONCILIO, reconcilias, reconciliare, In grátiam reſtituere, Remettre en grace, en paix, daccord. Plin. in Paneg. 133, O verè principis, atque etiam conſulis, reconciliare æmulas ciuitates.
Reconciliare filium domum, Faire tant quil retourne en la maiſon. Plaut. in Capt. 2. 33, Nihil pretio parſit, filio dum parceret, reconciliare vt facilius poſſet domum.
Reconciliare in libertatem. Plaut. in Capt. 11. 46, Si huius huc reconciliaſſo in libertatem filium. Si ie le mets en liberte.

RECONCINO, reconcinas, recõcinare, Refaire, rabiller, & racouſtrer. Plaut. in Menæh. 9. 67, Ad phrygionem vt deferam, vt reconcinetur.

RECONDO, recondis, recondidi, reconditum, recondere, Sarrer, cacher & garder.

RECOQVO, recoquis, rocoxi, recoctum, recoquere, Rurſum coquere, Recuyre. Plin. An ſatis recoctum ſit.

RECORDOR, recordaris, recordari, Rurſus in cor reuocare, vel iterum rem cordi dare. Soy ſouuenir.
Recordor huius, plerunque dicimus.
Recorder hanc rem. Plaut. in Menæh. 21. 5, Cui cor eſt modeſte ſitum, recordetur id. Cic. in Catone, Vt pedeſtres, naualéſque pugnas, vt bella à ſe geſta, triumphóſque recordentur. Idem pro lege Agraria, Eſt operæpretium diligentiam maiorum recordari.
Recordor, de hac re. Cic. pro Plancio, De illis recordor.

RECREO, recreas, recreare, Inſtaurare, & quaſi nouam carnem facere. Plin. Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur.

Recreare, Recreer, reſiouyr. Plaut. in Caſina, 16.15, Quid nunc, quàm mox recreas me?

RECRESCO, recreſcis, recreui, recreſcere, Rurſum creſcere, Recroiſtre. Plin. Cartilago rupta non ſolideſcit, nec præciſa oſſa recreſcunt.

RECRVDESCO, recrudeſcis, recrudui, recrudeſcere, Renouare. Tractum à vulneribus quæ agitatione nimia interdum recrudeſcunt, Id eſt, cruda & noua fiunt.

RECTVS, recta, rectum, à rego fit, & id eſt quod regitur: ſicut rector qui regit.

Rectus ad ingenium bonum. Plautus in Bacchid. 8.8, Nam abſque te eſſet, ego illum habere rectum ad ingenium bonum.

Rectus, Qui ſtat & erectus eſt, Droict.

Rectus, Qui nullam in partem flectitur, cuius contrarium eſt obliquus.

Rectum conſilium. Terent. in Heaut. 2.3.86, Etſi conſilium, quod cœpi, rectũ eſſe & tutum ſcio. Idem in And. 2.1.11, Cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. Bons conſeilz.

Recto oſtio, recta platea, via, Tout droit par lhuys, par la rue, ou chemin. Terent. in Adel. 4.2.44, Vbi eas præterieris, ad ſiniſtram hac recta platea. Plaut. in Ciſtell. 5.58, Sed quis eſt hic, qui recta platea curſum huc contendit ſuum? Droit parmi la voye. Terẽt. in Phor. 2.1.80, Eo recta via equidem illuc. Ie men vois tout droict la.

Recta via narrare, Raconter a la verite, ſans aller ne de coſte ne dautre. Terent. in Heaut. 4.3.28, Et ſcilicet iam me hoc voles, patrem exorare vt cælet ſenem veſtrum. S. imò vt recta via rem narret ordine.

Recta abſolute, à veteribus dicebatur cœna quam clientibus & conuictoribus recto ordine diſcumbentibus laute principes dabant. Suet. de Auguſto, Conuiuabatur & aſſiduè, nec vnquam niſi recta, non ſine magno ordinum, hominúmque delectu. Martialis, Promiſſa eſt nobis ſportula, recta data eſt. Sportula verò ſpecimen erat puſilli parcíque hominis. Suet. in Nerone, Adhibitus ſumptibus modus publicæ cœnæ, ad ſportulas redactæ.

Recta, Tunica dicebatur, quæ ita contexta erat, vt veluti rigens ſtaret. Vel quæ à ſtantibus ab imo in altum texebatur. Hac tirones & nouæ nuptæ induebantur.

RECTA, aduerbium, Tout droit. Plaut. in Pſeud. 20.30, Heus vbi eſtis vos? B. hic quidem ad me rectà habet rectam viam. Idem in Mil. 8.48, Introrumpam rectà in ædes. Idem in Eunucho, 1.2.7, Cur non rectà introibas? Plin. Cum domum rectà proficiſceretur.

RECTE, aduerbium. Terent. in Hecyra, Quid tu igitur lachrymas? aut quid es tam triſtis? PAM. rectè mater. S. quid fuit tumulti? Donatus, Rectè mater, Sic dicimus cum ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus, Il ne va que bien, ma mere ce neſt rien.

Rectè, Pro nihil, authore Donato. Terent. in Eunucho, 2.3.49, Rogo nunquid velit. rectè inquit, abeo. Rien.

Recte, Ouy, il eſt ainſi. Terent. in Adel. 3.3.79, Nunquid vis? D. mẽtem vobis meliorem dari. S. tu rus hinc abis? D. rectè. S. nam quid tu hic agas, vbi ſi quid bene præcipias nemo obtemperat? D. ego verò hinc abeo.

Rectè facitis, Gratiarum actio eſt, interprete Donato. Terent. in Eunucho, Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus eſt. C. idem arbitror. G. recte facitis. Ceſt bien faict a vous.

Rectè parĕre, Id eſt non monſtrum parĕre, inquit Donatus. Terent. in Andria. Sed demiror quid ſit quamobrem tãtopere hunc omnes nos cælare volueris partum: præſertim cum & rectè, & tempore ſuo pepererit.

Rectè, Pro iuſte, A bon droit. Terent. in And. Vinctus eſt. P. pater, nõ rectè vinctus eſt, Ceſt a tort. Idem in Adelph. 5.8.29, Pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt: rectè datur, Ceſt raiſon quil lait. Idem in And. 4.5.27, Rectè ego ſemper fugi has nuptias.

Rectè, Reſponſio ad Quid fit. Terent. in Adel. 5.5.3, Quis homo? ô Syre noſter, ſalue: quid fit? quid agitur? S. rectè. D. optimè eſt. Il va bien.

Non rectè dicere alicui, Meſdire de luy. Plaut. in Pſeud. 19.23, Malum & ſceleſtum & periurũ aiebat eſſe me. S. pol haud mentitus eſt. B. ego haud iratus fui, nam quanti refert ei nec rectè dicere, qui rectè nihil faciat, quíque inficias non eat?

Recte dicere. Terent. in Adelph. 4.3.18, Quapropter teipſum purgare ipſis coràm placabilius eſt. M. & recte, & verum dicis, Ceſt bien dict. Plautus in Capt. 17.7, Recte & vera loquere: ſed neque tu verè neque rectè adhuc feciſti vnquam.

Recte eſt, Iay aſſes. Terent. in Heaut. 2. 1. 16, Tum quod dem ei, recte eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere. Ien fais conſcience.

Rectè facere alicui, Bien faire. Plaut. in Aulul. 10. 12, Stultus & ſine gratia es, tibi rectè facere: quandò quod facias perit.

Recte ferre moleſtias, Porter patiemment. Terẽt. in Eunucho, 1. 1. 33, Si ſapis, neque præterquam quas ipſe amor moleſtias habet, addas: & illas quas habet, rectè feras.

Rectè meminiſti, Ceſt bien ſouuenu a toy. Plaut. in Pſeud. 20. 48, Phœniciũ eſſe dixit? H. rectè meminiſti. Terent. in Heaut. 5. 2. 43, Sat rectè hoc mihi in mentem venit.

Rectè olere vnguẽta. Plau. in Moſtell. 4. 116, Quia ecaſtor mulier rectè olet vbi nihil olet.

Rectè oneratus. Plaut. in Bacchid. 5. 114, Ille eſt oneratus rectè, & plus iuſto ſecũ vehit.

Rectè valere. Plaut. in Bacchid. 4. 14, Quia ſi illa inuenta eſt quam amat, viuit, rectè valet.

Rectius comparatiuus. Rectius cœnauerimus. Plaut. in Merc. 16. 62, Eadem licebit mox cœnare rectius. Rectius rem meminiſſe. Plaut. in Epid. 11. 26. Rectius rem tenere. Plaut. in Amphit. 3. 110. Rectius valere, Plaut. in Trin. 4. 9.

Rectitudo, rectitudinis, fœ. gen. Iuſtitia. Droiture.

RECVBO, recubas, recubui, recubitum, recubare, Quieſcere, iacẽre, Eſtre couche. Plaut. in Curcul. 2. 77, Anus hîc recubare ſolet cuſtos ianitrix. Virg. Tityre, tu patulæ recubans ſub tegmine fagi.

RECVDO, recudis, recudi, recuſum, recudere, Reforger. Varro, Vt hi ſolent qui vetera metalla recudunt.

RECVMBO, recumbis, recubui, recubitũ, recumbere, Eſtre a table. Plin. epiſt. 87. b. lib. 4, Cœnabat Nerua cum paucis: Veiento proximus, atque etiam in ſinu recumbebat. Idem epiſt. 200, Recumbebat mecum vir egregius Fidius Rufinus, ſuper eum municeps ipſius.

RECVPERO, recuperas, recuperare, Recouurer. Plaut. in Capt. 1. 4, Per captiuos cõmercatur alios, tantum ſtudens vt natum recuperet. Suet. in Oct. Auguſto, cap. 78, Si interruptum ſomnium recuperare, vt euenit, non poſſet, lectoribus &c.

RECVPERATOR, recuperatoris, Dicebatur ille cui prætor iuriſdictionem mandabat priuatarum cauſſarum, qui delegati iudices poſtea appellari cœpti ſunt à recẽtioribus. Plaut. in Bacchid. 5. 36, Poſtquam quidem prætor recuperatores dedit. Quintil. Etenim recuperatoris nõ ea ſola vis eſt, quæ ad corpus noſtrum, vitámque peruenit: ſed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animũ perterritum, loco, ſpe & ſtatu certo dimouet. Plaut. in Rud. 29. 2, Quis me eſt mortalium miſerior qui viuat alter hodie, quem modo damnauit ad recuperatores Pleuſidippus?

RECVPIO, recupis, recupiui, recupitum, recupere, Fort deſirer. Plautus in Capt. 13. 87, Quin ita faciam vt recupias facere ſumptum, etſi ego vetem.

RECVRRO, recurris, recurri, recurſum, recurrere, Rurſum currere, Recourir. Plautus in Aſin. 7. 123, Iam ego recurro huc, tu hunc interea hîc tene. Idem in Ciſtell. 7. 51, Ego ad anum recurro curſum. Terent. in Adel. 4. 1. 10, Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio.

Recurſo, recurſas, recurſare, frequentatiuum. Plaut. in Moſtell. 8. 56, Reddetur: nunc abi. D. quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram?

RECVSO, recuſas, recuſare, Refuſer. Plin. de viris illuſt. 44, Imperatoris nomẽ à militibus, & à ſenatu triumphum recuſauit oblatum.

RECVTITVS, recutita, recutitum, Curtatus, & cui à glande reſecta eſt cutis. Quo nomine dicti ſunt Iudæi, à verendorum cute ſumma reciſa. Martialis, nec recutitorum fugis inguina Iudæorum.

Recutitus, Ruptus & exulceratus. Martialis, Nec ruptæ recutita colla mulæ.

REDABSOLVO, redabſoluis, redabſolui, redabſolutum, redabſoluere, Idem quod abſoluere, vel ſoluere. Plaut. in Curc. 8. 83, Sequere hac, te redabſoluam qua adueniſti gratia, Ie te deſpeſcheray ton cas pourquoy tu es venu. Cõponitur ex re, & abſoluo, d litera interpoſita.

REDAMBVLO, redãbulas, redãbulare, Retourner. Plaut. in Capt. 13. 131, Cura quàm optime potes. E R. bene ambula & redambula.

REDAMO, redamas, redamare, Reſpondere in amore, Aimer celuy qui nous ayme. Contrà vel ſimiliter, ſiue me amãtem amare. Cic. de Amicitia, 45, Quid enim tam abſurdũ, quam delectari multis inanib⁹ rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultúque corporis,

animo autem virtute prædito, eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamari possit, non admodum delectari.

REDAVSPICO, redausspicas, redausspicare, & Redausspicor redausspicaris, redausspicari, Incipere significat. Plaut. in Capt. 12.109, Exausspicaui ex vinculis, nunc intelligo redausspicandum hunc esse in cathenas denuo. Id est, Cœpi ego illum è cathenis eximere, nunc qnoque volo vt rursus in cathenas redeat.

REDARGVO, redarguis, redargui, redargutum, redarguere, Accusare, Reprendre aucun, laccuser. Cic. in Tusc. quæst. Philosophia nascatur latinis quidem literis ex his temporibus, eámque nos adiuuemus, nósque ipsos refelli redarguique patiamur.

REDDO, reddis, reddidi, redditum, reddere, Retro dare: Propriè est ablatum vel acceptum restituere, Rendre. Terent. in Adel. 2.4.16, Reddetur ne time. S A. at vt omne reddat. s. omne reddet. Idem in Phor. Si quis quid reddit, magna habenda est gratia. Cic. in Verrem, act. 2, Idem iste prætor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum quæ illi ornamento vrbibus esse voluerũt, partim etiam nostrorum imperatorum quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt, aut reddiderunt, spoliauit, nudauitque omnia.

Reddere pro dare. Cælsus iureconſ. Reddendi verbum, quanquam significationem habet retrò dandi, accipit tamen & per se dandi significationem, vt reddo tibi literas, quas mihi Cicero ad te dedit. Cic. Terentiæ, Omnes sunt redditæ, diligentissimeque à te perscriptæ sunt omnia.

Reddere, Facere: vt, reddo te certiorem. &, tu me reddidisti probum virum.

Reddere, Reponere. Plaut. Tempestas venit, confringit tegulas imbricésque: ibi dominus indiligens reddere alias ne vult, En remettre dautres.

Reddere, Pro producere. Plaut. in Trin. Id frumenti quando alibi messis maxima est, tribus tantis illis minus reddit quàm obseueris. Terent. in Phor. 4.3.75, Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia.

Reddere rationem, Rendre conte, dire la cause. Plaut. in Aulul. 2.6, Tibi ego rationem reddam stimulorum seges?

Reddere animum. Terent. in And. 2.1.35, Nuptias effugere ego istas malo, quàm tu adipiscier. o. reddidisti animum. Tu mas faict reuenir le courage.

Reddere beneficium, Rẽdre le plaisir. Plaut. in Persa, 12.13, Improbus est homo, qui beneficium sit sumere, & reddere nescit. Terent. in Phor. 2.2.22, Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere. Ibidem, 3.3.5, Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere?

Reddere commotum, Auancer aucun daller, le faire haster. Terent. in And. 5.2.23, Si quicquam mentitum inuenies, occidito. s. nihil audio, ego iam te commotum reddam, Ie tauãceray daller. Donatus, Commotum, citum, celerem.

Reddere delibutum gaudio. Vide DELIBVTVS. Reddam te exercitatum. Vide EXERCITOR.

Reddere dictum ac factum. Terẽt. in Heaut. 4.5.12, Vidêre egisse iam nescio quid cum sene. s. de illo quod dudum? dictum ac factũ reddidi. Tu ne leu pas plus tost dict que ie leu faict.

Reddere impetratum, Id est impetrare. Plaut. in Epid. 2.46, Mandauit, ab lenone vt fidicina, quam amabat, sibi emeretur. id ei ego impetratum reddidi. Et in Asin. 3.110, Reddere perfectum. Idem in Capt. 6.95, Reddere transactum.

Reddere ius vel iudicium populo. Terent. in Phor. 2.3.57, At tu, qui sapiens es magistratus adi, iudicium de eadem causa vt reddant tibi. Plin. de viris illust. 72, AEdilis iuri reddẽdo magis quàm muneri ædendo studuit.

Reddere ludos. vide LVDVS.

Reddere operam. Plaut. in Epid. 2.22, Te volo percontari, operam da, opera reddetur tibi. On te rẽdra la pareille. Idem in Asin. 3.32, Di tibi dent quæcũque optes. D. redde operam mihi propterea quòd me nescientem feceris. Idem in Menæh. 14.90, Opera reddetur quando quid tibi erit surreptum domo.

Reddere pœnæ aliquem. Plin. epist. 275, Reddendúmque pœnæ quam fractis vinculis euasit.

Reddere aliquem, Luy resembler. Plinius epist. 139.c, Tantæ fœminæ matrem rursus videor amittere, quam hæc vt reddit ac refert nobis.

Reddere sanguinem. Plin. epist. 114.b, Deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.

Reddere vitam pro rep. Cic. pro Cn. Plancio, Nam qui pro rep. vitam reddiderunt, licet me desipere dicatis, nunquam mehercle eos mortem potius, quàm immortalitatem assequutos putaui. Qui ont baille leur vie pour la republique.

REDEMPTOR, vide REDIMO.

REDEO, redis, rediui vel redij, reditũ, redire, Retourner, Retroire siue reuerti. Terẽt. Redeo inde iratus atque ægreferens.

Redire à foro. Plaut. in Aulul. 8.6, Tace, atque abi, curata fac sint, cũ à foro redeam domũ.

Redire actûtum. Plaut. in Pseud. 7.149.

Redire ad. Plaut. in Amphit. 8.30, Redire ad nauim melius est. Terent. in Heaut. 2.3.37, Ad lanam reddit.

Redire rursum. Terent. in Eunucho, 4.2.6, Cum sensi, redeo rursum.

Redit ad te hæreditas. Terent. in Hecyra, 1.2.97, Ad hos redibat lege hæreditas. Lheritage leur reuenoit. Idem in Adel. 2.2.28, Iamne enumerasti quod ad te redituru putes?

Quid si redeo ad illos qui aiunt, Quid si nunc cælum ruat? Terent. in Heaut. 4.3.41.

Redire ad ingenium. Terentius in Adelph. 1.1.46, Si sperat fore clàm, rursum ad ingenium redit. Idem in Hecyra, 1.2.38, Si mihi fidem das te tacituram, dicam. PS. ad ingenium redis. Tu fais comme parauant.

Redire ad se. Terentius in And. 3.5.16, Sed paululum sine ad me vt redeam. Laisse moy reprendre mon haleine. Idem in Adel. 5.3.8, Tandem reprime iracũdiam, atque ad te redi. Pense a toy.

Atque vt ad me redeam, meministi, Q. Maximo fratre Scipionis, & Lucio Mancino cons. quàm popularis lex de sacerdotijs. Cic. de Amicitia, 79.

Redire ad præcedentia. Cic. de Amicitia, 82, Quamobrem ad illam primã redeamus, eámque ipsam concludamus aliquãdo &c. Reparlons de ceste de quoy parliõs premieremẽt.

Redeam ad pauca. Terent. in Phor. 4.3.43, Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias Affin que ie le face brief. Idem in Hecyra, 1.2.60, Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum.

Redire ad rem. Plaut. in Menæh. 17.65, Iam vero Menæhme satis iocatus, nũc ad rem age redi. Retourne au propos, Parle a propos. Terent. in Heaut. 2.3.78, Quas malùm, ambages mihi narrare occipit? CLIN. Syre verum hic dicit: mitte, ad rem redi, Continue ton propos.

Redijt ad restim res. Terent. in Phor. 4.4.5, Opera tua ad restim mihi quidem res redijt planissume. Il ne tiẽs pas a toy que ie ne maille pẽdre pour ceste affaire. Idem in Heaut. 5.1.58, Nam si illi pergam suppeditare sumptibus Menedeme, mihi illæc verè ad rastros res rediit. Il me mettra a mon pain querir, La chose viendra iusques la quil me fauldra aller gaigner ma vie a faner le foin ou a faire autre telle chose.

Redijt res in eum locum. Terent. in Adel. 2.4.9, Sed hoc mihi dolet, nos penè sero sciisse, & penè in eum locum rediisse, vt si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier. Idem in Heaut. 2.3.118, Scilicet facturum me esse, in eum iam res redijt locum, vt sit necesse, La chose est venu iusques la &c.

Redit mihi animus. Terent. in Hecyra, 3.2.13, Dis habeo gratias: hem istoc verbo animus mihi redijt. Le courage mest reuenu.

Redi quo cœpisti. Terẽt. in Adel. 2.1.36, Illuc quæso redi quo cœpisti. Acheue de dire ce que tu as commence.

Redit animo clauus, Il me souuient, il me vient a memoire. Plin. epist. 176.b, Tantum redit animo ille latus clauus in penatibus meis sumptus: redeunt illa prima, illa postrema suffragia mea, illi sermones, illæ consultationes.

Redire in concordiam. Plaut. in Amphit. 11.7, Sed age responde, iam vos redistis in concordiam? Estes vous maintenant daccord?

Redire in gratiam. Cic. lib. 1. epist. Vt cum Crasso redirem in gratiam. Plaut. in Amphit. 10.59, Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam, Ils se raccordent. Ibidem, 15.61, Vbi cum vxore domi redisti in gratiam. Terent. in Phor. 5.9.40, Redeant sanè in gratiam, iam supplicij satis est mihi. Cic. de senect. 52, Et quoniam hæc quidam desyderãt, in gratiam iam cum voluptate redeamus.

Redire in memoriam, Se ſouuenir. Terent. in Phor. 5.3.19, Non temerè dico, redi mecum in memoriam. Penſe y auec moy. Cic. de ſenect. 19, His enim ipſis legentibus redeo in memoriam mortuorum.

Redire in metum. Plin. epiſt. 164, Quanquam vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas: atque ita gaudeas periculo liberatã, vt ſimul quòd periclitata ſit, perhorreſcas.

Redire in ſemitam, Soy remettre a bien viure. Plaut. in Caſ. 10.33, Nunc pol ego demum in rectam redii ſemitam. Terent. in And. 1.2.19, Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Dane, vt redeat iam in viam.

Reditur imperſonale. Plaut. in Rud. 23.78, Non probare pernegando mihi potes, niſi pars datur, aut ad arbitrum reditur, aut ſequeſtro ponitur.

Redeundum eſt mihi pedibus in Epidamnum. Plaut. in Menæh. 2.47.

Redito reditas, reditare, frequentatiuum, Statim ſiue continuò redire. Plautus in Capt. 7.20, Nunc ita cõuenit inter me atque hunc Tyndare, vt te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem: ac ſi non reditas huc, &c. Exemplaria quæ legimus, rebitas hoc loco legunt.

Reditus reditus reditui, m. g. Reuerſio, Retour. Cic. de Amicit. 12, Idem dicebat ſemper, animos hominum eſſe diuinos, iiſque cum è corpore exceſſiſſent, reditum ad cælum patere.

Reditus in gratiã. Cic. epiſt. lib. 1. Appio Pulchro, Quid illa tandē popularia? reditus illuſtris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiæ.

Reditus, prouentus, eo quòd ſingulis annis reditus redeat. Ouid. de ponto, lib. 2, At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit Vtile ſollicitis ſupputat articulis.

REDHIBEO, redhibes, redhibui, redhibitũ, redhibere. Ex re, & habeo, d interpoſita, cauſſa melioris ſoni. Eſt vt inquit Vlpianus, facere vt rurſus habeat venditor quod habuerat. Feſtus, Redhiberi dicitur, id quod redditum eſt, improbatúmque. Plaut. in Moſtell. 10.13, Si malè emptæ forēt, nobis iſtas redhibere haud placeret. Idem in Merc. 7.78, Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt? D. minime gentium. c. dixit ſe redhibere, ſi non placeat, Il eſt content de les reprendre.

REDIGO, redigis, redegi, redactum, redigere, Ex re & ago compoſitum, a in i conuerſa, & d interpoſita. Eſt vi quadam ac induſtria reducere: & ſemper accuſatiuum poſtulat cum præpoſitione, multíſque accommodatur actibus.

Redigere aliquem ad miſeriam, Mener aucũ a pourete. Plaut. in Amph. 14.25, Ad id te redigam miſeriarum vt ſemper ſis miſer, Ie te meneray a ſi grande miſere. Idem in Pœnulo, 14.86, Profecto ad incitas lenonem rediget, ſi has abduxerit, Il le fera pendre. Terēt. in Heaut. 5.1.56, Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem. Idem. in Adel. Tu homo rediges me ad inſaniam, Tu me feras deuenir fol.

Redigere in concordiam, Mettre daccord. Plaut. in Amphit. 5.13, Denique Alcumenam Iuppiter rediget antiquam in concordiam coniugis.

Redigere in deditionem. Cic. Philipp. 4, Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in deditionem huius imperij redegerunt, Ont aſſubiectis.

Redigere in gratiam. Terent. in Phor. 5.8.73, Ego redigam vos in gratiam. Ie vous remettray en amitie.

Redigere in memoriam. Terent. in Phor. 2.3.36, Ego me nego: tu, qui ais, redige in memoriam. Souuienne ten. Cic. Philipp. 2, Quî autē tibi venit in mentem, redigere in memoriam noſtram te domi Publij Lentuli eſſe educatum? Nous ramenteuoir?

Redigere in vnum, Amaſſer enſemble. Cic. Philipp. v, Quibus rebus tanta pecunia vna in domo coaceruata eſt, vt ſi hoc genus in vnum redigitur, non ſit pecunia reip. defutura.

Redigere in poteſtatem, vel in ſeruitium. Plinius de viris illuſt. 8, Gabios per Sextum filium ſimulato tranſfugio in poteſtatem redegit. Les reduit ſoub ſa feigneurie. Plaut. in Aulul. 6.42. Nihil moror quæ in ſeruitutem ſumptibus redigunt viros.

Redigere in vrbem, Ramener. Plin. de viris illuſt. 23, Vinctum eum ijſdem pueris in vrbem redigendum & verberandum tradidit.

Redactus ſum ad hanc vnam tunicam. Plaut. in Rud. 13.65.

Redactus eò. Terent. in Eunucho, 4.4.23, Eò redigis me, vt quid egerim, egomet neſciam. Idem in Phor. 5.8.86, In id redactus ſum loci, vt quid agam cum illo neſciam prorſus. Ie ſuis mene iuſques la que ie ne ſcay. Idem in Eunucho, 2.2.7, Hem quo redactus ſum! omnes noti me atque amici deſerunt. Voyla en quel eſtat ie ſuis venu.

Redigere argentum. Plaut. in Perſa, 9. 23, Nimis tu facete loquere atque tibi ego omne argentum actûtum incolume redigam.

REDIMIO, redimis, redimiui, redimitum, redimire, Ex re & emio, d interpoſita, compoſitum, & e in i mutata, ſignificat ornare, coronare, acu pingere. Claud. de raptu Proſerpinæ, lib. 2, Nec ſi innumeros, arcu mutante colores Incipiens redimitur hyems cum tramite flexo Semita diſcretis interuiret humida nimbis. Idem lib. 3, Medijs inuenimus aruis Exanimem Cyane ceruis redimita iacebat.

Redimiculum redimiculi, n. g. Ornamentum capitis mulierum, & vittarum teniæ pendentes à poſteriore parte mitræ. Iuuenalis, Accipiente te paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt, Frontibus & toto poſuere monilia collo. Plaut. in Trucul. 8. 31, Sed quid iſtic, cui rei item aſſimulare retulit? P. vt eſſet aliquid ſi aquæ vſque eſt & redimiculum, reuerſionem vt ad me faceret denuo.

REDIMO, redimis, redemi, redemptum, redimere. Ex re & emo, d interpoſita euphoniæ cauſſa, compoſitum. Emere, Acheter. Plaut. in Menæh. 15. 6, Ego tibi redimam bis tãto pluris pallam. Cic. Qui merces redimunt, vt ſtatim vendant.

Redimere, Recuperare, Recouurer. Cic. Re viliſſima & parua maximam redemit.

Qui ab hoſtibus capti ſunt, vel qui alicui pœnę ſunt obnoxij, ſoluto pretio redimũtur. Item qui iniuſtè vexantur, ſi per ſolutionẽ pecuniæ liberati fuerint, redemiſſe vexationem dicuntur. Plaut. in Aſin. 12. 83, Redime iſtoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc iſto argento. Mes toy hors de ſes mains, dauec luy. Terent. in Eunucho, 1. 1. 29, Quid agas niſi vt te redimas captum quàm queas minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas. Curtius, Sed medici quoque grauiores morbos aſperis remedijs curant, & gubernator ſibi naufragium timet, iactura quicquid ſeruari poteſt redimit.

Redimere, Marchander a faire, & en prendre la charge. Cicero in Præt. vrbana, Si opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe, quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe videt. Idem in eundem actione ſecunda, Etenim qua ſtultitia ipſe fuiſſem, ſiquam diẽ qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione viderent, cum ita cauerent, ſi poſt calendas ianuarias in conſilium iretur, in eam diem cum potuiſſem vitare, incidiſſem. Redemerunt (inquit) id eſt, qui ſuſceperunt procurationem corrumpendorũ iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium.

Redimere præteritam culpam. Cic. Non enim præteritam culpã videri volo redemiſſe. Ille præteritam culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compenſat.

Redimere, Retirer quelque heritaige que on a autre fois vendu, & le racheter. Cic. in Verrem, act. v, Eundémque te memini cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere & commutare, ne is redimeret cuia res eſſet.

Redempto redemptas, redemptare, Frequentatiuum. À quo

Redemptito redemptitas, redemptitare. Plaut. Redemptitauere ad vnum captos.

Redemptio redemptionis, f. g. Rachet. Cic. in Verrem, act. 2, Vt primùm ex prouincia redijt, redemptio huius iudicij eſt facta grandi pecunia.

Redemptio, Ranſon. Plin. de viris Illuſt. 55, His facile victis, inter captiuas vxor regis Ortiagontis cẽturioni cuidam in cuſtodiam data, a quo vi ſtuprata de iniuria tacuit. Et poſt, impetrata redemptione, marito adulterum centurionem interficiendum tradidit. Apres auoir receu la renſon delle.

Redemptor redemptoris, Vectigalium emptor. Fermier.

Redemptor, Qui marchande a quelque choſe faire, & entreprent la beſongne. Cic. lib. 2, de diuinatione, Magis enim id munere deorum factum eſt, quàm caſu, & redemptorũ qui columnam illam de Torquato conduxerant faciendam.

REDINTEGRO, redintegras, redintegrare, Rurſus inchoare, inſtaurare, ſiue innouare. Plin. in Paneg. 104, Hominiſne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam, nullámque requiem gratulationis dare? Componitur à re, & integro integras, d interpoſita euphoniæ cauſſa.

Redintegratio redintegrationis, f. g. Renouuellement, fortification. Terent. in And. 3. 3. 23, Amantium iræ, amoris redintegratio eſt.

REDIPISCOR, redipiſceris, redeptus ſum, redipiſci, Aſſequi, Rauoir, recouurer. Plaut. in Trin. 14. 15, Inter eóſne homines condalium te adipiſci poſtules, quorum eorum vnus ſurripuit currenti curſori ſolum?

REDINVNT pro redeunt ſcripſerunt veteres.

REDIVIVVS, rediuiua, rediuiuum, Quod ex vetuſto renouatur. Iuuenalis, Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum. Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo.

REDIVIVS, rediuij, Vermiculus ſeu beſtiola quædam, quæ infixo ſemper ſanguini capite viuit, cui vni ex omnibus animalibus cibi exitus nō eſt, ſed vſqueadeò intumeſcit ſatietate, vt ipſo alimento moriatur. Hoc Græci κροτῶνα vocant Latini rediuium à rediuiendo, id eſt ſoluendo, quod carnem animaliū ſuctu reſoluat. Columella. lib. 7, Ventri quoque & ſub fœmina manum ſubijcere conuenit, ne ad huiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant, & vt rediuij, qui plerunque feminibus inhærent eximantur. Vide Plinium lib. xi. cap. 34.

REDIVIA, rediuiæ, f. g. Morbus eſt cum cutis extra vngues ſe ſoluit, quia rediuire ſoluere eſt. Græcè παρωνυχία dicitur. Plin. lib. 29, Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida.

REDOLEO, redoles, redolui, vel redoleui, redolitum vel redoletū, redolere, Olere, Sentir, & rendre odeur. Virg. Feruet opus, redolentque thymo fragrantia mella.

REDORMIO, redormis, redormiui, redormitum, redormire. Euigilare. Plin. epiſt. 213. b, Vehiculum aſcendo. Ibi quoque idem, quod ambulans, aut iacens. durat intentio, mutatione ipſa refecta. Paulum redormio, dein ambulo, mox orationem græcam latinámve clarè & intente, non tam vocis cauſſa, quàm ſtomachi lego.

Redormitio, redormitionis, f. g. Excitatio, euigilatio. Plin. In redormitione varia fuiſſe ſomnia apparet.

REDOSTIO, redoſtis, redoſtiui, redoſtitum, redoſtire, Gratiam referre. Næuius in Lupo, Vel veniens regem ſalutat, iube Albanum milium comitem, ſenem, ſapientem contrà redoſtis menulus. Et Acciusin Amphitryone, Cedò ecquid te redoſtitum, cum meaſſem obiectet facilius? Hæc Feſtus.

Redoſtit, redijt, inquit Nonius. Accius in Amphitryone, Quid hic redoſtit viam?

REDVCO, reducis, reduxi, reductum, reducere, Retroducere, retrahere, Ramener. Plaut. in Amphit. 4. 53, Se exercitum extemplo domum reducturum. Iuſtinus lib. 2, Reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Suet. in Calig. Equitem Romanum obiectum feris cū ſe innocentem proclamaſſet, reduxit, ab ſciſſáque lingua rurſus induxit.

Reducere ad diuitias. Plaut. in Ciſtell. 7. 18, Ego te reduco & reuoco ad diuitias, vbi tu iam locêre in luculentam familiam.

Reducere animum ad miſericordiam. Terent. in And. 3. 3. 28, Priuſquam harum ſcelera & lachrymæ confictæ dolis, reducant animum ægrotum ad miſericordiam, vxorem demus.

Reducere amicitiam errantem, Remettre en la voye. Plin. in Paneg. 140, Nam quæ poterat eſſe inter eos amicitia, quorum ſibi alij domini, alij ſerui videbantur? Tu hanc pulſam & errantem reduxiſti. Tu las remis en eſtat.

Reducere exemplum. Plin. epiſt. 94, Falleris: nam vel inſtituere, vel reducere eiuſmodi exemplum, non niſi ſeueri: inſtitutum, reductúmve exercere, etiam leuiſſimi poſſunt. Remettre ſus. Racouſtumer. Idem in Paneg. 130, Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces ac reducas. Idem epiſt. 190, Quòd intermiſſum iam diu morem in publicum conſulendi ſuſceptis proprijs ſimultatibus reduxiſſem.

Reducere in viam. Plaut. in Pſeud. 10. 2, Suo reduxit viatico me vſque ex errore in viam.

Reducere in gratiam: Remettre en grace. Terēt. in And. 5. 4. 46, Iamdudum reduxit me ipſa in gratiam.

Reducere in memoriā, Ramēteuoir. Plin. epiſt. 54. a, Præterea veritus ſum ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam grauiſſimi luctus reduxiſſem.

Reducere, Liberare, & ſine periculo recipere. Apul. Méque oppidò in arcem reduco.

Reducere, Replicare. Virg. Inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos.

Reducere, Reconciliare, Rappaiſer. Virg. Numénque reducant.

Redux reducis, o. g. Qui à periculis in tutum, ab exilio ſiue captiuitate reducitur in patriam. Cic. pro Milone, Qui me reducem eſſe voluiſtis, an vt ſpectante me expellerentur ij per quos eſſem reſtitutus? Virg. Nanque tibi reduces ſocios, claſſémque relatam Nuntio. Terent. in Hecyra, 5. 4. 11, Egóne qui ab orco mortuum me reducem in lucem feceris. Idem in Heaut. 2. 4. 18, Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis. Plaut. in Capt. 2. 43, Reducémque faciet liberum in patriam ad patrem.

REDVNDO, redundas, redundare, ex re & vnda vndæ, Superabundare. Redonder, plein

iuſques par deſſus. Plin. in Paneg. 107, Non alij marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorum nuntios opperiebantur.

Redundat ad. Plin. in Paneg. 105, Omnium quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuũtur, non ad ipſos gaudium magis, quàm ad ſimiles redundat.

Redundat in. Plaut. Hoc facinus in tuum redundabit caput.

REFELLO, refellis, refelli, refellere, Ex re & fallere, Quod dictũ eſt, arguendo falſum oſtendere. Terent. in Phor. 1.2.82, Omnia hæc confingam, quod erit mihi bonum atque commodum. Cum tu horum nihil refelles, vincam ſcilicet. Id eſt, cum factum non negabis. Contredire, & monſtrer le contrajre de ce que on dict. Cic. lib. 2. Tuſcul. Et refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus.

REFERCIO, refercis, referſi, refertum, refercire. Replere, Remplir. Cic. de ſenect. 52, Sẽper enim boni, aſſiduíque domini referta cella vinaria, olearia, mellaria, & penaria.

Genitiuo aliquando iungitur. Gellius, Is librum multæ variæque hiſtoriæ refertũ compoſuit. Cic. pro Cn. Plancio, Quò cum veniſſem, cognoui id quod audieram, refertam eſſe Græciã ſceleratiſſimorum hominum, ac nefariorum.

Ablatiuo aliquando. Cic. pro Corn. Balbo, Quod eis rebus vrbem, Italiamque referſerunt.

Refertus referta refertum, Rempli. Nomẽ eſt. Cic. in Verrem. act. v, Tum refertius erit ærariũ pop. Rom. quàm vnquam fuit.

REFERIO, referis, referiui, referire, Repercutere, Refrapper. Plaut. in Aſin. 7.119, Quæſo æquo animo patitor. L I. patitor, te item quum ego referiam. Terẽt. in Adel. 4.2.29, Quia miſeram mulierem, & me ſeruolum qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter!

REFERO, refers, retuli, relatum, Aliquando in carmine rettuli, rellatum, referre, Reportare, quaſi retro ferre. Quintil. Ad patrem arma non retulit.

Referre pedem. Plaut. in Merc. 24.50, Eutyche hanc volo prius rem agi, quàm meum intrò refero pedem. Deuant que ie entre la dedens.

Retulit ad me pedem. Plaut. in Epid. 10.3, Incertus ſum: caue, ad me rettulit pedem.

Referre omnia ad conſcientiam, Faire tout en conſcience. Plin epiſt. 22.b, Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad oſtentationem, omnia ad conſcientiam refert: rectéque facti non ex populi ſermone mercedem, ſed ex facto petit.

Referre ad aliquem, In conſultationem illius ponere, Luy demãder conſeil. Plaut. in Curcul. 6.4, Tute ipſe, ſi quid ſomniaſti, ad me refers.

Referre ad ſenatum de re aliqua conſules, & ij quibus ſenatum cogere licebat, dicebantur, cũ rẽ in ſenatu agitandam decernendámque proponebant, rogãtes ſenatorum ſentẽtias. Cic. in Catil. oratione ſecunda, Reliquis autem de rebus conſtituendis, maturandis, agendis, iam ad ſenatum referemus, quem vocari videtis. Idem in Piſonem, An tum eratis conſules, cum quacunque de re verbum facere cœperatis, referre ad Senatum, cũctus ordo reclamabat? oſtendebátque nihil eſſe vos acturos, niſi prius de me retuliſſetis?

Referre omnia ad vnum, Vni omnia adſcribere. Cic. Si ad vnum omnia referenda ſunt, digniſſimum eſſe Pompeium.

Referre omnia ad voluptatem. Cic. de Amicitia, 30, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatẽ omnia referunt longe diſſentimus. Qui neſtiment que volupte.

Referunt hæc ad rẽ, Les choſes appartiennẽt a laffaire. Plaut. in Perſa, 1 6. 126, Homo ſtultus es pueriliter. D. quid ita? T. quia enim te ex puella prius percontari volo quæ ad rẽ referũt.

* Referre acceptum. Vide ACCIPIO.

Referre facta quæ mandata ſunt. Plaut. in Capt. 7.87, Satín' habes, mandata quæ ſunt, facta ſi refero? Si ie te le rend tout faict.

Referre gratiam, Eſt facto: & tam in bonum quàm in malum accipitur. Rendre le plaiſir. Plaut. in Aſin. 5.12, Solus ſolitudine ego te, atque ab egeſtate abſtuli: ſolus ſi ductem, referre gratiam nunquam potes. Idem in Moſtell. 4.57, Nunquam ego illi poſſum gratiam referre, vt meritus eſt de me. Idem in Merc. 24.39, Spero ego mihi quoque tempus tale euenturum, vt tibi gratiam referam parem. Liuius, Satiatus tandem complexu filij, Renuntiat (inquit) gratias regi me agere, referre gratiam aliam non poſſe, quàm vt ſuadeam non antè in aciem deſcendat, quàm in caſtra me redijſſe audierit. Cic. in Salluſt. Nã quod iſta inuſitata rabie in vxorem & filiam meam inuaſiſti, quæ ſe facilius mulieres abſtinuerũt à viris, quàm tu vir à viris: ſatis docte ac peritè feciſti. Non enim ſperaſti me mutuam tibi gratiam relaturum, vt viciſſim tuos compellarem. Referre gratiam hoc loco etiam ver-

bo dicitur. Terent. in Eunucho, 5.3.2, Quid, quid venire in mentem nunc posset mihi quidnam, quî referam illi sacrilego gratiam?

Referre gratias, Idem. Plaut. in Amphit. 4.28, Næ illi ædepol, si merito meo referre studeãt gratias, aliquem hominem allegent, qui mihi aduenienti os ocillet probé.

Referre in acceptum. Cic. in Verrem, act. 3, Posteaquam reus factus est, primo negabat opus in acceptum referri posse.

Referre in numerum deorum, Id est abscribere. Suet. Ea in deorum numerum retulit.

Referre in melius, Id est, conuertere. Virg. lib. x i, Multa dies, variúsque labor mutabilis æui, Rettulit in melius.

Referre in spẽ. Plaut. in Epid. 8.3, Hoc quidẽ iam perijt, nisi quid tibi hinc in spẽ referas.

Referre morẽ, Renouare, & quasi rursus ferre, Ramener la coustume. Virg. lib. v, Hunc morem, hos cursus, atque hæc certamina primus Ascanius, longam muris cum cingeret vrbem Rettulit.

Referre mores patris, id est, exprimere, & imitari. Auoir les meurs de son pere, Le ressembler en meurs. Plin. epi. 111.c, Amisit enim filiã, quæ non minus mores eius, quàm os, vultúmque referebat, totúmque patrẽ mira similitudine exscripserat. Idem epist. 67.a, Erat puer acris ingenij, sed ambigui: qui tamen posset recta sectari, si patrem non referret. Sil ne ressembloit point a son pere.

Referre numerum, Nombrer. Virg. Cogere donec oues stabulis, numerúmque referre Iussit.

Referre oculos ad aliquem. Plin. 126, Quum tamen finita postulatione Nigrini, consules ad me oculos retulissent, Scietis, inquam, constare nobis silentij nostri rationem cum veros legatos prouinciæ audieritis.

Referre par, Rendre la pareille. Terẽt. in Adel. 1.1.48, Ille quem beneficio adiungas, ex animo facit, studet par referre.

Referre pedem vel gradum. Est quod ineptè multi dicũt, Retrahere se, Soy retirer. Virg. Ille pedẽ referens, & inutilis, ínque ligatus Cedebat. Liuius ab vrb. cond. Interfectum rati, gradum retulerunt. Ibidem, Nisi referentibus gradum consul metum excussisset. Idem, Vt pariter & socijs rem inciperent, referréntque pedem. Cæsar in commẽt. Pedem referre, & loco excedere, non turpe putarent. Ibidem, Permoti barbari cõstiterunt, ac paulum modo pedem retulerunt.

Referre in nefastos. Plin. de viris illust. 14, Dies quo id factum, inter nefastos relatus. Conté & escript.

Referre in numeros. Plin. epist. 52.b, Neque enim adhuc nomen in numeros relatum est. Id est, tuum nomen nondum relatum est in ordinem tribunorum, erat enim integrum alium subrogare.

Referre, Producere. Plin. lib. x x i, Diximus & terram referre multum. Raporter.

Referre, Narrare, indicare. Virg. Referes ergo hæc, & nũtius ibis Pelidæ genitori. Cic. Bruto, At illa retulit, quæsiuítque quidnam mihi videretur.

Referre de. Vatinius Ciceroni, Cæsar adhuc mihi iniuriam facit: de meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Il ne leur en parle point.

Referre, Ostendere, Lucretius lib. 1, Quid posset oriri, Quid nequeat, referat vnde.

Referre, Reddere. Virg. lib. 8, O mihi prẽteritos referat si Iuppiter annos Qualis erã. Plau. in Curcul. Ni argentum referas.

Referre, Portare. Cornelius Tacitus, Cum ex agris segetes domum referrent.

Refert impersonale, Genitiuo iungitur. Sallust. in Iugurtha, Faciendum aliquid quod illorum magis, quàm sua retulisse videretur. Qui estoit plus a leur prouffit.

Cum genitiuis pretij frequentissimè construitur, Magni, parui. Cic P. Seruilio, Sperare tamẽ videor Cæsari collegæ nos fore curæ, & esse: vt habeamus aliquam rẽp. cuius consilij magni referebat te interesse. Il estoit bien vtile & necessaire. Terẽt. in Phor. 4.3.41, Parui retulit non suscepisse: inuenta est quæ dotem petat.

Cum ablatiuis his, Mea, tua, sua, nostra, vestra. Plaut. in Curcul. 8.26, Nã quid id refert mea an aula cassa cum cinere effossus siet? Quen ay ie a faire, Que men chault il? Idem in Persa, 15.71, Mea quidem istuc nihil refert, tua refero gratia. Ie nay que faire de cecy. Ie ne men mesle point. Idem in Amphit. 8.108, Tua istuc refert si curaueris. Ce sera tõ prouffit. Idem in Merc. 22.65, Quid tua refert, qui cũ istac venerit, dum istuc? Idem in Persa, 15.29, Hæ quid ad me? T. imò ad te attinent, & tua refert. Terent. in Hecyra, 4.3.12,

Verùm id tua refert nihil, vtrũ illæ fecerint, quandò hæc abierit. Idem in Phor. Quid tua (malùm) id refert?

Aliquando his accuſatiuis, ſiue aduerbijs iungitur, Multum, plus, plurimum, parum, paulum, pauxillum, nihil, aliquid, & ſimilibus. Plin. ad Pomp. Fal. Plurimum refert quid eſſe tributum putes.

Refert feciſſe. Plaut. in Curcul. II. 24, Quid refert me feciſſe regibus vt mihi obedirent, ſi me hodie hic vmbraticus deriſerit? De quoy me ſert il? de quoy me prouffite il. Idem in Epid. 3.30, Quid retulit mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epiſtolas?

Non multũ refert an villatici corporibus graues, & parũ veloces ſint. Il nen chault pas beaucoup. Columella lib. 8. de Canibus loquens.

Quomodo habeas id refert, iure, an iniuria. Il y a bien a regarder en quelle maniere tu ayes eu, a droit ou a tort. Plaut. in Rud.

Nec terræ tantum natura circa has refert, Il neſt pas ſeulement queſtion de la nature de la terre, mais auſſi &c. Plin. lib. 6.

Adeóne eſt fundata leuiter fides, vt vbi ſim, quàm qui ſim magis referat? Que on ſe ſoucie plus ou ie ſuys, que qui ie ſuis. Liuius lib. 2.

Refert, Neceſſe eſt. Salluſt. Quare vanũ quidem hoc cõſilium eſt, ſi periculum ex illis timuit, ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert me mihi atque nobis timere. Virg. lib. 2. georg. Neque enim numero comprehendere refert. Il neſt point de neceſſite.

Relatio, relationis, f. g. vt relationem de aliquo ad ſenatum mittere. Plin. epiſt. 190. h, Et relationem quidem de eo Cæſar ad ſenatum non remiſit. Il ne feit point de complainte de luy au ſenat. Nam relatio, propoſitio eſt criminis & rei apud ſenatum.

REFERVEO, referues, referbui, referuere, Feruere, Bouillir. Qui boult. Plinius, Item therebinthinam in ſartagine referuenti.

Refereſco refereſcis, refereſcere, Idem. Plaut. in Capt. 15.9, Coquũ percontabatur poſſent ne feria refereſcere.

REFICIO, reficis, refeci, refectum, reficere, Inſtaurare, renouare, quod corruptum erat, in ſtatum priſtinum reducere, Refaire. Vlpianus, Verbo reficiẽdi, tegere, ſubſtruere, ſarcire, ædificare & aduehere, apportaréque ea, quæ ad eandem rẽ opus erit continentur. Plin. epiſt. 216, Aruſpicum monitu reficienda eſt mihi ædes Cereris in prædijs, in melius & in maius.

Reficere, Recreer. Plin. Cum reficiendi animi gratia id feciſſet. Par recreation. Plin. epiſt. 101. d, Neque enim terras tibi, ſed Formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictã videberis cernere, ea varietate, ea deſcriptione, quocunque inciderũt oculi reficiẽtur. Idem in Paneg. 129, Adhæc tã aſſiduus in tribunali, vt labore refici ac reparari videretur.

Refectus ſum cum tua lego. Plin. epiſt. 68. b, Ita certè ſum refectus ipſe quum græca epigrãmata tua, quum iambos proximè legerem. Ie ſuis ſi recreé & reſiouy.

Refectus eſt tribunus. Plin. de viris illuſt. 73, Saturninus Aulo Memmio cõpetitore interfecto Trib. Plebis refectus, Siciliam, Achaiam, Macedoniam nouis colonis deſtinauit.

Refici dicitur, qui conualeſcit, Qui ſe refaict. Plin. epiſt. 164, Quanquã vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas, atque ita gaudeas periculo liberatã, vt ſimul quòd periclitata ſit, perhorreſcas. iam hilaris, iam ſibi, iam mihi reddita, incipit refici, tranſmiſſúm que diſcrimen conualeſcendo remetiri.

Refacio refacis, apud Plautum legitur in Trucul. 18.23, Nam refacere ſi velim, non eſt locus.

REFIGO, refigis, refixi, refixum, refigere, Rurſus, ſiue valde figere. Reficher, ou ficher auãt. Columella lib. V, Nam ſiue prope truncum defigitur palus, pedali tamen ſpatio refigendus eſt. Virg. lib. 4. Georg. Aulas & Cerea regna refigunt.

Refigere, Aliquando contrarium ſignificat, Tirer hors de terre ce qui y eſt fiche. Inde refigere tabulas, & leges, id eſt reſcindere, Abolir, & mettre a neant. Cic. Philipp. 12, Immunitates ab eo, ciuitates, ſacerdotia, regna venierunt, num figentur rurſus hæ tabulæ, quas vos decretis veſtris refixiſtis? Idem, Philipp. 13, Acta Antonij reſcidiſtis, leges refixiſtis. Virg. lib. 6, AEneid. Fixit leges, pretióque refixit. Leges enim in tabulis æneis inciſæ erant.

REFLECTO, reflectis, reflexi, reflexum, reflectere, Retro flectere. Terent. in Adel. 3.2.9, Quem neque fides, neque iuſiurandum, neque illum miſericordia repreſſit, neque reflexit. Ne la point retire de ce faire.

REFLO, reflas, reflare, Retro, vel contrà ſpirare. Cic. lib. 1. Tuſcul. Sin autem reflantibus ventis reijciamur, tum eódem paulo tardius referamur neceſſe eſt. Idem de off. lib. 2, Nam

cum prosperο flatu eius vtimur, ad exitus prouehimur optatos: & cum reflauerit, affligimur.

Reflatus reflatus reflatui, m.g. Flatus, id est ventus contrarius. Cic. Attico, Nauis relata in Vticam reflatu. Vestis autem reflata apud Apuleium, significat quasi flante vento renudatã.

REFOCILLO, refocillas, refocillare, Recreare, munire, Fortifier, refaire. Plin. epist. 58. b, Ipse paucis diebus ægrè refocillatus, non sine vltionis solatio decessit, ita viuus vindicatus vt occisi solent.

REFORMO, reformas, reformare, In priorem formam ponere. Reformer. Plin. in Paneg. 85, Omnia p. c. quæ de alijs principibus à me aut dicuntur, aut dicta sunt, eò pertinent, vt ostendam quàm longa consuetudine corruptos, deprauatósque mores principatus parẽs noster reformet & corrigat.

Reformator reformatoris, m.g. Reformateur. Plin. epist. 165, Multorúmque qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium, omnium exemplum: ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.

REFOVEO, refoues, refoui, refotum, refouere, Rursum fouere, siue nutrire. Columella in præf. lib. 2, Sed si frequenti, & tempestiua & modica stercoratione terra refoueatur.

Refouere, per translationem. Plin. in Paneg. 117, Si quid vsquam stirpis antiquæ, si quid residuæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vsum reip. promit. Ibidem, 29, Quàm speciosum est enim quòd disciplinam castrorũ lapsam extinctámque, refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia. Remettre en estat.

REFRAGOR, refragaris, refragari, Resistere. Contrarier. Plin. epist. 63. b, Próinde hoc te non moueat, si cætera non refragantur, quæ velim quàm diligentissime examines.

Refragari, Suffragari, Bailler support, ayder de parolles. Sisenna lib. 22, Multi populi, plurimæ concionis dictaturam omnibus animis & studijs refragauere. Id est, suffragati sunt, author est Nonius.

REFRACTARIVS, refractaria, refractarium, à refringo, quasi repercutiens ad tactum & reluctans.

Refractariolus refractariola refractariolum, diminutiuum. Cic. Attico, lib. 2, Fuit enim mihi commodũ, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominantur, enituerit ille tuus ciuis Demosthenes, & quod se ab hoc refractariolo dicendi iudiciali genere abiunxerat, vt στρατιωτικὸς καὶ πολιτικώτερος videretur, curare vt meæ quoque essent orationes, quæ consulares nominarentur.

REFRICO, refricas, refricare, Renouare. Tractum à vulneribus, quæ plerunque fricando renouantur. Cic. Sestio, Sinautem omnia quæ sentio perscripserim, ne refricem meis literis desyderium ac dolorem tuum. Idem de lege Agraria, Neque apud vos ante feci mẽtionem, ne aut refricare obductam iam reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere.

REFRIGEO, refriges, refrixi, sine supino, refrigere, Auoir froid.

Refrixerit res, pro refrigescit. Terent. in Adel. 2. 2. 24, Nihil est, refrixerit res. La chose est refroidee, on nen parle plus, on nen tient plus de conte. Cic. Q. Fratri, lib. 2, Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixerit.

Refrigere iudicio. Plin. epist. 94. a, Mansit hic postea, nec refrixit iudicio, sed inualuit.

Refrigesco refrigescis, refrixi, refrigescere, Se refroider. Columella lib. 7, Si bos aut ex langore aliquo ad maceriam perductus est, aut sudans in opere faciundo refrixit.

Refrigero, refrigeras, refrigerare, Frigus inducere, rem calidam frigidã facere. Refroider, Rafreschir. Cic. in Catone, Vbi enim potest illa ætas aut calescere, aut apricatione melius vel igni, aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius? Columella lib. 2, Atque ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata reconditur.

Refrigerare, Subleuare, recreare.

Refrigeratus refrigerata refrigeratum, Refroidé.

Refrigeratus, Refocillatus. Suet. in Claud. Cæs. cap. 41, Et cum primùm frequenti auditorio commississet, ægrè perlegit, refrigeratus sæpe à semetipso.

Refrigerium refrigerij, n. g. Subleuatio & quasi recreatio mentis.

Refrigeratorius, refrigeratoria refrigeratorium, Quod refrigerat. Plin. lib. 22, Refrigeratoriã tamen vim esse conuenit.

REFRINGO, refringis, refregi, refractum, refringere, Rumpere, aperire. Plaut. in Capt. 15. 10, Cellas refregit omnes intus. Plin. epist. 34. a, Enotuerunt quidam tui versus, & inui-

to te clauſtra tua refregerunt.

Refractis verecundiæ clauſtris. Plin. epiſt. 38. b, Nunc refractis pudoris & reuerentiæ clauſtris, omnia patent omnibus.

REFVGIO, refugis, refugi, refugitum, refugere, Retro fugere, Fuyr arriere, ſenrefuyr. Plin. lib. 9, Venantes refugere (ſcilicet piſces ipſos venantes) in ſuas cauernas. Gellius, Poſtea cum prælio victus in vltima regione refugiſſet. Plin. de viris illuſt. 7. b, Qua re audita Seruius, dũ ad curiam properat, iuſſu Tarquinij gradibus deiectus, & domum refugiens, interfectus eſt. Refugere, Idem quod confugere aliquando ſignificat.

Refugere, Deuitare, recuſare, Refuyr, refuſer. Pin. de claris grammat. 23, Qui cum in turba oſculũ ſibi ingerentem, quanquam refugiens deuitare non poſſet, Vis tu (inquit) magiſter quoties feſtinantẽ aliquem vides, abligurire? Columella lib. 4, Idque adeò plurimi dubitant, vt multi refugiant & reformident talem poſitionem ruris.

Refuga refugæ, com. g. Qui aliorum dominium refugit.

Refugus refuga refugum, Quod eſt recliue aut reiectum. Sidonius, Capitis apex rotundus, in patulum à planitie frontis verticem cæſaries refuga criſpatur. Id eſt, in frontem reiecta.

Refugium refugij, Locus ad quem confugimus.

REFVTO, refutas, refutare, à futo frequentatiuo verbi fuo fuis quo vſus eſt Plautus, in Amphit. Ne quis tam audax fuat, qui obuiam obſiſtat mihi. Futare, inquit Feſtus, arguere eſt. vnde & confutare & refutare, id eſt redarguere, ſiue non ita eſſe oſtendere. Reprehẽdere. Cic. Dolabellæ, Non tam id laboro vt ſi qui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, quod certè intelligitur, me à te amari. Idem in Vatinium teſtem, Nemo enim horum te ita refutandum vt grauem aduerſarium: aut ita rogandum vt religioſum teſtẽ arbitrabatur. Plin. epiſt. 53. h, Concipere animo potes quàm ſimus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi teſtes interrogandi, ſubleuandi, refutandi.

REGALIOLVS, regalioli, m. g. Auis, quam Plinius lib. x, ſcribit appellari regem auium in Italia propter diſſidia & bella quæ ſunt inter eam & aquilam. Alij putant galgulum, quæ auis græcè dicitur Icteros, à colore. Suet. Pridie autẽ eaſdem idus, auem regaliolum cũ laureo ramo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varij generis proximo nemore profecutæ ibidem diſcerpſerunt.

REGALIS, & hoc regale, Vide REGO.

REGELO, regelas, regelare, Contrarium eſt ſuo ſimplici, à gelu reſoluere. Columella lib. 2, Quanto fuerit ædificij ſõlum pronius orienti, & æſtatem liberius capere per flatus & hyemis procellas minus infeſtari, & matutino regelari ortu poterit, vt concreti rores liqueſcant. Idem lib. 2. cap. 16, Alter quod aſſiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur.

REGERO, regeris, regeſſi, regeſtum, regerere, Retroportare, reducere, Reporter. Plin. Et quanquam aſſidua conuerſatione immenſæ celeritatis attollantur quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illò regerat vnde acceperit.

Regeſtum regeſti, n. g. Columella, lib. v, Vt ſit inferior tenera ſubiacens terra, quæ non arceat, nec duritia ſua repellat nouas irrepentis radiculas. Iſtud quidem contingere poteſt, etiam ſi ager bipedalio moueatur, & deprimatur ſcrobis, in regeſto quod eſt fermantatum plus dipondio ſemiſſe.

REGIA, regiæ, vide REGO.

REGILA, regillæ, f. g. Veſtis quæ & baſilica & trabea dicitur, quoniam ea reges vterentur, auro & purpura intexta. Plaut. in Epid. 5. 40, An regillam induculam, an mendiculam?

REGIO, regionis, f. g. dicta à rego, quòd prius quàm prouinciæ fierent, regiones ſub regibus erant, atque ab his regebantur.

Regiones, Maiores vrbis partes appellari poſtea cœptæ à ſimilitudine earum regionum, in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones, è quibus prima regio Suburrana: ſecunda, Exquilina: tertia, Colina: quarta, Palatina.

Regiones cæli quatuor ſunt, Ortus, Occaſus, Meridies, Septentrio. Ortus & occaſus mobilia ac varia ſunt: Meridies & Septentrio perpetuo ſtatu permanent. oritur quippe ſol non itidẽ ſemper, ſed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut ſolſtitialis, aut brumalis. Idem non in eundem ſemper occidit locum: ſed occaſus eius ſimiliter ſit aut æquinoctialis, aut brumalis. Ab his quatuor regionibus quatuor venti flare dicuntur, qui ſunt Eurus, Auſter, Fauonius, Aquilo.

Regionatim, aduerbium, Per ſingulas regiones. Suet. in Cæſ. Ludos etiam regionatim vrbe

tota,& quidem per omnium linguarum hiſtriones.

REGNVM,regni,n.g. Regio quæ à rege poſſidetur. Vng royaume. Cic. Caſſio, Nõ regno, ſed rege liberati videmur: interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur.

Regnum, dici poteſt, quicquid poſſidetur. Cic. lib. 1. de Orat. Quare negaſti te fuiſſe laturũ, niſi in regno meo eſſes? Id eſt, in Tuſculano. Plaut. in Merc. 2. 1. 2, Ibi quidem ſi regnum detur, non eſt cupita ciuitas.

Regnum, Regne. Plaut. in Pſeud. 3. 1. 3, Sub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis.

Regno regnas, regnare, Regner. Regnum poſſidere. Priſcianus, Rex ſolum, quod à regendo naſcitur, peperit ex ſe aliud verbum quod eſt regno. Cic lib. 15. epiſt, Illum cohortatus ſum vt in ſua vita conſeruanda primùm regnare diſceret: à quibus proſpexiſſet ſibi inſidias paratas, in eos vteretur iure regio.

REGO, regis, rexi, rectum, regere, Gubernare, quaſi rem populi agere. Regir & gouuerner. Virg. Paratúmque reget patrijs virtutibus orbem.

Regere ingenium. Plaut. in Bacchid. 8. 90, Vt illius animum, atque ingenium regas. Terẽt. in Eunucho, 1. 1. 113, Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum habet vllum, eã conſilio regere non potes.

Rex regis, m.g. Vng roy. Qui regnum poſſidet.

Rex, Potentior: & is quem nobis veluti in patronum eligimus quem ſequamur. Martialis, Qui rex eſt, regem maxime non habeat. Columella, An honeſtius mercenarij ſaluatoris mendaciſſimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, ſomniúmque regis ſui rumoribus aucupantis. Neque enim roganti quid agatur intus, reſpondere dignãtur ſerui.

Rex, Diues. Horatius, Siue reges, ſiue inopes erimus coloni. Terent. in Phor. Regem me eſſe oportuit.

Regina, reginæ, Regis vxor. Royne.

Regina, Domina. Plaut in Trucul. 10. 51, Sed reginæ domi ſuæ fuêre ambæ.

Reginæ diuites, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, 1. 2. 88, Eunuchũ porrò dixti velle te, quia ſolæ vtuntur his reginæ: repperi.

Regulus reguli, m.g. Diminutiuum, quaſi paruus rex, nõ quòd paruæ ſtaturæ, ſed quòd alicuius vrbis aut oppidi dominus ſit. qui generali vocabulo dominus aut princeps dicitur. Quãuis proprie reguli ſint filij aut nepotes regum.

Regulus, Auis minima, à quibuſdã regaliolus dictus. Alio nomine trochilus. vt Plinius lib. 10. cap. 74. docet. Et ab Ariſtotele βασιλεύς, quaſi rex & præſes auium dicitur.

Regulus, Serpentis genus eſt, quem Græci Baſiliſcum dicunt.

Regillus, regilli, m.g. Aliud diminutiuum à rex.

Regius regia regium, Quod eſt regis. Cic. lib. 3. de off. Erat autem regius paſtor.

Regium. Quod eſt rege dignum.

Regius morbus, qui & arquatus, La iaulniſſe. Plin. 22. cap. 24, Varro regium cognominatũ morbũ arquatum tradit, quoniam curatur mulſo. Horat. Aut mala quẽ ſcabies, aut morbus regius vrget. Aliàs aurigo dicitur hic morbus.

Regia regiæ, Domiciliũ & aula regis. Palais. Liuius lib. 1, Eo tempore in regia prodigium viſu euentúque mirabile fuit omen. Iuſtinus, In regiam ſe recipit.

Regalis & hoc regale, Ad claritudinem pertinet, & ſignificat dignum rege. Cic. in Catone, Nihil ei tam regale videri, quàm ſtudium agri colendi.

Regaliter, Splendide, & magnifice.

REGREDIOR, regrederis, regreſſus ſum, regredi. Retro gradi, reuerti. Plaut. in Aulul. 4. 7, Illuc regredere ab oſtio: illuc ſis vide vt incedit. Recule toy la.

Regredi in memoriam, Se ſouuenir. Plaut. in Capt. 19. 26, Nunc ædepol demum in memoriã regredior audiſſe me quaſi per nebulam.

REGVLA, regulæ, f.g. Norma qua lineæ diriguntur, quaſi menſuram regens. Vne eſquiere, vne reigle.

Regula, Inſtrumentum, eundem vſum præbens in factura olei, quem fiſcus. Vide FISCVS loco ſuo. Columella lib. 13, Aut regulis, ſi cõſuetudo erit regionis, aut certè nouis fiſcis ſanſæ exprimi debent. Idem alibi, Suſpenſa mola oleam frangito, eámque vel in regulas vel in nouos fiſcos adijcito, ſubiectámque prælo ſic premito ne vaſa intorqueas: ſed tantum ipſius præli pondere, quantulumcunque exprimi patiaris.

Regularius regularia regularium, Quod ſecundum regulam eſt, Faict a leſquerre.

REIECVLA ouis, vide REIICIO.

REIICIO, reijcis, reieci, reiectum, reijcere, Retro iacere, Reietter, Ietter au loing. Virg. Reijciunt palmas, & equos ad mœnia ducunt.

Reijcere, Repellere, Chaſſer arriere. Virg. Tityre, paſcentes à flumine reijce capellas.

Reiicere, Refutare, abiicere, & pro vili habere, Refuſer, debouter, dechaſſer. Apul. Me verò tanquã inutilem reiecerunt. Terent. in Phor. 4.5.5, Nam ſi altera illa magis inſtabit, forſitan nos reiiciat. Idem in prolog. Phor. 19, Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere: hic reſpondere voluit, non laceſſere.

Reiicere iudices, Refuſer. Cic. in Verrem, act. 3. Sciebam in reiiciendis iudicibus nonnullos memoria noſtra pactionis ſuſpicionem nõ vitaſſe, cum in ipſa accuſatione, eorum induſtria ac diligentia probaretur.

Reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter. Elle ſeſt reiettee, elle ſeſt laiſſe cheoir. Terent. in And. 1.1.109.

Reiicere ſanguinem. Plin. epiſt. 154, Encolpius quidem lector ille ſeria noſtra, ille deliciæ exaſperatis faucibus puluere ſanguinem reiecit.

Reiicere, Euomere. Suetonius in Auguſt. Senos ſextantes non exceſſit: aut ſi exceſſiſſet, reiiciebantur.

Reiectus reiecta reiectum, Qui eſt reiecte, ou iette ou loing, debouté. Cic. in Verrem, act. 3, Vt primum è prouincia rediit, redemptio eſt huius iudicii facta. ea manſit conditione atque pacto vſque ad eum finem dum iudices reiecti ſunt.

Reiectus capillus. Terent. in Heaut. 2.3.50, Capillus paſſus, prolixus, circum caput reiectus negligenter.

Reiectio reiectionis, f. g. Deboutement. vt reiectio iudicum. Cic. in Verrem, act. 3, Poſteaquam reiectio iudicum facta eſt: quòd in ſortitione, iſtius ſpem fortuna Pop. Romani & in reiicendis iudicibus mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat, renuntiata eſt tota conductio.

Reiectio, Vomiſſement. Plinius, Et vernatio vtilis erat, ſi poſtquam ſorpta fuerat, ſtatim reiectio ſequatur.

Reiectus, reiectus, reiectui, m. g. Idem quod vomitio. Celſus, Et reiectus cibi non erit inutilis, ſi rarò fiat.

Reieculæ oues, dicuntur quæ ætate vel morbo reiiciuntur. Varro, Scire oportet in grege, quòd reieculæ ſint alienandæ.

RELANGVEO, relangues, relangui, relanguere, Rurſus ad valetudinem redire. Ouid. lib. 6. Metamorph. Impoſito fratri moribunda relanguit ore.

Relanguere, Remiſſum eſſe. Claud. lib. 1, Vix ille pepercit, Erubuitq; preces, animúſque relanguit atrox.

RELAXO, relaxas, relaxare, Laxum facere, aperire, liberare, Relacher, deliurer. Cicero de Senect. 73, Ex quo intelligitur quales futuri ſint, quũ ſe planè corporis vinculis relaxauerint.

Relaxare animũ, Se recreer, ſeſiouyr. Cic. lib. 1. de off. Atque etiam cum relaxare animos voluerint, caueant intemperantiam.

RELEGO, relegas, relegare, Separare, ſemouere, Separer, enuoyer, mettre a part. Virg. lib. 3. georg. Atque ideò tauros procul atque in ſola relegant Paſcua. Cic. lib. 3. de off. Criminabatur etiam quòd Titum filium qui poſtea Torquatus eſt appellatus, ab hominibus relegaſſet, & ruri habitare iuſſiſſet. Plinius de viris illuſt. 28, Titus Manlius Torquatus, ob ingenii & linguæ tarditatem à patre rus relegatus, cum audiſſet ei dictam diem à Pomponio Trib. plebis, nocte vrbem petiit.

Relegare, Remittere, Renuoyer. Plinius lib. 7, Nec tamen ego in pleriſque eorum obſtringam fidem meam, potiúſque ad authores relegabo, qui de dubiis regẽt omnibus. Plinius epiſt. 117. b, Cæſar excuſſis probationibus centurionem exauthorauit, atque etiã relegauit.

Relegare, In exilium mittere, Banir, enuoyer en exil. Plin. epiſt. 5. b, Is tunc in exilio erat, à Domitiano relegatus. Idem epiſt. 35. h, Aſſenſerũt conſules deſignatii, Martianũ in quinquennium relegant.

Relegatio relegationis, f. g. Eſt exterminatio, cum quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero ſedibus expellere interpretatur.

RELEGO, relegis, relegi, relectum, relegere, Rurſus legere, Relire. Ouidius, Cum relego, ſcripſiſſe pudet: nam plurima cerno, Me quoque qui ſcripſi iudice, digna lini.

RELEVO, releuas, releuare, Rurſum leuare, Releuer.

Releuare animum alicui, Rebailler courage. Terent. in Adelphis, 4.3.11. Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Tu luy feras reuenir le courage.

Releuare labores, Minuere, Alleger, diminuer. Plin. in Paneg. 31, Itaq; perinde ſummis, atq; infimis charus, ſic imperatorem cõmilitonémque miſcueras: vt ſtudiũ omnium, laboremq; & tanquam actor intenderes, & tanquam particeps, ſociúſque releuares.

RELICINVS, Significat in occiput refugiente capillamento recriſpum. Nomen (vt quidam putant) à recello deductum, quod ſignificat retraho, reuibro, reclino, & cæſim reduco. Et quoniam ad craneum capillitium retorquetur, inde relicinus veluti recellinus crinis appellatus, euphoniæ cauſſa. Apuleius lib. 1. Florid. Laudauit ſeſe quòd erat & coma relicinus & barba ſqualidus, & pectore hirſutus. Et relicina frons dicitur, vt idem paulò pòſt, Et tabulis & toreumatis idem vigor acerrimi bellatoris, idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Idem etiam frontem relicinam in Alexandro magno fuiſſe laudat, quæ ſcilicet lata, aperta, ſpectabilis, & à capillorum tegmento libera viſeretur.

RELIGIO, religionis, fœm. gen. Eſt, vt inquit Cicero lib. 2. artis veteris, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ, quam diuinam vocant, curam, ceremoniámque affert. Idem lib. 2. de natura deorum dicit cõtineri pio deorũ cultu. Ibidem, Religionẽ vocat retractationem & tanquã relectionem eorũ quæ pertinerẽt ad deorũ cultum. Plin. de viris illuſt. 3, Vt populum ferum religione molliret, ſacra plurima inſtituit.

Religio, Eſt anxia cura. Plinius in epiſtolis, Sed parentibus ſolis ius præceptores conducendi relinquatur, ijſdémque religio rectè iudicandi neceſſitate collationis addatur. Id eſt, ſolicita, & anxia cura probos præceptores idoneóſque deligendi liberis ſuis. Cicero in Verrẽ, act. v, Nam qui ſibi hoc ſumpſit, vt corrigat mores aliorum, ac peccata reprehendat, quis huic ignoſcat, ſiqua in re ipſe ab religione officij declinarit?

Obligare religione vel obſtringere dicebant veteres, pro eo quod dicimus conſcientiæ metum incutere. Cic. Philipp. 2, Obſtrinxiſti populum Romanum religione, augur auguri, conſul cõſuli nuntiaſti. Id eſt, de cælo ſeruaſſe te dixiſti ne populus eo die comitia haberet, & vitiũ obueniſſe dixiſti (verba ſunt auguralia) vt comitia diſturbares, & populũ adalligares, & mo rareris hac obnuntiatione. Verebantur enim Romani aliquid agere vetantibus auſpiciis, ne malè cederet, ſi contra deorum monita agerent.

Religio, Conſcientiæ ſcrupulus. Cic. de Aruſpicum reſponſis, Quæ tanta religio eſt, qua non in noſtris dubitationibus, atque in maximis ſuperſtitionibus vnius P. Seruilij ac Marci Luculli reſponſo ac verbo liberemur? Id eſt, vt nunc loquimur, Qui tantus conſcientiæ ſcrupulus? Terẽt. in And. 5.4.39, At mihi vnus ſcrupulus reſtat, qui me malè habet. P. dignus es cum tua religione odio. Nodum in ſcirpo quæris Ibidem, 4. 4.9, Quamobrem id tute nõ facis? D. quia ſi forte opus ſit ad herum iuſiurandũ mihi non appoſuiſſe, vt liquido poſſum. M. intelligo. noua nunc relligio in te inceſſit, cedo? En fais tu conſcience maintenant?

Vertere in religionem. Liuius lib. 6. ſecundi belli Punici, Inſtructis vtrinque exercitibus in eius pugnæ caſum in qua vrbs Roma præmium victori eſſet, imber ingens grandine miſtus, ita vtranque aciem turbauit, vt vix armis retentis in caſtra ſeſe receperint. Et poſtero die eodem loco acies inſtructas eadem tempeſtas diremit. Vbi recepiſſent ſe in caſtra, mira ſerenitas cum tranquillitate oriebatur. In religionem ea res apud Pœnos verſa eſt, Id eſt, Pœni interpretati ſunt id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda confligerẽt, vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur.

Inducere religionem, Id eſt anxietates & formidines impendentes, quaſique aduentantis iræ diuinæ. Cicero Philipp. 1, Cum innumerabiles religiones in remp. inducerentur.

Religio eſt mihi, Ie fais conſcience &c. Plautus in Curcul. 7.71, Vocat me ad cœnam: religio fuit, denegare nolui. Terent. in Heaut. 2.1.16, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis: tum quod dem ei, rectè eſt: nam nihil eſſe mihi, religio eſt dicere. Apud Suetonium in Auguſto, Huc introire, niſi neceſſario & caſtè, religio eſt, Id eſt nefas, non licet.

Religio mihi non eſt quo minus hoc faciam. Ie ne fais point de conſcience de ce faire. Cice-

ro in Catil. oratione ſecunda, Vt quæ religio C. Mario clariſſimo viro non fuerat, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, prætorem occideret, ea nos religione in priuato P. Lentulo puniendo liberaremur.

Religio, Metus, & ſollicitudo, inquit Seruius. Virgilius, Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes Dira loci.

Religioſus religioſa religioſum, Religieux. Cic. lib. 2. de natura deorũ, Qui omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, ſunt dicti religioſi, ex relegẽdo. Plaut. in Aſin. 13. 37, Deam ſibi inuocet, quam lubebit propitiam, deum nullum. ſi magis religioſa fuerit, tibi dicat, tu pro illa ores vt ſit propitius.

Religioſus, aliquando pro ſuperſtitioſo ponitur. Terent. in Heaut. 4. 1. 42, Vt ſtultæ & miſeræ omnes ſumus religioſæ.

Religioſe, aduerbium, Id eſt, ſollicitè & accuratè, Soingneuſement. Columella, Nihil curioſè adminiſtrant, nihil religioſe. Plin. epiſt. 162, Nulla enim ſtudia tanti ſunt, vt amicitiæ officiũ deſeratur, quod religioſiſſimè cuſtodiendum ſtudia ipſa præcipiunt.

RELIGO, religas, religare, Soluere quod eſt ligatum, Deſlier.

Religare, Lier. Ouidius, Nox erat, & querno religãt in ſtipite funem. Columella lib. 3, Diutiuſque perennat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata eſt.

Religatus quadrigis. Plin. de viris illuſt. 4, Iuſſu ipſius quadrigis religatus, ac in diuerſa diſtractus eſt.

Religatus ad. Cic. lib. 1. Tuſcul. Trahit Hectorem ad currum religatum Achilles.

RELINO, relinis, releni, releui, & relini, relitũ, relinere, Quod obturatũ erat aperire. Terẽt. in Heaut. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Iay perce tous les muis. Plaut. in Stich. 14. 38, Nolo ego nos pro ſũmo bibere: nulli relerimus poſtea. Pro releuerimus. Id eſt, nulli deinceps vinum deprompſerimus.

RELINQVO, relinquis, reliqui, relictum, relinquere, Delaiſſer. Plaut. in Moſtell. 4. 45. Reliquit, deſeruitque me.

Relinquam animam potius, quàm illas deſeram. Ie mourray plus tot que. Terent. in Adelphis, 3. 4. 52.

Relinquit eam animus, Le cueur luy fault. Plautus in Milite, 20. 37. Et in Menæh. 17. 4, Reliquêre vires.

Relinquere, Eſt aliquid pro ſuo alicui dimittere ſeu legare. Plaut. in Aulul. Agri reliquit ei non magnum modum, quo cum labore magno & miſerè viueret. Terẽt. in Phorm. 2. 3. 46, At ſi talentûm rem reliquiſſet decem, primus eſſes &c.

Relinquere in ſuſpenſo. Plin. epiſt. 248, Exiſtimabam neceſſario ergo rem totam, dum te cõſulerem, in ſuſpenſo relinqui.

Relinquere in medio. Cic. pro M. Cælio, Hic ego rem iam definiam, mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam.

Relictus relicta relictum, Delaiſſé.

Relictus arraboni, Baille pour arras. Terent. in Heaut. 3. 3. 42, Reliquit filiam adoleſcentulam: ea relicta huic arraboni eſt pro illo argento. Relictus cuſtos, Commis pour garder. Terent. in Eunuch. 2. 2. 55, Eho num nam tu hic relictus cuſtos, ne quis forte internuntius clàm à milite ad iſtam curſitet?

Relictis omnibus mihi frequentem operam dediſtis, Plaut. in Ciſtell. 2. 5. Et apud Terentium in Heaut. 4. 7. 12, Mihi nunc relictis omnibus, inueniendus eſt aliquis, labore inuenta mea cui dem bona. Et in Eunucho. 1. 2. 86, Relictis rebus omnibus, eam quæſiui.

Relictus ſum mihi, Ie ſuis a part, ſeul. Plin. epiſt. 213, Ab ijs quæ auocant abductus, & liber, & mihi relictus, non oculos animo, ſed animum oculis ſequor.

Reliquus reliqua reliquum, Quod ſupereſt. Cẽ qui eſt de reſte. Cæſar lib. 1. Comment. Demõſtrant ſibi præter agri ſõlum nihil eſſe reliqui. Cic. Curio, Reliquum eſt vt certemus officijs inter nos. Il ne reſte que &c. Terent. in Eunucho, 5. 6. 26, Nunquid eſt aliud mali, damnive quod non dixeris, reliquum? Idem in Adelphis, 3. 2. 48, Hoc reliquum eſt, ſi inficias ibit, teſtis mecum eſt annulus.

Reliqua opera. Plautus in Trucul. 2. 13, Nunquam ab amatore ſuo poſtulat id quod datum eſt, ſed reliquam dat operam, ne ſit reliquum poſcendo, atque auferendo.

Reliqua ſpes. Terent. in Eunucho, 2. 2. 9, Itáne paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi?

Reliquas dies. Cic. pro P. Seſtio, O reliquas omnes dies, noctéſque eas, quibus iſte à me non recedens Theſſalonicam me, in quæſtoriúmque perduxit.

Reliquiæ, reliquiarum, pluraliter tãtum. Tametſi apud Plautũ legatur in Milite, 3.55, At pedites tibi reliquia erãt, ſi viuerent? Pauca dicuntur quæ relicta ſunt, Reliques. Plaut. in Perſa, 3.22, Nunc huc intrò ibo, viſam heſternas reliquias quî euenerint.

Reliquiæ horum hominum. Terent. in Adelphis, 3.3.90, Quàm gaudeo vbi etiam huius generis reliquias reſtare video!

Reliquiæ prandij. Plaut. in Menæh. 10.15. Et reliquiæ reliquiarum, in Curcul. 8.18.

RELVCEO, reluces, reluxi, relucere, Reluyre. Virgilius lib. 2, Sigæa igni freta lata relucẽt.

RELVO, reluis, relui, reluere, Eſt vt inquit Feſtus, Reſoluere, repignerare, Deſgager. Cęcil. in carmine, Vt aurum, vt veſtem quod matris fuit reluat, quod viua ipſi oppoſuit pignori. à luo luis compoſitum, quod eſt perſoluo. Plaut. Repignerat, reluit, vendit.

REMANDO, remandis, remandi, remanſum, remãdere, Ruminare, Ruminer. Plin. lib. x, Pontici mures ſimili modo remandunt.

REMANEO, remanes, remanſi, remanſum, remanere, Retrò manere, perſiſtere. Demourer derriere. Iuſtinus lib. 2, Interea rex velut ſpectator pugnæ, cum parte nauium in littore remanet. Cic. lib. 1. Tuſcul. Sed fac vt iſti volunt, animos non remanere poſt mortem.

Remanſio remanſionis, fœm. gen. Manſio. Cic. ad Q. fratrem, Primum tuam remanſionem etiã atque etiam probo.

REMANO, remanas, remanare, Repetere, inquit Feſtus. Ennius lib. 1, Deſerunt riuos, campóſque remanant.

REMECVLI, Nauigiorum genera, quibus Lemnij vtebantur.

REMEDIVM, remedii, à medeor mederis, Remede. Terent. in Heaut. 3.2.28, Quippe quia magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt. Idem in And. 3.1.10, Quod remediũ nunc huic malo inueniam? Plin. lib. 18. cap. 17, Vulgo verò ſi dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium eſt amurca pura.

REMENDO, remendas, remendare, Rurſus mendam tollere. Columella lib. 4, Quidam flagellum totum ſicut erat matri detractum crediderunt ſationi conuenire: idque per gemmas quinas, vel etiam per ſenas partiti complures tale oleaſter remandauerunt, quod ego minimè probo.

REMEO, remeas, remeare, Retrò meare, redire, Sen retourner. Plautus in Epid. 13.55, Remeabo intrò, vt accurẽtur venientes hoſpites. Idem in Aſin. 5.75, Remeato audacter, mercedem ſi eris nactus. Virgilius lib. 2. AEneid. Si patrios vnquã remeaſſem victor ad Argos.

REMETIOR, remetiris, remetiri, Rurſum metiri. Plin. epiſt. 164, Iam mihi reddita incipit refici, tranſmiſſúmque diſcrimen conualeſcendo remetiri.

Remetiri pelagus. Virgilius, Arma, deóſque parant cõmites, pelagóque remenſo Improuiſi aderunt.

REMEX, remigis, m.g. Nauticus, qui remos agit, & remigandi miniſterio mancipatus eſt. Nautõnier. Plaut. in Merc. 14.5, Sed coquos quaſi in mari ſolitus eſt hortator remiges hortarier. Curtius, Remex militis officia turbabat.

REMIGERO, remigeras, remigerare, Retourner. Plaut. in Perſa, 18.3, Crumenam hanc emere aut facere, vt remigeret domum.

REMIGO, remigas, remigare, Remis nauigare, Tirer a lauiron. Cicero lib. 4. Tuſcul. Vtrũ igitur mauis nos ſtatim vela facere, an quaſi in portu egredientes, paululum remigare.

Remigium remigii, Ipſa remorum agitatio, & remigatio. Virg. lib. 1. georg. Non aliter, quàm qui aduerſo vix flumine lembum Remigiis ſubiget.

Remigium, ad aues tranſtulit Virgilius, Volat ille per aera magno Remigio alarum.

Remigium, Remigum multitudo. Virgilius lib. 3. AEneid. Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis.

REMIGRO, remigras, remigrare, In priſtinum domicilium reuerti. Cicero lib. 1. Tuſcul. In noſtram domum remigremus.

Remigrare, ad alia tranſtulit Plautus in Pœnulo, 2.46, Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. Retourner. Idem in Epid. 11.40, Remigrat animus nunc demum mihi.

REMILLVM, inquit Feſtus, Repandum dicitur, à remi ſimilitudine.

REMINISCOR, reminiſceris, reminiſci, Recordari, quod fit cum ea quæ mens tenuit,

repetuntur, inquit Varro, quasi iterũ rem in mentem reuocare. Soubuenir, reduyre a memoire. Terentius, Eius reminiscor.

REMITTO, remittis, remisi, remissum, remittere, Retrò mittere, Renuoyer. Plaut. Munera accipit frequens, remittit nunquam.

Ablatiuo pretij aliquãdo iungitur. Curtius lib. 2, Captiuos si placet reddi, honestius dono dabimus, quàm pretio remittemus.

Remittere, rursus mittere. Columella lib. 1, Et eadem euentilata mundiora sunt, lapillíque carent & glebulis quas per trituram ferè terrena remittit area.

Remittere, Concedere, cõdonare, dimittere, Pardõner. & cum datiuo cõstruitur. Vatinius Ciceroni, Meam animaduersionem & supplicium quo vsurus eram in eum quem cepissem, remitto tibi & condono. Cic. in Verrem, act. 5, Verùm hoc quoque vobis remitto, negligite præterita si vultis. Idem de diuinatione, Nam illi multò mihi hoc facilius remisissent, si istum non nossent, aut si iste apud eos quæstor fuisset.

Remittere, Demittere, Baisser bas. Cic. lib. 1. de off. Ex oculorum obtuitu, ex eleuatione, ex remissione superciliorum, aut ex contractione.

Remittere de custodia, Delaisser a estre soingneux, estre moins soingneux. Columella lib. 1, Nunquid absentia sua de disciplina & custodia remiseris? num aliqua vitis, num arbor, num fruges abfuit?

Remittere ex. Plin. epist. 194, Vis tu remittere aliquid ex rugis?

Remittere, Cesser. Terent. in And. 5. 1. 8, Nam si cogites, remittas iam me onerare iniuriis.

Remittere, Relacher, quitter le marché. Plautus in Mostell. 10. 11, Senex ipse ante ostium eccum opperitur: sed mœstus est vendidisse has se. TE. quid tandẽ? TR. orat vt suadeã Philolachetí vt istas remittat sibi.

Remittere animum, Perdre le courage, se annonchallir, nestre plus si diligent que on estoit. Cic. Quæro non quibus intendam animum, sed quibus remittam.

Remittere annum. Plin. epist. 136, Ille me in tribunatu liberorum iure præcessit, ego illum in prætura sum consequutus, quum mihi Cæsar annum remiserit. Mait donne ou rabatu vne annee. Idem epist. 155, Rursus ergo iis qui soluerant, eius quod soluerant, decimam remisi.

Remittere frænos dolori, Lacher la bride, ou aualler. Plin. epist. 104. b, lib. v, Sed quid ego indulgeo dolori? cui si frænos remittas, nulla materia non summa est.

Remittere indulgentiæ, remittere lachrymis, Pardonner pour lamour des larmes, ou a cause du grand bandon, quæ on auoit baille. Plin. epist. 198, Remitte aliquid adolescentiæ ipsius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ: ne torseris illum, ne torseris etiam te.

Remittere nuntium. Plaut. in Capt. 7. 15, Gratiam habeo tibi, Quum copiam istam mihi & potestatem facis, vt ego ad parentes remittam nuntium.

Remittere nuntium. Plaut. in Trucul. 17. 71, Cæterũ vxorem quam primùm potest adduci ex ædibus? c. ego adeò iam illi nuntium remittam. Adimæo dicam vt aliam conditionem filio inueniat suo. Ie luy enuoyeray dire quelle se pouruoye ailleurs.

Remittere officiũ. Plin. epist. 143, Etenim quũ à me vt frater diligatur, nõ debet ab eo quem ego parentis loco obseruo, exigere officium quod parenti suo remisisset. Id est cõdonasset. Quil neust point voulu.

Remittere repudium, Repudiare. Plautus in Aulul. 26. 69, Nam tua gnata peperit decumo mense pòst, numerum cape: eò repudium remisit auunculus caussa mea. Terent. in Phor. 5. 8. 36, Nam non est æquum me propter vos decipi: cum ego veteri honoris caussa repudium alteri remiserim, quæ tantundem dotis dabat. Iay nay point voulu delle, ie lay refusee en mariage.

Non remittere tempus, Ne cesser. Terent. in Heaut. 1. 1. 18, Nullum remittis tempus, neque te respicis.

Remissio remissionis. fœ. g. Pardon. Plin. epist. 68, Ego tamen te vel magis in remissionibus miror. nam seueritatem istam pari iucunditate condire, summæque grauitati tantum comitatis adiungere, non minus difficile, quam magnum est.

Remisse, aduerbium, Humiliter. Sallust. Pauca timidè, remisseque loquutus abscessit.

Remisse, Lentè, & veluti remisso, id est laxato animo. Lachement. Cic. de Orat. Quis vnquã res præter hunc tragicas, penè comicè, tristes remissè, seueras hilarè, forenses scenica propè venustate tractauerit?

REMOLLESCO, remolleſcis, remolleſcere, Mollem fieri, Deuenir mol, tēdre, & ſans force. Cæſ. Vinum ad ſe omnino importari non ſinunt, quòd ea re ad laborem ferendum remolleſcere atque effœminari arbitrantur.

Remolleſcere, Mollem & placatum fieri. Ouid. in Metamorph. Precibus ſi numina iuſtis Victa remolleſcunt, ſi flectitur ira deorum.

REMORA, remoræ, fœm. gen. Retardatio dicitur. Lucil. Quæ vox ex te reſonans meo gradu remoram fecit? Plaut. in Trin. 3.12, Quæ in rebus multis obſtāt, odioſáque ſunt, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remora, Animal aquatile, admodum breue, à Græcis Echineis dicitur. À remorādo dictum, quòd nauem, cui adnixum ſit, remoretur. Plin. lib. 32. cap. 1, Tamen omnia hæc paritérq; eodē impellētia vnus ac paruus admodū piſciculus echeneis appellat⁹ in ſe tenet. Ruāt veniti licet, & fæuiant procellæ, imperat furori, virēſque tātas compeſcit, & cogit ſtare nauigia: quod non vincula vlla, non ancoræ pondere irreuocabili iactæ. Et paulò pòſt, È noſtris quidam Latinis remoram appellauere eum.

REMORBESCERE, in morbum recidere, inquit Feſtus. Verbum antiquum.

REMORDEO, remordes, remordi, remorſum, remordere, Mordere eum à quo quis eſt morſus.

Remordere, Cruciare, ſollicitare. Virg. Quandò hæc te cura remordet.

REMORES, aues in auſpicio dicuntur, quæ acturum aliquid remorari compellunt. Feſtus.

REMOROR, remoraris, remorari, Retardare. À remora piſce, inquit Donatus. Retarger, empeſcher. Terent. in And. 4.4.18, Sed ſi quid eſt quod mea opera opus ſit nobis, aut tu plus vides, manebo: ne quod veſtrum remorer cōmodū. Plautus in Caſina, 19.7, Nam quid illæc nunc tam diu intus remoratur, quaſi ob induſtriā? Queſte ce quelle targe tant lyens? Idem in Aſin. 9.7, Cur nō veniſti vt iuſſeram in tonſtrinam? L 1. hic me remoratus eſt. Terent. in Eunucho, 2.3.10, Vt illum di, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt.

Remorandus eſt gradus. Plaut. in Perſa, 3.25, Sed aperiuntur ædes: remorandus eſt gradus. Il me fault arreſte.

REMOVEO, remoues, remoui, remotum, remouere, Oſter. Cic. Tironi, Accepimus conditiones, ſed ita vt remoueat præſidia ex his locis quæ occupauit. Plaut. in Mil. 10.65. Aufer hinc illam offam penitam, probus hic conger frigidus: remoue, abi, aufer.

Remouere metum. Liuius lib. 2, Hunc tu, inquit, Luci Tarquini remoue metum.

Remouere moram. Plautus in Sticho, 5.34, Fores facite vt pateant, remouete moram. Haſtez vous.

Remotus ab inani laude. Cic. Catoni, Si quiſquam fuit vnquam remotus ab inani laude, & ſermonibus vulgi, ego profecto is ſum.

REMVGIO, remugis, remugiui, vel remugii, remugitum, remugire, Reſonare. Virg. lib. 3. Georg. Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

REMVLCVS, remulci, m. g. Parua nauis, ſiue ſcapha. Naſſelle. Inde

Remulco remulcas, remulcare, Quod propriè eſt remigando è ſcapha grandiorem nauim trahere, quod aliquando non neceſſitatis gratia fit, ſed vt nauis quietius agatur. Hinc remulcare aliquando dicimus, molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere. Siſenna libro ſecundo, Si qua celeriter ſolui poterat, in altum remulcando trahitur. Et à remulcendo fit.

REMVNERO, remuneras, remunerare, & Remuneror remuneraris, remunerari, deponens, Donare, Remunerer. Liuius lib. 2, Tum Mutius quaſi remunerans meritum. Plinius epiſtol. 165, Remunerāda eſt igitur probitas eorum, vt iam nunc ſciant hoc quod inſpecturus es, ex mea voluntate, ſaluis, quæ habent, priuilegiis eſſe facturum. Cic. poſt reditum in ſenatu, Quibus autem officijs T. Annij beneficia remunerabor? Recompenſeray ie. Idem Attico lib 8, Tu, ſi tibi eadem cauſſa eſt, me remunerare ſanè velim.

Remuneratio, remunerationis, fœm. gen. Remuneration, recompenſe. Cicero de Amicitia, 42, Nihil enim remuneratione beneuolētiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorū officiorúmque iucūdius.

REMVS, remi, m. g Inſtrumentum quo naues aguntur. Vng auiron. Virg. lib. v, Quam deinde Cloanthus Conſequitur melior remis, ſed pondere pinus Tarda tenet.

REN, renis, m. g. Renes ſunt qui lumbis adhærent. ἀπὸ τοῦ ῥέειν, fluere: quòd riui ab his obſcœni humoris oriantur. Plaut. in Curcul. 5.21, Sed quid tibi eſt? c. lien necat, renes dolent, pulmones diſtrahuntur. Les reins.

Renunclus renunculi, m.g. diminutiuum à Ren.

RENANCISCOR, renanciſceris, renanciſci, Reprehendere, inquit Feſtus. Rauoir.

RENATO, renatas, renatare, Rurſum natare, vel natando reuerti.

RENARRO, renarras, renarrare, Idem quod narrare. Virg. lib. 3, Sic pater AEneas intētis omnibus, vnus Fata renarrabat diuûm, curſuſque docebat.

RENIDEO, renides, renidui, renidere, Splendere. Stathius lib. x, Emicat effigies, & ſparſa orichalca renident. Plin. lib. 7, Neque in receſſu gemmæ, aut in deiectu renidente. Renidere, Redolere. Horatius, Nec mea renidet in domo lacunar.

RENOVO, renouas, renouare, Renouueller. Liuius lib. 1, Fœdus inter Romã, Lauiniumq; renouatum eſt. Plin. de viris illuſt. 71, Et quum alia dediſſet, & arma retinerentur, bellum renouauit. Renouare deſyderium amici. Plin. epiſt. 96. Apud eundem, epiſt. 126, Renouare ſolicitudinem.

Renouello renouellas, renouellare, Rurſus nouellum facere. Columella lib. 3, Eiuſmodi vinea ſi non aridos in opera habet truncos, & flecti poteſt, factis ſulcis optimè ſternitur, atque ita renouellatur.

RENVMERO, renumeras, renumerare, Renombrer, rebailler par nombre comme on lauoit baille. Terent. in Hecyra, 3.5.52. Sin alio eſt animo, renumeret dotem huc, eat.

RENVNTIO, renuntias, renuntiare, Referre, ſiue reportare. vt miſſi nuntij referre ſolent de his ad quæ miſſi ſunt. Cæſar libro primo Comment. Qualis eſſet natura montis, & qualis eſſet in circuitu aſcenſus, qui cognoſcerēt miſit. Renuntiatum eſt facilem eſſe. On raporta.

Renuntiare, Apertè nuntiare, ſignificare, Annoncer, ſignifier. Terent. in Andria, Quaſi tibi non renuntiata ſint hæc ſic fore. Et iterum, Id ego iam nunc tibi here nuntio futurum, vt ſis ſciens, ne tu mihi hoc poſterius dicas, Daui factum conſilio, aut dolis. Plaut. in Merc. 17.7, Rus abiſſe aiebant, nunc domũ renuntio. Idem in Bacchid. 2.49, Teque ad patrem eſſe mortuum renuntiem.

Renuntiare de. Plautus in Menæh. 9.61, Hunc metuebam, ne meæ vxori renuntiaret de palla.

Renuntiare ad patrem dixit Plautus in Bacchid. 2.49. & in Menæh. 24.70.

Renuntiare amicitiam, renuntiare redemptionem, repudium, Denuntiare amicitiã diſciſſam, teſtari ſe non eſſe redemptorem, & repudiare vxorem. Renoncer a lamitie, quitter. Suetonius in Cæſ. Caligula, cap 3, Ac ne tunc quidem vltra progreſſus, quàm vt & amicitiam, ei more maiorum renuntiaret. Plaut. in Aulul. 26.53, Is me nunc renuntiare repudiũ iuſſit tibi. Terent. in Phor. 4. 2.72, Illis repudium renuntiet, hanc ducat. Cic. in præt. vrb. Itaque renuntiat Rabonius illam deciſionem tutoribus. Accurrunt tamen ad tempus tutores, digitum tollit Iunius patruus. Id eſt, ſignificat ſe eſſe redemptorem.

Renuntiare hoſpitium. Cic. in Verrem, act. 4, Atque iſte Stenio vehemẽter incenſus, hoſpitium ei renuntiat, domo eius emigrat. Id eſt, denuntiat ſe nolle amplius hoſpitari in domo eius. Il luy quitte le logis.

Renuntiare vitæ. Suet. in Sergio Galba, cap. 11, Acceſſit ad tanta diſcrimina mors Vindicis, qua maximè cõſternatus, deſtitutóque ſimilis, non multum abfuit quin vitæ renuntiaret. Renonceaſt a viure.

Renuntiatur conſul, tribunus, aliúſve magiſtratus, Id eſt declaratur factus conſul, tribunus, &c. Cic. pro leg. Manilia, Nam cum propter dilationem comitiorũ tẽr, prætor primus centurijs cunctis renuntiatus ſum. Liuius ab vrb. cond. Nec me contra fenatuſcõſultũ conſulem renuntiari patiar. Aſinius Pollio Ciceroni, Comitia biennij, biduo habuit, id eſt renuntiauit quos ei viſum eſt.

Renuntiatio, renuntiationis, fœm. gen. Teſtimonii genus, quod rapportum vulgo dicunt. Le raport. cuiuſmodi edere ſolent architecti & magiſtri vniuſcuiuſque opificii, cum opus eſt: qui propterea publice ſacramento adiguntur.

Renuntiatio, dici debet, quod nunc proceſſum verbalem dicunt, qualis eſt viatorum, & eorũ qui edicta, aut ſententias exequuntur.

Renuntiatio, Ceſſion.

Renuntius, renuntij, m.g. Plaut. in Trin. 5.14, Cantrices, ciſtellatrices, nuntij, renuntij.

RENVO, renuis, renui, renutũ, renuere, Reſpuere, & quaſi diſplicere mihi ſigno aliquo oſtẽdere. Refuſer.

Renutus, renutus, renutui. maſc. gen. Plin. epiſtol. 7. a, Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum.

REOR, reris, ratus ſum, reri, Exiſtimare, opinari, Penſer, eſtimer. Plaut. in Amphit. Quid? me non rere expectatum? Ouid. Sum ratus eſſe feram, telúmque volatile miſi.

REPAGVLVM, repaguli, n. g. & repages, repagis, f. g. Ex re & pago compoſitũ, dici poſſunt obices. Barrieres, comme celles quon met derriere vne porte. Ouid. lib. v. Metamorph. Raptáque de dextro robuſta repagula poſti Oſſibus illiſit. Propriè repagula dicuntur, quæ patefaciendi cauſſa ita figuntur, vt ecõtrario pangantur. Plin. Firmiſſima in rectum abies, eadem valuarũ repagulis & ad quælibet inteſtina opera aptiſſima. Plaut. in Ciſtell. 8. 18, Occludite ædes peſſulis, repagulis.

REPANDVS, repanda, repandum, Quod eſt recuruũ & ſimum, quódq; retrorſum patet.

REPARCO, reparcis, reparſi, reparſum, reparcere, Reſpargner. Plaut. in Trucul. 8. 19, Vtinam à principio rei ita parſiſſem, vt nunc reparcis ſauijs.

REPARO, reparas, reparare, Reſtaurare, & in ſtatum priſtinum redigere, quaſi rurſus parare. Reparer. Plin. epiſt. 291, Sed quæ ſunt vetuſtate ſublapſa, reparentur in melius. Plautus in Moſtell. 3. 30, Et vt in vſum boni & in ſpeciem populo ſint, ſibíque & materiem reparãt. Reparare exercitũ. Plaut. in Capt. 4. 52, Nullúmne interea nactus, qui poſſet tibi remiſſum quem dixti, reparare exercitum?

Reparare quod amiſeris. Plin. epiſt. 94. b. lib. v 1, Grauis eſt ei vel minima iactura: quia reparare quod amiſeris, grauius eſt.

Reparari labore, ac refici, Plinius in Paneg. 130.

REPASTINO, repaſtinas, repaſtinare. Rapaſtinari dicebant veteres vineas quæ refodiebantur. Columella lib. 3. cap. 18, Paſtinum vocant agricolæ ferramentũ bifurcum, quo ſemina panguntur: vnde etiam repaſtinatæ dictæ fuêre vineæ veteres, quæ refodiebantur, hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat: nunc antiquitatis imprudens conſuetudo, quicquid emoti ſolis vineis præparatur, repaſtinatum vocat.

Repaſtinari agrum quidam dicũt, cuius natura fodiendo mutatur. Plin. lib. 19, Præcipuus fit caulis ſapore ac magnitudine. primùm omnium ſi in repaſtinato ſeras.

REPECTO, repectis, repexi vel repexui, vel repectiui, repexum, repectere, Rurſum pectere. Claudianus, Sparge diem, meliore coma, crinémque repexi, Blandius elato ſurgent temone iugales.

REPEDO, repedas, repedare, Pedem retrahere, recedere. Retourner. Lucilius lib. 26, Rediſſe ac repedaſſe, vt Roma vitet gladiatoribus. Idémque ſanctum ego à Metello Romam repedabam munere.

REPELLO, repellis, reppuli, repulſum, repellere, Retrò pellere, reiicere, Repoulſer, debouter. Plautus in Bacchid. 20. 43, Cõflixi, atque hominem reppuli. Idem in Ciſtel. 2. 23, Neque hanc ſuperbiæ cauſſa reppuli ad meretricium quæſtum. Idem in Caſina, 22. 12, Reppulit mihi manum. Idem in Bacchid. 14. 18, Meis dictis malis his foribus reppuli, reieci hominem.

Repulſa repulſæ, fœm. gen. Reiectio ab honore vel magiſtratu. Plinius de viris illuſt. 56, Lucius Paulus AEmilius filius eius qui apud Cannas cecidit, primo conſulatu, quem poſt tres repulſas adeptus erat, de Liguribus triumphauit. Idem epiſtol. 92. b, In ſumma: ſi datur Naſoni quod petit, illius honor: ſi negatur, mea repulſa eſt. Cicero Attico, libro v, Quòd ſcribis, libenter repulſam tuliſſe eum qui cum ſororis tuæ filii patrono certaret, hoc magni amoris ſignum.

REPENDO, rependis, rependi, repenſum, rependere, Retribuere, Recompenſer, rendre. Tractum à pecunia. Virgilius, Fatis cõtraria fata rependens. Plaut. in Pſeud. 4. 86, Sine modo, rependam ego cuncta ob hæc hercle vna opera.

REPENTE, aduerbiũ, Subitò, Incontinent, ſubitement. Plaut. in Mil. 20. 22, Animo malè factum eſt huic repentè miſeræ. Idem in Amphit. 8. 8, Atque is repentè abiit à me.

Repentinus repentina repentinum, Quod eſt ſubitarium. vt mors repentina, Mort ſoudaine. Terent. in And. 4. 1. 36, Vix ſum apud me, ita animus commotus eſt metu, ſpe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.

Repentinò, aduerbium, Subitement. Plautus in Pſeud. 3. 37, Repentè exortus ſum, repentinò occidi.

REPERCVTIO, repercutis, repercuſſi, repercuſſum, repercutere, Refrapper. Plin. epiſt.

95.b, An vt flumina, quæ in mare deferuntur, aduerſantibus ventis, obuióque æſtu retorquẽtur, ita eſt aliquid quod huius fontis excurſum per momenta repercutiat?

Repercuſſus, repercuſſus, repercuſſui, m.g. Reuerberation. Plin.epiſt.282, Nec in flumen, ſed in ipſum mare emittere, repercuſſus maris ſeruabit, & reprimet quicquid è lacu veniet.

REPERIO, reperis, reperi, vel poeticè repperi, repertum, reperire, Fortunæ eſt reperire, Trouuer dauanture. Plaut.in Aulul.27.10, Repperi.1.quid repperiſtis.nõ quod pueri clamitant in faba ſe reperiſſe. Ouid.lib.1.Metamorph. Tu non inuenta reperta es.

Reperire, non eſt aliquando fortunæ. Plautus in Ciſtell.1.9, Requirẽs ſeruus repperit quam proiecerat. Terent.in Phor. Sed vbi Antiphonam reperiam? aut qua quærere inſiſtã via?

Reperire conſilium. Plaut.in Epid.5.80, Conſilium ſi nõ placebit, reperitote rectius. Terent.in Phorm.1.4.1, Nullus es Geta, niſi aliquod iam tibi conſilium celere repereris.

Reperire cauſſam. Terent.in Phor.2.1.4, Quid mihi dicent? aut quam cauſſam reperient? Idem in Eunucho, 3.3.6, Vbi veni, cauſſam vt ibi manerem, repperit.

Reperio cauſſas cur. Cic. de Senect.14, Etenim quantum cõplector animo, quatuor cauſſas repperio cur ſenectus miſera videatur.

Reperire occaſionem. Plaut. in Pſeud.17.9, Occaſionem repperiſti verbero, vbi percuncteris me inſidijs hoſtilibus.

Reperi malefacta veſtra radicitus. Plaut.in Moſtell.15.61.

Reperi negotium in hac re. Plautus in Rud.12.25, In proferunda repperi negotium: ſi quidem mihi vltra his aggerunda etiam eſt aqua. Idem in Mercat.15.38, Nimium negotij repperi, enimuero hæreo.

Reperire gloriam armis. Terent.in Heaut.1.1.60, Atque ibi ſimul rem, & gloriam armis belli repperi.

Reperire parentes, Congnoiſtre qui eſt ſon pere & ſa mere. Terent.in And.4.5.11, Quid Glycerium? iam hic ſuos parentes repperit?

Hoc non ſecus reperies. Plaut.in Capt.11.94.

Repertus es ingratus. Plaut.in Perſa, 13.61.

Non reperiebam quemadmodum iungi poſſit duorum ſententia tam diuerſa ſentientium. Plin.epiſt.167.g.

Reperire quãobrem. Terent.in Adel.4.3.1, Ego in hac re nihil reperio, quamobrem lauder tantopere.

Reperibitur in futuro, aliquando dixit Plautus in Epid.3.48.

Reperio veniſſe Tarentum. Cic.de Senect.47, Quem Tarentum veniſſe L.AEmilio, Appio Claudio coss.reperio.

Reperio, Ex re & pario componitur. vnde repertum quaſi repartum, & in lucem proditum.

REPETO, repetis, repetiui, vel repetij, repetitum, repetere, Propriè reſtituendum petere, Redemander. Cic.lib.2.ad Heren. Id quod argẽtario obtuleris expenſum, à ſocio eius rectè repetere poſſis. Terent.in Eunucho, Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quicquam pretij. Plaut.in Bacchid.17.7, Quàm mox nauigo in Epheſum, vt aurũ repetam ab Theotimo domum? Terent.in Phorm.4.4.14, Cæterum cum argentum repetent, noſtra cauſſa ſcilicet in neruum potius ibit.

Repetere, Rappeller. Plaut.in Trucul.17.69, Bene agis mecum, filium iſtinc tute melius eſt repetere. Il vault mieux que tu le face retourner. Terent.in Andria, 1.5.15, Hem repudiatus repetor.

Repetere, Sæpius petere. Cic. Cæſari repetenti negare non potui.

Repetere ſolita miniſteria, Sen retourner a ſa beſongne accouſtumee. Plin.epiſt.200.c, Mox redditis viribus priorem laſciuiam & ſolita miniſteria repetiſſe. Virgilius, Cum primum paſti repetent præſepia tauri. Liuius lib.1, Quippe vera fuga qui ſimulantes paulò antè ſecuti erant, oppidum repetebant.

Repetere, Eſt retrorſum petere: vt cum alte repetitã orationem dicimus. Cicero in tertio de Orat. Quorſum igitur hæc ſpectat tam longa & tam altè repetita oratio? Altè repetita, pro à principijs rerum exorſa dixit, quod ipſum interdum vitioſum eſt. Ibidem, Repetam, & non ab incunabulis noſtræ veteris puerilíſque doctrinæ quendam ordinem præceptorũ.

Repetita longius interrogatio, apud Fabium, lib.v, At in eo (inquit) qui verum inuitus dicturus eſt, prima fœlicitas interrogantis eſt, extorquere quod is noluerit. Hoc autem non aliter fieri poteſt, quàm longius interrogatione repetita. Reſpondebit enim quæ nocere

cauſſæ non arbitrabitur. Item patronus quoque altius & vnde nihil ſuſpecti ſit, repetita percunctatione priora ſequẽtibus applicando, eò ſæpe perduxit homines, vt inuitis quod profit, extorqueat. Vulgo dicimus, longiſſimè rem quærere, vel longiſſimè veſtigare.

Repetita conſuetudo & inſtitutũ dicitur, hoc eſt lõgo interuallo relata, id eſt vt clarius dicam, à longiſſimis retrorſum temporibus petita. Cic. in diuinatione, Neque enim magis animos hominum nocentium res vlla commouit, quàm hæc maiorum conſuetudo longo interuallo repetita atque relata. Suetonius de claris Rhet. 1, Cn. Pompeium quidã hiſtorici tradiderunt, ſub ipſum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptiſſimo iuueni cauſſam Cæſaris defendenti contradiceret, repetiſſe declamandi conſuetudinem.

Repetita dies à iuriſconſultis vſurpatur, pro eo quod Antidatam appellant.

Repetere pœnas ab aliquo. Cæſar lib. 1. Cõment. Bello Heluetiorũ confecto, totius ferè Galliæ legati principes ciuitatum ad Cæſarem gratulatum venerũt, intelligere ſeſe, tametſi pro veteribus Heluetiorum iniurijs pop. Romanus ab his pœnas repetiſſet, tamen eam rem nõ minus ex vſu terræ Galliæ, quàm pop. Romani accidiſſe. Id eſt reſumpſiſſet.

Repetere, Se ſouuenir. Suet. de claris grammat. 46, Me quidem adoleſcentulo, repeto quendam principem nomine alternis diebus declamare, alternis diſputare.

Repetere memoria. Cic. de Orat. Cogitanti mihi ſæpenumero, & memoria vetera repetẽti.

Repetundarum, repetundis, hos duos tantũ caſus habet. Repetundarum à prouincialibus accuſatur is qui præſes prouinciæ, alienas pecunias aut vi, aut dolo expilauit. Vnde iureconſul. lib. 48, digeſtorũ, Lex Iulia repetundarum pertinet ad eas pecunias quas quis in magiſtratu legatione vel alio officio miniſterióque acceperit. Sed poſtea latius patuit, vt hoc nomine omnia quibus diuitiæ cõſtant, contineantur, vt vaſa pretioſa, veſtes, frumentum, nauigia, vt etiã ſi quis populus alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorum, aut incẽdij, aut prædæ, qui iniuriam repeteret, diceretur agere repetundarũ rerum. Ergo cum repetuntur quæ ſunt ablata, tunc repetundarum rerum agitur, vel de repetundis. Plin. epiſt. 35. h, Aſſenſerunt cõſules deſignati, omnes etiam cõſulares vſque ad Pompeium collegam: ille & ſeptuaginta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda: & Martianum in quinquenniũ relegandum: Marium repetundarum pœnæ, quam iam paſſus eſſet, cenſuit relinquendum.

REPIGNERO, repigneras, repignerare, Pignus recipere ſoluto pretio. Deſgaiger vng gaige. Iuriſcõſ. tit. Cõmodati, Non repigneras vt mihi reddas.

REPLEO, reples, repleui, repletum, replere, Remplir. Plautus in Pœn. 9. 88, Ibi te replebo vſque vnguentorum è Zeugmatis.

REPLICO replicas, replicare, Deſplier. Plaut. Replica tricam atque extende.

Replicare, Rurſus explicare, dicere. Plinius, Cum ſæpius ille replicaſſet, tandem perſuaſit.

REPLVMBO, replumbas, replumbare, Diſſoluere, Deſſoulder. Iurecõſ. ff. de auro & argẽto leg. Emblemata vaſis & lapidibus incluſa replumbari poſſe ſignificat.

REPO, repis, repſi, reptum, repere, Propriè dicitur de animalibus, quæ pedibus & vẽtre graduntur, vt ſunt vermes. quanuis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicantur, vt ſunt lacertæ, & ſimilia. Plautus in Amphit. 15. 17, Cum Veneris filia anguis repſiſſe tellus Epiroticа vidit.

Repere, Ad rádices etiam trãſfertur. Columella lib. 8, Spatium autem radicibus qua repant, lapides præbent.

Repto reptas, reptare, Frequentatiuum, Sæpe, ſeu continuè repere.

Reptant caput. Plaut. in Merc. 18. 9, Iacent beneuolentes odioſi, humum mordent, caput reptant, fremunt, perſtrepúntque.

Reptare, dicimus eum qui ſegniter & quaſi teſtudineo paſſu incedit, quales ſunt qui in ortis aut vineis ſpatiantur. Horatius, An tacitum ſyluis inter reptare ſalubres. Plin. epiſt. 24, Scholaſticis porrò dominis, vt hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnámque ſemitam terere.

Reptilis, & hoc reptile, Quicquid repit.

REPOLIO, repolis, repoliui, repolitũ, repolire, Rurſus polire. Columella lib. 2, Sin protinus vſui deſtinantur (ſcilicet frumenta) nihil attinet repoliri, ſatiſque eſt vmbra refrigerari.

REPOLLEO, repolles, repollere, Valde pollere, vel poſſe.

Repolleſco repolleſcis, repolleſcere. Columella lib. v, Plurimarum ſtirpium natura ſic commodat, vt circa cicatricem nouellis frondibus repolleſcat. Id eſt repullulеſcat, vel fortificetur.

REPONO, reponis, repoſui, repoſitum, reponere, Rurſus ponere, Remettre. Virg. Ariſque

reponimus ignem. Id eſt, rurſus adhibemus ignem & ſacrificamus. Martialis, Vllus ſi pudor eſt, repone cœnam, Rabille a ſoupper.

Reponere fabulas & ſcripta poetæ dicuntur, cum ſecundò hæc in ſcena apponunt, id eſt cum rurſus recitant. Solebant enim, vt inquit Porphyrio, qui ludis apud veteres præerant ſcriptores cum primum in ſcenam prodirent, benignè excipere, vt ſi forte non rectè egiſſent, iterum ad ſcribendum audientiũ benignitate allicerentur. Horatius, Fabula quæ poſci vult & ſpectata reponi. Id eſt, primo & ſecundo recitari.

Reponere, Recondere, collocare. Mettre. Virg. Manet alta mente repoſtum Iudiciũ Paridis.

Reponere fidem ſuam in aliquo. Plin. epiſt. 53. e, Nunquam ſibi tantum caliginis, tantũ perturbationis effuſum, quàm cum ea prærepta & extorta defenſionis ſuæ cerneret, in quibus omnem fiduciam reponebat.

Reponere in ſilentio rectè facta alterius. Plin. epiſt. 8. c, Nã cum ipſi honeſtati, tum aliquanto magis gloriæ eius, prædicationique inuidemus: atque ea demum rectè facta minus detorquemus & carpimus quæ in obſcuritate & ſilentio reponuntur.

Reponere remum, Ceſſer a tirer lauiron. Plaut. in Aſin. 10. 16, Quin pol ſi repoſui remum, ſola ego in caſteria vbi quieſco omnis familiæ cauſſa conſiſtit tibi.

Reponere nummos, Reddere, reſtituere. Plaut. in Perſ. 2. 38, Des mihi nũmos ſexcẽtos, quos pro capite illius pendam, quos continuò reponã tibi. Plinius epiſt. 155. b, Præterea cum reputarem quoſdam ex debito aliquantum, quoſdam aliquid, quoſdam nihil repoſuiſſe, nequaquam verum arbitrabar, quos non æquaſſet fides ſolutionis, hos benignitate remiſſionis æquari.

Semper ego auditor tantum, nunquámne reponam? Iuuenalis. Id eſt ſemper ero auditor, & nunquam ſcribam?

Reponere, Reuocare, reprimere, cohibere. Stathi⁹, Quoties iam torta reponã Fulmina, quàm rarus terris hic imperet ignis.

Reponere, Reficere, reducere, Ramener, faire recroiſtre. Virg. lib. 2. georg. Et quantum longis carpent armenta diebus, Exigua tantum gelidus ros nocte reponet.

Reponere, Super aggerare, Amaſſer lung ſur lautre. Virg. lib. 3. georg. Atqui nõ Maſſica Bacchi Munera, non illis epulæ nocuere repoſtæ.

Reponere, Scribere. Horatius, Scriptor, honoratum ſi forte reponis Achillem.

Repoſitorium repoſitorii, n. g. Vas, in quo reliquiæ ciborum, & menſæ inſtrumenta reconduntur, ſiue ex corio ſit, ſiue ex alia materia. Plinius, Bibente conuiua menſam vel repoſitorium tolli, inauſpicatiſſimum habetur.

REPORTO, reportas, reportare, Reporter. Virg. Hæc triſtia dicta reportat.

Reportare gloriam ex conſulatu. Plin. epiſt. 51. a, Ex proconſulatu Aſiæ gloriam reportauerat: maculam veteris induſtriæ laudabili otio abluerat. Il auoit acquis gloire.

REPOSCO, repoſcis, repopoſci, repoſcitũ, repoſcere, Quód mihi debetur, reddi petere. Redemãder ce qui eſt a ſoy. Plaut. in Aulul. 26. 33, Aulam auri, inquam, te repoſco, quam tu cõfeſſus mihi te abſtuliſſe. Virg. Parthóſque repoſcere ſigna. Terent. in Adelphis, 1. 2. 52, Nam ambos curare, propemodum repoſcere illum eſt, quem dediſti. Plaut. in Menæh. 15. 16, Dediſti eam dono mihi: eandem nunc repoſcis.

Repoſcere, duobus accuſatiuis iungitur, vt in exemplis præcedẽtibus, & apud Plautum rurſus in Curcul. 13. 16, Quam virginem me repoſcis?

Repoſcere aliquid ab. Plaut. in Trucul. 17. 72, At ego ab hac puerum repoſcam, ne mox inficias eat.

REPOSITORIVM, repoſitorij, n. g. vide REPONO.

REPRAESENTO, repræſentas, repræſentare, Rurſus præſentare, Repreſenter. Plinius epiſt. 159. c. Aſtruitur his, cum ſenatui, populóque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet, quàm ſi abſtinentiſſimi fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare contigiſſet. Idem epiſt. 205, Altera epiſtola nuntias, multa te nunc dictare, nunc ſcribere, quibus nos tibi repræſentes. Cic. Neque expectare temporis medicinam, quam repræſentare ratione poſſumus. Plin. lib. xxi, Repræſentare aliqua eorum quæ ſuis locis dicenda ſunt.

Repræſentare, Ad mentem reuocare, Mettre au deuant. Cic. Curioni, Dies promiſſorũ adeſt, quem etiam repræſentabo ſi adueneris.

REPREHENDO, reprehendis, reprehendi, reprehenſum, reprehendere, Retrahere, quaſi retrò prehendere. Attaindre aucun, & le prendre par derriere. Plaut. in Pſeud. 5.20, Reprehende hominem, adſequere. Idem in Trin. 9.22, Celeri gradu eunt vterque: ille reprehendit hunc priorem pallio. Liuius, Adeò turbati erant dextræ alæ equites, peditéſque, vt quoſdã conſul Cato manu ipſe reprehenderit, verteritque in hoſtem. Propertius, Quàm poſſit noſtros quiſquam reprehendere curſus.

Reprehendi fugitiui dicuntur. Curtius lib. 4, Reprehenſóſque ex fuga Perſas, pugnaturos, quia fugere non poſſent. Suet. Obſides quoſdam clàm promiſſos, deſerto repentè conuiuio, inſequutus cum equitatu, veluti profugos & reprehenſos, in catenis reduxit.

Reprehendere, Arguere, increpare. Reprendre. Terent. in Adel. 4.4.14, Senſi illicò id illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen, ne quid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palám. Ie me ſuis retenu.

REPRIMO, reprimis, repreſſi, repreſſum, reprimere, Continere, cohibere. Plaut. in Caſina, 10.16, Tace, ita me di bene ament, vt ego vix reprimo labra ob iſtanc rem, quin te deoſculer voluptas mea. Idem in Milite, 6.25, Paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum ſtultiloquiũ. Ibidem, 20.58, Vix reprimor quin te manere iubeam. A grand peine me puis ie contenir. Terent. in Adelphis, 5.3.8, Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi. D. repreſſi, redij, remitto maledicta omnia.

REPROBO, reprobas, reprobare, Reprouuer.

REPTO, reptas, & REPTILE, vide REPO.

REPROCES, pro aſperis & difficilibus vſurpatur. Plin. lib. 28, In reprocib⁹ ac ſupinis lateribus procumbere, quaſdam occæcari, & in alias dirigi.

REPROMITTO, repromittis, repromiſi, repromiſſum, repromittere, Iterum, ſiue maximè promittere. Plaut. in Aſin. 9.48, Verùm iſtuc argentum tamen mihi ſi vis denumerare, repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram. Id eſt, ſtipulatione à te facta me obſtringã. Ie mobligeray a toy cõme tu vouldras de te le rẽdre. Cic. in Bruto, Nõ mehercule repromittere iſtuc quidẽ auſus ſum, neminẽ amplius eo nomine petiturũ. Plin. de viris illuſt. 2.b, Illa petijt, quod illi in ſiniſtris manibus gerebãt, videlicet annulos, armillas: quibus doloſè repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit. Ibidem, 12, Senatum adijt, & veniam tranſfugiendi petijt, necem regis repromittens.

REPVDIVM, repudij, n. g. Recuſatio, quòd fiat ob rem pudendam. Repudier & debouter aucune pour quelque meſchantete.

Repudium remittere. Terent. in Phor. 5.8.35, Cum ego veſtri honoris cauſſa repudiũ alteri remiſerim, quæ tantundem dotis dabat.

Repudium renuntiare, Refuſer. Plaut. in Aulul. 26.53, Is me nunc renuntiare repudiũ iuſſit tibi. E. repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptijs. Terẽt. in Phor. 4.3.72. Iam accipiet, illis repudium renuntiet.

Repudio repudias, repudiare, Matrimoniũ dirimere, & quaſi ob rem pudendam aliquã repellere, Repudier, ietter hors dauec ſoy ſa femme, pour quelque faulte. Suet. in Cæſare, Neque vt repudiaret illam compelli à dictatore Sylla vllo modo potuit.

Repudiare, Nõ accipere, recuſare, Refuſer, reietter. Plaut. in Merc. 22.30, Repudia iſtos comites. Terent. in And. 4.4.12, Repudio conſilium quod primum intenderam. Idem in Adel. 5.4.4, Et quæ tibi putaris prima, in experiendo repudies. Plaut. in Rud. 20.45, Non ſum hoſpes, repudio hoſpitium tuum. Terent. in And. 1.5.15, Contemptus, ſpretus, facta, tranſacta omnia: hem repudiatus repetor.

Repudioſus repudioſa repudioſum. Repudioſæ nuptiæ. Plaut. in Perſa, 10.56, Neceſſitate me mala vt fiam facis, verùm videto, me vbi voles nuptũ dare, ne hac fama faciat repudioſas nuptias. Quil ne me deboute & iette dauec ſoy apres les nopces.

REPVERASCO, repueraſcis, repueraſcere, Quaſi in puerilem ætatem reuerti. Plaut. in Merc. 6.25, Senex quom extẽplo eſt, iam nec ſentit, nec ſapit. Aiũt ſolere eum rurſum repueraſcere. Reuenir en enfance. De ſenibus ferè dicitur, cum deſipere vitio ætatis incipiunt. Cic. in Catone, Ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam.

REPVGNO, repugnas, repugnare, Reſiſtere, contradicere, refragari. Cic. de Amicitia, 77, Cum autem omnium rerum ſimulatio eſt vitioſa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maximé. Elle eſt fort contraire a amitie. Idem pro A. Cecinna,

Hoc ſi ita ſtatuetis, non modo nõ erit cur depugnare quiſquam poſthac poſſeſſionis cauſſa velit, ſed ne illud quidem, cur repugnare. Aller alencontre.

Repugnanter, aduerbium. Cic. de Senect. 76, Vt igitur & monere & moneri, proprium eſt veræ amicitiæ, & alterum liberè facere, non aſperè: alterum patienter accipere, non repugnanter, ſic habendũ eſt nullam in amicitijs peſtem eſſe maiorem, quàm adulationem, blanditias, aſſentationem. En contrariant, & eſtant mal contant.

REPVTO, reputas, reputare. Couper de rechef.

Reputare, Multum ac diu cogitare, conſyderare, ſecum voluere. Plaut. in Amphit. 4.20, Non reputat laboris quid ſit. Il ne penſe, ou ne conſydere point la peine quil y a. Terent. in Eunuch. 3.5.44, Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatũ interea virgo. Idem in And. 2.6.11, Etenim eam ſecum rem recta reputabit via. Salluſt. Cum ſentẽtias nonnullorum ipſe mecum reputo. Liuius lib. 1, Qui ſis, non vnde natus ſis, reputa.

Reputare, Computare, Conter. Vlpianus, Item ſumptus litis tutor reputabit, vt viatica ſi ex officio neceſſario habuit, aliquò exire vel proficiſci.

REQVIES, requiei, vel requietis, requiem vel requietem, Ablatiuo requie, vel requiete. Requies, Repos. Cicero in Catone, Vt meæ ſenectutis requietem, delectamentáque noſcatis.

Requieſco requieſcis, requieui, requietũ, requieſcere, Dormire, Soy repoſer, dormir. Virg. in Buco. Hìc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. Id eſt dormire.

Requieſcere, Quietum facere, cum accuſatiuo, teſte Seruio. Virg. Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Requietus requieta requietum, Qui requieuit. Salluſtius, Paululum requietis militibus.

REQVIRO, requiris, requiſiui, requiſitum, requirere, Sæpius vel rurſum quærere, Cercher par tout. Terent. in Phorm. 2.1.79, Abs Phædria eum require, atque adduce huc. Idem in Adelphis, 3.4.65, Ibo, ac requirã fratrem, vt in eum hæc euomam. Plaut. in Ciſtell. 10.63, Sed quid quæritas? H. veſtigium hic requiro, quà aufugit mihi.

Requirere aliquem vocibus. Plinius epiſt. 106.d, Alii parentes, alii liberos, alii coniuges vocibus requirebant, vocibus noſcitabant: hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur. Ilz les rappelloint.

Requirere ab aliquo, Demander, interroguer. Plin. epiſt. 137.a, À quibus libenter requiſierim cur concedant (ſi concedunt tamen) hiſtoriam debere recitari, &c.

Requirito requiritas, requiritare, Frequentatiuum. Plautus in Moſtell. 14.11, Quid tu otioſus res nouas requiritas?

RES, rei, fœm. gen. Toute choſe. Generalem habet ſignificationem. Nam vt Paulus iureconſultus inquit, ſiue corporalia ſiue incorporalia comprehendit. Corporales res ſunt, quæ verè tangi poſſunt, vt homo, veſtis. Incorporales ſunt, quæ tangi non poſſunt, qualia ſunt iſta quæ in iure conſiſtunt, ſicut hæreditas.

Res, Experientia. Terent. in Adel. 5.4.1, Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit, quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui.

Res, Hæreditas. Terent. in Phor. 2.3.46, At ſi talentum rem reliquiſſet decem.

Res, Negotium, cauſſa ipſa. Terent. in Adelph. 2.1.31, Omitte iſta, atque ad rem redi. Ibidem, 5.3.10, Rem ipſam putemus. dictum inter nos fuit &c. Donatus. Res, cauſſa litis. Plaut. in Capt. 17.6, Si eris verax, rem tuam facies ex mala meliuſculam. Terent. in Hecyra, 3.5.18, Omnem rem ſcio, vt ſit geſta.

Res, Patrimonium. Terent. in Adelphis, 5.3.44, At enim metuas ne ab re ſint tamen omiſſiores paulò. Moins ſoingneux a acqueſter. Idem in Phor. 2.1.41, Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans. Idem in Adel. 5.3.23, Tu illos duos pro re tollebas tua. Donatus, Pro patrimonij tui qualitate. Selon les biens que tu auois.

Res, Pecunia. Terent. in Eunucho, 1.2.51, Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior. Idem in Adel. 5.3.48, Solum vnum hoc vitium affert ſenectus hominibus, attentiores ſumus ad rem omnes, quam ſat eſt. Plaut. in Sticho, 9.17, Amicos res inuenit.

Res, Veritas. Terent. in Adelphis. 4.7.12, Quid nunc futurum eſt? M. id enim quod res ipſa fert, illinc huc trãſferetur virgo. Idem in Hecy. 5.2.7, Licet hæc res hic agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor oportet. Donatus, Aut ſic intelligẽdũ eſt, quaſi dicat, Hoc agebamus cum tu aduenires. aut cum aſſeueratione pronuntiandũ eſt, vt ſit RES, veritas. quaſi dicat, Hic non verba ſunt, ſed res agitur.

Res, aliquando relatiuum eſt, referens præcedentia. Terent. in Phor. 2. 1. 41, Si eſt patrue, culpã vt Antipho in ſe admiſerit, ex qua re minus rei foret aut famæ temperãs. Donatus, RES ad CVLPAM relatum.

Alicui rei eſſe, Prouffiter a quelque choſe. Terent. in Adelphis, 3. 3. 4, Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt, qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Donatus. Rectè: de hoc enim ſuprà dixit, Num fratrem rei dare operã videt? ruri eſſe, parcum ac ſobrium?

Res, Negotiũ. Res familiaris, Beſongne, affaire. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 23, Chreme tantúmne eſt ab re tua otij tibi, aliena vt cures, eáque nihil quæ ad te attinent? Ab re tua, poterit aliàs interpretari, contra vtilitatem tuam.

Res, Vtilitas, Prouffit. Terent. in Hecyra, 1. 2. 27, Ita di deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Idem in And. 3. 3. 51, Si in rem eſt vtrique vt fiant, accerſi iube. Si ceſt le prouffit pes deux. Plaut. in Menæh. 16. 37, Tecũ ſimul veniat huc ad me, ita rem illi eſſe dicito. Dis que ceſt pour ſon prouffit.

Rem facere. Id eſt, lucrari, Gaigner. Terent. in Adel. 2. 2. 12, Nunquam rem facies: abi, neſcis ineſcare homines, Tu nauras iamais rien.

Rem habere cum aliquo, Id eſt, conſuetudinem, amorem. Hanter, & auoir habitude. Terent. in Eunucho, 1. 2. 39, Ego cum illo quocum vno rem habebam tum hoſpite.

Salua res eſt, Laffaire va bien. Terent. in Eunucho, 2. 2. 37, Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video riualis ſeruum: ſalua res eſt, nimirum hîc homines frigent.

Verba ad rem conferre, Faire ce que on dict. Terẽt. in Eunucho, 4. 6. 4, Vſqueadeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnifica verba, verba dum ſint verùm enim ſi ad rem conferentur, vapulabit. Donatus, Verba ad rem contulit, hoc eſt, agere quod dicebat, aggreſſus eſt. Idem in And. 5. 1. 5, Vt beneficium verbis initum dudum, re comprobes. Idem in Heaut. 4. 1. 23, Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare.

Res, Status, conditio. vt res publica, res priuata, res familiaris, res vxoria. Cic. Id enim rebus noſtris minime cõducebat. Id eſt, ſtatui noſtro. Salluſt. At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multo aſperior.

Res, Commercium, Affaire. Terent. Quid huic rei eſt? Id eſt, negotij. Cic. pro Murena, Nondum potuiſſe ſtatuere iuriſcõſultos vtrum rem, an litem dici oporteret. Terent. in Phor. 1. 3. 19, Quòd ſi tibi res ſit cum eo lenone quocum mihi eſt, tum ſentias.

Res, Imperium. Virgilius, Poſtquam res Aſiæ, Priamíque euertere gentem Immeritam viſum ſuperis.

Res, Occaſio. Terentius in Adelphis, 3. 1. 8, È re nata melius fieri haud potuit quàm factum eſt.

Rem gerere, Pro pugnare apud Iuriſconſ.

Res gerere. Plin. lib 2, In Arabico ſinu res gerente Cæſare Auguſti filio, ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragijs ſunt agnita. Id eſt belligerante. Idem lib. 5, Scipione AEmiliano res in Africa gerente, Polybius annaliũ conditor ab eo accepta claſſe, ſcrutandi orbis illius gratia circunuectus eſt.

Res ipſa indicat, Le faict le montre. Terent. in Eunu. 3. 2. 16, Perpulchra credo dona, haud noſtris ſimilia. P. res indicabit. Ibidem, 4. 4. 38, Credis huic quod dicat? PY. quid iſti credam? res ipſa indicat.

In rem præſentem ire. Vide I N.

Res, Moyen. Plautus in Rud. 23. 81, Iam repperi rem, quopacto nec fur nec ſocius ſies.

Re iuuare, De faict, non point de parolles ſeulement. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 34, Crede inquã mihi, aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero. Plaut. in Epid. 3. 10, Is amicus qui in re dubia, re iuuat, vbi re eſt opus.

Re vera, Duæ dictiones ſunt, aut vnica reuera, vice aduerbij, A la verite. Plin. epiſt. 119. a, Nũ ſuperbius potui? re vera, vt inter meas pulchram: nam mihi ſatis eſt certare mecum.

RESALVTO, reſalutas, reſalutare, Salutantem me ſaluto, Reſaluer. Plaut. in Pſeud. 11. 19, Dic vtrum ſpémne an matrem te reſalutem Pſeudole?

RESARCIO, reſarcis, reſarſi, reſartum, reſarcire, Inſtaurare, & quaſi nouam formam inducere. Rabiller, racouſtrer. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 6, Quod decretum abolitũ eſt excuſante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Terent. in Aelph. 1. 2. 41, Fores effregit? reſtituentur. diſcidit veſtem? reſarcietur.

RESARRIO, reſarris, reſarriui, reſarritũ, reſarrire, Reſarcler. Plinius lib. 18, Cum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos.

RESCINDO, reſcindis, reſcidi, reſciſſum, reſcindere, Tollere, auferre, deſtruere. Cæſar in Comment. Pontem qui erat ad Genuam iubet reſcindi. Couper, deſtruyre, otter.

Reſcindere, Ad omnia quæ reſcinduntur, pertinet. Columella lib. ſecundo, Et quæ falx reliquerit, priuſquã inareſcat, vomis reſcindat, atque obruat. id enim cedit pro ſtercore. Virg. lib. 3. georg. Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt, Quòd ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os: alitur vitium, viuitque tegendo. Id eſt, aperire. Idem lib. 1. georg. Cælum reſcindere fratres Ter ſunt conati. Id eſt, oppugnare. Plin. epiſt. 147. f, Ex quo coniectari poteſt, quia reis moris eſt ſubmittere capillum, reſciſſos meorum capillos depulſiſſe quod imminebat. Idem epiſt. 139. c, Sic auferet ſecum, méque & nouo pariter, & reſciſſo vulnere adficiet.

Reſcindere, Rompre, mettre a neant. Terent. in Phor. 2. 4. 16, Mihi non videtur, quod ſit factum legibus, reſcindi poſſe.

RESCIO, reſcis, reſciui, reſcitum, reſcire, Eſt factum aliquod occulti⁹, aut inopinatum, inſperatúmque cognoſcere. Reſcauoir. Plaut. in Menæh. 15. 5, Vxor reſciuit rem omnem, vt factũ eſt ordine. Terent. in Adelph. 5. 3. 5, Reſciui omnem rem. Idem in Hecyra, 4. 1. 53, Nam vt hic laturus hoc ſit, ſi ipſam rem vt ſiet reſciuerit, nõ ædepol clam me eſt: cum hoc quod leuius eſt, tam animo iracundo tulit.

Reſciſco, reſciſcis, reſciſcere, Frequẽtatiuũ. Plaut. in Merc. 15. 21, Cuia ea ſit cogitas? reſciſcã tamen. Terẽt. in Hecy. 5. 4. 27, Omnia omnes vbi reſciſcũt hi, quos par fuerat reſciſcere, ſciũt.

RESCRIBO, reſcribis, reſcripſi, reſcriptũ, reſcribere, Rurſus vel retrò ſcribere, Eſcrire de rechef. Ouid. Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Suet. in Iulio Cæſ. cap. 54, Exiſtimátque reſcripturum, & correcturum fuiſſe.

Reſcribere argentum. Terent. in Phor. 5. 8. 28, Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi argentum iube rurſum reſcribi Phormio. Donatus, Reſcribi, reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, reſcribere dicebãt pro renumerare. Horat. Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

RESECO, reſecas, reſecare, Reſcindere, de aliquo excindere, Couper de quelque choſe. Columella lib. 3, Veterem vineam, ſi in ſummo radices habebit, reſecare nolito, alioqui etiam nouellam vineam, quæ ex reſectione enata fuerit, vini inutilem habebis.

Reſecare ad viuum, Eſt per tranſlationem dictum ab ijs qui vel vngues vſque ad viuum, vel arbores vſque ad radices reſecant. Id poſtea dictũ & ad eos trãſfertur, qui quid nimium ad regulã reuocant. Cic. de Amicit. 16, Nec id ad viuũ reſeco, vt ij qui hæc ſubtilius diſſerũt.

Reſegmen reſegminis, n. g. Rougneures des ongles. Plin. li. 18. cap. 1, Nec pauci apud Græcos, ſingulorum viſcerũ membrorúmque etiam ſapores dicere, omnia perſecuti vſque ad reſegmina vnguium.

Reſex, reſecis, o. g. Qui a eſte coupe. Columella lib. 3. cap. 10, Nam confiteor pãpinarios quoq; cum è duro prorepſerint, tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem, & ideò in reſecem ſubmitti vt progenerare poſſit. Verùm eiuſmodi partum comperimus, non tam ipſius reſecis quàm materni eſſe muneris. Pampinum reſecem vocat Columella, qui reſectus, reciſúſque melius prouenit, fitque fructuoſior.

RESECRO, reſecras, reſecrare, Iterũ obſecrare, Prier de rechief. Plaut. in Aulul. 23. 4, Nũc te obſecro, fac mẽtionẽ cum auũculo mater mea, reſecróque mater quod dudũ obſecraueram. Idem in Perſ. 2. 49, Ego item ſedulò, ſi quid erit, faxo iam vt ſcias. T. obſecro te, reſecróque, operã da hanc mihi fidelem. Feſtus, reſecrare, ſoluere religione, vtique cum reus populũ comitijs orauerat per deos vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare.

RESERO, reſeras, reſerare, Aperire, Ouurir. Cic. Nec ita claudẽda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit: nec ita reſeranda vt pateat omnibus.

RESERO, reſeris, reſeui, reſitũ, reſerere, Rurſus ſerere, ſeu rurſus plãtare. Plin. lib. 18, Nam cũ hyeme prægelida captæ ſegetes eſſent, reſeuerunt, reſarrientes campos menſe Martio.

RESERVO, reſeruas, reſeruare, Retrò ſeruare, Reſeruer. Plin. epiſt. 221, Quibus ex cauſſis & à diuo patre tuo petieram, vt illum in ampliſſimum ordinem promoueret, ſed hoc votum meum bonitati tuæ reſeruatum eſt.

RESES, reſidis, o. g. Qui remanet otioſus à labore, ſeu opere quod exercere ſolebat. Oyſeux. Liuius lib. 2, Timuere patres reſidem in vrbe plebem, incerti manere eam, an abire mallent.

RESIDEO, reſides, reſedi, reſidere, Paulatim deorſum inclinare, Sabaiſſer, ſauachir. Virgil. Venti poſuere Omniſque repente reſedit flatus.

Reſidere eſuriales ferias. Plaut. in Capt. 8. 8, Ita venter, guttúrque reſident eſuriales ferias. Id eſt, otiantur, agúntque ferias eſuritione pleniſſimas.

Reſidere in odiis, Eſtre hay. Plaut. in Trucul. 2. 5, Me hercle in odiis reſident mores priſtini, ad negandum vt celeri lingua vtamini.

RESIDO, reſidis, reſedi, reſidere, Otiari, cõmorari. Plin. epiſt. 190. d, Nouiſſime conſul, Secunde, ſententiæ loco dices, ſi quid volueris. Permiſeras, inquam, quod vſque adhuc omnibus permiſiſti. Reſido: aguntur alia interea. Ie me deporte. Idem epiſt. 87. b, Nam Viænenſium vitia inter ipſos reſidunt, noſtra latè vagantur. Demeurent.

Reſidet in vultu authoritas. Cic. de Senect. 57, Quorum nõ in ſententia ſolum, ſed etiam in nutu reſidebat authoritas.

RESIDVVS, reſidua reſiduũ, Qui eſt de reſte. Plin. epiſt. 177. a, Lacedæmonẽ eſſe, quem regas: quib⁹ reliquã vmbrã & reſiduũ libertatis nomẽ erípere, durũ, ferũ, barbarúmq; eſt. Idem in Paneg. 117, Si quid reſiduæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vſum reip. promit.

RESIGNO, reſignas, reſignare, Quod ſignatum erat aperire, relaxare, patefacere, Deſceller & ouurir ce qui eſtoit celle. Plaut. in Trin. Iam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt apud portitorem eas res reſignatas tibi, inſpectáſque eſſe.

Reſignare, Perfectè ſignare. Columella lib. 4, Priuſquam arbuſculas tranſferas, rubrica reſignato, vt hiſdem quibus antè ſteterunt conſtituas eas.

Reſignare, Claudere. Virg. lib. 4, Et lumina morte reſignant.

Reſignare, Pro reſcribere dicebant antiqui, ſicuti ſubſignare, pro ſubſcribere: & reſignatũ æs dicebatur militi, cum ob delictum iuſſu tribuni, militúmve ſtipendium ei daretur, in tabulas referebatur. Feſtus.

Reſignare, Reddere: quod fit cum in libris datorũ & acceptorũ, pecuniã quam acceptã ſignauimus, redditã demonſtramus. Horat. lib. 2. Carm. Res reſigno quas dedit.

RESILIO, reſilis, reſiliui, vel reſilij, reſultum, reſilire, In contrarium agi, rebellare, Reiallir, rebeller. Plin. Quandoque reſilijt vulnus & curare ſcalpello oportet.

RESIMVS, reſima, reſimum, Ex re & ſimus cõpoſitum, idem ſignificat quod ſimus, hoc eſt qui ſurſum verſus depreſſas habet nares. Camus. Columella lib. 7, de boum indole, Pardorũ inquit naribus reſimis patulis.

RESINA, reſinæ, f. g. Humor ex arboribus defluens, in iiſdémque reſidẽs. Gomme. Plin. lib. 16. cap. 10, Pinus fert minimũ reſinæ, interdum ex nucibus ipſis, &c. Plaut. in Merc. 4. 28, Reſinam ex melle AEgyptiam vorato, ſaluum feceris.

Reſinatus reſinata reſinatũ, Quod eſt reſina illitum. Iuuenalis, Quid enim reſinata iuuentus.

RESIPIO, reſipis, reſipui, reſipere, Reuenir, ou retourner a ſon bon ſens. Plaut. in Mil. 20. 24, Malo ne interueneris, dum reſipiſcit. Terent. in And. 4. 2. 15, Reſipiſco. P. nõ Apollinis magis verũ, atque hoc reſpõſum eſt. Idem in Heaut. 4. 8. 3, Multo omniũ nunc me fortunatiſſimum factum puto eſſe gnate, cum te intelligo reſipiſſe.

RESISTO, reſiſtis, reſtiti, reſtitum, reſiſtere, Sarreſter. Plaut. in Trucul. 16. 40, Dicã adeſſe, ni occupata eſt. D. reſiſte: hem fruſtra fit. Ne te bouge.

Reſiſtere, Aduerſari, repugnare. Cic. Cum reſiſtere eius improbitati non poſſem.

RESOLVO, reſoluis, reſolui, reſolutũ, reſoluere, Quaſi diſſoluere: quod ligatum erat, nõ ligatum facere, Deſlier. Ouid. lib. 1. Metamorph. Et velate caput, cinctáſque reſoluite veſtes. Plin. in Paneg. 112, At nunc tua dextera, tuiſque promiſſis freti, & innixi, obſepta diutina ſeruitute, ora reſeramus, frænatámque tot malis linguam reſoluimus.

Reſoluere humum, Amollir, deſlayer ou deſtramper la terre. Columella lib. 2, Ex his nihil nõ melius reſoluta humo, quàm denſa prouenit.

Reſoluere, Paier ſes debtes. Plaut. in Epid. 8. 16, Nã leno omne argẽtũ abſtulit pro fidicina: ego reſolui. Idem in Menæh. 20. 30, Ego perdormiſco, ſi reſolui argentum cui debeo.

RESONO, reſonas, reſonare, Contra ſonantẽ ſonare. Virg. Formoſam reſonare doces Amaryllida ſyluas.

Reſonare, Sonum reddere. Apul. Et cicadarum cantu agri reſonarent. Reſoner.

RESORBEO, reſorbes, reſorbui, & reſorpſi, reſorptũ, reſorbere, Deſemplir, humer. Plin. epiſt. 95. b, An quæ Oceano natura, fonti quoque? quáque ille ratione aut impellitur, aut reſorbetur, hac modicus hic humor, vicibus alternis ſupprimitur vel geritur?

RESPECTVS, vide reſpicio.

RESPERGO, reſpergis, reſperſi, reſperſum, reſpergere, Ietter de coſte & dautre, arrouſer. Liuius lib. 1, Ne ſanguine ſe nefando ſoceri, generique reſpergerent. Columella lib. 1, Deinde cum prædictum tectorium inaruit, rurſus amurca reſpargitur.

RESPICIO, reſpicis, reſpexi, reſpectum, reſpicere, Retro aſpicere, Regarder. Terent. in Eunucho, 2.3.50, Cum huc reſpicio ad virginem, illa ſeſe interea commodum huc aduortebat in hanc noſtram plateam.

Reſpicere ad. Plaut. in Trucul. 6.2, Ego ſum, reſpice ad me. Terent. in Phor. 5.1.13, Quis hic loquitur? c. Sophrona. s. & meum nomen nominat? c. reſpice ad me. Idem in And. 2.5.6, Quaſi de improuiſo reſpice ad eum.

Reſpice me in ſecundis tuis rebus, Souuienne toy de moy: Ayde moy. Terent. in And. 5.6.11, Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice. Secoures moy. Idem in Adel. 5.8.9, Parere iam diu per annos hæc non poteſt: nec qui eam reſpiciat, quiſquam eſt, ſola eſt.

Reſpicit nos deus, Id eſt, cuſtodit, vel diligit. Plaut. in Bacchid. 14.23, Tace modo, deus reſpiciet nos aliquis. Il aura pitie de nous. Terent. in Phor. 5.3.34, Di nos reſpiciunt: gratam inueni nuptam cum tuo filio. Idem in Hecyra, 5.2.6, Nec pol iſtæ metuũt deos neque has reſpicere deos opinor. Idem in And. Carine, mox te imprudens, niſi quid di reſpiciunt, perdidi. Si dieu na pitie de nous.

Reſpicere ſe: Prendre garde a ſoy. Plaut. in Pſeud. 9.20, Non ſoles reſpicere te, cum dicas iniuſte alteri?

Reſpicere ætatem ſuã, Auiſer, & conſyderer laage que on ha. Terent. in Phor. 2.3.87, Si concordabis cum illa, habebis quæ tuam ſenectutem oblectet, reſpice ætatem tuam.

Reſpicere ſe, Se contregarder, & auoir reſgard a ſoy. Terent. in Heaut. 1.1.18, Nullum remittis tempus, neque te reſpicis. Ibidem, 5.1.46, Non tute cohibes? non te reſpicis? non tibi exempli ſatis ſum? Plãcus Ciceroni, Quòd ſi aut Cæſar reſpexerit ſe, aut Africanæ legiones venerint, ſecuros vos ex hac parte reddemus.

Reſpecto reſpectas, reſpectare, Frequentatiuum. Plaut. in Caſina, 22.10, Quoniam reſpecto identidem, ne ſenex illecebram ſtupri. Idem in Menæch. 4.49, Ne te vxor ſequatur, reſpectas identidem. Terent. in Adel. 2.1.3, Quid reſpectas? nihil periculi eſt.

Reſpectus reſpectus, reſpectui, m.g. Reſpectio ipſa. Regard. Plaut. Et me reſpectu terruit.

Reſpectus, Id quod reſpicitur. Cic. de diuinatione, Remigẽ inquit quendam ex quinquereni Rhodiorũ vaticinatũ, madefactũ iri minus triginta diebus Græciã ſanguine, rapinas Dirachi, & cõſcenſionẽ in naues cum fuga, fugientibus miſerabilẽ reſpectum incendiorũ, fore.

Reſpectus, Ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Eſgard. Plin. Neque eo reſpectu commotus diſceſſerat.

Reſpectum habere ad aliquem. Cic. Philipp. v, Itaque cum reſpectum ad ſenatum & ad bonos mores non haberet: eam ſibi viam ipſe parefecit ad opes ſuas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet.

RESPIRO, reſpiras, reſpirare, Spiritũ capere, Reprẽdre ſon haleine. Plaut. in Perſa, 12.13, Sine reſpirare me tibi vt reſpõdeam. Terẽt. in Heaut. 2.2.12, O Clitipho, timeo. Clit. reſpira. Plaut. in Epid. Mane, ſine reſpirã quæſo, imò acquieſſe, animo male eſt, recipiã anhelitũ.

Reſpirat ciuitas, cum in priſtinum ſtatum redit. Cic. Aulo Torquato, Si armis, aut conditione poſitis, aut fatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas reſpirauerit, & dignitate tua tibi & fortuna vti licebit.

RESPONDEO, reſpondes, reſpondi, reſponſum, reſpondere, Reſpondre. Plaut. in Trin. 13.79, Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine. Idem in Amphit. 4.60, Reſpondẽt, bello & ſe ſuos tutari poſſe. Terent. in Adel. 2.1.26, Reſponde.

Reſponde quod rogo, Reſpons moy a propos. Plaut. in Pſeud. 15.12.

Reſpondeo tibi. Terent. in prologo And. 7, Non qui argumentũ narret, ſed qui maleuoli veteris poetæ maledictis, reſpondeat. Plin. epiſt. 35.f, Reſpondit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus.

Reſpondere ad. Plin. Cum ad eos breuiſſime reſpondiſſem.

Reſpondere ad rogatum, Reſpondre a propos. Cic. pro L. Flacco, Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quàm ad rogatum. Plus que on ne demande.

Reſpondere ad nomina, Quod vulgo in iure dicitur, Comparere. Liuius lib. 7, Acerbitas in delectu non damno modo ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inuiſa erat.

Non reſpondere, Eſt vt nunc loquuntur in iure, deficere, Faire vng deffault. Cic. in Verrem, act. 3. Citatus accuſator M. Pacilius, neſcio quo caſu non reſpondit.

Reſpondere, Conuenire, conſentire, & parem eſſe. Virg. Dictis reſpondet cætera matris. Conuiennent & concordent.

Reſpondere ad normam. Plin. lib. 36, Structuram ad normam & libellam & ad perpendiculum reſpondere oportet. Il fault quil ſoit faict iuſte a lequierre.

Reſpondere gloriæ Græcorum. Cic. in Tuſcul. Nec tamen ſiqui magnis ingenijs in eo genere extiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. Id eſt, ſimiles fuerunt.

Reſpondere voto. Plin. epiſt. 7. a, Nam ego quoque ſimili nutu, ac renutu reſpondere voto tuo poſſũ. Faire ce que tu deſyres. Virg. Illa ſeges demũ votis reſpondet auari Agricolę.

Reſpondere amore alicui, Aymer autant vng autre quil nous ayme. Cic. Trebonio, Cui quidem amori, vtinam cæteris rebus poſſem, amore certe reſpondebo.

Reſpondere par pari. Plaut. in Trucul. 19.45. Vide P A R.

Reſpondere, Reſpicere, ſeu contra poſitum eſſe. Virg. lib. 6, Contrà elata mari reſpondet Gnoſia tellus.

Reſponſo reſponſas, reſponſare, Frequentatiuum. Plaut. in Moſtell. 6.55, Neu quiſquam reſpõſet, quando haſce ædes pultabit ſenex. Idem in Menæh. 14.47, Reſponſa, aut loquere. Cic. pro A. Cluentio, Quàm leuia genere ipſo, quam falſa re, quàm breuia reſponſu.

Reſponſum reſponſi, n. g. Reſpõſe. Terent. in prologo Phor. 17, Is ſibi reſpõſum hoc habeat: in medio omnibus palmam eſſe poſitam &c. Idem in prologo Eunuchi, 6, Sciat reſponſum, non dictum eſſe.

Reſponſio reſponſionis, f. g. Idem.

Reſponſus, reſponſus, reſponſui, m. g. Conuenientia, conſenſuſque. Victruuius, Symmetrica eſt ex ipſius operis membris ratæ partis reſponſus.

R E S P V O, reſpuis, reſpui, reſputum, reſpuere, Repudiare, & quaſi cum ſputo per contemptum reijcere.

R E S T A G N O, reſtagnas, reſtagnare, Extra redũdare, ſeu aquam continere. Columella lib. 2, Ita ſi qua palus in aliqua parte ſubſidens, reſtagnat, ſulcis deriuanda eſt, quippe aquarum abundantia atque penuria, graminibus æquè eſt exitio.

R E S T I B I L I S & hoc reſtibile, Qui reſtituitur, & reſeritur. Plin. lib. 28, Cõceptus leporum vtero exemptos, his quæ parere deſierint, reſtibilem fœcunditatem afferre.

Reſtibilis ager, Qui quotãnis ſeritur. Colu. lib. 2, Faſellus terræ mãdabitur, vel inueterato, vel melius pingui, & reſtibili agro. Feſtus, Reſtibilis ager fit, qui cõtinuo biennio ſeritur.

Reſtibilis ſeges, Eſt quæ regerminat, quaſi cuius fœcunditas in ſequentem quoque annũ reſiſtat. Plin. Vbertatis tamen tantæ ſunt, vt ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. A reſtituo deducitur reſtibilis.

R E S T I O, reſtis, reſtiui, reſtitum, reſtire, Eſt ad referendum, laborandum, colendúmve aptũ eſſe. Columella lib. 4, Nam vt quæque reſtire incipiunt, tempeſtiuè legũtur: & quæ nondum maturitatem ceperunt vuæ, ſine diſpendio differuntur.

R E S T I N G O, reſtinguis, reſtinxi, reſtinctum, reſtinguere, Eſteindre. Plaut. in Caſina, 17. 16, Ignem reſtingunt aqua.

Reſtinguere genus ſuum. Plaut. in Trin. 10.50, Tum igitur tibi quærit cupido, genus qui reſtringuas tuum.

Reſtinguere, Appaiſer. Terent. in Eunucho, 1. 1. 24, Hæc verba, vna me hercule falſa lacrumula, quam oculos terendo miſerè, vix vi expreſſerit, reſtinguet. Idem in Phor. 5. 8. 82, Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo, vt ne reſtringuas, lacrumis ſi extillaueris.

R E S T I P V L O R, reſtipularis, reſtipulari, Dicitur is qui cum eo certat, qui ſponſione prouocauit. Celuy qui gaige contre celuy qui a aſſailli a gaiger. Sic vſus eſt Valerius lib. 2, Nec dubitauit reſtipulari. Cic. pro Roſcio, Tua vox eſt Fãni: quid tu auferre potes à Flauio, ſi Flauius nihil debet? quid? hic porrò nunc reſtipulatur, quod iam pridem ipſe exegit? quid verò Flauius tibi daturus eſt?

Reſtipulatio reſtipulationis, f. g. Cic. pro Roſcio Comœdo, Quid enim reſtipulatio clamat? Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiam inde Roſcio me ſoluturum ſpondeo. Et paulò pòſt, Quis eſt huius reſtipulationis ſcriptor? teſtis, arbiter? quis? tu Piſo. Tu enim Q. Roſciũ pro opera & labore quòd cognitor fuiſſet, quòd vadimonia obiſſet, rogaſti vt Fannio daret HS CCCLIII hac conditione, vt ſi quid ille exegiſſet à Flauio, partem eius dimidiam Roſcio diſſolueret.

RESTIS, huius reſtis, fœ. g. in accuſatiuo, reſtem vel reſtim. Funis. Vne corde. Plaut. in Perſa, 13.35, Reſtim tibi cape craſſam, ac ſuſpende te. Ibidem, 8.11, Cædêre hodie tu reſtibus. Apul. Reſtim, qua grabatulus erat intextus, aggredior expedire.

Alliorum connexa capita, reſtes apud Plinium dicuntur. lib. xx, Allium ad ſerpentũ ictus potum cum reſtibus ſuis.

In ſaltatione reſtim ducere dicũtur chori puerorum puellarúmque manus conſerti. Terẽt. in Adel. 4.3.34, Tu inter eas reſtim ductans, ſaltabis. Liuius lib. 27, Per manus reſte data, virgines ſono vocis, pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

RESTITVO, reſtituis, reſtitui, reſtitutũ, reſtituere, Reddere. Terẽt. in And. 4.1.57, Reſtitue in quem me accepiſti locum. Idem in prol. Phor. 34, Quem actoris virtus nobis reſtituit locũ. Idem in Heaut. 3.1.83, Somnũ hercle ego hac nocte oculis nõ vidi meis, dũ id quæro, tibi qui filium reſtituerem. Iuſtinus, Hunc regno à patre priuatum filius reſtituerat.

Reſtituere ac reddere. Terent. in Eunucho, 1.2.67, Primùm, quod ſoror eſt dicta: præterea vt ſuis reſtituam ac reddam.

Reſtituere in gaudium. Remettre en ioye. Plaut. in Merc. 22.44, Ne paue, reſtituam iam ego te in gaudium vtique.

Reſtituere in gratiam. Terent. in Hecyra, 3.1.11, Rem cognoſces, iram expedies, rurſum in gratiam reſtitues.

Reſtituere, In ſtatum priſtinum reducere. Remettre en eſtat. Plaut. in Trin. 4.60, Quid tu adoleſcentem quem eſſe corruptum vides, qui tuæ mandatus eſt fidei & fiduciæ, quin eum reſtituis? Que ne le reduis tu? Idem in And. 3.5.13, Tu rem impeditam & perditam reſtituas! Idem in Adel. 1.2.40, Fores effregit? reſtituentur.

Reſtituere in integrum. Terent. in Phor. 2.4.11, Mihi ſic hoc videtur, quod te abſente hic filius egit, reſtitui in integrum æquum eſt.

Reſtituuntur proprie volentes, authore Donato, cupientéſque, vt ciuis patriæ. Caius, Reſtituere plus eſt quàm exhibere, nã exhibere eſt præſentia corporis præbere. Reſtituere verò eſt etiam poſſeſſorem facere, fructúſque addere.

Reſtituere, Inſtaurare ac reficere. Cic. in Top. Ei cui domus vſus fructus legatus ſit non reſtituturũ hæredem ſi corruerit. Plin. epiſt. 240, Pruſenſes domine balineum habent, & ſordidum & vetus: id itaque indulgentia tua reſtituere deſyderant.

Reſtitutio reſtitutionis, f. g. Reſtitution.

RESTO, reſtas, reſtiti, reſtitum, reſtare, Supereſſe. Eſtre de reſte. Plaut. in Bacchid. 20.35, Iam duo reſtabant fata. Terent. in Hecyra, 4.2.11, Ne mea præſentia obſtet, neu cauſſa vlla reſtet reliqua, quin tua Philumena ad te redeat. Idem in Heaut. 5.5.22, Pater hoc nũc reſtat. Nihil reſtat niſi. Terent. in Phor. 1.2.35, Reſtabat aliud nihil niſi oculos paſcere.

Reſtat vt. Terẽt. in Hecyra, 3.1.20, Quod cum ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi porrò, &c.

Reſtare, Retro ſtare, Sarreſter, demourer derriere. Terent. in And. 2.6.2, Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Idem in Eunucho, 2.3.11, Vt illum di deæque ſeniũ perdant, qui me hodie remoratus eſt: méque adeò qui reſtiterim. Plaut. in Caſina, 3.9, Quid in vrbe reſtas villice hic non magni pretij?

Reſtare, Reſiſtere. Terent. in Heaut. 5.3.6, In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Cic. de finibus, Nullam quærentes voluptatem Stoici reſtant.

Reſtat mihi, Id eſt futurum eſt, manet me. Virg. lib. 7. AEneid. Hoc Latio reſtare canunt qui ſanguine noſtrum Nomen in aſtra ferant.

Reſtito, reſtitas, reſtitare, Frequentatiuum. Plaut. in Capt. 9.4, Ita me miſerum reſtitando, retinendóque laſſum reddiderunt. Terent. in Eunucho, 4.4.1, Exi foras ſceleſte, at etiam reſtitas? fugitiue prodi. Tarreſtes tu?

RESTRINGO, reſtringis, reſtrinxi, reſtrictum, reſtringere, Retro ſtringere, Sarrer ou eſtaindre par derriere. Plin. lib. 35, Item belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante.

Reſtringere, Valde, ſeu perfecte ſtringere, Fort ſarrer, reſarrer. Plaut. in Capt. 8.27, Saltem ſi non arriderẽt, dentes vt reſtringerẽt. Plin. epiſt. 105, Nam ſumptus Candidatorum fœdos illos & infames, ambitus lege reſtrinxit.

Reſtringere, Soluere, Deſlier. Apul. Iumentũ reſtrinxit, abiréque ſtabulo liberum ſiuit, quod ſtabularius inuentum mox domum reducit.

Reſtringere, Rurſus ſtringere. Apul. Et duplici, ne ſolui facile queat, reſtringit.

Reſtrictè, aduerbium, Eſtroitement. Plin. epiſt. 103. d, Nam præterij, quòd in tantis vitijs hominum plura culpanda ſunt, quàm laudanda. tum ſi laudaueris, parcus: ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris: quanuis illud planiſſime, hoc reſtrictiſſime feceris. Le plus eſcharcement que tu auras peu. Cic. de Amicitia, 52, Ditior mihi & affluẽtior videtur eſſe vera amicitia, nec obſeruare reſtrictè ne plus quàm reddat acceperit.

Reſtrictim, aduerbium, Idem. Afranius, Eáque fermè ſedere melius conſultoribus, quàm reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

RESVLTO, reſultas, reſultare, Frequentatiuum à Reſilio, Sæpe reſilire inquit Feſtus. Reluctari, in contrarium ferri, ſeu reaudiri ac reclamari, Reſaillir, retondi. Virg. lib. v, Pulſati colles clamore reſultant. Plin. in Paneg. 123, Inde reſultantia vocibus tecta, nihilque tantis clamoribus ſatis clauſum.

RESVMO, reſumis, reſumpſi, reſumptum, reſumere, Iterum ſumere, Reprẽdre. Plin. epiſt. 78. a, Vereor enim ne ſi hanc intentionem iam in finem laxauero, ægre reſumam. A grand peine me y puiſſe remettre. Idem in Paneg. 132, Hic conſularibus curis exolutus, principales reſumpſit. Idem, Reſumptis poſt longam ægritudinem viribus.

RESVO, reſuis, reſui, reſutum, reſuere, Iterum ſuere. Recoudre, comme font cordonniers. Reſuere, Deſcoudre. Suet. de Auguſt. Sumenti virilem togam tunica laticlaui, reſuta ex vtraque parte, ad pedes dẽcidit.

RESVPINO, reſupinas, reſupinare, Inuertere, peruertere. Rẽuerſer le ventre en hault. Terẽt. in Phor. 5. 6. 23, Ponè apprehẽdit pallio, reſupinat: reſpicio: rogo quãobrẽ retineat me. Reſupinare, à propoſito ſeu incœpto reuocare, differre. Accius, Quid agis? perturbas rẽ omnem, ac reſupinas ſorori.

Reſupinare, Peruertere. Iuuenalis, Aulam reſupinat amici.

Reſupinus reſupina reſupinum, Renuerſé le ventre en hault. Plin. Eóſque Sciopodas vocari, qui in maiori æſtu humi iacentes, reſupini, vmbra ſe pedum protegunt. Ouid. Et modo cantabam veteres reſupinus amores.

RESVRGO, reſurgis, reſurrexi, reſurrectum, reſurgere, Rurſus ſurgere, Se releuer.

Reſurrectio reſurrectionis, f. g. Reſurrection.

RETAE, Sunt arbores, quæ ex ripis fluminũ eminẽt, aut in alueis ipſorũ ſũt: à retibus dictæ, quòd prætereũtes naues retinerẽt inſtar retiũ. Vnde in edicto prætorũ legitur, retãda flumina, quod ſignificat purgãda, ne quid morę ſiue periculi nauibus in ea virgulta incidẽtib⁹ fiat.

RETARDO, retardas, retardare. Morari facere, Retinere. Retarger. Cic. in Catone, Ad quem fruendum non modo ſe non retardat, verumetiam inuitat. Plin. epiſt. 123, Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo?

RETE, retis, n. g. Vne rets. Plaut. in Rud. 22. 7, Neque piſcium vllam vnciam pondo hodie cepi, niſi hoc quod nunc fero in rete.

Rete, à rapio, vel à raritate dicitur, vt inquit Varro.

Retis, in maſculino & fœminino genere etiã dicitur. Plau. in Rud. Nõ vides proferre me vuidum retem, ſine ſquammoſo pecu?

Retia retiæ etiam pro eodem dicitur. Plaut. in Rud. Nam tunc & operam & ludos facit, & retiam, vt tempeſtas eſt.

Reticulum reticuli, n. g. diminutiuum. Vne petite rets.

Reticulũ, genus retis quod in orbẽ ſpargitur, quod aliquando capitur pro tegmine muliebris capitis, quod capillos cõtinet. Iuuenalis, Reticulúmque comis aratum ingentibus implet. Vne coeffe.

Reticulũ, Sacculus, in modũ retis, quo viatores denarios & panẽ geſtãt. Horatius, Vt ſi reticulum panis vænales inter onuſto Forte vehas humero. Vne malette.

Retiaculum retiaculi, n. g. diminutiuum à retia. Plaut. in Aſin. Iubeas vna opera me piſcari in aete, venari autem retiaculo in medio mari.

Retiolum retioli, n. g. Idem quod reticulum, tegmen capitis.

Reticula reticulæ, diminutiuum à retis fœminino genere.

Reticulatus reticulata reticulatum, Quod factum eſt in modum retis. Plin. lib. 36, Reticulatã ſtructuram quàm frequentiſſime Romæ ſtruunt, remis opportunam.

Retiarius retiarij, m. g. Qui rete immittit. Nam compoſiti gladiatores per paria, diuerſa nomina ſortiebantur. Nam alter dicebatur retiarius, quòd rete iaceret: alter ſecutor, perinde ac retiarium fugiens, vel fugam ſimulans, ſequeretur.

RETEGO, retegis, retexi, retectum, retegere, Nudare, aperire. Deſcouurir, manifeſter, ou reueler. Virg. Cæcúmque domus ſcelus omne retexit. Iuuenalis, Si tibi zelotypæ retegantur ſcrinia mœchæ.

RETENTO, retentas. Vide RETINEO.

RETEXO, retexis, retexui, retextum, retexere, Quod textum erat, non textũ reddere, Deffiller, ou deſtitre. Vnde & pro deſtruere ponitur.

Retexere, Rurſus texere, renouare. Cic. in Verrem, act. 4, Omnia erant Metelli eiuſmodi, vt totã ſuã præturã retexere videretur. Marius Ciceroni, An quòd adoleſcẽs præſtiti cũ etiã errare cum excuſatione poſſem, id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexã?

RETIARIVS, RETICVLVS, vide RETE.

RETICEO, retices, reticui, reticere, à verbo ſe abſtinere, Ne dire mot de quelque choſe, ſen taire. Plaut. in Amphit. 4. 243, Verùm vt es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen. Idem in Menæh. 24. 49, Nihil reticebo quod ſciam. Terent. in Heaut. 1. 1. 33, Ne lachruma: atque iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam, ne retice. Ne me celle rien.

Reticentia reticentiæ, f. g. Silence, quant on ſe taiſt de quelque choſe. Plaut. in Merc. 22. 22. Dic, enicas me miſerum tua reticentia. Cic. Philipp. 14, Actum igitur præclarè vobiſcum fortiſſimi dum vixiſtis: nunc verò etiam ſanctiſſimi milites, quòd veſtra virtus nec obliuione eorũ qui ſunt, nec reticẽtia poſteriorum inſepulta eſſe poterit. Idem lib. 1. de off. Ex mœſtitia, ex hilaritate, ex riſu, ex locutione, ex reticentia.

RETINEO, tenes, retinui, retentum, retinere, Remorari, Retenir auec ſoy. Terent. in Phor. 1. 3. 23, Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulẽdi quid velis, retinere, amare, amittere. Idem in Eunucho, 4. 1. 6, Id faciebat retinendi illius cauſſa.

Retinere, Tenir, garder de cheoir. Plaut. in Curcul. 7. 31, Retine, retine me obſecro. PH. vide vt expalluit! Terent. in Heaut. 2. 4. 23, Ah retine me obſecro. B. obſecro quid tibi eſt? A. diſperij. B. perij miſera, quid ſtupes Antiphila?

Retinere dicitur qui aduerſum aliquẽ tenet, inquit Donatus, Garder que aucũ ne face ce quil veult. Terẽt. in Adel. 1. 1. 33, Pudore & liberalitate liberos retinere ſati⁹ eſſe credo quàm metu. Plin. epiſt. 248, Et in publicis officijs retinere damnatos, nõ ſatis honeſtũ putabã.

Retinere maieſtatem, vel ius ſuum, Garder ſon authorite. Liuius lib. 4. de bello Maced. Si in ſua quiſque noſtrũ matrefa. quirites ius & maieſtatẽ viri retinere inſtituiſſet, minus cũ vniuerſis fœminis negotij haberem⁹. Cic. in Orat. perfecto, Ius omne retinẽdæ maieſtatis, Rabirij cauſſa continebat: ergo in omni genere cõtentionis exarſimus. Idem de ſenect. 33, Ita enim ſenectus honeſta eſt, ſi ſeipſa defendit, ſi ius ſuum retinet, ſi nemini mancipata eſt.

Retinere charitatem. Cic. de amicitia, 61, Cum cogniti ſunt, & aut deorum, aut regum filij inuẽti, retinent tamen charitatem in paſtores, quos patres multos annos eſſe duxerunt. Ils ayment touſiours les paſteurs &c.

Retinere fidẽ in amicitia, Eſtre fidele. Cic. de Amicitia, 74, Vna illa ſubleuãda offenſio eſt, vt & vtilitas in amicitia, & fides retineatur. Apud eũdẽ, Retinere vtilitatẽ in amicitia, 74.

Retinẽt hæc vtilitatem & gratiã. Plin. epiſt. 8. c, Admonet iſtud quoque, quod pleraque quæ ſunt agendæ rei neceſſaria, eadem peracta nec vtilitatem parem, nec gratiam retinent.

Retẽto retẽtas, retẽtare, Frequẽtatiuũ. Plaut. in Aſin. 12. 1, Cur me retẽtas? Idem in Rud. 20. 39, Suades tu qualis es, in neruũ rapere, eo me obſecras vt te ſequar? etiã retentas? L. A. perij.

Retentare, Compoſitum à tento tentas, Iterum tentare. Ouid. lib. 1. Metamorph. Officióque pedum nymphæ contenta duorum Erigitur: metuítque loqui, ne more iuuencæ Mugiat, & timidè verba intermiſſa retentat. Id eſt, iterum tentat proferre.

Retinens retinentis, Participium, Qui retient.

Retinens nomẽ. vt retinens dignitatis. Cic. ad Q. Fratrem lib. 1, Fert enim grauiter homo, & mei obſeruantiſſimus, & ſui iuris, dignitatíſque retinens.

Retinaculum, retinaculi, n. g. Quo aliquid retinetur, ſiue remoratur. Virg. lib. 1. Geor. Atque amarina parant lentè retinacula viti. Plin. epiſt. 12. c, Affuit tamen deus voto, cuius ille cõpos, vt iam ſecurus, libérque morituras, multa illa vitæ, ſed minora retinacula abrupit.

RETONDEO, retondes, retondi, retonſum, retondère, Touſer, ou toudre tout a faict. Plaut. in Pſeud. 4. 26, At hæc retonſa eſt. B. ſine fiet, itidem quoque vos eſtis plagis omnes.

RETORQVEO, retorques, retorſi, retortum, retorquere, Retro iácere, vel remittere, Deſtourner, ou faire retourner. Cic. in Catone, Quo quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facile retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit.

Retorquere, Rurſum flectere. Retordre. Columella lib. v, Id vt ſcite fiat, meminerit alligator ne retorqueat ſarmentum, ſed tantum inflexum deuinciat.

Retortus, retorta, retortum, Tourne en derriere. vt retortæ ceruices. Plin. in Paneg. 55, Nunc ſecretas illas & arcanas, ac ſub te primùm communes opes: nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit deſuper intueri delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices agnoſcebamus, & fruebamur.

RETORRIDVS, retorrida, retorridũ, Quod intempeſtiuè, amiſſis viribus à ſole torretur. Columella lib. 3, Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida.

Retorreſco, retorreſcis, retorreſcere, Retorridum fieri. Columella lib. 4, Deinde ſata non ita enutriunt vt ante conualeſcant, ac proſiliant, quàm retorreſcant.

RETRACTO, vide RETRAHO.

RETRAHO, retrahis, retraxi, retractum, retrahere, Retirer, tirer en arriere. Plaut. in Rud. 23.8, Caue ſis malo, quid tu (malùm) nam me retrahis?

Retrahere ad ſe argentum, Retirer a ſoy. Terent. in Heaut. 4.2.11, Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

Retrahere aliquem à ſtudio. Terent. in prologo Phormionis, 2.

Retrahere ex fuga. Plaut. in Merc. 1.8.

Retrahere in conditionem ſeruorum. Plin. epiſt. 249, Erit autem vel hoc maxime corrigendum, quòd qui damnati ad pœnam erant, nõ modo ea ſine authore, vt ſcribis, liberati ſunt: ſed etiam in conditionem proborum miniſtrorum retrahantur.

Retracto, retractas, retractare, Rurſus, vel retro trahere. Frequentatiuum à Retraho, Retirer.

Retractare, Reuocare, reprobare. Plin. epiſt. 126.c, Præceptũ eſt Suburano, vt vacaret finitã cauſſam retractãti ſi quid noui afferret. Idem epiſt 174.b, Nũ dubito cupere te pro cætera mei charitate, quàm maturiſſime legere hunc adhuc muſteum librum. Leges, ſed retractatum, quæ cauſſa recitandi fuit, & tamen non nulla iam ex eo noſti, hæc vel emẽdata poſtea, vel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi noua rurſus, & reſcripta cognoſces.

Retractare largitiones. Plin. epiſt. 332, Sicut largitiones ex publico fieri mãdata prohibent, ita ne multorũ ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet.

Retractare, Retrahere, & remouere. Columella lib. v, Hæc, eorúmque ſimilia poſt putationẽ retractanda ſunt.

RETRIBVO, retribuis, retribui, retributum, retribuere, Retribuer, recompenſer.

RETRICA, retricę, f. g Retricã aquã veteres appellarũt, qua horti irrigãtur, authore Feſto

RETRIMENTVM, retrimenti, à retero reteris videtur eſſe, ſicut detrimentum à detero. Varro lib. 1. cap. 64, Amurca autem cum ex olea eſt expreſſa, qui eſt humor aquatilis, & retrimentum conditum in vas fictile.

Retrimentum, Excrementum fæculẽtiæ, & ſtercus. Macrobius lib. 7, In ventre fit prima digeſtio, cuius fex, retrimenta ſunt, quæ per inteſtina inferiora orificio trudente labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in veſicam retrahi. Intelligit ſtercora & vrinam.

RETRO, aduerbium. Derriere. Terent. in Heaut. 5.1.29, Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro. Plin. epiſt. 340, Obſonia eorum certaminum quæ Iſelaſtica eſſe placuit mihi, ſi antè Iſelaſtica non fuerunt, retro non debentur.

Retrorſum Retro verſum. Horat. Retrorſum vela iterare curſus.

Retrorſus retrorſa retrorſum. Apul. lib. 2, Denique ſæpe retrorſa reſpiciẽs, ſubſtitit. Id eſt, reflexa, obliquata.

RETRVDO, retrudis, retruſi, retruſum, retrudere, Pouſſer en arriere. Plau. in Epid. 5.65, Cœpi rurſum vorſum ad illas pauxillatim accedere, quaſi retruderet hominũ me vis inuitũ.

RETVNDO, retundis, retudi, retuſum, retundere, Repercutere, cuſpide vel acie vſu nimio vel alio caſu perſtricta hebetare. Boucher.

Retuſum ferramentum. Columella lib. v, Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento.

Retuſum cor Plaut. in Pſeud. 17.8, Quid tu intus quæſo deſediſti? quàm diu mihi cor retuſum eſt oppugnando pectore?

Retuſum ingenium, Vng lourd eſperit, ou entendement. Cic. in diuinatione, Aliæ agrorum partes quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa.

REVALESCO, reualeſcis, reualeſcere, Ad ſanitatē redigere, Reuenir en ſante, Soy guarir. Gellius, Quod eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet.

REVEHO, reuehis, reuexi, reuectum, reuehere, Reducere, Remener. Plaut. in Bacchid. 1.9, Vt vbi emeritum ſibi ſit, ſe reuehat domum.

Reuexit famam. Plin. epiſt. 177.b, Onerat te quæſturæ tuæ fama, quam ex Bithynia optimā reuexiſti.

REVELO, reuelas, reuelare, Contrarium eſt ſuo ſimplici velo, quod tego ſignificat. Reuelare, detegere, Deſcouurir, reueler.

REVELLO, reuellis, reuulſi, & reuelli, reuulſum, reuellere, Rurſus vellere, id eſt extirpare, Arracher, oſter. Columella, Cum ab opere boues diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibúſque comprimat dorſum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic. in Verrē, act. VI, Nec prius illam crucem quæ etiam nunc ciuis Rom. ſanguine redundat, quæ fixa eſt ad portum, vrbémque veſtram reuelliſtis, neque in profundum abieciſtis, locúmque illum omnē expiaſtis, quàm Romam, atque in horum conuentum adiretis? Ibidem, Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus reuellit, atque abſtulit.

REVENIO, reuenis, reueni, reuentum, reuenire. Reuenir retourner. Plaut. in Amphit. 4. 34, Victores victis hoſtibus legiones reueniunt domum. Idem in Cap,. 7. 88, Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia.

Reuenire in gratiam. Plaut. in Sticho, 7. 8, Cúmque eo reueni ex inimicitia in gratiam.

REVEREOR, reuereris, reuereri, Timere, Craindre. Terent. in Hecyra, 4. 4. 8, Dic filiæ, rus conceſſuram hinc Soſtratam, ne reuereatur minus iam quo redeat domū. Idem in Phor. 2. 1. 3, Age, mitto imperium, non ſimultatem meam reuereri? ſaltem non pudere? &c.

Reuereri, Honorare, Auoir en reuerāce. Terent. in Hecyra, 3. 1. 10, Sed nunc aduentum tuū ambas Pamphile ſcio reuerituras.

Reuerens, reuerentior, reuerentiſſimus, Qui porte honneur & reuerance a aucun. Plin. epiſt. 103, Niſi forte aliud iudicas tu: quāquam quis vno te reuerētior huius operis? quis benignior æſtimator? Idem epiſt. 307, Probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei.

Reuerentia reuerentiæ, Lhonneur & reuerance que on faict a aucun. Plin. epiſt. 98.c, Primùm quod ipſe qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reuerentiā intendit. Idem in Paneg. 74, Et qui terror valuiſſet efficere, quod reuerentia tui effecit? Lhonneur ou la crainte que on auoit de toy? Et apud eundem, Reuerentiæ veſtræ ſic ſemper inſeruiam. Ie vous auray tellement en reuerance.

Reuerenter, aduerbium. Plin. epiſt. 151.b, Idem quàm reuerenter, quàm fideliter amicos colat multorum ſupremis iudicijs, &c.

REVERTOR, reuerteris, reuerſus ſum, reuerti, Retourner. Plaut. in Aulul. 7. 26, Quò nunc abis? E. iam ad te reuertor. Terent. in Heaut. 1. 1. 70, Domum reuertor mœſtus.

Reuerti ad priſtinum actum. Plin. epiſt. 245, Cum ad priſtinum actum reuerſus fuerit, ſufficient illi duo à te dari milites.

Reuerti, pro venire vel diuertere aliquando ponitur. Cic. de fato, in principio, Sed Poſſidonium, ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus: ad Chryſippi laqueos reuertamur. Cū nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Reuerto reuertis, actiue, ſæpe apud Ciceronē legitur. vt ſcribēs Appio, Conſcendens iam nauē Epheſo Laodiceā iam reuertit. Idem lib. 2. de off. Factus eſt alter eius ſiſtendi vas: vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Idem Attico, lib. 8, Iter autem eius erat ad Lentulum cos. cum literis Cæſaris, præmiorúmque promiſſis, ſi Romam reuertiſſet.

Reuerſio, reuerſionis, f. g. Retour. Plaut. in Trucul. 8. 31, Reuerſionē vt ad me faceret denuo.

REVISO, reuiſis, reuiſere, Redire vt videam. Plaut. in Trucul. Nunquidnam me vis aliud? P. vt quando otium tibi ſit, me reuiſas. Que tu me viennes reuoir. Terent. in Eunucho, 5. 4. 1, Reuiſo quidnam Chærea hic rerum agat. Idem in And. 2. 4. 1, Reuiſo quid agant. Cic. Attico, lib. 1, Reuiſe nos aliquando.

REVIVISCO, reuiuiſcis, reuiuiſcere, Rurſum viuum fieri. Cic. pro T. Annio Milone, Eius igitur mortis ſedetis vltores, cuius vitam ſi putetis per vos reſtitui poſſe, noſîtis: & de eius nece lata quæſtio eſt: qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquam eſſet.

REVINCIO, reuincis, reuinxi, reuinctum, reuincire, Retro vincire. Virg. Ecce manus iuuenum interea poſt terga reuinctum. Gellius, Poſtea inquit videbamus Androdum,

& leonem loro tenui reuinctum, vrbe tora circum tabernas ire.

REVINCO, reuincis, reuici reuictum, reuincere, Conuaincre. Cic. pro Archia poeta, Quære argumenta, si qua potes: nunquam enim neque suo neque amicorum iudicio reuincetur.

REVOCO, reuocas, reuocare, Rappeller. Terẽt. in Phor. 1.4.17. Reuocemus hominẽ. A. sta illico. G. satis pro imperio quisquis es. Idem in Adel. 3.2.22, Reuocem⁹. Geta. G. hẽ: quisquis es, sine me. s. ego sum Soſtrata. Plaut. in Merc. 8.6, Mane mane obsecro Charine. c. qui me reuocat? Terent. in Phor. 5.6.8 Num mirum, aut nouum est reuocari, cursum cum institueris? Salluſt Sæpius vindicatum est in eos qui contra imperium in hostem pugnauerant, quique tardius reuocati prælio excesserant, quàm qui signa reliquerant, aut pulsi loco cedere ausi erant.

Reuocare pedem: Se reculer. Quod dictum est etiam de fluminibus. Virg. Cũctatur, & armis Rauca sonans, reuocátque pedem.

Reuocare pecuniam, & exigere. Plin. epist. 240, Erit enim pecunia, ex qua fiat, primùm ea quã reuocare à priuatis, & exigere iam cœpi.

Reuocare libertatem. Plin. in Paneg. 130, Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces, ac reducas.

Reuocare à contagione virorum. Plin. in Paneg. 137, Est magnificum, quod te ab omni cõtagione vitiorum reprimis, ac reuocas. Tu te retire

Reuocare se ex otio, Nestre point oisif. Plin. in Paneg. 142, Non te relinqui putes, qui semper inuenias & quos ex otio reuoces & quos otio reddas.

Reuocare ad. Plin. epist. 12.c, Solum superesse me à quo reuocari posset ad vitam.

Reuocare ad suam potestatem. Cic. de Amicitia, 55, Sed impuri cuiusdam, aut ambitiosi, & omnia ad suam sententiam reuocantis.

Reuocare, Instaurare. Suet. in Claud. Cæs. cap. 22, Item circa omnium ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua instituit. Idem in Claud. Nerone, 32, Reuocauit & præmia coronarum, quæ vnquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent.

Reuocare testes, significat quod recolere dicimus, apud Martianum in Lege, Diuus de custodia & exhibitione reorum.

REVOLO, reuolas, reuolare, Retro volare, Reuoler. Cic. lib. 3. de natura deorum, AEque in tergo præuolantium colla & capita reponunt: quod quia ipse dux facere non potest, quia non habet vnde nitatur reuolat, vt ipse quoque quiescat: in eius locũ succedit ex ijs quæ adsequitur, eáque vicissitudo in omni cursu conseruatur.

REVOLVO, reuoluis, reuolui, reuolutum, reuoluere, Remuer, retourner. Terent. in Hecyra, 4.4.68, Nam in eandem vitam te reuolutum denuo video esse.

REVS, rei, m. g. Quicunque in litem adducitur, etiamsi nihil admiserit, id est contra quem quispiam agit. Cic. lib. 2. de Orat. Reos appello non modo eos qui arguuntur, sed omnes de quorum re disceptatur. Plaut. in Trucul. 17.59, Reus solutus causſam dicit.

Reus à re dicitur, quòd rei alicui obnoxius sit, vel à re quam promisit.

Reus testimoniũ denuntiare poterit & inquirere dicebatur apud antiquos, quod nunc dicimus, Defensor ex parte sua poterit informare. Plin. lib. 6. epist. Addidit etiam petendum à consulibus, vt referrent vt exemplo legis ambitus de lege repetund. an placeret in futurũ ad eam legem adijci, vt sicut accusatoribus inquirendi testibúsque denuntiandi potestas ea lege esset, ita reis quoque fieret.

Reum fieri (inquit Asconius) est apud prætorem legibus interrogari. Cum enim in ius ventum esset, dicebat apud prætorem accusator reo, Aio te Siculos (verbi gratia) spoliasse. Si tacuisset, lis ei æstimabatur vt victo. si negasset, petebat à magistratu dies accusator inquirendorum criminum, & instruebatur accusatio.

Reus agitur, qui accusatur.

Reus peragitur qui damnatur. Plin. Iunior, Dum ille peragitur reus, sedimus. Iurisconſ. Peregisse reum non aliàs quis videtur, nisi condemnauerit.

Reus promittẽdo, qui suo nomine, quid pro altero promittit. Reus stipulãdo, qui stipulatur.

Reus voti, inquit Macrobius, qui suscepto voto numinibus se obligat.

Reos (inquit Nonius) non solum crimini & culpæ obnoxios, sed etiam honesti, vel voti debitores promissi authoritas voluit. Virg. lib. v, Constituam ante aras, voti reus.

Reus facti, Qui factum aliquod commisit. Plaut. in Cistell. 4. 16, Quoniam reum eius facti nescit qui sciet, paternum seruum sui participat consilij. Idem in Capt. 8. 16, Quàm in tribu aperto capite fontes condemnant reos.

REX, regis. Vide REGO.

R H

RHAMNVS, rhamni, m. g. Genus sentium asperrimum, aculeis & flore gratissimum. Plin. lib. 24. cap. 14, Inter genera ruborum rhamnus appellatur à Græcis, candidior & fructicosior. Is floret, ramos spargens rectis aculeis, non vt cæteri aduncis, foliis maioribus.

RHEDA, rhedæ, f. g. Vocabulum Gallicum, vt inquit Quintilianus, Vne charrette. Cic. Attico, lib. v, Hanc epistolam dictitaui, sedens in rheda, cum in castra proficiscerer, à quibus aberam bidui. Eidem lib. 6, Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis & rheda equis iuncta, & lectica, & familia magna.

Rhedarius rhedarij, m. g. Auriga, rectorque ipsius rhedæ. Vng chartier.

RHENO rhenonis, m. g, Vestis pellicea, præcipuè ferina ad vsũ humanũ redacta: dicta quòd calidos teneat renes: siue quia ῥίνος pellis dicitur: quòd Rhenani populi ea peculiariter vtantur. Cæsar, lib. 6. Comment. scribit Germanos vti paruis rhenonum tegmentis.

RHETOR, rhetoris, m. g. Qui oratoriam artem profitetur.

Rhetorice rhetorices, Ars oratoria.

Rhetoricus, rhetorica rhetoricum, Quod ad rhetorem pertinet.

Rhetoricor rhetoricaris, rhetoricari, Rhetoricorum more loqui, Faire du rhetoricien.

Rhetorisso rhetorissas, rhetorissare, Rhetoricè loqui. Pomponius medico, Dalasti vxorem nũc, & propter me cupis concidere, & iam rhetorissas.

RHEVMATISMVS, rheumatismi, m. g. Fluxio dicitur. Plin. lib. 22. cap. 18, Radicẽ eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem, decoquúntque in cibo contra fluxiones, quas Græci rheumatismos vocant.

RHINOCEROS, rhinocerotis, m. g. Animal, de quo Plinius lib. VIII. cap. 20, Ijsdem ludis & rhinoceros vnius in nare cornu, qualis sæpe visus. Alter hic genitus hostis elephanto: cornu ad saxa limato præparat se pugnæ in dimicatione aluum maxime petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par, crura multo breuiora, color buxeus.

Rhinocerotis nasum habere dicimus sagacem & prudentem virum. Martialis, Iuuenésque senésque, Et pueri nasum rhinocerotis habent.

Rhinoceros, Ponitur pro quodam vase oleum guttatim fundente lauantibus se in balineis. Martialis, Gestauit fronte modo me iuuencus, rhinoceronta Me putabis pleno gutto.

Rhinoceros dicitur à ῥὶν ῥίνος, quod nasum significat, & κέρας cornu. Dicitur & rhinoceron rhinocerontis, à quo

Rhinocerontius, rhinocerontia, rhinocerontium, vt cornua rhinocerontia.

RHODODENDROS, herba, de qua Plinius lib. 24. cap. XI, Rhododendros ne nomẽ quidem apud nos inuenit latinum, rhododaphnen vocãt aut nerium. Mirum, folia eius quasi drupedum venenum esse, homini verò contra serpentes præsidium, ruta addita, & è vino pota. Pecus etiam & capræ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur.

RHOMBVS, rhombi, m. g. Græca vox est, significatque figuram quadratam solidam, cuius latera omnia sunt æqualia, anguli verò obliqui tetrapleuros, id est, quatuor laterum. Hic si in terram iactetur, voluitur ad similitudinem ferè cylindri. Vtebantur eo maleficæ mulieres ad deducendam lunam tortis filis confecto. Ouid. Quid torto concita rhombo Licia. Mart. Quæ nunc Thessalonico lunam deducere rhombo, Propertius, Deficiunt magico forti sub carmine rhombi.

Rhombus, piscis genus. Iuuenal. Incidit Adriatici spatium admirabile rhombi Ante domum Veneris.

Rhombus, Torques siue machinula illa quam vertendo mulieres tramam ad lanicium nent.

RHOMPHEA, rhõpheæ, Genus gladij. Valeri⁹ Flaccus, lib. 6, AEquáque nec ferro breuior nec rhomphea ligno.

RHYTHMVS, rhythmi, m. g. Latinè numerus dicitur. Quintil. lib. 9, Sũt numeri rhythmi, qui neque finem habent certum, nec vllam in contextu varietatem, sed qua cœperunt sublatione, ad positionem vsque decurrunt. Rhyme.

RICA, ricæ, f.g. Quadratum veſtimentum fimbriatum, & purpureum, quo pro palliolo vtebantur Flaminicæ. Plaut. in Epid. 5.49, Supparũ, aut ſubminiam, ricã, baſilicũ, aut exoticũ.

Rica, Genus veli, quo mulieres capita tegunt. Dictum à ritu, vt Varro author eſt, quòd Romano ritu ſacrificia fœminæ cum faciunt, capita tegunt.

Ridicula ridiculæ, diminutiuum, pro ſudario ponitur.

RICINVS, ricini, m.g. Genus veſtis, quod & Ricinum dicitur, à reijciendo. Feſtus, Ricinũ eſt omne veſtimentum quadratum.

Ricinus, Genus cucumeris & vermis, canes, acrius atque boues infeſtãs. Varro, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt catulorum aures, quòd ricini ſoleant, ſi hoc vnguine non ſis vſus, eas exulcerare.

RICTVS, rictus, rictui, m.g. Eſt oris diſtenſio, qualis eſſe ſolet in ridentibus: à Græcis Gelaſinus dicitur: quo verbo vſus eſt Martialis.

Diducere rictũ, Eſt ad hilaritatem impellere. Horatius, Ergo nõ ſatis eſt riſu diducere rictũ.

Diducere rictum, apud Iuuenalem, Ipſe ad conſpectum cœnæ diducere rictum Contentus. Id eſt os aperire.

Contrahere rictum, eorum eſt qui mœſti aut meditabundi ſunt.

Rictus, ponitur pro minaci habitu oris. Cic. in Verrem, de Herculis ſtatua, Vſque adeo, vt rictus eius atque mentum ſit paulo atrocius. Tractum à canibus dum ringunt. Quintil. Obſeruandum ne labra torqueantur: ne immodicus hiatus rictum diſtendat. Id eſt, os in ringentis modum formet.

RIDEO, rides, riſi, riſum, ridere. Gell. lib. 1. cap. 19, Rex quaſi anus ætate deſiperet, riſit.

Rideo tibi, Rire a aucun. Plaut. in Trucul. 19.8, Mea voluptas, ſi quid peccaui prius, ſupplicium ad hanc minam fero auri, ſi mihi rides.

Ridere aliquem, Id eſt, deridere. Plaut. in Sticho, 4.89, Ecaſtor riſi te hodie multum. Terẽt. in Adel. 4.2.10, Rideo hunc: primùm ait ſe ſcire, is ſolus neſcit omnia.

Ridibundus ridibunda ridibundum. Plaut. in Epid. 9.33, Illam ridibundam, atque hilarã huc adduxi ſimul. Qui rit abondamment.

Ridiculum ridiculi, n.g, Sermo riſum excitãs. Plaut. in Amphit. 10.36, Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi ridiculi cauſſa. Pour rire. Terent. in And. 3.1.1, Hui, tam cito! ridiculum. Ceſt pour rire, elle ſe mocque. Idem in Eunucho, 5.7.3, Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, ſciebã. Idem in Heaut. 2.3.112, Ridiculum eſt iſtuc me admonere Clitipho. Ceſt folie, ou mocquerie. Idem in Eunucho, 3.1.62, Ridiculum, non enim cogitaras. Tu te mocques.

Ridiculus ridicula ridiculum, Qui alijs riſui eſt, & de quo alij rident. Plaut. in Capt. 8.10, Ita iuuentus iam ridiculos, inopéſque ab ſeſe ſegregat. Idem in Menæh. 8.43, Solet iocari ſæpe mecum illo modo, quanuis ridiculus eſt, vbi vxor non adeſt. Terẽt. in Eunucho, 2.2.13, At ego infœlix, neque ridiculus eſſe, neque plagas pati poſſum. Ie ne peulx endurer que on ſe mocque de moy.

Ridiculus, Qui alios ridere facit. Cicero, C. Sicinius homo impurus, ſed admodum ridiculus. Plaut. in Capt. 8.21, Dico vnum ridiculum dictũ de dictis melioribus. Idem in Sticho, 4.68, Iocos ridiculos vendo, agite licemini.

Ridiculiſſimus. Plaut. in Sticho, 6.58, Euge quãdo adbibero, alludiabo, tũ ſum ridiculiſſimꝰ.

Ridicularius, ridicularia, ridicularium, Idem quod ridiculum. Plaut. in Trucul. 14.11, Quid id eſt amabo? iſtæc ridicularia, cauillationes vis opinor dicere. Idem in Aſin. 7.64, Tum igitur tu diues es factus. L E. mitte ridicularia. Idem in Trin. 4.22, Sed hoc animum aduorte, atque aufer ridicularia. Oſte moy ces iaſeries, ces riſees.

Ridicule, aduerbium. Terent. in Adel. 4.5.42, Hæc mi pater te dicere æquum fuit, & id defendere. M. ridicule: aduerſumne illum cauſſam dicerem, cui veneram aduocatus? Ceſt follemẽt dit a toy. Idem in Hecyra, 4.4.46, Sed quid faciemus puero? L. ridiculè rogas: quicquid futurum eſt, huic reddas.

Riſio, riſionis, f.g. Ris. Plaut. in Sticho, 12.7, Quot ego voluptates fero, quot riſiones, quot iocos.

Riſus riſus riſui, m.g. Idem. Plau. in Mil. 14.80, Nequeo hercle quidem riſui meo moderarier.

RIDICA, ridicæ, f.g. Pedamentum vinearum, quod quercu & iunipero ſolet fieri opti-

mum, vt Varro lib. 1. de re ruſtica docet, & Columella lib. v, Hic annus nondũ vehementem palum aut ridicam deſyderat. Eſchallas.

RIGEO, vide poſt RIGOR.

RIGIDVS, vide poſt RIGOR.

RIGO, rigas, rigare, Madefacere, Arrouſer.

Riguus, rigua, riguum, Quod rigatur, ſeu quod rigari facile poteſt. Columella lib. 2, de prato loquens, Eius (inquit) animaduertimus duo genera, quorum alterum eſt ſiccaneũ, alterum riguum: ſiccaneũ, quod rigari nunquam, aut non facilè poteſt. Intelligo riguum, quod facile.

RIGOR, rigoris, m. g. Frigus. Plin. epiſt. 161. b, Rigor aquæ certauerit niuibus, nec color cedit. Plaut. in Pœnulo, 5.46, Longum eſt rigorem maleficum exornarier.

Rigor, Durities. Virg. Et ferri rigor.

Rigidus, rigida, rigidum, Frigidus. Virg. Tellurem borea rigidam ſpirante moueri.

Ridigus, Durus. vnde rigidus homo, aſper. Rigida ſententia, Plin. epiſt. 74. f, Nam quibus ſententia Cepionis placuit, ſententiam Macri, vt rigidam, durámque reprehendunt.

Rigidus, Erectus, Quod non niſi ex duritie accidit. Royde, & droit de froidure. Virg. Tum rigidas motare cacumina quercus.

Rigeo riges, rigui, rigere, Frigere, Eſtre froid. Plin. in Paneg. 135, Hoſtium, quibus moris eſt, eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis ſuperflua, nunc liquida, ac deferentia luſtrare nauigijs, nandóque ſuperare.

Rigere, Induratum eſſe, vel erectum, ſeu contractum: quoniã quæ frigent, horrent, & indureſcũt. Cic. lib. 2. Tuſc. Cæteras partes incultas, quòd aut frigore rigeant, aut vrantur calore.

Rigeſco, rigeſcis, rigeſcere, Frigeſcere, Senfroidir.

Rigeſcere, Indurari, Sẽdurcir. Virg. lib. 2. georg. AEráque diſſiliũt vulgo, veſteſque rigeſcũt. Seruius, Durantur, vt frangi potius, quàm ſcindi poſſe videantur.

RIGVVS, rigua, riguum, Vide RIGO.

RIMA, rimæ, Fiſſura. Propriè rimæ dicuntur exiguæ diſtantiæ tabularũ in iuncturis. Fante. Vnde tractum eſt vt omnes fiſſuræ, rimæ dicantur.

Rimas agere, Findi. Se fendre. Cic. Attico, lib. 14, Tabernæ mihi duæ corruerunt, reliquæ rimas agunt.

Plenus rimarum, Qui ne ſcet rien celler. Terẽt. in Eunucho, 1. 2. 25, Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuò palàm eſt: plenus rimarum ſum, hâc atque illâc perfluo. Tranſlatio ſumpta à vaſe aquario fictili.

Rimam inuenire, Trouuer moyen deſchapper, ou aucune excuſe. Plaut. in Curcul. 10. 25, Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit, quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam. Idem in Caſina, 24. 7, Clandeſtinæ nuptiæ, cenſeo: mihi optumum eſt: ijs præſtigijs dux fuit vxor, ea hanc inuenit rimam.

Rimula rimulæ, f. g. Diminutiuum.

Rimoſus rimoſa rimoſum, Quod eſt rimis plenum. Columella lib. 2, Quicquid ab inferiore mox appoſueris, fiſſum erit, rimoſúmque.

Rimor rimaris, & rimo rimas, ſecundum Priſcianũ, Diligẽter quærere, ſcrutari, quaſi rimulas quaſque perquirere. Tractum à ſuibus, qui glandes rimãtur de rimis terrarum, id eſt fiſſuris. Virg. lib. 1. Georg. Dulcibus in ſtagnis, rimantur prata Cayſtri. Id eſt paſcuntur in pratis, & cibum per omnes rimas terræ perquirunt.

Rimari, Scindere, & quaſi in rimas agere. Fendre. Virg. Ergo ægrè raſtris terram rimantur.

Rimari, Expleri. Virg. Rimatúrque epulis habitátque ſub alto Pectore.

RINGO, ringis, rinxi, rictum, ringere, Vel ringor ringeris, deponẽs, Os torquere: quod canes faciunt, dum latranturi ſunt, vel cum ex ira in rugas deducunt os.

Ringi, Iraſci, ſtomachari tacitum, Grincer les dens, & ſe courroucer en ſoy meſme. Terent. in Phor. 2. 2. 27, Cum ille & cura & ſumptu abſumitur, dum tibi ſit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Sidonius, Multum ringitur otioſa virtus.

Ringi dicitur à narium tortura. nam ῥὶς naris dicitur, vt ſit ringi, quaſi narem agi.

RIPA, ripæ, f. g. Extremitas terræ: Le bort ou riuage. Dicta quòd aquarum agitatione rumpatur. Et propriè eſt aquarum currentium.

Riparia ripariæ, Auis, quæ in ripis habitat. Plin. lib. 30, Multo tamen efficaciſſimè ripariarum pulli: ita vocant in riparum cauis nidificantes.

RISCVS, riſci, m. g. authore Donato, eſt ciſta pelle contexta. Nomen Phrygium. Seruius

verò ait feneſtram eſſe paruam in pariete. Terent. in Eunucho, 4.6.16, Abi tu, ciſtellam Pythia domo effer, cum monumentis. c. vidén' tu illum? P. vbi ſita eſt? T. in riſco.

RISVS, riſus, riſui, Vide RIDEO.

RITVS, ritus, ritui, m.g. Mos, & approbata cõſuetudo, quam omnes ratam habent. Couſtume, facon, & maniere. Plaut. in Menæh. 9.37, Certe hæc mulier cantherino ritu aſtans ſomniat. Cic. de Amicitia, 30, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatẽ omnia referunt, &c.

Rites, ritis, m.g. Idem. Stathius, lib. x 1. Theb. Hei mihi primitijs, ararum, & rite nefaſto.

Rituales Hetruſcorum libri in quibus ſcriptum eſt, quo ritu vrbes conderentur, aræ, ædéſque ſacrentur: curiæ, tribus & centuriæ diſtribuantur. Perottus.

Ritè aduerbium, à rito verbo, ſecundum Priſcianum, ſignificat rectè, quia nihil traditur ritibus, quod non rectum eſſe credatur. Vel vt inquit Varro, quia quòd fit rite, id ratum & rectũ eſt. Plaut. in Bacchid. 8.54, Hic rite productus eſt patri: in mare it, rem familiarem curat, cuſtodit domum &c. Idem in Pſeud. 2.8, Qui rite ſucceſſit bonis, huic vos nunc pariter bonam boni operam date gregi. Idem in Ciſtell. 1.10, Itaque hanc lege & rite ciuem cognitã, Alceſimarchus, vt erat nactus, poſſidet. Idem in Trucul. 4.93, Metuebátque te, ne ſibi perſuaderes vt abortioni operam daret: puerúmque rite abnegaret.

RIVALIS, huius riualis, m.g. Qui eandem amat quam alter. Plaut. in Sticho, 7.30, Si tũ hãc rationem inſtituis, amicam ego habeo Stephanium hinc ex proximo, tui fratris ancillam: eo condictum ſymbolum ad cœnam: ac eius conſeruum Sangarinum Syrum. eadem eſt amica ambobus: riuales ſumus. Ibidem, 24.47, Hæc facetia eſt, amare inter ſe riuales duos, vno cantharo potare, vnum ſcortum ducere, hoc memorabile eſt: ego tu ſum, tu es ego, vnanimi ſumus, vnam amicam amamus ambo. Terent. in Eunucho, 2.2.37, Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video, riualis ſeruum.

Tranſlatio ſumpta vel à beſtijs, quæ ſitiẽtes, cum ex eodem riuulo hauſtum petunt, prælium contra ſe inuicẽ concitant. Vel à re ruſtica. Nam riuales dicuntur ij, quorum agros riuus aliquis determinat, qui incertitudine & mutatione crebra curſus, lites ſæpe inter eos ſuſcitat. Et Vlpianus, Riuales, qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos ſæpe contẽtio eſt de aquæ vſu.

Riuales, Qui in riuis habitant. Columella lib. 9, Datur camarus & riualis alecula, vel ſiqua ſunt incrementi parui fluuiorum animalia.

Riualitas riualitatis, f.g. Dicta eſt æmulatio illa inter amaſios. Cic. in Tuſcul. Obtrectare verò alteri, aut illa vitioſa æmulatione, quæ riualitati ſimilis eſt.

Riuinus riuini, Idem quod riualis. Plaut. in Aſin. Cædit noctem filius riuinus, amens ob raptam mulierem.

RIVVS, riui, m.g. à ῥέω Fluo: Locus depreſſus per longitudinem aquæ currentis. Vne riue.

Riuulus riuuli, m.g. diminutiuum.

RIXA, rixæ, nomen fictitium, à ringendo, quod eſt canum quando irritantur. Noyſe. Feſtus, Rictus, rixæ, rixoſe, ringitur, dici videntur quia in diuerſum rumpantur, contrariáque ſint recto.

Rixoſus rixoſa rixoſum, Contentioſus, Noyſeux.

Rixor rixaris, rixari, Iurgari, Contendere, Noyſer, Tancer. Horat. in epiſtola ad Lolium, Alter rixatur de lana ſæpe caprina, Propugnat nugis armatus.

RO

ROBOR, vel robur roboris, neut.gen. Species quercus duriſſimæ.

Robur, per tranſlationem pro animi fortitudine ſumitur, qua quis durat aduerſus pericula.

Robur, Corporis firmitas, quæ aduerſus omnes difficultates firmiter obnititur. Force.

Robur, Omnium rerum firmitas, duritiáque. Columella lib. 2, Quod protinus exile natum ſit, nunquam robur accipere manifeſtum eſt. Vnde Seruius dicit, Omne quod forte eſt, robur vocamus. Virg. lib. 7, AEternáque ferri Robora.

Roboreus roborea roboreũ, Quod eſt ex materia roboris. Columella lib. x 1, Materies ſi roborea eſt, ab vno fabro dolari ad vnguem debet.

ROBVS, robi, m.g. Apud veteres dicebatur rubeus, & bouem robum idcirco ruſtici vocabant. Vnde & materia quæ plurimas huius coloris venas habet, dicta eſt robus: & homines valentes, ac boni coloris robuſti.

Robus, Genus tritici maxime laudabile, vt inquit Columella, cum pondere & nitore præſtet.

Robuſtus robuſta robuſtum, Quod eſt multi roboris, Qui ha grande force. Columella lib. 3, Neque dubium eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtum. Robuſtus codex apud Plautum in Pœnulo, 17.33. Et robuſtus carcer, apud eundem in Curcul. 15.4.

ROBIGO, robiginis, Morbus ſegetum qui culmis frumentorum innaſcitur ex nimio humore, vt ait Varro. Spicæ marcidæ fiũt hoc vitio, & in puluerem fœtidum confriatiles. Virg. lib. 1. georg. Mox & frumẽtis labor additus, vt mala culmos Eſſet robigo. Seruius verò dicit, Rubigo genus vitij quo culmi pereũt, ſed abuſiue robigo dicitur, nam propriè rubigo dici debet. Naille Gallice dicitur.

RODO, rodis, roſi, roſum, rodere, Propriè murium eſt, qui dentibus ferè ſemper aliquid demoliuntur. Ronger.

Dentẽ dente rodere, dicitur qui carpit eum qui neque lædi queat, neque ſentiat, aut qui mordet pari mordacitate præditum quempiã. Martialis lib. XIII, in obtrectatorem quẽdam, Quid dentem dente iuuabit Rodere? carne opus eſt, ſi ſatur eſſe velis.

ROGO, rogas, rogare, Demander. Gellius, Crepidariũ cultellum rogauit à crepidario ſutore. Plaut. in Rud. 10.2, Intellego: hanc, quæ proxima eſt, villam pulſare iuſſiſti, atque aquam rogare. Accuſatiuo iungitur rei quam rogamus.

Rogare ad. Plin. epiſt. 9.2, Ille me ad ſignandum teſtamentum, ille in aduocationem, ille in conſilium rogauit.

Rogare aquam de. Plaut. in Rud. 10.71, Id faciam: atque aquam hinc de proximo rogabo.

Rogare, Interroquer. Plaut. in Bacchid. 4.11, Rogabis me vbi ſit, viuit. Idem in Amphit. 8.74, Alcumena vnũ rogare te volo. AL. quiduis roga. Idem in Bacchid. 4.38, Sed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt? P. rogas? Me le demandes tu? Comme ſil diſoit, il eſt tout certain. Terent. in Adel. 4.1.11, Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret ſat ſcio: rogabit me vbi fuerim. Idem in And. 1.1.97, Accedo ad pediſequas, quæ ſit rogo, fororem eſſe aiunt Chryſidis.

Rogare, Orare, deprecari, Prier. Terent. in Heaut. 2.3.64, Vbi dicimus redijſſe te, & rogare vti veniret ad te mulier, telam deſerit continuò.

Rogare de. Plaut. in Perſa, 16.62, Iam de iſtoc rogare omitte: non vides nolle eam loqui?

Rogare, Statuere. Gellius lib. 1, Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic. lib. 2. Philipp. Ego ad eã belli ciuilis cauſſam attuli, ego leges pernicioſas rogaui. Hinc legis rogatio dicitur, quoniam rogare populũ magiſtratus ſolebant, an id placeret, quod ſtatuerant. Rogare populum, eſt agere cum populo. In qua re hæc erant verba ſolennia, Velitiſne iubeatiſne Quirites, vt hoc vel illud fiat.

Roget quis, Modus eſt loquendi, quo multi inepte dicũt, Si aliquis me interrogaret, peteret, diceret. Terent. in Eunucho, Roget quis, quid tibi cum illo?

Rogito rogitas, rogitare, Frequentatiuum, Sæpe precari, & ſciſcitari.

Rogitare, precari. Plin. Patrem adit, rogitat vt ſui miſereatur. Terẽt. in Eunucho, 2.2.35, Sed egó ceſſo ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat?

Rogitare, Sciſcitari, Senquerir, demãder. Plaut. in Caſ. 13.8, Rogitare oportet prius, & percontarier adſitne ei animus nécne adſit, ſibi quem aduocet. Idem in Aulul. 5.38, Rogitant me vt valeam. Terent. in And. 1.1.57, Rogitabam, Heus puer, dic ſodes, quis heri Chryſidem habuit? Idem in Adel. 1.2.2, Rogitas me vbi nobis AEſchinus ſiet, quid triſtis ego ſim? Plaut. in Aulul. 13.3, Venio ad macellum, rogito piſces, indicant caros. Terent. in Eunucho, 2.1.3, Ah rogitare? quaſi difficile ſit. Virg. Multa ſuper Priamo rogitãs, ſuper Hectore multa.

Rogatio rogationis, f.g. Interrogatio. Rogationis nomine, continetur lex, plebiſcitum, & priuilegium. Suet. in Cæſ. Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. Id eſt, lege a Plotio lata.

Rogitatio rogitationis, fœ.gen. Idem. Plaut. in Curcul. 10.24, Rogitationes plurimas propter vos populus ſciuit.

Rogator, rogatoris, m.g. Poſtulator & mendicus, qui eleemoſynã poſtulat. Plautus, Vt rogator oſtiatim petam panem!

Rogatus, rogatus, rogatui, m.g. Priere. Cic. de Amicitia, 3. Itaque feci non inuitus, vt prodeſſem multis tuo rogatu.

Rogatorij rogatoria rogatoriũ, Tabellio qui rogat quod quiſque ſtipulatur, hoc eſt promittat.

Rogamen rogaminis, n.g. Rogationem, ſeu precem ſignificat, Priere.

ROGVS, rogi, m.g. Strues lignorum ad cremanda cadauera. Dictus, quòd in eo dij manes rogentur. Plaut. in Menæh. 4.42, Age ſanè igitur quando æquum rogas, quàm mox incendo rogum.

RONCHVS ronchi, m.g. Stertentis ſonus, Nomen fictitium, Ronfle. Martialis, Maiores nuſquam ronchi, iuuenéſque ſenéſque, Et pueri naſum rhinocerotis habent.

Ronchiſſo ronchiſſas, ronchiſſare, Stertere, Ronfler. Plaut. Cyathiſſat dum cœnat, dum dormit ronchiſſat.

Ronchiſonus, ronchiſoni, Qui ſonat ronchos, & deriſor eſt. Sidonius, Nec nos rõchiſonos rhinoceronte notat.

RORO, roras, rorare, Humorem inſtar roris paulatim demittere. Virg. lib. 8, Raptabátque viri mendacis viſcera Tullus Per ſyluam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres, Degoutter comme rouſee.

Roreſco roreſcis, roreſcere. Plin. lib. 18, Aquilonem pronuntiat terra ſic ceſcens, ſed roreſcens repente hauſtum immiſcet, humeſcens in rore occulto, Qui eſt arrouſee.

Rorulentus rorulenta rorulentum, Plein de roſee. Columella lib. 6, Cauendum ne aut ſeptentrionalibus vẽtis, aut rorulentæ, ſed ſiccæ ſerãtur vites. Idem, Rorulentæ baccæ nõ legãtur.

Rorarij milites, qui armatura leui prælium primi committebant: quòd vt ante pluuias cælum rorare ſolet, ſic illi ante grauem armaturã qui prodibãt, rorarij appellabãtur, qui & ferẽtarij. Rorarium vinum, Quod rorarijs dabatur.

ROS, roris, m.g. Humor qui ſereno tempore è cælo fluit, ſerena nocte, non gelu, neque ardoribus, neque ventis exiſtentibus. Rouſee. Ariſtoteles lib. 1. Meteororum ſcribit, rorem fieri ex vaporatione modica, cum pluuia ex largo vapore pro generetur. Apul. lib. de mundo, Ros nocturnus humor quem ſerenitatis tenuitas ſpargit. À Græcis dicitur ἀ δρόσῳ.

Roſcidus roſcida roſcidum, Quod eſt rore perfuſum, Plein de rouſee. Vnde nox roſcida, dicitur quæ rore humecta eſt. Plin. lib. 18, Quidã pridie rigãt prata, vbi ſunt rigua, noctibus roſcidis, ſiccari melius.

Roſcida mala, Quæ matutino rore humecta ſunt. Virg. Sepib⁹ in noſtris paruam te roſcida mala, Dux ego veſter eram, vidi cum matre legentem. Plin. lib. x 1, cap. 12, Itaque cum prima aurora folia arborum melle roſcida inueniuntur.

ROSA, roſæ, f.g. Flos è ſpina naſcẽs. Plin. lib. x x 1. cap. 4, Roſa naſcitur ſpina verius quàm frutice, in rubo quoque proueniens, illic etiam iucundi odoris, quanuis anguſti. &c. Vne roſe. Roſam ſuam vocat amicam amator quidam apud Plautum in Aſin. 12. 74. Blandiẽdi gratia.

Roſeus roſea roſeum, Qui eſt de la couleur dune roſe, vermeil cõme vne roſe. Vt roſeus pannus, roſea veſtis. Plin. Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento, Venerem ſtimulat.

Roſaceus roſacea roſaceum, Quod ex roſa factum eſt. Vnde roſaceum oleum, ex roſis. Plin. lib. x x. cap. 3, Succus ex ſtrigmentis illitus cum roſaceo & aceto febrium dolores refrigerat.

Roſarium roſarij, n.g. Copiam fruticum ſignificat, vno loco roſas gignentiũ. Plin. lib. 21. cap. x 1. Roſaria à Fauonio foſſa eſſe oportet, iterúmque ſolſtitio. Vng roſier.

ROSCIDVS, vide ROS.

ROSEVS, vide ROSA.

ROSMARINVM, roſmarini, n.g. Frutex, quem & libanotidem vocant, Du roumarin. Plin. lib. 19. cap. 12, Libanotis, locis putridis & macris ac roſcidis ſeritur ſemine. Radicem habet oluſatri, nihil à thuræ differẽtem. Vſus eius poſt annum ſtomacho ſaluberrimus. Quidam eam nomine alio roſmarinum appellant. Idem lib. 17. cap. 13, Sabina herba propagine ſeritur & auulſione. Tradunt fæce vini, aut è parietibus latere tuſo mirè ali. Iiſdem modis roſmarinum ſerunt & ramo, quoniam neutri ſemen.

ROSTELLVM, vide ROSTRVM.

ROSTRVM, roſtri, n.g. Quo aues aliquid capiunt, Le bec dung oyſeau. Nec ſolum de auibus, ſed etiam de reliquis animalibus & de ipſo homine. Plin. Et mugilis roſtrum. Plaut. in Menæh. 3. 13, Apud menſam plenam homini roſtrum deliges.

À ſimilitudine autem roſtri auium, dicta eſt pars illa exporrecta atque acuta è prora, à quo naues ipſæ, roſtratæ dicuntur.

Roſtra (authore Liuio) dictum eſt tẽplum, ſeu forũ ante curiam Hoſtiliam, in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauium Antiarũ, Ex quo loco concionari ſolebant. Vnde ſæpe legimus pro roſtris, id eſt in roſtris. in eo enim loco roſta ab hoſtibus capta & fixa erant.

Roſtellum roſtelli, n.g. Paruũ roſtrum. Plin. Muris roſtellum, Vng petit muſeau. Columella lib. 1x, Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint. De leur petit bec.

ROTA, rotæ, f.g. Vne roue. À rotunditate ſeu à ruẽdo, ruit enim facilè in ſuos orbes. Plaut. in Capt. 7.9, Pro rota me vti licet vel ego huc, vel illuc vortar quò imperabitis.

Rotæ, Genus caprarum. Varro lib. 2. de re ruſt. cap. 1, Etiam nunc in locis multis genera pecudum ferarum ſunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures: vt in Samothrace, caprarum, quas latinè rotas appellant.

Rota fortunæ. Cic. in Piſonem, In quo ne tum quidem Fortunæ rotam pertimeſcebat.

Rotula rotulæ, f.g. Diminutiuum. Plaut. in Perſa, 12.36, Iam à foro argentarij abeunt, quàm in curſu ro tula circunuortitur.

ROTVNDVS, rotunda, rotũdum, Dicitur quaſi collectum, & per omnem circumitum leue ſine offenſione aſperi anguli. Rond.

Dictum, rotundum, à rotundendo: quòd omnis vndique retuſa & veluti deformata ſit aſperitas. Habet enim quod rotundum eſt, vnicam ſuperficiem, in qua nec principium notari poteſt, nec finis. Rotundum etiam à radendo dici poteſt, quòd circum raſum atque expolitum ſit.

Roto, rotas, rotare, Vertere.

R

R R geminatum (inquit) Feſtus, in compluribus orationibus, cum de actis deſeritur, quæ etiã perſcribi ſolent, Id eſt rationũ relatarum, quòd ijs tabulis docentur iudices, quæ publice data atque accepta ſint.

RVBEDO, RVBEFACIO, vide RVBEVS.

RVBELLA rubellæ, Rubellæ vites & rubellæ vineæ appellatæ ſunt, quòd vitium ipſarum materia rubra ſit. Plin. lib. 14, Proxima dignitas Nomentanis rubente materia. Quapropter quidam rubellas appellauere vineas.

Rubellus, rubella, rubellum. Rubellum vinum, vinum ſubrubeũ, Vin clairet. Martialis, Et Veiætani bibitur fæx craſſa rubelli.

RVBER, vide RVBEVS.

RVBETA, rubetæ, f.g. Ranæ genus venenoſum in ſicco ſemper rubens, Vng graiſſet. À rubis nomen trahit, in quibus plerunque victitat. Plin. lib. 32. cap. 5, Sunt quæ in vepribus tãtum viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci Phrynos vocant, grandiſſimæ cũctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradũt authores. Iuuenalis, Porrectura viro miſcet ſitiente rubetam.

RVBEVS, rubea, rubeũ. Rubeus & rufus generalia nomina ſunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent. Etenim ſanguineus, roſeus, aureus, oſtrinus, fuluus, flauus, rubidus, phœniceus, rutilus, luteus, ſpadicus, rubei, ſeu rufi coloris ſunt, aut acuentes eum quaſi incendentes, aut cum colore viridi miſcentes, aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes. Gellius lib. 2. cap. 26.

Rubeo rubes, rubere, Eſtre rouge. Gellius lib. 2. cap. 26, Sed cum aliter rubeat ignis, aliter ſanguis aliter oſtrum, aliter crocus, has ſingulas rufi varietates latina oratio ſingulis, propriiſque vocabulis nõ demonſtrat, omniaque iſta ſignificatvna ruboris appellatione, cum tamen ex ipſis rebus vocabula colorum mutuẽtur, & igneum aliquid dicit, & flammeum, & ſanguineum, & croceum, & oſtreum & aureum. Virg. Sanguineiſque in culta rubent auiaria baccis.

Rubeus ponitur aliquando pro ſpineus, à rubo, qui & vitilium vſu commendatur à Plinio. vel à Rubis oppido Campaniæ, vt putat Seruius in illo verſu, Nunc facilis rubea texatur fiſcina virga.

Sunt tamen qui negent rubeum dici debere, ſed rubentem.

Ruber rubra rubrum, Idem quod rubeus. Horat. lib. Serm. Obſcœnóque rubet porrectus ab inguine palus.

Mare rubrum. Plin. lib. 6. cap. 23, Irrumpit deinde & in hac parte geminũ mare in terras, quod rubrum dixere noſtri, Græcia Erythræum a rege Erythræo, aut (vt alij) ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes. alij ab arena terraque. alij, tali aquæ ipſius natura.

Rubor ruboris, m.g, Color rubeus, qui & rubendo dicitur, Rougeur.

Rubeſco rubeſcis, rubeſcere, Rubentem fieri, Rougir, deuenir rouge. Virg. Iámque rubeſce-

bat ſtellis aurora fugatis.

Rubefacio rubefacis, rubefacere, Eaire rouge. à rubeſio.

Rubicundus rubicunda rubicundum, Rubore plenus, ſiue abunde rubens. In quo, alternitatis cauſſa, vt inquit Priſcianus, c loco B ponitur, ne ſit abſonum, ſi rubibundus dicatur. Plaut. in Pſeud. 20. 109, Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo admodum. Terent. in Hecyra, 3. 4. 26, Magnus, rubicundus, criſpus, craſſus, cæſius.

Rubidus rubida rubidum, Quod eſt colore rufo, atriore multo miſtum. Plaut. in Sticho, 4. 77, Rubiginoſam ſtrigilem, ampullámque rubidam.

Rubidus, Scaber, atque aſper dicitur. Vnde à ſcabricie, panis ſecũdo coctus, rubidus vocatur, qui à nautarum vſu, nauticus appellatur. Plaut. Exiguam buccellã rubidi panis. Idem in Caſina, 7. 2, Atque ibi torreto me pro pane rubido hera.

Rubidæ dicuntur etiam ſcorteæ ampullæ & rugoſæ.

Rubellæ vites. vide ſuo loco.

RVBICVNDVS, vide RVBEVS.

RVBIGO, rubiginis, f. g. Enrouillure. In metallis ſitu quodã contrahitur, arida & rubra metallum paulatim abſumens, qualem in ferro videmus. Dicta à colore. nam veteres robum, rubeum dicebant.

Rubigo, idem quod robigo ſignificat. Vide ROBIGO. Plin. lib. 18. cap. 17, Rubigo quidẽ, maxima ſegetum peſtis, lauri ramis in aruo defixis, tranſit in earum folia ex aruis.

Rubiginoſus rubiginoſa rubiginoſum, Plein de rouille. Plaut. in Sticho, 4. 77, Rubiginoſam ſtrigilem.

Rubigino rubiginas, rubiginare, Rubiginem cõtrahere, Senrouiller. Apul. lib. 3. Floridorum, Profecto vt gladius vſu ſplendeſcit, ſitu rubiginatur, ita vox in vagina ſilentij condita, diutino torpore hebetatur.

RVBOR, Vide RVBEVS.

RVBRICA, rubricæ, f. g. Terra rubei coloris, & minio proxima. Croye rouge. Columella lib. 3, Omnes arbuſculas prius quàm tranſferas, rubrica notare cõuenit, vt cum ferentur eaſdem cæli partes aſpiciant, quas etiam in ſeminarijs conſpexerant. Plin. lib. 35. cap. 6, Ex reliquis rubricæ generibus fabris vtiliſſima AEgyptia & Africana: quoniam maxime ſorbentur. Picturis autem apta naſcitur & in ferrarijs metallis.

Rubrica notabãtur tituli & capita librorũ. Perſius, Præſertim ſi quid Maſuri rubrica notauit.

Rubriceta rubricetæ, f. g. Color quem mulieres ad fingendam faciẽ adhibent. Plau. in Trucul. 6. 37, Buccas rubriceta omne corpus intinxit tibi, peſſumæ eſtis.

RVBVS, rubi, m. g. vel fœ. Sẽtis genus, Vng buiſſon. Horatius, lib. 1. Carm. Seu virides rubi.

Rubetum rubeti, n. g. Locus in quo rubi ſunt.

RVCTVS, ructus, ructui, m. g. Digeſtio cibi, & concoctarum eſcarum in ventrem efflatio. Vne route. Plin. lib. 20. cap. 18, Anethum quoque ructus mouet, & tormina ſedet.

Ructo ructas, ructare, Router. Plaut. in Pſeud. 23. 13, Pergin' ructare in os? Plin. lib. 7. cap. 19, Vt in Antonia Druſi nunquam expuiſſe, in Pomponio conſulari poeta nũquam ructaſſe.

Ructito, ructitas, ructitare, Frequentatiuum. Columella lib. 7, De boue ægrotante ſic inquit, Gemitus exprimit, locòque ſtare non patitur, ſæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebrius agere.

Ructuo ructuas, ructuare, Idem. Hinc à Sidonio dicta eſt ructuatio.

RVDENS, rudentis, Vide RVDO.

RVDIARIVS, rudiarij, m. g. Rudiarij dicti ſunt qui impetrarunt miſſionem artis gladiatoriæ, donati rude. Suet. in Tiberio, Rudiarijs quoque quibuſdam reuocatis authoramẽto centum millium dedit.

Rudiarius, Qui ſaga ruuida & noua polit.

Rudiarius, Qui rudearium cribrum facit, & rudiora linteamina.

RVDIS, huius rudis, f. g. Virga dicitur. Cato de re ruſt. cap. 104, Hæc rude miſceto ter in die, dies quinque cõtinuas. Vnde quia gladiatores ſexagenarios ab eo munere prætor eximebat quos, cum probi fuiſſent, qui multa reportaſſent lemuſcata, Tiberius ad maiorem ludorum ſuorum magnificentiã reuocatos centenis numùm milibus donauit. Cic. Philipp. 2, Tam bonus gladiator rudem tam cito accepiſti?

Rudibus autem ſolitos pugnare gladiatores, teſtis eſt Lampridius, qui ait, Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnaſſe.

Rudis, pro libertate & fine aliquando ponitur: quoniã hi gladiatores dum libertate donabãtur, ne gladiaturam amplius exercerent, virga donari ſolebant. Horatius in prima epiſt. Spectatũ ſatis & donatum iam rude Quæris mecœnas iterum me antiquo includere circo. Iuuenalis, Ergo ſibi dabit ipſe rudem, ſi noſtra mouebunt Conſilia.

Rudicula rudiculæ, diminutiuũ, Parua virga impolita ad multa vtilis. Vne verge. Cato cap. 9. de re ruſtica, Igne leue coquito, rudicula agitato, crebro vſqueadeò dum fiat tam craſſa quàm mel. Plinius lib. xx, Non eſt opus in hoc vſu lanas rudiculis eſſe curatas.

Rudicula, vt ait Columella, eſt organum erectæ tabulæ ſimile.

RVDIS, & hoc rude, Recens, impolitus, imperfectus, durus. Ouid. lib. 1. Metamorph. Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos, rudis, indigeſtáque moles.

Rudis, ad animũ trãſfertur: rudéſque illi dicũtur qui adhuc animũ non expoliuere diſciplinis & doctrina, rerúmque vſu. Plin. lib. 1. Sedere cœpit ſentẽtia hæc, paritérque & eruditũ vulgus, & rude in eam curſu vadit. Feſtus, Hominem imperfectum rudem dicimus.

Ruditas ruditatis, f. g. Imperitia, & obtuſitas ingenii.

Rudio rudis, rudiui, ruditum, rudire, Rudem docere. Vnde erudio.

Rudimentum rudimenti, n. g. Principium ſiue prima diſciplina quæ rudibus cõmittitur. Quod & tyrocinium & nouitas appellatur.

Rudimentum lucis, pro initio vitæ apud Plinium.

Rudimentum ponere, Cõmencer. Salluſt. in Ciceronem. Verùm eo magis odiſſe debetis hominem, qui ne incipiens quidem peccare, minimis rebus poſuit ruſtimẽtum, ſed ita ingreſſus eſt, vt neque ab alio vinci poſſit &c.

RVDVS, ruderis, n. g. Duplex eſt, nouum, & vetus.

Nouum rudus eſt materia pauimẽti, hoc eſt ſaxa de nouo cõtuſa, ſeu teſtæ cõfractæ cum calce ad pauimentũ faciendũ. Victruuius lib. 7, Deinde ruderi nouo tertia pars teſtæ tuſæ admiſceatur, calcíſque duæ partes ad quinque mortarii miſti, omnibus præſtent reſponſum.

Vetus rudus eſt materia pauimentorũ & diruptorum ædificiorũ, quæ lapidibus & teſtis confractis, calcéque arena cõmiſta conſtat. Plin. Complanatæ veteri rudere erant viæ.

Rudero ruderas, ruderare, Rudus inducere. Victruuius, Ne minori ſaxo, quàm quod poſſit manus implere, cruſtuminationibus inductis ruderetur.

Ruderatus ruderata ruderatum, Ruderatus ager, Qui veterũ ædificiorum materia ſcatet. Plin. lib. 21, Roſam ſiccis locis quàm humidis odoratiorem conſtat naſci: ſerendam nec pinguib⁹, nec argyloſis locis, contentamque raris, propriéque ruderatum agrum amare.

Rudetum rudeti, n. g. Plenum rudere: ſiue terra, quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato, Lentem in rudeto & rubicoſo, qui herboſus non ſiet, ſerito.

Ruderarium, cribrum vilius & furfurarium Apuleius dixit.

RVDO, rudis, rudi, rudere, Propriè ad aſinos pertinet. nã rudere aſini propriè dicũtur, cum vocem emittunt. Perſius, Findor vt Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Rudere, abuſiuè & de leonibus & de hominibus dicitur. Virg. Sera ſub nocte rudentum. Et alibi, Incluſúmque cauo ſaxo, atque inſueta rudentem.

Rudens ſubſtantiuũ, tam maſcul. quàm fœmin. Funis nauticus: quoniã cũ funes vẽto agitãtur, rudere vidẽtur. Virg. Inſequitur clamórque virûm, clangórque rudẽtum. Plaut. in Rud. 23. 1, Heus mane. G. quid maneam? T. dum hanc tibi rudentem, quam trahis, complico.

RVFVS, rufa rufum, Color non plenè ruber. Roux. Martialis, Roma magis fuſcis veſcitur, Gallia rufis. Plaut. in Pſeud. 20. 108, Rufus quidã, ventrioſus, craſſus. Idem in Phor. 1. 2. 1, Si quis me quæret rufus. Idem in Heaut. 5. 5. 17. Rufámne illam virginem, &c.

Rufulus rufula rufulum, diminutiuũ. Plaut. in Aſin. 8. 20, Macílentis malis, rufulus, aliquantũ ventrioſus. Idem in Amphit. 16. 64, Vt primum coiuit cicatrix rufula.

Rufo rufas, rufare, Rufum facere. Plin. Eadem rufat capillum.

Rufeo rufes, à quo rufeſco rufeſcis, rufeſcere, Rufum fieri, Senroucir. Plin. Grues ſenectute nigreſcunt, merula nigra rufeſcit.

Rufuli appellati ſunt tribuni militũ, non à populo, ſed à conſule facti, quòd de eorũ iure Rutilius Rufus legem tulerit. hi poſtea mutatione vnius literæ, Rutuli ſunt appellati.

RVGA, rugæ, fœ. g. Vne ride qui vient aux vieilles gens. Cic. in Catone, Non cani, non rugæ repentè authoritatem afferre poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas, &c.

Ruga, non ſolum in corporibus dici ſolet, ſed etiam in veſtibus. Plis. Plin. lib. 35, Præter quæ in veſte rugas & ſinus inuenit.

Rugo rugas, rugare, Rugas contrahere, Deuenir ride.

Rugare, Pliſſer. Plaut. in Caſina, Vide palliolum vt rugat.

RVGIO rugis, rugiui, vel rugij, rugitũ, rugire dicitur leo, cũ mugitũ emittit. Ruiſt, ou bugle.
Rugitus rugitus rugitui, m.g. Ruiſſement, ou buglement.
RVINA, vide RVO.
RVLLA, rullæ, Inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad vomerem detergẽdum. Vne curette. Plin. Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidarius rulla. Diminutiuũ à runa, quod eſt teli genus. Ennius, Runata recedit. Habet autem hoc telum latiorem cuſpidẽ.
RVMA, rumæ, à veteribus dicebatur mamma.
Ruma, Gutturis pars eminens. Seruius, Rumatio dicta eſt à ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus.
Rumo rumas, rumare, Idem quod ruminare dicebatur apud veteres. Eſt etiã mammam immittere, Bailler a teter.
RVMEN, ruminis, n.g. Eminens ſub mento gutturis pars, qua cibus in aluum demittitur.
Rumen, Mamma dicitur. Plin. lib. 15 cap. 18, Magiſque ob memoriam eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quando ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen (ita enim vocabant mammam) miraculo ex ære iuxta dicato, tanquam in comitium ſponte tranſijſſet.
Rumen Nonius docet eſſe locum in vẽtre, quo ſumitur cibus, & vnde redditur. Pomponius, Ego rumorem paruifacio, dum ſit rumen quî impleam.
Rumino ruminas ruminare, & Ruminor ruminaris, ruminari, Eſt reuomere, ac rurſus conſumere, quaſi cibum ad rumen reuocare, iterúmque conficere. Ruminer. Columella lib. 7, Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua ſe detergit. Plinius lib. 10. cap. 73, Ruminant præter iam dicta ſylueſtrium cerui, cum à nobis aluntur.
Ruminari, per trãſlationem ponitur pro in memoriam reuocare, Ruminer, & penſer diligẽment a quelque choſe. Varro, Nõ modo abſens de te ſæpius cogitabit, ſed ruminabitur humanitatem tuam.
Ruminalis ficus, Sub qua lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuiſſe, quæ & Romula vocitata eſt. Ouid. Romula nũc ficus, Rumula ficus erat. Siue quòd ſub ea pecudes æſtatis tempore frigora captantes, herbas ruminare conſueuerunt.
RVMENTVM, rumenti, n.g. Abruptio, inquit Feſtus.
RVMEX, rumicis, m.g. Lapathi ſylueſtris genus. Plin. lib. 19. cap. 12, Solũmodo ex omnib⁹ lapathum ſylueſtre melius. hoc in ſatiuũ rumex vocatur, naſcitúrque fortiſſimum.
Rumex, Genus teli, ſimile ſpari gallici. Lucil. Tum ſpara, tum rumices portantur ſtrangula porró.
RVMIFERO, rumiferas, rumiferare, Rumorem ferre. Plaut. in Amphit. 8. 44, Quámque adeò ciues Thebani verò rumiferant probam. Diſent.
RVMIGERO, rumigeras, rumigerare, Idem.
RVMINO, & RVMINOR, vide RVMEN.
RVMIS, huiꝰ rumis, Idem quod ruma, id eſt mãma. Var. li. 2. de agricultura, cap. x1. Mãmę enim rumis, ſiue rumæ, vt antè dicebãt, à rumi, & inde dicũtur ſubrumi agni lactãtes. à lacte.
RVMITO, rumitas, rumitare. Idem quod rumigero. Neuius, Simul alius aliunde rumitant inter ſeſe.
RVMOR, rumoris, m.g. Sermo in populo, ſine certo authore (in bonum vel in malũ) de re recẽti diſperſus. Vng bruyt de quelque choſe entre le peuple. Cic. in Philipp. Improbiſſimis rumoribus diſſipatis. Plaut. in Caſi. 2. 10, Nos, poſtquam populi rumore intelleximus ſtudioſè vos expetere Plautinas fabulas.
Rumor eſt. Terẽt. in And. Meũ gnatum rumor eſt amare. Il eſt bruit que mon filz eſt amoureux. Idem in Phor. 5. 8. 18, Nã qui erit rumor populi inquit, ſi id feceris? Que dira on?
Rumor venit. Terẽt. in Hecyræ prologo, 39, Cũ interea rumor venit, datum iri gladiatores.
Rumor pro fauore aliquando accipitur. Virg. Ergo iter incœptũ peragunt rumore ſecundo.
RVMPO, rumpis, rupi, ruptum, rumpere, Frãgere, Rompre. Virg. lib. x, Rumpimus inuitè tua vincula.
Rupiſſe eum accipiemus qui vulnerauerit vel virgis, aut loris, pugníſve ceciderit, vel telo, vel quo alio, vt ſcinderet alicui corpus, vel tumorem faceret.
Rumpere, Defatigare. Plaut. in Merc. 4. 39, Opera licet experiri, qui me rupi currendo tua cauſſa. Terent. in Hecy. 3. 4. 21, Vouiſſe hunc dicam, ſi ſaluos domũ rediſſet vnquam, vt me ambulando rumperet?
Rumpere, Diſijcere. Virg. Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

Rumpere ſilentium, & rumpere vocem, eſt loqui, ſeu diu tacita proferre. Virg. Quid me alta ſilentia cogis Rumpere?

Rumpere moras, Id eſt auferre, Soy haſter. Virgil. lib. 3. georg. En age ſegnis, rumpe moras. Plin. epiſt. 106, Proinde aut rumpe iam moras, aut caue ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditijs elicere non poſſunt, conuitio ſcazontes extorqueant.

Ruptus rupta ruptum, Rompu.

Rupti, Greuez. Plin. lib. 20. cap. 6, Conuulſis & ruptis cum ſale & oleo.

RVNA, runæ, Genus teli, inquit Feſtus. Feſtus, Runata recedit. id eſt, pilata.

RVNCA, runcæ, pro runcina veteres vſurpauerunt, authore Feſto.

RVNCINA, runcinæ, f. g. Runcinæ, ſunt maiores ferræ, quibus fabri materiarij, ſecant arborum moles, ſubiectis canterijs.

Runco runcas, runcare, Eruere, euellere. Cornutus, Runcari propriè ſegetes vel herba dicũtur. Plinius. lib. 18. cap. 21, Siliginem, far, triticum, ſemen, hordeũ occato, ſarrito, runcato quibus dictum erit diebus.

Runcatio runcationis, f. g. Euulſio ipſa Plin. lib. 18. cap. 21, Runcatio fit, cum ſeges in articulo eſt, euulſis inutilibus herbis, frugum radicem vindicat, ſegetémq; diſcernit à ceſpite. Columella lib. 2, Frequentem tamen exigunt ſarritionem & runcationem, vt herbis liberentur.

RVO, ruis, rui, rutum, ruere, Cõcidere, Choir du hault en bas, tomber. Virg. Ruit alto à culmine Troia. Terent. in Heaut. 4. 3. 41, Quid ſi cælum ruat? Plautus in Moſtell. 3. 24, Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

Ruere, Effundi. Virg. lib. 6, Vnde ruunt totidem voces reſponſa ſibyllæ.

Ruere, Decipi. Cic. lib. 3. de off. Sed hoc nõ eſt emptorem pati ruere, ſed per errorem in maximam fraudem incurrere.

Ruere, Euertere, diruere, complanare, accuſatiuo iunctum. Virg. lib. 1. georg. Quid dicã, iacto qui ſemine cominus arua Inſequitur, cumulóſque ruit male pinguis arenæ?

Ruere, Impellere, Pouſſer, ruer ius. Terent. in Adelph. 3. 2. 21, Cæteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, proſternerem.

Ruere, Feſtinãter ire, ſeu in præceps ferri, & impetum de improuiſo facere in aliquem. Virg. Quò moriture ruis, maioráque viribus audes? Terent. in Heaut. 2. 3. 128, Videſis nequid imprudens ruas.

Ruere, Erigere, extollere. Virg lib. 2. georg. Et ruit atram Ad cælum picea craſſus caligine nubem.

Ruere, Eruere, leuare. Virg. lib. x1, Et confuſa ruebant Oſſa focis.

Ruina ruinæ, f. g. Caſus, excidiúmque. Ruine, deſtruction.

Ruinoſus ruinoſa ruinoſum, Ruinis plenum.

RVPES, rupis, f. g. Eſt prærupta pars terræ, propter altitudinem ac procliuitatem inacceſſa, quòd veluti abrupta ſit, à rumpendo dicta. Vne roche, ou rocher. Fluminum quoque altiores atque inacceſſæ ripæ, rupes dicuntur.

Rupes, Propriè de montibus dicuntur.

Rupicapra rupicapræ, Capra ſylueſtris. Plin. lib. x1. cap. 37, Rupicapris in dorſum adunca cornua, damis in aduerſum.

RVRESTRIS, vide RVS.

RVRICOLA, ruricolæ, vide RVS.

RVRO, ruras, vide RVS.

RVRSVS, & rurſum, aduerbia, ſignificãt retrouerſum, authore Donato. Arriere. Terẽt. in Hecy. 3. 1. 35, Tace, trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum. Derriere & deuant.

Rurſus, Ecõtrariò, vt vult Donatus. Terẽt. in Eunucho, Mirum ni tu credas quod iſte dicat, quid agã neſcio. heus tu negato rurſum. Id eſt, cõtrariũ ſuperioribꝰ dicito. Ibidẽ, 2. 2. 20, Quicquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque. Si au cõtraire ils nyent &c.

Rurſus, Denuo, Derechief. Terent. in Eunucho, 1. 1. 16, Inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum.

Rurſus denuo. Plaut. in Pœnulo, 2. 79, Reuertor rurſus denuo Carthaginem.

RVS, ruris, n. g. Locus extra vrbem, vbi agri ſunt & villæ. Champs. Dictũ quòd in agris quotannis rurſus eadem fiant, id eſt colantur, vt rurſus capiatur fructus. Plautus in Capt. 3. 10, Rus ijt. Terent. in Eunucho, 1. 2. 107, Rus ibo. Ie men iray aux champs.

Ruri eſt. Plaut. in Caſina, 3. 10, Il eſt aux champs.

Rure eſſe autumãt, Plaut. in Merc. 19. 18. Et in Caſina, 3. 21, Rure incubat in præfectura. Rure redire, vel venire. Plaut. in Capt. 3. 18. Et in Trucul. 14. 18. & apud Terentium in Eunucho, 5. 5. 25.

Ruralis & hoc rurale, Quod ad rus pertinet.

Rureſtris & hoc rureſtre, Quod eſt ruris. Apul. Rureſtri vocabulo vulgus indoctũ roſas aureas appellat.

Rurigena, rurigenæ, m. g. Qui ruri gignitur.

Ruricola ruricolæ, Qui rus colit.

Ruro ruras, rurare, & Ruror ruraris, rurari, deponens, Ruri agere. Plaut. in Capt. 3. 15, Dum ruri rurant homines. Varro, Dum in agro ſtudioſius ruror.

Ruſticor ruſticaris, ruſticari, Idem. Plin. Cum ſimul æſtate ruſticaremur. Cic. Tironi, Liceat modo ruſticari.

Ruſticus ruſtica ruſticũ, Idem quod ureſtris, Vt domus ruſtica, Vne maiſon qui eſt aux chãps. Plaut. in Merc. 15. 17, Vrbani fiunt ruſtici.

Ruſticus, dicitur qui morib⁹ & vita incult⁹ eſt, quaſi ſemibarbar⁹. Virg. Ruſtic⁹ es Corydon.

Ruſticè, aduerbium, En la facon que on faict es champs. En ruſtault.

Ruſticatio ruſticationis, f. g. Diſcurſio per campos. Cic. de Amicitia, 85, Neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationéſque communes.

Ruſtica, Auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet. Martialis, Ruſtica ſum perdix, quid refert ſi ſapor idem? Carior eſt perdix, ſic ſapit illa magis.

Ruſticanus ruſticana ruſticanum, Idem quod ruſticus.

Ruſticarius ruſticaria ruſticarium, Quod ad rus pertinet. Vnde falces ruſticanas dicimus.

Ruſticatim, aduerbium, pro ruſticè. Pomponius, Ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio.

Ruſticitas ruſticitatis, f. g. Ruſticité, & maniere de faire que on a aux champs.

Ruſticitas. Quandoque eſt inepta & timida verecundia. Ouid. in Arte, Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat. Cic. Deterruit me pudor quidam ſubruſticus.

R V S C V M, ruſci, n. g. Virgultum vnde vites ligãtur, authore Seruio. Virg. lib. 2. georg. Nec non aſpera ruſci Vimina per ſyluam.

Ruſcum quidam accipiũt pro frutice quo nunc ſcopæ fiunt, qui folia habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora.

Ruſcum alii eſſe volunt tecam in qua includitur ſemen aſparragi. Columella, Et ſcyla hirſuto ſæpe nunc horrida ruſco.

R V S P O R, ruſparis, ruſpari, Sæpe ſeu diligenter ſcrutari. Accius, Vacãtes ruſpantur ſyluas. Ruſpari proprie dicuntur gallinæ, hoc eſt ſcalpere, Grater la terre.

R V T A, apud Iuriſconſ. quaſi eruta dicuntur, vt arena, creta, & his ſimilia.

Ruta cæſa dicuntur (vt inquit Feſtus) quæ venditor poſſeſſionis ſui vſus gratia concidit, ruendáque contraxit.

R V T A, rutæ, fœ. g. Herba. De la rue. Dicta à ruendo, quòd vna ex omnibus herbis, propter multiplices eius vſus maximè eruatur. Peculiaris illi authoritas propter venena, quibus remedium exhibet præſentaneum. vide Plinium lib. 20. cap. 13.

Rutaceus rutacea rutaceum, Quod ad rutam pertinet.

Rutatus rutata rutatum, Ex ruta factum. Plin. Inuenio muſtum rutatum populo datum.

R V T A B V L V M, rutabuli, Inſtrumẽtum quo vtuntur ruſtici in proruendo igne, panis coquendi gratia. Feſtus author eſt. Vng fregon, ou patrouille.

R V T I L O, rutilas, rutilare, Splendere. Reſplendir. Vnde dicimus aurum rutilare.

Rutilus rutila rutilum, Rufum, quod habet aliquid nigroris admiſtum. Plaut. in Rud. 30. 14, Nam hoc quidem pol è rubigine non è ferro fabrefactum eſt: ita quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit.

Rutrum, rutri, n. g. Quo quid eruitur. à ruẽdo. Nã ſicut aratũ aratrũ, ſic rutum rutrum facit. Feſtus, Rutrum tenẽtis iuuenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorũ arenã eruentis, exercitationis gratia. quod ſignũ deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus.

Rutellum rutelli, diminutiuum. Lucillius, Frumentarius eſt, medicum hic ſecum, atque rutellũ vnum adfert.

R V T V B A M, veteres turbationem appellabant. Varro, Id poſtea viderimus, nunc ſumus in rutuba.

SABBATHVM, ſabbathi, Vox Hebraica, inflexione latina declinata, ſignificat quietem, ceſſationem ab opere. Eſt ſeptimus dies quo requieuit deus ab operibus ſuis. Prima ſabbathi dicitur primus dies, quem Dominicũ etiã nominamus. Secũda ſabbathi, ſecũdus dies. Tertia ſabbathi, tertius dies. Quarta ſabbathi, quart⁹ dies. Quinta ſabbathi, quintus dies. Sexta ſabbathi, ſext⁹ dies, à die dominico. Et ipſum ſabbathũ, ſeptimus dies. Plin. lib. 31. cap. 2. In Iudæa riuus ſabbathis omnibus ſiccatur. Hanc Ethnici idolorum & elementorum nominibus appellant, vt ſecunda ſabbathi, à Luna ſit, tertia à Marte, quarta à Mercurio, quinta à Ioue, ſexta à Venere.

SABAOTH, numeri pluralis, & generis fœminini. Interpretatur militiarum vel exercituũ. vnde Dominus ſabaoth.

SABVLVM, ſabuli, n.g. Arena groſſior. Grauelle. Columella lib. v, de caſtanea, Pullam terram & reſolutam deſyderat, ſabulum humidum vel refractum, tophum non reſpuit.

Sabuloſus, ſabuloſa, ſabuloſum, Plein de grauelle.

Sabuletum ſabuleti, Locus in quo abundat ſabulum.

SABVRRA, ſaburræ, f.g. Arena immũda qua naues onerari vſque ad certam menſurã, quo ſtabiliores ſint, conſueuerunt. Virg. Et cymbæ inſtabiles, fluctu iactante ſaburram.

Saburro ſaburras, ſaburrare, ſiue ſuburrare, Satagere in ſabulo ac merſare, Se voultrer en la grauelle. Plin. lib. 18, Eſchini affligentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solinus, Grues volaturæ arenas deuorant, ſublatiſque lapillis ad moderatam grauitatem ſaburrantur, Se chargent & rempliſſent de grauelle. Plaut. in Ciſtell. 3.2, Quæ vbi ſaburratæ ſumus, largiloquæ extemplo ſumus. Apres bien boyre.

SACCARVM, ſaccari, n.g. Mel in arundinibus collectũ, gummi modo candidũ, ac fragile. Plin. lib. 12. cap. 8, Saccarum & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummiũ modo candidum, dentibus fragile. Ampliſſumũ, nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum vſum. Du ſuccre.

SACCONIA, ſacconiæ, Panniculus terſorius, Victruuius lib. 10, Aurum ad ſacconiam adpendit redemptoris opus manu factum, ſubtiliter regi approbauit. Nam ſacconia, hoc eſt tela, tegebantur, vt poſſet inhærere pictura.

SACCIPERIVM, ſacciperij, Vne gibbeciere. Plaut. in Rud. 13.64, Quod plenũ argenti fuit in ſacciperio.

SACCVS, ſacci, m.g. Vng ſac.

Sacculus ſacculi, diminutiuum. Dicitur & ſaccellus. Aſconius, Sacci, ſacculi, & ſaccelli. Plaut. in Capt. 3.22, Vel extra portã ire trigeminam ad ſacculum licet, Aller belitrer.

Saccaria ſaccariæ, f.g. Saccorũ mercatura. Apul. lib. 1. de Aſino, Saccariam faciens merebam.

SACELLVM, vide SACER.

SACER, ſacra, ſacrũ, Venerabilis, Sacré, a quoy on porte honneur & reuerãce. Virg. Suſtulit os ſacrũ cælo. Plaut. in Menæh. 20.38, At ego te ſacrã coronã ſurripuiſſe Ioui ſcio. Plin. epiſt. 177.a, Reuerere gloriã veterẽ, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt.

Sacer, Execrandus, ſceleſtus. Virg. Quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Antiquitus homo ſacer dicebatur, quẽ populus ob maleficiũ iudicaſſet, neq; fas erat eũ molere. Et ſi quis eum occidiſſet, parricidij non damnabatur: ex quo omnis homo malus atque improbus, ſacer appellari ſolet. Horatius, Inteſtabilis & ſacer eſto. Plaut. in Bacch. 17.14, Ego ſum malus, ego ſum ſacer, ſceleſtus.

Sacer ignis, Morbus, cuius multa ſunt genera, quæ apud Pliniũ lib. 25. cap. 11. habẽtur. Columella lib. 8, Eſt etiã inſanabilis ſacer ignis, quã puſulã vocãt paſtores. ea niſi cõpeſcitur, intra primã pecudẽ, quæ tali modo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit. ſiquidem nec medicamẽtorum, nec ferri remedia patitur. nam penè ad omnem tactum excandeſcit. Le feu S. Antoine.

Sacer morbus, appellatur comitialis. vide COMITIVM.

Sacrum, nomen ſubſtantiuum, Dicitur omne quod deorum habetur. Vnde Virgilius quoties ſacrum nominat, additionem ferè deorum facit: Sacra Dioneæ matri, diuiſque ferebãt. Idem, Sacra Ioui Stygio quæ rite incepta parabam.

Sacrũ, Sacrificiũ. Macrobius in Saturnal. Sacra, celebritas eſt cũ ſacrificia afferũtur, vel cũ dies diuinis celebratur epulationib⁹. vel cũ ludi in honorẽ agũtur deorũ, vel cũ ferię obſeruãtur.

Sacrum dicitur templum. Paulus iuriſcõſ. Sũt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint,

At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi, merentur.

Sacrũ, Magicum quoddã ad compeſcendas detrahentium linguas. Ouid. lib. 2. Faſtorum, Ecce auis in mediis reſidens annoſa puellis, Sacra facit tacitè, nec tamen ipſa tacet.

Inter ſacrum & ſaxum ſtare. Plaut. in Capt. 11.86, Nunc ego inter ſacrũ ſaxúmque ſto: nec quid faciã ſcio. Apuleius, aſini ſui lib. x1, Plurimũ ergo duritia paupertatis intercedẽte, quod ait vetus prouerbiũ, inter ſacrũ & ſaxũ poſitus cruciabar. Explicat hic Apuleius allegoriã adagij, videlicet alludens ad ſacerdotiũ, cui erat initiãdus: & paupertatem ſaxo duriorem, per quã nõ ſuppetebãt ſumptꝰ. Sumptũ apparet ex priſcis fœderis feriẽdi ceremonijs, in quibus Fecialis porcũ ſaxo feriebat, Hæc interim pronuntiãs, Qui prior populus fœdus rumpet, Iupiter ita eum feriat, quemadmodũ ego porcũ hoc lepide ferio. Sed vndecunque fluxit adagiũ, ſatis liquet dici ſolitũ in eos, qui perplexi, ad extremũ periculum rediguntur.

Sacro ſacras, ſacrare, Deo dicare, & ſacrum facere. Plin. lib. 36, Eiuſdem remanet & alius centũ cubitorum, quem poſt cæcitatem viſu reddito, ex oraculo, Soli ſacrauit.

Sacellum ſacelli, diminutiuũ à ſacrum, Significat locũ paruũ deo conſecratũ. Trebatius iurecõſ. ſcribit, Sacellum, cõpoſitũ verbũ, quaſi ſacra cella. Chapelle. Plin. epiſt. 161. b, Sparſa ſunt circa ſacella cõplura, totidémque dei: ſua cuique veneratio, ſuũ nomen. Cic. pro lege Agraria, Sunt enim loca publica vrbis, ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutã tribunitiam poteſtatem nemo attigit, quæ maiores in vrbe partim periculi perfugia eſſe voluerunt.

Sacrariũ, Locꝰ ſacer in tẽplo, & in quo ſacra reponũtur. Vng reueſtoir. Vnde à Cicerone Sacrariũ bonæ deæ nominatur. Vlpianus, Sacer locꝰ, eſt cõſecratꝰ. Sacrariũ, in quo ſacra reponũtur.

Sacrariũ pro ſacello, locóq; ſacrato ſumpſit Suetonius de Auguſto loquẽs, Natus eſt (inquit) Auguſtus ad capita bubula, vbi nũc ſacrarium habet, aliquãto poſtquã exceſſit, conſtitutũ.

Sacres porci appellabãtur, quoniã puri eſſent ad ſacrificiũ, vt immolarẽtur, cũ depulſi ſunt à mãma, qui à partu decimo die habẽtur puri, & ab ea appellabãtur ab antiquis ſacres, quòd tũ ad ſacrificia idonei primùm dicuntur. Plaut. in Menæh. 8. 16, Quibus hic pretiis porci væneunt ſacres ſynceri? Et in Rud. 26.4, Sunt domi agni & porci ſacres.

Sacramentum ſacramenti, Quod iuriſiurandi ſacratione interpoſita geritur. Serment.

Sacramẽtũ militare. Vegetius de re militari, lib. 2, Milites iurare ſolent, & ideò militiæ ſacramẽta dicũtur. Iurãt autem ſe omnia ſtrenuè facturos, quæ præceperit imperator, nũquam deſerturos militiam pro Romana rep. Plin. epiſt. 246, Ipſe enim dubito ob hæc maximè, quòd vt iam dixerãt, ſacramento militari nondum diſtributi in numeros erant.

Sacramentum autẽ, non abſimile fuiſſe ſponſionis, ex Varronis verbis intelligi poteſt lib. 2, de lingua latina, Et qui enim petebat (inquit) & qui inficiabatur, de aliis rebus vtrique quingentos æris ad pontem deponebant: de alijs item rebus certum numerum aſſium. Qui iudicio autem vicerat, ſuũ ſacramentũ à ſacro auferebat, victi ad ærarium redibãt, Id eſt, victus ea pecunia, quam depoſuerat, multabatur in pœnam iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Sacramentum igitur, à ſacro dictum eſt.

Sacramento contendere, Faire ſerment pour quelque choſe. Cic. Volumnio, lib. 8. epiſt. Niſi cætera, quæ ſunt à me in ſecũdo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata, de ridiculis, ἐντεχνα, & arguta apparebunt, vt ſacramento contendas mea non eſſe.

Teneri ſacramẽto, Auoir faict ſermẽt. Suet. in Cæſ. Sanxit ne quis ciuis maior viginti annis, minórve decem, qui ſacramento nõ teneretur, plus triennio continuo Italia abeſſet.

Sacramenta, milites à Iuuenale dicuntur iſto verſu, Præmia nunc alia atque emolumenta notemus Sacramentorum.

Sacroſanctũ ſacroſancti, Quod iureiurando interpoſito, erat inſtitutum, vt qui violaſſet, morte pœnas penderet. Cic. pro Cornelio Balbo, Quid fuit in rogatione ea quæ de Pompeio à Gellio, & à Lentulo CONSS. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur?

Sacrifico ſacrificas, ſacrificare, Sacrũ facere, Sacrifier. Plaut. in Moſtell. 4.83, AEdepol ſummo Ioui ſi viuo argẽto ſacrificaſſem. Idem in Capt. 6.4, Quin etiam, vt magis noſcas, genio vbi ſuo quando ſacrificat, ad rem diuinã quibus eſt opus, Samiis vaſis vtitur.

Sacrificare, Veniam petere. Plaut. in Pœn. Si Hercule iſtuc vnquam factum eſt, tum me Iupiter faciat, vt ſemper ſacrificem, neque vnquam litem.

Sacrificus, Qui ſacra facit.

Sacrificulus, Rex ſacrorum.

Sacrilegus, ſacrilega, ſacrilegum, Qui ſacra, aut de ſacro legit, id eſt furatur. Terẽt. in Adelph. 2.4.1, Vbi eſt ille ſacrilegus?

Sacrilegiſſimus legitur apud Plautum in Rudente 18.1, Exi è fano, natûm quantum eſt hominum, ſacrilegiſſume.

Sacrilegium, Ipſum ſacrarum rerum furtum.

Sacerdos ſacerdotis, cõm.g. Qui deo dicatus eſt ad ſacrificia facienda. À ſacris dictus. Apud Romanos varia erant ſacerdotum genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salij, pontifices minores, põtifices maximi, Reges ſacrorũ, Sacrificuli, & Galli qui Cybeles ſacra faciebãt.

Sacerdotium ſacerdotij, n.g. Sacerdotis dignitas. Preſtriſe. Inde

Sacerdotio præditus. Cic. pro domo ſua ad pontif. Cum Licinia virgo Veſtalis, ſũmo loco nata, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello Conſſ. aram & ædiculam & puluinar ſub ſaxo ſacro dedicaſſet.

Sacerdotium, Sacerdotis prouentus. Nam apud Gentiles ea ſacerdotia fuerunt, qualia apud Chriſtianos beneficia vocãtur. Liuius lib. 9, Gens Potitia, cuius ad aram Herculis familiare ſacerdotiũ erat. Sacerdotiorũ duo fuerunt genera. Alterum quod ſacris eſſet addictum locis, quæ reip. aut principum, aut pontificum collegii collationis eſſent. Alterum, quod ædis aut ſacelli iuris eſſet, à patrefamiliâs ea ratione erecti, dedicatíque, vt & ſacrorũ cura & fructuum ipſius ſacerdotij perceptio ad ſolam gentem, familiámque ſuam perpetuis ſucceſſoribus deuoueretur. quæ ſacerdotia à priſcis, gẽtilitia beneficia: à noſtris, iuris patronatus appellata ſunt. Cornelius Tacitus, de Othone, At recens ab exilio reuerſos adoleſcentes auitis & paternis ſacerdotijs in ſolatium repoſuit.

SAEPE, aduerbium, Id eſt frequenter. Souuenteffois. Recipit diphthongum, vt differat à ſepe ablatiuo nominis ſepes. Terent. in Eunucho, 5. 2. 34, Sæpe ex huiuſmodi re quapiam, & ex malo principio, magna familiaritas conflata eſt. Idem in Heaut. 4. 1. 58, Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vult, ſi res non ſinit.

Sæpenumero, Idem ſignificat. compoſita dictio ex Sæpe & numerus.

SAEVVS, ſæua, ſæuum, Durus, horridus, Horrible. Virg. lib. v. AEneid. Cum ſæuo è ſcopulo multa vix arte reuulſus. Terent. in Adelphis, 5. 4. 12, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax. Rude, maupiteux.

Sæuus, Inimicus, crudelis. Virg. lib. 1. AEneid. Sæuæ memorem Iunonis ob iram.

Sæuus, Fortis. Virg. lib. 1. AEneid. Sæuus vbi AEacidæ telo iacet Hector.

Sæuus, Iratus. Virg. AEneid. Et ſæuum ambobus Achillem.

Sæuus, Magnus. Virg. Maternis ſæuus in armis.

Sæuus, Potens. Virg. lib. 1. AEneid. Non illi imperium pelagi, ſæuúmque tridentem, Sed mihi ſorte datum.

Sæuiter, aduerbium, Rudemẽt. Plaut. in Pſeud. 23. 4, Magis cogito ſæuiter blãditérne alloquar.

SAGA, ſagæ, f.g. Mulier prudens, verſuta, quæ multa ſcire vult, inquit Cicero lib. 1. de diuinatione. Item perita ſacrorum, & diuina. Acron, Saga dicta eſt venefica, quòd ſatis agat, & ea eſt quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebatur vel arcere vel impellere. Vne anchãtereſſe. Horatius, Quæ ſaga quis eſt ſoluere Theſſalis magus venenis.

SAGAX, ſagacis, o.g. Acutus, ſolers. Feſtus, Sagaces appellantur, multi ac ſolertis acuminis. Sutil a trouuer moyens, qui ſcait beaucoup, & eſt inuentif.

Sagaces canes dicuntur (authore Feſto) qui ferarum cubilia præſentiunt. Cic. lib. 1. de diuinatione, Sagire enim antè ſentire eſt, ex quo ſagæ anus, quæ multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes.

Naſum ſagax, apud Plautum in Curcul. 3. 16, Canem eſſe hanc quidem magis par fuit: naſum ædepol ſagax habet. Elle fleure & ſent de loing.

Sagacitas ſagacitatis, f.g. Subtilité.

Sagaciter, aduerbium, Subtilement.

SAGARIVS, SAGATVS, vide SAGVM.

SAGENA, ſagenæ, f.g. Gen⁹ retis piſcatorii. σαγήνη Græci, Latini verriculũ appellãt. Vng filé a prẽdre poiſſons, ou verueu. Manilius lib. v, Excipitur vaſta circũuallata ſagena.

SAGINO, ſaginas, ſaginare, Pingue facere, Engraiſſer beſtes. Columella lib. 7, Ea herba viridis nec tarde, tamen arida, fœni vice ſaginat iumẽta, verùm modicè danda, ne nimio ſagimine ſtrangulentur pecora. Idem lib. 1x, Formantur offæ, quibus auis ſaginatur.

Sagina ſaginæ, Cib⁹ quo quis pinguis efficitur, Nourriture pour engraiſſer. Iuuen. Genialis agatur Iſte dies, propera ſtomachũ laxare ſaginis. Plaut. in Mil. 11. 30, Poſtules ſagina eijcere cellaria.

Sagina, Pinguedo ſuperuacua, arte, non natura adaucta, per totum corpus diſperſa. Iuſtinus lib. xx, Sublatis deinde æmulis, in ſegnitiem lapſus, ſaginã corporis ex nimia luxuria, oculorúmque valetudinem cõtraxit. Plaut. in Moſtell. 2. 62, Bibite, pergræcamini, eſte, ac ſerite vobis ſaginam. Idem in Moſtell. 4. 78, Sagina planè eſt.

Sagimen ſagiminis, n. g. Nourriture & engraiſſement. Columella lib. 7, Ne nimio ſagimine ſtragulentur pecora.

Saginarium ſaginarij, Locus vbi ſaginãtur altilia. Varro lib. 3. de re ruſt. Pullos anſerum includũt in ſaginario, ibíque polentã & pollinẽ aqua madefactã dant, cibũ ita vt per dies ſaturent.

Saginarius ſanginaria ſanginariũ, Quod ſaginatum eſt. Vnde à Seruio mulus ſaginarius, & bos ſaginarius, Vng beuf de graiſſe.

SAGIO, ſagis, ſagiui, ſagitũ, ſagire, Acutè ſentire. Cic. lib. 1. de diuinatione, Sagire enim, ſentire acutè eſt ex quo ſagæ anus quæ multa ſcire volũt, & ſagaces dicti canes. Is igitur qui antè ſagit, quàm oblata res eſt, dicitur præſagire, id eſt, futura antè ſentire.

SAGITTA, ſagittæ, f. g. Iaculi genus quod arcu emittitur, quòd ſatis longè agatur. Vel à ſatis & ictus: ad longũ enim ſpatiũ profert ictum ſuũ. Vel quòd ſagax ſit ictus eius. Vne fleiche.

Sagittam inquit Columella lib. 3. cap. 17, ruſtici vocant nouiſſimam partem ſurculi: ſiue quia longius receſſit à matre, & quaſi emicuit atq; proſiluit, ſeu quia cacumine attenuata, prædicti teli ſpeciem gerit. Idem lib. 4. cap. 10, Nam ſi ſagittam, id eſt ſuperiorem partem malleoli, vituperandam cenſebant, cum eſſet eadem pars ſurculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, ſi eſt ſterile, improbatum ab his ratio ipſa declarat?

Sagitta, Signum cæleſte. Plinius lib. 18. cap. 26, Pridie nonas Ianuarii Cæſari delphinus matutino exoritur, & poſtero die fidicula, quo AEgypto ſagitta veſperi occidit.

Sagittarius ſagittaria ſagittarium, Quod ad ſagittam pertinet, ſiue idoneũ eſt vt ex eo fiant ſagittæ. Plin. lib. 16, Suum genus ſagittario calamo.

Sagittarius, ſubſtantiuum, Qui ſagittas emittit. Sagittaire.

Sagittarius, Signum cæleſte. Sagittam vocat Plinius lib. 18. cap. 26.

SAGMA, ſagmæ, f. g. vel ſagma ſagmatis, n. g. Sella, quam vulgus baſtũ vocat, ſuper quo cõponuntur ſarcinæ. Sed & pro ſarcina quandoque ponitur.

SAGMEN, ſagminis, n. g. Herba, de qua ſic Feſtus, Sagmina vocantur verbenæ, id eſt, herbæ puræ, quia ex loco ſancto ſecabantur à conſule, prætoréve legatis proficiſcentibus ad fœdus faciendum, bellúmque indicendum. Vel à ſanciendo, id eſt cõfirmando. Næuius, Ius ſacratum Iouis iurandum ſagmine, Et alibi, Scapos atque verbenas ſagmine ſumpſerint. Liuius lib. 1, Iubéſne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubente rege, Sagmina, inquit, rex te poſco. Rex ait, Purã tollito. Fœcialis ex arce graminis herbã puram attulit. Poſtea regẽ interrogauit, Rex faciſne me tu regium nuntium populique Rom. Quiritium, vaſa comitéſque meos? Rex reſpondit, Quod ſine fraude mea, populique Rom. Quiritium fiat, facio. Hactenus Liuius. Plin. lib. 22, Quoniã non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris legationibus quàm verbenæ.

SAGVM ſagi, neut. g. Veſtis index belli, vt toga pacis. quam tamen conſulares nõ geſtabãt: id quod oſtendit Cicero in Antoniana 8, Equidem patres conſcripti quanquam honore vſi togati eſſe ſolent, cum eſt in ſagis ciuitas, ſtatui tamen vobis cæteríſque ciuibus in tanta atrocitate temporis, tantáque perturbatione pop. Rom. non differre veſtitu. Non enim ita nos gerimus hoc bello conſulares, vt æquo animo pop. Rom. viſurus ſit noſtri honoris inſignia.

Sagati etiam non erant ad bella exeuntes, vt paludati, conſules & reliqui exercituũ duces, qui imperatores etiam vocabantur.

Sagum autem militare ac bellicum geſtamẽtũ fuiſſe, cum ex Nonio, tum ex Tranquilli verbis in Auguſto intelligimus, Cõſulatũ (inquit) viceſimo ætatis anno inuaſit: admotis hoſtiliter ad vrbem legionibus, miſſíſque qui ſibi nomine exercitus depoſcerent. Cum quidem cunctante ſenatu Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto ſagulo, oſtendens gladii capulum, non dubitaſſet in curia dicere, Hic faciet, ſi nõ feceritis vos. Capitolinus in Mar. Philoſopho, Per Brunduſium veniens in Italiam, togam & ipſe ſumpſit, & milites togatos eſſe iuſſit, nec vnquam fuerunt ſagati ſub eo milites.

Sagum, Eſt etiam veſtis ſtragulæ genus, nõ diſſimilis cilicio. Suet. in Othone, Ferebatur & vagari noctibus ſolitus, & inualidum quenque obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Plin. lib. 16. de viſco loquens, Sacerdos candida veſte cultus, arborem ſcandit, falce demetit, candido id excipitur ſago. Cæterũ quod Tran-

quillus in ſublime ſago iactare dicit, vulgo bernare dicunt, Id eſt ſago excutere ſurſum verſus. Cic. Trebatio, lib. 7. epiſt. Valde metuo ne frigeas in hybernis: quamobrē camino Iuculēto vtendum cēſeo. Idem & Mutio & Manilio placebat, præſertim quòd ſagis nō abūdares: quanquā vos nunc iſtic ſatis calere audio. Vne robe de bureau, de gros gris, ou friſe.

Sagulum ſaguli diminutiuum. Virg. lib. 8, Virgatis lucent ſagulis.

Sagatus ſagata ſagatum, Qui ſago indutus eſt. Suetonius in Cæſare, Duobus triclinijs, vno quo ſagati, palliatiue, altero quo togati cum illuſtriorib⁹ prouinciarū diſcumberent. Martialis, Vis te purpureum Marce ſagatus amem?

Sagarius ſagarij, Qui ſaga vendit.

Sagaria, ſagariæ, Eſt exercitium vendendi ſaga: ſicut ab argēto argentaria. Vlpianus de tributaria actione, Duas negotiationes exercebat puer, ſagariam & lintearíam.

S A L, ſalis, maſc. & neut. generis, in vtroque numero. Quo in condiendis cibis vtimur. Du ſel. Dictio græca, ἡ ἅλς metatheſi literarū. Cato, Ex ſale qui apud Caithinēſes fit. Salluſtius, in Iugurtha, Neque ſalem, neque alia gulæ irritamenta. Columella, Carnem ſalibus aſperſam. Paulus Iureconſ. Cottem ferro ſubigendam, neceſſaria quoque hoſtibus vænundari, aut ferrum & frumentum, & ſales non ſine capitis periculo licet.

Sale in nominatiuo etiam dicitur, authore Priſciano. Ennius lib. 4. Annal. Cæruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum mare.

Sal, Pro ſapientia aliquando ponitur, & maſculino tantum genere proferri conſueuit. Terēt. in Eunucho, 3. 1. 10, Labore alieno, magnā partam gloriam, verbis ſæpe in ſe tranſmouet, qui habet ſalem qui in te eſt. Donatus, Sal neutraliter, condimentū: maſculinū pro ſapiētia.

Sal, Vrbanitas, iocus, & ridiculum, & dicta ad riſum vel delectationem cōpoſita, tam ſingulari quàm plurali numero. Catullus, Nullus in tam magno eſt corpore mica ſalis. Hoc eſt, nihil venuſtum, & ſapienter dictum. Cic. Publius Scipio omnes ſale & facetijs ſuperabat. Lucanus, Non ſoliti luſere ſales. Quintil. lib. 6, Salſum (inquit) in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus, natura non vtique. Hoc eſt, quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa. nam ſicut ſal ſuauitatem quandam cum mordacitate habet, ita etiam vrbanorum ioca. Plaut. in Caſina, 5. 2, Nec pote quicquam commemorari quod plus ſalis, plúſque leporis habeat hodie. Qui ait plus de gratieuſete & amiablete.

Sales, Ipſa ridicula, Ioyeuſetez, plaiſantes parolles, dictes a plaiſir pour rire, railleries. Plin. lib. 31. cap. 7, Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere, adeóque neceſſarium elemētum eſt, vt tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque. nam ita ſales appellātur, omníſque vitæ lepos & ſumma hilaritas, laborúmque requies non alio magis vocabulo cōſtat. Cic. Papirio Peto, Accedunt nunc Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorum, Romani veteres, atque vrbani ſales.

Sal dicendi, & facetiæ. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1, Quibus quidem in rebus ſi apud te plus authoritas mea, quàm tua, ſiue natura paulò acrior, ſiue quædam dulcedo iracundiæ, ſiue dicēdi ſal facetiæque valuiſſent, nihil ſanè eſſet quod non pœniteret.

Sal, aliquando mare dicitur. Virg. Et ſpumas ſalis ære ruebant.

Salarius, ſalarij, m. g. Qui ſal vel ſalſamenta vendit. Martialis, Quot viles pueri ſalariorum.

Salarius ſalaria ſalarium, Quod ad ſal pertinet. Liuius lib. 29, Vectigal etiam nouum ex ſalaria annona ſtatuerunt. Plin. lib. 31. cap. 7, Ex nomine Salariæ viæ, quoniam illa ſal in Sabinos portari conſuerunt.

Salarium, ſalarii, dicitur ſtipendium, ſeu merces, quam quis pro ſeruitio meritus eſt. Salaire. Plinius lib. 31. cap. 7, Sal honoribus etiam militiæque interponitur, ſalariis inde dictis.

Salſus ſalſa ſalſum, Quod ſalis ſaporem habet, ſiue quod ſale denſatum eſt. Qui eſt ſale. Plaut. in Rud. 14. 31, Itaque aluum prodiſperauit nobis ſalſis poculis. Idem in Trin. 12. 2, Lætus, lubens laudes ago, & grates, gratiáſque habeo & fluctibus ſalſis.

Salſamētum ſalſamēti, n. g. Quod ex ſale compoſitū eſt ad vſum ciborum, vt piſces ſalſi & lardum. Toute choſe ſallee. Terent. in Adelphis, 3. 3. 46, Salſamenta hæc Stephanio fac macerentur pulchré.

Salſamentarius ſalſamentaria ſalſamentarium, Quod ad ſalſamenta pertinet. Plinius, Quin & teſtis cadi ſalſamētarii tuſis cum axungia vetere, mirum in modum prodeſt. Columella libro ſecundo, Ita rurſus in ſole ſiccata, & mox refrigerata condatur in vaſis oleariis, ſalſariiſque.

Salſura ſalſuræ, f. g. Idem quod ſalſamentum. Columella lib. 1 x, Nulla tamen æquè quàm præ dictæ ſalſuræ pabula commodè dantur.

Salitura ſalituræ, f.g. Idem. Columella lib. XII, Poſt ſalituram menſi.

Salſedo ſalſedinis, f.g. Ipſe ſalis ſapor.

Salina, ſalinæ, Locus vbi fit ſal. Plin. lib. 31, Fit ſal vulgaris plurimúſque in ſalinis effuſo marí, non ſine aquæ dulcis riguis, ſed imbre maximè iuuante.

Salinum ſalini, n.g. Vaſculum in quo ſal reponitur, tum ad menſæ vſum, tum ad ſacrificia paratum. In eo enim cum ſale diis primitiæ offerebantur. Vne ſaliere. Perſius, Purum & ſine labe ſalinum.

Salinum ponitur pro quocunque vaſe fictili menſæ pauperis. Horatius lib. 2. Carm. Cui paternum ſplendet in menſa tenui ſalinum.

Salillum ſalilli, diminutiuum. Plaut. in Trin. 8.70, Verùm nos homunculi, ſalillum animæ quæ cum extemplo amiſimus, æquè mendicus atque ille opulentiſſimus &c.

Salnacidus ſalnacida ſalnacidum, Quod ſalis ſaporem habet. Plin. Nam nitroſas aquas, atq; ſalnacidas, & fœculentas addita polenta, vtiles eſſe aiunt.

Salio ſalis, ſaliui, ſalitum, ſalire, Salé condire, Saller. Tibull. Farre pio placet & ſaliente ſale.

Salitus ſalita ſalitum, Salé. Cor. Seuerus, Ad quem ſaliti pomiliones adferebantur.

Saliturus ſalitura ſaliturum, Qui ſalera quelque choſe. Liuius, Saliturus iſta eſſe mittã ſalem.

SALAMANDRA, ſalamandræ, Animal, de quo Plinius lib. x. cap. 67, Sicut ſalamãdra animal lacerti figura ſtellatum, nunquam niſi magnis imbribus proueniens, & ſerenitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignem tactum extingat, non alio modo quàm glacies. Eiuſdem ſanie, quæ lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti defluunt pili: idque quod contactum eſt, colorem in vitiliginem mutat.

SALARIVM, vide SAL.

SALAX, ſalacis, o.g. Libidine pruriens.

Salaces aquæ, Id eſt ſcaturientes, quaſi è terra proſilientes.

Salaces cibi, Venerem concitantes.

SALEBRAE, ſalebrarum, à ſaltu dictæ, Sunt loca inæqualia & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri non poſſunt. Lieux raboteux, aſpres, & durs, pleins deaues.

Per tranſlationem dixit Cicero in libro de finibus, Hic ſi diffinire, ſi diuidere potuiſſet, ſi loquendi, ſi denique conſuetudinem verborum teneret, nunquam in tantas ſalebras incidiſſet. Id eſt, in tantas aſperitates, ſiue incultas orationes.

Salebra aliquando in ſingulari legitur. Valerius Max. lib. VI, Triſtitiæ ſalebra. Apul. lib. 1. Metamorph. Verborum ſalebra.

Salebroſus ſalebroſa ſalebroſum, Quod multas habet ſalebras, id eſt, quod eſt aſperum. Virgil. Non tam ſalebroſus vt anté.

SALES, vide SAL.

SAGALMA, appellabãtur à priſcis quæcunque conditanea ad victum noſtrum in vaſis ſeruabantur, vtputa, mala, pyra, fici, vuæ, rapæ. Columella, Tempore non alio vili quoque ſalgama merce. Idem lib. XII. cap. 4, Poſt hoc præceptum, locum & vaſa idonea ſalgamis præparari iubẽt, locum eſſe debere auerſum à ſole, quàm frigidiſſimum & ſicciſſimum, ne ſitu penora mucorem contrahant.

SALIARES cœnæ, authore Feſto, Magnæ & copioſæ cœnæ dicebantur, & opiparæ, quales ſolebant facere Salii ſacerdotes Martis.

SALICASTRVM, ſalicaſtri, n.g. Genus labruſcæ in ſalictis naſcens.

SALICETVM, SALICTVM, vide SALIX.

SALIENTES, vide SALIO.

SALINAE, & SALINVM, vide SAL.

SALIO, ſalis, ſalire, Pro ſale condire, Vide SAL.

SALIO, ſalis, ſaliui vel ſalii, vel ſalui diuiſas ſyllabas, ſaltum, ſalire, Saillir, ſaulter. Virg. Mollibus in pratis vnctos ſaliere per vtres.

Salire dicuntur animalia ratione carentia, quando mares ineunt fœminas. nam ſaliẽdo aſcendunt. Virg. Læta ſalitur ouis.

Salit mihi cor. Plaut. in Ciſtell. 7.9, Extimuit tum illam: M. iam horret corpus, cor ſalit. Le cueur luy tremble de paour. Idem in Mil. 14.95, Dicito doctè & cordatè, vt ei cor ſaliat. Que le cueur luy ſaulte de ioye.

Saltare laudes alicuius. Plin. in Paneg. 89, Et quis iam locus miſeræ adulationis manebat? quũ

laudes imperatorum ludis etiam, & comeſſationibus celebrarentur, ſaltarentúrque atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, geſtibus frangerentur?

Saliendo ſe exercere. Plaut. in Bacchid. 8. 15.

Salto ſaltas, ſaltare, Frequentatiuum, Tripudiare, Saulter, dancer. Salluſt. Sed in his Sempronia quæ multa virilis audaciæ commiſerat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberíſque ſatis fortunata fuit, literis Græcis atque Latinis docta, pſallere, atque ſaltare, & cantare elegantius quàm neceſſe eſt probæ, multáque alia, quæ luxuriæ inſtrumenta ſunt.

Saltito ſaltitas, ſaltitare, Frequentatiuum à Salto.

Saltatio ſaltationis, f. g. Sault, dance.

Saltatus, ſaltatus, ſaltatui, Idem. Liuius, Per vrbẽ ire canẽtes carmina cum tripudijs ſolennique ſaltu iuſſit.

Saltus ſaltus, m. g. Vng ſault. Virg. de ceruo, lib. 1 x, Tum demum ſaltu præceps ſeſe omnibus armis In fluuium dedeit.

Saltus, Sylua, Vide ſuo ordine.

Saltuatim, aduerbium, hoc eſt per ſaltus. Gellius, Apud vltimas oriẽtis terras homines ſunt, qui monomeri appellãtur, ſingulis crurib⁹ ſaltuatim currentes, viuaciſſimę pernicitatis. Par ſaults

Saltuatim ſcribere, Neſcrire point dordre, mais laiſſant quelque choſe, comme en ſautant. Siſenna lib. 1. hiſt. Nos vna æſtate in Aſia & Græcia geſta literis, idcirco continentia manduimus, ne vellicatim, aut ſaltuatim ſcribendo lectorum animos impediremus.

Saltim idem ſignificat quod ſaltuatim.

Saltatorius ſaltatoria ſaltatorium, Quod ad ſaltationem pertinet. vt ludus ſaltatorius, in quo ſaltare docetur. Macrobius lib. 3, Filij ſenatorum in ludum ſaltatorium commeabant, & illi crotalla geſtantes ſaltare diſcebant.

Saltura ſalturæ, Idem quod ſaltatio. Plaut. in Curcul. 5. 27, Nunc dum ſaltura ſat bona eſt, ſi id feceris, vænire poteris inteſtinis vilius.

Salientes, à Latinis dicuntur capita fiſtularum, atque etiam ipſæ tubulorum, fiſtularúmque ſcaturigines, quæ & ſiphunculi dicuntur, & ſipunculi, ab aquæ expreſſione, tanquam ex ſiphone ſalientis. Græci κρουνους dicunt. Vitruuius lib. 8, Hæc maximè conſiderantur Athenis. ibi enim ex eiuſmodi locis & fontibus innaſci, vſque ad portum Pyrrhęum ſunt ſalientes, è quibus bibit nemo, ſed lauationib⁹ & reliquis rebus vtuntur, bibũt autem ex puteis. Ibidem, Collocentur in caſtello tres fiſtulæ æqualiter diuiſæ in tria receptacula coniuncta, vti cum abundarit, ab extremis in medium receptaculum redundet, ita in medio ponentur fiſtulæ in omnes lacus & ſalientes. Cic. ad Q. fratrem, Piſcina & ſalientibus additis, mira ſuauitate villam habiturus es.

SALIVA ſaliuæ, vel ſaliuum ſaliui, Sputum quod ferè ſalis ſaporem habet. Vel à ſaliendo, quòd in ore ſaliat & creſcat. Saliue. Plin. lib. 28. cap. 4, Quidam verò aggrauant ictus, ante conatum ſimili modo ſaliua in manu ingeſta.

Saliuo ſaliuas, ſaliuare, Saliuum facere. Plin. lib. 9, Congregantur verno tempore purpuræ, mutuóque attritu lentorem cuiuſdam ceræ ſaliuant. Columella lib. 7, Tunc panacis & creungij radices fœniculi ſeminibus miſcendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, candentíque aqua conſpergenda, eóque medicamine ſaliuandum ægrotum pecus.

Saliuarius ſaliuaria ſaliuariũ, Qui ſaliuat. Plin. lib. 9, Quæ duriores teſtæ ſunt, vt murices, purpuræ, ſaliuario lentore pariunt.

SALIVNCA, ſaliuncæ, fœ. g. Herba, ſtatim è terra exiliens. Plin. lib. 21. cap. 7, Saliunca foliоſa quidẽ eſt, ſed breuis, & quę necti nõ poſſit. Radici numeroſæ cohæret. Herba veri⁹ quàm flos, denſa veluti manu preſſa, breuitérque ceſpes ſui generis. Pannonia hanc gignit, & Norica, alpiúmque aprica vrbium.

SALIX, ſalicis, fœ. g. Arbor, à ſaliendo dicta: vel quòd ſata, vel caſu terræ compacta ſalit ac ſurgit. Sauls. Vide Plinium lib. 16. cap. 37.

Salignus ſaligna ſalignum, Quod ex ſalice materiatũ eſt, Faict de ſauls. Virg. Eſt tuguri cuſtos armatus falce ſaligna.

Salicetum ſaliceti, & per ſyncopam ſalictum ſalicti, Locus ſalicibus conſitus. Vne ſaulſaie. Varro, Idoneus locus eligendus vbi faciat ſalictum.

SALLO, ſallis, ſalli, ſaltum & ſalſum, ſallere, Saler. Lucil. lib. 4, Sallere murenas, & frigidaria ferre. Columella lib. 8, Quòd ſi ea res ægritudinem non depellit, vendenda ſunt pecora, vel ſi neque contingere poteſt, ferro necanda, ſallendáque.

SALMO, ſalmonis, m.g. Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 18, In Aquitania ſalmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur. Saulmon.

SALPA, ſalpæ, Genus piſcis circa Ebuſum, obſcœnus alibi, & qui coqui non poſſit, niſi ferula percuſſus. Plin. lib. 9. cap. 51, Salpæ autumno gignuntur. Stocfis, ou merlu.

SALPYGA, ſalpygæ, f.g. Genus formicarum venenatarũ. Lucanus lib. x, Quis calcare tuas metuat ſalpyga latebras?

SALSAMENTVM, vide SAL.

SALSILAGO, ſalſilaginis. f.g. vel ſalſugo ſalſuginis. Liquor quidã ſalis. Plin. lib. 31. cap. 7, Præter hæc etiamnum appellatur in ſalinis ſalſugo, ab aliis ſalſilago, tota liquida, marina aqua ſalſior, vi diſtans.

Salſilago, Humor cum ſapore ſalis. Plin. Natura ciceris eſt gigni cum ſalſilagine.

SALTATOR, ſaltatoris, m.g. & Saltatrix ſaltatricis, f.g. Qui, quæve in tripudiis ſtaticuliſque dandis ſunt elengantiores. Danſeur, & danſereſſe. Cic. poſt reditum in ſenatu, Cur in luſtris & helluationibus huius calamiſtrati ſaltatoris eximia virtus tandiu ceſſauit?

SALTEM, Coniunctio, per defectionẽ dicitur, quaſi, ſi aliter non poteſt. Vel (vt inquit Gellius) u litera abiecta. nam à principio ſalutem dicebant, quod nos ſaltem dicimus. nam cum alia quædam petita & nõ impetrata ſunt, huic ſolemus, quaſi extremũ aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere, Hoc ſaltem fieri aut dari oportere, tanquam ſalutem poſtremo petentes, quam impetrari ſit æquiſſimũ. Seruius, Saltem, vel hoc tractũ à captiuis, qui cum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem cõcede. Hinc per ſynæreſim, natus eſt ſermo, vt in conceptu rerum multarum petituri aliquid, ſaltem dicamus. Donatus, Deſperatis rebus, ſolam petentes ſalutem, hoc verbo vtimur. Idem alio loco, Natum eſt autẽ à captiuis SALTEM, qui nihil aliud præter ſalutem petãt à victore. Au moins. Plaut. in Milite, 17. 12, Saltem id volupe eſt, cum ex virtute formæ venit tibi mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi. Idem in Trucul. 18. 26, Vbi domi metues malum, fugito huc ad me ſaltem. Idem in Curc. 10. 21, Hi ſaltem in occultis iacẽt, vos in foro ipſo. Terẽt. in And. 3. 2. 14, Itáne tandem idoneus tibi videor, quem tam apertè fallere incipias doliſ? ſaltem accurate, vt metui videar. Idem in Phor. 2. 1. 3, Nec meum imperium? age, mitto imperium. non ſimultatem meam reuereri ſaltem?

SALTIM, vide SALIO.

SALTITO, SALTO, vide SALIO.

SALTVS, ſaltus, ſaltui. m.g. vel ſaltus ſalti, Denſior ſylua & inuia eſt, quòd ibi arbores ſaliant, in quo paſci & æſtiuare pecudes ſolent. Vng bois. Sunt qui dicant ſaltus eſſe loca arboribus expedita, quia facile in his ſaltetur. Vng taillis. Virg. lib. 3. georg. Saltibus in vacuis paſcuntur plena ſecundum Flumina. Plaut. in Caſina, 23. 20. Vbi illum ſaltum video obſeptum, rogo vt alterum ſinat adire.

Saltus, Locus nemoroſus, vbi latrones inſidiari conſueuerunt.

Saltuarius ſaltuarii, m. g. Syluarum ſeu ſaltus cuſtos. Vng foreſtier. Pomponius, Dominus proprietatis etiam inuito vſufructuario, fundum verò per ædes ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poteſt.

Saltuoſus, Locus ſaltibus plenus.

SALVBER, SALVEO, vide SALVS.

SALVIA, ſaluiæ, f.g. Herba dicta quòd diuerſos ſanet morbos. Saulge. Plin. lib. 22. cap. 25, Noſtri qui nunc ſunt herbarii elelíſphacon græcè, latinè ſaluiã vocãt, mentæ ſimilem, canam, odoratam: partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item vermes aurium vlcerúmque.

SALVM, ſali, n.g. Mare dicitur, à ſapore ſalis. Vel à verbo græco σαλέυω, quod ſignificat mouere, fluctuare. Virg. Pérque vndas ſuperãte ſalo. Cic. pro A. Cecinna, Vt à quo loco depulſus eſſet, in eum ſe fortuna reſtituere, non in ſalum, ſed in ipſam vrbem quam petebat.

SALVS, ſalutis, f.g. Incolumitas, Sante. Plaut. in Capt. 10. 3, Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum. Terent. in Adelph. 4. 1. 3, Vtinam quidem (quod cum ſalute eius fiat) ita ſe defatigarit velim, vt &c. Sans en auoir mal. Ibidem, 3. 2. 2, Nunc illud eſt, quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant, atque huic malo ſalutem quęrant, auxilii nihil afferãt. Idem in Eunucho, 5. 4. 18, Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulis. Ceſt leur prouffit.

Salutem dicere, Saluer, & prier que ſante ſoit a aucun. Plaut. in Capt. 7. 29, Omnium primũ ſalutem dicito matri & patri. Recommande moy a mon pere. Idem in Curcul. 8. 60, Miles Lyconi in Epidauro hoſpiti ſuo Terapontigonus Platagidôrus plurimam ſalutem dicit.

Talis eſſe ſolet ſalutatio quæ epiſtolis præponi ſolet, vt vides in epiſtolis Ciceronis, Cicero Salutem dicit Appio Pulchro. Vt plurimũ duabus literis, ſic, Cicero S.D. Appio Pulchro.

Salus, Remedium. Virg. Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Salus, Dea ab Idololatris credita eſt. Terent. in Adelph. 4.7.43, Ipſa ſi cupiat ſalus, ſeruare prorſus non poteſt hanc familiam.

Saluber, hæc ſalubris, & hoc ſalubre: vel, hic & hæc ſalubris, & hoc ſalubre, Quod præbet ſanitatẽ, Qui donne ſante. Vnde aer, cibus, locus, ſalubres dicuntur. Columella lib. 1, Salubri cælo.

Idem, Fundũ ſicuti ne fœcundiſſimi quidem ſŏli, cum ſit inſalubris, ita nec effœti ſit parãdũ.

Salubris, Pro ſano aliquãdo accipitur. Salluſtius, Genus hominum ſalubri corpore. Liuius, Grauiore tempore anni circunacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere.

Salubritas ſalubritatis, f.g. Sanitas.

Salutaris & hoc ſalutare, Idem quod ſaluber, hoc eſt, ſanitatem præbens, vel ad ſanitatem præbendam idoneum. Cic. ad Octauium, Nulla remedia tam faciunt dolorem, quàm quæ ſunt ſalutaria. Idem Attico, lib. 9, Sic ergo habeto, ſalutares te mihi literas miſiſſe, neque ſolum has longiores, quibus nihil poteſt eſſe explicatius, nihil perfectius, ſed etiã illas breuiores &c.

Salutaris litera à Cicerone dicitur A, quæ abſolutionis nota erat, vt triſtis C, quæ cõdemnationis. Cic. pro Milone, Vidit in confeſſione facti, iuris tamen defenſionem ſuſcipi poſſe. Quod niſi vidiſſet poſſe abſolui eum, qui fateretur, cum videret nos fateri: nec queri vnquã iuſſiſſet, nec nobis tam ſalutarem hanc in iudicando literam, quàm illam triſtem dediſſet.

Salutaris digitus, Qui pollici eſt proximus, qui & index dicitur. Suet. de Auguſto, Dextræq; manus digitum ſalutarem tam imbecillum interdũ ſentiebat, vt torpentem contractũmq; frigore vix cornei circuli ſupplemento ſcripturæ admoueret. Martialis de Nupt. Verùm quidam redimitus puer, ad os compreſſo digito ſalutari ſilentium commonebat.

Salutariter, aduerbiũ, En ſante, ou ſauuete. Plancus Ciceroni, Quadraginta milliũ paſſuũ ſpatio relicto conſedi eo cõſilio, vt vel celeriter accedere, vel ſalutariter recipere me poſſem.

Saluto ſalutas, ſalutare, Salutem dicere, viſitare, colloqui. Quod non accedẽtibus ſolum, ſed abeuntibus quoque attribuitur. Plaut. in Trin. 17.28, Charmidem ſocerum ſuum Lyſiteles ſalutat. c. di dent tibi Lyſiteles, quæ velis, non ego ſum ſalute dignus. Dieu te garde. Terẽt. in Eunucho, 2.2.28, Quibus & re ſalua, & perdita profueram, & proſum ſæpe, ſalutãt, ad cœnam vocant, aduentum gratulantur. Ilz me ſaluent, ou font la reuerance. Idem in Adelph. Opperiar hominem hic, vt ſalutem & colloquar. Id eſt, viſitem. Virg. Italiam læto ſocij clamore ſalutant.

Salutare, Dire a dieu. Plaut. in Milite, 20.29, Etiam nunc ſaluto te familiaris, priuſquam eo. conſerui, conſeruæque omnes bene valete & viuite: bene quæſo inter vos dicatis, & mihi abſenti tamen. Stathius lib. 4. Theb. Stant tamen, & nota puppim de rupe ſalutant.

Salutare deum, Id eſt venerari. Terent. in Phor. 2.1.81, At ego deos penates hinc ſalutatum domum deuortar.

Salutiger ſalutigeri, m.g. Qui ſalutem nuntiat. Plaut. in Aulul. 15.29, AEquum eſt purpuram, atque aurũ dari, ancillas, mulos, muliones, pediſequas, ſalutigerulos pueros, vehicula, qui vehat. Qui faſſent les ſalutations ou recommendations.

Salue, verbum defectiuum, ſic coniugatur. Imperatiuo ad ſecundam perſonam, ſalue. Pluraliter, ſaluete. Futuro, ſalueto. Pluraliter ſaluetote. Infinitiuo, ſaluere. Terent. in Phor. 2.1.56, Here ſalue, ſaluum te adueniſſe gaudeo. D. oh bone cuſtos ſalue. Horatius, Vrbis amatorem Fuſcũ ſaluere iubemus Ruris amatores.

Salueo dixit Plautus, pro ſaluus & ſanus ſum. In Trucul. 6.4, Salue. S. ſatis eſt mihi tuæ ſalutis, nihil moror, non ſalueo.

Saluebis in futuro, dixit Cicero ad Atticum, lib. VI, Valebis igitur, & valere Pyliam & Cæciliam noſtram iubebis literis, & ſaluebis à meo Cicerone. Mon filz Cicero te ſalue.

Saluus ſalua ſaluum, Id eſt ſanus, Sain. Terent. in Phor. 2.1.56, Saluum te adueniſſe gaudeo. Idem in And. 4.5.7, O Myſis ſalue. M. ſaluus ſis Crito. Donatus, Saluus ſis, aſſeueratio ſalutantis eſt, non quaſi reſponſio.

Saluus ſum, ſi hæc vera ſunt, Il me va bien, ie ſuis bien aiſe ſi &c. Terent. in And. 5.6.9. Plaut. in Amph. 4.177, Saluus ſum, non me videt, Ie ſuis eſchappe, il ny a plus de danger.

Salua res eſt. Plautus in Rud. 4.83, Surrexit, horſum ſe capeſſit: ſalua res eſt, deſiluit. La choſe va bien. Terent. in Eunucho, 2.2.37, Sed Parmenonem ante oſtiũ Thaidis triſtem video,

riualis ſeruum, ſalua res eſt: nimirum hic homines frigent. Il ny a plus de dãger. Idem in Adelph. 4. 5. 9, Erubuit, ſalua res eſt.

Saluus, ad inanimata tranſfertur. Plaut. in Merc. 4. 60, Quid alia armamenta? A. ſalua & ſana ſunt. Nous les rauons eu & recouuers, ſans quilz ſoyent dommages. Idem in Rud. 19. 22, Heu heu ſceleſtus, galeam in naui perdidi. nunc mihi opportuna hic eſſet, ſalua ſi foret. Si ie la pouoye recouurer. Idem in Amph. 8. 140, Tuo ſigno obſignata ferunt? A M. ſaluũ ſignum eſt. S. inſpice. A M. rectè ita ſe, vt obſignaui. Le ſeau eſt en ſon entier, il neſt bouge. Terent. in Eun. 2. 2. 27, Quibus re ſalua & perdita profueram. Ce pendent quilz auoyent de quoy. Plaut. in Pœn. 14. 41, Refero vaſa ſalua. Tous entiers.

Salua magnitudine tua domine, deſcẽdas oportet ad meas curas, cum ius mihi dederis referẽdi ad te. Plin. epiſt. 248. Sans preiudice de &c.

Saluo ſaluas, ſaluare, Saluum facere, Rendre ſain & ſauue.

Saluator ſaluatoris, Qui ſaluat & ſanat.

SAMBVCA, ſambucæ, authore Feſto, organi genus. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolomæi armonica, triangulum inſtrumentũ eſt, quod ex inæqualibus longitudine ſicut & craſſitudine, neruis efficitur.

Sambuca, eodem Feſto authore, machina qua vrbs expugnatur, ſimiliter vocatur. nam vt in organo chordæ, ſic in machina intenduntur funes.

Sambucina, ſambucinæ, fœm. gen. Quæ ſambuca canit. Plautus in Sticho, 6. 57, Fidicinas, tubicinas, ſambucinas aduexit ſecum forma eximia. Quædam exemplaria, ſambucas legunt.

Sambuciſtria ſambuciſtriæ, apud Feſtum, idem quod ſambucina.

SAMBVCVS, ſambuci, f. g. Arbor, Suſeau. Vide Plinium.

Sambuceus ſambucea ſambuceum, Qui eſt de ſuſeau. Plin. de viris illuſt. 10, Iuuenibus regijs Delphos euntibus ridiculi gratia, comes adſitus, baculo ſambuceo aurum infuſum deo donum tulit.

SAMIVS, ſamia, ſamiũ, Quod è Samo inſula eſt. vt ſamia vaſa, Pots de terre. Plau. in Capt. 6. 41, Ad rem diuinam, quibus eſt opus, ſamijs vaſis vtitur. Idem in Bacchid. 4. 24, Scis tu vt confringi vas cito ſamium ſolet?

Samium, Teſta, inquit Nonius. Lucilius ſatyr. lib. 14, Et non pauper me vti ſamio, certóq; catino. Cic. de rep. lib. 6, Læli quàm omnes habemus in manib⁹, quàm ſi imperia pontificũ diis immortalibus grata ſine ſamio, quæ vt his ſcribit capedines. Nonius.

Samiolus ſamiola ſamiolum, diminutiuum. Plaut. in Sticho, 14. 12, Batiocis bibunt, nos noſtro ſamiolo poterio, viuimus tamen.

Samio ſamias, ſamiare, veteres pro acuere ponebant, & quaſi ſamiæ teſtæ acumen inducere, authore Nonio.

SAMPSVCHVM, ſampſuchi, Idem quod amaracũ, Herba, Mariolaine. Plin. lib. 21. cap. 22, Sampſuchum ſiue amaracum in Cypro laudatiſſimum & odoratiſſimum.

Sampſuchinus ſampſuchina ſampſuchinum. Sampſuchinum oleum. Plin. lib. 21. cap. 22, Fit ex eo oleum quod ſampſuchinum vocatur, aut amaracinum.

SANCIO, ſancis, ſanciui, ſancitũ, vel ſanxi, ſanctũ, ſancire, ſignificat aliquid firmare, & proprie effuſo ſanguine per hoſtiæ immolationes. Faire ordonãce ou loy. Cic. de Amicit. 38, Hæc igitur prima lex ſanciatur in amicitia, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati. Inde ſanctum, authore Seruio, dicitur quaſi ſanguine conſecratũ. Plaut. in Trinũmo, 14. 34, Neque iſtis quicquam lege ſanctum eſt. Pomponius Secundus, Sancierat ius vtile ciuitati.

Sancire, Firmare, munire, roborare. Terent. in Hecyra, Aliud ſi ſcirem quî firmare meã apud vos poſſem fidem ſanctius quàm iuſiurandum, id pollicerer tibi. Idem in Adelph. 5. 7. 1, Occidunt me quidem, dum nimis ſanctas nuptias ſtudent facere.

Sanctus ſancta ſanctum, Decretum, & inuiolabile. Martianus ait ſanctũ propriè dici, quod ab iniuria hominum defenſum atque munitum eſt. Tractum à ſagminibus herbis, quas legati populi Rom. ferre ſolebant, ne quis eos violaret. Iuuenalis, Et ſanctam filius omni Aſpiciat ſine labe domum, vitióque carentem. Vlpianus de verb. ſignif. ſcribit ſanctum eſſe quod nec ſacrum, nec profanum eſt, ſed ſanctione aliqua firmatũ, vt ſanctæ leges, hoc eſt ſanctione quadam ſubnixæ. Alii dicunt ſanctum eſſe religioſum & ſacrum, incorruptum. Virg. Sancta ad vos anima, atque iſtius inſcia culpæ Deſcendam. Id eſt incorrupta. Túque ô ſanctiſſima cõiunx Fœlix morte tua, Id eſt caſtiſſima. Vnde ſanctus vir, dicitur integer moribus. Donatus, Sanctum dicitur, quod omni obſeruatione inuiolatum eſt.

Sanctè, aduerbium, Firmiter. Plaut. in Capt. 13.123, An tu dubium habebis etiam, ſanctè cum ego iurem tibi? Idem in Rud. 27.8, Iſto tu pauper es, cum nimis ſanctè pius. Terent. in Hecyra, 2.2.26, Nam poſtquam attendi magis, & vi cœpi cogere vt rediret, ſanctè adiurat nō poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare.

Sanctio ſanctionis, f.g. Lex cum terrore pœnæ. Loy. Cic. pro Cornelio Balbo, Deinde ſanctiones ſacrandæ ſunt aut genere ipſo, aut obteſtatione, & conſecratione legis, aut pœnæ, cum caput eius qui contra facit, conſecratur.

Sanctitas ſanctitatis, f.g. Sainctete. Sanctitas (inquit Cicero de natura deorum, lib. 1.) eſt ſcientia colendorum deorum.

Sanctitudo, ſanctitudinis, f.g. Idem.

Sanctimonia, ſanctimoniæ, f.g. Idem.

Sanctuarium ſanctuarij. n.g. Sacer locus, templum, ſacrarium.

Sanctuarium, ſiue ſanctaria Plinius Mithridatis appellauit, quæ alio loco arcana.

Sanctifico ſanctificas, ſanctificare, Sanctifier, purger & nettoyer de toute macule.

SANDALIVM, ſandalii, n.g. Calceorū genus ſiue caligarū. Græci σανδάλιον calceū vocant. Terent. in Eunucho, 5.8.4, Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput.

Sandaligerulus, ſandaligerula, ſandaligerulum, Qui ſandalio vtitur. Plaut. in Trin. 5.22.

Sandalarius Apollo dictus eſt à vico, Cuius meminit Gellius lib. 17, In ſandalario forte apud librarios fuimus.

SANDARACHA, ſandarachæ, f.g. Genus coloris qui inuenitur in argētariis & aurariis metallis. Plin. lib. 34. cap. 18, Sandarachæ quoq; propemodū dicta natura eſt. Inuenitur autē & in aurariis & in argentarijs metallis, melior quo magis ruffa, quóque magis virus redolens, ac pura, friabiliſque. Valet purgare, ſiſtere, excalefacere, perrodere. Idem lib. 35. cap. 6, Fit adulterina & ex ceruſſa, non in fornace cocta. Color eſſe debet flammeus.

Sandaracinus, ſandaracina, ſandaracinum, Color ſandaracinus. Neuius, Sandaracino ore.

SANDYX, ſandycis, m.g. Herba eſt delicatæ olfacturæ, breui caule, & in alijs fœniculo ſimilis. Virg. Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.

Sandyx, Genus coloris, authore Plinio lib. 35. cap. 6. Sādaracha (inquit) ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandycem facit.

SANE, aduerbiū, quandoque affirmatiuè ponitur, id eſt certè. vt ita ſanè, Ouy certes.

Sanè, Permiſſiuè aliquando, quando aliquid aduerſario tribuimus. vt, ſit ſanè vt vis, Soit ainſi donques. Cic. Quid enim habet cōmodi, quid non potius laboris? Sed habeat ſanè. Gallico prouerbio dicimus, En bōne heure, bien de par dieu, ainſi ſoit. Quintil. Tulerit ſanè filius noſter, merito pœnas dederit.

Sanè, pro valde aliquādo ponitur: quādo qui ſani ſunt, & validi. Suet. Bellū ſanè difficile geſſit.

Et ſanè. Affirmatiuū eſt. Quintil. Et ſanè quis concipiat vel clamātis habitum, vel orantis vocem, inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum &c.

Sanè quàm. Gellius, Sanè quàm vtile.

Sanè quia. Terent. in Eunucho, 1.2.9, Quid taces? PH. ſanè quia verò hæ mihi patent ſemper fores.

Sanè quidem. Terent. in And. 1.2.24, Nempe ergo apertè vis, quæ reſtant, me loqui? D. ſanè quidem.

Sanè quòd. Terent. in Eunucho, 4.7.11, Sanè quòd tibi nunc vir videatur eſſe, hic nebulo magnus eſt, ne metuas.

SANGVIS, huius ſanguinis, m.g. Qui eſt inter venas. Sang.

Sanguis integer. vide INTEGER.

Plenus ſanguinis homo, Vng meurtrier. Plaut. in Bacchid. 2.45, Magiſtrón' quēquam diſcipulum minitarier? Nihil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis.

Sanguis, Progenies. Virg. Troiano à ſanguine duci Audierat.

Sanguen ſanguinis, neutro genere dixere veteres. Lucretius, Viſcerib⁹ viſcus gigni, ſanguénq; creari.

Sanguineus ſanguinea ſanguineum, Ad corpus aliquādo refertur, & plenū ſanguine ſignificat. Aliquando ad animū, pro crudeli, cruentóque. Apul. Immani ab ſanguinea voce perterruit.

Sanguinea virga, Cui⁹ cortex ad ſanguinis ſimilitudinē rubet. Plin. lib. 24. cap. 10, Nec virga ſanguinea fœlicior habetur, Cortex eius interior cicatrices quæ præſanauere aperit. Idem,

Si quis duas virgas ſanguineas manu tulerit.

Sanguinolentus ſanguinolenta ſanguinolentum, Plein de ſang. Varro, Itaque propter amorem imperij, magiſtratus gradatim ſeditionibus ſanguinolentis vrbem perturbauere.

Sanguinarius ſanguinaria ſanguinarium, Sæuus, crudelis. Cic. Itaque grauem illam ac ſanguinariam vocem audiuimus. Sic ſanguinarius homo, Qui gaudet humano ſanguine.

Sanguinaria ſententia. Plin. epiſt. 87. b, De huius nequitia, ſanguinariiſque ſententijs in commune omnes ſuper cœnam loquebantur. De ceulx quil auoit condamne a mort.

Sanguinaria herba dicta eſt, quòd ſucc⁹ eius infuſus naribus, ſupprimit ſanguinem. Columella lib. 7. cap. v, Eſt etiã grauis pernicies herbæ ſanguinariæ, quam ſi paſta eſt ouis, toto ventre diſtenditur, contrahitúrque, & ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit.

Sanguinalis & hoc ſanguinale. vt ſanguinalis herba, eadem quæ ſanguinaria dicitur. Columella lib. vi. cap. 12, Poſſunt etiã (vt Cornelius Celſus præcipit) lilij radix, aut ſcylla cum ſale, vel ſanguinalis, herbam quam πολύγονον Græci appellant, vel marubinum ferro recluſa ſanare.

Sanguino ſanguinas, ſanguinare, Sanguine mãare, Saigner. Quintil. in declamat. Tum repetitis ſanguinauere planctibus iam conualeſcentes lacerti. Et iterum, Mulier quæ ſanguinantes ad iudicem porrigit lacertos.

Sanguiſuga ſanguiſugæ, f. g. Vermis qui & hirũdo dicitur. Vne ſanſue. Plin. lib. 32. cap. 7, Idem præſtare ſanguiſugarum cinis ex aceto illitus putatur.

SANIES, ſaniei, f. g. Sanguis corruptus. Virg. Et ſanie, taboque fluentes.

SANITAS, ſanitatis, f. g. vide SANVS.

SANNIO, ſannionis, Qui eſt & aſpectu & moribus & geſtibus fatuus, quem Græci μωρὸν, à quo moriones vocamus. Cic. lib. de Orat. Quid porrò tam ridiculũ, quàm ſannio eſt, qui ore, vultu, imitandis moribus, voce denique, corpore ridetur ipſo?

SANNA, ſannæ, f. g. Solutus deriſus dicitur, à nariũ ſonitu. Riſee que on faict daucun. Iuuenalis, I nunc, & dubita qua ſorbet aera ſanna Tullia.

SANO, ſanas, vide SANVS.

SANQVALIS, huius ſanqualis, f. g. Auis, de qua Plinius lib. 10. cap. 7, Sanqualem auem atque immuſſulum, augures Romani magnæ quæſtioni habent. Immuſſulum aliqui vulturis pullum arbitrantur eſſe, & ſanqualem oſſifragæ. Maſſurius ſanqualem oſſifragam dicit eſſe: Immuſſulum aut pullum aquilæ priuſquam albiſcet cauda.

SANSVCVS, ſanſuci, f. g. Herba, amaracus aliàs dicitur, & ſampſuchus. Mariolaine. Plin. lib. 13. cap. 1, Optimum hoc in Cypro & Mitylenis, vbi plurima ſanſucus.

Sanſucinus ſanſucina ſanſucinum, Quod factũ eſt ex ſanſuco. vt ſanſucinũ oleum. Plin. lib. 13. cap. 1, Miſcentur & viliora genera olei myrto, lauro, quibus additur ſanſucinum.

SANTERNA, ſanternæ, f. g. Plin. lib. 33. cap. 5, Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinãdo auro, & inde omnes appellatam ſimiliter vtentes dicunt. Temperatur autem ea Cypria ærugine, & pueri impubis vrina, addito nitro. Teritur Cyprio ære in Cyprijs mortarijs, ſanternam vocant noſtri.

SANVS, ſana, ſanum, Integer & incorruptus. Sain & ſauue.

Sanus, ad animum tranſfertur, Qui eſt en ſon bon ſens. Plautus in Amphit. 4. 248, Hic homo ſanus non eſt. Terent. in Eunuch. 3. 5. 8, Quid mihi quæram: ſanus ſim, ánne inſaniã? Idem in Heaut. 4. 3. 29, Satín' ſanus es, aut ſobrius?

Sanus mentis. Plaut. in Trinũmo, 8. 43, Satín' tu ſanus mentis, aut ánimi tui, qui conditionẽ hanc repudies?

Sanus, Qui ſanitatem præbet, vt ſanus aer, ſanus locus, ſanus cibus.

Sanitas ſanitatis, f. g. Incolumitas. Santé.

Sanitas animi. Cic. lib. Tuſcul. 3, Ita fit vt ſapientia, ſanitas ſit animi: inſipientia autem quaſi inſanitas quædam, quæ eſt inſania, eadémque dementia.

Sano ſanas, ſanare, Sanum facere, incolumitati reſtituere.

Saneſco ſaneſcis, ſaneſcere, Sanum fieri, Se guerir. Columella lib. 7, Sed vulnera facta interdum ſaneſcunt.

SAPA, ſapæ, fœ. g. à ſapiditate dicitur, & eſt vinum muſtum. De quo Plinius lib. 23. cap. 2, Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto, donec tertia pars ſuperſit. Ex albo hoc melius.

SAPERDA, ſaperdæ, dici poteſt ſapiens, elegans. Varro, Omnes videmur nobis eſſe belli, ſaperdæ, feſtiui, cum ſimus canopi.

Saperda genus conchæ mali ſaporis, & nonnũquam pro ſterquilinio ponitur. Perſius, Et quid agam? rogitas? en ſaperdam adueho Ponto.

SAPIDVS, ſapida, ſapidum, vide SAPIO.

SAPIENS, ſapientis, vide SAPIO.

SAPINVS, ſapini, f. g. Pars eſt abietis inferior, quæ enodis eſt: ſicut ſuperior, quæ nodoſa eſt, duriórque, ſuſterna. Sapin. Plin. lib. 16. cap. 39, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis eſt: hácque quam diximus ratione fluuiata decorticatur, atque ita ſapinus vocatur: ſuperior pars nodoſa duriórque, ſuſterna. Et in ipſis autem arboribus robuſtiores aquiloniæ partes. Et in totum deteriores ex humidis opaciſque: ſpiſſiores ex apricis & diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

SAPIO, ſapis, ſapiui, vel ſapij, vel ſapui, ſapitum, ſapere, Propriè pertinet ad ſenſum corporis, Sauourer. Iuuenalis, Qui meminit calidæ ſapiat quod vulua popinæ.

Sapere, ad animum tranſfertur, pro ſapientem eſſe, ſeu rectam ſententiam vel opinionem habere. Plaut. in Merc. 19. 40, Fœliciter is ſapit, qui periculo alieno ſapit. Qui eſt ſage par lin conuenient dautruy. Idem in Mil. 10. 161, Vt doctè & perſpectè ſapit! Idem in Rud. 21. 8, Pol magis ſapuiſſet, ſi dormiſſet domi, Il eut faict plus ſagement. Terent. in Adel. 3. 3. 32, Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt proſpicere. Ibidem, 5. 3. 41, Video eos ſapere, intelligere, in loco vereri, inter ſe amare.

Sapit illi pectus. Plaut. in Trucul. 15. 14, Verſipellem frugi conuenit eſſe hominem, pectus cui ſapit.

Sapit rem ſuam. Plautus in Pſeud. 7. 81, Deſiſte, rectè ego meam rem ſapio, Ie ſcay bien que iay a faire.

Sapiunt male miſeri. Plautus in Merc. 18. 8, Hi quidem confeſtim pereunt, atque male ſapiunt miſeri.

Sapere pleno pectore. Plaut. in Epid. 5. 98, Sapit hic pleno pectore.

Sapitis plus, vel ſatis. Plautus in Epid. 5. 78, Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere, quòd plus ſapitis. Vous eſtes les plus ſages. Idem in Trin. 10. 10, Sat ſapio, ſatis in rem quæ ſint meam, ego conſpicio mihi.

Sapere ad. Plaut. in Perſa, 4. 27, Sapis multum ad genium, Tu te congnois fort bien a faire grand chiere.

Sapere in. Plautus in Truculento, 18. 1, Blittea & lutea eſt meretrix, niſi quæ ſapit in vino in rem ſuam.

Sapiens ſapientis, o. g, Vng homme ſage, ſcauant, congnoiſſant.

Sapientes mores. Plaut. in Rud. 27. 25, Cum illos ſapientes mores monſtrabant populo.

Sapientia ſapientiæ, Eſt rerum diuinarum atque humanarum ſcientia, Sageſſe & ſcauoir, ou congnoiſſance.

Sapienter, aduerbium, Sagemẽt. Plaut. in Menæh. 22. 2, Per, ego vobis deos atque homines deco, vt imperium meũ ſapienter habeatis curæ, quæque imperaui, atque impero facite. Terent. in And. 1. 1. 40, Sapienter vitam inſtituit.

SAPOR, ſaporis, maſc. gen. à ſapio, Qui ſapit. Saueur. Plinius libro 15, cap. 27, Interim, quæ ſunt communia & pomis omnibúſque ſuccis ſaporum genera, XIII reperiuntur, dulcis, ſuauis, pinguis, amarus, auſterus, acer, acutus, acerbus, acidus, falſus. Præter hæc, tria genera ſunt mirabili maxime natura, Vnum, in quo plures pariter ſentiuntur ſapores, vt vinis. &c.

Sapidus ſapida ſapidum, Quod gratum habet ſaporem, Qui ha bonne ſaueur.

SAPPHIRVS, ſapphiri, fœm. gen. Lapis pretioſus, de quo ſic Plinius, lib. 37. cap. 2, Ineſt aliquando & aureus puluis, non qualis in ſapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Ceruleæ & ſapphiri, raróque cum purpura. Optimæ apud Medos, nuſquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles ſcalpturæ interuenientibus cryſtallinis centris.

Sapphirinus ſapphirina ſapphirinum, Lapis ſapphirinus.

SAPRVM, ſapri, Genus potionis. Plin. lib. 28. cap. 9, Saprum vocant, qui cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritus potúſque medetur cæliacis.

SAPSA, à veteribus dictum eſt pro ipſa. Ennius, Quæ res ſapſam loco ſeſe oſtendat.

SARCASMOS, latinè dicitur iocus cum amaritudine. vt apud Virgilium, Referes ergo

hæc, & nuntius ibis Pelidæ genitori, illi mea triſtia facta, Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

SARCINA, ſarcinæ, f.g. Propriè vtenſilium eſt, & eorũ quæ ad cultum & ad cæterũ vſum pertinent, veluti faſcis, quem quis in itinere faciendo cõportare poſſit, Vng pacquet. Plaut. in Moſtell. 6.81, Hinc ſpeculabor procul vnde aduenienti ſarcinam imponam ſeni.

Sarcinas colligere dicuntur milites cum caſtra mouere volunt. & qui in aliam domum immigrant, ſarcinas ſuas componere ſolent.

Sarcinas etiam vocamus res noſtras domi ciſtis capſíſque compoſitas. Quintil. Iacent relictæ ſine hærede ſarcinæ.

Sarcinas, ſarcinatis in neutro genere dixit Plautus in Moſtellaria, 9.74, Quid ſarcinatis equa eſt, ſi vmbram non habes?

Sarcino ſarcinas, ſarcinare, Sarcinas ſumere, Faire ſon pacquet, enfardeler, ou amaſſer ſes hardes & les emporter en vng pacquet. Plautus in Pœnulo, 16.19, Viden' homini ſarcinatos conſequi?

Sarcinare, pro ſuere aliquando ponitur. Vnde ſarcinator.

Sarcinator ſarcinatoris, m.g. Sartor, Vng couſturier. Plau. in Aulul. 15.43, Petũt fullones, ſarcinatores petunt. Lucilius, Sarcinatorem eſſe ſummum, ſuere centonem optimé.

Sarcinatrix ſarcinatricis, fœm.gen. Mulier quæ veſtes ſuit.

SARCIO, ſarcis, ſarſi, ſartum, ſarcire, Integrum facere, inquit Feſtus. Propriè eſt veſtes conſuere, Coudre & faire vng habillement, accouſtrer & rhabiller quelque choſe.

Sarcire, damnum, Soluere, Pacuuius, Tu damni noſtri cauſſa fuiſti, tu nobis ſarcito vt debes.

Sartor ſartoris, m.g, Qui veſtes facit, Vng couſturier.

Sartè, aduerbium, Integrè, authore Feſto.

Sartatecta, vocabantur, authore eodem Feſto, opera publica quæ locabantur vt integra præſtarentur. Sartatecta exigendi cura ad cenſores ſpectabat, interdum etiam ad ædiles, rarò ad prætores, nec niſi cũ ſenatus decreuerat. Cic. in prætura vrbana, Cum L. Octauius, Cæſar Aurelius conſules, ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſartatecta exigere, neque ipſi, neque ij prætores quibus erat negotium datum: factum eſt ſenatuſconſultum, quibus de ſartis tectis cognitum non eſſet, vti C. Verres, P. Cælius prætores cognoſcerẽt, & iudicarent. Idem paulò pòſt, Verres quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartamtectã deberet tradere. Et rurſus, Monumentũ illa amplitudine, illo opere quanuis ſartumtectũ integrúmque eſſet: tamen aliquid inuenturum in quo moliri prædarique poſſet, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione, facile intelligimus quomodo ſartatecta locari ſolerent exigíque. Simile eſt enim ſi hodie ædes diuæ Mariæ Pariſienſis, aut etiam baſilica palatina tuenda locarẽtur, ea lege vt redemptores, ſua calce ac ſua etiam materie ſartãtectam præberent, certo pretio in annos ſingulos addictam: quod fieri Romæ ſolebat minimo licitantibus, curáque exigendorum eiuſmodi operum, ad eos quos diximus, pertinebat. Locandorum verò cura ad cenſores pertinebat, vt & vectigalium antequam cenſura ſublata eſſet. Vnde in XII tabulis de cenſorio munere ita cautum legimus, Cenſores populi, ciuitatis ſoboles, familias, pecuniáſque cenſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento, populíque partes in tribus diſtribuunto. & reliqua.

Dicitur interdum cum coniunctione, ſarta tectáque, & ſartum & tectum, cum plena eſt locutio, vt inquit Aſconius, quo modo Cicero ſæpe vſus eſt.

Sartumtectum habere, eſt integrum & incorruptum ſeruare, & vt vulgus loquitur, intertenere, Entretenir. quod latinè tueri dici debet.

Vtuntur & hac locutione antiqui metaphoricῶς. Cicero ad equites Romanos pridie quàm iret in exilium, Si igitur aliquo tempore ijs hominibus conſuluiſtis quorum animus religione pietatis eſt defunctus, debetis quoque mihi proſpicere, qui numini deorum conſecratum ſartum ac tectum ab omni periculo conſeruaui, & vos vt tutam & tranquillam fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Quo tamen in loco non periculo, vt in omnibus exemplaribus legitur, ſed piaculo legendum eſt: hoc ſenſu, vt Cicero ſignificet animũ ſuum integrum intactúmque ab omni piaculo conſeruaſſe. Id eſt, indigno facinore & graui aliqua pœna expiando, ac nihil in ſeſe ſceleſtum admiſiſſe. Idem ad Cælium, libro 13. epiſtolarum. Si vllam in amicitia mea ſpem habes, ſi ea quæ in me officia Brunduſij contuliſti,

vis mihi etiam gratiora efficere, quanquam ſunt gratiſſima, ſi me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da, atque largire, vt M. Curium ſartum & tectum, vt aiunt, ab omni incommodo, detrimento, moleſtia, ſyncerum, integrúmque conſerues. Plautus in Trinũmo, 6.36, ioculari metaphora vſus eſt hoc verbo, Sarta tecta tua præcepta pater vſque habui mea modeſtia. Hoc eſt, exacta, & vndique conſtante obedientia præceptis tuis parui: nec vnum iota, vt vulgo dicitur, præteriui: quod latinè dicitur, omnibus numeris obediẽtiæ tibi parui, vnguem latum, aut digitum tranſuerſum à tuis præceptis non diſceſſi.

SARCOPHAGVS, ſarcophagi, m.g. Sepulchrum, authore Nonio.

Sarcophagus lapis. Plin. lib. 2. cap. 96, At circa Aſſon Troadis lapis naſcitur, quo cõſumuntur omnia corpora, ſarcophagus vocatur.

SARCVLVM, ſarculi, n.g. à ſarriendo dicitur, Inſtrumentũ eſt ruſticũ quo ſegetes purgãtur. Vng ſarclet. Cato de re ruſtica, cap. 10, Sarcula octo, palas quatuor. Plaut. in Trucul. 6.21, Tangam, ita me amabit ſarculum, vt ego me ruri iam examauerim patulum moueri.

Sarculo ſarculas, ſarculare, Sarculo abſcindere, Sarcler. Columella lib. 6, Primo plantæ ſarculari debent, ita vt ſimplex ſtylus altitudinem maxime ſcrobis excedat.

SARDA, ſardæ, Genus gemmæ. Plinius lib. 37. cap. 7, Omnia autem hæc genera ſcalpturæ contumaciter reſiſtunt, partémque ceræ in ſtigno tenent. Ediuerſo ad hæc ſarda vtiliſſima, quæ nomen cum ſardonyche communicauit, ipſa gemma vulgaris, & primùm Sardibus reperta.

SARDO, ſardas, ſardare, intelligere. Neuius, Quod bruti nec ſatis ſardare queunt.

SARDONYX, ſardonychis, tam maſc. quàm fœm. gen. Componitur ex ſarda, quæ lapis fuit in Sardinia primùm compertus, coloris rubei: & onyx, gemma, cui eſt candor ſubcandidus, vnguis humani ſimilitudine, quaſi vtriuſque colorem obtineat. Iuuenalis, In manibus denſi radiant teſtudine totas Sardonyches. Perſius, Et natalitia tandem cum ſardonyche albus. Plin. lib. 37. cap. 7, Ediuerſo ad hæc ſarda vtiliſſima, quæ nomen cum ſardonyche communicauit.

Sardonychus ſardonychi, Idem. Iuuenalis, Arguit ipſorum quos litera, linguáque princeps Sardonychus.

Sardonychatus, Sardonyche ornatus. Martialis, Cuius & hinc lucet ſardonychata manus.

SARGVS, ſargi, m.g. Piſcis (inquit Feſtus) genus, qui in AEgyptio mari ferè naſcitur. Lucilius, Quem præclarus elops, quem AEgypto ſargus mouebit. Plin. lib. 9. cap. 51, Muli ter vt chalcis, cyprinus, ſexies, ſcorpiones bis ac ſargi vere & autumno.

SARISSA, ſariſſæ, f.g, Haſtæ Macedonicæ genus, authore Feſto. Liuius lib. 27, Prælongas haſtas Macedones ſariſſas vocant.

SARMENTVM, ſarmenti, n.g. Sarmenta, virgulæ vitium ſuperuacuæ abſciſſæ. Sarmẽt. Varro de re ruſtica, lib. 1. cap. 31, Emucidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterileſcit, neque ex ſe poteſt eijcere vitem, quam iuniorem vocant flagellum, maiorem etiam, vnde vuæ naſcuntur, palmam declinata.

Sarmentitius ſarmentitia ſarmentitium, Quod eſt ex materia ſarmentorum. Columella lib. 7, Verùm vulnera eius ſarmentitio cinere linienda ſunt.

SARPA (inquit Feſtus) vineta putata, id eſt, pura facta. vnde & virgulæ abſciſſæ, ſarmenta dicuntur. Sarpere enim antiqui pro purgare ponebant.

SARRA, olim dicta eſt Tyrus inſula. à qua adiectiuum

Sarranus ſarrana ſarranum, Quod ex Sarra eſt. Vnde ſarranæ veſtes, Tyriæ dictæ ſunt, quæ & oſtrinæ & purpureæ. Virg. Et ſarrano dormiat oſtro. Iuuenalis, Aut pictæ ſarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ.

SARRACVM, ſarraci, n.g, Quo ligna & lapides vehi conſueuerunt, Vng chariot. Iuuenalis, Longa coruſcat, Sarraco veniente, abies. Idem, Frigida circum agunt pigri ſarraca bootæ.

SARRIO, ſarris, ſarriui, ſarritum, ſarrire, Sarculis fodere, purgare, quod fit cum ſegetes leuiter ſcalpendo, & raſtris à noxijs herbis purgamus. Sarcler. Plaut. in Capt. 12.5, Nam ſemper occant prius quàm ſarriunt ruſtici. Plin. lib. 18, Qui ſarriet, caueat ne frumenti radices effodiat.

Sartor ſartoris, m.g. Purgator. Sarcleur. Plaut. in Cap. 12.3, Sator, ſartórque ſcelerum, & meſſor optime.

Sartura ſarturæ, fœm. gen. Ipſa purgandi actio. Plin. libro, 18, Sartura nocere & vineæ & ſegeti exiſtimatur.

Sarritor ſarritoris, m. g. Qui ſarrit. Columella lib. 2, Tritici modij quatuor vel quinque bubulcorum operas occupant quatuor, occatoris vnam, ſarritoris duas.

Sarritura, ſarrituræ, fœm. gen. Purgatura. Sarclure.

Sarritio ſarritionis, f. g. Sarclement. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. 12, Peracta ſementi, ſequens cura eſt ſarritionis, de qua non conuenit inter authores. Quidam negant eam proficere quicquam, quòd frumenti radices ſarculo detegantur, aliquæ etiam ſuccidantur.

SARTATECTA, Vide SARCIO.

SARTAGO, ſartaginis, f. g. Patella in qua caro frigitur, Vng poalle a frire. Ἀ σάρξ, quæ caro eſt, nomen aſſumpſit.

SAT, aduerbium à ſatis, ſignificat abunde, Aſſes.

Sat commode, aſſes a point. Terent. in And. 3. 1. 17, Non ſat commodè diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc.

Sat diu vixit. Plaut. in Capt. 13. 23, Ni quis ſat diu vixiſſe ſeſe homo arbitrabitur.

Sat eſt oſculi, Ceſt aſſes baiſſe. Plaut. in Sticho, 3. 34. Sat litiũ, apud eundem legitur in Rud. 14. 25. Idem in Mil. 10. 154, Sat eſt mihi quoduis. Terẽt. in And. 1. 1. 143, Sat eſt, curabo, Il ſuffit. Cic. de ſenect. 44, Quantum ſat eſt.

Sat fecit officium. Terent. in Phor. 4. 5. 22, Non ſat tuum te officium feciſſe, ſi non id fama approbat?

Sat habeo, Il me ſuffit. Plaut. in Menæh. 20. 104, Quæſo vt ſat habeas id pater, quòd Chryſalus obiurgauit me. Idem in Moſtel. 4. 89, Sat habes tibi, fore illum amicum ſempiternũ. Terent. in And. 4. 2. 22, Sat habeo, Il me ſuffit. Idem in Eunucho, 3. 2. 32, Vbi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur. Idem in Rud. 8. 3, Neceſſitate quicquid eſt domi, id ſat eſt habendum. Il ſe fault paſſer a ce que on trouue.

Sat ſcio. Terẽt. in Adel. 3. 3. 6. Perſuaſit ille impurus, ſat ſcio, Ie le ſcay biẽ. Ibidem, 4. 1. 10, Nunc vbi me illic nõ videbit, iam huc recurret ſat ſcio. Idem in Eunucho, 3. 1. 34, Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio.

SATAGO, ſatagis, ſategi, ſatactum, ſatagere, Anxium eſſe, & quod vulgo dicimus, ſatis habere ad agendum, Auoir ſoing, & ſollicitude. Terent. in Heaut. 2. 1. 13, Nam hic Clinia etſi ſuarum rerũ ſatagit, attamen habet bene ac pudicè eductã, ignaram artis meretriciæ. Iacoit quil ait aſſes affaire, ou fort a faire. Cæſar in commẽt. Qui ſatagentibus celeriter occurrãt.

Satagere, diligentem eſſe, ſeu feſtinare. Plaut. in Aſin. 9. 34, Nunc ſatagit, adducit domum etiam vlirò, & ſcribit nummos.

SATELLES, ſatellitis, m. g. Miles mercede conductus, vt ab imperatoris latere non diſcedat. Archier de la garde.

Satellites voluptatum. Cic. de finibus bonorum & malorum lib. 2, Deinde adiunctis virtutibus, quas ratio rerum omnium dominas, tu voluptatũ ſatellites & miniſtras eſſe voluiſti.

Satellitium ſatellitij, n. g. Ipſa ſatellitium actio, La garde du corps de quelque prince.

SATIO, ſatias, ſatiare, à ſat deduci videtur Saturare, ſeu explere, Saouler, raſſaſier, aſſouuir. Pertinet ad omnes ſenſus, & frequenter ad animum.

Ad corpus. Columella, lib. 1x, Satiátque ſemodius cibi in diebus ſingulis vicenos & centenos turtures.

Ad animum. Cic. in Catone, Satiari delectatione non poſſum, vt meæ ſenectutis requiem, oblectamentúmque noſcat.

SATIO, ſationis, f. g. Ipſe ſerendi actus, Semaille, ou ſemoiſon. Virg. lib. 1. georg. Vere fabis ſatio: tunc quoque medica putres Accipiunt ſulci. à ſero deriuatur.

Satietas ſatietatis, f. g. Raſſaſiement, ſaoulement.

Satietas, Odium, faſtidium, Ennuy, faſcherie. Cic. in Catone, 68, Omnino (vt mihi quidem videtur) rerum omnium ſatietas, vitæ facit ſatietatem.

Satias, pro ſatietas aliquando ponitur. Terent. in Eunucho, Ex meo propinquo rure hoc capio commodi, neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit. Vbi ſatias cœpit fieri, cõmuto locũ. Quant ie commence a me faſcher. Idem in Phor 4. 2. 18, Dum ætatis tẽpus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatias me iam tenet ſtudiorum iſtorum.

Satias, Raſſaſiement. Salluſt. Hi, ſaltibus occupatis, externorum agros inuaſere: frumentique

ex inopia graui, ſatias facta.

SATIS, aduerbium, & per apocopen ſat, Significat abundè, quãtum opus eſt. Plaut. in Menæch. 20.49, Accerſe homines qui illum ad me deferant. S. quot ſunt ſatis? MEN. proinde vi inſanire videor. MED. quatuor, nihilo minus. Combien ſuffiront ils? Satis audacter. Plaut. in Amphit. 8.207, Quæ non deliquit, decet audacem eſſe, & confidenter pro ſe, & proteruè loqui. AM. ſatis audacter. AL. vt pudicam decet.

Satis bene. Plaut. in Pœnulo, 4.63, Nam pro heri noſtri quæſtu ſatis benè ornatæ ſumus.

Satis certe ſcio. Terent. in Adel. 2.3.3, O frater frater quid ego te laudem. ſatis certe ſcio, nũquam ita magnifice quicquam dicam, id virtus quin ſuperet tua. Satis certò ſcio. Idem in Heaut. 1.1.19, Hæc non voluptati eſſe ſatis certò ſcio.

Satis credo. Plaut. in Curcul. 15.36, Meipſo præſente & Lycone factum eſt. PH. ſatis credo tibi. Idem in Perſa, 15.21, Abi, ne iura, ſatis credo. Terent. in Eunucho, 5.9.21, Gaudeo. C. ſatis credo: nihil eſt Thaide tua dignius, Ie le croy bien.

Satis cũ periculo. Terẽt. in And. 1.1.104. Ad flammã acceſſit imprudẽtius, ſatis cũ periculo.

Satis eſt. Plaut. in Trucul. 11.2, Ite hâc ſimul mulieri damnigeruli foras gerrones, bonorum exagógę ſatis eſt. Idem in Perſa, 16.144, Heus tu aduigila. P. ſatis eſt dictum: quanquam ego ſum ſerua, Il ſuffit. Idem in Capt. 4.9, Semel fugiendi ſi data eſt occaſio, ſatis eſt, nũquam poſt illa poſſis prendere. Idem in Amphit. 8.15, Vt meus victor vir belli redeat, ſatis mihi eſſe dicam. Terẽt. in Eunucho, 4.7.40, Hic furti ſe alligat. CH. ſatis hoc tibi eſt. Idem in Heaut. 4.1.28, Credo id cogitaſti, quid vis? ſatis eſt dũ viuat modo. Cic. de Amicitia, 81, Satis erat reſpondere magnas, ingentes inquit.

Satis habeo. Plaut. in Capt. 7.87, Mandauiſti ſatis. Satín' habes, mandata quæ ſunt, facta ſi refero? T. ſatis. Te ſuffit il? &c. Idem in Merc. 16.4, Nam qui amat, ſi quod amat habet, id ſatis habet ſibi pro cibo videre, amplecti, oſculari. Ibidem, 24.42, Obſecro ſatis vt habeatis: quin loris cædite etiã ſi lubet. Cõtentes vous, vous ſuffiſe. Terent. in Adel. 3.2.15, Satis mihi id habeam ſupplicij, dum illos vlciſcar modó.

Satis mirari. Terent. in Eunucho, 3.4.9, Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari.

Satis pernoſti qualis ſim. Terẽt. in And. 3.2.23, Non ſatis me pernoſti etiã qualis ſim Simo.

Satis rectè mones. Plaut. in Perſa, 16.135.

Satis perſpicere oculis, ſatis cernere, ſatis videre. Plaut. in Amphit. 17.7, Caput dolet, neque audio, nec oculis perſpicio ſatis. Terent. in Adelph. 3.3.85, Eſtne hic Hegio tribulis noſter? ſi ſatis cerno, is hercle eſt. Plaut. in Bacchid. 20.67, Verùm qui ſatis videat, grandes ſatis ſunt.

Satis præceptum. Plaut. in Pœnulo, 8.17, Nos curabimus, ſatis præceptum.

Satis diu. Terent. in Adel. 4.4.12, Satis diu verba dediſti nobis, ſatis adhuc tua fruſtrata eſt fides. Idem in Eunucho, 5.9.55, Satis diu hoc iam ſaxum voluo, Il ya ia aſſes long temps.

Satis iam deluſum cenſeo: nunc rem, vt eſt, eloquamur. Plaut. in Aſin. 12.141. Terent. in Heaut. 3.1.30, Non poſſum, ſatis iam, ſatis pater durus fui.

Satis, cum genitiuo. Satis cauſſæ. Terent. in And. 1.1.111, Nec ſatis ad obiurgandum cauſſæ. Plau. in Bacchid. 2.50, Satis hiſtoriarũ eſt? Eſt ce tantoſt aſſes iaſe, ou preſche? Idem in Truculento, 6.4. Satis eſt mihi tuæ ſalutis, nihil moror, Ie nay plus que faire de ton ſalut. Idem in Capt. 4.16, Sed ſatis verborũ eſt, cura quæ iuſſi. Terẽt. in Phor. Satis iam verborum eſt.

Satis, ſupérque, Aſſes & plus que aſſes. Cic. de Amicitia, 42, Sed nihil eſt quod illi nõ perſequãtur ſuis argutijs, partim fugiendas eſſe amicitias, ne neceſſe ſit vnum ſolicitũ eſſe pro pluribus, ſatis ſupérque eſſe ſibi ſuarum cuique rerum curam.

Satín' pro ſatíſne. Plaut. in Amphit. 7.21, Satín' hoc planè, ſatín' diſertè here nũc videor tibi loquutus eſſe? Terẽt. in Eunu. 5.2.12, Satín' id tibi placet? C. non. Idem in And. 4.5.10, Satín ſanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem, qui hic neminẽ alium video? Idem in Phor. 1.4.35, Satín' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propemodum.

Satín' ſaluæ, Modus loquendi apud veteres, cum quid turbati interrogabãt an ſatis ſaluæ res eſſent. Terent. in Eunucho, Hem quid eſt? quid trepidas? ſatín' ſaluæ? Liuius ab vrb. cõd. Quærentíque viro ſatín ſaluæ, minimè inquit. Ibidem, Satín' ſaluæ inquit Luci Volumni? vt ſeſe in Sãnio res habent? Ibidem, Percontatus ſatín' ſaluæ. Idem de bello Macedonico, Cum pater ſatín ſaluæ res interrogaret.

SATISACCIPIO, ſatiſaccepi, ſatiſaccipere, dictum eſt eodem modo quo ſatiſfacere,

Prendre caution. Nam quia id quod quo quis cõtentus erat ei præſtabat, ſatiſſieri dictum eſt: ita quia tales quibus contentus quis futurus eſſet, ſic dabantur, vt verbis obligarẽtur, ſatiſaccipi dictum eſt. Plaut. in Sticho, 9.4, Satis abs te accipiam, niſi videam mihi te amicum eſſe Antipho: nunc quia te amicum mihi experior eſſe, creditur tibi.

Satiſacceptio ſatiſacceptionis, f.g. Satiſacceptionem appellat Pomponius ſtipulationem, quæ ita obligat promiſſorẽ, vt expromiſſores quoque ab eo accipiãtur, id eſt qui idem promittũt.

SATISDO, ſatiſdas, ſatiſdare, Significat fideiubere, promittere per vadem, ſiue fidem ſuam pignori dare, & reipſa certificare, Bailler caution. Cic. Sulpitio, Primùm vt ſiquid ſatiſdãdum erit, amplius eo nomine peti cures, vt ſatiſdetur fidei meæ. Vt ſatiſſacere dicimus, ei cuius deſyderium implemus, ita ſatiſdare dicimur aduerſario noſtro, aliquem dare qui pro eo quod à nobis petitur, ita caueat, vt eum hoc nomine ſecurum faciamus.

Satiſdatio ſatiſdationis, f.g. Cic. Attico, lib. v, De ſatiſdando verò te rogo quoad eris Romæ, tu vt ſatiſdes: & ſunt aliquot ſatiſdationes mancipium: in his & Memmianorum prædiorum vel Attilianorum.

Satiſdatum ſatiſdati, n.g. Cic. Attico, lib. 16, Sed & illi turpe arbitror, eo nomine, quòd ſatiſdato debeat, procuratores eius non diſſoluere.

SATISFACIO, ſatiſſacis, ſatiſſeci, ſatiſſactum, ſatiſſacere, Tantum facere quantum ſatis ſit irato ad vindictam, inquit Aſconius. Satiſſaire. Datiuo iungitur. Plaut. in Amphit. 10.8, Quin ego illum aut deſeram, aut ſatiſſaciat mihi: atque adiuret inſuper nolle eſſe dicta quæ in me inſontem protulit. Plin. de viris Illuſt. 43, Quod pactum cum à ſenatu improbaretur, fundum ſuũ ducentis millibus vẽdidit, & fidei ſatiſſecit. Idem epiſt. 137.b, Sed difficile eſt, vt oratio dum recitatur, ſatiſſaciat.

Accuſatiuo pro punio conſtruitur. Cic. ad Heren. Non conuenit cenſores iſtum ſatiſſacere, ex eo quòd ait ſe non potuiſſe ita adeſſe vt iuratus fuerat.

SATISPRAESTO, ſatiſpræſtas, ſatiſpræſtare, Idem quod Satiſdare.

SATIVS, comparatiuum aduerbiũ à Satis, & ſignificat melius: quaſi vltra id quod opus eſt. Plaut. in Trin. 7.6, Miſer ex animo fit, ſatius nihilo facit ſuæ ſenectuti. Idem in Ciſtell. 9.10, Nam hercle ego illam anum irridere me vt ſinam, ſatius mihi eſt. Terẽt. in Heaut. 3.1.66, Et tibi perdere talentum hoc pacto ſatius eſt, quàm illo minã. Idem in Adel. 2.2.26, Vt ſit ſatius perdere, quàm aut hic manere tandiu, aut tum perſequi. Virg. Egloga 2, Nonfuit ſatius triſtes Amaryllidis iras, Atque ſuperba pati faſtidia?

SATRAPA, ſatrapæ, m.g. Dictio Perſica, quæ apud nos præfectum ſignificat. Terent. in Heaut. 3.1.43, Oneratas veſte atque auro: ſatrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat.

SATVR, ſatura, ſaturum, Quod eſt cibo plenum, Saoul. Plaut. in Capt. 6.72, Tametſi vnicus ſum, decere videatur magis me ſaturũ ſeruire apud te ſumptu & veſtitu tuo, quàm illic, vbi minime honeſtum eſt mendicantem viuere. Ibidem, 7.43, Satur homo eſt, habet profecto in ventre confidentiam. Idem in Menæh. 11.14, Satur nunc loquetur de me & de parti mea. Terẽt. in Hecyra, 5.2.3, Sed cũ tu ſatura atque ebria eris, puer vt ſatur ſit, facito.

Satur omnium rerum. Terent. in Adelp. 5.1.3, Sed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur, prodeambulare huc libitum eſt.

Saturus fricando. Plaut. in Pœnulo, 4.16, Neque vnquã lauando & fricando ſumus ſaturæ.

Satur, fœcundus & abundans. Perſius, Nec rus ſaturum laudare. Virg. lib. 2, Georg. Saltus & ſaturi petito longuiqua Tarenti. Vbi Seruius, ſaturi, aut fœcundi: aut quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum vicinæ ſunt Calabriæ ciuitates.

Saturio ſaturionis, m.g. Idem quod ſatur. Plaut. in Perſa, 4.23, Nam eſurio venio, non aduenio ſaturio.

Saturitas ſaturitatis, f.g. Saoulement. Plaut. in Capt. 3.35, Sed aperitur oſtium, vnde ſaturitate ſæpe ego exij ebrius. Idem, Proin tu deum hunc ſaturitate tranquillum facias tibi.

Saturitas pro fœcunditate. Cic. in Catone, Neque ſolum officio, quòd hominum generi vniuerſorum cultura agrorum eſt ſalutaris, ſed etiam delectatione quam dixi, & ſaturitate, copiaque rerum omnium quæ ad victum hominum & ad cultum etiam deorum pertinent.

Saturo, ſaturas, ſaturare, Saouler. Et ad omnes ſenſus pertinet. Cic. Iracundiam meam ſatura tuo ſanguine. Nonius, Expleri & ſaturari hanc habent differentiam. Expleri eſt tantũmodo plenum eſſe: Saturari, ſupramodum. Cic. lib. 6. de rep. Graues enim dominæ cogitationũ libidines, infinita quædã cogũt atque imperãt, quæ expleri atq; ſaturari nullo modo poſſunt.

Satullo ſatullas, ſatullare, Idem quod ſaturare. Varro, Neque in puluere mihi coquam carnes, quibus ſatullem corpora, & famem ventris.

SATVREIA, ſatureiæ, Herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum heracleoticum, à ſaturo dicta, quòd nullum ferè condimentum ſine eo fiebat, propter quod ſaturitatem inducere videbatur. Columella, Et ſatureia thymi referēs tymbræque ſaporē. Plin. lib. 19. cap. 8, Tymbram verò quæ ſit cunila. hæc apud nos habet vocabulū & aliud, ſatureia dicta in condimentario genere. Seritur menſe Februario, origano æmula. Sariette.

SATVS, ſata, ſatum, à ſero ſeris, Semé.

Satus pro genitus à Vergilio ponitur, lib. 2, AEneid. At nō ille, ſatū quo te mētiris, Achilles.

Satus, ſatus, ſatui, m. g. Ipſe ſerendi actus, Semaille, ou ſemoiſon. Plin. lib. 17, Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum. Id eſt, plantatione. Cic. de ſenect. Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem?

Satiuus ſatiua ſatiuum, Quod ſeminatur, vel quod idoneum eſt, vt ſeminetur. Gellius, Sed hi pleraſque naues loris ſuebāt: Græci magis cannabo & ſtupa, cæteriſque ſatiuis rebus.

SATVM, ſati, n. g. Genus menſuræ Palæſthinæ, quæ capit ſeſquimodium.

SATYRA, ſatyræ, f. g. Quaſi ſatura dici videtur, ob carminis varietatem, ſeu propter copiā rerum, quæ ibi tractantur. Eſt enim ſatyra, carmen maledicum, & ad carpēdum vitia compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulum, quòd perſonis, factiſque ſatiatum abundare videatur. Quidam à ſatyra lance, quæ referta multis, variiſque primitijs in ſacrificijs dijs offerebatur. Alij à lege ſatyra, dictam exiſtimant, quæ vno rogatu multa ſimul comprobat. De qua lege Salluſtius in Iugurtha, Deinde quaſi per ſatyram ſententijs exquiſitis in deditionem accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus refarciebatur, dictam ſatyram eſſe ſcribit. Vnde in ſecūdo libro Plautinarum quæſtionū habetur, Satyra eſt vua paſſa & polenta, & nuclei pinei ex muſto comperſi. Sunt qui à ſatyris deriuent, quòd in hoc genere carminis, res ridiculæ pudendæque ſcribuntur, quemadmodum proferri à ſatyris ſolent. Donatus in Terētium, Deinde aliud genus fabulæ, id eſt, ſatyra, ſumpſit exordium, quæ à ſatyris, quos illotos ſemper ac petulantes eſſe legimus, vocitata eſt. Poteſt etiā dici, ſatyram ideò vocatā, quòd in antiqua ſatyra introducebantur ſatyrorum perſonæ, aut ſi quæ erant ridiculæ ſimiles ſatyris. Duo quippe ſatyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius: quod ſola carminum varietate conſtabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionem continens.

Satyrus ſatyra ſatyrum, Quod ad ſatyram pertinet. vel Satyrus, qui ſatyram ſcribit.

Satyricus ſatyrica ſatyricum, Idem.

Satyricè, aduerbium, Acriter, cum conuitio.

SATYRIA, ſatyriæ, f. g. Auis, aliàs coruus. Florus, Cum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterum Pōtino agro cum in ſimili pugna L. Valerius inſidente galeæ ſatyria alite adiutus.

Satyria apud Latinos, cibarium confuſaneum dicitur, veluti cibus ex varijs rebus cōpoſitus.

SATYRION, f. g. Herba, de qua ſic Plinius lib. 26. cap. 10, Concitatricem vim habet ſatyrion. Duo eius genera, vna longioribus folijs quàm oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis teſtium, alternis annis intumeſcente ac reſidēte. Altera ſatyrion, orchis cognominatur, fœmina eſſe creditur: diſtinguitur internodijs, & ramoſiore frutice, radice fuſcis vtili. Naſcitur ferè iuxta mare.

SAVCIO, ſaucias, ſauciare, Vulnerare, Bleſſer, naurer. Plaut. in Bacchid, 4. 35, Non herus, ſed actor mihi cor odio ſauciat. Ibidem, 1. 30, Animum fodicant, bona diſtimulant facta, & famam ſauciant. Idem in Rud. 18. 50, Quid cauſſæ eſt quin vergis te vſque ad ſaturitatem ſauciem?

Sauciatus ſauciata ſauciatum, Participium, Vulneratus.

Saucius ſaucia ſaucium, Nomē quod naſcitur à participio ſauciatus: quo modo laſſus à laſſatus: & lacerus vel lacer, à laceratus. Saucius, Vulneratus, Frappé, bleſſé. Virg. lib. 2, Qualis mugitus fugit cū ſaucius aras Taurus. Plaut. in Perſa, 2. 25, Sauci⁹factus ſum in prælio Veneris ſagitta. Saucius, de labore etiam dicitur. Apuleius lib. 2. de Aſino, cum genitiuo iunxit, Mihi verò fatigationis heſternæ etiam nunc ſaucio da veniam.

SAXVM, ſaxi, n. g. Maius, aſperius, duriuſque quàm lapis, Vne groſſe pierre dure. Plautus in Moſtell. 8. 158, Iterum iam ad vnum ſaxum me fluctus efferunt.

Saxum aliquando pro lapide accipitur.

Saxum voluere dicuntur, qui inexhausto quopiam atque inutili labore fatigantur. Terentius * in Eunucho, 5.9.55. Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictũ in eos qui inextricabili sudore affligerentur, tractúmque putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum voluentis.

Saxulum saxuli, diminutiuũ. Cic. lib. 2. de Orat. Illã in asperrimis saxulis, tanquã nidulũ affixã.

Saxosus saxosa saxosum, Saxorum copiam significat, vt saxosa via.

Saxatilis & hoc saxatile, Quod saxa incolit. Vt piscis saxatilis.

Saxatilis piscatus. Qui inter saxa fit. Plaut. in Rud. 8.10, Post id hamatilem piscatum & saxatilem aggredimur.

SAXIFRAGVS, saxifragi, m.g. Herba quæ aliàs adiatum dicitur, de qua Plinius lib. 22. cap. 21, Calculos è corpore mirè pellit, frangitque, vtique nigrũ. Qua de causa, potius quàm quòd in saxis nasceretur, & à nostris saxifragum appellatum crediderim.

S C

SCABER, scabra, scabrum, à scabies deducitur, & asperum significat: quòd scabies asperitatem in cute faciat. Aspre, rude, reuesche. Plin. epist. 168, Igitur mihi quoque licebit scribere quæ legas, sit modo vnde chartæ emi possint: quæ si scabræ bibulæve sint, aut non scribendum, aut necessario quicquid scripserimus boni malive, delebimus. Plaut. in Trin. 8.106, Oues scabiæ sunt, tam glabræ hem, quàm hæc est manus. Virg. lib. 1. georg. Exesa inuenies scabra rubigine pila. Hinc vngues & dentes dicuntur scabri, qui sordidi sunt, etiam si non sint asperi tactu.

Scabredo scabredinis, f.g. Asperitas: sicuti quando caro contrahitur, & fit rugosa.

Scabritia, scabritiæ, & scabrities scabritiei, f.g. Asperitas. Vnde Plinius vngium scabritiẽ dixit.

Scabrè aduerbium, Asperè. Varro Manio, Derelinquere, camperire, sic vale scabrè, atque illiuie & vastitudine.

SCABELLVM, scabelli, n.g. diminutiuum à scamnum, Vne scabelle, ou petit banc. Cic. pro Cælio, Mimi ergo est etiam exitus, non fabulæ: in quo cum clausula non inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde scabella concrepant, aulæum tollitur.

SCABIES, scabiei, f.g. à scabo, vel à corporis asperitate dicta est, quæ vt Celsus scribit, est durior cutis rubicunda, ex qua pustulæ oriũtur, quædam humidiores, quædam sicciores. Exit ex quibusdam scabies, sitque ex his continua exulceratio pruriens. Galle, teigne. Plin. lib. 20. cap. 17, Item scabiem, prurigínem, psoras in descensione balnearum. Ibidem, cap. 1, Arida cum resina impetiginem & scabiem quam psoram & lichenas vocant.

Scabiosus scabiosa scabiosum, Galleux taigneux.

Scabo scabis, scabi, scabitum, scabĕre, Scalpere, quasi vnguibus fodere. Gratter. Plin. lib. 8, Si verò squamæ obtorpuere, spinis iuniperi se scabit.

SCAEVA, scæuæ, latine dicitur sinistra.

Scæuæ, Qui sinistra manu pro dextera vtuntur: quos Vlpianus inquit non esse morbosos aut vitiosos, præterquam si imbecillitate dexteræ validius sinistra vtuntur, & non consuetudine, sed hos non scæuas, sed mancos dici.

Scæuus, scæua, scæuum. Festus, Scæua res dicitur mala, quasi sinistra. σκαιὸν enim græce, sinistrũ dicitur. vulgus scæuam & bonam & malam rem vocat. Varro de ling. lat. lib. 3, Dicta ab scæua, id est sinistra, quòd quæ sinistra sunt, bona auspicia existimantur.

SCALA, scalæ, f.g. vel scalæ scalarum, à scandendo, quòd his altiora scandamus. nam proprie scalæ sunt quæ ex pluribus gradibus constant. Escalle. Plaut. in Rud. 15.10, Videbatur ad me simia aggredirier, rogare scalas vt darem vtendas sibi.

Scalam, à scalis distingunt quidam, sic, Scala est quæ ex teretibus lignis, aut funibus, aliáve materia simili huc atque illuc transferri potest. Caius Iureconsl. Vel scalam sciens accommodauerit ad ascendendum. Scalæ verò, latiores habent gradus, & immobiles permanẽt. Plin. Etiamnum scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur. Confunditur sæpe hæc differentia. Sallust. in Iugurtha, Vnæ atque alteræ scalæ comminutæ sunt: qui superstiterãt, afflicti sunt. Non dixit vna atque altera scala. Virg. Hærent parietibus scalæ.

SCALMVS, scalmi, lignum teres, cui nautæ remos loro quodam alligant, ad nauigandum, vt firmius nauigent.

SCALPO, scalpis, scalpsi, scalptum, scalpere, Fodere, & vnguibus pruritum auferre. scalpũt enim homines vnguibus, & gallinæ pedibus. Gratter. Plin. lib. 1x, Attritúque petræ scalpentes pisces pruritus inuadit.

Scalpere gemmam, aut aliquid aliud dicimus, Grauer, tailler, authore Diomede: nõ sculpere.

Scalptor scalptoris, m.g. Qui scalpit. Vng tailleur ou graueur. Plin. lib. 37, Expetuntur à scalptoribus, ferróque includuntur, nullam non duritiem ex facili cauantes.

Scalptura scalpturæ, f.g. Ipsa scalpendi actio, Taillure, engraueure. Plin. Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt.

Scalpurio scalpuris, scalpuriui, scalpuritũ, scalpurire, Idem quod scalpere, quod proprie est galli gallinacei cum terram scalpit. Plaut. in Aulul. 14. 8, Vbi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire vnguiculis circum circa.

Scalprũ scalpri, n.g. Ferrum quo præparatur corium, & quo raditur, Instrumẽt seruant a racler.

Scalpro vtuntur diuersi artifices. Cato de re rustica, Ficos & oleas altero modo, quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito. Columella lib. v, Scalprum, quod deinde aduncum est, rostrum appellatur.

Scalprum librarium, Suet. in Vitell. cap. 2, Ac post præturæ honorem inter Seiani conscios arreptus, & in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit. Dung ganiuet.

Scalprum sutorium, Vng tranchet. Horatius, Si scalpra & formas non sutor, nautica vela Aduersus mercaturis, delirus & amens Vndique dicatur.

Scalprum fabrile vocat Liuius, quo magistri elephantos interimebant, inter aures beluæ adacto in ipsa compage qua coniungitur caput capiti.

Scalprum inter instrumenta cirurgica numerat Cornelius Celsus, inquiens lib. 8, Tum demũ ad manum scalprúmque veniendum est.

Scalpratus scalprata scalpratum. Ferramentum scalpratum dixit Columella lib. 8, ad similitudinem scalpri formatum, quo ait opus esse ad castrandos apum alueos.

Scalpellus scalpelli, m.g. vel scalpellum scalpelli, diminutiua. Columella lib. 7, Scabies ferro cæsa perluatur vrina. etiã sæpe scalpello vsque ad imum resecare & amputare scabiem sæpe profuit. Cic. pro Pub. Sestio, Non ea est medicina, cum sanæ parti corporis scalpellum abhibetur, atque integræ.

SCAMNVM, scamni, n.g. Quod lecto veluti gradus apponitur, vt per id in lectũ facilius ascendatur. Varro scribit scamnum esse, quo duplici gradu in lectum altiorem conscendebant: scabellum quo simplici scansione in lectum non altum scandebant, Vng marche pied. Ouid. in arte, Et caua sub tenerum scamna dedisse pedem

Scamnum, Terra illa altior quæ inter duos sulcos in colendo relinquitur. Plin. Scamna inter duos sulcos cruda relinquantur. Columella lib. 2, vocat scamnum crudũ solum, & immotum, minimeque aratro proscissum. Idem lib. 4, Duabus gemmis supra terram eminere passim reposita humo cætera coæquãt, quæ faciunt in eadem linea intermissis totidem pedum scamnis dum peragant ordinem.

Scamnum, pro subsellijs sæpe ponitur, quoniam in his sedere consueuimus. Ouid. lib. 1. Fast. Ante focos olim scamnum considere longis Mos erat.

Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia, per quæ vites ascendunt.

SCANDALVM, scandali, n.g. Offendiculum, vel ruina. Ce a quoy on heurte, ou trebuche, ce qui faict trebucher aucun.

SCANDIX, scãdicis, f.g. Herba quæ in olere syluestri à Græcis ponitur. Plin. lib. xxi. cap. 15, Reliqua vulgarium in cibo apud eos herbarum nomina cõdrylla, hypochœris, & caucalis anthriscum, scandix. Idem lib. 22. cap. 22, Scandix quoque in olere syluestri à Græcis ponitur, vt Opion & Erasistratus tradunt. Item decocta aluum sistit.

SCANDO, scandis, scandi, scansum, scandere, In altum ire, Monter. Plaut. in Pseud. 3. 22, Quærunt literæ hæ sibi liberos, alia aliam scandit. Cic in Catone, Vt si qui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, cum alij scandunt malos, alij per foros current.

SCANDVLA, scandulæ, f.g. Scãdulæ paruæ tabellæ, hoc est, in paruas laminas sciſſæ è robore, aut alio ligno, maximè è glandiferis, & quæ resinam ferunt omnibus: quibus tecta teguntur. Aissele. Plin. lib. 16. cap. 10, Scandulæ e robore aptissimæ, mox è glandiferis alijs, fagóque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt. sed minimè durant, præter quàm è pinu. Scandulã contectam fuisse Romam vsque ab bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos author est.

SCANDVLACA, ſcandulacæ, f.g. à ſcandendo, genus herbæ frugibus inimicæ, quòd eis conſcendendo quaſi hedera noceat.

SCAPHA, ſcaphæ, f.g. Nauicula in ligno cauata. à σκάπτω, fodio, cauo. Vnde & σκαφὴ, à multis fiſſura, aluus, linter traducitur. quæ nauim maiorem ſequitur. Et paruæ ad piſcandum naues, ſcàphæ dicuntur. Vne naſſelle.

SCAPHIVM, ſcaphij, Vas, quod ſordium & ventris purgandi cauſſa fit, Vne pot a piſſer. Vlpianus, Scaphia habita ventris cauſſa non puto argento legato contineri. Iuuenalis, Et ride poſitis, ſcaphium cum ſumitur, armis.

Scaphiũ ſcaphij, n.g. Genus vaſis potorij. Plaut. in Sticho, 14.11, Quibus diuitiæ domi ſunt, ſcaphio, cãtharis, batiocis bibunt. Idem in Perſa, 4.43, Ampullã ſtrigilẽ, ſcaphiũ, ſoccos, pallium, marſupium habeat: inibi paulum præſidij, qui familiarem ſuam vitã oblectet modò. Cic in Verrẽ, act. 6, à pupillo Heio, cui Marcellus author eſt, à quo pecuniam grandẽ eripueras, ſcaphia cum emblematis Lilybæi vtrum empta eſſe dicis? an confiteris erepta?

SCAPVLA, ſcapulæ, f.g. Humerus ſiue dorſa. à ſcandendo, vt quidam volunt, quæ mobiles veluti mollibus iugulis à ceruice demittuntur. Eſpaule. Plaut. in Aſin. Mirabar quid dudum ſcapulæ geſtibant mihi, hariolari cœperant mihi in mundo malum. Idem in Trin. 14.2, Ne ſubito metus exoriatur ſcapulis, ſtultitiam abde.

Scapularis & hoc ſcapulare.

Scapulares, Serui dicti ſunt, quia ſcapulis cædũtur. Scapularis veſtis, Quæ tãtũ ſcapulas tegit.

Scapilium veteres pro tergo vſurparunt, & aliquando pro ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium quod inter ſcapulas quaſi vallicula, inter ſcapilium dicitur.

SCAPVS, ſcapi, m.g. Dicitur in quo ſemina quarundam herbarum dependent, vt in papauere. Le pauot. Plin. In papauere & ſimilibus ſcapus: in arundinibus, in glandibus, in auellanis, pannicula appellatur. Idem lib. 13. cap. 18, Hoc amplius in Euphrate tradunt & ſcapũ ipſum & florem veſpera mergi vſque in medias noctes, totámque abire in lacum.

Scapi, in quibus vuarum grana ſunt. Varro, Quæ calcatæ vuæ erunt, eorum ſcapi cum follicu-lis ſubijciendi ſub prælum, vt ſi quid reliqui habeant muſti, exprimatur in eundem lacum. Les coſſes du raiſin.

SCARABEVS, ſcarabei, m.g. Animal paruum volatile. De ſcarabeis ſic Plinius lib. xi. cap. 29, Quibuſdam pẽnarum tutelæ cruſta ſuperuenit, vt ſcarabeis. quorũ tenuior fragiliór-que penna, his negatus aculeus. Sed in quodam genere eorum grandi cornua prælonga, biſulcis dẽtata forcipibus, in cacumine cum libuit ad morſum coeuntibus, infantum remedijs etiã ex ceruice ſuſpenduntur. Lucanos vocat hos Nigidius. Aliud rurſus eorum genus, qui è ſimo ingentes pilas auerſis pedibus volutant: paruóſque in ijs contra rigorem hyemis vermiculos fœtus ſui nidulantur. Volitant alij magno cum murmure, aut mugitu . Alij focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno ſtridore vocales. Lucentignium modo noctu, laterũ & clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compreſſu obũbratæ, non ante matura pabula, aut poſt defecta conſpicuæ.

SCARIFICO, ſcarificas, ſcarificare, Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat. Columella, Laſer pedum, clauos circùm ſcarificatos ferro inuſtũ ceræ extrahit. Plinius, Dentium dolores ſedantur oſſibus draconis marini, ſcarificatis gingiuis. Idem, Reperitur in latere leporis acui os ſimile: hoc ſcarificari dentes in dolores ſuadent. Idem, Viri interempti dẽte gingiuas in dolore ſacrificari Apollonius efficaciſſimum ſcripſit. Vng eſcharbot.

Scarificare etiam dolorem aliquando dicimus, hoc eſt, ſcarificando dolorem expellere . Plin. Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maximè ſimile, hoc ſcarificari dolorem putant.

Scarificatio, ſcarificationis, f.g. Apertio facta tenui vulnere, vt ſanguis facilius exeat. Columella, Poſt ſcarificationem ferro factam.

SCATEO, ſcates, ſcatui, ſcatere, Ebulire vel exilire, Bouillir hors, & ſortir. Ablatiuo iungitur. Plaut. in Aulul. 16.22, Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcateat, Corinthienſem fontem Pyrenem poteſt. Sil en ſortoit du vin.

Scatet amore tuus animus. Plaut. in Perſa, 5.9, Potin' ne moneas? memini, & ſcio, & calleo, & commemini: amas pol miſera, id tuus ſcatet animus. Id eſt, abundat. Horatius, Scatentem beluis Pontum.

Scaturio ſcaturis, ſcaturiui, ſcaturire, Idem quod ſcatere. Quod eſt nõ ſolum aquarum, ſed herbarum, & cæterorum ſua ſponte vbertim naſcentium.

Scatebra ſcatebræ, f.g. Ebulitio aquæ ſurgẽtis. Sourſe. Virg. lib. 1. georg. Scatebríſque arẽtia tẽperat arua. Plinius, Areis diſtingui, eáſque reſupinis puluinorum thoris ambiri, ſingulis tramitum ſulcis quâ datur acceſſus homini, ſcatebríſque decurſus.

Scaturigo ſcaturiginis, f g. Idem. Columella lib. 4, Nã præſtat non conſerere, quàm in ſummâ terra ſuſpendere: niſi tamen ſcaturigo paluſtris obuia ſit, ſicut in agro Rauennate pluſquam ſeſquipedem prohibeat infodere.

Scaturies ſcaturiei, f.g. Idem.

SCAVRVS, ſcauri, Qui talos pedum tumentes ac porrectos habet. Horat. lib. 1. Serm. Illum balbutit ſcaurum prauis fultum male talis.

SCAZON, ſcazontis, Genus verſus, vt apud Perſium, Nec fonte labra prolui Cabalino, Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo Memini, vt repente ſic poeta prodirem. De his Plinius in epiſtola, 106, loquitur.

SCELVS, ſceleris, n.g. Flagitium, facinus, Meſchantete, mauuaiſtie. Plaut. in Sticho, 3.24, Aduorſari ſine dedecore & ſcelere ſummo haud poſſumus.

Scelus, pro ſcelerato aliquando ponitur. Plaut. in Amphit. 7.4, Iam quidem hercle ego tibi iſtam ſceleſtã ſcelus, linguã abſcindã. Terent. in And. 5.2.3, Scelus quemnã hic laudat?

Sceleſtus, ſceleſta, ſceleſtum, Mauuais, meſchant, plein de tous maulx. Plaut. in Moſtell. 8.1, Sceleſtiorẽ ago annum locando argento fœnori nunquam vllum vidi, quàm hic mihi annus obtigit. Idem in Mil. 10.138, Et minus audacter ſceleſta facerent facta. Ibidem, At qui improbi & ſceleſti, ijs adimerent animam citó.

Sceleſta ſeruitus. Plaut. in Curcul. 2.40, Lenonis hæ ſunt ædes. P A. male iſtis eueniat. P H. quî? P A. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.

Sceleſta cœna. Plaut. in Rud. 13.24. Sceleſtiorem cœnam cœnauí tuam, quàm quæ Thyeſtæ quondam ante poſita ab Atreo.

Sceleroſus ſceleroſa ſceleroſum, Propriè dicitur, vt inquit Donatus, author ſceleris. Terent. in Eunucho, 4.3.1, Vbi ego illum ſceleroſum miſera atque impium inueniam? aut vbi quæram? hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum?

Scelero ſceleras, ſcelerare, Polluere. Virg. Parce pias ſcelerare manus.

Sceleratus ſcelerata ſceleratũ, dicitur authore Donato, in quo ſcelus ſit conſtitutũ, vel cõmiſſũ.

Sceleratus pro nocente aliquando ponitur. Virg. At ſceleratum exquirere frigus Difficile eſt. Plaut. in Pſeud. 13.28, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis.

Sceleratus cãpus, Romæ appellatus eſt, proxime portam Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defoſſæ ſunt. Et ſceleratus vicus Romæ, in quo cum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruiũ regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens filia carpente ſuperuecta eſt, properans in poſſeſſionem domus paternæ. Hæc omnia ſcelerata dicta ſunt, hoc eſt polluta.

Scelerate aduerbium, Meſchamment.

SCENA, ſcenæ, f.g. Græce σκηνὴ dicitur, eſt inumbratio, ἀπὸ τῆς σκιᾶς, Vne tente ou fueillee. quæ quidem vt docet Seruius, inumbrationis cauſſa comperta fuit, vbi prius carmina incondita decantabantur. Quare & à nonnullis tabernaculũ ac papilio traductum fuit. Poſtea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vnde hodie conſuetudo permanſit vt cõponãtur pegmata à ludorum theatralium æditoribus. Vng eſcharfault. Vnde Scenophegia, tabernaculorum feſta. Sed cum in vrbe deducta fuit ſcena, redactum eſt nomen ad eã partem theatri quæ ab vno eius cornu ad aliud ducebatur. Conſtat autem ſcenam, theatri frõtem, binis pluribúſve contignationibus conſtructam, in quibus hiſtriones recitabant, mimíque, mirmilones & cæteri ludij, varios ludos ac geſticulationes ædebant. In ſcena autem, cum hemicycli formã haberet, gradus ſediliáque fuere: de quibus primarij magiſtratus, honoratioreſque ſpectarent: eorúmque ſedilia pars intima orcheſtra eſt dicta. Placidus grammaticus ſcribit eſſe cameram hinc inde compoſitam, quæ in vmbræ locum in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item ſcenam dici arborum in ſe cubantium, quaſi concameratam denſationem, vt ſubter poſitos tegere poſſit. Item ſcenam vocari compoſitionem alicuius criminis quæ digna ſit agi in theatro, exclamationib⁹ tragicis. Scena ſic definitur à Labeone, quæ ſit ludorum faciendorum cauſſa quolibet loco vbi quis conſiſtat, moueatúrque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita in publico, priuatóque, vel in vico, quo tandem loco paſſim homines ſpectaculi cauſſa admittebãtur. hæc autem verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis, quæ ſubito tota quibuſdam machinis vertebatur, & aliã picturæ faciem oſtendebat. Ductilis, quæ

contractis tabulatis, hac atque illac interiorem picturæ ſpeciem denudabat.

Scenicus ſcenica ſcenicum, Quod ad ſcenam pertinet. vt ſcenici ludi.

Scenofactorius ſcenofactoria ſcenofactoriũ. Ars ſcenofactoria, Qua fiunt vmbracula & tabernacula, quacunque re fiant, vt aulæis vel pellibus.

Scenopegia, ſcenopegiorum, n. g. pluralis numeri. Feſta tabernaculorum, in quibus Iudæi faciebant tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorũ in quibus habitauerunt cum ex AEgypto peregrinarentur in eremo. Ab σκῆνος, & πήγνυμι.

SCEPTRVM, ſceptri, n. g. Virga eſt qua reges vtuntur. Tractum à Græco σκηπτρον. Proprie autem ſceptrum Iouis erat, ab eo ad reges & principes & magiſtratus tranſlatum. Hinc ad fœdera facienda ſemper adhiberi ſceptrum conſueuit, quando veteres in hoc Iouis ſimulachrum adhibere ſolebant cum ſceptro. Quod cum difficile eſſet aliquando, præſertim quando fœdera cum remotiſſimis fiebant, inuentum eſt vt ſceptrum quaſi imaginem Iouis tenentes fœdus percuterent.

SCHEDA, ſchedæ, f. g. Tabella ſiue pagella phylliracea, hoc eſt tiliacea, qua pro chartis priſcos vti ſolitos Euſtathius & AElianus aſſerunt, H dieque græcũ vulgus ſchedas vocat tabulas eas quibus ſupputatores numeris ſcribẽdis vtũtur, vt mox litu ſpõgiæ leuiter aboleri poſſint.

Scheda, folium chartæ, ſiue papyri nondum compactæ & ligatæ, quod & phyluram græco vocabulo nũcupamus. Plin. Sed ratio deprehendit vitium vnius ſchedæ reuulſione. Quintil. Nam qui omnes etiam indignas lectione ſchedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operã poteſt. Cic. Attico lib. 2, Nunc ſi me amas, ſi te amari à me ſcis, enitere per amicos, clientes, hoſpites, libertos denique, ac ſeruos tuos, vt ſcheda ne qua depereat. nã & græcis his libris quos ſuſpicor: & latinis, quos ſcio illũ reliquiſſe, mihi vehemẽter opus eſt.

Schedæ, pro libris monumentíſque literarũ quandoque accipiuntur. Martialis, Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Tu procedere adhuc & ire quæris, Nec ſumma potes in ſcheda teneri.

Schedula ſchedulæ, diminutiuum.

SCHEDIA, ſchediæ, f. g. Ratis eſt latinè, Id eſt, nauigium temere factum, & inconditum vt trabes connexæ, & ſine fabrica compactæ, quæ nauigij vicem præbent, authore Feſto.

Schedia, ponitur aliquãdo pro ponte ſeu loco fluminis quoquo modo iuncto, authore Suida. Herodotus certè pontem quo Darius Boſphorum iunxit, ſchediam vocat.

Schedion dicitur à Græcis extemporaneum, id eſt quicquid inelaboratum, quicquid temere factum eſt, nec ſatis confectum.

Schedia, ſchediorum, Incondita & extemporanea carmina dicũtur, quæ noſtri ſyluas appellãt. Et Græci σχεδιάζειν vſurpant pro eo quod eſt extempore dicere.

SCHEMA, ſchematis, n. g. Forma latinè dicitur, figura, ſiue cultus, ornatúſve.

Schema ſchemæ etiam dicitur. Plaut. in Amphit. 3. 117, Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini, quòd ego huc proceſſi ſic cum ſeruili ſchema. In antiquioribus codicibus ſcema, abſque aſpiratione ſcriptum viſitur.

SCHISMA, ſchiſmatis, n. g. Latine ſciſſura dicitur. ab σχίζω, quod eſt ſcindo.

SCHOENOS, latine dicitur funis. Plaut. in Rud. 8. 5, Hi ſchœni enim atque hæ arundines ſunt nobis quæſtu & cultu.

Schœnobates, Qui per funes ludendo graditur. ὁ σχοῖνος funis, & βαίνω aſcẽdo, quaſi funambulus. Iuuenalis, Augur, ſchœnobates, medicus, vagus, omnia nouit.

SCHOLA, ſcholæ, f. g. Literarum ludum ſignificat. à verbo græco σχολάζω, quod eſt vaco, quia cæteris rebus omiſſis, vacare liberalibus ſtudijs pueri debent. Plin. epiſt. 144. c, Lætor etiam, quod domus aliquando C. Caſſij, huius, qui Caſſianæ ſcholæ princeps & parens fuit, ſeruiet domino non minori.

Erat & in alueis ſchola, apud Victruuium, pars labri ſiue aluei, à præſtolando, vt quidam arbitrantur dicta, vt occupato ab his qui priores veniſſent, labro, in ſchola cæteri circunſpectantes rectè ſtare poſſent. Erat & in porticibus, authore Plinio, Alexandrum (inquit) & Philippũ cum Minerua qui ſunt in ſchola, in Octauiæ porticibus & Philippi.

Scholæ, pro diſputationibus & controuerſijs quæ in ſcholis inter doctorem & diſcipulos otioſè agitari ſolent, accipitur apud Ciceronem lib. 1. Tuſcul. Hãc perfectam Philoſophiã ſemper iudicaui, quæ de maximis quæſtionibus copioſè poſſet, ornatéque dicere: in quam exercitationem ita nos ſtudioſe operam dedimus, vt iam etiam ſcholas Græcorum more habere auderemus.

Scholaris & hoc ſcholare, Quod ad ſcholam pertinet.

Scholaſticus ſcholaſtica ſcholaſticum, Idem. Vnde ſcholaſtica diſciplina. & ſcholaſtici diſcipuli, qui diſcendi cauſſa ſcholas frequentant. Plin.epiſt.24, Scholaſticis porrò dominis, vt hic eſt, ſufficit abunde tantum ſoli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnamque ſemitam terere, omneſque viticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint.

SCHOLIVM, ſcholij, n.g. Interpretatio breuior, breue ſcriptũ. Cic. Attic. lib. XV I, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me oportuiſſe te id facere. Itáne mi Attice defenſione eget meũ factũ, præſertim apud te, qui id mirabiliter approbaſti? Ego verò iſtum ἀπολογισμὸν συντάξομαι, ſed ad eorũ aliquẽ, quibus inuitis & diſſuadentibus profectus ſum. Et ſi quid iam opus eſt σχολίῳ, ſi perſeueraſſem, opus fuiſſet. Eidem lib.13, Hic autem langueſcit, & ait tibi illum iure iratum: ſed vtar tuo conſilio. σχολιὰ enim tibi video placere.

SCIENS, ſcientis, vide SCIO.

SCILICET, Idem ſignificat quod ſcire licet, certe: ſed per amaritudinem quandam cum deriſu permiſtam. Virg. Scilicet is ſuperis labor eſt. Terent. in And. 1.2.14, Meum gnatum rumor eſt amare. D. id populus curat ſcilicet. Il eſt bien a ſcauoir que le peuple ſen ſouye, il en chault beaucoup au peuple, ſi tu le ſcauois bien. Idem in Heaut. 4.1.34, Scilicet equidem iſtuc factum ignoſcam.

Scilicet nonnunquam ſine amaritudine dicitur, & irriſione: & aduerbium affirmandi eſt. Plaut. in Aſin. 9.84, Tam ego homo ſum quàm tu. M. ſcilicet ita res eſt. Soyez aſſeure quil eſt ainſi. Terẽt. in And. 5.4.48, De vxore ita vt poſſedi, nihil mutat Chremes. CH. cauſſa optuma eſt: niſi quid pater aliud ait. P. nempe. S. ſcilicet. Idem in Eunucho, 5.9.10, Nobis dedit ſe. PA. fratris igitur Thais tota eſt? C. ſcilicet. Cic. Attico, Si taceo oppreſſus & captus, quo dolore eſſe debeo? Quo ſum ſcilicet. Terent. in Eunucho, 2.3.55, Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginẽ? CH. verũ, paraſitus cum ancilla. P. ipſa eſt ſcilicet. Il ny a point de faulte que ceſt elle. Plaut. in Rud. 24.54, Quia ſi oſtẽdero, cõtinuò hũc nouiſſe dicent ſcilicet. Terent. in Heaut. 4.5.44, Neque tu ſcilicet eò nunc confugies, Quid mea?

Scilicet, ponitur aliquãdo cum ea quæ confuſè dicta ſunt, poſtea exponimus. Terẽt. in Heaut. 5.1.29, Nam vbi deſponſam nuntiaſti filio, continuò iniecíſſe verba tibi Dromonem, ſcilicet, ſponſæ veſtem, aurum, ancillas, opus eſſe argentum vt dares. Idem in Eunucho, 4.4.9, Non vides? P. videam obſecro, quem? PH. hunc ſcilicet.

SCINDO, ſcindis, ſcidi, ſciſſum, ſcindere, Couper. Plaut. in Ciſtell. 10.46, Capillo ſciſſo, atque exciſſatis auribus.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus, Eſt parti, diuiſe. Virg. lib. 2. AEneid.

Scindere neceſſitudines. Plin. in Paneg. 60, Nec ſine piaculo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines velut intercedente viceſima ſcindi.

Scindidi in præterito, apud Plautum legitur in Pſeud. 13.42, Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi.

Sciſſilis & hoc ſciſſile, Quod ſcindi poteſt.

Sciſſio, ſciſſionis. f.g. Coupeure.

Sciſſura ſciſſuræ, fœm.gen. Idem.

Sciſſus, ſciſſus, ſciſſui, m g. Idem. Varro, Sciſſu materiæ fatigatus quieſcebat lectulo.

SCINTILLA, ſcintillæ, f.g. Proprie eſt quæ è ſilice, cum is cæditur, exilire ſolet. Scintelle de feu. Virg. At primum, ſilicis ſcintillam excudit Achates. Ouid. lib.4. Faſt. Pars quoque cum ſaxis paſtores ſaxa feribant, Scintillam ſubito proſiluiſſe ferunt.

Scintillo ſcintillas, ſcintillare, Splendere, micare. Plaut. in Menæh. 17.69, Vt oculi ſcintillant, vide! Voyes comment les yeulx luy ſcintellent, ou eſclairent.

SCIO, ſcis, ſciui, ſcitũ, ſcire, Scauoir. Plaut. in Epid. 12.7, Quia ego hãc quæ ſiet, neque ſcio, neque noui. Terent. in And. 1.1.68, Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ vitæ modũ. Idem in Hecyra, 3.5.20, Ego ſcio me cauiſſe, ne vlla merito contumelia fieri à vobis poſſet. Ibidẽ, 3.2.25, Non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant?

Scire de. Plaut. in Aſin. 12.154, Ne vxor reſciſcat metuit, de argento ni mater tua ſciat, vt factum ſit.

Scio ex. Plaut. in Capt. 6.47, Quæ tamẽ ſcito ſcire me ex hoc. Idem in Cur. 6.7, Nã quod ſcio, omne ex hoc ſcio. Terent. in Heaut. 3.1.2, Primum ex me vt ſciat ſibi filium redijſſe.

Scit omnes linguas. Plau. in Pœn. 2.112, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciẽs ſe ſcire.

Scire fidibus, Vetuſta ecclipſis, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, 1.2.53, Is vbi hãc forma videt honeſta virginem, & fidibus ſcire, pretium ſperans.

Scibo in futuro facit,& ſciã. Terent.in Heaut.5.2.43,Aut ſcibis cuius ſis. Idem in Phor. 5.1.38,Nemo ex me ſcibit. Idem in Eunucho,4.4.59,Ego ſcibo ex hoc quid ſiet.

Scibitur impersonaliter. Plaut.in Capt.13.16,Quod cum ſcibitur,per vrbem irridebor.

Scin',pro ſciſne. Terent.in Eunucho,4.7.30,Scin' tu vt tibi res ſeſe habeat?

Sciens ſcientis,participium, Qui ſcet. Terent.in And.3.2.28, Id ego iam nunc tibi renuntio herè futurum,vt ſis ſciens. Ibidem,4.4.36, Nunc adeò,vt tu ſis ſciens, ni puerum tollis, iam ego hunc in mediam viam prouoluam. Idem in Adel.4.5.78, Ne forte imprudens faciam quod nolit,ſciens cauebo. Donatus,Sciens per alios. Idem in Phor.2.1.7,Verùm ſcientem,tacitum,cauſſam tradere aduerſarijs,etiámne id lex coegit? Idem in Heaut.4.8. 33,Nam te ſciente faciam,quicquid egero. Ibidem,5.5.6,Sciens non faciam.Ie ne le feray point que ie ſache, a mon eſciant. Idem in Eunucho,4.2.13,Villam prætereo ſciens,A mõ eſcient. Plaut.in Caſina,25.11,Nugatur ſciens.

Scientia,ſcientiæ,f.g. Qua aliquid ſcitur. Science. Cic.lib.1. Tuſcul. Quod autem erat ſenſu comprehenſum,id ipſum ſenſum appellabat. Et ſi ita erat comprehenſum vt cõuelli ratione non poſſet,ſcientiam:ſin aliter, inſcientiam nominabat.

Scienter aduerbium,Cum ſcientia & doctrina,De faict a penſee.Plin.in Paneg.109.Explanatúitque verba,quibus caput ſuum,domum ſuam,ſi ſcienter fefelliſſet,deorum iræ cõſecraret.

Scienter,Scitè,diſertè,peritè.Cic.in Bruto,Quàm omnino multa de iure ciuili:quæ quidem omnia peritè & ſcienter,tum breuiter & expreſſe, & ſatis ornate, & pereleganter diceret. Ibidem,Vt enim ex neruorum ſono in fidibus quàm ſcienter ij pulſi ſint,intelligi ſolet,ſic ex animorum motu cernitur quid tractandis his perficiat orator. Suet.in Tit.Veſp.cap. 3,Sed ne muſicæ quidem rudis,vt qui cantaret & pſalleret, iucũdè ſciẽtérque. Scauemmẽt.

Scitus ſcita ſcitum, Sciens & argutum. Terent.in Eunucho,2.2.23, Scitum hercle hominem, hic homines prorſus ex ſtultis inſanos facit.O le fin homme,& ſubtil. Idem in Heaut.1. 2.36, Hoc ſcitum eſt,periculum ex alijs facere tibi quod ex vſu ſiet. Idem in Phor.5.4. 2,Quàm ſcitum eſt, eiuſmodi parare animo cupiditates, quas, cum res aduerſæ ſient, paulo mederi poſſis ! Que ceſt ſcauamment faict. Plaut.in Trin. 11.25,Scitum vt ego opinor,conſilium inueni.

Scitus,Placens,elegans.Plaut.in Merc.16.15,Satis ſcitum filiũ mulieris. Terent.in And. 3.2.6,Per ecaſtor ſcitus puer natus eſt Pamphilo.

Scitè aduerbium,Doctè,artificioſeque. Terent.in Heaut.4.5.16,At ſi ſcias quàm ſcitè in mẽtem venerit, vah gloriare eueniſſe ex ſententia. Ibidem,4.4.7, Satis ſcitè promittit tibi. Ibidem,4.5.37,Scitè poterat fieri.

Scitè ſcitus.Plaut.in Caſina,11.8,Eho nimium ſcitè ſcitus es.

Scitulus ſcitula ſcitulum,diminutiuũ.Plaut.in Rud.14.7,Qua ſunt facies ſcitula. Ibidem, 21.3,Atque ambas forma ſcitula atque ætatula.Aſſez belles.

Scius ſcia ſcium,Qui ſcit.

SCIRPVS,ſcirpi,m.g.Eſt vt inquit Donatus,ſine nodo & leuis iunci ſpecies,paluſtris res. Feſtus,Scirpum eſt id quod in paluſtribus locis naſcitur,leue & procerũ, vnde tegetes fiunt.

Nodum in ſcirpo quærere. In anxium dicebatur, nimiſque diligentem,aut meticuloſum,qui illuc ſcrupulum moueret,vbi nihil eſſet addubitandum.Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæhmis,7.22,& verbis ijſdem apud Terentium in And.5.4.39. Feſtus ex Ennio citat,Quæris & in ſcirpo ſoliti quod dicere nodum.

Scirpi apud Gellium dicuntur captiunculæ,argutiæque.

Scirpeus ſcirpea ſcirpeum,Ex ſcirpo factum.Plaut.in Aulul.17.9,Quaſi pueri qui nare diſcũt, ſcirpea inducitur ratis.

Scirpo ſcirpas,ſcirpare,Vincire,ligare,innectere,implicare.

Scirpea dicitur,quæ virgis ſcirpatur, hoc eſt colligando implicatur, in qua ſtercus, aliúdve ſimile vehitur iumentis. Ouid. In plauſtro ſcirpea lata fuit. Cato,Crates ſeſternarias vimine contextas appellat ſcirpeas.

Scirpea dolia,Id eſt caſſa.

Scyrpus à nonnullis per y,ſcribitur. Ab alijs ſcirpus,cum i latino.

Scirpicula ſcirpiculæ, falx qua in ſcirpandis,hoc eſt ligãdis vineis vtimur, ad amputanda ſuperflua ligamentorum. Varro,Falces dicuntur vineaticæ opus eſſe ſex, ſcirpiculæ quinque.

Scirpiculum,ſcirpiculi,Caniſtrum quod ſpinis confectum eſt,vel à ſcirpando dicitur.

SCISCO,ſciſcis,ſciui ſcitũ,ſciſcere,Scire.Plau.in Amphi. Ocyꝰ adcurro,vt ſciſcã quid velit.

Scíſcere, Statuere, decernere. Plaut. in Curcul. Rogationes plurimas propter vos populus ſciuit, quas vos rogatas rumpitis.

Sciſcitor ſciſcitaris, ſciſcitari, deponens, Idem quod ſcitari, Senqueſter & enquerir pour ſcauoir quelque choſe. Plaut. in Amphit. 16.6, Ibo aduerſum, vt ſiquid habent, ſciſciter. Terent. in Eunucho, 3.4.10, Niſi quicquid eſt, procul hinc libet prius quid ſit ſciſcitari.

Sciſcito ſciſcitas, ſciſcitare, Actiuum protulit Plautus in Merc. 7.46, Imò mane: paucula etiam ſciſcitare prius volo.

Scitor, ſcitaris, ſcitari, Interrogare, ſeu inueſtigare, quæ occulta magis ac ſecretiora ſunt. Senquerir. Plaut. in Capt. 8.13, Secede huc: nam ſunt quæ ex te ſolo ſcitari volo. Virg. lib. 2. AEneid. Suſpenſi Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.

SCISSILE, & SCISSIO, vide SCINDO.

SCITVS, vide SCIO.

SCOBS, ſcobis, fœmin. gen. ſecundum Priſcianum: vel hic ſcobis ſecundum Phocam, Eſt id quod ab aliqua materia minutiſſimum decidit, dum vel ſera feratur, vel terebra perforatur: necnon exattritione laterum ſcobs habetur, qua frequenter ad metalla & pauimenta tergenda ſeduli miniſtri vtuntur. Horatius in Serm. Villibus in ſcobis, in napis, in ſcobe quantus Conſiſtit ſumptus neglectis, flagitiũ ingens, Ter lapides varios lutulẽta radere palma. Sciure, limure, & autre ſemblable pouldre. Plin. lib. 34, Alij elimatã ſcobẽ, è fictili cado coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum.

SCOBINA, ſcobinæ, à ſcobs, inquit Varro, limatura dicitur.

SCOLOPENDRA, ſcolopendræ, f.g. Plin. lib. 9. cap. 43, Scolopẽdræ terreſtribus ſimiles, quas centipedes vocant, hamo deuorato omnia interanea euomunt, donec hamum egerant, deinde reſorbent. Vng macquereau.

Scolopendra, piſcis Plinio dicitur lib. 31. cap. 11.

SCOMBRVS, ſcombri, m.g. vel ſcomber, Genus piſcis marini, cui in aquis ſulphureus eſt color, extra aquam qui cæteris. Plin. lib. 9. cap. 15, Cum thynnis hæc & pelamides in pontum ad dulciora pabula intrãt gregatim cum ſuis quæque ducibus, & primi omniũ ſcombri, quibus & in aquis ſulphureus color, extra qui cæteris. Plaut. in Capt. 13.82, Pernam atque Ophthalmiam, horæum, ſcombrum, & trigona, & cetum, & mollem caſeum?

SCOMMA, ſcommatis, n.g. Latine dicitur cauillum. Eſt (vt inquit Macrobius) morſus figuratus, qui ſæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet, aliud intelligat. nec tamẽ ſemper ad amaritudinem pergit. τὸ σκῶμμα. Vng lardon ou broquart.

SCOPAE, ſcoparum. f.g. Pluralis numeri. Inſtrumentum quo pauimenta verruntur. Vng ballay. Plaut. in Sticho, 6.23, Munditias volo fieri hic ferte huc ſcopas, ſimúlque harundinem, vt operam omnem aranearum perdam.

Scopæ, quaſi ſcobæ dicuntur, quòd his purgamenta veluti ſcobem educimus.

Scopas diſſolutas, homines nihili nulliúſque prorſum conſilij Cicero vocat, ſcribens ad Atticum, epiſt. lib. 7, his verbis, Cæſarem vidi Minturnis ad VIII. Cal. Feb. mane, cum abſurdiſſimis mandatis, non ad homines, ſed ſcopas diſſolutas, vt id ipſum ille mihi videatur irridendi cauſſa feciſſe. Idem in Oratore perfecto, agens contra eos qui numeros orationis contemnunt, ſcopas diſſoluere dixit, pro eo quod eſt rem prorſus inutilem efficere. Nam ſcopæ colligatæ, & ſpeciem videtur habere qualemcũque, & ad verrendum pauimentum ſunt accommodatæ: porrò ſi diſſolueris, nihil inutilius, nihil inelegantius. Ciceronis verba ſunt, Etſi hoc illius dictum eſt, ſcopas (vt ita dicam) mihi videtur diſſipare.

Scopula ſcopulæ, diminutiuum. Columella lib. 13, Deinde penniculo detergit, & feruentiſſima pice infuſa, nouo alio rutabulo & ſcopula picatur. Comme vne eſcouuette.

Scopo ſcopas, ſcopare, Ballier.

Scoparius ſcoparij, Miniſter, cuius miniſteriũ eſt vt deuerrat pauimenta ſordentia. Vlpianus, tit. de fundo inſtructo, Si villa cultior ſit, accedere inſtrumento fundi attrieſes & ſcoparios.

SCOPEI, Homuli parui, qui etiam ab aliquibus ſtilpones vocantur.

SCOPVS, ſcopi, m.g. Locus in quem emittẽdo tela dirigimus. Le but. Suet. de Domitiano, Nõnũquã in pueri procul ſtãtis, præbentíſque pro ſcopulo diſpãſam dextræ manus palmã, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla innocuè euaderent. Vegetius lib. 2, refert, quòd ſagittarij, funditoréſve ponere ſolebant pro ſcopo, hoc eſt ſigno, ſcopas, id eſt, fruticum vel ſtraminum faſces. Macrobius propoſitum vocat, quod Græci σκοπὸν nominant. Scopus apud oratores, dicitur quò tendit omnis ductus oratorius.

Scopulus ſcopuli, diminutiuum, Saxum eſt eminens, à ſpeculando ita vocatus. σκοπῶ enim ſpeculari eſt.

Scopelon Græci nominant locum eminentem, hoc eſt ſpeculam.

SCORIA, ſcoriæ, f.g. Metallorum purgatio, quaſi fæx, ſicut ſpuma, quæ ex feruefcente materia tollitur. Plin. lib. 33. cap. 4, Spurcitia in omni metallo, ſcoria vocatur.

SCORPIO, ſcorpionis, m.g. Animal venenoſum, cauda feriens. Plin. lib. xi. cap. 25, Semper cauda in ictu eſt, nullóque momento meditari ceſſat, nequando deſit occaſioni. Vide plura in eodem capite.

Scorpius dicitur, ſicut & ſcorpio.

Scorpio, ſiue ſcorpio, Signũ cęleſte. Columella, Sol ingreditur ſcorpiũ xiiii. Cal. Nouẽbris.

Scorpio, Militare inſtrumentum, quòd paruis, ab ſubtilibus ſpiculis inferat mortẽ: ſiue quòd ſcorpionis ſimilitudinem habeat, cum arcus hinc atque hinc chelarum ſimilitudine præferant ſpiculum caudæ. Sunt qui arcubaliſtam appellant. Quidam etiam accipiunt ſcorpiũ pro genere inſtrumenti torquendi, vt ſunt rubi aculeati, vel flagellum virgarum, vt ſcutica habens in ſummitate glãdes plumbeas. Plin. lib. 7. cap. 56, Et in tormentis ſcorpionẽ Cretas inueniſſe ferunt.

Scorpius, Herba eſt ſemen habens ad ſimilitudinem ſcorpionis, quæ valet aduerſus animal ſui nominis.

Scorpionarius ſcorpionarij. Qui ſcorpionibus, hoc eſt arcubus vtuntur, vt feriant ſagittis.

SCORPITES, Gemma eſt ſcorpionis colore.

SCORTEVS, ſcortea, ſcorteum, dicitur omne id quod ex pellibus factũ eſt, inquit Feſtus: Martialis, Ingrediare viam cælo licet vſque ſereno, Ad ſubitas nunquam ſcortea deſit aquas. Ouid. in Faſt. Scortea non vlli fas eſt inferre ſacello.

Scortum (inquit Feſtus) pellis teſtium arietinorum.

Scortum ſcorti, Proprie corium eſt animalium, præſertim eorum quæ craſſiorem pellem habẽt, ac duriorem.

Scortum dicitur etiam meretrix. Plaut. in Aſin. 16. 17, Is apud ſcortum, corruptelæ & liberis luſtris ſtudet.

Scortor ſcortaris, ſcortari, Meretricari, Paillarder.

SCREO, ſcreas, ſcreare, Cum conatu quodam de pectore ſputum eijcere. Cracher. Plaut. in Curcul. 3. 20, Vini pollens lepidus Liber, qui ſcreanti tibi ſiccæ, ſemiſomnæ potionem affert, atque it ſedatum te. Plin. lib. 23, Eadem in iumento, hominéque phlegma aut ſanguinem qui ſcreat talo circunligata ſanat.

Screatus ſcreatus, ſcreatui, m.g. Ipſa ſcreatio, Crachement. Terent. in Heaut. 2. 3. 132, Gemitus, ſcreatus, tuſſis, &c.

Screator ſcreatoris, m.g, Qui ſcreat. Plaut. in Mil. 10. 52, Screator minime ſum ſuccidus.

Screabilis & hoc ſcreabile, Quod ſcreari poteſt. Plin. lib. 2, Pulmonum vitia excreabilia facit.

SCRIBA, vide SCRIBO.

SCRIBLITA, ſcriblitæ, f.g. Genus cibi appellatũ eſt, quòd in circuitu ad reſtis modũ torqueretur. Hoc ſolum differens à placenta, quòd ſine melle coquebatur, & feruentiſſima edi ſolebat. Martialis, Circunlata diu menſis ſcriblita ſecundis, Vrebat nimio fæua calore manus. Plaut. Dum ludi fiunt, in popinam pediſequi, irruptionem facite nunc occaſio, nunc dum ſcriblitæ æſtuant occurrite.

SCRIBO, ſcribis, ſcripſi, ſcriptum, ſcribere, Eſcrire. Plaut. in Aſin. 13. 10, At vt ſcribas vide planè, & probè. Idem in Pſeud. 7. 132, Quaſi in libro, cum ſcribuntur literæ calamo.

Scribere mea manu, ſua manu, non, propria manu, quod nuſquam apud bonos authores reperitur. Cicero Attico, Antequam aliquo loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu literas expectabis. Eidem, Obſignaram iam epiſtolam meam, quam puto te modo perlegiſſe, ſcriptã mea manu. Eidẽ, Noli putare pigritia facere me, quod non mea manu ſcribã. Ibidem, Accepi aliã alia iucundiorẽ, quæ quidẽ erat tua manu. Idem in Catillinam, Legimus literas & reſcriptum ipſius manu. Liuius de bello Punico, Fœdera Amilcaris ſcripta manu. Idem de bello Macedonico, Poliſenidas ſua manu ſcripſit.

Scribere, Proprie eſt eorum qui aliquid condunt. Terent. in prologo Eunuchi, 36, Quî magis licet currentes ſeruos ſcribere, bonas matronas facere, meretrices malas, &c. Cic. Cornificio, Sed proxime ſcripſit de optimo genere dicendi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſic vt doctum hominem, à non indocto palàm diſſidere.

Scribere dicam alicui, vide DICA.

Scribere aliquid in animo. Terēt. in And. 1.5.48, Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis.

Scribere alicui salutem. Plaut. in Bacchid. 15.81, Quid scribam? c. scribe salutem tuo patri verbis tuis.

Scribere nummos, Per mensæ scripturam dare. Plaut. in Asin. 9.30, Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, iam pro iis satisfecit Sticho? L 1. feciſſe satis opinor: nam vidi hunc ipsum adducere, & rapere in ius Exærābum. L E. sic obsecro! quàm credidi, vix anno pòst exegi. L 1. nunc satagit, adducit domum etiam vltrò, & scribit nummos.

Scribere, Pingere. Plin. de Nicomacho pictore, Scripsit & Apollinem & Dianam, deúmque Martem in leone sedentem. Vnde & picturas legere dicimus. Virg. Quin protinus omnia Perlegerent oculis.

Scriptito scriptitas, scriptitare, Frequentatiuũ à scripto scriptas frequentatiuo. Cic. Attico lib. 7, Et hæc, & si quid aliud, ad me scribas velim, vel potius scriptites.

Scripturio scripturis, scripturire, Scriptionem affectare.

Scriba scribæ, m. g. Qui literas, vel gesta, vel tabellas, & alia quæcunque scribit nomine regis vel alterius. Secretaire. Liuius lib. 1, de Cn. Mutio loquens, Ibi cum militibus stipendiũ forte daretur, & scriba cum rege sedens pari ferè ornatu multa ageret. Et paulò pòst, Scribam pro rege obtruncat. Cic. Rufo, Ad ea quæ scripsisti, commodius equidem possem de singulis ad te rebus scribere, si M. Tullius scriba meus adesset. Idem in Verrem, act. v, Ego de meis hoc dico, Cum in eadem ista Sicilia pro frumēto ciuitatibus pecuniam soluerem, & mecum duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Manulium, & L. Sergiũ, nō modo istas duas quinquagesimas, sed omnino nummum nullum cuiquam est deductum.

Scriba, Qui libros à nobis æditos scribit. Vng escriuain.

Scriba, Tabellarius, quem vocamus tabellionem.

Scriptor scriptoris, mascul. gen. Qui scribit siue texit epistolam, orationem, librum, opúsve quodcũque. Liuius lib. 1, Etsi in tanta scriptorum turba mea fama in obscuro est. Donatus in prologo Terentii, Indifferenter (inquit) omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à veteribus dicebatur.

Scriptura scripturæ, f. g. Id quod scribimus.

Scriptura, Compositio libri. Cic. lib. 3. ad Heren. Non sum nescius quantũ susceperim negotij, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sum voces. Scriptura, id est scribendo. Idem lib. 4, Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. Id est, eius quod scribendum est. Terēt. in prolog. Adelph. 1, Postquam poeta sensit scripturã suam ab iniquis obseruari, & aduersarios rapere in peiorem partem quam acturi sumus.

Scriptura, Stylus quo quis vtitur in scribendo. Cic. Trebonio, Cũ verò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Cecinna Ciceroni, Genus autē hoc scripturæ non modo liberum, sed incitatum atque latum esse quis ignorat?

Scriptura erat quã exercebant qui agris, pascuis, aut pecoribus præerant: & tam ij, quàm qui portus aut portaria curabant, vectigalia describentes, aut colligentes, magistri scripturæ & portus dicebãtur. Scriptura eiusmodi hodie est eorum mancipum, qui glādiarios & pascuos saltus redimunt. Plautus in Trucul. 4.40, Nam aduorsum legem à me ob meam scripturam pecudem accipi, fierique. A. idem quod tu facis, faciunt, rem malè gerentes: vbi non est scriptura, vnde dent, incusant publicanos. Cic. Attico, Terentius meus necessarius, magnas operas in portu & scriptura Asiæ pro magno dedit. Idem pro Lucio Flacco, Mirandum verò est homines eos quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati, scripturæ decumæ, portorium orti, libenter arripere facultatem lædendi. Idem in Verrem, In scriptura Siciliæ pro magistro est. Ibidem, Portũ autem & scripturas eadem societas habebat. Idem pro lege Manilia, Nã cum hostiũ copiæ nō longè absint, etsi irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Ita neque ex portu, neque ex decimis, neque ex scriptura vectigal cōseruari potest. Asconius, Mancipes sunt publicanorum principes Romani homines, qui quæstus sui causſa decumas redimunt, qui pastum aut pecora publica portorii aut pecuarii, quorum ratio scriptura dicitur.

Magister scripturæ, qui vectigalia describebat. Cic. Attico, Magister scripturæ & portus quidam Lucius Carpinatius.

Scripturarius ſcripturarii, Idem quod magiſter ſcripturæ. Scripturarii dicebantur à Nonio & Feſto, ij qui mancipum rationes faciebant: quales hodie ſunt quos clericos & cõmiſſarios vocant octauanorum & viceſimanorum.

Scriptio ſcriptionis, f.g. Quæcũque ſcriptura. Varro, Auarus fœnerator ſpe lucri rem ſcriptione duplicarat.

Scriptio, Epigramma, ſiue id quod ſcribitur, vt ſit memorabile. Cic. pro Archia poeta, Quàm multas nobis imagines, verũetiam ad imitandũ fortiſſimorũ virorum expreſſas ſcriptiones & Græci & Latini reliquerunt, quas ego mihi ſemper in adminiſtrãda rep. proponẽs, animũ & mentẽ meã ipſam in cogitatione hominũ excellentiũ cõfirmabã. Idem Dolabellæ, Oratiunculã pro Deiotaro, quam requirebas, habebã mecũ, quod nõ putaram. itaque eam tibi miſi: quam velim ſic legas vt rem tenuem & inopem, nec ſcriptione magnopere dignam.

Scriptorius ſcriptoria ſcriptorium, Quod aptum eſt vt ex eo ſcribatur, ſeu quod ad ſcriptorem pertinet, vt atramentum ſcriptorium.

SCRBLIGO ſcribliginis, f.g. à vetuſtiorib⁹ Latinis dicebatur ſoloeciſmus, à tortuoſæ orationis prauitate ac verſura.

SCRINIVM, ſcrinij, n.g. à ſecernendo dicitur, quo ſeruantur pretioſa ac ſecreta. Coffre. Plinius, Alexander cepit ſcriniũ vnguentorũ. Idem epiſt. 100. b. lib. v, Viſus eſt ſibi per nocturnã quietem iacẽre in lecto ſuo, compoſitus in habitu ſtudentis, habere ante ſe ſcrinium. ita ſolebat. Idem epiſt. 147. f, Nam in ſcrinio eius datus à Caro de me libellus inuentus eſt.

SCRIPTITO, SCRIPTVRA, vide SCRIBO.

SCROBS, ſcrobis, generis tam maſculini quàm fœminini ſecundũ Priſcianũ. Seruius tamen ait magis maſculinũ eſſe, quàm fœmininum. Sunt ſcrobes, foſſiones, vt putei vel foueæ intra terram manufactæ ad vineas vel arbores cõſerendas, vel ad metalla & quæcunque alia fodienda. Columella, Ante annum quàm poma diſponere voles, ſcrobes fodito.

Scrobiculus ſcrobiculi, m.g. diminutiuũ. Plinius lib. 21, Atque in ſcrobiculis ſeruntur, heminis fæcis circũfuſis. Columella lib. v, Et id quod à matre abſciſſum receſſit, cõfeſtim à latere circunfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſõlum præciditur.

SCROFA, ſcrofæ, f.g. Quæ multos peperit porcos. Vne truye. Varro, Propterea matrẽ ſcrofam ſua quæque hara, ſuos alat oportet, quæ alios aſpernatur. Plaut. in Capt. 13.40, Eorum ſi cuiuſquam ſcrofam in publico cõſpexero, ex ipſis dominis, meis pugnis exculcabo furfures.

Scrofipaſcus ſcrofipaſci, m.g. Qui paſcit ſcrofas. Plaut. in Capt. 13.38, Tum piſtores ſcrofipaſci qui alunt furfure ſues.

SCROTVM, ſcroti, n.g. Pellis quæ teſticulos continet.

SCRVPVS, ſcrupi, m.g. Lapillus breuis, qui preſſus ſolicitudinem creat. Feſtus. Scrupi dicũtur aſpera ſaxa & difficilia attrectatu.

Scrupeus ſcrupea ſcrupeum, Lapilloſus, Pierreux. Virg. lib. 6, Spelunca alta fuit, vaſtóque immanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro.

Scrupulus ſcrupuli, m.g. diminutiuũ à ſcrupus, Propriè lapillus breuis & aſper, qui in calceo latens, plerunque nos lædit. nam preſſus pede, ſolicitudinem creat.

Scrupulus pro ſolicitudine & difficultate aliquãdo ponitur. Terẽt. in Phor. 5.9.30, Ea mortem obijt, è medio abijt: qui fit in re hac ſcrupulus? Quelle doubte y a il plus? Ibidẽ, 5.8.61, Mõſtri, ita me di amẽt, ſimile. P. inieci ſcrupulũ. Ie lay mis en reſuerie. Idem in Adel. 2.1.20, Timet, inieci ſcrupulũ homini. SA. ô ſcelera, illuc vide vt in ipſo articulo oppreſſit. Idem in And. 5.4.38, At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. Cic. pro Cluẽtio, Hic tamen iniectus eſt hominibus ſcrupulus & quædã dubitatio quidnã eſſet actũ. Plin. epiſt. 94. b, Exime hũc illi, exime hunc mihi ſcrupulũ: ſine me ſuauitate eius, ſine leporibus perfrui. Idem, Deinde exhauri mea mãdata, maximè quæſo quoad potes, de illo domeſtico, ſcrupulum, quem non ignoras.

Scrupulus, ſiue ſcrupulũ ſcrupuli, Nomen ponderis, latinè obolus dicitur, & ſex ſiliquis cõficiebatur, & ex tribus ſcrupulis drachma. Denariũ noſtrũ valet. Valerius Max. lib. 4, de paupertate, Eadem gens nullum antè ſcrupulũ auri habuit. Cic. Attico, lib. v, Etiã illud iam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe vllum in illa inſula, neque vllam ſpem prædæ, niſi ex mancipijs.

Scrypulus etiam ſcribitur à nonnullis. Ouid. de remed. amoris, Quinque parant marathri, ſcrypula myrrha nouem.

Scrupulus etiã menſura eſt in metientis terris. Varro lib. 1. de re ruſt. Ab hoc principio menſores nõnũquã dicũt in ſubciſiuũ eſſe vnciã agri, aut ſextãtem, aut quid aliud, cũ ad iugerũ

peruenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo. Columella lib. v. cap. 1, Igitur vt diximus, iugerum habet quadratorum pedum viginti octo milia, & octingentos, qui pedes efficiunt ſcrupula ducẽta octoginta octo. Vt autẽ à minima parte, id eſt ab dimidio ſcrupulo incipiam, pars quingenteſima ſeptuageſima ſexta pedes efficit quinquaginta, id eſt iugeri dimidium ſcrupulum : pars ducenteſima octogeſima octaua pedes centum, hoc eſt ſcrupulũ: pars centeſima quadrageſima quarta, pedes CCLX, hoc eſt ſcrupula duo.

Scrupuloſus ſcrupuloſa ſcrupuloſum, Plenũ ſcrupulis. Plaut. in Capt. 4. 82, Nam meus ſcrupuloſam victus commeat viam.

Scrupuloſus, Sollicitus & anxius. Plin. epiſt. 49. b, Miraris quòd tot volumina, multáque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit.

Scrupulatim, aduerbiũ, Per ſcrupula, Par le menu. Plin. lib. 22, Scrupulatim quidem colligere ac miſcere vires, non coniecturæ humanæ opus, ſed impudentiæ eſt.

SCRVTO, ſcrutas, vel ſcrutor ſcrutaris, ſcrutari, Inquirere. Plaut. in Aulul. 20. 23, Iam ſcrutari mitto, redde huc. Idem in Amphit. 14. 30, Scrutabor, Eho dic mihi, quis videor?

Scrutinium ſcrutinii, Inueſtigatio. Apuleius lib. IX, Poſtremum magiſtratibus placuit obſtinatè denegantem ſcrutinio detegere.

SCRVTVM, ſcruti, n. g. Scruta, attritæ vſu veſtes, dimidiatæ ſtrigiles, & iumentorũ ſoleæ, refixi clauí, idque genus alia, quæ viliſſimi proxenetæ venalia habent, quos antiqui ſcrutarios appellabant. Lucilius, Quidni ſcruta quidem vt vendat ſcrutarius laudat.

Scruta quidam interpretãtur imagunculas pueriles deliciarii operis, quæ populo circũferebãtur, bellariorũ taliũ liguritori cupientiſſimo. Horat. Vilia vendẽtẽ, tunicato ſcruta popello.

Scrutarius ſcrutarii, Qui ſcruta vendit.

Scrutaria ſcrutariæ, Scrutatio ipſa, vel ars ſcruta cõficiendi. Apuleius lib. 4, Scrutariam facitis.

SCVLNAM, pro ſequeſtro veteres vſurpauere, quaſi ſeculnam: quo verbo vſus eſt Varro.

SCVLPO, ſculpis, ſculpſi, ſculptum, ſculpere, Cædendo imaginem aliquam efficere, Tailler, grauer. Plin. lib. 36. cap. 4, Marmore ſculpendo primi omniũ inclaruerunt Dipœnus & Scyllis geniti in Creta inſula.

Scalpo, non ſculpo dici debere, author eſt Diomedes. vide SCALPO.

Sculptura ſculpturæ, f. g. Taillure, engrauure. Eſt quæ auro, argẽto, ære, ferro, ligno, ebore, marmore, vitro, gemmis opera efficit.

Sculptor ſculptoris, m. g. Vng tailleur, ou graueur. Plin. lib. 36. cap. 5, Iam fuerant in Chio inſula Malas ſculptor, dein filius eius Micciades &c.

SCVLPONEA, ſculponeæ, f. g. Calceus ex lana cõfectus. Plaut. in Caſina, 10. 59, Qui quæſo potius quàm ſculponeas, quibus batuatur tibi os? Neuius, Sculponeis batuenda ſunt latera. Cato ſcribit ſculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ ruſticanæ.

Sculponeatus ſculponeata ſculponeatum, Sculponeis indutus. Varro, Aſpicio ſculponeatã, bigas ſequi cornutas.

SCVRRA, ſcurræ, f. g. Qui riſum ab audiẽtibus captat, nõ habita verecundiæ ratione aut dignitatis. Vng plaiſãteur, qui dit mots pour rire, affin dauoir la repue frãche. Plau. in Trin. 4. 122, Nihil eſt profectò ſtulti⁹, neque ſtolidi⁹, neq; mẽdaciloquius, neque argutũ magis, neq; cõfidẽtiloquius, neque periurius, quàm vrbani aſſidui ciues, quos ſcurras vocãt. Atque egomet me adeò cum illis vnà ibidem traho, qui illorũ verbis falſis acceptor fui, qui omnia ſe ſimulãt ſcire, ne quicquã ſciũt: quod quique in animo habẽt, aut habituri ſunt, ſciunt. id quod in aurẽ rex reginæ dixerit, ſciũt: quod Iuno fabulata ſit cũ Ioue. quæ neq; futura, neque facta ſũt, tamen illi ſciũt. falſone an verè laudẽt, culpẽt quẽ velint, nõ floccifaciũt, dum illud quod lubeat ſciãt. Idem in Epid. 2. 13, Vix adipiſcẽdi poteſtas modo fuit. T. ſcurra es. Cic. Papirio Pæto, lib. 9. epiſt. Dupliciter delectatus ſum tuis literis, & quòd ipſe riſi, & quòd te intellexi non poſſe ridere. me autem à te, vt ſcurrã velitem, malis oneratũ eſſe, nõ moleſtè tuli. Idem pro Quintio, Memini vetus eſt, de ſcurra multo facilius diuitem, quàm patrẽfamiliâs fieri poſſe. Idem, Quoniam frequentiſſimè vſus eſt iocis, & nocentiſſimos ſæpe hoc dicendi genere tutatus eſt, ſcurra ab inimicis ſuis eſt dictus.

Scurra dictus eſt, vt quidam volunt, à ſequendo, quòd id genus hominũ, homines ſequi ſoleant opulentiores, aliquid promerendi cauſſa.

Scurrilitas ſcurrilitatis, f. g. Vitium vrbanitati oppoſitum, turpis & procax dicacitas.

Scurrilis & hoc ſcurrile, Ridiculum cum turpitudine.

Scurriliter, aduerbium, Procaciter. Plin. epiſt. 90, Quid hunc putamus domi facere, qui in tanta re, tam ſerio tempore, tam ſcurriliter ludat? En facon dung plaiſanteur.

SCVTELLA, vide SCVTVM.

SCVTICA, ſcuticæ, Flagellum ex pelle. Vng fouet.

Scuticula ſcuticulæ, f. g. diminutiuum.

SCVTILVM, ſcutili, n. g. Tenue ac macrũ, in quo tãtũ exilis pellicula cernitur. ἀ σκύτος.

SCVTRA, ſcutræ, Vaſis genus, Idem quod ſcutella.

Scutriſcum ſcutriſci, Vaſis genus apud Catonem, à ſcutra verbo græco deriuatum.

SCVTVM, ſcuti, n. g. Vng bouclier. Dictum ſcutum ab σκύτος, id eſt pellis, quòd non ſine pellibus fiat, inquit Feſtus. Plinius lib. 35. cap. 3, Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatũ eſt, continebantur imagines.

Scutum, Vaſis genus eſt, Vne eſcuelle.

Scuta ſcutæ fœminino genere etiam dicitur, teſte Plinio.

Scutulum ſcutuli, n. g. diminutiuum. Cic. de natura deorũ, Cum pelle caprina, cum haſta, cum ſcutulo, cum calceolis repandis.

Scutula ſcutulæ, & ſcutella ſcutellæ, diminutiuũ, à ſcuta. Vne eſcuelle. Martialis, Beſſalem ad ſcutulam ſexto peruenimus anno. Idem, Sic implet gabatas, paropſidéſq; Et leues ſcutulas, cauáſque lances.

Scutula, Forma rotunda, quales aranea contexit.

Scutula, Serpentis genus in Africa.

Scutula, Haſta teres, qua lina teruntur.

Scutella ſcutellæ, aliud diminutiuũ, Genus vaſis cõcaui, rotundi, quo minutal ex carne vel oleribus in menſam exhibetur. Cic. lib. Tuſcul. Demus ſcutellã dulciculæ potionis, aliquid & proideamus cibi. Quædam exemplaria legunt ſcutulam, in eadem tamen ſignificatione.

Scutulatus ſcutulata ſcutulatũ, Forma rotunda factũ, quales aranea texit. Plin. lib. x i, Quanta arte cælauit pedicas ſcutulo rete ad capiendas muſcas circà graſſantes.

Scutulata veſtis, Quæ habet quoſdã orbes, vel circulos, quaſi ſcutulis diſtincta. Nã ſicut diuerſos colores picturæ Babylonii, plurimis verò licijs Alexandrini texere, quæ polymita appellant, ita Galli ſcutulis veſtes diuidere, quæ ſcutulata dixerunt, inſtituêre.

Scutulatus color apud Palladium in menſe Aprili cap. 13, Colores (inquit) hi præcipui, Albineus, ruſſeus, murteus, ceruin⁹, gilbus, ſcutulat⁹, albus, guttatus, candidiſſimus, niger, preſſus.

Scutarius, ſcutarij, Qui ſcutorum curam habet, vel qui ſcuta facit. Plaut. in Epid. 2. 35, Id modo videndum vt materies ſuppetat ſcutariis.

Scutarius ſcutaria ſcutarium, Quod ad ſcuta pertinet. Vnde Vegetius lib. 2, In Romana militia habebant fabricas ſcutarias & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutigerulus ſcutigeruli, à Plauto ſumitur pro armigero, qui ſcutum domini gerit.

SCYPHVS, ſcyphi, m. g. Vaſis potorii genus, Vng hanat. Hoc veteres vſi ſunt in conuiuijs. Virg. Et ſacer impleuit dextram ſcyphus. Plaut. in Aſin. 9. 38, Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulítne?

S E

S E, Pronomen accuſatiui caſus à Sui, vide S V I.

Se, Præpoſitio, ſemper compoſita inuenitur, fit vt quibuſdam placet, à ſemis, quod ſeparationẽ facit, ſiue à ſecus. Modo vim ſeparatiuã habet, vt ſeparo, ſeduco. modo abnegatiuã, vt ſecur⁹.

SECEDO, ſecedis, ſeceſſi, ſeceſſum, ſecedere, Seorſum ire, vel ſeorſum venire. Plaut in Curcul. 7. 2, Fugite omnes, abite, & de via ſecedite. Deſtournés vous du chemin. Idem in Capt. 6. 25, Secede huc nunc iam, ſi videtur, procul. Idem in Amphit. 8. 137, Secede huc tu Soſia.

Secedere, Aliquando ſignificat ſpatiari, & à negotiis vacare.

Seceſſus, ſeceſſus, seceſſui, m. g. Diſceſſus, Depart.

Seceſſus, Sinus ſecretior. Virg. Eſt in ſeceſſu longo locus.

Seceſſus, dicitur etiam vacatio.

SECERNO, ſecernis, ſecreui, ſecretum, ſecernere, Diuidere, Separer. Cic. Secernant ſe mali à bonis. Idem de Amicitia, 78, Secerni autem blandus amicus à vero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quam omnia fucata & ſimulata à ſinceris atque veris.

Secernere, Seponere, Mettre a part. Cic. Luceio, Quod mihi acciderit optatius, ſi in hac ſententia fueris, vt à continentibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuam rerum geſtarum hiſtoriam complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam, rerum, euentorúmque noſtrorum.

Secretus, ſecreta, ſecretum, Separatum. vt ſecretus locus, à cæteris quaſi ſeparatus. Secreta mandata, ſecretæ literæ, quæ vel nullis, vel paucis communicantur.

Secretum colloquium. Plin. de viris illuſt. 28, Secretum colloquiũ à tribuno impetrauit, & gladio ſtricto, dimittere eum accuſationem terrore multo compulit.

Secretæ cõſultãt, A part. Plau. in Bacch. 23. 32, Quid illęc illic in cõſilio duę ſecretę cõſultãt?

Secretò, aduerbium, En ſecret, a part. Plaut. in Aulul. 6. 14, Eò nunc te ſecretò huc foras ſeduxi. Idem in Amphit. 10. 73, Mirum quid ſolus ſecum ſecretò ille agat.

SECESPITA, ſeceſpitæ, fœmin. gen. Culter ferreus oblongus, manubrio eburneo, rotundo, ſolido, iuncto ad capulum argento auróque, fixo clauis æneis, ære Cyprio, quo Flamines ad ſacrificia vtebantur: à ſecando dicta. Suet. in Tib. Nam & inter pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubijciendum curauit. Feſtus, Seceſpitam alij ſecurim, alij dolabram æneam, alij cultellum putant.

SECESSIO, SECESSVS, vide SECEDO.

SECIVIVM, Libum eſt quod ſeceſpita ſecatur. Feſtus. Alij ſecium ſcribunt.

SECIVS, aduerbiũ, Perottus putat à ſecus comparatiuum eſſe, & aliquando pro ſecus, id eſt propè poni. Alij à ſeró.

Secius, Minus. Apuleius, Nec eo ſecius approbabitur tibi nunc etiã firmitas animi mei. Virg. Nec ſecius omnis in vnguem Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.

Secius, Tardius. Accius, Si fortè paulò quàm veniam ſecius. Feſtus citans iſta Accij verba, à ſerò dicit deriuari. indicans ſimul geminam eſſe lectionem hoc loco, SERIVS.

SECLVDO, ſecludis, ſecluſi, ſecluſum, ſecludere, Seorſũ claudere, Fermer a part. Cic. lib. 1, Tuſcul. His demum quoddam iter eſt ſecluſum à concilio deorum. Le chemin leur eſt fermé quil ne peuuent entrer au concil des dieulx.

Secludere, Fermer hors, ou mettre hors. Excludere. Virg. Soluite corde metum Teucri, ſecludite curas.

Secludere vitam corpore. Plaut. Quid magis in rem eſt meam, quàm corpore vitam ſecludã? Que ie me tue?

SECO, ſecas, ſecui, ſectum, ſecare, Excidere, Couper. Columella lib. 2, Cum ſecueris autẽ herbam medicam, ſæpius eam rigato. Plaut. in Merc. 6. 38, Vel vt ſcias me amare cape cultrũ, ſeca digitum, vel aurem. Idem in Perſ. 9. 14. Secare iubeas. SA. metuo ne immaturã ſecem. Cic. Id totum ſecuit in duas partes.

Secare, pro ducere aliquando ponitur, quoniam dum iter facimus, quodammodo viam diuidere videmur. Virg. lib. 6, Ille viam ſecat ad naues. Per metaphorã. Idem, Arboribus poſitis ſecto via limite quadret. hoc eſt, ducto limite. Tibullus, Et ſecet ad Phrygios vilia membra modos.

Secare, Proſequi, Pourſuyure. Virg. Quæcunque eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem.

Sectio ſectionis, f. g. Conciſio dicitur, Coupure.

Sectio, Media vel aliqua pars bonorum, qua quis multatur. Cic. in Antoniũ, Expectantibus omnibus quiſnã eſſet tam impius, tam demens, tam dijs hominibúſque hoſtis, qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere, inuentus eſt nemo præter Antonium. Cæſar lib. 3, Cõment. Poſtridie eius diei refractis portis cum iam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris, ſectionem eius oppidi vniuerſam Cæſar vendidit. Id eſt, bona oppidi vendidit ſub haſta.

Sector ſectoris, m. g. Qui ſpem lucri ſui ſecut⁹, bona dãnatorũ emebat in auctionib⁹, ac poſtea pro cõpẽdio vẽditabat, ſic dictus quòd empta ſua proſequatur. Vnde à Cicerone Antonius ſector Põpeii appellatur, quoniã in ſubhaſtatiõe bona Cn. Põpeii redemerat. Tãtus (inquit) igitur te ſtupor oppreſſit, vel vt verius dicam, tantus furor, vt primum cum ſector ſis, iſto loco natus, deinde cum Pompeii ſector, non te execrandum populo Romano, non deteſtabilem, non omnes tibi deos, omnes homines & eſſe inimicos, & futuros ſcias? Idem pro Roſcio, Neſcimus per iſta tempora eoſdem ferè ſectores fuiſſe collorum & bonorum?

Sectores item ſunt, qui ex damnatione accuſati dimidium bonorum expectant, aut certè aliquam partem, & id perſequuntur. Plaut. in Trin. 13. 18, Mira ſunt, ni illic homo eſt, aut dormitator, aut ſector zonatus.

Sectilis & hoc ſectile, quod ſectũ eſt, aut excidi poteſt. vt ſectile porrũ, id eſt ſectum, & ſua ſponte conciſum. Iuuenalis, Quis tectum ſectile porrum, ſutor.

Sectiuus ſectiua ſectiuũ, Idem. vt ſectiuũ porrũ, quòd folia eius ſæpius ſecantur, vt profundius

creſcat. Columella, Porrum ſi ſectiuum facere velis, denſius ſatum præceperũt priores reliqui, & ita cum increuerit ſecari.

SECORS, vel ſocors, ſocordis, o. g. Qui in corde nihil ſe ad probitatem exercet, & qui tardus vel negligens eſt in conſulendo, proſpiciendóve quid opus ſit facto. vide SOCORS.

Secordia, ſecordiæ, f. g. Cõponitur ex ſi, quod eſt ſine, & corde, vt inquit Feſtus. Secordiã (inquit idem Feſtus) quidam pro ignauia poſuerunt. Cato pro ſtultitia poſuit. Plaut. in Pœnulo, 4. 95, Nimia nos ſecordia hodie tenuit.

SECRETO, SECRETVS, vide SECERNO.

SECTA, ſectæ, f. g. vide SECTOR ſectaris.

SECTILIS, vide SECO, ſecas.

SECTOR, ſectaris, ſectari, Frequentatiuũ à ſequor. Sectari dicitur, qui aliquem ſequi frequẽtat, vt eum poſſit vel videre vel alloqui. Pourſuyure. Plaut. in Ciſtell. 6. 1, Anum ſectatus ſum clamore per vias.

Sectari, Continuè ſequi, vt fit cum quempiã in ſermonibus, in ſententijs, in diſciplinis & cæteris factis ſedulò, perpetuóque ſequimur ac imitamur. Enſuyure. Terent. in Eunucho, 2. 2. 31, Ibi homo cœpit me obſecrare, vt ſibi liceret diſcere id de me. ſectari iuſſi, &c.

Sectari belluas, apros, ceruos, Chaſſer aux cerfs. Inueſtigare, perquirere, ſequi. Plaut. in Mil. Reſpondit ſe ſectari ſimiam. Terent. in Phor. Adoleſcentulum ceruam videre, fugere, & ſectari canes. Virg. in Buc. Si dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo.

Sector ſectoris, vide SECO.

Secta ſectæ, f. g. à ſector ſectaris, ſeu à ſectus, id eſt ductus. Græcè hæreſis dicitur. Vne ſecte ou ſuyte, quãt on ſuyt ancun en ſa doctrine, ou maniere de viure, & eſt on de ſon opinion. Ea inter philoſophos eſt, aut philoſophis ſimiles, vt Platonici, Ariſtotelici. Columella lib. 6, Quare antiquiſſimum eſt formam huius operis cõſcribere, quam velut ſectam, legémque in proſcindendis agris ſequantur agricolæ. Cic. pro L. Flacco, Vos ne pœniteat tali ciui nõ peperciſſe, per deos immortales iudices prouidete. quotus enim quiſque eſt, qui hanc in rep. ſectã ſequatur? qui vobis, qui veſtri ſimilibus placere cupiat? Idem ad Brutum, Reliquias hoſtiũ Brutus perſequitur, & Cæſar. Hoſtes autem omnes iudicati qui M. Antonii ſectam ſecuti ſunt.

Sectarius ſectaria ſectarium. Veruex ſectarius, qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. in Capt. 13. 51, Qui petroni nomen indunt verueci ſectario.

Sectacula ſectaculæ, fœ. g. diminutiuũ à ſecta. Quaſi ſequela quædam & propagatio. Apuleius, Occipiunt ſciſcitari qualis ei maritus, & vnde natalium ſectacula proueniret. Fortaſſe ſcribendum ſectatula.

SECVBO, ſecubas, ſecubui, ſecubitum, ſecubare, Separatus ſiue ſeorſum cubare, Coucher a part. Propertius, Miles depoſitis annoſus ſecubat armis. Liuius lib. 39, Per iocum adoleſcẽs vetat eam mirari, ſi per aliquot noctes ſecubuiſſet religionis cauſſa, vt voto pro valetudine ſua facto liberetur.

SECVLA, ſeculæ, f. g. Falx. à ſecando dicta. Hac vtuntur qui in pratis herbas ſecant.

SECVLVM, ſeculi, n. g. Spatium centum annorũ, inquit Feſtus. Vnde carmen ſeculare Horatij, in quo ſcribuntur ſacrificia, quæ centeſimo quoque anno fiebant. Liuius ab vrbe condita ſcribit Pompilium ante Pythagoram ducẽtis fermè annis fuiſſe. Vnde Cicero, Ex quo etiã quidam Numam Pompilium regem noſtrum fuiſſe Pythagoreum ferunt, qui annis permultis antè fuit quàm ipſe Pythagoras. quo etiam maior vir habendus eſt, cum illam ſapientiam cõſtituẽdæ ciuitatis, duobus propè ſeculis antè cognouit, quàm eam Græci natã eſſe ſenſerũt.

Seculum, Spatium xxx annorum nonnulli dici putant.

Seculũ, à ſequẽdo ſe, eo quòd ſequatur, atque in ſe reuoluatur: Varro à ſene deriuat, quia rem productiſſimam deſignabat.

Seculum, pro tempore ſæpe vſurpatur. vt ſeculum ſterile. Plin. epiſt. 112. b, Dij faciãt vt talia tibi ſæpius nuntiem. faueo enim ſeculo, ne ſit ſterile & effœtũ: miréque cupio ne nobiles noſtri nihil in domibus ſuis pulchrũ, niſi imagines habeant.

Seculum mille annos habere putãt alij. Plaut. in Mil. 14. 86, Quin mille annorum perpetuo viuunt ab ſeculo ad ſeculum.

Secularis, & hoc ſeculare. Ludi ſeculares apud Romanos, quæ poſt centum annos fiebant.

SECVNDVS, ſecunda, ſecundum, Quod ſequitur primum, quod ſecundo loco eſt. Second. Et tam numerum, quam ordinem denotat. Plautus in Pœnulo, 4. 109, Primum ſalua ſis prima & ſecunda in ſecundo.

Secundo lumine. Cicero Attico, lib. 6, Cæſaris interdicta, ſi te ſecundo lumine hic offendero, reſpuentur.

Secundus panis, idem quod ſecundarius, Pain bourgeois. Horat. Paſti ſiliquis, & pane ſecũdo.

Secundo loco ornatè dicitur, pro eo quod eſt ſecundo.

Secundæ menſæ. vide MENSA. Virg. in georg. Non ego te diis & menſis accepta ſecũdis Tranſierim Rhodia.

Secundus, per tranſlationem ponitur pro proſpero. Quòd ita vti volumus ſecet, id eſt ſequatur: vel quòd quæ adſunt, proſpera eſſe dicuntur. Hinc res ſecundæ, quæ pro noſtro deſyderio ſequũtur. Cic. de Amicit. 22, Nam & ſecũdas res ſplẽdidiores facit, & aduerſas partiẽs, cõmunicánſque leuiores. Terent. in Phor. 2. 1. 11, Quãobrem omnes cum ſecundæ res ſunt maximè, tum maximè meditari ſecum oportet, quopacto aduerſam ærumnam ferant. Idem in Adel. 4. 3. 14, Omnes quibus res ſunt minus ſecũdæ, magis ſunt neſcio quo modo ſuſpicioſi. A qui tout ne vient point a proſperite, & ſelon leur vouloir, ou ſouhait. Idem in And. 5. 6. 11, Age, me in tuis ſecundis rebus reſpice.

Secundæ res de. Terẽt. in Heaut. 2. 2. 1, Si mihi ſecundæ res de amore meo eſſent, iamdudum ſcio veniſſent.

Secundus ventus, Bon vent a deſyr & ſouhait, qui neſt point impetueulx. Plaut. in Merc. 22. 34, Hic ventus nunc ſecundus eſt, cape modo vorſoriam.

Secundum, Præpoſitio accuſatiuo caſui ſeruiẽs, pro iuxta ſiue propè. nã quod ſecundo loco poſitum eſt, prope eſt. Seruius Sulpitius, Duo vulnera accepiſſe, vnum in ſtomacho, alterum in capite ſecundum aurem. Pres de loreille. Plaut. in Rud. 4. 61, Quid illuc eſt Scepario hominũ ſecundũ littus? Idem in Sticho, 7. 44, Ite hâc ſecũdum vos me, ego hunc lacero diem.

Secundum, Poſt, Apres. Plaut. in Caſi. 2. 27, Secundũ ludos reddũt autem nemini. Idem in Capt. 5. 45, Nam ſecundum patrem tu es pater proximus. Quintil. Nam quod vnum mihi ſecundum patrem fortuna videbatur, paraſſe præſidium, id ego ſperare in alia ſorte non poteram. Cicero, Proximè autem & ſecundum deos homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt.

Secundum, Pro, Pour vt ſecundũ te litem do, id eſt pro te. Secundũ me iudica, pro me. Suet. in Claud. Abſentibus ſecundũ præſentes dabat. Cic. in Verrem, Vtatur cõſilio ſuo, nec cogat ante horam decimam de abſente ſecundũ præſentem iudicare, id eſt, ac ſi præſens eſſet. Vlpianus, Et poſt edictum ſecundum præſentem iudicabitur: ac ſi præſens eſſet.

Secundum, In. vt ſecundum quietem, id eſt, in quiete. Suet. in Auguſt. Adfirmabat ipſum eſſe cuius imago ſecundum quietem ſibi obuerſata ſit.

Secundum, Super. Salluſt. in Iugurtha, Secundum ea vti deliberetis.

Secundum, Quod gallicè dicimus Selon. Terent. in Eunucho, 5. 9. 60, Poſtquã eis mores oſtẽdi tuos, & collaudaui ſecundum facta & virtutes tuas.

Secundum Platonem, Id eſt, iuxta ſententiam Platonis.

Secundò, aduerbium, Secondement.

Secundò conſul, id eſt bis conſul. Et, ſecundò eum noueram, id eſt, bis.

Secundò, Rurſus. Cic. Semel hominem allocutus fueram: an ſecundò mihi redeundum eſſet, ignorabam.

Secundæ ſecundarum, tantum pluraliter, Membrana illa qua partus obuolutus vtero prodit. Dictæ, quòd naſcentẽ infantem ſequãtur. Plin. Braſſicæ ſemen cõtra ardorem febrium facit, & ſtomachi vitia, & ad ſecundas.

Secundæ, aliàs inuolucrum dicuntur.

Secundarius, ſecundaria, ſecundarium, Quaſi ſecundi ordinis, vt panis ſecundarius, Pain bourgeois. Suet. in Auguſt. Cibi minimi erat, atque vulgaris ferè, ſecũdarium panem & piſciculos minutos maximè appetebat. Plin. lib. 18, Præterea floris ſemodium & cibarij quod ſecũdarium vocant, ſextarios quatuor, furfuris ſextarios totidem.

Secundo ſecundas, ſecundare, Proſperare. Propertius in elegiarũ lib. 3, Iam liquidum nautis aura ſecundat iter. Virg. lib. 6, Dij noſtra incœpta ſecundent.

Secundare, In melius conuertere, vel obſequi, inquit Donatus. Terẽt. in Adelph. 5. 9. 37, Sed ſi id vultis potius quæ vos propter adoleſcentiã minus videtis, magis impenſe cupitis, cõſulitis parũm, Hæc reprehendere, & corrigere me, & ſecundare in loco: ecce me, qui id faciã vobis. Quædam exemplaria hoc loco legunt OBSECVNDARE.

SECVRVS, ſecura, ſecurum, Tranquillus, ſine cura, qui non timet, etiam ſi immineat periculum. Aſſeuré.

Securus, Diſſolutus, ſine vlla cura, quem ſupinũ iuriſcõſulti vocare ſolẽt, id eſt, ſocordẽ & deſidem. Non challãt. Genitiuo iungitur. Quintil. de tautologia loquẽs, lib. 8, Hæc enim quanquam nõ magnopere ſummis authoribus vitata, interim vitium videri poteſt, in quod ſæpe etiã incidit Cicero, ſecurus tam paruæ obſeruationis. Id eſt negligẽs & cõtemptor. Ne tenãt ou faiſant conte. &c. Lucanus in primo Pharſaliæ, de leone loquens, Per ferrum tanti ſecurus vulneris exit. Virg. Securus armorum germanæ.

Securæ ac patentes domus. Plin. in Paneg. 106, Propoſita ſunt ſenioribus præmia, iuuenibus exempla: adeant, frequentent ſecuras tandem, ac patentes domos.

Securum teſtamentum. Plin. in Paneg. 68, In eodem genere ponendum eſt, quòd teſtamenta noſtra ſecura ſunt, nec vnus omnium, nunc quia ſcriptus hæres, nõ tu falſis, non tu iniquis tabulis aduocaris.

Securitas ſecuritatis, f. g. Aſſeurance. Plin. epiſt. 332, Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibent, ita ne multorum ſecuritas ſubruatur factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet.

Securitas, Nonchallance.

Securitas, Animi recta placidáque conſtitutio, malorũ impendẽtium cura vacans. Cic. lib. v, de finibus, Democriti autem ſecuritas, quæ eſt animi tanquam tranquillitas, quam appellãt euthymiã, eo ſeparanda fuit ab hac diſputatione, quia iſta animi tranquillitas eſt ipſa beata vita. Idem lib. v. Tuſcul. Qui autem illam maximè optatam ſecuritatẽ (ſecuritatem autẽ nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata poſita eſt) habere quiſquam poſſit, cui aut adſit, aut adeſſe poſſit multitudo malorum?

Securè, aduerbium, Aſſeurement. ou nonchallemment.

SECVRIS, huius ſecuris, fœ. g. Inſtrumentum ad ſecanda ligna, quaſi ſemiquiris, vt inquit Seruius. Sabini enim quiritem haſtam appellant. Vne hache, ou coingnee. Virg. lib. x1, AEratam quatiẽs tarpeia ſecurim. Plaut. in Aulul. 5. 17, Cultrũ, ſecurim, piſtillũ, mortariũ, &c.

Securicla ſecuriclæ, Ligneum retinaculum, quod etiam ſuſcus, ſubcúſque dicitur, quo duo ligna tenaciſſima inter ſe vinciuntur. Vnde ſecuriclati cardines apud Victruuium lib. 10. Noſtri (vt arbitror) hirundinum caudas appellant. Queue daronde.

SECVS, Præpoſitio, accuſatiuo iungitur. Significat propé. vt, ſecus decurſus aquarum ſeruntur ſalices.

Secus, Aliquando eſt aduerbiũ, & ſignificat aliter, præſertim quando NON vel HAVD comites habet. Plau. in Epid. 5. 91, Vbi erit empta, vt aliquò ex vrbe amoueas: niſi quid tua ſecus ſententia eſt.

Secus quàm. Plaut. in Caſi. 2. 45, Educauit magna induſtria, quàm ſi eſſet ex ſe nata, nõ multo ſecus. Elle ne la nourrit guere autremẽt que ſi ceſtoit ſa fille. Idem in Capt. 6. 23, Quãquam nõ multum fuit moleſta ſeruitus, nec mihi ſecus erat, quàm ſi eſſem familiaris filius. Idem in Aulul. 12. 21, Quid diximus tibi ſecus quàm velles?

Secus ac. Cic. de Orat. Me non multo ſecus facere, cum de oratore diſputem, ac facerẽ ſi eſſet mihi de hiſtrione dicẽdũ. Idem Lucio Murenæ, Nõ ſecus ac ſi meus frater eſſet. Ibidem, Non dixi ſecus, ac ſentiebam. Idem Attico, Velim domum ad tuos ſcribas, vt mihi tui libri pateant, non ſecus ac ſi ipſe adeſſes. Idem pro Planco, Cuius ago ſalutem non ſecus ac meam tueri debeo. Virg. Haud ſecus ac iuſſi faciunt.

Secus atque. Cic. de Orat. Sed paulo ſecus atque in tradenda arte dici ſolet. Idem de natura deorum, Quoniam cœpi ſecus agere, atque initio dixeram. Virgil. Haud ſecus atque alto in luco.

SED, Coniunctio, Mais. Aliquãdo tranſitum ſignificat ad mentionem alterius rei, inquit Donatus. Terent. in Phor. Sed quid tu es triſtis? G. egóne? neſcis quo in metu, & quanto in periculo ſim. Ibidem, Sed quis hic eſt ſenex quem video in vltima platea? Au fort aller.

Sed, contrariæ ſententiæ ſignificatio eſt. Terẽt. in And. 3. 1. 4, Ita pol quidem res eſt vt dixti Leſbia, fidelem haud fermè mulieri inuenias virũ. ſed hic Pãphilus firmauit fidẽ. Ibidem, 3. 2. 45, Haud ſcio an quæ dixti ſint vera omnia, ſed paruipendo. Au fort aller.

Sed inceptiuũ pro atque. Terent in And. 2. 1. 12, Facile omnes quum valemus, recta conſilia ægrotis damus: tu ſi hic ſis, alter ſentias. B. age age, vt lubet. C. ſed Pamphilum video. omnia experiri certum eſt prius quàm pereo.

Sed mane. Hoc quaſi incipientis, demonſtrantiſque aliquid noui ſe inueniſſe. Terent. in And. Reſtitue in quem me accepiſti locum. D. faciam. P. at iam hoc opus eſt. D. hem. ſed mane: concrepuit à Glycerio oſtium.

Sed quid hoc! Non interrogantis, ſed mirãtis & nõ intelligentis eſt, inquit Donatus. Terẽt. in And. 4.4.2, Sed quid hoc! puer hercle eſt.

Sed videón' ego Philotion? Sic ſolet (inquit Donatus) dubitari, aduenientibus ipſis quos poſt multum temporis interuallum vident. Terẽt. in Hecyra, 1.2.6, Sed videón' ego Philotion? vnde hæc aduenit?

Sed autem. Plautus in Rud. 12.14, Sed autem, quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam ſacram vrnam Veneris? Voyre mais ſi quelcun &c.

Sed enim. Plaut. in Curcul. 4.20, Sed enim nequeo durare, quin ego herum accuſem meum.

SEDEO, ſedes, ſedi, ſeſſum, ſedere, Saſſeoir. Cõponitur ex ſe, & eo, quaſi ſeorſum eo. nam ſeorſum ire videmur & quaſi à cæteris ſeparari dum ſedemus. Quidã à D o fieri exiſtimant, quòd qui ſedet, ſeorſum dare ſe videtur. Plaut. Si non vbi ſedeas locus eſt, at eſt vbi ambules.

Sedere in. Plaut. in Pœnulo, 2.5, Bonóque vt animo ſedeant in ſubſellijs.

Sedere ad, vel apud, Immorari, manere. Plautus in Amphit. 7.41, Ordine omne vt quicquid actum eſt, dum apud hoſtes ſedimus, ediſſertauit.

Sedere ad, Immorari, manere. Liuius lib. 2. de ſecundo bello Punico, Id horreum fuit præſidium Pœnis ſedentibus ad Trebiam.

Sedere ſuper. Quintilianus, Vt ſi quæratur an ſit credibile ſuper caput Valerij pugnantis ſediſſe coruum, qui os, oculóſque hoſtis Galli roſtro atque alis euerberet.

Sedere de auibus dicitur, in loco altiore eſſe. vt paſſer ſedet in tecto. Virg. Nocte ſedẽt ſerum canit importuna per vmbras.

Sedere, aliquando ignauiã, ceſſationémque denotat. Virg. Sedeant, ſpecténtque Latini. Terent. An ſedere oportuit domi virginem tam grandem?

Sedere, pro placere, datiuo conſtruitur. Virg. idque pio ſedet AEneæ, probat author Aceſtes. Idem, Et ſedet hoc animo.

Sedere, Conſilium capere, conſyderare. Virgilius, Celſa ſedet AEolus arce. Idem, Turnus ſacrata valle ſedebat. Plaut. Sine iuxta aram ſedeam, & dabo meliora conſilia.

Sedere, ſecundum augures, eſt augurium capere. nam poſt deſignatas cæli partes, à ſedentibus captantur auguria.

Sedes ſedis, fœ. gen. In qua ſedemus. Vng ſiege. Plin. in Paneg. 85, Horum vnum ſi præſtitiſſet alius, illi iandudum radiatum caput & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore.

Sedes, Habitaculum ac domicilium. Cæſar, Creſcente enim populi multitudine mutare ſedes ſtatuerunt.

Sedes, Sepulchrum. Virg. Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam.

Sedicula ſediculæ, diminutiuum, Parua ſedes. Cic. Attico, lib. 4, Sic literis ſuſtentor & recreor: maléque in illa tua ſedicula quam habes ſub imagine Ariſtotelis ſedere, quàm in iſtorum ſella curuli.

Sedile ſedilis, neut. gen. Vng ſiege. Plinius epiſtol. 101.n, lib. v, Sunt locis pluribus diſpoſita ſedilia è marmore.

Seſſibulum, ſeſſibuli, n. g. Vng repoſoir ou on ſaſſied. Plaut. in Pœnulo, 4.46, Quæ tibi oleant ſtabulum, ſellam, & ſeſſibulum merum.

Sedentarius ſedentaria ſedentarium, Quod ſedendo fit. Vnde ſedentarium laborem dicimus, qui ſedendo contrahitur. Apuleius, Vt etiam fatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem. Plin. in Paneg. 127, Cæteri quidem defixi & attoniti ipſam illam mutam ac ſedentariam aſſentiendi neceſſitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur.

Sedentaria opera, Quæ ſedendo fit. Beſongne que on faict en eſtant aſſis. Columella, Neque enim ſedentaria eius opera, ſed modo ad telam debebit accedere, modo eos qui cibum familiæ conficiunt, inuiſere.

Sedentarii, Qui ſedendo opus faciũt, ſicut ſutores. Plautus in Aulul. 15.41, Calceolarij, ſedentarii, ſutates.

SEDITIO, ſeditionis, f. g. à ſe, id eſt ſeorſum, & itio itionis, quod ab Eo is deriuatum eſt. Diſſenſion, noiſe. Cic. lib. 6. de rep. declarat ſeditionis proprietatem à diſſentione ciuium dictam eſſe, quòd ſeorſum eunt alii in alium. Eſt enim proprie cum populo diſcordante, itur ad

manus, qualem deſcribit Virgilius, Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt Seditio, ſæuítque animis ignobile vulgus. Iámque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. Seditionem facit lien dixit Plautus in Merc. 4. 14.

Seditio dicitur in exercitu, in claſſe, in campo, & vbicunque eſt multitudo hominum.

Seditioſus ſeditioſa ſeditioſum, Qui ſeditionem amat. Seditieux, noyſeux.

Seditionarius ſeditionaria ſeditionarium, Qui ſeditionem facit.

SEDO, ſedas, ſedare, à ſe, & do das, compoſitum, Mitigare, placare, lenire, remouere, frænare, extinguere, & alia. nã multa ſignificat, vt ſunt res de quib⁹ agitur. Appaiſer, adoulcir. Plaut. in Merc. 24. 1, Ad patrem ibo, vt matris iram ſibi eſſe ſedatam ſciat. Idem in Pœnulo, 18. 92, Multorum annorum miſerias nunc hac voluptate ſedo. Idem in Bacchid. 1. 75, Sequere hac igitur me intrò in lectum, vt ſedes laſſitudinẽ, Affin que tu te repoſe, que tu te deſlaſſe. Salluſt. Nanque animus impurus, dijs, hominibúſque infeſtus, neque vigilijs, neque quietibus ſedari potuit, ita cõſcientia mentem excitam vexabat. Cicero lib. 4. ad Heren. Et hic ſitiens quammaximè loquatur, neque habeat, quî ſitim ſuam ſedet. Pour eſtancher ſa ſoif.

Sedatio ſedationis, f. g. Requoy, appaiſemẽt. Cic. lib. 1. de off. Temperantia & modus, omníſq; ſedatio perturbationum animi.

SEDVCO, ſeducis, ſeduxi, ſeductũ, ſeducere, Propriè ſeorſum ducere ab alijs, quaſi de rebus aliquibus loquutur⁹. Retirer ou mener a part. Plaut. in Aulul. 6. 14, Eo nũc te ſecreto huc foras ſeduxi. Idem in Aſin. 7. 106, Nam me hodie ſenex ſeduxit ſolum ſeorſum ab ædibus. Terent. in Hecyra, 1. 2. 69, Pòſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Ibidem, 4. 1. 7, Vxor vbi me ad filiam ire ſenſit, ſeduxit foras.

Seducere aliquem ab altero, Le retirer dauec luy. Cic. Trebonio, Quod à te viro optimo ſeductus eſt, tuóque beneficio adhuc viuit hæc peſtis. Plin. de viris illuſt. 30, À Pontio Theleſino duce hoſtium per inſidias ſeducti ſunt.

Seducere, ad animũ trãſtulit Cicero lib. 1. Tuſcul. Cũ à negotio omni auocamus animũ, quid inquam tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus, ſecum eſſe cogimus, maximéque corpore ſeducimus?

Seducere, in malã partem per tranſlationem ſignificat decipere, Seduyre. Terent. in And. Etiã nunc me ſeducere iſtis dictis poſtulas? Plin. epiſt. 145, Quid multa? auxit ſolicitudinem meam: effecítque vt illis quos doctiſſimos noui, non minus hos ſeductos & quaſi ruſticos verear.

Seducere arrogantiam, Id eſt deponere. Cic. pro Flacco, Remittant ſpiritus, comprimãt animos ſuos, ſeducant arrogantiam.

SEDVCVLVM, ſeduculi, n. g. Genus eſt flagelli, dictũ quòd vapulãtes ſudãtes facit. Feſt⁹.

SEDVLVS, ſedula, ſedulum, teſte Donato & Nonio, dicitur qui ex animo & ſine dolo, inſtantérque intentus eſt: vt ſit quaſi aſſiduus: quia negligentes doloſi dicuntur. Soingneux, diligent, qui faict de courage quelque beſongne, & de tout ſon pouoir.

Sedulitas ſedulitatis, f. g. Inſtans & fidele officium & diligentia. Grand ſoing & diligence. Plin. epiſt. 62. b, At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterũt? Plin. lib. x1. cap. 30, Silices itinere earũ attritos videmus, & in opere ſemitam factã, ne quis dubitet, qualibet in re quid poſſit quantulacunque ſedulitas.

Sedulò aduerbium, Inſtanter, diligenter. Ex animo, & ſine dolo, inſtanter, inquit Donatus. De courage, Soingneuſemẽt, & en grãd diligẽce, de tout ſõ pouoir. Plau. in Aulul. 5. 35, Nã nũc, cum cælo ſedulo, omnes ne ſciant, omnes videntur ſcire. Ibidem, 25. 14, Nã quid mihi opus vita eſt, qui tantum auri perdidi quod cuſtodiui ſeduló? Terent. in Phor. 2. 4. 13, Ego ſeduló hunc dixiſſe credo. Id eſt ſimpliciter, inquit Donatus. Il a dict ſimplement la choſe comme elle va. Idem in Hecyra, 4. 2. 2, Propter meos mores hinc abiſſe, & ſi ea diſſimulas ſeduló. Idem in Eun. 2. 3. 70, Obſecro hercle Parmeno fac vt potiar. P. faciam ſedulò, ac dabo operam, adiuuabo. Idem in Phor. 1. 4. 52, Nunc ipſa eſt opus, aut ſi quid poteſt meliore & callidiore. P. fiet ſeduló. Plaut. in Menæh. 21. 12, Propterea heri imperium exequor, bene & ſeduló ſeruio.

SEDVM, ſedi, n. g. Herba quæ & ſemperuiua dicitur, à ſemper ſedendo. Plin. lib. 18. cap. 17, Democritus ſucco herbæ quæ appellatur aizoon in tegulis naſcens, tabulíſve, latinè verò ſedum aut digitellum, medicata ſeri iubet omnia ſemina.

SEGES, ſegetis, fœ. gen. Propriè fruges eorum ſeminum ex quibus conficitur panis, nondum demeſſa. Plin. lib. 18. cap. 17, Si in articulum ſeges ire cœperit, runcare remediũ eſt, ne herbæ

vincant. Peſtem à milio atque panico ſturnorum paſſerúmque agmina ſcio abigi herba, cuius nomen eſt ignotum, in quatuor angulis ſegetis defoſſa. Et paulò pòſt, Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat.

Seges accipitur nõnunquam pro ipſa humo ad accipienda ſemina ſubacta, nondum ſata. nam quando ager ſitus, noualis dicitur. Vnde Varro ait, Seges dicitur quod aratum, ſed necdum ſatum eſt, à ſatu, id eſt ſemine. Virgil. Illa ſeges demum votis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Plin. lib. 18, Segetes quæ interquieuere, fundũt roſam odoratiorem: ſatiua adeò terra non ceſſat parere.

Seges ſtimulorum, apud Plautum in Aulul. 4. 6.

Seges ac materia gloriæ. Cic. pro Milone, Quid enim odiſſet Clodium Milonem ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ?

SEGMENTVM, ſegmenti, n. g. Propriè ſectio dicitur, à ſecãdo, quaſi ſecamentum, & ramentum, c in g mutata. Rongneure, ou decoupeure. Plin. lib. 36, Craſſior arena laxioribus ſegmentis terit, & plus erodit marmoris. Gellius, Vnguiũ Dialis & capilli ſegmina ſubter arborem fœlicem terra operiunt.

Segmenta etiam, inciſuræ & virgulæ ſectæ ex gemmis & vnionibus.

Segmenta dicuntur partes, &, vt ita dicam, membra mundi, in quæ vniuerſa terra digeritur, quæ noſtri circulos, Græci paralellos appellãt, & climata. Plin. lib. 6, Plura autem ſunt ſegmenta mũdi. Principium habet Indiæ pars verſa ad auſtrum, patétque vſque ad Arabiã, & Rubri maris accolas. Idem, Quod ſupereſt terrarũ, tribus aſſignatur ſegmentis.

Segmentum, Ornamentum colli quod monile vocatur. ſic dictum quòd ex ſegmentis fieri cõſueuit, id eſt ex bracteolis argenteis, aureiſve. Valerius Max. Datum eſt mulieribus vt ſegmenta aurea geſtarent. Iuuenalis, Segmenta & longos habitus, & flãmea ſumit. Sunt tamen qui ibi ſegmenta interpretentur faſciolas, quæ in ordine veſtis extrema parte aſſutæ, iunctæque ornamento ſint indumẽtis muliebribus, vel quibus noua nupta amicitur, vt ait Probus. Alij accipiunt pro margaritis & murænulis, hoc eſt torquibus.

Segmentatus ſegmentata ſegmentatum. Segmentatæ veſtes dicuntur purpureæ, ſegmẽtis id eſt bracteolis, lanceolis, mæandris limis & orbiculis varieganter intextæ. Ouid. lib. 3. de Arte, Quid de veſte loquar? non iam ſegmenta requiro, Nec quæ de Tyrio murice lana rubet.

Segmentatum, Quicquid ex tenuiſſimis ſegmentis vermiculatim compoſitum eſt, etiam ſi ſegmenta lignea ſunt. Marquetage. Iuuenalis, Et ſegmentatis dormiſſet paruula cunis. Id eſt vermiculato emblemate pictis, vel præſegminibus, id eſt, tenuiſſimis ligneis ramentis, ac verſicoloribus depictis.

Segmen ſegminis, Idem quod ſegmentum.

Segmentarius ſegmentarii, Qui veſtes ex auro conficit.

SEGNIS, & hoc ſegne, Quaſi ſeorſum à recto nitens, g interpoſita, cauſſa euphoniæ. Componitur enim à ſe, & nitor niteris. Vel dicitur ſegnis, quaſi ſine igne. Vnde ſegnis dicitur tardus & ignauus: cuius contrarium, ardens, qui feſtinãs, & acuto ingenio eſt. Laſche, pareſſeux, qui ne ſentremet de rien faire. Virg. lib. 3, Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus, & omnes Explorat ventos.

Segnis, Infœcundus & inutilis. Virg. lib. 1. georg. Segniſque horreret in aruis Carduus.

Segnities ſegnitiei, vel ſegnitia ſegnitiæ, f. g. Tarditas ac negligentia ad agendum, inquit Donatus, quòd vt inquit Feſtus, ſit ſine nitendo quid vtile & honeſtum. Negligẽce, laſchete, pareſſe. Plaut. in Trin. 11. 48, In huiuſmodi negotio diem ſermone terere, ſegnities mera eſt. Terent. in And. Enimuerò Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſecordiæ.

Segnities, Infœcunditas. Plin. Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities.

Segnitas ſegnitatis, pro ſegnitia legitur apud Ciceronem in lib. de Orat. Et quando de prudentia diximus, caſtigemus etiam ſegnitatem.

Segniter, aduerbium, Pareſſeuſement, laſchement.

SEGREGO, ſegregas, ſegregare, Ab aliorũ numero, vel ſocietate, vel grege ſeparare. Separer, ſegreger, debouter. Plaut. in Mil. 18. 17, Ille illas ſpernit, ſegregat ab ſeſe omnes extra te vnã. Idem in Capt. 8. 10, Ita iuuentus iam ridiculos inopéſque ab ſeſe ſegregat. Terẽt. in And. 1. 5. 56, Te obteſtor, ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras.

Segregare è. Plaut. in Moſtell. 15. 9, Quem cum vocaui, atque illi me è ſenatu ſegregant.

Segregare abs ſe culpã vel ſuſpiciones. Plaut. in Trin. 4. 33, Quia omnes bonos, bonaſq; accu-

rare addecet, ſuſpicionem & culpam vt ab ſeſe ſegregent. Idem in Aſin. 13.29, Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget.

Segregare ſermonem. Plaut. in Milit. 10.60, Si quis ibi eſt odioſus, abeo domum, ſermonem ſegrego. Idem in Pœn. 4.1.27, Segrega ſermonem, tædet. Tais toy.

SEGVLLVM, ſegulli, n.g. Plin. lib. 33. cap. 4, Aurum qui quærunt, ante omnia ſegullum tollunt, ita vocatur indicium. alueus vbi id eſt, arenæque lauantur, atque ex eo quod reſedit coniectura capitur, vt inueniatur aliquando in ſumma tellure protinus rara fœlicitate.

SEIVGI, ſiue ſeiuges, dicũtur equi ſeni ad vnum currum adhibiti. Apul. in Floridis, Vni cui omnes prouinciæ, quadriiuges & ſeiuges currus vbi gentium ponere gratulantur.

SEIVNGO, ſeiungis, ſeiunxi, ſeiunctum, ſeiungere, Seorſum iũgere, & ſeorſum ponere, ſiue ſeparare. Cicero Lentulo, Tibi autem multo notior atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus, & vnà, & Romæ fuiſſemus.

SELECTVS, vide SELIGO.

SELIBRA, ſelibræ, Dimidia libra.

SELIGO, ſeligis, ſelegi, ſelectum, ſeligere, Seorſum colligere, ſecernere, Eſlire a part. Cic. de optimo genere dicendi, Quæ exempla ſelegiſſem, niſi vel nota eſſe arbitrarer, vel poſſe eligere qui quærerent.

Selectus, ſelecta, ſelectum, Eſleu & mis a part, eleu dentre les autres.

Selecti iudices, Equites dicti ſunt. Cic. pro A. Cluentio, Deinde prætores tantum vrbani, qui iurati debent optimum quenque in ſelectos iudices referre, nunquam ſibi ad eam rem cenſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerũt. Horatius in primo ſermonum, Et ſiue iubebat vt facerem quid: Habes authorem quo facias hoc, Vnũ ex iudicibus ſelectis obiiciebat. Id eſt, ex equeſtri ordine. Cic. in Verrem, act. 4, Cæterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorũ conuentu proponi ſolent. Id eſt, equitibus qui illuc conueniunt. Idem alibi, Hic tu recuperatorem dabis illum ipſum quem tu in cohorte tua Caſſianũ iudicem habebas, ſi qua res maior eſſet, Papyrium Potumonem, hominem ſeuerum ex veteri illa equeſtri diſciplina? Quæ verba per ironiam dicta ſunt. Selecti iudices, ſunt præcipui. Vnde ſelectæ ſententiæ Ciceroni de natura deorum. Inde dii ſelecti & præcipui.

SELIQVASTRA, ſeliquaſtræ, f. g. Genus eſt ſediliũ antiqui generis, inquit Feſtus, D litera in L conuerſa, ſicut & in Sella & in Solio factum eſt: quæ omnia à ſedendo facta ſunt.

SELLA, ſellæ, f. g. Quaſi ſeda, à ſedendo. Vne ſelle. Plaut. in Curcul. 7.32, Vide vt expalluit, datin' iſti ſellam vbi aſſidat citó?

Erat apud Romanos magiſtratuũ ædilis & prætoris ſedes, qua per vrbem ius dicẽtes cõportabantur. Græci autem θρόνον dicunt ſellam. Le ſiege. Plin. de viris illuſt. 72, Conſul legem de ſumptibus & Libertinorum ſuffragiis tulit. P. Decium prætorem trãſeunte ipſo ſedentem iuſſit aſſurgere, eique veſtem ſcidit, ſellam concidit: ne quis ad eum in ius iret, edixit.

Sellarius ſellaria ſellarium. Sellaria dicta ſunt loca in quibus ſedes diſponi ſolebãt. Plin. lib. 34, Atque ex omnib⁹ quæ retuli, clariſſima quæque in vrbem iam ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo pacis, aliiſque eius opibus violentia Neronis in vrbem conuecta, & in cellariis domus aureæ diſpoſita. Suet. in Tiberio, Seceſſu verò Caprẽſi etiam ſellariam excogitauit, ſedem arcanarum libidinum.

Sellariola ſellariolæ, diminutiuum. Martialis, In ſellariolis vagus popinis.

Sellularius ſellularia ſellularium. Sellularii opifices, qui ſedendo opus faciunt, quos Liuius lib. 8, ſcribit militiæ minimè aptos.

SEMBELLA, ſembellæ, Quòd ſit libellæ dimidium, inquit Varro de lingua latina, lib. 4. Idem quod ſemis aſſis.

SEMEL, aduerbiũ, quaſi vnà, nõ diuiſim, vel vno (vt ita dicã) tempore. nã quod ſemel fit, nullam recipit diuiſionẽ. Vne fois. Plaut. in Capt. 12.99, Satis ſum ſemel deceptus. Il ſuffit que iaye eſte vne foys deceu. Terẽt. in Heaut. 1.2.34, Vbi animus ſemel ſe cupiditate deuinxit mala, cõſilia cõſequi cõſimilia neceſſe eſt. Plaut. in Amph. 4.120, Necꝫ ſe luna quoquã motat, ſtatque vbi exorta eſt ſemel. Idem in Trucul. 3.16, Si ſemel amoris poculũ merè acceperis, hamũ vorabis. Idem in Amphit. 3.105, Ego vos nouiſſe credo iam, vt ſit pater meus, quàm liber harum rerum inultarum ſiet, quantuſque amator, quum quid complacitum eſt ſemel. Idem in Capt. 4.8, Semel fugiendi ſi data eſt occaſio, ſatis eſt. Idem in Ciſtell. 5.28, Face ſemel periculum. Idem in Moſtell. 7.40, Quia ſeptem menſes ſunt cum in haſce ædes pedem nemo intrò tetulit, ſemel vt emigrauimus.

Semel, Idem quod in ſummа, vel ad ſummam, vel breuiter. Quintil. Denique vt ſemel finiã, ſic ferè componendũ, cum pronuntiabis, erit. Idem, Et vt ſemel omnia complectar.

Semel, Citò. Virg. Qui ne quid tale videret, Procubuit moriẽs, & humum ſemel ore momordit. Ouidius, Nulla reparabilis arte Læſa pudicitia eſt, deperit illa ſemel. Hic ſemel ſignificat Vne fois.

SEMEN, ſeminis, n. g. Quaſi ſerimen, à ſero ſeris, Semence. De virgultis etiã dicitur & ſurculis. Virg. Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram Sæpius. Columella lib. 3, Si complu-ribus vindemiis eundem tenorem ſeruauerint, ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina, multum bonúmque præbebunt. Idem lib. 3, Qui vineam vel arbuſtũ conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit. nam quæ pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet: quoniã dubiũ eſt an is qui vendidit, legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam. Semina appellat ſurculos depactos, qui cum radices egerũt, in vinetum tranſferuntur.

Semen, pro genere aliquãdo accipitur. Suet. in Caligula, cap. 25, Nec vllo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis, quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſerit.

Seminium ſeminii, n. g. Idem quod ſemen. Columella lib. 2, Nonnũquã ſuperfuſa aqua latentibus ſeminiis. Plaut. in Amphit. 15. 15, Anguineo repente hoſtes peperit ſeminio.

Seminium, Seminis lucrum. Plaut. in Rud. Vænũdatur merces non hoc ſuo ſeminio. Idem in Mil. 14. 67, Dixi hoc tibi dudũ, & nunc dico, niſi huic verri affertur merces, non hic ſeminio ſuo quanque porculenam partiturus eſt.

Seminarium ſeminarii, n. g. Locus ſubactus in quo ſemina aut vitiũ aut arborũ panguntur, vt cum ad certam quantitatem excreuerint, in vinetum vel arbuſtum vel pomarium tranſferãtur. Columella lib. 3, Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet, ſeminaria prius facere debebit. ſic enim ſciet cuius generis vitẽ poſiturus ſit. Idem lib. 6, Operam dabit, ne emortuis arboribus rareſcat, ac primã quanque ſenio ac tempeſtate afflictam ſummoueat, & inuicẽ nouellam ſobolem ſubſtituat. Id autem facilè cõſequi poterit, ſi vlmorum ſeminarium paratum habuerit.

Seminaria Varro lib. 1. de re ruſtica cap. 29, ſignificare dicit omne genus vt ſerantur.

Seminarium, Arbor de qua aliquid ſumitur vt plantetur. Columella, Satoris officiũ eſt, de ſeminario tranſferre plantam.

Sementis, huius ſemẽtis, f. g. Ipſa ſatio, ſeu ſeminatio. Semaille. Plin. lib. 18, Sunt qui properẽt, atque pronuntient, feſtinatam ſementem ſæpe decipere, ſerotinã ſemper. Columella lib. 12, Quibus magna ſemẽtis præparatur. Liuius, Vt Campani ſementem facere poſſent.

Sementis, Semen. Ouid. 1. Faſt. Villice da requiem terræ, ſemente peracta.

Sementis, Seminandi tempus. Columella lib. 2, Prima ſementis rarius ſerere permittit: nouiſſima ſpiſſius poſtulat. Id eſt, primũ tempus ſationis. Idem, Seminari debet poſt æquinoctium, media ferè ſementi læto ſolo.

Sementinus ſementina ſementinum. Sementinæ feriæ ideò inſtitutæ ſunt, vt ſementem maiorem facere poſſent.

Sementicus ſementica ſementicum, Quod ſeminari poteſt. Plin. lib. 18, Sementica autem, triticum, hordeum, frumenta multis radicantur fibris.

Semento ſementas, ſementare, Semen producere. Plin. lib. 18, Eſt in primis inutile naſci herbas ſementaturas.

Semino ſeminas, ſeminare, Semer. Columella, Seminari debet hordeum poſt æquinoctium.

Seminat⁹ puer. Plaut. in Amph. 5. 20, Alter decimo pòſt mẽſe naſcetur puer, quàm ſeminat⁹.

SEMESTRIS, & hoc ſemeſtre, Quod eſt ſex menſium, vt ſemeſtris conſulatus. Plin. epiſt. 69, Hunc rogo ſemeſtri tribunatu ſplendidiorem & ſibi & auunculo ſuo facias.

Semeſtris luna, Cum menſis medium permenſa eſt ſpatium.

SEMESVS, ſemeſa, ſemeſum, Semicomeſtũ, A demi mangé. Eadem enim forma dicitur qua ambeſum & comeſum. Suet. in Tiberio, Solennibus ipſe cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia appoſuit.

SEMET, Pronomen accuſatiui vel ablatiui caſus, à ſuimet genitiuo. Suet. de claris grammat. Ab ſemet nominatus. Plin. de viris illuſt. 70, Mox à Sylla Pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus, ſemet occidit.

SEMIGRO, ſemigras, ſemigrare, Sen aller demourer a part. Semigrare ab aliquo. Cic. pro

Cælio, Reprehēdiſtis à patre quòd ſemigrarit. quod quidē iam in hac ætate minimè reprehēdendum eſt. qui cum ex reip. cauſſa eſſet, mihi quidem moleſtā, ſibi tamen glorioſam victoriā conſecutus, & per ætatem magiſtratus petere poſſet, non modo permittente patre, ſed etiam ſuadente, ab eo ſemigrauit.

SEMIS, huius ſemiſſis, m. g. dimidium aſſis ſignificat.

Semis, indeclinabile, dimidiū ſignificat, & melius deſinit in ſemi: quo extra compoſitionē ratò vtuntur, vt ſemiuiuus. À græco deducitur ἡμί, & ſ habet pro aſpiratione græca. Feſtus.

Semianimis, & hoc ſemianime, Quaſi exanimatus. A demy mort. Plin. de viris illuſt. 39, Ipſe cū trecentis pugnās cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus, & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit.

Semicirculus, Medius circulus.

Semidoctus ſemidocti. Plaut. in Aſin. 5.74, Culpa tua iſtæc, quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoues.

Semihora ſemihoræ, Demie heure. Cice. pro Rabirio, Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ, temporis anguſtijs obſtitiſti, neque ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti, parebitur.

Semimadidus ſemimadida ſemimadidū, A demi mouille. Columella lib. 2, Sed quādocūque arabitur, obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur, néve exiguis nimbis ſemimadidus.

Semipedaneus ſemipedanea ſemipedaneum, Qui eſt dung demi pied. Columella lib. v, Semipedaneam contis reſolutam vitibus terram ſubiacere.

Semiquinarius ſemiquinaria ſemiquinariū, Semiquinaria diuiſio eſt cū in ſcādēdo quinque pedes per dimidiū diuidūtur, ita vt poſt duos pedes, vltima dictiōis ſuperſit, vt, Arma, virumq; cano.

Semiſenex, vel ſemiſeneus, Qui eſt a demi vieux. Plaut. in Mil. 10.54, O lepidum ſemiſeneū, næ ſi quas memorat virtutes habet. Quædam exemplaria ſemiſenem legunt.

Semiſomnus ſemiſomna ſemiſomnū, Demi endormi. Plaut. in Curcul. 3.21, Vini pollens lepidus Liber, qui ſcreanti tibi ſiccæ: ſemiſomnæ potionē affert. Salluſt. in Iugurtha, Caſtra hoſtium inuadunt, ſemiſomnos partim, alios arma ſumentes fugauit.

Semiſomnis & hoc ſemiſomne, Idem. Cic. in Verrem, act. 7, Cōfirmāt ipſi ſe, cum is etiā tum ſemiſomnis ſtuperet, arma capiūt: totū forū atque inſulā, quæ eſt vrbis magna pars, cōplēt.

Semiuncia ſemiunciæ, Dimidia vncia, Demie once. Perſius, Sed nullo thure litabis Hæreat in ſtultis breuis vt ſemiuncia recti.

Semiſonarius ſemiſonarij, Qui crotalia ſonitat, quæ veluti medij Cāpani formā gerūt. Plaut. in Aulul. 15.44, Sarcinatores petūt, ſtrophiarij aſtāt, ſemiſonarij. Sunt qui legunt ſemizonarij.

Semiuſtus ſemiuſta ſemiuſtum, Demi bruſlé.

Semiuſtulandus ſemiuſtulanda ſemiuſtulandū. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 75, Corpus vt moueri à Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſque Atellam potius deferendū, & in Amphitheatro ſemiuſtulandum, Romam per milites deportatum eſt, crematúmque publico funere.

Semiuſtulatus ſemiuſtulata ſemiuſtulatū, Idem quod ſemiuſtus. Cic. pro Annio Milone, Tu P. Clodij cruentum cadauer eieciſti domo: tu in publicum eieciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exequijs, pompa, laudatione, infœliciſſimis lignis ſemiuſtulatum, nocturnis canibus ad laniandum reliquiſti.

SEMIPLOTIA, ſemiplotiorū, Soleę, quibꝰ vtebātur in venādo, quo planiꝰ pedē ponerēt.

SEMIS, vide paulò antè.

SEMISSIS, huius ſemiſſis, m. g. Genus menſuræ, id eſt cubiti pars.

Semiſſis, Monetæ pars. Lāpridius de Alexādro principe Romano loquēs, Vectigalia (inquit) publica in id cōtraxit, vt qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiā partē aurei præſtarēt, hoc eſt triceſimā partē. Tuncque primùm ſemiſſes aureorū formati ſunt. tūc etiā cum ad tertiā partē aurei vectigal decidiſſet tremiſſes: dicēte Alexādro etiā quartarios futuros, quòd minus non poſſet, quos quidē iam formatos in moneta detinuit, expectās vt ſi vectigal cōtrahere potuiſſet, & eos æderet. Sed cum nō potuiſſet, per publicas neceſſitates cōflare eos iuſſit: & tremiſſes tantū, ſolidóſque formari. Formas binarias, ternarias, quaternarias, & denarias etiā atque amplius vſque ad quinquagenarias quoque & cētenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui præcepit, neque in vſu cuiuſquā verſari, atque ex eo iis materiæ nomen inditū eſt, cum diceret plus largiēdi hanc eſſe imperatori cauſſam, ſi cum multos ſolidos minores dare poſſet, dans decem vel amplius vna forma triginta & quinquaginta & centū dare cogeretur. Ex his verbis Lāpridii, quæ vulgo corruptiſſimè leguntur, fa-

cilè intelligimus ſolidos primùm dictos eſſe aureos nũmos, certi cuiuſdã, ſuíque ponderis quaſi integros. Erãt dimidiati aurei, & tertiarii, à tertia parte dicti, qui ſemiſſes, tremiſſeſq; dicebãtur. quemadmodũ binarii, ternarii, quaternariíque, & deinceps ſic dicti ſunt, qui binos aureos & ternos, & quaternos, denóſque penderẽt. Sic intelligẽdi tremiſſes, in L. Iubemus, de erogatione mil. an. libro XII, cod. Proinde ſolidos noſtros primùm argẽteos nummos fuiſſe cõiicio duodenarios, id eſt duodecim turonis, vel Pariſiis valentes. Deinde ſemiſſes nũmos factos, id eſt dimidiatos. Poſtea quadrãtes ſeu quartarios, quos liardos dicimus. Poſtea ſextãtes, ſeſcũciales, vnciales & ſemũciales, qui oboli dicebãtur. Trientes autẽ & quadrantes, apud antiquos, nomina ſignatæ pecuniæ fuerũt. Cic. pro P. Seſtio, Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua cõſcriberẽtur: vt remiſſis ſemiſſibus & trientibus, quinta propè pars vectigalium tolleretur.

Semiſſis homo, dicitur homo vilis, & quaſi ſemihomo: ſicut ſemiſſem ſemiaſſem dicimus. Vatinius Ciceroni, Simul verò ſemiſſis homo contra me arma tulit.

Semiſſis vſura dicitur quoties de centum nummis ſenos nummos vſuræ nomine percipitur. Capitolinus in Alexandro, Trientarium fœnus ait eum vt æquiſſimum & leuiſſimum exercuiſſe ad vſum reip.

SEMITA, ſemitæ, f. g. Quaſi ſemiiter, arcta via, ſiue dimidia via. Vne ſente, ou vng ſentier. Plaut. in Caſina, 3.32, Poſt id locorum, quãdo ad villam veneris, dabitur tibi amphora vna, & vna ſemita, fons vnus.

Semitam pro via dixit Cicero in Verrem, act. 4, Attendite, iam intelligetis hanc pecuniam qua via modo viſa eſt exire ab iſto, eadem ſemita reuertiſſe.

In ſemitam reuerti, metaphoricè dicitur à Plauto in Caſina, 10.33, Nunc pol ego in rectam redii ſemitam.

SEMIVIVVS, SEMIVSTVS, & cætera à ſemis compoſita, vide SEMIS.

SEMODIVS, ſemodij, quaſi ſemiſmodius. Iuuenalis, Et tamen in vno ſemodio ſcobis hæc emundat ſeruulus vnus.

SEMOVEO, ſemoues, ſemoui, ſemotũ, ſemouere, Seorſum mouere, Oſter. Plaut. in Aſin. 5.74, Culpa tua iſtæc, quæ diſcipulum ſemidoctũ abs te ſemoues. Terent. in And. 1.5.50, Iam fermè moriens me vocat. acceſſi. vos ſemotæ, nos ſoli. Retires a part.

SEMPER, aduerbiũ temporis, Touſiours. Terent. in And. 4.5.27, Rectè ego ſemper fugi has nuptias. Plaut. in Mil. 6.74, Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper, hic ei proximus. Idem in Aſin. 16.11, Ego quoque hercle illum antehac hominem ſemper ſum frugi ratus.

Semperlenitas, Vnica dictio, authore Donato. Terẽt. in And. 1.2.4, Mirabar hoc ſi ſic abiret: & heri ſemperlenitas verebar quorſum euaderet.

Sempiternus, ſempiterna, ſempiternum, Perpetuel. Plautus in Merc. 7.3, Homo me miſerior nullus eſt æquè opinor, neque aduorſa cui plura ſint ſempiterna. Terẽt. in And. 5.5.3, Ego vitam deorũ propterea ſempiternã eſſe arbitror, quòd voluptates eorum propriæ ſunt.

SEMPERVIVVM, ſemperuiui, Herba quę grecè dicitur aizon. Plin. li. 25. cap. 13, Aizoi duo genera, Maius in fictilibus vaſculis feritur. Et paulò pòſt, Alterũ minuſculũ quod erithales vocant, alii trithales, quia ter floreat, alii chryſothales, aliqui iſoetes. ſed alii Itali ſedũ, alii aizoum vtrunque, quoniam vireat ſemper, aliqui ſemperuiuum. Maius cubiti altitudinem excedit, craſſitudine pluſquàm pollicari.

SENACVLVM, ſenaculi, n. g. Vbi ſenatores conſultandi gratia cõſiſtebant. Valerius ſcribit ſenatum apud ſenaculum habitare conſueuiſſe, vt cum à curia vocaretur, præſto adeſſet. Feſtus, Senaculum, locus ſenatorum.

SENARIVS, ſenaria, ſenarium, Quod conſtat ex ſex rebus. vt ſenarius numerus. Hinc Senarioli dicti ſunt verſus, à ſex pedibus. Cic. lib. v. Tuſcul. Tenebam enim quoſdam ſenarioſos, quos in eius monumento eſſe inſcriptos acceperam, qui declarabant in ſummo ſepulchro ſphæram eſſe poſitam in cylindro.

SENATOR, ſenatoris, m. g. Vlpianus dicit ſenatores dici qui à patriciis & cõſularibus vſq; ad omnes illuſtres viros deſcendunt, quia hi ſoli in ſenatu dicere ſententiam poſſunt. Appellatíque ſunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in ſenatum electi fuere. Feſtus, Senatores à ſenectute dici ſatis conſtat, quos initio Romulus elegit centum: quorũ conſilio remp. adminiſtraret. Itaque etiã patres appellati ſunt, & nũc cũ ſenatores adeſſe iubẽtur, quibúſque in ſenatũ ſentẽtiã dicere licet, quia hi poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratũ cœpere, & in ſenatu ſententiã dicunt, & non vocãtur ſenatores antequàm in ſeniorib⁹ ſunt cenſi.

Senatus ſenatus ſenatui, vel ſenatus ſenati, m.g. Significat tam locum in quem ſenatores conueniunt, quàm ipſos ſenatores.

Senatum conſilii in cor conuocare. Plaut. in Amphit. 8.176, Huc conceſſero, dum mihi ſenatum conſilii in cor conuoco. Idem in Epid. 3.56, Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium. Ie maduiſeray.

Senatuſconſultum ſenatuſconſulti, n.g. Id eſt, ſenatus ſentẽtia. quod fiebat aut per rogationẽ, cum rogabatur vnuſquiſque ſententiam quam verbis efferebat. Aut per diſceſſionem, quando plerique idem ſentiẽtes, in vnam partem pedibus ibant, ſicut teſtatur Gellius lib. 1. Flauius Vopiſcus de Aureliano, Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſconſultum.

SENECIO, diminutiuum, vide SENEX.

SENECTA, SENECTVS, SENESCO, vide SENEX.

SENEX, ſenis, cõm. generis, ſecundum Priſcianum. Varro de lingua latina, Et tua amica ſenex. Vng vieillart, ou vieil homme.

Genitiuus eſt ſenis, vel ſenicis. Plaut. in Ciſtell. Vos negotioſi ſenicis ſoletis eſſe.

Senex dies. Plautus in Sticho, 11.6, Cadum modo hinc à me huc vino tranſferam, poſtea accumbam, qua ſenex tabeſcit dies.

Senex ingenio. Plautus in Mil. 10.37, Si albus capillus hic videtur, neutiquam ibi ingenio ſenex ineſt.

Senex memoria. Cic. pro P. Sextio, Omnes boni, ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt reip. nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominũ ſenex de reip. meritorum memoria, etiam mortuorum.

Senior comparatiuus, Valde ſenem ſignificat. Ouid. lib. XII. Metamorph. Tum ſenior, quanuis obſtet mihi longa vetuſtas. Quintil. de Iſocrate, Eo nanque ſeniore (octauum enim & nonageſimum compleuerat annum) præcipere Ariſtoteles pomeridianis ſcholis cœpit.

Senior, maſc. gene. tameitſi in obliquis cõmune trium generum videatur, vt ſenioris ætatis, ſenioris æui.

Senecio, ſenecionis, m.g. diminutiuũ à ſenex. Plin. epiſt. 5.a, Lacerat Herennium ſenecionem, tam intemperanter quidem, vt dixerit ei Metius Carus, Quid tibi cum meis mortuis?

Senecio, Herba, de qua Plinius lib. 25.cap. 13, Erigeron a Græcis, quæ à noſtris vocatur ſenecio. Herba eſt trixaginis ſpecie, & mollitia, cauliculis ſubrubicundis, naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederunt, quia vere caneſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diuiſuras exeunte.

Senectus ſenectutis, f.g. Vieilleſſe. Terent. in Phor. 4.1.9, Senectus ipſa eſt morbus.

Senecta ætas. Plaut. in Aulul. 7.75, Video hercule ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum, quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Idem in Trin. 4.4, Hic ille eſt, ſenecta ætate qui factus eſt puer. Idem in Merc. Senecta ætate ſcortari ſenes.

Senectus ſenecta ſenectum, Nomen verbale. Salluſt. lib. 4. hiſto. Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat.

Senecta, Sexta hominum ætas. AEtas prima incipit ab infantia vſque ad ſeptimum annum, qui dicitur à non fando, quia homo in ea nõ fatur, vel ſi fatur, imperfectus eſt ſermo. Secunda, pueritia, cuius pars eſt pubertas, vſque ad XIIII annum. Tertia, adoleſcentia. Quarta, iuuenta. Quinta, virilis ætas. Sexta, ſenectus: cuius pars eſt decrepitas.

Senecta, ſenectæ, Idem quod ſenectus. Virg. lib. 6, Vires vltra, ſortemq; ſenectæ. Lucilius lib. 28, Proſpiciendum ergo in ſenecta nunc adoleſcentia eſt. Plin. lib. 16.cap. 27, Eſt etiãnum ætatis differentia. Amygdala enim & pirus in ſenecta fertiliſſimæ, vt glandiferæ, & quoddam genus ficorum.

Senium ſenii, n.g. Idem quod ſenectus. Dicimus enim, hic homo confectus eſt ſenio.

Senium, dicitur tædium & odium, vt inquit Nonius. dictum à ſenectute, quòd ſenes omnibus odio ſint, & tædio. Turpilius, Quia odio ac ſenio mihi nuptiæ ſunt. Neuius Senium ſonticum appellat, quaſi nocens, quia ſenectus, naturalis morbus eſt, vt inquit Ariſtoteles.

Senium ad conuitium retulit Terentius in Eunuc., 2.3.10, Vt illũ di, deæque ſeniũ perdãt, qui me hodie remoratus eſt. Lucilius, At quidem te ſenium, atque inſulſe ſophiſta.

Seneo, ſenes, ſenui, ſenectum. À quo ſeneſco ſeneſcis, ſeneſcere, Senem fieri, Deuenir vieulx. Plinius lib. 16.cap. 27, Celerrimè verò ſeneſcit, & in ſenecta deteriorem fructum gignit malus.

Seneſcens ſeneſcentis, Participium, Qui enuiellit.

Seneſcentes literæ. Plin. epiſt. 165. a, Ipſarum denique literarum iam ſeneſcentium reductor ac reformator.

SENI, ſenæ, ſena, à ſex deriuatur. Cic. in Verrem, act. 4, Ab iſto, & præco qui voluit, iſtum ordinem pretio mercatus eſt, & pueri annorum ſenum ſeptenúmque denum ſenatorium nomen nundinati ſunt.

SENIO, ſenionis, m. g. In talis ſex puncta cõtinet. Nam à ſenario numero dici videtur. Vnde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnoſus, ſicut & canis. nam qui iecerat canem, aut ſenionem, ille denarios ſingulos conferebat in medium, vt eſt apud Suetonium in Auguſto. Martialis, Senio nec noſtrum cum cane caſſat ebur. Perſius, Iure etenim id ſummum quid dexter ſenio ferret, Scire erat in voto. Exiſtimãt eruditi ſenionem ſignificare quaternarium, quòd ſcilicet qui iecerat duos ſeniones, ille quatuor nummos lucraretur.

SENSIBILE, SENSIM, vide SENTIO.

SENSVS, ſenſus, vide SENTIO.

SENTENTIA, ſententiæ, f. g. Iudicium dicitur, id eſt, id quod animus ſentit, quod & credulitas & opinio vocari ſolet. Plaut. in Pſeud. 5. 144, Hæc mea ſentẽtia eſt, vt hinc porrò quid agas, conſulas. Ceſt mon aduis. Idem in Mil. 20. 46, Et ſi ita ſententia eſſet, tibi ſeruire mauelim multo, quàm alij libertus eſſe. Se iauoye affection de ſeruir. Idem in Mil 4. 50, Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam, cepi tabellas. Ie voyoye bien ſa fantaſie. Idem in Ciſtell. 5. 33. Scis iamdudum omnem meam ſententiam. Idem in Trin. 10. 89, Ego amicus, nunquam tibi ero alio pacto. ſic ſententia eſt. Ie lay ainſi propoſé.

Sententia mea. Terent. in Phor. 2. 2. 22, Alere nolunt hominem edacem, & ſapiunt mea quidem ſententia. Selon ma fantaſie ou iugement. Idem in Adel. 1. 1. 40, Et errat lõge, mea quidem ſententia, qui &c.

Sententia mea de. Terent. in Adel. 3. 5. 5, Sin aliter de hac re eſt eius ſententia, reſpondeat mihi, vt quid agam, quamprimum ſciam. Idem in And. 1. 3. 2, Quantum intellexi ſenis ſententiam de nuptijs.

Sententiam ſuam oſtendere per. Terent. in Heaut. 2. 1. 7, Non vt meus, qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam.

Poſitus in ſentẽtijs. De qui on parle, & baille on diuers iugemẽs. Plaut. in Epid. 10. 81, Quid nunc, qui in tantis poſitus ſum ſententijs, eúmne ego ſinam impunè? imò etiam ſi alterum tantum perdundum eſt, perdam potius, quàm ſinam me impunè irriſum eſſe habitum.

Rogatus eſt ſententiam. Salluſt. At M. Porcius Cato rogatus ſententiam, eiuſmodi orationem habuit.

Sententia, aliquando dicitur iudicatum, hoc eſt, cum ex lege, ex æquo, & bono ſentẽtia dicitur. vt, Iudex in cauſſa mea ſentẽtiã dixit. Id eſt ſanciuit quod ius vellet. Il a baille larreſt. Dicere ſententiam (inquit Paulus, digeſtis de arbitris) æſtimatur is qui ea mente id pronuntiat, vt ſecundũ hoc diſcedere eos qui litigant, à tota cõtrouerſia velit. Bailler arreſt.

Sentẽtia, Lumen orationis dicitur, quod in clauſulis breuiter collectum eſt. vt, Obſequium amicos, veritas odium parit. Cic. lib. 4. ad Herẽnium, Sententia eſt oratio ſumpta de vita, quæ aut quid ſit, aut quid eſſe oporteat, in vita breuiter oſtendit, hoc modo, Difficile eſt primùm virtutes reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus.

Sententiola ſententiolæ, f. g. diminutiuum. Cic. Philipp. 3, At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus ſentẽtiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare.

SENTINA, ſentinæ, f. g. Pars nauis inferior: in quam quicquid inſtillat aquarũ, defluit, corruptæque malè olent. à ſentio ſentis, quòd eius fœtor ſentiatur. nam odorem fœdum emittit. Iuuenalis, Si iubeat coniunx, durum eſt conſcendere nauem, Tunc ſentina grauis, tunc ſummus vertitur aer.

Sentina, per tranſlationem, omnis locus in quo receptaculum ſit ſceleratorum hominum, vel ipſi ſcelerati homines. Cic. in Catilinam ad Quirites, oratione ſecunda, O fortunatam remp. ſi quidem hanc ſentinam huius vrbis eiecerit. vno me hercle Catilina exhauſto, releuata mihi & recreata reſp. videtur.

Sentino ſentinas, ſentinare, Satagere. Dictũ à ſentina: quia multam aquam nauis cum recipit, periclitatur. Cæcilius AEthrione, Cum Mercurio capit conſilium, poſtquam ſentinat ſatis.

Sentinare, Eſt periculum ſubtiliter euitare, contendere aquam euacuare à ſentina nauis, vt eã

liberet. Hæc feſtus.

SENTIO, ſentis, ſenſi, ſenſum, ſentire, Senſu percipere, ad corpus pertinet. Sentir. Plaut. in Curcul. 3.74, Sentio ſonitum.

Sētire, Intelligere, Apperceuoir. Plaut. in Trucul. 8.30, Ego ſenſerā: ſed quid iſtic, cui rei item aſſimulare retulit? Ie men doubtoye bien. Idem in Pſeud. 7.7, Atque id iam pridem ſenſi ego, & ſubolet mihi. Idem in Mil. 18.2. Aſpice limis oculis, ne ille nos ſe videre ſenſiat. Terēt. in And. 1.2.25, Si ſenſero hodie quicquam in his te nuptijs fallaciæ conari. Idem in Adel. 3.3.8, Si me ſenſerit eum quæritare, nunquam dicet carnufex.

Sentire, Iudicare. Cic. de Amicitia, 16, Sed hoc primum ſentio, niſi in bonis, amicitiam eſſe non poſſe. Plinius Iunior, Cupio abs te intelligere quid ſentias.

Sentire de. Plaut. in Moſtell. 9.53, Quid ſentis de iſtis rebus? Cic. de Amicitia, 24, Hactenus mihi videor de amicitia quod ſentirem, potiſſimè dixiſſe.

Sentire ad vnum de. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia omnes ad vnum idem ſentiunt. Ils ſont tous dune opinion.

Sentio tecū. Terent. in And. 2.1.26, Huic dic quæſo Birria. B. ego dicā. P. quid ita? B. ſpōſam hic tuam amat. P. næ iſte haud mecum ſentit. Il neſt pas de ma fantaſie.

Sentire, Entendre, congnoiſtre. Plaut. in Trin. 10.14, Scio ego, & ſentio ipſe quid agam, neque à me officiū migrat. Ibidem, 9.14, Propemodum quid illic feſtinet, ſentio, & ſubolet mihi, vt agro euortar Leſbonicum. Ientens. Terent. in Eunucho, 1.1.21, Sine modo, mori me malim: ſentiet qui vir ſiem.

Senſus ſenſus ſenſui, m. g. Sentement, ou ſens. Vnde dicimus quinque eſſe ſenſus, tactum, guſtum, viſum, odoratum, auditum. Plin. lib. 10. cap. 69, Ex ſenſibus ante cætera homini tactus, deinde guſtus, reliquis ſuperatur à multis. Aquilæ clarius cernunt, vultures ſagacius odorantur, liquidius audiunt talpæ obrutæ terra, tam denſo atque ſurdo naturæ elemēto. Cic. de natura deorum, lib. 2, Guſtatus præclarè ſeptus eſt, ore enim continetur, & ad vſum apte, & ad incolumitatis cuſtodiam, omniſque ſenſus hominum multo antecellit ſenſibus beſtiarum.

Senſus, Mentis conceptus dicitur, Fantaſie, intelligence, auiſement, opinion. Cic. lib. 1. acad. quæſt. Quod autem erat ſenſu comprehenſum, id ipſum ſenſum appellabat. Plinius, Nihil enim tam ridiculum, quàm verborum ſonitus inanis ſine ſonitu ac ſcientia. Terent. in Adel. 4.1.18, Quin tu otioſus es: ego illius ſenſum pulchrè calleo.

Oſtendere ſenſum ſuum. Plaut. in Moſtell. 15.22, Non ego ita extemplo meum oſtendam ſenſum: mittam lineam, diſſimulabo me horum quicquam ſcire.

Senſum ſenſi, n. g. Mētis cōceptus. Cic. de oratore, Et quod exprimere dicēdo ſenſa poſſumus.

Senſiculus ſenſiculi, diminutiuum à ſenſus. Quintil. Inde minuti, corruptique ſenſiculi, & extra rem petiti.

Senſim, aduerbium, Paulatim, Peu a peu, tout bellemēt, petit a petit. Quia ea maxime ſenſum faciunt quæ morantur, quaſi cum meditatione & ſenſu. Plaut. in Caſina, 20.1, Senſim ſuper attolle limē pedes noua nupta. Plin. in Paneg. 36, Gratius tamen quod ſenſim & placidè, & quantum reſpectantium turba pateretur, indiceres. Cic. lib. 1. de off. Magis decere ſenſent ſapientes ſenſim diluere, quàm repentè præcidere.

Senſibilis & hoc ſenſibile, Dicitur tam quod ſentit, quàm quod ſentitur.

Senſilis & hoc ſenſile, Idem quod Senſibile, quod ſenſui ſubiectum eſt. Lucretius lib. 2, Ex inſenſibilibus ne credas ſenſile gigni.

Senſificus, ſenſifica, ſenſificum, Quod ſenſus cauſſam præſtat. Macrobius, Spiramentum ſenſificum ad ſua quæque loca naturali lege ducentes.

SENTIS, huius ſentis, f. g. Spina. quòd à tengētibus quam primum ſentiatur. Plaut. in Caſina, 16.1, Vide fur, vt ſentis ſub ſignum ducas. c. quī verò ſentes? o. quia quod tetigere, illico rapiunt: ſi eas ereptum, illico ſcindunt. Idem in Capt. 4.85, Aſper meus victus ſanè eſt. E. ſentēſne eſitas?

Senticoſus ſenticoſa ſenticoſum, Sentibus plenum, Spinoſum & aſperum. Lucilius, Quàm ſenticoſa verba pertorquet.

Senticetum ſenticeti, Locus in quo ſentes ſunt. Plaut. in Capt. 13.91, Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis.

Sentus ſenta ſentum, Piloſus, horridus, quaſi ſpinoſus. Terent. in Eunucho, 2.2.5, Video ſentū, ſquallidum, ægrum, pannis, anniſque obſitum.

SEORSVM, aduerbium, A part. Plaut. in Epid. 9. 22, In ædiculam ſeorſum iſtæc eat iube.
Seorſum, Nominatim. Terent. in Adel. 5. 9. 14, Omnibus gratiã habeo, & ſeorſum tibi præterea Demea. Nommement, principalement.
Seorſum à te ſentio. Plaut. in Capt. 12. 52, Sed maléne id factum arbitrare? A B. peſſumé. T. at ego aio, recte: qui abs te ſeorſum ſentio. Qui ay vne autre fantaſie que tu nas. Ie ſuis dautre opinion.
Seorſ⁹, Idem quod ſeorſũ. Plau. in Rud. 30. 27, Prẽterea cẽtũ mnæ Philippicę in paceolo ſeorſũ.
SEPARO, ſeparas, ſeparare, Diuidere, diſtrahere, Separer. À ſe, & paro compoſitum.
Separatio ſeparationis, f. g. Separation.
Separatim aduerbium, A part, ſeparement. Salluſt. Omnia virtutis præmia ambitio poſſidet; neque mirum, vbi vos ſeparatim quiſque conſilium capitis.
SEPELIO, ſepelis, ſepeliui, ſepelitum, & ſepultum, ſepelire, Enſeuelir.
Sepelire ſomnum. Plaut. in Moſtell. 16. 1, Vbi ſomnũ ſepeliui, omnémque obdormiui crapulã.
Sepultus ſepulta ſepultum, Participium, Enſepueli.
Sepultus ſum. Terent. in Phor. 5. 8. 50, Lemni habuit aliam. C. nullus ſum. P. ex qua filiam ſuſcepit, & eã clã educat. C. ſepultus ſum. Donatus, ἀνῃρῆσθαι, plus eſt enim quàm nullus ſũ.
Sepulchrum ſepulchri, n. g. Locus in quo corpus, oſſáque hominis ſepulta ſunt.
Sepulchrum dictum eſt quaſi ſeorſum à pulchro, vt inquit Seruius, propter recordationẽ doloris. Vel dicitur à ſemis: quia pulchrũ ſuperficie, intus oſſibus plenum eſt. Vel ſecundum Donatum, quòd ſine re pulchra ſit. Aut quòd ibi ſine pulſu ſint, id eſt mortui. Aut à ſeparando, quòd illic animæ à viuis ſeparẽtur. Sed melius eſt vt ſepulchrum dicatur à ſepeliendo, vt ſimulachrum, lauacrum à lauando.
Sepulchri appellatione, omnis ſepulturæ locus continetur. Cic. Philipp. 12, Vtique locum ſepulchro in Campano Eſquilino C. Panſa Cõſul, ſeu quo in loco videtur, pedes triginta quaque verſus deſignet, quò Seruius Sulpitius inferatur. Quod ſepulchrum ipſius, liberorum, poſterorúmque eius ſit vti: quod optimo iure ſepulchrum publicè datum eſt. Idem de ſenect. 19, Nec ſepulchra legens vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam.
Sepulchralis & hoc ſepulchrale, Quod ad ſepulchrum pertinet. vt ceremoniæ ſepulchrales, quæ pertinent ad impenſam, ſtructurámque ſepulchrorum.
Sepultura ſepulturæ, f. g. Aliquando ſepulchrum ſignificat.
Sepultura, Sepeliendi actus. Enſepueliſſure.
Sepelibilis & hoc ſepelibile, Quod ſepeliri debet, aut eſt ſepultum. Plaut. in Ciſtell. 2. 52, Facito vt facias ſtultitiam ſepelibilem. S. quid faciam? G. in latebras abſcondas pectore penitiſſimo.
SEPES, ſepis, vel ſeps ſepis, fœm. gen. Quæ obiecta introitum prohibet. Vne haye.
SEPIA, ſepiæ, f. g, Genus piſcis, qui emiſſo cruore atro, occultat iter. Perſius, Nigra quod infuſa vaneſcat ſepia lympha. Plin. lib. 9 cap. 29, Sepiarum generis mares varij & nigriores, conſtantiæque maioris. Percuſſæ tridente fœminæ auxiliantur: at fœmina icto mare fugit. Ambo autem vbi ſenſere ſe apprehendi, effuſo atramẽto, quod pro ſanguine his eſt, infuſcata aqua abſconduntur.
Sepiola ſepiolæ, diminutiuum à ſepia. Plaut. in Caſina, 10. 57, Emitto ſepiolas lepidas, lolligũculas ordeias.
SEPIO, ſepis, ſepiui, ſepitum, vel ſepſi ſeptũ, ſepire, Tenere, impedire. Nonius, Sepiũt ſignificat tenent, impediunt, dictũ à ſepibus, quæ obiectæ iter cludũt. Enuironner, empeſcher.
Septus charitate. Plin. in Paneg. 79, Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate nõ fuerit. armis enim arma irritantur. Saiche.
Septum ſepti, n. g. Septa generali vocabulo dicuntur omnia loca munita & quodam ſepimento vallata. Inde ſtabula ouilia, bubilia, caprilia, & id genus reliqua, ſepta nuncupãtur. Vnde & ſepta aliquando pro ouilibus ponuntur. Virg. Quanuis multa meis exiret victima ſeptis.
In Martio campo loca incluſa tabulatis, in quibus ſtans populus Romanus ſuffragia ferre cõſueuerat, ſepta dici meruerunt ad ſimilitudinem ouiliũ: de quibus Martialis, In ſeptis murmura multúmque diúque vagatus.
Varro de re ruſtica vocat ſepta, omnia quæ habent incluſa animalia quæ paſcuntur. Inquit enim, Intra ſepta villæ habeas aquam. Apud eundem inſcriptio eſt de fundo & ſeptis.
Septa pro obicibus & clauſtris quibus vtimur ad impetus fluuiorum coercendos accipiunt iuriſconſulti.

Sepimentum ſepimenti, n. g. Id dicitur quo aliquid ſepitur. Vne haye. Varro, Primum naturale ſepimentum quod obſeri ſolet, virgultis aut ſpinis quod habet radices viuæ ſepis.

SEPONO, ſeponis, ſepoſui, ſepoſitum, ſeponere, Diuidere, & miſſum facere. Mettre a part, ſeparer. Quintil. In conſilijs verò quæ ratio ſuadendi eſt, ab honeſti quæſtione ſepoſita. Liuius lib. 1, Pecuniam in ædificationem eius templi ſepoſuit.

SEPS, ſepis, f. g. Idem quod SEPES. Vne haye.

SEPTVM, ſepti, vide SEPIO.

SEPTEMBER, ſeptembris, m. g. Menſis dictus eſt, quòd ſit ſeptimus in ordine.

SEPTEM, Numerale nomẽ eſt, indeclinabile. Sept. Græci ἑπτὰ dicunt, Latini ſpiritu aſpero in ſ mutato, & vocali vltima in em, ſeptem dicunt.

Septempedalis & hoc ſeptempedale, Qui eſt de ſept pieds. Plaut. in Curcul. 8. 70, Ibi nunc ſtatuam vult dare auream ſolidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet ſeptempedalis.

Septentrio, ſeptentrionis, f. g. Septentriones ſunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iuncti triones figurantur. Scribit Varro, triones ruſticorum vocabulo boues vocari, quaſi teriones, hoc eſt arandæ terræ ac colendæ idonei. Vel ideò magis hæ ſeptem ſtellæ triones appellatæ ſunt, quoniam ita ſitæ ſunt, vt ternæ quæque ſtellæ proximæ inter ſe trigona, id eſt triquetrã figuram conſtituant, quam recentiores vocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles vno in loco videntur, quæ pro bobus accipiuntur, reliquæ figuræ plauſtri figuram deſignant. Itaque & proximum huius ſydus, bubulcus, id eſt bootes appellatur, qui more bubulci currum ſequitur. Hoc ſydus, à figura, quia ſimile plauſtro videtur antiqui Græcorum ἅμαξαν, id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri, à bobus iunctis, ſeptentriones appellarunt. Ab his etiam ventus ſpirat, qui auſtro obiectus eſt, & latinè ſeptentrio, & ſeptentrionalis ventus, & ſeptẽtrionarius. Græcè verò, quòd ab Arcto flat, aparctias appellatur. Plaut. in Amphit. 4. 119, Nã neque ſe ſeptentriones quóquam in cælo commouent.

Septenus, ſeptena, ſeptenũ, Idem quod ſeptẽ. Plaut. in Perſa, Plenis cyathis. Et apud Ouidiũ, in ſecundo Metamorph. Septeno gurgite Nilus.

Septimus ſeptima ſeptimum, Septieme. Plaut. in Pſeud. 9. 3, AEdes eſſe ſeptumas à porta, vbi ille habitat leno.

Septemvir, Eadem forma qua triumvir, Nomen magiſtratus.

Septemviratus ſeptemviratus, ſeptemviratui, Ipſa dignitas, ſeu officium. Plin. epiſt. 230, Rogo dignitati, ad quam me prouexit indulgentia tua, vel auguratum vel ſeptemviratum, quia vacat, adijcere digneris.

Septennis & hoc ſeptenne, vel ſeptuennis & hoc ſeptuenne, Quod eſt ſeptẽ annorum. Plaut. in Bacchid. 8. 36, At nũc prius quàm eſt ſeptuennis, ſi eũ attingas manu, extẽplo puer pædagógo tabula dirumpit caput. Idem in Menæh. 2. 22, Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt, &c.

Septennium ſeptennij, Spatium ſeptem annorum.

Septies aduerbium, Par ſept fois.

Septifariam, vt multifariam. Sata de verborũ antiquitate, In quod volumen vnum nos lectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

SEPTVNX, ſeptuncis, o. g. Nomen dictum à ſeptem & vncia.

SEPTVOSE, Aduerbium, à ſepio, Id eſt obſcure. Liuius Antiopa, Ita ſeptuoſè dictio abs te datur, quod conſecutam ſapiens ægrè contulit.

SEPVLCHRVM, SEPVLTVRA, vide SEPELIO.

SEPVM, ſepi, quod & ſeuum dicitur. Suif. Fit ex adipe ruminantium, authore Nonio.

Sepatius ſepatia ſepatiũ, Quod ex ſepo eſt. vt candelæ ſepatiæ. Aul. Tota domus completur tedis, lucernis, cereis ſepatijs, & cæteris nocturni luminis inſtrumentis. Quidã legunt Sebum, & ſebo ſebas.

SEQVAX, SEQVELA, vide SEQVOR.

SEQVESTER, hæc ſequeſtris, & hoc ſequeſtre, vel, hic & hæc ſequeſtris & hoc ſequeſtre, & ſequeſter ſequeſtra ſequeſtrum, Dicitur apud quem plures eandẽ rem de qua controuerſia eſt, depoſuerunt. Dictus, vt docet Gellius, quòd eius qui electus ſit, vtraque pars fidem ſequatur. Plaut. in Rud. 23. 64, Tu iſtunc hodie non feres, niſi das ſequeſtrum aut arbitrum, cuius hæc res arbitratu fiat. Idem in Merc. 15. 36, Imò ſic ſequeſtro mihi data eſt.

Pace ſequeſtra, dixit Virgilius inducias intelligens, quòd ſit media inter bellum præteritum & futurum. Biſſenos (inquit Virgilius) pepigere dies, & pace ſequeſtra Per ſyluas Teucri, miſtique impune Latini Errauere iugis.

Sequeſtrum vocat Aſconius, apud quem pecunia deponitur. Cic. in Verrē, act. 4, Qui tabulas tenet? qui ſcribit? qui monet? qui proximus eſt? is erat Caius Clodius qui in Sicilia ſequeſter iſtius, interpres, confector negotiorum, propè collega Timarchidi numerabatur. Idem in eundem, Aut ſequeſtros, aut interpretes corrumpendi iudicij. Idem pro M. Calio, Quod haud ſcio an de ambitu & de criminibus iſtius ſodalium ac ſequeſtrium, quando huc incidi, ſimiliter reſpondendum putem.

Sequeſtro, ſequeſtras, ſequeſtrare, Apud ſequeſtrum deponere. Vnde ſequeſtrata res dicitur.

Sequeſtro, Aduerbium. Cato, Per deum immortalem nolite vos ſequeſtro ponere. A port, ou reculer.

SEQVOR, ſequeris, ſequutus, ſum, ſequi, Suyure. Plaut. in Amphit. 7.70, Sequere hâc igitur me. Idem in Epid. 2.12, Nam vt apud portum te conſpexi, curriculo occœpi ſequi, &c. Terēt. in And. 1.1.101, Funus interim procedit, ſequimur. ad ſepulchrum venimus. Idem in Eunucho, 2.3.36, Is, dum ſequor hanc, fit mihi obuiam.

Sequitur cogitationes lætus euentus. Plin. epiſt. 231, Deóſque immortales precor, vt omnes cogitationes tuas tam lætus ſequatur euentus, vt virtutibus tantis gloria imperij, & noſtra uetur & augeatur.

Sequi conſuetudinem, Faire ſelon la couſtume. Plin epiſt. 30.a, Tu ergo (inquit) quam conſuetudinem ſequeris?

Sequi librum lapſum. Releuer vng liure. Plin. epiſt. 25.b, Hunc dum ſequitur, colligítque per læue & lubricum pauimentum, &c.

Sequi lites, Mener proces. Terent. in Adel. 2.2.40, Vt vt hæc ſunt facta, potius quàm lites ſequar, meum mihi reddat. Idem in And. 4.5.16, Nunc me hoſpitem lites ſequi, quàm hic mihi ſit facile atque vtile, aliorum exempla commonent.

Sequi amicum, Faire a ſon vouloir, luy obeir. Cic. de Amicitia, 40, Quare talis improborum conſenſio non modo excuſatione amicitiæ tegenda non eſt, ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt, vt nequis conceſſum putet, amicum bellum patriæ inferentem ſequi. Plaut. in Merc. 18.5, Quicquid complacitum, id ſequuntur.

Sequi magiſtrum. Plin. epiſt. 110.b, Tum ego qui vir, & quantus eſſet, & altiſſime inſpexi, cū ſequerer vt magiſtrum, vt parentem vererer.

Sequi matrimoniū diuitis. Plin. epiſt. 171.c, Nam mulier natalibus clara, moribus proba, ætate decliuis, diu vidua, mater olim parū decore ſequuta matrimoniū videbatur diuitis ſenis.

Sequi vtilitates, Suyure, cherche ſes prouffits. Cic. de Amicitia, 83, Amare enim nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita. quæ tamen ipſa efflorescit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis.

Sequi diſparia ſtudia. Cic. de Amicitia, 64, Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequuntur.

Sector ſectaris, Frequentatiuum. Vide ſuo ordine.

Sequela ſequelæ, f. g. Ipſe ſequendi actus.

Sequax ſequacis, o. g. Quod aliquid ſequitur. Plin. in Paneg. 73, Flexibiles quancunque in partē ducimur à principe, atque vt ita dicam, ſequaces ſumus.

Sequax, Quod ſe ſpargendo dilatat. Perſius, Quorum imagines lambunt hederæ ſequaces.

Sequacem materiam appellat Plinius inhærentem.

SERA, ſeræ, f. g. Inſtrumentum quo claudūtur oſtia. Vne ſerrure. Iuuenalis, Pone ſeram, cohibe, ſed quis cuſtodiet ipſos? À ſerare, id eſt aperire deriuatur, authore Varrone lib. 3. de lingua latina. Feſtus, Aſſerere manum, eſt admouere, quòd ea quoque quæ in terram dimittūtur, ſeri dicuntur: vnde etiam ſeræ appellātur, quia foribus admotæ opponuntur, defixæ poſtibus, quemadmodum ea quæ terræ inſeruntur.

Sero ſeras, ſerare, Claudere. Columella lib. 7, de mulæ feminibus loquens, Femina ſecari & interdum inuri ſolet.

SERAPHIM, pluralis numeri, m. g. Angeli ſic dicti ob ardorem ſolis, vel claritatē viſionis.

SERAPIS, vel ſeraphis, Serpens quem colunt qui Nilum inhabitant. Martialis, Iſæum ſeraphim Nilus veneratur. Idem, Vincebant nec quæ turba ſeraphi amant. Plin. lib. 37 cap. v, Appion cognominatus Pliſtonices, paulò antè ſcriptum reliquit eſſe etiam nunc in Labyrintho AEgypti coloſſeum ſeraphim è ſmaragdo nouem cubitorum.

SERENVS, ſerena, ſerenum, Serain. Tranquillum, ſine nubibus, ſine imbre, quòd id maxime tēpus ſationi aptum ſit. Plaut. in Merc. 22.35, Hic Fauonius ſerenus eſt, hic Auſter imbri-

cus. Hic ſiccum ſignificare poteſt.
Serenus, Siccus. Virg. Vnde ſerenas Ventus agat nubes.
Sereno ſerenas, ſerenare, Clarificare, Tranquillare, Faire ſerain. Virg. Vultu quo cælum, tẽpeſtatéſque ſerenat.
Serenitas, ſerenitatis, f. g. Serain. Aliquando ſiccitas dicitur.
SERIA, ſeriæ, f. g. Vas oblongum acutúmque. Liuius lib. 4. de bello Punico, Et in vico, hiſtrio fontem ſub terra tanta vi aquam fluxiſſe, vt ſerias doliáque, quæ in eo loco erant, prouoluta, velut impetus torrẽtis tulerit. Terent. in Heaut. 3. 1. 51, Sodes vide, releui dolia omnia, omnes ſerias. Perſius, Et ſi ſub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro Hercule.
Seriola ſeriolæ, diminutiuum. Perſius, Seriolæ veterem metuens deradere linum.
SERICVM, ſerici, Soye. Seres populi Aſiæ Scyticæ, à Sera vrbe ſic dicti: apud quos arbores ſunt, quæ non ſolum folia, ſed lanam quoque proferunt tenuiſſimam. nam ex earum frondibus canitiẽ depectunt aqua perfuſam: ex quo vellere, veſtimenta conficiunt, quæ ſerica nũcupantur. Virg. Velleráque vt folijs depectant tenuia Seres.
Sericus ſerica, ſericum, Quod confectum eſt ex ſerico. vnde veſtis ſerica.
Sericatus, ſericata, ſericatum, Serico indutus. Suet. de Caligula, Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus & cycladatus.
Sericarius ſericarij, Textor ſericorum. Iulius Firmicus lib. 8 Matheſeos, refert ſericarium textorem naſci, qui habuerit horoſcopum in 28 parte arietis.
SERIES, ſeriei, f. g. Ordo & quaſi quædam rerum continuata progreſſio. à ſerendo, id eſt ordinando dicta. vt in ſerie orationis, id eſt, contextu. Ordre, ſuyte. Quintil. Quod non niſi in contextu orationis, ſeriéque cõtingit. Valerius Max. Quis compos mentis domeſticæ peregrinæque hiſtoriæ ſeriem fœlici ſuperiorum ſtylo conditam, vel attentiore cura, vel præſtantiore facundia traditurum ſe ſperauerit?
SERILLA, (inquit Feſtus) Verrius appellari putat nauigia Iſtrica, ac Liburnica, quæ lino ac ſparto condenſantur, à conſerendo & contexendo dicta: quia dicat Pacuuius in Nuptijs, Nec vlla ſubcus cohibet compagem aluei, Sed ſuta lino & ſparteis ſerillibus. cum περιφραστικῶς & ficto vocabulo vſus ſit, pro funiculis qui ſparto conſeruntur.
SERIVS, ſeria, ſeriũ, Quod cũ aſſertione, & non per iocũ dicitur. Qui ſe faict ou dict a bon eſciant. Accius, Vos nugas aſſeritis, nos ſeria loquimur. Nonius, Serium, triſte, & quaſi ſine riſu, vel ſine ridiculo. Plaut. in Pœnu. 6. 50, Ita res diuina mihi fit, & res ſerias omnes extollo ex hoc die in alium diem. Terent. in Eunucho, 3. 3. 7, Ait rem diuinam feciſſe, & rem ſeriam velle agere mecum. Plin. in Paneg. 136, Simul cogito, cum ſint iſta ludus, & auocamentum huius: illæ ſeriæ, & intentæ, & à quibus ſe in tale otium recipit, voluptates.
Seriò, aduerbiũ, A bon eſcient, Sans mocquer. Plaut. in Amphit. 11. 9, An id ioco dixiſti? equi dẽ ſerio ac verò ratus. Idem in Caſ. 18. 11, Ego eo, quò me ipſa miſit. s. verúmne? A. ſerió. Terẽt. in Eunucho, 3. 3. 22, Miſit porrò orare vt venirẽ ſerió, Que ie ne failliſſe point a venir. Serio, verò. Plaut. in Pœnulo, 3. 32, Dic mihi verò ſeriò vín' dare malum illi?
SERMO, ſermonis, f. g. Loquela, à cõpoſitis & cõtextis verbis. Sermo, eſt vt inquit Cicero lib. 3. ad Herennium, oratio remiſſa, & finitima quotidianæ locutioni. Seruius, Sermo eſt conſertio orationis & confabulatio duorum vel plurium. Parolle, deuiſemẽt. Cic. de ſenect. 25, Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis, quietus, & remiſſus. Plaut. in Mil. 10. 105, Nũc vxorem prohibent mihi, & quæ huius ſermonis erant. Idem in Pſeud. 3. 97, Vt literarum ego harum ſermonem audio, niſi tu illi drachmis fleueris argenteis, &c.
Sermonis caput & pes. Plaut. in Aſin. 12. 139, Quin nec caput, nec pes ſermonis apparet.
Eccum tibi lupum in ſermone, Voyci celuy de qui nous parlions. Plaut. in Sticho, 9. 71.
Male dictitatur tibi vulgo in ſermonibus: turpilucricupidũ te vocant ciues tui. On dit tout plein de meſchantetez de toy. Plaut. in Trin. 4. 47.
Ita nunc per vrbem ſolus ſermo eſt omnibus, eum velle amicam liberare & quærere argẽtum ad eam rem. On ne parle que de luy. Plaut. in Pſeud. 7. 4.
Sermunculus ſermunculi, diminutiuum. Plin. epiſt. 103. b, Sunt enim homines natura curioſi, & quamlibet nuda rerum cognitione capiuntur, vt ſermunculis etiam, fabelliſque ducantur. Cic. pro Deiotaro, Ad regem (inquit) ſcribere ſolebat, te inuidioſe tyrãnum exiſtimari: ſtatua inter reges poſita, animos hominum vehementer offenſos, plaudi tibi nõ ſolere. nónne intelligis Cæſar ex vrbanis maleuolorum ſermunculis, hæc ab iſtis eſſe collecta?

Sermocinor ſermocinaris, ſermocinari, Sermonem facere, Parler, diuiſer. Plin. lib. x, Super omnia humanas voces reddunt pſittaci, & quidem ſermocinantes. Suet. in Tib. Cæſ. cap. 56, Zenonem quendam exquiſitius ſermocinantem, cum interrogaſſet, quænam illa tam moſta dialectos eſſet: & ille reſpondiſſet Doridem: relegauit Cynariam, &c.

SERO, ſeris, ſeui, ſatum, ſerere, Seminare, Semer. De arboribus etiam dicitur, Planter.

Serere lites. Plaut. in Pœnulo, 8. 10, Qui ſi nihil eſt litium, lites ſerunt.

Serere negotiũ. Plau. in Moſtell. 15. 50, Quod agis, id agas. quid tu porrò vis ſerere negotiũ?

Serere ſermones. Plaut. in Curcul. 4. 38, Quod quidem mihi pollutus virgis ſeruos ſermonẽ ſerat? Plin. epiſt. 187, In via planè nonnulla leuiora, ſtatimque delenda ea garrulitate, qua ſermones in vehiculo ſeruntur.

Seritur imperſonale. Plaut. in Epid. 5. 81, Mihi iſtic nec ſeritur, nec metitur: niſi ea quæ vis, nolo. Ie ne fais point icy mon prouffit.

SERO, ſeris, ſerui, diuiſas ſyllabas, ſertum, ſerere, Admouere. Vnde aſſerere manũ veteres dicebant comprehendere, cum eam prehendebant in libertatem.

Serere, Texere, ordinare: quoniam ea quæ ordinantur, annectuntur inuicem atque cohærent.

Sertum, ſerti, n. g. Corona, Vne couronne de fleurs, ou vng bouquet. Vide ſuo ordine.

SERO, aduerbium. vide SERVS.

SERPENS, ſerpentis vide Serpo.

SERPO, ſerpis, ſerpſi, ſerptum, ſerpere, Repere. Se couler, ou trainer. Quaſi in modum ſerpentis circumire, paulatimque decurrere. Cic. de amicitia, Serpit enim neſcio quo modo per omnium vitam amicitia. Ibidem 39, De C. Gracchi autẽ tribunatu quid expectem, non libet augurari: ſerpit enim: deinde res quæ procliuis ad perniciem, cum ſemel cœpit, labitur.

Serpit per Coloniam fama. Plin. epiſt. 210. b, Serpit per Coloniam fama: cõcurrere omnes, ipſum puerum tanquam miraculum aſpicere.

Serpens ſerpentis, Participium, Qui ſe traine ou coule. Cic. de ſenect. 48, Vitis quidem quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit, fertur ad terram: eadem vt ſe erigat, clauiculis ſuis quaſi manibus, quicquid eſt nacta complectitur: quam multiplici ſerpentem lapſu & erratico, ferro amputans, coercet ars agricolarum, ne ſylueſcat ſarmentis.

Serpens ſerpentis, nomen, tam maſc. quàm fœm. gen. Generale nomen eſt ad omnia quæ ſerpũt citra vſum pedum. à ſerpendo dictum. Vng ſerpent.

SERPVLA, ſerpulæ à veteribus dicebatur, quam nos ſerpentem dicimus. Feſtus.

SERPILLVS, ſerpilli, m. g, vel ſerpillum ſerpilli, n. g. Herba paruorum foliorum. Plinius lib. 20. cap. 22, Serpillum à ſerpendo putant dictum: quod in ſylueſtri euenit, in petris maxime. Satiuũ non ſerpit: ſed ad palmæ altitudinem increſcit. Pinguius voluntarium, & cãdidioribus folijs, & ramis, aduerſus ſerpentes efficax, maxime cenchrin.

Serpillum, Græce ἕρπιλλον λέγουσι ὅτι ἕρπω τὸ ἑρπύζω, id eſt, ſerpillum dicũt, quòd ἕρπω eſt ſerpo.

SERRA, ſerræ, f. g. Inſtrumentum dentatum, quo ligna & lepides ſecantur. Columella lib. 6, Vno ictu arborem præcidi: ſi minus, ſerra deſecari. Martialis, Et pingues tunicas ſerra ſecare poteſt. Vne ſie.

Serra, Inſtrumentum ligneum, quo trahentibus bobus homines torquebantur.

Serra, Genus piſcis marini, apud Plinium lib. 32. cap. xi.

Serrula ſerrulæ, diminutiuum. Columella lib. 3, Et ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato. Dune ſiette.

Serro ſerras, ſerrare, Per mediũ ſecare. Sier. Syluius lib. 6, Auro ſerrauit ramos Iunoni9 anguis.

Serratus ſerrata ſerratum, Quod ſerra ſectum eſt, Sié.

Serratus, Ad modũ ſerræ factus. Vnde ſerrati dentes, qui inter ſe diſtincti ſunt ad ſimilitudinem ſerræ, pectinatim ſeſe ſtipantes. Plin. Dentium tria genera, Serrati, aut continui, aut exerti. Serrati pectinatim coeuntes, ne cõtrario occurſu atterãtur, vt ſerpentibus, piſcibus, canibus. Continui, vt hómini, equo. Exerti, vt apro, elephanti.

SERTOR, ſertoris, m. g. Sertorem (inquit Feſtus) quidam dici putant à prendendo: quia cũ cuipiam afferat manũ, educendi eius gratia ex ſeruitute in libertatem, vocetur adſertor: cum veriſimilius ſit dictum, quòd ſereret quid: ac potius adſertorem à ſerendo accepiſſe nomen, cum aliquem ſerat, petendo in libertatem eandem qua ipſe ſit, id eſt iungat, quia fruges cum ſeruntur, terræ iungit.

SERTVM, ſerti, n. g. Serta, dicuntur coronæ: à ſertis, id eſt digeſtis inuicem floribus fron-

dibúſque:ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebãt. Vng chappeau de fleurs, ou vng bouquet. Plaut. in Aſin. 13.58, Tum ſi coronas, ſerta, vnguenta iuſſerit ancillam ferre Veneri. Virg. Sertíſque recentibus alant. Idem, Serta procul tantum capiti delapſa iacebant.

Sertus ſerta ſertum, vt ſerti flores, ſortæ coronæ. Lucanus, Accipiunt ſertas nardo florente coronas.

SERVIO, ſeruis, ſeruiui, ſeruitum, ſeruire, Proprie ſeruorum eſt. Seruir. Plaut. in Menæh. 21.12, Propterea heri imperium exequor benè, & ſeruio ſeduló. Cic. Philipp. x, Diutius ſeruire nõ poteſt ciuitas. Plaut. in Pœnulo, 12.15, Noſtro ſibi ſeruire nos cenſet cibo. Idem in Trucul. 4.24, Tibi ſeruio, atque audiens ſum imperij. Ie fais ce que tu veulx.

Seruio apud te. Plaut. in Aulul. 4.12, Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpẽdium, potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiam. Idem in Pœnulo, 14.88. Ita dij faxint, ne apud lenonem hunc ſeruiam.

Seruire auribus, Blandiri, Dire parolles que vng autre oye voluntiers, flatter. Cæſar. in comment. Auribus Varri ſeruiunt.

Seruire commodis alterius, Tacher a faire le prouffit dautruy. Terent. in prologo Heaut. 50, Et eum eſſe quæſtum in animũ induxi maximum, quàm maximè ſeruire veſtris commodis.

Seruire cupiditatibus, Eſtre addõne a ſes plaiſirs. Cic. de Amicitia, 69, Cum homines beneuolentia coniuncti, primùm cupiditatibus ijs quibus cæteri ſeruiunt, imperabunt, &c.

Seruire defenſioni patriæ, Defendre ſon pais. Plin. epiſt. 29.a, Inde & liber creuit, dum ornare patriam & amplificare gaudemus, paritérque & defenſioni eius ſeruimus & gloriæ.

Seruire propriæ laudi. Plin. epiſt. 8.e, Ita nunc in ratione edendi veremur, ne forte non aliorum vtilitatibus, ſed propriæ laudi ſeruiſſe videamur.

Seruire rumori. Plaut. in Trin. 10.15, Nec tuis depellor dictis, quin rumori ſeruiam.

Seruire rei, vide RES.

Seruire ſeruitutem. Plaut. in Aulul. 17.6, Nam qui amanti hero ſeruitutem ſeruit. Idem in Mil. 4.17, Nam ego iamdiu apud hunc ſeruitutem ſeruio.

Seruibo in futuro, & ſeruiam facit. Plaut. in Menæh. 24.44, Tanquam ſi emeris me argento, liber ſeruibo tibi. Terent. in Hecyra, 3.5.45, Matris ſeruibo commodis.

Seruiens, ſeruientis, Participium, Qui ſert. Terent. in Hecyra, 2.1.27, Rus habitatum abij, cõcedens vobis, & rei ſeruiens.

Seruitus, ſeruitutis, f.g. Ipſa ſeruiendi conditio. Seruitude. Cic. Philipp. 2, Pax eſt tranquilla libertas: ſeruitus poſtremum malorum omnium, non modo bello, ſed morte etiam repellendum. Idem Philipp. x, Omnis eſt miſera ſeruitus: ſed fuerit quædam neceſſaria, ecquidnam principium putatis libertatis capeſſendæ?

Seruitium Seruitij, n.g. Seruice. Tam multitudinem ſignificat hominum quàm actionem aut rem. Seruice. Terẽt. in And. Ego Pamphile hoc tibi pro ſeruitio debeo, conari manibus pedibus, noctéſque & dies capitis periculum adire, dum proſim tibi. Plaut. in Curcul. 7.21, Ita nunc mos viget, ita nunc ſeruitium eſt, profecto modus haberi non poteſt.

Seruitium, & frequẽtius ſeruitia, in plurali, dicuntur aliquãdo ſerui ipſi. Salluſt. Interea ſeruitia repudiabat, quorũ in initio ad eum magnæ copiæ cõcurrebant. Cic. in Catil. oratione 4, Hic ad euertenda fundamenta reip. Gallos accerſiuit, ſeruitia conciliauit, Catillinam euocauit. Cic. in Verrem, act. 7, Nullíne motus in Sicilia ſeruorum Verre prætore? Et paulò pòſt, Et tamen cœptum eſſe in Sicilia moueri aliquod locis ſeruitium ſuſpicor.

Seruilis & hoc ſeruile, Quod eſt ſeruorum, vel quod ad ſeruos pertinet. Salluſt. in oratione Lepidi ad populum, Exutus imperio, gloria, iure, cogitandi inops, deſpectúſque, ne ſeruilia quidem alimenta reliqua habet.

SERVO, ſeruas, ſeruare, Liberare. Virg. Seruatum ex vndis Strophadũ me littora primùm Accipiunt. Plaut. in Epid. 8.43, Me quidem certò ſeruauit ſuis conſilijs.

Seruare, Diligenter, ac ſuperſtitioſè obſeruare, Prendre garde diligemmẽt. Plautus, Tuus ſeruus ſeruet, Venerine eas det, an viro.

Seruare, Cuſtodire, Tueri. Garder. Plaut. in Aulul. 2.2, Aulam repertam auri plenam Euclio, vi ſumma ſeruat. En toute diligence. Idem in Capt. 7.82, Serua tibi perpetuum amicum me. Terent. in Eunucho, 5.9.19, Serua obſecro hæc nobis bona. Seruare amicitiã, apud Ciceronem de Amicitia, 25. Plaut. in Rud. 10.51, Etiam qui it lauatum in balneas, ibi cũ ſedulò ſua veſtimenta ſeruat, tamen ſurripiuntur.

Seruare fidem alicui, Luy tenir foy & loyaulte. Plaut. in Moſtell. 14.29, Fides ſeruanda eſt,

ne ire inficias poſtules. Idem in Pſeud.7.104, AEdepol mortalem graphicũ, ſi ſeruat fidem. Terent.in And.1.5.45, Neque amor, neque pudor commoueat neque commoneat vt ſeruem fidem. Idem in Hecyra, 3.3.42, Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certũ eſt quod dixi, fidem.

Seruare promiſſum. Plaut.in Amph.19.1, Faciam ita vt iubes, & te oro promiſſa vt ſeruues tua, Que tu gardes tes promeſſes.

Seruare quod labore partum eſt, Reſpargner. Terent.in Heaut.5.4.17, Quod abeſt, non quæris: patri quomodo obſequare, & vt ſerues quod labore inuenerit.

Seruare gloriam, Contregarder & entretenir. Plautus in Rudẽte, 13.40, Qui ſemper ſeruas gloriam aritudinis.

Seruare de cælo. Cic.pro domo ſua, Negant fas eſſe agi cum populo, cum de cælo ſeruatum ſit. Idem de prouincijs conſularibus, Quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit, quia nemo de cælo eſſe ſeruatum dixit.

Seruare omnia integra principi. Plin.epiſt. 126.c, Conſules, vt Polyænus poſtulat, omnia integra principi ſeruantur.

Seruaueris, Donne toy garde de le faire. Plaut.in Amphit.4.159, Quid ſi ego illum tractim tangam, vt dormiat? ſ. ſeruaueris: nam continuas has tres noctes peruigilaui.

Seruare, Inhabitare, poſſidere. Virg. Centum quæ ſyluas, centum quæ flumina ſeruant.

Seruare, Tenere. Virg. Curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Seruator ſeruatoris, Qui deliure, ou preſerue aucun, daucun mal.

Seruatrix, ſeruatricis, f.g. Terẽt.in Hecyra, 5.4.15, O Bacchis, ô mea Bacchis, ſeruatrix mea.

Seruus, ſerui, Vng ſerf, ou ſeruiteur. Plaut.in Pſeud.9.25, Seruus eius qui hinc à nobis eſt mercatus mulierem. Idem in Epid.7.8, Nunquam irridere nos illum inultum ſinam, ſeruum hominem. Cic.in Verrem, act. v, Cũ verò hoc nemini perſuadere poſſit te tam amẽtem fuiſſe vt Apronium & Turpionẽ ſeruos hominis, tuo liberorúmque periculo diuites fieri velles.

Seruus libidinum. Plin.epiſt.175, Noſtine hos qui omnium libidinum ſerui, ſic aliorum vitijs iraſcuntur, quaſi inuideant: & grauiſſime puniunt, quos maxime imitantur?

Seruus dicitur à ſeruo ſeruas: quia in bello ſerui non necabantur, ſed viui ſeruabantur. Eſt autem ſeruus qui dominio alieno contra naturam, iuris conſtitutione ſubijcitur.

Seruulus ſeruuli, diminutiuum. Terent.in And.1.1.56, Obſeruabam mane illorum ſeruulos venientes atque abeuntes.

SERVS, ſera ſerum, Tardum ſignificat. Virg. Diſtulit in ſeram commiſſa piacula noctem. Plaut. Quid tam ſera aduenis? Cic. Curioni lib.2.epiſt. Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt.

Serum, Graue, Grief. Virg. Seráque terrifici cecinerunt omnia vates. Salluſt. Serum bellum in anguſtijs futurum.

Serior, comparatiuus. Columella lib.1, Sationes eius duas ſeruamus, alteram maturam, per mediam ſementem, ſeriorem alteram menſe Februario.

Serò, aduerbium, Tarde. Plaut.in Amphit.8.32, Quî tibi iſtuc in mentem venit? ſ. quia enim ſerò aduenimus. AM. quî? ſ. quia Alcumenam ante ædes ſtare, ſaturam intellego. Nous ſommes venus trop tard. Idem in Trin.8.11, Serò atque ſtultè prius quod cautum oportuit, poſtquam comedit rem, pòſt, rationem putat. Cic. Curioni libro 2.epiſt. Longe enim abſum, audio ſerò.

Serò poſt tempus, apud Plautum in Captiuis legitur.

Serò, Aliquando poſt tempus ſignificat. Cic. Cum accuſator Milonis identidem interrogatus perſtaret quo tempore Clodius eſſet occiſus, vrbane reſpondit, Sero. Quaſi poſt id tempus quo debuiſſet occidi.

Serò, Veſpere, quod eſt poſt occaſum, Au veſpre, ou au ſoir.

Serius, comparatiuum aduerbium. Accius, Ne ſi forte paulo quàm tum veniam ſerius.

Serotinus ſerotina ſerotinum, à ſerò pro veſpere, vt ſerotina hora, tempus ſerotinum.

Serotinus à ſero pro tarde, vt poma ſerotina, quæ poſt legitimum tempus, vel tardius maturescunt. Columella lib.3, Locis frigidis, & autumni temporibus aquoſis præcoces ſerito, locis hybernis ſerotinas ſerito.

Serum ſeri, ſubſtantiuum, Extrema pars diei. Le ſoir. Liuius, Erat iam dici ſerum. Suet.in Auguſto, Nec multo poſt nauali prælio apud Actium vicit in ſerum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. Id eſt, in horam veſpertinam.

Serum, Aqua lactis. Du laict cler. Plin. lib. x i. cap. 41, Mirum, barbaras gentes quæ lacte viuant, ignorare aut ſpernere caſei tot ſeculis dotem, denſantes id alioquin in acorē iucūdum, & pingue butyrum: ſpuma id eſt lactis, concretiúſque quàm quod ſerum vocatur. Virg. Acrémque Moloſſum Paſce ſero pingui.

SERVVS, vide SERVO.

SESAMA, ſeſamæ, f.g. Frumenti genus Indici. Plín. lib. 18. cap. 10, AEſtiua frumenta diximus, ſeſamam, milium, panicum. Seſama ab Indis venit, ex ea & oleum cōficiunt. Color eius candidus. Huic ſimile eſt in Aſia, Græci áque eryſimum, idémque erat, niſi pinguis eſſet, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quàm frugibus.

Seſamum loquitur dixit Plautū in Pœnulo, 4. 104. Nihil niſi laterculos, ſeſamū, papauerémque, triticum & frictas nuces loquitur.

SESCVNX, ſeſcuncis, & ſeſcuncia ſeſcunciæ, Vne once & demie.

SESCVPLVM, ſeſcupli. Per ſ ſcriptum, quod & ſeſquiplum dicitur, numerum hemiolium ſignificat, qui latinè etiam ſeſquialter dicitur, vt cum dicimus ſenarium ſeſquiplum eſſe quaternarij: continet enim eum totum, & inſuper dimidiam eius partem.

SESELIS, huius ſeſelis, f.g. Herba qua paſci dicuntur ceruæ parituræ. Cic. de nat. deorum, Paulo ante partum ceruæ perpurgant ſe quadam herbula quæ ſeſelis & dicitur. Hoc Ariſtoteles confirmat.

SESQVI, vocabulum in appoſitione inuentum, pro hemiolio accipiendū eſt, quod perinde eſt ac ſi dicas, tātundem & ſemis. Cic. in libro de Oratore perfecto, Pes qui adhibetur ad numeros partitur in tria, vt neceſſe ſit partem pedis, æqualem eſſe alteri parti, aut altero tanto, aut ſeſqui.

Seſqui in compoſitione, itidem dimidio maius ſignificat: quod græco vocabulo hemiolium à noſtris etiam appellatur, vt ſeſquipes, ſeſquicubitus, ſeſquidigitus, ſeſquiiugerum. Vnde ſeſquipedalia ligna apud Cæſarem, hoc eſt pedis vnius & dimidiati: quod ad craſſitudinem referendum eſt. Et apud Horatium, Seſqui pedalia verba. Et ſeſquimenſis, menſis & ſemis. Hoc autem ſeſqui ſignificat, ſiue cum vocabulo componatur menſuram aut numeri aut tēporis aut modi ſignificante: ſiue etiam cum alio quocunque vocabulo, vt ſeſquiopera apud Columellam. Et ſeſquiplaga apud Plautum & Tacitum. Et ſeſculyſſes in præfatione Plinij: quo verbo, ſi rectè emendatum eſt. (nam eius verbi veſtigium nullum in antiquis exemplaribus Plinij extat) homo ſummè aſtutus & veterator planè expollitus intelligitur. Et eius vocabuli mentio apud Nonium in dictione ALVMNVS. Tacitus lib. xv, Et ille multum tremēs, cum vix duobus ictibus caput amputaſſet, ſæuitiam apud Neronem iactauit, ſeſquiplaga interfectum à ſe dicendo. Plaut. in Capt. 12. 67, Inde porrò ibis in latomias lapidarias: ibi cum alij octonos lapides effodiunt: niſi quotidianus ſeſquiopus effeceris: ſexcentoplago nomen indetur tibi. Hoc eſt, niſi tu duodenos effoderis.

Seſquipes. Plaut. in Trin. 13. 56, Seſquipede quidem eſt quàm tu longior.

Seſquihora. Plin. epiſt. 74. c, Egeram horis tribus, & dimidia: ſuperat ſeſquihora,

SESTANS, ſeſtantis, m.g. Nummus erat, cum populus Romanus in funere Menenij ſeſtantes contuliſſe dicatur à Valerio & Plinio. Noli ſcribere ſextans.

SESTERTIVM, ſeſtertij, vel ſeſtertius ſeſtertij dicitur. Seſtertius & nummus idem erāt apud Romanos. Seſtertius æſtimatione noſtra decem turonicis denariolis & ſemiſſe denariolí valuit. De ſeſtertijs & ſimilibus vide librum Budæi, De aſſe. Plin. lib. 33. cap. 3, Et placuit denarius pro x libris æris, Quinarius pro quinque, Seſtertium pro dipondio ac ſemiſſe.

Seſtertius, dicitur quaſi ſemis tertius, eo quòd contineat in ſe aſſes duos & dimidiatum tertium. Et per geminum II & S, à qua incipit ſemis, notatur, hoc modo ℋS. Veteris conſuetudinis fuit vt ſemis anteponerent, vt ſemiſquartus, ſemiſquintus, ſemiſtertius, à quo ſeſtertius, & eſt cōpoſitio Attico more facta. Illi enim ἑπτὰ ἥμισυ τάλαντα, hoc eſt ſeptem ſemi talenta dixerunt, ſeruantes illud vt expreſſius numerus pro dimidio caperetur.

Seſtertium, Genus veli triplici lycio texti, vt tertium filum duobus impar ſit. Suet. in Auguſto, Ita vt in extremis ſpatijs ſubſultim diſcurreret, ſeſtertio vel lodicula inuolutus.

Seſtertiolus ſeſtertioli, m.g. vel ſeſtertiolum ſeſtertioli, n.g. diminutiuum.

Nummus ſeſtertius aliquando dicebatur, quòd nummus nomen ſit & ſpeciale & generale. Cic. pro Rabirio, Ecquis eſt ex tāto populo qui bonā C. Rabirij Poſthumi nummo ſeſtertio ſibi addici velit?

SETA, ſetæ, f.g. Pilus craſſior, rigidiórque, atque erectus, qualẽ habẽt ſues, Soye de pourceau.
Setoſus, ſetoſa ſetoſum, Setis plenum.

SEV, diſiunctiua particula, qua, ea iungimus quorum alterũ, non vtrunque, affirmamus. Plaut. in Trin 4.107, Hæc ſunt: ſeu recte, ſeu peruorſe, facta ſunt, egomet feciſſe cõfiteor, Soit biẽ, ſoit mal. Idem in Amphit. 3.70, Siue cuiquam artifici, ſeu per ſcriptas literas, ſiue quæ ipſe ambiſſet.

SEVERVS, ſeuera, ſeuerum, Quaſi ſecus, id eſt iuxta verum. Grauis & cenſorius. Plaut. in Pœnulo, 17.50, Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocum, id venturum eſſe, & ſeuerum & ſerium, vt hæ inueniantur hodie eſſe huius filiæ. Terent. in Heaut. 5.3.19, Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus, rem cũ videas cẽſeas. Virg. Romulidis Talióq; ſeni, Curibúſque ſeueris.
Seuerus, Crudelis & aſper. Virg. Qui tetricæ horrentis rupes, montémque ſeuerum.
Seuerus, Triſtis, vitabilis. Virg. Inuidia infœlix furias, amorémque ſeuerum.

Seueritas ſeueritatis, f.g. Grauitas, & quædam toruitas naturæ.

Seueritudo, ſeueritudinis, fœ.gen. Plautus, Quid illud eſt, quod illi caperat frons ſeueritudine?

Seuere, aduerbium, Grauiter, aſperé.

Seueriter, aduerbium, Idem. Titinnius, Seueriter hodie ſermonem amica mecum contulit.

SEVOCO, ſeuocas, ſeuocare, Deorſum, ſeu in alteram partem vocare, Appeller a part. Plaut. in Aulul. 16.13, Quid tute ſolus è ſenatu ſeuocas? Idem in Pœnulo, 14.99, Nam huc ſi ante ædes ſeuocem, & quæ audiuiſtis modo, nũc ſi eadem hic iterem, inſcitia eſt. Cic. lib. 2. Philipp. Et ob eius conſilij ſocietatem cum interficeretur Cæſar, tunc te à Trebonio vidimus ſeuocari.
Seuocare ſe ab, Se tirer a part, retirer dauec aucun. Plaut. in Merc. 7.39, Quid illud, quod ille à me ſolus ſe in conſilium ſeuocat?

SEVVM, ſeui, n.g, Pinguedo ex qua fiunt candelæ. Suif. Plin. Seuum ex omento pecudis. Idem lib 28. cap. 9, Quæ ratio adipis eadem in his quæ ruminant, ſeui eſt, alijs modis non minoris potentiæ. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel ſalſa lotum, mox in pila tuſum, aſperſum marina. Crebro poſtea coquitur, donec omnis aboleatur odor. Mox aſſiduo ſole ad candorem reducitur. À renibus autem omne laudatiſſimum eſt. Si vero vetus reuocetur ad curam, liquefieri prius iubent, mox figida aqua lauari ſæpius, deinde liquefacere effuſo vino quàm odoratiſſimo. Eodémque modo iterum ac ſæpius cogunt, donec virus euaneſcat. Multi priuatim, ſic taurorum, leonum, pantherarũ, ac camelorum pinguia curari iubẽt.

Seuoſus ſeuoſa ſeuoſum, Quod inſtar ſeui vngit.

Seuo, ſeuas, ſeuare, Seuum imponere, ſeu candelas ex ſeuo facere. Columella lib. 2, Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſeuare.
Sebum vel ſepum etiam dicitur. vt dictum eſt ſuis locis.

SEX, nomẽ indeclinabile, numerale, Six. À Græcis deducitur ἕξ, aſpiratione in ſ conuerſa. Inde Sextus ſexta, ſextum, Sixieme.

Sexies aduerbium, Par ſix fois. Plin. in paneg. 96, Ita verò quæ ciuitas quinquies, atque etiã ſexies conſules vidit, non illos qui expirãte iam libertate per vim ac tumultum creabãtur, &c.

SEXCVPLVS, ſexcupla, ſexcuplum, Quod ſexies id capit ad quod relationẽ habet: quod Græce hexaplum dicitur. vt ſenarius ſexcuplus eſt ſingularis numeri.

SEXCENTI, ſexcentæ, ſexcenta, Six cens. Lucilius lib. 30, Maximus ſi argenti ſexcentûm ac mille reliquit. Id eſt, ſexcentorum. Plaut. in Trin. 11.44, Sexcentæ ad eam rem cauſſæ poſſunt colligi.
Sexcenta ſunt quæ memorem, ſi ſit otium. Plaut. in Aulul. 9.41. Terent. in Phor. 4.3.63, Sexcentas perinde potius ſcribito iam mihi dicas. Donatus, Apud nos ſexcenta dicere pro multis, vſitatum eſt. Cic. Sexcenta poſſum decreta proferre.

Sexcentoplagus ſexcentoplagi, m.g. Plaut. in Capt. 12.68, Niſi quotidianum ſeſquiopus conſeceris, ſexcentoplago nomen indetur tibi.

SEXENNIS, & hoc ſexenne, Quod eſt ſex annorum. Plaut. in Pœnulo, 14.81, Inde ſurreptus ferè ſexennis.

SEXTARIVS, ſextarij, m.g. Dicitur quod ſit ſexta pars cõgij: quæ mẽſura, apud antiquos tam liquidis, quàm aridis ſeruiebat. Cic. lib. 2. de off. Si emere ſextarium aquæ mina cogeretur. Septier.

SEXTILIS, huius ſextilis, m.g. Dicebatur qui nunc Auguſtus menſis, Aouſt.

SEXTVLA, ſextulæ, f.g. AEris minima pars: quòd ſexta pars vnciæ ſit.

SEXVS, ſexus, ſexui, m. g. Et hoc ſexus ſexi, ſecundum Priſcianum. Plaut. in Rud. Virile ſexus nunquam habui vllum. Varro lib. 1. de Analibus, Sexus vtrunque virile, an muliebre, an neutrum ſit, dici poteſt.

Sexus à Græco dicitur, ἕξις, quod eſt habitus: ſignificátque naturam & habitū. vnde maſculinum & fœmininum ſexum dicimus. Plin. de viris illuſt. 2. a, Ad quos cum vtriuſque ſexus multitudo veniſſet, dato ſuis ſigno virgines raptæ ſunt.

SI

SI, coniunctio, Quando res facta ſignificatur, finitiuis iungitur, authore Diomede. Cic. Si illuſtrantur, ſi erumpunt omnia. nec enim dubitat an illuſtrantur, ſed quia illuſtrantur, ſuadet vt mutet Catilina mentem. Virg. Si te fata vocant. Idem, Si potuit manes arceſſere coniugis Orphus. Affirmat enim potuiſſe. Puiſque.

Subiunctiuis, quoties conditionalis & incertus eſt ſermo. veluti, Si facias, ſi feceris. Qui enim ſic loquitur, non factum interim declarat.

Finitiuis aliquando iungitur cum conditionem ſignificat. Terent. Si illum relinquo, eius vitæ timeo: ſin opitulor, huius minas. Idem, Pamphile ſi id facis, hodie me poſtremum vides. Quintil. Iam ſi minor in eligendis cuſtodum & præceptorum moribus fuit cura, pudet dicere, in quæ probra nefandi homines iſto cædendi iure abutātur. Salluſt. Equidem ego vobis regnum trado firmum, ſi boni eritis: ſi mali, imbecillum. Plaut. in Trin. 14. 33, Metuo, ſi cōpellabo, ne aliam rem occipiat loqui. Terent. in Eunucho, 1. 1. 6, Si incipies, neque perficies nauiter. Plaut. in Pleu. 7. 129, Si ſumus conſpecti, &c.

Si, pro quanuis Subiunctiuo iungitur. Terēt. Non, ſi capiundos mihi omnes homines inimicos ſciam. Idem, Redeam? non, ſi me obſecret. Quant ores.

Si, cum QVIS, indicatiuo ferè iungitur. Quintil. Deinde ſi cui eſt mens ita illiberalis vt obiurgatione non corrigatur, etiā ad plagas vt peſſima quæque mancipia, durabitur. Ouid. in arte, Si quis in hoc artem populo non nouit amandi.

Si, pro etſi. Terent. in Eunucho, Nam ſi ego digna hac contumelia ſum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Donatus, Deeſt et. vt ſit etſi. Ia ſoit.

Si, etiam ſi. Plau. in Merc. 14. 4, Decem vocaſſet ſi ad cœnā ſummos viros, nimiū obſonauit.

Si pro cum vel poſtquam. Terent. in Phor. non ſi rediſſet pater, ei veniam daret? Quant. Ibidem, Herus ſi redierit, molendum vſque in piſtrino. Plaut. in Aulul. 11. 7, Afferetur, ſi à foro ipſus redierit.

Si, pro an: vel, vt ſciam ſi. Virg. Equidem per littora certos Dimittam, & Libyæ luſtrare extrema iubebo, Si quibus eiectos ſyluis, aut montibus errat. Cic. Attico, Delatus eſt ad me faſciculus: ſolus ſolui, ſi quid ad me literarum: nihil erat.

Aliàs pro an, ſic ponitur. Terēt. Eſtne ea intus? ſ. ſit rogas? Idem, Viſam ſi domi eſt. Columella, Animaduertat an pulli roſtellis oua percuderint: & auſcultetur ſi pipiāt. Plaut. in Mil. 8. 26, Philocomaſium dicere nomen ſi iniuria eſt?

Si pro vtinā aliquādo ponitur. Virg. li. 6, Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus Oſtēdat.

Si dis placet, proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicuius rei, vel propter temeritatem alicuius rei, vel indignantis, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, 5. 3. 10, Virum bonum eccum Parmenonem incedere video. vide vt otioſus ſit: ſi dis placet, ſpero me habere qui hunc meo excruciem modo. Cic. in Orat. Etiam Latini, ſi dijs placet, hoc biennio magiſtri dicendi extiterunt. Idem in Tuſcul. Qua gloria commotus Epicurus exoriatur, cui etiam ſi dijs placet, videtur ſemper ſapiens beatus. Liuius, Perpetuos, ſi dijs placet, tribunos. Idem, Quin etiam, ſi dijs placet, nefas aiunt conſulem plebeium fieri.

Si eſt vt. Terent. in Hecyra, Si eſt vt velit reducere vxorē, licet. Id eſt, ſi velit. Idem in Phor. Si eſt patrue culpam vt Antipho in ſe admiſerit, &c. Pro, ſi admiſit, vt Donatus interpretatur. Idem in Hecyra, 4. 1. 44, Si eſt vt dicat velle ſe, redde. Si eſt vt nolit, rectè cōſului gnatæ meæ. Plaut. in Pœn. 16. 109, Sed ſi ita eſt vt ſis Iachonis filius, ſignum eſſe oportet in manu læua tibi.

Si te in germani dilexi loco, Sic dicimus, inquit Donatus, quando præſtitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare. Terent. in And. Ne abs te hanc ſegreges, neu deſeras: ſi te in germani fratris dilexi loco: ſiue hæc te ſolum ſemper fecit maximi. Virg. Si qua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit. Idem alibi, Si bene quid de te merui.

Si ſapis, pro ſi ſapias, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Si ſapis, neque præterquam quas

ipſe amor moleſtias habet, addas: & quas habet modeſte feras.

Si redierit, pro ſi redijt. Terent. in Adelph. Nunc redeo, ſi forte frater redierit viſo.

Dicis, ſi facies modò, Tu dis bien, pourueu que tu le face. Plaut. in Trin. 17.61.

Si, per apoſiopeſim ſiue reticentiam dictum. Terent. in And. 4.5.51, Ne me attingas ſceleſte: ſi pol Glycerio non omnia hæc.

SIBILVS, ſibili, In ſingulari maſc. generis eſt: in plurali, maſc. & neutri. Sibilus ſit ore. Siſflement. Columella lib. 2, Sibilóque allectari quo libētius bibant. Virg. in 2. AEneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Seruius hic adiectiue capit pro ſibilantia.

Sibilus etiam de vento dicitur. Virg. in Buco. Nam neque me tantum venientis ſibilus auſtri, Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora: nec quæ Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Sibilo ſibilas, ſibilare, Siffler.

SIBVS, apud antiquos callidus vel acutus dicebatur, authore Feſto.

SIBYLLA, ſibyllæ, f. g. Puella dicitur, cuius pectus non decipit, & quæ vaticinatur, vt Varro teſtatur. Et à conſilijs deorum nūtiandis veteres hoc nomen impoſuerunt. AEoles enim σιοὺς deos dicunt: βουλὴ ſententia ſeu cōſilium dicitur. Sibyllas igitur, quaſi ſibullas dixerūt, quæ dei ſententias dixerunt. Cic. de diuinatione lib. 2, Sibyllæ verſus obſeruamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quædam hominum fama dicturus in ſenatu putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalui eſſe vellemus.

Sibyllinus, ſibyllina, ſibyllinum, Quod eſt ſibyllæ, vt ſibyllini libri. Plin. de viris illuſt. 46, Annibale Italiam deuaſtāte, ex reſponſo librorum ſibyllinorum, matre deûm è Peſſinunte acceſſita, cum aduerſo Tybere veheretur, repente in alto ſtetit.

SIC, aduerbium affirmantis. Terent. in Phor. 2.2.2, Itáne patris ais conſpectū veritum hinc abiſſe? G. admodum. P. Phanium relictam ſolam? G. ſic. Il eſt ainſi. Plaut. in Amphit. 10.20, Eia autem inimicos? A. ſic eſt, vera prædico. Terent. in And. 2.1.2, Datúrne illa hodie Pamphilo nuptum? B. ſic eſt. Idem in Eunucho, 3.5.25, Pro eunuchóne? C. ſic eſt. Idem in Adelph. 3.4.2, Prò di immortales facinus indignum Geta, quid narras? G. ſic eſt factum. Plaut. in Merc. 22.65, Quid tua refert, qui cum iſtae venerit, dum iſtuc? C. ſic eſt profectò. Idem in Moſtell. 14.40, Quid tu ais? T E. hæc res ſic eſt vt narro tibi.

Sic, ſimilitudinem dicit. Virg. Non ſic aggeribus ruptis, cum ſpumeus amnis Exijt. Terent. in Eunucho, 3.5.16, Noſtin' hanc quam amat frater? A. noui: nēpe opinor Thaidem. C. iſtam ipſam. A. ſic commemineram. Plaut. id Sticho, 3.27, Sic faciam, aſſimulabo quaſi aliquā culpam in ſeſe admiſerint. Idem in Menæh. 9.1, Sine fores ſic: abi. Idem in Amphit. 8.49, Sic ſalutas, atque appellas, quaſi dudum non videris.

Sic ſatis. Terēt. in Heaut. 3.2.12, Et quidē hercle forma luculenta. C. ſic ſatis, Aſſes paſſable.

Sic, optandi. Virg. Sic pater ille deûm faciat, ſic magnus Apollo.

Sic, demonſtratiuum aliquādo. Terent. in Eunucho, Ego limis aſpecto ſic per flabellum clanculum, & ſimul alia circunſpecto. Ainſi. Idem in Phor. Quid ille pædagôgus: qui cithariſtriam? quid rei gerit? G. ſic tenuiter. D. nō multū habet quod det fortaſſe. Idem in Phor. Ad precatorem abeam credo, qui mihi ſic oret, Nunc omitte quæſo hunc &c. Idem in And. Sic cogitabā, Hic paruæ conſuetudinis cauſſa, mortē huius tam fert familiariter &c.

Sic, pro talis. Terēt. in Phor. Cui tāta erat res, & ſupererat? G. deſinas: ſic eſt ingeniū. D. oh, regem eſſe oportuit, Il eſt de telle nature. Idem in And. 1.1.35, Sic vita erat, facile omnes perferre, ac pati.

Sic, Leuiter, & negligenter. Terent. in And. Mirabar hoc ſi ſic abiret, Ie meſbahiſſois bien ſi cela ce paſſeroit ſi legierement.

Sic ago, ſic me decet, Ceſt ma maniere de faire. Plaut. in Pœn. 6.13.

Sic ſum, Plau. in Moſtell. 8.86, Vide vt faſtidit ſimia. P. mihi ſum, ſic ſum. Ie ſuis tel. Idem in Aulul. 9.44. Quid tu ais? C. ſic ſum vt vides. Terent. in Phor. 3.2.42, Itáne tandem facere oportet? D. ſic ſum: ſi placeo, vtere, Tel me voyes tel me prenes.

Sic agam. Terent. in Adel. 5.2.11, Interea in angulum aliquò abeam, atque edormiſcam hoc villi, ſic agam.

Sic, Tam. Plaut. in Trin. 10.42, Nihil ſic certe celere eſt vt amor.

Sic, Coniunctio illatiua. Cic. Sic tot ſimul virtutes cōtinentiæ, grauitatis, iuſtitiæ, fidei, defecerunt. Id eſt igitur.

Sic, pro valde Apul. Nec ego rebar ſic multorum id opus dierum eſſe.

Sic ſic. Virg. Sic ſic iuuat ire per vmbras.

Siccine, aduerbium, interrogantis. Terent. in Eunucho, 4.7.34, Aín' verò canis? ſiccine agis? Ibidem, 1.2.19, Siccine ais Parmeno? Eſt il ainſi que tu dis? Idem in Eunucho, 4.2.6, Vah perij, hoc malũ integraſcit. ſiccine me atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier? Idem in Heaut. 1.1.114, Siccine eſt ſententia?

SICA, ſicæ, f.g. Genus gladij breuioris, quaſi ſeca. Cic. in Catil. oratione 3, È quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit. Ibidem, Non enim iam inter latera noſtra ſica illa verſabitur, non in campo, non in foro, non in curia, non denique inter domeſticos parietes pertimeſcemus?

Sicula ſiculæ, diminutiuum. Plaut. in Rud. 24.125, Pèſt eſt ſicula argenteola, & duæ conexæ maniculæ.

Sicarius ſicarij, Qui ſica hominem interficit.

SICCVS, ſicca, ſiccum, Aridum & ſine humore. Sec. Virg. Summa petit ſcopuli, ſiccáque in rupe reſedit. Plaut. in Curcul. 3.24, Egón' ſalua ſim quæ ſicca ſum ſiti? Ibidem, Qui ſcreãti tibi ſiccæ, ſemiſomnæ potionem affert, atque it ſedatum te.

Siccus, Exercitus multo labore, vel ſobrius. Plaut. in Aſin. 16.7, Præter alios meum virum fui rata ſiccum, frugi, continentem, amantem vxoris maximé. Idem in Pſeud. Viro modo cupidæ eſtis, eo vos veſtróque adeò pantices madefactatis, cum ego ſim hic ſiccus. Cic. lib. 2. Acad. quæſt. Alius adultis, alius ſenibus, alius ægris, alius ſiccis, alius vinolentis.

Siccus à ſucco deducitur, per antiphraſin, quaſi ſine ſucco.

Siccitas ſicciratis, f.g. Seichereſſe. Columella lib. 2, Si vero torpor cæli, ſiccitáſque regionis ſuadebit, februario ſtatim proſcindendi ſunt. Varro Cato, vel de liberis educandis, Perſæ propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem, vt neque ſpuerentur, neque emungerentur, ſufflatóque corpore eſſent.

Siccitas, Firmitas, interprete Nonio. Cic. de ſenect. Nullo imbri, nullo frigore adduci, vt capite operto ſit, ſummam eſſe in eo corporis ſiccitatem.

Sicco, ſiccas, ſiccare, Seicher. Columella libro 2. Si humidus erit abundantia vliginis, antè ſiccetur foſſis.

Sicceſco ſicceſcis, ſicceſcere, à ſicceo ſicces. Plin. lib. 18, Aquilonem prænuntiat aqua ſicceſcens: ſed roreſcens repente auſtrum immiſcet in rore occulto. Columella lib. vltimo, Fœnũ Græcum vetere vino macerato, deinde in ſole exponito, aut in furno vt ſicceſcat.

Siccoculus ſiccocula ſiccoculum. Plaut. in Pſeud. 3.75, Genus noſtrum ſemper ſiccoculũ fuit.

Siccaneus ſiccanea ſiccaneum, Quod eſt naturaliter ſiccum. Columella lib. 2, Eius prati animaduertimus duo genera: quorum alterum eſt ſiccaneum, alterum riguum.

SICERA, ſiceræ, f.g. Nuncupatur omnis potio apud Hebræos quæ inebriare poteſt.

SICELIS, ſicelidis, forma græca. à Sicilia ſit. Virg. Sicelides muſæ, paulò maiora canamus.

Siciliſſo, ſiciliſſas, ſiciliſſare, Sicula lingua loqui. Plau. in Menæh. 2.2, Nõ atticiſſat, ſed ſiciliſſat.

SICILEO, ſiciles, ſicilui, vel, Sicilio ſicilis, ſiciliui, ſicilitum, ſicilire, Quæ male ſecta ſunt ſecare, vt fit cum fœniſeces prætereunt in pratis. Plin. lib. 18. cap. 28, Prata quoties ſecta ſunt, ſicilere oportet, hoc eſt, quæ fœniſeces prætereunt, ſecare. Varro de re ruſt. cap. 49, Quo facto ſicilienda prata, id eſt, falcibus conſectanda, quæ fœniſeces præterierũt, ac quaſi barba tuberoſum reliquerunt campum. à qua ſectione arbitror dictum ſicilire pratum.

SICILICES, haſtarũ ſpicula lata, inquit Feſtus. Ennius, Incedit veles vulgo ſicilicibus latis.

SICILIQVVM, ſicilici, n.g. Duæ drachmæ.

SICINNIS, huius ſicinnis, f.g. Genus ſaltationis, quæ ſatyrica eſſe dicitur.

SICLVS ſicli, m.g. Hebræorum numiſma, quatuor drachmas Atticas habet.

SICVBI, id eſt, ſi alicubi. Terẽt. in Eunucho, 3.1.13, Tum ſicubi eum ſatietas hominũ aut negoti ſiquando odium ceperat, requieſcere vbi volebat, quaſi, &c.

SICVT, SICVTI, aduerbia ſimilitudinis. Plaut. in Rud. 22.19, Sic faciam ſicut conſilium eſt, ad herum vt veniam. Comme iay aduiſe. Ibidem, 24.67, Quibuſcum parua perijt Athenis, ſicut dixi. Idem in Bacchid. 15.69, Quid nunc es facturus? id mihi dice. c. coctum prandium: vos duo eritis, atque amica tua erit tecum tertia. M. ſicut dicis.

Sicut, & ſicuti interdum non res ſimiles, ſed diuerſas & planè contrarias denotant. Quintil. Sed hæc loquendi præcepta, ſicuti cognitioni ſunt neceſſaria, ita non ſatis ad vim dicendi valent, niſi illis quædam facilitas, quæ apud Græcos λέξις nominatur, acceſſerit.

Sicut, etiam venuſtatem habet, atque vtilitatem magnam, quoties antecedentem ſententiam

adnectit cum ſequenti. Plin. Ferunt Craſſum auum Craſſi in Parthis interempti, nunquam riſiſſe, ob id agelaſtum vocatum, ſicut nec fleuiſſe multos.

SIDERITES, ſideritis, m.g. Adamantis genus. Plin. lib. 37. cap. 4, Poſt hunc eſt ſiderites ferrei ſplendoris, pondere ante alios, ſed natura diſſimilis. Nam & ictibus frangitur, & alio adamante perforari poteſt, quod & Cyprio euenit, breuiterque vt degeneres nominis, tãtum authoritatem habent.

Siderites, herba, de qua Plinius lib. 22. cap. 17, Helxinem aliqui perdicium vocant, quoniam perdices ea præcipuè veſcantur. Alij ſideritem, nonnulli parthenium. Folia habet mixtæ ſimilitudinis plantagini & marrubio, cauliculos denſos, leuiter rubentes, ſemina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus.

Siderites gẽma, ferro ſimilis quæ litigio illata diſcordias facit, vt inquit Plin. lib. 37. cap. 10.

SIDO, ſidis, ſedi, ſeſſũ, ſidĕre, Mutuat præteritũ à ſedeo, Deorſũ deſcendere ſignificat, Deſualler, aller au fond. Oua plena ſidunt in aquis. Aues ſidũt, cũ ad ſedẽdum in arbore, deuolant. Homo ſubſidit, Gallice faſſied. Virg. in 6. AEneid. Sedib⁹ optatis, gemina ſuper arbore ſidũt.

SIDVS, ſideris, n.g. Quod ad aliquod ſignum cõplurium ſtellarum cõpoſitum eſt. vt aries, taurus, andromeda, perſeus, corona, & quæcunque variarũ genera formarum compoſita feruntur in cælum recepta. Vide Plinium lib. 2. cap. 18.

Sidus, à ſido ſidis, ſidere, quod eſt fixũ manere, deducitur, quòd ſidera inſidãt, id eſt fixa ſtent.

Sydus nonnulli y græco ſcribunt ἀπὸ τοῦ σὺμ quod eſt ſimul, & ἀδεῖν videre deriuãtes: quòd plures ſtellæ ſimul conſpiciãtur. Alij ab συνοδεύω, quod eſt commoueo, & cõuenio, vt ſit plurium ſtellarum conuentus.

Sidereus ſiderea ſidereum, Quod ex ſidere eſt. vt ſplendor ſidereus.

Sidereus, Altus. Martialis, Hic vbi ſidereus propius videt aſtra coloſſus.

Sidereus, Fulgens. Virg. Et ſplendidus æthera ſiderea polus.

Sideror ſideraris, ſiderari, ſidere afflari. Plin. lib. 9, Fluuiatilium ſilurus caniculæ exortu ſideratur, & aliàs ſemper fulgure ſopitur. Id eſt obtorpeſcit.

Sideratus ſiderata ſideratum, Qui ſideratione morbo affectus eſt. Pli. lib. 28. cap. 16, Sideratis vrina puli aſinini, nardo admiſto, perunctione prodeſſe dicitur.

Sideratio ſiderationis, f.g. Morbus eſt arborum afflatarum ſidere, quocunque modo id acciderit. Peculiare autem nomen ſiderationis eſt ſub ortu canis ſiccitatum vapor, cum inſitæ ac nouellæ arbores emoriuntur, præcipue ficus & vites. Plin. libro 17. cap. 24, Sideratio tota è cælo conſtat, quapropter & grando in ijs cauſſis intelligi debet & carbunculatio, quod pruinarum iniuria euenit. Hæc enim verno tempore inuitatis & erumpere audentibus ſatis mollibus inſidens, adurit lacteſcentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant.

Sideratio Græce dicitur aſtroboliſmos, quaſi ſideris perculſio, quam ſphaſeliſmon quidã appellant, vt inquit Theophraſtus lib. 5. de cauſſis, qui ſideratas arbores aſtrobletas appellat, quaſi ſidere percuſſas.

Sideratio, Morbi genus, partem aliquam corporis, ſæpe penè totum corpus percutientis ſubito, atque exſiccantis, & plerunque hominem enecantis: quod cum repẽtino quodam euenit impetu, & è cælo vi quadam ſideris prouenire putatur.

SIFILARE dicebant veteres, quod nos ſibilare nunc dicimus, teſte Nonio.

SIGILLVM, SIGILLARE, vide poſt SIGNVM.

SIGNVM, ſigni, n.g. Eſt parua quædam ſignificatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donat⁹, Signe, enſeigne. Terẽt. in And. 3. 2. 2, Adhuc Archillis quæ adſolent, quæque oportet, ſigna ad ſalutẽ eſſe, omnia huic eſſe video. Idem in Eunu. 4. 7. 11, Tu hoſce inſtrue: hîc ego ero poſt principia: inde omnibus ſignum dabo. Idem in Adel. 5. 3. 36, Multa in homine Demea ſigna inſunt, ex quibus coniectura facile fit &c. Idem in And. 5. 3. 7, Vide num eius color pudoris ſignum vſquam indicat? Plaut. in Mil. 14. 25, Quo argumẽto? P A. infido cælas, ego ſum firmè tibi fidelis. M. cedò mihi ſignum ſi hoc verum eſt.

Signa dicuntur literarum notæ, Marques.

Signa, Notæ genitiuæ, & quæ pecudibus inuruntur.

Signa cæleſtia, quæ in Zodiaco ſunt: quia notæ quorũdam animalium ſunt, quæ ad naturam ſolis iure referuntur, Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Piſces. Plin. lib. 2. cap. 41, Patrocinatur vaſtitas cæli immẽſa, diſcreta altitudine in duo & LXX ſigna. Hæ ſunt rerum aut animãtium effigies, in quas digeſſêre cælum periti.

Signũ, Vexillũ, Ab effigie animaliũ quæ in vexillis fieri conſueuerunt. Lucanus lib. 1, Infeſtíſque obuia ſignis Signa: pares aquilas, ac pila minãtia pilis. Cic. pro M. Fõteio, Ac infeſtis propè ſignis inferuntur Galli in Fonteium, & inſtant atque vrgent ſummo cum ſtudio.

Signa, dicuntur ſculptilia, ſiue fuſilia ad effigiem animalium fabricata, Vne image. Plaut. in Rud. 14. 2, Hic in phano Veneris ſignum flentes amplexæ tenent. Cic. de ſigno Cupidinis loquens, in Verrem act. 6, In auctione ſignum æneum non magnum HS. cx x millibus vænire non vidimus?

Sigillum, ſigilli, Paruum ſignum, prout ſignum varia ſignificat.

Sigillatim, aduerbium, Per ſingulos, Lung apres lautre. Plaut. in Trin. 13. 36, Sin vnum quicquid ſigillatim & placide percontabere. Terent. in Phor. 5. 9. 43, Quid ego nunc commemorem Demipho ſigillatim qualis in iſtum fuerim? Cic. in Verrem, act. v, Etenim quoniam ſummam & numerum iniuriarum iudices vobis non poſſum exponere, ſigillatim autem de vniuſcuiuſque incommodo dicere infinitum eſt.

Sigillo ſigillas, ſigillare, Marquer, ſeeller.

Sigillare, Claudere. Varro, Contrà lex minus impia eſt, ne filij parẽtibus luce ſigillent oculos. Sigillatæ literæ, Clauſæ & annulo impreſſæ.

Sigillaris & hoc ſigillare, Quod ad ſigillum pertinet. Vnde ſigillaria opera, dicũtur paruæ imagines fictilibus de ſcriptæ. dicta à ſigillis, id eſt paruis ſignis.

Signifer, ſignifera, ſigniferum, Qui fert ſigna, id eſt vexillifer, Portenſeingne.

Signifer dicitur circulus, in quo x 11 ſigna ſunt, qui Græcè Zodiacus appellatur, ab effigie animaliũ quæ in eo ſunt. Plin. lib. 2. cap. 4, Adiuuat rerũ ordo, deſcripto circulo, qui ſignifer vocatur, in duodecim animaliũ effigies, & per illas ſolis curſu cõgruens tot ſeculis ratio.

Signo ſignas, ſignare, Imprimere ſignum, Marquer. Virg. Et ſummo veſtigia puluere ſignent.

Signare, Oſtẽdere, ſigno indicare. Plaut. in Ciſtell. 10. 29, Eccam locum ſignat vbi ea excidit. Idem, Hic meretricem deperit, ſignat tamen ſe eam non amare.

Signare, Scribere. Columella lib. 1, Huc pertinet præclara noſtri poetæ ſententia, Laudato ingentia rura, Exiguum colito. Quod vir eruditiſſimus, vt mea fert opinio, traditum vetus præceptum numeris ſignauit.

Signare, Deſignare. Virg. lib. 2. georg. Quinetiam cæli regionem in cortice ſignant.

Signatus ſignata ſignatum, Signé, marqué.

Signatus, pro inſigni aliquando captum à veteribus legitur. vnde ſignatam virginẽ dicebant, quaſi inſignem virginitate. Plaut. Negat ſe puellam ſignatam domum reuerſuram.

Significo, ſignificas, ſignificare, Signum facere, ſiue per ſigna notũ facere, Demonſtrare. Plaut. in Trucul. 17. 12, Etenim ſic iſtuc volo, ne inter vos ſignificetis, ego ero paries. Que vous ne faictes ſigne lung a lautre. Plin. epiſt. 147. d, Vt paululum expectaret, magnũ ſignificat. Cicero de ſenect. 32, Nã quos ait Cæcilius comicus ſtultos ſenes, hos ſignificat credulos obliuioſos, Il entend & monſtre.

Significatio ſignificationis, f. g. Cic. Heu quæ ſignificatio doloris! Cic. de amicitia, 45, Cũ autẽ contrahat virtus amicitiam, vt ſuprà dixi, ſi qua ſignificatio virtutis eluceat, ad quam ſe ſimilis animus applicet & adiungat. Demonſtrance, oũ apparance. Ibidem, 31, Quamobrem hos quidem ab hoc ſermone remoueamus: ipſi autem intelligamus à natura gigni ſenſum diligendi, & beneuolentiæ charitatem facta ſignificatione probitatis.

Signator ſignatoris, m. g. Qui aut cauſſis, aut teſtamentis ſeſe ſubſignat. Salluſt. Multis modis mala facinora docebat: ex illis teſtes, ſignatoréſque falſos commodare, fidem, fortunas, pericula vitia habere.

Signatorius, ſignatoria, ſignatorium, Quod ſignat, ſeu quo ad ſignandum vtimur, vt ſignatorius annulus. Valerius Max. Vt annulo quo ſignatorio vtebatur. Paulus Iureconſ. Annulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

Signaculum ſignaculi, n. g, Signum alicui rei impreſſum, vt lateat quouſque referetur.

Signio, ſignis, ſigniui, ſignitum, ſignire, Signo aliquo notare. À quo compoſitum Inſignio. vide ſuo ordine.

Signinus ſignina ſigninum. Signinum opus, quod fractis teſtis, addita calce conficiebatur. Columella lib. 1, Cuius ſõlum terrenũ priuſquam cõſternatur, perfoſſum, & amurca recẽti madefactum, velut ſigninum opus, pilis condenſatur.

SIGMA, ſigmatis, n. g. Menſa exculta, quæ ſex caperet conuiuas in ſimilitudinem elementi Græcanici. Lampridius de Heliogabalo, Primus inuenit ſigma in terras ſternere. Idem, Vt de croco ſigma ſtrauerit, cum ſummos viros vocaret ad prandium.

SILATVM(inquit Feſtus)antiqui pro eo quod nunc ientaculum dicimus,appellabant:quia ieiuni vinum ſili conditum ante meridiem abſorbebant.

SILE,ſilis,n.g.Herba,quam alio nomine ſiſelim vocant:cuius vel radice,vel ſemine vinũ condiebant,quod ante meridiem ſumere mos erat. Propterea ſilatum antiqui dixere,quod nunc ientaculum dicimus.

SILEO,ſiles,ſilui,ſilere,Dicitur qui nondum cœpit loqui,Ne dire mot. Terẽt.in Phor.5.2.13,De iurgio ſiletur. Plin.in Paneg.89, Quinetiã tanto maiore conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent,quanto magis de te ſcenæ ſilebunt.

Siletur imperſonale,apud Terentium legitur in Phor.5.2.13.

Sileatur ille,Apud Plinĩ,epiſt.175,Quiſquis ille, qualiſcunque,ſileatur:quem inſignire,exẽpli nihil:non inſignire,humanitatis plurimum refert.

Sileſco,ſileſcis,ſileſcere,Tacitum fieri. Terent.in Adel.5.2.10,Quid ego nunc agam?niſi dum hæ ſileſcunt turbæ,interea in angulum aliquò abeam,atque edormiſcam hoc vilicẽ pendãt que ce bruit ſappaiſera,ceſſera.

Silentium ſilentij,n.g.Silence,quant on ne dit mot.

Cic.de diuinatione lib.2,Silentium dicimus in auſpiciis quod omni vitio caret.

Silentiũ noctis,pro intempeſta nocte ponitur,quam alii concubium, alii conticinium vocãt.

SILER,ſileris,n.g. Arbor,quam vulgo ſalicem vocãt.Vne ſaulx.Virg.lib.2.georg.Nanque aliæ nullis hominum cogentibus,ipſæ Sponte ſua veniunt,campóſque & flumina lætæ Curua tenent,vt molle ſiler,lentæque geniſtæ.

SILEX,ſilicis,m.g.Lapis durus,ex quo ignis excuti ſolet.Dict9 quòd de eo ignis ſaliat.Vng caillou.Vel quòd lentum intra ſe ignem habeat,qui attritu,aut percuſſu excitetur.Ouid.lib.7.Metamorph.Aut vbi terrena ſilices fornace ſoluti.

Silex,fœminino genere dixit Virgilius lib.7,Stabat acuta ſilex præciſis vndique ſaxis.

Siliceus ſilicea ſiliceum,Quod eſt ex ſilice.

Silicatus ſilicata ſilicatum,Quod eſt ex ſilice factum.vnde ſtratæ viæ dicuntur ſilicatæ,

SILICERNIVM,ſilicernij.Scribit Nonius eſſe funebre cõuiuiũ quod ſenibus exhibetur. Feſtus docet eſſe farciminis genus,quo familia in luctu à fletu purgatur. quia cui9 nomine inſtituebatur ea res,is iam ſilentiũ cerneret. Cæcilius,Credidi me ſilicernium eius eſſe eſurum. Donatus inquit eſſe cœnã quæ infertur dijs manibus:vel quòd eam ſilẽtes cernãt vmbræ:vel quòd quà hæc inferũt,cernãt,neque deguſtẽt. nã de ijs quæ libãtur inferis,quiſquis ederit vel biberit,funeſtatur.Hinc Terentius in Adelphis,4.2.49,appellat ſenẽ ſilicerniũ,qui iamiã ſilentibus cernẽdus ſit. Alij ſilicerniũ nomen fictũ à Terẽtio exiſtimarunt pro ſene:quòd in curuitate ſcilices ſpectet. Qui rectè ſentiũt,affirmãt ſilicerniũ,funebre cõuiuium eſſe:quod apud veteres ſenib9 exhiberi ſolebat:dictũ quòd cum ſilẽtio edẽtes cernerẽtur:vel quòd cogitarẽt ſe mox illũ ſecuturos.Quapropter abeũtes à cõuiuio,veluti ſe amplius nõ viſuri,mutuo ſe ſalutabãt.Varro,Funus executi,lautè ad ſepulchrũ antiquo more ſilicerniũ cõfecim9.Id eſt cõuiuiũ in quo pranſi diſcedẽtes dicimus alijs alij VALE. Silicerniũ ergo Terẽtius ſenẽ vocat,atque decrepitũ,id eſt,dignũ vel cui ſilicernium fiat,vel qui ad ſilicernium vocetur.

SILIGO,ſiliginis,f.g.Tritici ſpecies vnde optim9 fit panis,qui ſiligineus dicitur.Froumẽt. Iuuenalis,Tot medicaminib9 coctæque ſiliginis offas. Plin.lib.18.cap.8,Siliginem propriè dixerim tritici delicias:cãdor eſt,& ſine virtute,& ſine pondere, cõueniẽs humidis tractibus, quales Italiæ ſunt,& Galliæ comatæ.Sed & trans Alpes in Allobrogũ tantũ,Aruernorúmq; agro pertinax,in cæteris ibi partib9 biẽnio in triticũ trãſit. Ibidem,cap.8, È ſiligine laudatiſſimus panis,piſtrinarúmque opera laudatiſſima. Ibidem,cap.10,Siligo nũquã matureſcit pariter,nec vlla ſegetũ minus dilationẽ patitur propter teneritatem,ijs quæ maturuere protinus granũ dimittentibus. Sed minus quàm cætera frumenta in ſtipula periclitatur : quoniã ſemper rectam habet ſpicam,nec rorem continet,qui rubiginem faciat.

Siligineus,ſiliginea,ſiligineũ,Materiatum ex ſiligine.vt ſiligineus panis,Pain de froument.

SILIQVA,ſiliquæ,f.g.Folliculũ ſeu integumẽtũ vbi grana leguminũ includũtur,& ſi quid leguminibus ſimile.Virg.lib.1.georg.Grandior vt fœtus ſiliquis fallacibus eſſet. Plin.lib.18,de fabis loquens,Nam ſiliquæ,caulèſque gratiſſimi ſunt pabulo pecori.Leſcoſſe.

Siliqua,Fœnum græcum aliàs dicitur.Columella lib.2.cap.11,Fœnum græcum(quod ſiliquã vocãt ruſtici)duo tempora ſationũ habet:quorum alterum eſt Septembris menſis(cum pabuli cauſſa ſeritur) iiſdem diebus quibus vitia circa æquinoctium. Alterũ autem menſis Ianuarii vltimo,vel primo Februarii,cum in meſſem ſeminatur.

Siliqua, Grani genus eſt. Columella, Siliquæ modij ſex vel ſeptem totidem operis obruuntur, metuntur vna.

Siliqua, Fructus arboris. Horatius, Viuit ſiliquis & pane ſecundo.

Siliqua ſimiliter appellatur arbor ipſa. Plin. lib. 15. cap. 24, Haud procul abeſſe videntur & prædulces ſiliquæ: niſi quòd in ijs cortex ipſe mãditur. Digitorũ hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

Siliquor ſiliquaris, ſiliquari, Siliquas facere, hoc eſt integumenta. Venir en eſcorſe. Plin. lib. 27, Inter omnes autem cõſtat nihil eſſe vtilius lupini ſegete prius quàm ſiliquetur, aratro, vel bidentibus verſa. Idem lib. 18. cap. 7, Siliquantur verò omnia diuerſis diebus, & ab ima primùm parte, paulatim flore ſubeunte.

SILIQVASTRVM, ſiliquaſtri, Herba hortenſis, quæ alio nomine piperitis nominatur. Plin. lib. 19. cap. 12, Panax piperis ſaporem reddit, magis etiam ſiliquaſtrum, ob id piperitis nomine accepto.

SILLVS, ſilli, σίλλος, dicacitates & ſales. Vnde Gellius refert Timonem quendã ſcripſiſſe librum maledicentiſſimum, qui Sillo inſcribitur.

SILO, ſilonis, Qui prominentia habet ſupercilia, à Sileno, quem hirſutis ſuperciliis fuiſſe tradunt. Plaut. in Rud. 9. 12, Eccum recaluum, ac ſilonem ſenem.

SILPHIVM, ſilphii, n. g. vide LASERPITIVM.

SILVS, Naſus ſurſum verſũ adũcus. Vnde galeæ quoq; à ſimilitudine, ſilæ appellatę ſũt. Feſt.

SIMBELLA, ſimbellæ, Libellæ dimidium, hoc ſignum ſemis aſſis.

Simbella, Inſtrumẽtum paruum quo ſinguli nummi ponderantur.

SIMIA, ſimiæ, f. g. & Simius ſimii, Vne ſingeſſe, & vng ſinge, Hominũ figuris proxima animalia, quæ cauda carent, & in Libya naſcuntur. Dictæ quòd ſimæ ſint, id eſt naribus depreſſis. vel quaſi mimæ, id eſt imitatrices. Martialis, Callidus emiſſas eludere ſimius haſtas. Vide Plinium lib. 8. cap. 54.

Simia dicitur, qui alium imitatur. Plin. epiſt. 5. a, In quo Ruſticũ inſectatur, atque etiã Stoicorum ſimiam appellat.

SIMILA, ſimilæ, f. g. vel SIMILAGO, ſimilaginis, f. g. Farina alba & flos ſeu deliciæ farinæ triticeæ. Fine farine. Martialis, Nec poteſt ſimilæ dotes numerare, nec vſus. Plin. lib. 18. cap. 10, Similago ex tritico fit laudatiſſima. Ex Africo iuſtũ eſt è modiis redire ſemodios, & pollínis ſextarios quinque. ita enim appellant in tritico, quod florem in ſiligine.

SIMILAX, vide SIMILAGO.

SIMILIS, & hoc ſimile, Quaſi ſimul is. Semblable. Terent. in prologo Phorm. 32, Ne ſimili vtamur fortuna, atque vſi ſumus. Plau. in Moſtell. 3. 15, Sibi quiſque ſimile ſumit. Chaſcun prent ſon patron deſſus, pour en faire vne ſemblable.

Similis, genitiuo iunctum, ad morum, vel doctrinæ, vel huiuſmodi imitationem refertur. Horat. in Sermon. Similéſque meorũ Mille die verſus deſcribi poſſe Trebati. Cic. Vt aliquorum ſimiles in dicendo valeamus eſſe. Terẽt. in Eunu. 3. 2. 43, Similis domini es. Plaut. in Amphit. 4. 113, Similes mores huius. Ibidem, 4. 130, Similes tui deos eſſe putas. Terent. in Heaut. 5. 3. 17, Id quod eſt conſimilis moribus conuinces facilè ex te natum: nam tui ſimilis eſt probé.

Similis, datiuo iunctum, de forma, vel ætate, vel fortunis, aut aliis huiuſmodi rebus. Virg. Os humeróſque deo ſimilis. Plin. Effigie ac lineamentis corporis patri ſimilis. Hæc differẽtia Diomedis dicẽtis, Sum ſimilis tui moribus, ſimilis tibi figura: nulla eſt, quia vtrũque indifferenter reperitur. Cic. in Verrem, act. 4, Si aliqua in re veriſimilis fuero. De moribus loquitur. Idem lib. v. de finibus, Non video cur non potuerit patri ſimilis eſſe filius. Non loquitur de figura, ſed de moribus & doctrina, ingenióque Nicomachi filii Ariſtotelis. Liuius primo ab vrbe, Fratri ſimilior, quàm patri. De moribus loquitur. De figura in genitiuo, Plaut. in Menæh. Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) vſquam ſimilius eſt, quàm hic tui eſt, túque huius.

Sæpius tamen per genitiuũ mores ſignificamus. Terentius, Saluus ſit filius: ſpero ſimilis eſt maiorum ſuũm. Ouid. Similis non fuit ille tui.

Similis atque. Cice. pro Rabirio, Et ſimilis viri tu vlciſceris patris mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui? Idem de finib. bon. & mal. Itaque & ſimilis erit finis boni atque antea fuerat. Idem de lege Agraria, Hic tamen excipit Põpeium ſimillimè, vt mihi videtur, atque in illa lege. Cæſar in Cõmẽt. Hortatur eos vt ſimili ratione atque ipſi fecerũt, ſuas iniurias perſequantur.

Similis ac. Liuius ab vrb. Similem pauorem inde, fugámque fore, ac bello Gallico fuerat.

Simillimus ſimillima ſimillimum, Superlatiuum. Cic. pro M. Marcello, Hæc qui faciat, non ego eum ſummis viris cõparo, ſed ſimillimum deo iudico. Plaut. in Aſin. 5. 63, Hic noſter quæſtus, aucupij ſimillimus eſt.

Similo ſimilas, ſimilare, cõſtruitur cum accuſatiuo. Similem eſſe. Martialis, Cum ſint crura tibi, ſimilas quæ cornua lunæ.

Similitudo ſimilitudinis, f. g. Semblance, ou ſemblableté. Cic. lib. 1. de off. Nihil autem amabilius, nec copulatius quàm morũ ſimilitudo bonorũ: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates, in ijs fit vt æquè quiſque altero delectetur ac ſeipſo.

Similitas ſimilitatis, f. g. apud veteres dicebatur. Cæcilius, Vide quid ferat morum ſimilitas.

Similiter, aduerbium, Semblablement. Cic. lib. 4. ad Heren. Similiter cadens, exornatio dicitur, cum in eadem conſtructione verborum, duo aut plura ſunt verba, quæ ſimiliter ijſdem caſibus efferuntur.

Similiter ac. Cic. de natura deorũ, Tu autẽ quid quæris? ſimiliter facis ac ſi me roges.

Similiter atque. Cic. Philipp. 1, Neque verò illum ſimiliter atque ipſe eram cõmotũ eſſe vidi.

Similiter vt. Cic. de off. Similiter eos facere, qui inter ſe contenderent, vter rẽp. potius adminiſtraret, vt ſi nautæ inter ſe certarent, qui eorum potiſſimum gubernaret.

SIMITV, pro ſimul poſuere veteres. Plaut. in Sticho, 4. 94, Vt mecum ſimitu ires ad ſeſe nũc domũ. Idem in Merc. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt. Idem in Amphit. Non ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

SIMIVS, ſimij, m. g. Vng ſinge. Vide SIMIA.

Simiolus ſimioli, diminutiuum. Cic. Mario lib. 7. epiſt. Hic ſimiolus animi cauſſa me in quem inueheretur delegerat.

SIMPLEX, ſimplicis, o. g. Nomen numerale, Simple. Terent. in prologo Heaut. 6, Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.

Simplex, Verum & ſincerũ. Cic. Tuũ erga me animũ ſimplicem atque amicũ aperuit. Idem de Amicitia, 71, Et cum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quicquam admiſtũ diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum diuidi.

Simplices homines dicuntur puri, aperti, nihil tectum, nihil ſimulatum habentes.

Simplicitas ſimplicitatis, f. g. Simplicité, pureté. Martialis, Vitam quæ faciũt beatiorem, Iucundiſſime Martialis hæc ſunt, Res non parta labore, ſed relicta: Non ingratus ager, focus perennis, Prudens ſimplicitas, pares amici.

Simpliciter, Purè, aperté. Plin. epiſt. 108, Magna res acta eſt omnium, qui ſunt prouinciis præfuturi: magna omniũ qui ſe ſimpliciter credunt amicis. Idem epiſt. 98. a, Amicè & ſimpliciter reprehenderunt. Idem epiſtol. 97. lib. v, Recipies ergo epiſtolas ſteriles, & ſimpliciter ingratas.

Simplicitus, aduerbium antiquum, quo veteres vtebãtur pro ſimpliciter. Plaut. in Merc. 3. 14, Vt ſimplicitus dicam.

SIMPLVS, ſimpla, ſimplum, Semel tantum. Plaut. in Moſtell. 7. 72, Sceleſtæ hæ ſunt ædes, ſimpla eſt habitatio. Il ny a que vne ſeule habitation. Idem in Pœn. 20. 25, Verùm obſecro te vt liceat ſimplum ſoluere.

Simplarius ſimplaria ſimplarium. Simplariæ venditiones ſunt, pro quibus neceſſe venditor nõ habet de dupla emptori repromittere, quarum meminit Vlpianus in L. emptoria. infra de euictionib⁹. Ita enim ſimplariæ vẽditiones à Põponio dicũtur, vt ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebãtur, quæ in ſimplũ, duplũ, quadruplum dabãtur. Eadem ratione armaturæ ſimplares, duplaréſque à Vegetio dicũtur, lib. 2. de re militari, quas qui geſtabant, ſingulas & duplas conſequebantur annonas. Et à Modeſto de vocabulis rei militaris, torquarii ſimplares, duplaréſque: quòd qui illa præmia virtutis & decora militiæ meruiſſent, ſingulas & binas præter alios conſequebantur annonas.

SIMPVLVM, ſimpuli, n. g. Calix fictilis, quo vinũ in ſacrificiis libabatur: à ſumẽdo, quòd eo vinum libabatur minutatim. Plin. lib. 35. cap. 12, In ſacris quidem etiam inter has opes non murinis cryſtallinìſve, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis, inenarrabili terræ benignitate. Apuleius Catinum & ſimpulum ſacrificiis adhiberi ſolita oſtendit his verbis, Paupertas pop. Romano imperium à primordio fundauit, próque eo in hodiernum diis immortalibus ſimpulo & catino fictili ſacrificat.

SIMPVVIVM, ſimpuuij, n.g. Vas ligneũ, inquit Noni⁹. Varro, Nõ vides ipſos deos, ſiquã do volũt guſtare vinũ, deripere ad hominũ fana, & tamẽ tũ ipſi illi libero ſimpuuio vinitari.

SIMVL, aduerbiũ cõgregandi, Enſemble. Terẽt. in Eunucho, 2.2.10, Simul conſiliũ cum re amiſti. Plaut. in Amphit. 3.18, Quãobrem venerim dicã, ſimúlque ipſe eloquar nomẽ meũ. Idem in Trinũmo, Multa rogitas ſimul. Plin. epiſt. 136, Simul militauimus.

Simul tecũ. Plaut. in Amph. 8.121, Qui ipſus equidẽ nũc primùm iſtãc tecũ cõſpicio ſimul.

Simul cum. Cic. de Amicitia, 11, Neque enim aſſentior ijs qui hæc nuper diſſerere cœperunt, cum corporibus ſimul animas interire, atque omnia morte deleri.

Simul, Deinde, vel etiã. Vatinius Ciceroni, Ciues Romanos occidit, abripuit, diſperdidit, regiones vaſtauit, ſimul verò ſemiſſis homo cõtra me arma tulit. Salluſt. His amicis, ſociiſq; confuſus Catilina, ſimul quòd æs alienum per omnes terras ingẽs erat. Id eſt etiã. Terẽt. in And. 1.1.32, Et nunc id operã do, vt per falſas nuptias vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget: ſimul ſceleratus Dauus, ſi quid conſilij habet, vt conſumat nunc. Plaut. in Merc. 13.9, Et eodem accedit ſeruitus, ſudor, ſitis: ſimul hæc etiam quæ mecũ porto, deprimunt.

Simul, quãdoque geminata legitur, & habet eandẽ penè vim quam CVM & TVM, ſiue PARTIM. Quintil. Simul vt pleniori obſequio demererer amantiſſimos mei, ſimul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis veſtigijs inſiſterem.

Simulac, ſignificat quãprimùm vel ſtatim, cum, ſiue poſtquam. Salluſt. Iam primùm inuẽtus, ſimulac belli patiens erat.

Simul atque, Idem. Columella lib. 6, Semper cõueniet ſimul atque folia agere cœperint, ficus rubricã amurca diluere. Cic. Appio, Gratiſſimũ mihi feceris, ſi ad me, ſimul atque adeptus eris, miſeris

SIMVLACHRVM, ſimulachri, à ſimulo ſimulas, Propriè dicitur alicui⁹ ficta imago. Simulachra enim principio ex deſyderio mortuorũ orta ſunt, vt qui iam defecerant, viuere viderentur. Plaut. in Moſtell. 3.4, Hominem cuius rei, quãdo natus eſt, ſimilem eſſe arbitrarer, ſimulachrúmque habere.

SIMVLO, ſimulas, ſimulare, Imitari & referre, Reſembler. à ſimilis deriuatur. vel, vt quidã volũt, à ſimul. nihil enim aliud eſt ſimulare, quàm ea quæ abſunt, ſimul eſſe oſtẽdere. Horat. in epiſt. Duceret æra Fortis Alexandri vultum ſimulantia.

Simulare, Fingere, Faindre, faire ſemblant. Plaut. in Aulul. 14.4, Qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſſa coquos. Idem in Trin. 4.124, Qui omnia ſe ſimulãt ſcire, nec quicquã ſciunt. Terent. in Heaut. 4.1.23, Non ſimulare mortem verbis, reipſa ſpem vitæ dare. Cic. Simulabat ſe Romam rediturum cum in Africam nauigaturus eſſet. Idem de Amicitia 82, Et litigare ſe ſimulans, blandiatur.

Simulat quaſi. Plaut. in Amphit. 4.46, Verùm quaſi affuerim, tamen ſimulabo, atque audita eloquar. Idem in Curcul. 8.21, Sequere me, ſimulabo quaſi non nouerim.

Simulatio ſimulationis, f.g. Fantaſie. Cic. epiſt. lib. 1, P. Lẽtulo, à quibus tuẽdus fuerat, derelictus: ídque nõ ſolũ fronte, atq; vultu, quib⁹ ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Terẽt. in Heaut. 4.5.34, Non ego in perpetuum dicebam vt illam illi dares, verùm vt ſimulares. c. nõ mea eſt ſimulatio.

SIMVLTAS, ſimultatis, f.g. Odiũ: quæ plerũque intelligi cõtenta eſt, cũ inimicitia opere ſe oſtẽdat. Haine, rancune. Plaut. in Pſeud. 5.51, Nã hic id metuit, ne illã vẽdas ob ſimultatẽ ſuã. Cic. pro lege Manil. Vt multas ſimultates partim occultas partim apertas intelligã mihi eſſe ſubeundas: neq; politicus eſt, neque tyrannus tam fœlix qui hanc euadere potuerit.

Simultas (inquit Feſtus) eſt odium: dicta ex cõtrario: quia minimè ſint odiẽtes ſe, ſimul. Poteſt & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adinuicem.

SIMVS, ſima, ſimum, Quod eſt preſſum. Qui eſt camus. Plin. lib. x1. cap. 37, Et altior homini tantum, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus. Non alij animaliũ nares eminent. Auibus, ſerpentibus, piſcibus, foramina tantũ ad olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina ſimorum, ſilonum. Virg. Dum tenera attondant ſimæ virgulta capellæ.

Simulus, ſimula, ſimulum, Diminutiuum.

SIN, ex SI & NE cõponitur, abiecta e, ſignificátque ſi verò. quod nunquã in prima parte collocatur, & niſi præceſſerit ſi: ſed in ſecũda, vbi ferè duorũ eſt oppoſitio. Terẽt. in Hecyra, 4.4.15, Ego Pãphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt, affinitatẽ hãc eſſe perpetuã volo: ſin eſt vt aliter tua ſiet ſentẽtia, accipias puerũ. Ibidem, 4.1.45, Si eſt vt dicat velle ſe, redde: ſin eſt autẽ vt nolit, rectè cõſului meæ. Idem in Phor. 5.8.32, Si vis mihi vxorem dare quam deſpõdiſti, ducam: ſin eſt vt velis manere illam apud te, dos hic maneat Demipho.

Sin, aliquãdo ſolũ reperitur, ſed quod ſecũdi loci vim obtinet. Salluſt. Imperat vt pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores maximè paret, ac maximè occultè: ſin id parum procedat, quouis modo Numidã interficiat. Id eſt, ſi poteſt, occultè: ſi non poteſt, vtcunque.

Primùm, ſin. Terẽt. in Adelph. 3.4.46, Hæc primùm vt fiant, deos quæſo, vt vobis decet: ſin aliter animus veſter eſt, ego Demea ſumma vi hanc defendã, atque illum mortuũ. Cic. de Amicitia, 66, Quamobrem primùm danda opera eſt, ne qua amicorũ diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur.

SINAPI, indeclinabile, neut. gen. Herba, ſeu ſemen quod profilit cum tanta acrimonia, vt lachrymas cieat comedẽti. Moultarde. Plin. lib. 20. cap. 22, Sinapi, cuius in ſatiuis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime vis feratur, iudicauit: quoniam non aliud magis in nares & cerebrum penetret.

Sinapis, fœminino genere legitur. Plaut. in Pſeud. 13, 28, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis. Plin. lib. 19. cap. 8, Vſus iis, & cum lente ac faba: idémque qui holeris & præcipuus, vt leuitas excitetur acrimonia ſinapis. Columella, Fletum factura ſinapi.

Sinape ſinapis, in neutro genere dixit Columella lib. x i. cap. 3, Sinape atque coriandrũ, nec minus erucam & oximum, ita vti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent.

SINCERASTVM, vide SYNCERASTVM.

SINCIPVT, vide SYNCIPVT.

SINCERVS, ſincera, ſincerum, vide SYNCERVS.

SINE, Præpoſitio ſemper ſeparatiua, ſignificat abſq;. Terẽt. in Heaut. 2.3.47, Sine auro tum ornatam. Sans or. Plaut. in Pœnulo, 3.71, Sine damno magno quæ elui neutiquam poteſt.

SINGVLVS, ſingula, ſingulum, quaſi ſine angulo: quòd ea quæ vnica ſunt, nequeãt cõſtituere angulũ. Dicũtur autem ſinguli, vnuſquiſquis per ſe, hoc eſt ſeparatim ab aliis. Seul. Plaut. in Ciſtell. 10.35, At ſingulum video veſtigium. Vng ſeul pas. Idem in Amphit. 4.197, Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Vng ſeul a chaſcune fois. Idem in Truc. 6. 44, Quid maceria illa ait, in orto quæ eſt, quæ in noctes ſingulas látere fit minor? Par chaſcune nuyct. Idem in Menæh. 10.10, Ad forum eſt hominum indies qui ſingulas eſcas edunt.

Singularis & hoc ſingulare, Quod eſt vnicum & excellẽs: & tam in malum quam in bonum ſumitur. Plin. epiſt. 144.a, Neptem paruam noui, nepotem familiariſſimè diligo, adoleſcentem ſingularem. Idem epiſt. 45.b, Mox vehiculum aſcendit, aſſumit vxorem ſingularis exempli, vel aliquem amicorum. Cic. pro Sylla, Me ſingulari immanitate & crudelitate prædituũ.

Singularius ſingularia ſingulariũ. Plaut. in Capt. 4.3, His indito catenas ſingularias. A chaſcune chaiſne.

Singulatim, aduerbium, Multi ſeparatim, & vnũquodque per ſe, Chaſcun a part. Cæcil. Primùm malo publico ſingulatim gratias agere. Lung apres lautre. Suet. in Nerone Claud. cap. 15, In cognoſcendo timorem eum tenuit, vt continuis actionibus omiſſis ſingulatim quæque per vices ageret.

Singillatim, aduerbiũ, Idem Lucilius, Singillatim vnuſquiſque noſtrum mouetur. Suet. in Auguſto, Atque etiam ſingillatim è certo genere hominũ libentes, ac pro facultate quiſque pecunias contulerunt.

Singulariter, aduerbium, Singulieremẽt. Plin. epiſt. 49.a, De vita Pomponij Secũdi duo: à quo ſingulariter amatus, hoc memoriæ amici, quaſi debitum munus expleuit.

SINGVLTVS, ſingultus, ſingultui, m. g. Dicitur quoties ſpiritus vacãs ab humore, in loco ſpiritui deputato retinetur: hic enim dum emittitur, nec poteſt erumpere, & diſtentionem inducit, quæ appellatur ſingultus. Le hoquet. Plin. epiſt. 95.b. lib. 4, Nam illa quoque quãquã prona & vergentia, per quaſdam obluctantes animæ moras, crebris quaſi ſingultibus ſiſtunt quod effundunt. Plin. lib. 28. cap. 6, Sternutamenta prima grauedinem emendant, & ſi quis muris nares (vt tradunt) oſculo attingant, ſternutamẽta & ſingultum. Columella lib. 8. cap. x i, Reducuntur ad villam, perſequentes, vt dixi, nutricis ſingultus.

Singultio ſingultis, ſingultire, Auoir le hoquet.

Singultiens ſingultientis, Qui ha le hoquet.

Singultiens gallina. Vne geline qui cloce. Columella lib. 8. cap. x i, Poſſunt autem poſt quintum & triceſimum diem quàm nati ſunt, etiam in agro ſatis tuto educi, ſequiturque grex velut matrem gallinam ſingultientem.

SINISTRA, ſiniſtræ, Manus læua dicitur, à ſino ſinis, quòd gerere nos dextra manu quæ aptior eſt, ſinat. La main ſeneſtre.

Siniſter ſiniſtra ſiniſtrũ, Quãtũ ad auguriũ pertinet, ſignificat proſperũ. Plaut. in pſeud. 11.72, Omnes ordines ſub ſignis ducã, legiones meas aui ſiniſtra, auſpicio liquido, atque ex ſententia. Siniſtrũ, Aduerſum, noxiũ. Virg. lib. 1. georg. Arboribúſq; ſatíſque Notus, pecoríq; ſiniſter. Plin. epiſt. 148, Igitur ad alios hanc ſiniſtrã diligentiã conferãt. Idem epiſt. 9.b, Nemo me apud quenquã ſiniſtris ſermonibus carpit: neminem ipſe reprehendo, niſi vnum me.

Siniſtrè, aduerbium, Significat fœliciter atque infœliciter.

Siniſteritas ſiniſteritatis, f.g. Plin. epiſt. 182, Plerique autem dum verentur ne gratiæ potentiũ nimiũ impartire videantur, ſiniſteritatis, atque etiam malignitatis famã conſequuntur. Id eſt, Aſperitatis: quia nimium ſeuerè in potentes prouinciales ſe gerunt.

Siniſtrorſum, aduerbiũ, Verſus ſiniſtram. Apud Feſtum ſiniſtrorſus etiam legitur.

Siniſtinum veteres dixerunt pro ſiniſtro.

SINO, ſinis, ſiui, ſitum, ſinere, Permittere. Plautus in Aſinaria, 16.48, Sine venias modo domum. Terent. in And. 1.1.126, Sine nunc meo me viuere interea modo. Laiſſe moy viure. Ibidem, 5.3.30, Sine te hoc exorem. s. ſino. Plaut. in Sticho, 4.72, Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam. Varro, Sine is ad pubertatis annos perueniat.

Sine vt. Terẽt. in And. 3.5.16, Sed paululũ ſine ad me vt redeã. Idem in Eunucho, 4.6.1, Sine vt veniat.

Situs ſita ſitum, Permiſſus. Cic. pro P. Seſtio, Accuſare eum moderatè, à quo ipſe nefariè accuſatur, per ſenatus authoritatem non eſt ſitus.

SINOPIS, ſinopidis, f.g. Color quidã natiuus ſeu rubrica dicitur, quæ primo apud Sinopem inuẽta eſt. Plin. lib. 35. cap. 6, Naſcuntur ſinopis, rubrica, parętoniũ, melinum, eretria, auripigmẽtũ. Cæteri fingũtur, primúmque quos in metallis diximus. Pręterea è viliorib⁹ ochra, ceruſſa vſta, ſandaraca, ſandyx, ſyricũ atramẽtũ. Sinopis inuẽta eſt primùm in Põto, inde nomẽ à Sinope vrbe. Naſcitur & in AEgypto, Baleáribus, Africa: ſed optima in Lemno & in Cappadocia. Effoſſa & in ſpelũcis. Quæ ſaxis adhæſit, excellit. Glebis ſuis colos, extra maculoſus. Hácque vſi ſunt veteres ad ſplẽdorẽ. Species ſinopidis tres, rubra, & minus rubẽs, & inter has media. Pretiũ optimæ in libras XIII denarii. Vſus ad penicillũ, aut ſilignũ colorare libeat.

Sinopicus ſinopica ſinopicũ. Sinopicã Rubricã vocat Victruuius lib. 7. de qua Strabo lib. XII, ſic ſcribit, In Cappadocia naſcitur ea quæ ſinopica rubrica dicitur, omnium optima quæ cum Iberia decertat. Idcirco ſinopica appellatur, quòd eam mercatores eò deferebant prius quàm Epheſiorum emporium tam celebre eſſet.

SINVS, ſinus, ſinui, m.g. Dicitur illa pars quæ eſt intra pectoris, brachiorúmque cõplexum. Le ſein. Terent. in Adel. 4.5.76, Hic non amandus? hiccine non geſtandus in ſinu eſt?

Hinc ſinus veſtium appellati ſunt, quales erant tunicæ Romanorũ, & laxitas illa ſupra cincturam. Virg. Sinus collecta fluentes.

Sinus vrbis. Salluſt. in Catil. Alii intra mœnia, atque in Sinu vrbis ſunt hoſtes.

Sinus, Per tranſlationem vocantur littora curua ad ſimilitudinem ſinus, & quaſi brachijs mare amplectentia.

Sinus, Cõcauitas oculorũ, ſcilicet palpebræ, vbi lachrymarũ cõceptacula ſunt, propter quandã ſimilitudinẽ. Virg. lib. 4. AEneid, Sic effata, ſinum lachrymis impleuit obortis.

Sinus aliquando ponitur pro quacunque re fluente ob laxitatem atque capacitatem. Iuuenalis, Fata regum, homines, fatum eſt in partibus illis, Quas ſinus abſcondit.

Sinus, Retia vocantur. Virg. Impleuítque ſinus.

Sinus, Velum quod ventis flantibus curuatur, & ſinum facit. Virg. Totos pande ſinus.

In ſinu gaudere, Eſt tacitam apud ſe voluptatem ſentire. vide GAVDEO.

Sinus ſinus, vel ſinum ſini, n.g. Genus vaſis, ſicut galeola. Plaut. in Curcul. Hic cum vino ſinus fertur. Idem in Rud. 30.32, Talentum argenti commodũ magnum inerat in crumena: præterea ſinus, epichiſis, cantharus, gaulus, cyathus. Varro, Vbi erat vinũ poſitũ in menſa aut galeola, aut ſinu. Virg. Sinum lactis &c.

Sinuoſus ſinuoſa ſinuoſum, Quod habet multos ſinus. vt mare ſinuoſum, vela ſinuoſa, quæ ſinus, id eſt curuationes faciũt. Claudianus lib. 1. de raptu Proſerpinæ, Sinuoſa draconũ Membra tegens. Id eſt nodoſa,

Sinuo ſinuas, ſinuare, Curuare, in ſinus flectere. Virg. lib. 2, Sinuátque immenſa volumine terga. Id eſt, in ſinus flectit. Ouid. lib. 2. Metamorph. Tremulæ ſinuãtur flumine veſtes. Id eſt, formãtur, rugãtur, vel in ſinus colligũtur. Claud. lib. 1, Cœperat & vitreis ſummo iam margine texi, Oceanum ſinuare vadis. Id eſt, nodoſum facere.

SIPARIVM, ſiparij, n.g. Velum mimicũ, quod Apulei⁹ appellat ſcenicũ. Eo vtebãtur mimi, ſcenicíque artifices ad ſcenã velandam. Et hæc ſiparia pro aulęis poſtera ætas vſurpauit.

SIPHON, ſiphonis, m.g. Canalis fiſtula, vel tibia, per quã vrgẽte ſpiritu aqua vel alius liquor emittitur. À ſono vocis dictus σιφὼν, Vne fontaine, ou tuyau dont ſort leaue. Iuuenalis, Effigiémque deæ longis ſiphonibus implẽt. Plin. lib. 2, De aqua in ſumma iuga erumpẽte, quo ſpiritu acta & pondere terræ preſſa, ſiphonum modo emicat.

Siphunculus ſiphunculi, m.g. diminutiuũ. Plinius ad Apollinarẽ, In hoc fonte crater, circa ſiphunculi plures miſcẽt iucundiſſimũ murmur. Idem, Aqua velut expreſſa cubantiũ põdere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur.

Sipho ſiphas, ſiphare, vel Sipo ſipas, ſipare, Spargere. à quo diſſipo. vide loco ſuo.

SIQVANDO, aduerbiũ temporis, Id eſt, ſi aliquo tempore. Terent. in Eunucho, 3.1.14, Tum ſicubi eum ſatietas hominũ, aut negoti ſiquãdo odium ceperat. Cic. de Amicitia, 48, Non ergo erunt homines diuitijs affluentes audiendi, ſiquando de amicitia, quam nec vſu nec ratione habent cognitam, diſputabunt.

SIQVIDEM, Cõiunctio, accentum habet in antepenultima, ſíquidem. Significat enim certe, nã, quoniã. Terent. in Heaut. 2.3.90, Quid aliud tibi vis? CLIT. ſi quidem hoc ſit. s. ſíquidem experiũdo ſcies. Cic. Dolabellæ, Gratulor Baiis noſtris, ſíquidem vt ſcribis, ſalubres repente facti ſunt.

Si quidem, Interdũ duæ dictiones ſunt, pro ſi certé. Plaut. in Curcul. 4.56, Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius perſequar. Terent. in Eunuch. 1,2.102, Biduum ſaltem vt cõcedas ſolum. PH. ſi quidem biduum: verùm ne fiant viginti iſti dies.

SIQVIS, ſiqua, ſiquod, vel ſiquid, Pronomen, Si aucun.

Siquis alius, Elocutio ornata, vt cum dicimus, Varro doct⁹ eſt, ſiquis alius. hoc eſt, ſiquis alius doctus eſt, vel reperiri poteſt. Suet. in Claud. Siquem alium, & ſe liberum eſſe &c.

SIREMPS (inquit Feſtus) dicitur quaſi ſimilis res ipſa. habetur hoc in libris Catonis.

SIREN, ſirenis, vel ſirena ſirenæ, f.g. Monſtrũ maris, ab εἴρειν, quod cõnectere vel retinere ſignificat. Vel ab σειρὰ catena, eo quòd libidinis vinculum ſirenes fuerint. Vne ſerene.

Quidam hoc nomen à σύρω traho deducunt, & per y ſcribunt.

Syrenes aues in India. Vide Plinium lib. x. cap. 49.

SIRIVS, ſirii, m.g. Stella in ore canis pernitioſa. Cõtinet enim canis, XVIII ſtellas. Lucan⁹ lib. x, Rapidus qua ſirius ignes Exerit. Stathius lib. 1. ſyl. Nec calido latrauit ſirius aſtro.

Ductũ nomen ἀπὸ τοῦ σείρειν, hio: quod per æſtũ præcipuè canes faciunt, quo tempore plerunque in rabiem cõuertũtur. Vel ἀπὸ τοῦ σειραίνω, quod eſt arefacio: quia tunc maxima ſiccitas eſt, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur ſirius, à longo tractu, quoniam magnitudine ſua trium ſignorum ſpatium occupare videtur. Hæc annis omnibus, vt inquit Seruius, oritur circa VIII Cal. Iulii.

SIRPVS, vide SCIRPVS.

SIS, pro ſi vis dixere veteres. Plaut. in Amph. 4.132, Modo ſis veni huc, inuenies infortuniũ. Ibidem, 7.27, Iam ſequere ſis, herũ qui ludificas dictis delirãtibus. Cic. pro Sexto Roſcio, Age nunc, refer animum ſis ad veritatem.

SISAMA, ſiſamæ, f.g. Genum fruticis. Vide SESAMA.

SISARVM, ſiſari, Frutex eſt, quem & ericam vocant, folia habet tamaraci ſimilia.

SISER, ſiſeris, n.g. Herba, de qua Plinius lib. 20. cap. 5, Siſer erraticũ ſatiuo ſimile eſt, & effectu, ſtomachum excitat, faſtidium abſtergit.

SISTO, ſiſtis, ſtiti, ſtatum, ſiſtere, Stare facere, ſeu retinere, Arreſter. vt, ſiſte gradum, ſiſte lachrymas. Plin. Sanguinis profluuiũ ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrũ. Virg. Siſte gradum, téque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Plaut. in Trucul. 16.37, Intrò acceptũ quando acceptũ eſt, nõ poteſt ferri foras. bene vale. D. ſiſte. A. omittas me. Arreſte toy. Plin. epiſt. 95. b, Nã illa quoque quanquam prona & vergẽtia, per quaſdã obluctantes animæ moras, crebris quaſi ſingultibus ſiſtunt quod effundunt. Ils retiennent.

Siſtere, Præſentare, & quaſi præſentiã corporis exhibere. Cic. Attico, Des operam, id quod mihi affirmaſti, vt te ante Cal. Ianuarias, vbicũque erimus, ſiſtas. Idem, Vas factus eſt alter eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Plaut. in Rud. 18.70, Nã promiſimus carnufici aut talentum magnum, aut iſtunc hodie ſiſtere. Idem in Mil. 6.70, Ego iam illã huc tibi ſiſtã in viã. Ie te la preſenteray. Idem in Capt. 4.8, Vbi tu es qui me libello Venerio citaſti? ecce me ſiſto, ades cõtrà. ſiſto ego me tibi, & mihi contrà itidẽ vt ſiſtas, ſuadeo. Idem in Pœn. 14.54, Tacit⁹ rẽ ſiſtã tibi, quàm quod dictũ eſt mulieri malæ.

Ibidem, 16.120, Haud aliter poſtulo, reſtituētur omnia: ſuā rem ſaluā ſibi ſiſtam, ſi illò aduenerit. Idem in Rud. 24.5, Perimus miſeræ. D. ego vos ſaluas ſiſtā, ne timete. Ie vous rēdray en ſauuete. Idem in Trin. 10.93, Non ſiſti poteſt, video caculā militarē me futurum. Siſtebas capite cadum. Plaut. in Mil. 11.35, Mihi imperabas, ego promebam: poſtea hic illi Sceledro capite ſiſtebas cadum.

Siſtet capite, quēcunque offendero. Plaut. in Curcul. 7.8, Nec quiſquā fuerit tam opulētus, qui mihi obſiſtat in via. Et paulò pòſt, Quin capite cadat, quin ſiſtat in viā de ſemita. Idem in Capt. 13.22, Eminor, interminórque, nequis mihi obſtiterit obuiam, &c. nam qui obſtiterit, ore ſiſtet. Id eſt, ore terram calcabit, quemadmodum pedibus cæteri ſiſtere ſolent.

Siſtere, Confirmare, corroborare. Plin. in Paneg. 82, Magnum hoc tuum non erga homines modò, ſed erga tecta ipſa meritum, ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingētia opera eodem quo extructa ſunt animo, ab interitu vindicare. Virg. Hic rem Romanam magno turbante tumultu Siſtet eques.

Stator ſtatoris, m.g. Qui apud magiſtratum aſſidue eſt, quales ſunt nuntij, vel tabellarii, vel apparitores, qui reos in ius vel in carcerem ducunt. Vng meſſager, ou ſergeant. Plancus Ciceroni, Præſto mihi fuit ſtator eius cum literis, quibus ne venirem denūtiabat. Cic. lib. 2. epiſt. Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tharſi.

Stator Iupiter dictus eſt, quia ſtetit, id eſt ſtare fecit Romanos in fugā à Samnitibus verſos.

SISTRVM, ſiſtri, n.g. Muſicum inſtrumentum, hoc eſt, cornu recuruum, peculiare AEgyptiorum, quo vtūtur in Iſidis ſacris, argutū & ſonorū, dum percuteretur: qui ob id ſiſtrati dicuntur. Ouid. Per tua ſiſtra precor, per Anubis ora verēdi. Apul. AEreis, & argēteis, & aureis ſiſtris argutum tinnitū conſtrepentes. Martialis, Si quis plorator collo tibi vernula pendet, Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu.

Siſtrum, apud AEgyptios vicem tubæ exhibebat. Virgil. Patrio vocat agmina ſiſtro. Inde à Martiale dicitur Siſtrata tuba.

SITANIVS, ſitania, ſitanium. Sitanius panis dicitur ex nouo frumēto intra trimeſtre à tēpore meſſis factus. Græci enim σῖτον frumentum dicūt, νέον nouum. Hinc σιτάνιος, quaſi σῖτος νέος. Plin. lib. 22. cap. 25, Sitanius, hoc eſt trimeſtris, incuſſa in facie, aut diſquamata cum melle aptiſſimè curat.

SITICINES (inquit Nonius) vt liticines à lituo, vt tubicines à tuba, ita ſiticines qui apud funeratos vel vita functos & ſepultos, hoc eſt iam ſitos, canere ſoliti erāt, honoris cauſſa, cantus lamentabiles. Hoc in libris Coniectaneis Attei Capitonis inuenitur, & Cato id vocabulū indubitanter appoſuit.

SITIS, huius ſitis, f.g. Bibendi appetitus. Soif. Plin. lib. 11. cap. 34, AEque eſt mira ſanguinis & hirundinum genere in paluſtri aqua ſitis.

Sitis, Nimia auiditas cuiuſcunque rei dicitur per tranſlationem. Plautus, Cupio te amplecti, neque aliter ſitim iandiu conceptam ſedare poſſum.

Sitio ſitis, ſitiui, ſitire, Auoir ſoif.

Sitire, Fort cōuoiter, & auoir appetit de quelque choſe. Iuſtinus, Satiare ſanguine quē ſitiſti.

Siticula ſiticulæ, f.g. Diminutiuum.

Sitiens ſitientis, Participium, Qui ha ſoif.

Sitiens nomen, genitiuo iungitur. vt ſitiens virtutis. Cic. pro Cn. Plancio, Deinde ſitientem me virtutis tuæ deſeruiſti, ac dereliquiſti.

SITVLA, ſitulæ, f.g. Ciſta qua populi ſuffragia in creādis magiſtratib⁹ legibúſque ferendis colligebantur Plaut. in Caſina, Sortia illa in ſitula.

Situla etiam vas ad hauriendam aquam accommodum, quòd aquam ſitiat. Vng ſeau, ou vne ſeille. Plaut. in Amphit. 8.37, Si ſitulam iam cepero, nūquam ædepol tu mihi diuino quid creduis poſt hunc diem, ni ego illi puteo, ſi occepſo, animā omnem intertraxero. Idem in Caſina, 6.17, Et ſitulam huc tecum afferto cum aqua.

Sitella ſitellæ, diminutiuū. Plaut. in Caſina, 7.35, Conijciam ſortes in ſitellam, & ſortiar tibi & Chalino. Cic. pro Cornelio, Neque maius eſt legere codicem cum intercedatur, quàm ſitellam ipſam cum ipſo interceſſore deferre.

Situlum barbatum. Feſtus, Nanum Græci vas aquarium dicunt humile & cōcauum, quod vulgo vocant ſitulum barbatum: vnde nani pomiliones appellantur.

SITVS, ſita, ſitum, Poſitus. Plaut. in Mil. 7.20, Scio crucem futuram mihi ſepulchrum, ibi enim mei maiores ſunt ſiti. Idem in Capt. 11.4, Res omnis in incerto ſita eſt. Terent. in

Phor. 1.2.42, Ea ſita erat ex aduorſo. Poſee, miſe. Idem in Adelph. 3.4 9, In te ſpes Hegio nobis ſita eſt.

Situm eſt in patris poteſtate. Plaut. in Sticho, 2.37, Verùm poſtremo hoc in patris poteſtate eſt ſitum. Terent. in And. 4.5.41, Haud vereor, ſi in te ſolo ſit ſitum.

Siti (inquit Cicero lib. 2. de leg.) dicuntur ij qui cõditi ſunt, nec tamen eorum antè ſepulchrũ eſt quàm facta iuſta & corpus incenſum eſt.

Situs ſitus ſitui, m. g. Situation. Virgil. lib. 1. georg. Et ſegnem patiere ſitu dureſcere campum. Id eſt, ſicut ſtat.

Situs ſitus ſitui, m. g. Lanugo ex humore creata, qui ſit in locis ſole carẽtibus. Donatus, Situs eſt corruptio ex humore, & diuturnitate contracta, qua deteriores fluũt ſpecies vno loco & prolixo tempore conſtitutæ. Relend. Plin. lib. 21, Peſſimũ eſſe crocum, quod ſitum redolet. Qui ſent le relend. Plin. in Paneg. 81, Datur intueri pulcherrimas ædes deterſo ſitu adauctas, ac vigentes.

Situs eſt etiã in vultu, capite, totóq; corpore & habitu, præſertim inopũ, qualẽ Lucretius deſcribit, Fœda ſitu macies. Virg. Sed te victa ſitu. Id eſt ſenio & nihil agendo corrupta.

Situs etiã in vitibus eſt. Columella lib. v, Iam verò muſcus qui more cõpedis crura vitium & vineta comprimit, ſitúque & veterno macerat, ferro diſtringendus & eradendus eſt.

SIVE, Cõiunctio, cum ex SI & VE cõpoſitũ ſit, duorum generũ vim ſimul obtinere videtur. Itaque cum orationẽ inchoat, minimè mirum eſt, ſi præter morem aliarum cõiunctionũ tres minimũ ſenſus poſtulat, cum & SI cõtinuatiua ſuã apodoſin, & VE alterã diſiũctiuã exigat. vt, Siue me amas, ſiue odiſti, nõ magni æſtimo. Aliquãdo quatuor. Ouid. Siue quis Antilochũ narrabat ab Hectore victum, Antilochus noſtri cauſſa timoris erat: Siue Menœtiadem falſis cecidiſſe ſub armis Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. In qua figura notandum eſt ſolere eleganter cum protaſibus apodoſes miſceri.

Siue, Ou ſi. Terẽ. in And. 1.2.19, Dehinc poſtulo, ſiue æquũ eſt, te oro Daue, vt redeat in viã.

Siue, diſiunctiua cõiũctio. Terẽt. in And. 1.3.11, Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pãphilo eſt. Soit quelle ſoit ſa femme, ou ſoit quelle ſoit ſamie.

Siue, Aliquando explanandi vim habet, ſiue declarandi. Quintil. Vt Ariſtarchus & ætate noſtra Palæmon, qui vocabulum ſiue appellationem nomini ſubiecerunt.

Siue dolo: ſubaudi, id fecerit. Virg. in 2. AEneid. Primúſq; Timetes Duci intra muros hortatur, & arce locari, Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebant. Pro, ſiue dolo id fecerit.

S M

SMARAGDVS, ſmaragdi, m. g. Gemma qua oculorũ acies recreatur, qua nihil viridius. Plin. lib. 37. cap. v, Smaragdos verò tanto libentius, quoniã nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum contuitu oculos implent, nec ſatiant. &c.

SMIGMA, ſmigmatis, n. g. Dicitur omne illud quod purgat. ab σμίκω purgo, abſtergeo. Et eſt nomẽ generale quo medicamentũ omne ſignificatur, quod valet ad emaculandã faciem, & abſtergẽda corporũ dehoneſtamẽta. Plin lib. 27. cap. 12, Smigmata mulieribus faciũt ex his.

SMILAX, ſmilacis, f. g. Arbor, quam Latini taxum vocant.

Smilax, Genus herbæ, hæderæ ſimilis, denſis geniculatæ, caulibus ſpinoſæ, fruticoſæ ramis, folio herbaceo, flore candido, olente lilium. Ouid. lib. 4. Metamorph. Et crocũ in paruos verſum cum ſmilace flores.

Smilaceus ſmilacea ſmilaceum, Quod è ſmilace eſt.

S O

SOBOLES, ſobolis, f. g. Succeſſio, ab oleſcendo, id eſt creſcendo dicta. Lignee.

SOBRINVS, ſobrina. Sobrini, duarũ pluriúmve ſororũ filii, quaſi ſororini. Plaut. in Pœn. 16.105, Nã mihi ſobrina Ampſigura tua mater fuit. Terẽt. in And. 4.5.6, Quẽ video? eſtne hic Crito ſobrinus Chryſidis? Idem in Phor. 2.3.37, Eho tu, ſobrinum tuum non noras?

SOBRIVS, ſobria, ſobrium, Qui in cibo ac potu temperãs eſt, quaſi ſine ebrietate. Item qui non eſt actu ebrius.

Sobrius, Homo ſanæ mentis. Terent. in And. 4.4.39, Tu pol homo non es ſobrius.

Sobrium cor. Plaut. in Trucul. 18.2, Si alia membra vino madeant, cor ſit ſaltem ſobrium.

Sobria opera. Plaut. in Perſa, 17.2, AEdepol dediſti virgo operam laudabilem, probam, & ſapientem, & ſoubriam.

Sobrie, aduerbium, Sobrement.

Sobrie, Prudẽter, Prudẽment, ſoingneuſement. Plaut. in Pſeud. 14.33, Dona dabo, & faciã, ſi

quidē hanc curā accuraſſis ſobriē. Idem in Mil. 10.26, Hæc præcepta ſobriè vt cures face. Sobriè & frugaliter. Plaut. in Perſa, 13.1, Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter, ſolet illa rectè ſub manus ſuccedere. Idem in Epid. 11.37, Ille eam rem adeò ſobriè & frugaliter accurauit, vt alias res.

SOCCVS, ſocci, Genus calceamēti, à ſacco deductū nomen, ad cuius ſimilitudinē erat factū, ita quòd ligatum ſupra pedem, plicas multas per totum effundebat. Brodequin. Soccis vtebātur viri, etiam mulieres. Plaut. in Bacchid. 5.97, Sed diuéſne eſt illic Theotimus? c. etiā rogas, qui ſoccis habeat auro ſuppactū ſolum? Idem in Ciſtell. 10.30, Sedis hâc aut hâc ſocci video veſtigiū in puluere. Terēt. in Heaut. 1.1.72, Aſſido: accurrūt ſerui, ſoccos detrahunt. Suet. de Caligula, cap. 52, Sæpe depictas gēmatáſq; penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicū proceſſit. aliquando ſericatus, & cycladat⁹, ac modo in crepidis vel cothurnis, modo in ſpiculatoria caliga, nōnunquam ſocco muliebri. Soccis vtebantur ſimiliter comœdi. Horat. Hunc ſocci cepere pedem.

Socculus ſocculi, diminutiuum. Suet. in Vitello, Pro maximo munere à Meſſalina petijt, vt ſibi pedes præberet excalciādos: detractúmq; ſocculū dextrū inter togā tunicáſq; geſtauit. Plin. Cum & pedibus margaritas, nec crepidarum tantum obſtragulis, ſed totis ſocculis addunt.

SOCER, ſoceri, m.g. Vxoris meæ pater.

Socerus ſoceri, Idem. Plaut. in Menæh. 20.54, Abijt ſocerus, abijt medicus, nunc ſolus ſum.

SOCIALIS, SOCIETAS, vide SOCIVS.

SOCIVS, ſocij, m.g. Socij dicūtur qui pari cōſilio & authoritate rem ſimul aggrediūtur. Cōpaignons. Et qui in re ſeria & laborioſa, aliquorū pares ſunt. Vnde ſocij pop. Romani dicebātur, ita cū his fœdere cōiuncti, vt pacis ac belli participes eſſent. Plin. in Paneg. 101, Bellorū iſtud ſocijs, olim periculorum conſortibus, parce tamen tribuebatur. Cic. in Verrem, act. v, Nam ſocij putandi ſunt quos inter res communicata eſt. Socius ad malam rem. Plaut. in Aſin. 7.22, Hic homo ſocium ad malam rem quærit quem adiungat ſibi. Idem in Ciſtell. 10.88, Confabulari volo, ſociam te mihi opto ad meam ſalutem. Ie veulx que tu maides. Socius conſiliorum. Plaut. in Mil. 14.22, Quem ego hic audiui? PA. ſocium tuorum conſiliorum, & participem conſiliarium. Socius hæreditatis, apud Plinium in Paneg. 61. Socius in negotio aliquo. Terēt. in Heaut. 3.1.9, At video inſeruire, & ſociū eſſe in negotiis. Socium aſſumere. Plautus in Sticho, 3.44, Pudicitia eſt pater eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi.

Socialis & hoc ſociale, Quod eſt ſociorū. vt ſociale bellū, quod cum ſocijs geſtū eſt. Plin. de viris illuſt. 63, Prætor bello ſociali Qu. Pompedium Marſorum ducem interfecit.

Socialitas ſocialitatis, f.g. Societé que on ha auec aucun. Plin. in Paneg. 79, Num remiſſionibus tuis eadem frequentia, eademque illa ſocialitas intereſſet?

Societas ſocietatis, Quaſi participatio. Societé. Liuius, Infida regni ſocietas. Cic. pro Roſcio, Cum præſertim ex tua oratione, quodcūque tibi peteres, huic peteres: quodcūque tibi exigeres, id in ſocietatem recideret.

Socienus ſocieni Idem quod ſocius. Plaut. in Aulul. 20.31, Ibo intrò, atque illic tuo ſocieno iā interſtringam gulam.

Socio ſocias, ſociare, Quaſi ſocium ſocio apponere, Accompaigner, adioindre. Columella lib. 4, At ſi quis cum ſcientia ſociauerit diligentiam.

SOCORS, ſocordis, qui & ſecors dicitur. Qui in corde nihil ſe ad probitatem exercet, & qui tardus vel negligēs eſt in conſulendo, meditando, proſpiciendóve quid opus ſit facto. Qui nanul auiſemēt, mal auiſe. Plaut. in Ciſtell. 10.5, Formido malè, ſi hera mea tā ſocordē eſſe me, quàm ſum, ſciat. Terēt. in Adel. 4.5.61, Nolim cæterarū rerum te ſocordem eodem modo.

Socordia ſocordiæ, f.g. Ignauia. Terent. in And. 1.3.1, Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ, nequæ ſocordiæ.

SOCRVS, ſocrus, ſocrui. Vxoris meæ mater.

SODALIS, huius ſodalis, dicitur in rebus leuioribus: & ferè in cōuiuiis dicūtur ſodales, quaſi ſimul edales, vel quia vnà ſederēt, & eſſent ſimul inmēſa. Quintil. Et tempeſtiua cōuiuia & peruigiles iocos aduocata ſodalium turba ſolitus atque effluens agerem. Cic. pro Cn. Plancio, Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiam nomine inquinas criminoſo. Plautus in Merc. 22.4, Sex ſodales repperi, vitam, amicitiam, ciuitatem, lætitiam, ludum, iocum.

Sodales ſunt(inquit Caius Iureconſ.)qui ſunt eiuſdem collegii.

Sodalis in morbo. Cic. in Verrem, act. 3, Nam ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. Il auoit ceſte meſme maladie.

Sodalitas ſodalitatis, f. g. Collegiũ multorũ, ſeu cõuiuium. Cic. Sodalitates me quæſtore ſunt inſtitutæ. Idem pro Cn. Plancio, Sed aliquando veniamus ad cauſſam, in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitijs, omnes ambitus legis cõplexus es. Plaut. in Moſtell. 16.5, Nũc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus.

Sodalitium ſodalitij, n. g. Idem. Cic. de arte veteri, Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat futurum eo die.

SODES, Quidã aduerbiũ precationẽ, vel exhortationẽ denotãs arbitrãtur. Priſcianus putat eſſe verbũ. ait enim, Quædã verba eſſe, quæ in vſu deficiũt perſonis, vt cedo, ſodes, ſalue, aue. Sodes, dictum quaſi ſi audes, vt ſis, pro ſi vis. Terent. in Heaut. 4.4.16, At ſcín' quid ſodes?

Sodoma, ſodomæ, Vrbis nomen. à quo

Sodomito ſodomitas, ſodomitare, More ſodomitarũ viuere. Cic. lib. 1. de off. Latrocinari, fraudare, adulterare, ſodomitare turpe eſt, ſed dicitur non obſcenè.

SOL, ſolis, m. g. Le ſoleil. Plaut. in Sticho, 3.53, Meliorem neque tu reperies, neque ſol videt.

Sol, à ſolus fit, quòd ſolus cũ eſt exort⁹, obſcuratis omnib⁹ aliis apparet. Græcè ἥλιος dicitur.

Soles in plurali numero pro die legimus. Virg. lib. 3. AEneid. Trũs adeò incertos cæca caligine ſoles Erramus pelago.

Soles, ſolis ſplendores vel radij dicuntur. Horatius, Hybernis obiecta locis ſpecularia puros Admittunt ſoles, & ſine face dies.

Soles, AEſtus, vel ardores ſolis. Horatius, Corporis exigui precamur ſolibus aptum.

Solaris & hoc ſolare, Quod eſt ſolis. Vt radij ſolares. Annus ſolaris, cum ſol expleto per omnia ſigna circuitu, ad id vnde digreſſus fuerat, rediit: quod fit ferè CCCLXV diebus.

Solaris herba, quæ græcè heliotrophium dicitur, quòd ſe cum ſole circunagat etiã nubilo die: tantus eſt eius ſyderis amor.

Solanus ſolana ſolanũ, Idem quod ſolaris. Vnde ſubſolan⁹ vẽt⁹, qui ſub ſole oriẽte naſci videtur.

Solarium ſolarii, Locus in quo horæ ad ſolem conſpiciuntur, veruto vmbrã faciente, vel pinula. Cic. pro Quintio, Non ad ſolarium, non in campo, non in conuiuiis verſatus eſt. Id eſt, in foro Romano vbi erat ſolarium.

Solarium, Locus in domo ſuperior ſtratus. Granier. Plaut. in Mil. 7.25, Nam certo neque ſolarium apud nos eſt, neque ortus vllus, neque feneſtra niſi clatrata.

Solariũ appellãt Iuriſconſ. vectigal quod pro ſolo penditur. Titulo, Ne quid in publico fiat.

Solatus ſolata ſolatũ, Sole corrept⁹: quẽadmodũ ſyderat⁹ qui ſydere. Plin. Sic & ſolatis proſunt.

Solſtitium ſolſtitii, Solis ſtatio, cum ſol vltra non progreditur, ſed retrò cædere incipit. Singulis quippe annis duo ſunt ſolſtitia, Vnum æſtiuũ, alterũ hyemale. ſunt enim duo tropici, hybernus & æſtiuus. Hybernus enim eſt, per quem ſol trãſmittens, octauã capricorni partem, ſolſtitium hybernũ facit VIII Cal. Ianuarias die, quo tẽpore ſol altiores incipit circulos petere. AEſtiuus verò, per quem ſol octauam partem Cancri tranſmittens, ſolſtitium æſtiuum facit VIII Cal. Iulii: quo tempore remeare ſol ad inferiores incipit circulos.

Solſtitium veteres ferè vocant æſtiuum, licet nihil adiiciatur. Virg. lib. 1. georg. Humida ſolſtitia, atque hyemes optate ſerenas Agricolæ.

Solſtitiũ brumale. Columella lib. 9. cap. XIIII. XVI Cal. Ianuarii ſol in Capricornũ tranſitum facit brumale ſolſtitium.

Solſtitialis & hoc ſolſtitiale, Quod ad ſolem pertinet, vel ſolſtitium.

Solſtitialis herba. Plin. lib. 26. cap. V, Condurdon herba ſolſtitialis, flore rubeo, ſuſpẽſa in colo, cõprimere dicitur ſtrumas. Plautus in Pſeud. 3.36. Qualis ſolſtitialis herbæ, pauliſper fui: repente exortus ſum, repẽtino occidi. Hæc herba aliàs dicitur holitropium, quæ ſemper ſolem intuetur.

Solſtitialis morbus. Plaut. in Trin. 8.109, Nemo extat qui ibi ſex menſes vixerit: ita cuncti ſolſtitiali morbo decidunt. Id eſt, repentino & ſubitario.

SOLAMEN, ſolaminis, vide SOLOR.

SOLARIS, SOLARIVM, vide SOL.

SOLEA, ſoleæ, Quæ ſolo pedis ſubiicitur. La ſemelle dung ſoulier.

Solea, Id genus calceorum eſt quo plantarum calcestantum obteguntur, cæteris propè relictis nudis, pedis partibus teretibus, ſuperne pedem vinciens anſis, quas ligulas vocant, alio

nomine ſuberes dicuntur,& à Græcis crepidæ:licet hæc differre putẽt aliqui. Dictæ ſoleæ, quòd ſolæ pedibus ſubiiciantur. Plaut. in Trucul. 8.9, Cedò ſoleas mihi. Idem in Caſina, 15.64, Si effexis hoc, ego ſoleas tibi dabo,& anulum in digito aureum.

Soleæ ferreæ equis & bubus applicãtur. Catullus, Et ſupinam animã graui delinquere cœno, Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula. Fer de cheual.

Solea, Calceus. Propertius, Proſilit in laxa nixa pedem ſolea.

Solea, Genus piſcis plani, à ſimilitudine ſoleæ. Vne ſole. Plin. lib. xi, Rombi, ſoleæ, paſſeres, habent formam planam. Plin. epiſt. 41.1, Mare non ſane pretioſis piſcibus abundat: ſoleas tamen,& ſquillas optimas egerit.

Solea, Materia roborea, ſuper quã paries cratitius extruitur. Iuuenalis, Et ſolea pulſare nates.

Solearius ſolearii, m.g. Solearũ ſutor. Vng cordonnier. Plaut. in Aulul. 15.42, Solearii aſtant.

Soleatus ſoleata ſoleatum, Qui ſoleis indutus eſt. Gellius, Cur ſoleatos dixiſſet, qui gallicas non haberẽt ſoleas? Cic. in Verrem, act. 7, Stetit ſoleatus prætor pop. Ro. cum pallio purpureo.

SOLENNIS,& hoc ſolenne, Quod omnibus annis præſtari debet. Compoſitum nomen ex ſolo & anno. Valerius Max. Maiores ſtatas ſolennéſque ceremonias põtificum ſcientia, bene gerendarum rerum authoritate. Plin. in Paneg. 109, Peracta erant ſolennia comitiorum, ſi principem cogitares. Idem epiſt. 252, Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur,& ſuſcipimus domine pariter & ſoluimus.

Solennia ſacra (inquit Feſtus) dicuntur quæ certis temporibus anni fieri conſueuerunt.

Solenne iter. Cic. pro T. Annio Milone, Interim cum ſciret Clodius (neque enim erat difficile ſcire) iter ſolenne, legitimũ, neceſſarium, ante diem xiii Cal. Februarii Miloni eſſe Lanuuiũ ad Flaminem prodendum, quòd erat dictator Lanuuij Milo &c.

Solennis dies. Suet. de Oct. Auguſto, cap. 53, Officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiuſque ſolennis frequẽtare deſijt, quàm grandior iam natu,& in turba quondã ſponſaliorum die vexatus.

Solenne, pro ſolitũ. Suet. de Auguſto, cap. 44, Fœminis ne gladiatores quidẽ, quos promiſcue ſpectari ſolenne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit.

Solennitas ſolennitatis, Quæ quotannis celebratur.

Solennia ſolenniorum, Feſta, quæ ſingulis annis certo tempore fiunt.

Solenniter, aduerbium, Solennellement.

Solennitus, Idem. apud Lucilium. Obſoletum verbum.

SOLEO, ſoles, ſolitus ſum, ſolere, Auoir de couſtume. Plaut. in Amphit. 4.265, Qui potitare ſolitus eſt patera aurea.

Solui præterito vſus eſt Salluſt. lib. 2. hiſt. Neque ſubſidiis vti ſoluerat cõpoſitis. Virg. Vnde omnis Troia videri Et Danaûm ſolitæ naues, & Achaia caſtra. Terent. in And. 3.4.4, Quod vulgus ſeruorum ſolet, dolis vt me deluderes.

Solere, Conſuetudinem habere. Plaut. in Ciſtell. 2.28, Frigidam ſubdole ſuffundũt: viris cum ſuis nos ſolere prædicant.

Solet, imperſonale, vt, Tædere ſolet auaros impendii. Solet quæri à multis.

Solito ſolitas, ſolitare, Frequentatiuum à ſoleo. Gellius, Scipionem Africanum ſolitauiſſe noctis extremo, priuſquam dilucularet, in Capitolium ventitare.

Solens, Participium. Plautus in Epid. 5.54, Ego abſceſſi ſolens paulùm ab illis. Id eſt, vt ſoleo. Idem in Amphit. 4.44, Si dixero mendacium, ſolens meo more fecero. Idem in Caſina, 2.11, Lubens fecero,& ſolens.

SOLERS, ſolertis, o.g. Contrarius inerti, in omni re prudens, quaſi totus ars. Qui eſt auiſe, ingenieulx. Cic. de Senect. 50, Nec conciſiones modo delectant, ſed etiã inciſiones: quibus nihil inuenit agricultura ſolertius. Terent. in Eunucho, 3.2.25, Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis: quæ liberum ſcire æquum eſt adoleſcentem: ſolertem dabo.

Solertia ſolertiæ, f.g. In omni re prudentia, induſtria. Auiſement en toutes choſes, & prudence Qua quidam benè vtuntur, quidam malè.

Bene. Cic. in Catone, Tum eum dixiſſe mirari ſe, non modo diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius, à quo eſſent illa dimenſa, atque deſcripta.

Male. Cic. lib. 1. de off. Itaque eorum fines, ſicut ipſi dixerant, terminauit,& in medio relictũ quod erat populo Romano, adiudicauit. Decipere hoc quidem eſt, non iudicare. Quocirca in omni re fugienda eſt talis ſolertia. Claudianus lib. 3. de raptu Proſerpinæ, Rerumque remotas Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas, Vtque artes pariat ſolertia, nutriat vſus.

SOLICITVDO, ſolicitudinis, fœm g. Cura, & mentis inquietudo quæ mentibus inhæret. Chagrin, cure, & ſolicitude, ſouci. Plaut. in Mil. 10.76, Omnibus eſſe me experior ſummæ ſolicitudini. Terẽt. in And. Quantas hic conferat ſolicitudines. Idem in Phor. 4.22, Scio ita eſſe: & iſtæc mihi res ſolicitudini eſſe.

Solicitus ſolicita ſolicitum, Inquietus, & curis affectus, Chagrin, plein de ſouci. Plaut. in Merc. 7.25, Solicitus mihi neſcio quare videtur. Cic. Cælio, Deſunt autem propter hanc cauſſam, quòd mirificè ſum ſollicitus quidnam de prouinciis conſularibus decernatur.

Solicitus ex. Terẽt. in And. 1.5.33, Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt.

Solicita res, Pleine de chagrin & de ſouci. Cice. de Amicit. 48, Omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.

Solicito ſolicitas, ſolicitare, Spem, metúmque oſtendere. vt ſolicito plebem. Plin. epiſt. 9.b, Nulla ſpe, nullo timore ſolicitor, nullius rumoribus inquietor. Terent. in And. 4.2.6, Orare iuſſit, ſi ſe ames hera, iam vt ad ſeſe venias. videre ait te cupere. P. vah, perii, hoc malum integraſcit. ſiccine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?

Solicitare, Inquietare, & curam inijcere, ſeu cõtriſtari. Terẽt. in And. Cur meã ſenectutem ſolicito huius amẽtia? Plaut. in Aulul. 26.4, Quia iſtuc facinus, quod tuũ ſolicitat animũ, id ego feci, & fateor. Ibidem, 4.27, Quod me ſolicitat plurimis miſerũ módis. Terent. in Eunucho, 1.2.82, Egóne id timeo? PH. quid te ergo aliud ſolicitat? Idem in Heaut. 2.3.10, Quid iſtuc? quæ res te ſolicitat autem?

Solicitare, Inſtare. vt ſolicito te promiſſis. Curtius lib. 2, Verùm enimuero cum modo milites meos literis ad proditionem, modo amicos ad perniciem pecunia ſolicitet, ad internecionẽ mihi perſequendus eſt, non vt inuiſus hoſtis, ſed vt percuſſor veneficus. Plaut. in Moſtell. 9.13, Neminem ſolicitat ire dormitũ ſopor. Plin. epiſt. 50.a, Talia denique omnia, vt poſſint artificũ oculos tenere, delectare imperium: quod me, quanquã tyrunculũ, ſolicitauit ad emẽdum. Terẽt. in And. 5.4.9, Túne impune hoc facias? túne hic homines aduleſcentulos, imperitos rerum, ductos liberé, in fraudem illicis? ſollicitãdo, & pollicitando eorũ animos lactas? Plaut. in Caſi. 5.12, Myropolas ſolicito omnes, vbicũque vnguentũ eſt lepidũ.

Solicitare, Propriè terram vertere eſt. Tibul. Et teneram ferro ſolicitauit humum.

Solicitare pro nauigare aliquando ponitur, quòd SOLVM de mari etiã dicatur. Claudianus, Et rudibus remis ſollicitauit aquas.

Solicitatio ſolicitationis, f. g. Ab alio fit. Terent. in And. 1.5.26, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerſè trahunt, amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio.

SOLIDVS, ſolida, ſolidum, Iuge ac continuũ ſignificat. Plaut. Decem annos ſolidos errauit puer. Tous entiers. Terent. in Eunucho, 5.2.32, Vt ſolidum parerem hoc mihi beneficium.

Solidum, Plenum, integrũ, nihil concaui aut vacui habens. Vnde ſolidũ corpus dicimus quod conſtat longitudine, latitudine, & altitudine. Virg. Solidóque adamante columnæ. Plaut. in Curcul. 8.69, Quia nudiuſquartus venimus in Cariam ex India: ibi nũc ſtatuam volt dare auream ſolidam faciundã ex auro Philippeo quæ ſiet. Terent. in Eunucho, 2.3 26, Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Ferme.

Solidum gaudium. Terẽt. in And. 4.1.23, Nónne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium, niſi me lactaſſes amantẽ, & falſa ſpe produceres? Plaut. in Curcul. 8.34, Sed hũc quem quæro, commonſtrare ſi potes, inibi à me ſolidam & grandem gratiam. Idem in Merc. 3.21, Sed quenque attigit, magno atque ſolido multauit infortunio.

Solidus ſolidi, ſubſtãtiuum, Genus nummi, quod pro aureo accipitur. Solidi ideò dicũtur, quia iuſto & integro pondere erant percuſſi, non dimidiati, aut trientales. Lãpridius in Alexãdro, Vectigalia publica in id cõtraxit, vt qui decẽ aureos ſub Heliogabalo præſtiterãt, tertiã partem aurei præſtarẽt, túncque primùm ſemiſſes aureorũ formati ſunt. tum etiã cũ ad tertiam partẽ aurei vectigal decidiſſet, tremiſſes: dicente Alexãdro etiam quartarios futuros. ſed cum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conflari eos iuſſit, & tremiſſes tantum, ſolidóſque formari. Ex his verbis Lampridij, facilè intelligimus ſolidos dictos eſſe aureos nummos certi cuiuſdam, ſuíque ponderis, quaſi integros.

Solidũ ſuum cuique ſoluere. Cic. pro C. Rabirio, At hoc etiã optat miſer, vt condemnetur à vobis: ita bona væneant, vt ſolidũ ſuum cuique ſoluatur, nihil iam aliud, niſi fidem curat.

Solidè, aduerbiũ, Integré. Plaut. in Trinũmo, 13.7, Neque noui, neque natus, nécne is fuerit, id ſolidè ſcio. Ie ne le ſcay point bonnement, entierement, parfaictement. Ibidem, Hic homo ſolidè ſycophanta eſt. Ceſt vng parfaict flateur. Terent. in And. 5.5.8, Nam hunc ſcio mea

ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.

Solidarios venditores gallicè vocamus groſſiers.

Solido ſolidas ſolidare, Roborare, firmare, Soulder, affermir, faire tenir tout en vng. Virg. lib. 1. georg. Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro, Et vertenda manu, & creta ſolidãda tenaci. Apud Plinium, epiſt. 173. b, Solidantur fracta.

Solideſco ſolideſcis, ſolideſcere, Solidum fieri. Plin. Veſica membrana conſtat, vulnerata cicatrice non ſolideſcit. Elle ne ſe reprent point. ou reioind.

Solidurius, ſoliduria, ſolidurium Lingua Gallica dicitur deuotus. Cæſar, Cum ſexcentis deuotis, quos Galli ſolidurios appellãt, quorũ eſt cõditio vt omnibus vitæ cõmodis vnà cum his fruãtur, quorum ſe amicitiæ dediderunt. Si quicquam vni accidat, aut eundem caſum vnà ferant, aut ſibi mortem conſciſcant.

SOLIFERREVM, ſoliferrei, Genus teli, appellatum quaſi totum ferreum.

SOLIFVGA, ſolifugæ, Genus formicæ venenatæ, à fugiendo ſole dicta.

SOLIPVNGA, ſolipungæ, Genus beſtiolæ maleficæ, quæ acrius, contractiúſque fertur calore ſolis. Vnde etiam nomen traxit. Hæc Feſtus. Fortaſſe legendum ſolifuga, vel ſolipunga, vt eſt apud Plinium.

SOLISTIMVM (inquit Feſtus) Appius Pulcher in auguralis diſciplinæ libris primo ait eſſe tripudium, quod excidit ex eo, quod illa ferit ſaxum ſolidũ, aut arbos viuiradix, quæ nec præ vitio humani cædantúrve, aciantúrve, pellantúrve.

SOLITARIVS, vide SOLVS.

SOLITAVRILIA, ſolitauriliorũ, n.g. Immolatio trium hoſtiarum erat diuerſi generis, tauri, arietis, & verris, quia omnes ſolidi, integríq; corporis ſint. Plin. lib. 8, Si potiatur, Marti ſolitaurilibus piaculum fieri. Hoc ſacrificium Cenſores, vt ſcribit Aſconius, vrbem completo quinquennio luſtrantes, de ſue, oue, tauro, faciebant.

SOLITVDO, ſolitudinis, f g. Vbi vnus vel nullus habitat. Solitude. Terẽt. in Adelph. 3. 2. 5, Tot res repentè circũuallant, vnde emergi non poteſt, vis, egeſtas, iniuſtitia, ſolitudo, infamia. Idem in And. 2. 2. 25, Cum illò aduenio, ſolitudo ante oſtium. Il ny auoit perſonne deuant lhuys.

SOLIVAGVS, ſoliuaga, ſoliuagum, Qui ſolus vagatur, inquit Perottus.

SOLIVM, ſolij, n.g. Armarium ex vno ligno factum, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant. Dictum quaſi ſolidum, quoniã ex prædura materia roboris fiebat. Vel dicitur quaſi ſolum: quòd in his ſoli ſederent. Vel, ſecundum Aſperum, per antiſtichon, quaſi ſedium, à ſedendo. nam & ſella, quaſi ſeda dicta eſt.

Solium, abuſiuè quandoque ponitur pro ſella regali, Siege royal. Virgil. Præfatus diuos ſolio rex infit ab alto.

Solium, pro vaſe ſaligno vel abiete ponitur. eo etiam vtimur ad vnũ, plurimóſque liquores tranſférendos: & ad pannos lineos cum lixiuio calido & cinere emaculãdos accommodato. Vng cuuier. Et quo in balneis ſedentes lauamur. Vne cuue. Celſus, Interpoſitis duabus horis in ſolium, is aquæ calidæ reſupinus dimittendus eſt, ſic vt à genubus ad vmbiculũ aqua teneat. Martialis, Nõ vis in ſolio prius lauari. Suetonius de Auguſto, At quoties neruorum cauſſa marinis, albuliſque calidis vtendum eſſet, contentus hoc erat, vt inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo duretã vocabat, manus ac pedes alternis iactaret.

Solium, Loculamentum ſepulchrale, in quo conduntur defuncti. Vne biere. Plin. lib. xxxv, Quoniam & defunctos ſeſe multi fictilibus ſolijs condi maluere. Curtius, Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in ſolio.

SOLOECISMVS, ſoloeciſmi, Impar & inconueniens cõpoſitura partium orationis. À noſtris imparilitas, à vetuſtioribꝰ latinis ſcribiligo dicebatur, inuerſura & prauitate tortuoſa orationis, tanquam ſtrebligo quædam. Siquidem σρολέω torqueo, ac deprauo ſignificat.

Soloeciſmus per tranſlationem dicitur à poetis error. Iuuenalis, Soloeciſmum liceat feciſſe marito.

Soloecon etiam dicitur, ſicut & barbaron. Soloeci autem nomen à Solone deductum Laertius teſtatur: qui quum in Sicilia vrbem à ſuo nomine Soloe cõdidiſſet, pauci ex Athenienſibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio ſermone, inconuenienti partium ſtructura loqui cœperunt. Quapropter qui eo vitio aliquando vterentur, dicti ſunt σολοικίζειν, hoc eſt ſoloeciſſare.

SOLOR, ſolaris, ſolari, Quaſi ſolidum redintegrare. Soulager. Plaut. in Aſin. 10.37, Aliquã habet peculiarem, qui ſpem ſoletur ſuam. Virg. Interea longum cantu ſolata laborem, Arguto coniunx percurrit pectine telas.

Solatium ſolatij, Soulas. Quintil. Cæcitatis miſeriæ ſolatium eſt, habere rem videntiũ. Plaut. in Amphit. 8.12, Sed hoc me beat, quòd perduelles vicit, & domum laudis compos reuenit, in ſolatio eſt.

Solamen ſolaminis, n.g. Idem. Hoc poetæ frequentius vtuntur. Virg. Solamẽque mali de collo fiſtula pendet. Cicero in Lælio, Et ſi illis planè orbatus eſſem, magnum tamen ferret mihi ætas ipſa ſolamen.

SOLOX, ſolocis, m.g. Lana craſſa, quaſi ſolida. Item pecus lana tectum. Titinnius, Lana ſoloci ad purpuram data. Lucilius, Montano hirco, atque ſoloce.

SOLPVGA, ſolpugæ, fœ. g. Genus formicarũ venenatum, quod à fugiendo ſolem, ſolifuga nominatur. concitatur enim acrius feruore ſolis: ideóque eum fugit quantum poteſt. Non nouit eas Italia Betica. Solpugas appellat Lucanus, Quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras. Plin lib. 8. cap. 29, Late deſerta regio eſt à ſcorpionibus & ſolpugis, gente ſublata. Fortaſſe f in p verſum eſt.

Solifuga aliàs dicitur, & Solipunga à Feſto, niſi codex mendoſus eſt.

SOLSTITIVM, vide SOL.

SOLVO, ſoluis, ſolui, ſolutum, ſoluere, Quod ligatum erat, non ligatum facere, Deſlier. Virg. lib. 7, Soluite riuales vittas, capite orgia mecum. Plaut. in Amphit. 4.258, Nam noctu hac ſoluta eſt nauis noſtra è portu Perſico. Idem in Milit. 16.50, Niſi eat, te ſoluturum eſſe nauim, ventum operam dare. Terent. in And. 5.4.53, Iube ſolui obſecro.

Soluere, Soluere argentum, Payer ſes debtes. Cic. in Verrem, Pro quo frumento pecunia ſoluta nõ eſt. Terẽt. in Adel. 4.4.19, Egomet rapui, ipſe egomet ſolui argẽtũ. Plaut. in Curcul. 8.9, Pugnis rem ſoluant, ſi quis poſcat durius. Idem in Aulul. 15.53, Vbi nugiuẽdis res ſoluta eſt omnibus, ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit.

Soluere, Satiſfacere. Terent. in Adel. 2.1.10. Neque tu verbis vnquã ſolues, quod mihi re malefeceris. Plaut. in Aſin. 7.55, Quin ſi tergo ſoluenda res eſt, rapere cupio publicum.

Soluere, Dimittere, Laiſſer aller. Virg. 2. georg. Solue mares mitte in Venerẽ pecuaria prim⁹.

Soluere, Liberare. Virg. Soluite corda metu Teucri, ſecludite curas. Terent. in Hecyra, 2.1.33, Quæ hic erant curares: cum ego vos ſolui curis cæteris. Plin. de viris illuſt. 74, Cizicon obſidione ſoluit.

Soluere, Mollem facere. Horat. lib. Carm. Soluitur acris hyems, grata vice veris.

Soluere, Aperire, Ouurir. Columella lib. 7, Ea porrò vena, quæ in aure videtur eſſe ampliſſima, ſarmento prius verberatur, deinde cum ad ictum intumuit, cultello ſoluitur.

Soluere votum, Accomplir ſon veu. Plaut. in Rud. 2.61, Ait ſeſe Veneri velle votum ſoluere.

Soluere fidem, Rumpere, & non ſeruare. Terẽt. in And. 4.1.19, Itáne imprudẽs. tandem inuenta eſt cauſſa, ſoluiſti fidem.

Solutus morbo, Mortuus. Plin. de viris illuſt. 3, Morbo ſolutus, in Ianiculo ſepultus eſt.

Soluere aliquem vita, Le tuer. Plaut. in Menæh. 20.5, Quem ego hominem, ſi quidem viuo, vita ſoluam ſua.

Solutus ſoluta ſolutum, Paye, deſlié, deliuré.

Solutus riſus, Id eſt, Magnus, & à curis liber. Virg. Riſúque ſoluto.

Soluta oratio, Quæ metrica lege non tenetur. Plin. epiſt. 16.b, Plautum vel Terentium metro ſolutum legi credidi. Idem epiſt. 129.d, Ineſt his quoque eadem, quæ alijs carminibus vtilitas, quòd metri neceſſitate deuincti, ſoluta oratione lætamur.

Solutus, Rarus, contrarium ſpiſſo. Columella lib. 1, Sõli pinguis vel macri, ſoluti, vel ſpiſſi, humidi vel ſicci.

Soluendo non eſſe, Ne pouoir payer ſes debtes. Cic. Philipp. 2, Nec tu ſoluendo eras, nec te vllo modo, niſi euerſa rep. fore incolumem putabas.

Solutio ſolutionis, f.g. Ad omnem liberationem quoquo modo factam trãſfertur. magíſque ad ſubiectum obligationis, quàm ad nummorum ſolutionem.

Solutilis & hoc ſolutile, quaſi ſolubilis, Quod facile ſolui poteſt, vel quod ſolutum & non fideliter conſutum eſt. vt nauis qua Nero matri Agrippinæ fecit naufragium.

SOLVM, ſõli, neut. gen. Dicitur omne quod ſuſtinet, & vnicuique rei ſubiacet.

Solum, aquæ ſuperficies dicitur, quæ nauiũ fundamentũ eſt. Virg. lib. v, Subtrahitúrque ſõlũ.

Solum ſtellarum, cælum eſt. Ouid. lib. 1. Metamorph. Aſtra tenent cæleſte ſolum.

Solum, pro loco ſeu ſedili ponitur.

Solum vertere Cicero pro A. Cecinna interpretatur, his verbis, Nam qui volunt pœnam aliquam ſubterfugere, aut calamitatẽ, eo ſolum vertunt, hoc eſt, ſedem ac locũ mutãt. Idem pro Cornelio Balbo, Hanc antè amittere non potuiſſent, quàm huius ſolum ciuitatis mutatione vertiſſent.

Solum, Terra: quia hominum & animalium fundamentum eſt. Columella lib. 2, Nam quod ſicco ſolo ingeſtum, & iam inoccatum, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur.

Solum natale, Patria, hoc eſt terra in qua nati ſumus.

Solum, menſam appellauit Virgilius lib. 7, Et cereale ſolum pomis agreſtibus augent.

Solum, Inferior pars pedis, quam vulgo ſoleam vocãt, quæ calloſa fit, & dura etiam diſcalceatis. Cic. lib. v. Tuſcul. Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamẽtum ſolorum callum, cubile terra. La plante des pieds.

Solum, pro ſolea calceamẽti, & corio, La ſemelle dung ſoulier, ou le cuyr. Martialis, Sordidus antiquas ſolitus producere pelles, Et mordere luto putre, vetuſque ſolum.

Solum, proprie terra dicitur, inquit Feſtus. Neuius lib. primo, Tarquinio dedit imperiũ, ſimul & ſola regni. Et alibi, Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper.

Solùm, Aduerbium excluſionis, ſiue ſolitudinis, Seulemẽt. Cic. pro Cornelio Balbo, Neque ſolũ dicatione, ſed etiam poſtliminio poteſt ciuitatis fieri mutatio.

Solummodo, aduerbium compoſitum, Idem.

SOLVS, ſola, ſolum, Seul. A ſolon dicitur, quod Oſcorum lingua totum ſignificat.

Solus, more ſuperlatiuorum, genitiuum aliquando regit. vt, Solus omnium acipenſer ſquamis ad os verſis, contra aquas natãdo meat. Apud Plinĩ lib. 9. cap. 17, Vnus omnium legitur.

Solus ex omnibus, vel inter omnes, etiam dicimus.

Solæ in plurali dicimus, cum in ſingulari pluralitatem ſignificet. Terent. in Adelphis, 3. 1. 4, Solæ ſumus.

Solus, Deſertus. Virg. lib. 3. georg. Heu male tum Libyæ ſolis erratur in aruis. Terent. Venit meditatus alicunde ex ſolo loco.

Solus locus, Id eſt ſolitudo, Defert. Salluſt. in Iugurtha, Marius interea exercitu in hibernis compoſito, cum expeditis cohortibus, & parte equitatus proficiſcitur in loca ſola, obſeſſum turrim regiam.

Solæ terræ, Idem. Plaut. in Moſtell. 14. 3, Sed etiam in terras ſolas, oráſque vltimas circũuectus ſum. Terent. in Phor. 5. 8. 86, Nónne hoc publicitus ſcelus hinc deportarier in ſolas terras?

Solis tribus ictibus. Plaut. in Bacchid. 20. 50, Eos ego hodie omnes contruncabo duobus ſolis ictibus. De deux coups ſeulement. Terent. in Phor. 3. 3. 24, Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. P. ſolæ triginta minæ.

Solius in genitiuo facit, & ſoli ſolæ ſoli. Terent. in Eunucho, 5. 7. 3, Mihi ſolæ ridiculo fuit.

Solitarius ſolitaria ſolitariũ, Qui ſolus eſt. Cic. de Amicitia, 74, Sic natura ſolitariũ nihil amat, ſemperque ad aliquid, tanquam adminiculũ, annititur. Ibidem, 70, Virtutum enim amicitia adiutrix à natura data eſt, non vitiorũ comes: vt quãdo ſolitaria non poſſet virtus ad ea quæ ſumma ſunt, peruenire: coniuncta & ſociata cum altera, perueniret.

Solitus ſolita ſolitum, à ſolus. Plaut. in Amphit. Qui ſoliti inuiti cubant.

Solitudo ſolitudinis, f. g. Vide ſuo ordine.

SOMNVS, ſomni, m. g. Dicitur cum dormimus, Sõme. Virg. lib. 1. georg. Nec ſomnos abrũpit aura quietos. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 82, Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. Cic. pro Sexto Roſcio, Nemo enim putabat quenquam eſſe, qui cum omnia diuina atque humana iura ſcelere nefario polluiſſet, ſomnũ ſtatim capere potuiſſet.

Somnus, Nox. Terent. in And. Quo æquior ſum Pamphilo, ſi ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit. Donatus, In ſomnis, per noctem. Virg. Libra dies, ſomnique pares vbi fecerit horas. Plautus, Miris modis ludos faciũt hominibus, minúſque exemplis, omnia in ſomnis.

Somnus Græcè dicitur ὕπνος. Apud antiquiſſimos dicebatur ſypnus. poſtea ſopnus, mutata aſpiratione in ſ, & u in o, ſicut fit in herpillon ſerpillon. Frequẽtius ſomnus, quàm ſopnus dicimus.

Somnium ſomnij, Illuſio quam patimur cum dormimus. Songe. Cic. pro lege Agraria. Hoc per deos immortales vtrum eſſe vobis conſilia ſiccariorum, an vinolentorum ſomnia? Et vtrum cogitata ſapientum, an optata furioſorum videntur?

Somnium. Terent. in Phor. 5.6.34, Quid ais? G. cum eius matre conſueuit in Lemno clanculum. P. ſomnium: vtine hæc ignoraret ſuum patrem? Ce neſt que vng ſonge, ilneſt pas vray. Idem in Adelphis 2.1.50, Vbi me dixero dare tanti, teſtes faciet ilico vendidiſſe me. de argento ſomnium, mox cras redi, Il nen neſt point de mention, on nen tient conte.

Somnio, ſomnias, ſomniare. Per quietem aliquid quaſi vigilantē videre. Terent. in And. 5.6.7, Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit? Plaut. in Curcul. Quos tu mihi luſcos libertos, quos ſumanos ſomnias? Id eſt ſomniando loqueris?

Somniare aliquem, Songer daucun. Terent. in Eunucho, 1.2.14, Dies noctéſque me ames: me deſyderes: me ſomnies, me expectes: de me cogites. &c.

Somnifer, ſomnifera ſomniferum, Quod affert ſomnium. Plin. lib. 18, Víſque ſomnifera etiam ſatiuo papaueri.

Somnificus, ſomnifica, ſomnificum, Quod ſomnium inducit.

Somniculoſus ſomniculoſa ſomniculoſum. Somno plenum & ignauia, Qui eſt tout endormi. Cicero de ſenectute, 32, Quæ vitia ſunt non ſenectutis, ſed inertis, ignauæ, ſomniculoſæ ſenectutis.

Somniculoſus interdum dicitur non qui ſomno indulget, ſed qui ſomnum inducit, habétque vim ſomnificam, vnde Siſenna aſpidem vocat ſomniculoſam, non quòd ipſa dormiat, ſed quòd vi ſomnifica homines percuſſos enecet.

Somniculoſè, Aduerbium, En dormant, negligemment. Plaut. in Capt. 5.35, Haud ſomniculoſè hoc agendum eſt.

Somnolentus, Somno plenus.

Somnorinus, ſomnorina, ſomnorinum, apud antiquos dicebatur id quod in ſomnis videbatur. Varro, Hic ſomnorinas imagines affatur.

SONITVS, & SONO, vide SONVS.

SONS, ſontis, o.g. Propriè dicitur cuius culpa iam ſonat, hoc eſt qui erroris conuictus eſt, Malfaicteur. Plaut. in Capt. 8.16, Quàm in tribu aperto capite ſontes condemnant reos.

Sonticus ſontica ſonticum, Quod nocet. Vnde ſonticus morbus qui perpetuo nocet, & totum inuadit corpus. Plinius libro 36. cap. 19, Deprehendit ſonticum morbum & virginitatem ſuffitus.

Sonticus, pro iuſto aliquando accipitur. Nonius, Sonticam eſſe oportet cauſſam quamobrem perdas mulierem.

SONVS, ſoni, m.g, Omnis vox, & quicquid auribus percipi poteſt. Son.

Sonor ſonoris, m.g. Vehementior ſonus. Virg. Magno veluti cum flamma ſonore Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni.

Sonorus ſonora ſonorum, Graue ſonans. Virg. Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras.

Sonoritas ſonoritatis, f.g, Retondiſſement de ſon.

Sonorè, Aduerbium, Auec grand ſon.

Sonitus ſonitus, m.g. Idem quod ſonor. Virg. lib. 3, Dum flammas Iouis & ſonitus imitatus olympi. Plaut. in Trin. 17.51, Quis homo tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubito foras? Idem in Mil. 20.67, Quis exit hinc? ſonitum fecêre fores.

Sono ſonas, ſonui, ſonitum, & rarò ſonaui, ſonatum, ſonare, Sonum facere, Faire ſon, bruyre. Plaut. in Curcul. 3.17, Amabo cuia vox auribus ſonat procul? Horatius lib. 1. Serm. Magna ſonaturum des nominis huius honorem.

Sonare, cum ablatiuo, Muſico aliquo inſtrumento canere. Virg. Non arguta ſonant, tenui pſalteria chorda. Idem, Reſonant arbuſta cicadis.

Sonare, cum accuſatiuo, Effingere. Virg. Nec vox hominem ſonat. Manilius lib. 1, Aura per extremas reſonauit flebile rupes.

Sonito, ſonitas, ſonitare, Frequentatiuum à ſono.

Sonipes ſonipedis, o.g. Significat celerem equum, à ſonitu pedis, qui pedibus ſonet.

SOPHIA, ſophiæ, Latinè ſapientia dicitur. Martialis, Quum tibi ſit ſophiæ par cura, & cura deorum.

Sophus, ſophi, m.g. Sapiens. Virg. Hinc omnis certat dialectica turba ſophorum.

Sophiſta ſophiſtæ, m.g. vel ſophiſtes ſophiſtis. Cic. lib. 4. academ. At quis eſt nūc hic ſophiſtes?

ſic enim appellantur hi qui oſtentationis, aut quæſtus cauſſa philoſophantur.
Sophiſta, Qui in arte rhetorica proponit quæ imitari debemus, ſed cauillatorio modo.
Sophiſma ſophiſmatis, n.g. Commentum & oratio ita compoſita, vt vera eſſe videatur.
SOPHRON, latinè temperantia dicitur, qua carnales frenantur libidines, ne in quæque vitia mentem conſentientem trahant.
SOPIO, ſopis, ſopiui, ſopitum, ſopire, Soporem inducere, Endormir. Quintil. Illa ſtatim nocte iam totam domum ac familiam quies prima ſopiuerat.
Sopitus ſopita ſopitum, Qui iam cœpit dormire. Endormi.
Sopitum ſomno, quaſi irrigatum dixit Virgilius.
Sopitus, Qui ſenſus amiſit, Qui eſt eſtourdi ou eſlourdi. Liuius lib. 1, Iubet bono animo eſſe, ſopitum fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud altè in corpus deſcendiſſe: iam ad ſe redijſſe, inſpectum vulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe, cõfidere propediē ipſum eos viſuros.
SOPOR, ſoporis, m.g. Idem quod ſomnus, Somme, ſommeil.
Soporifer ſoporifera ſoporiferum, Qui induit a dormir.
Soporo, ſoporas, ſoporare, Soporem inducere, Endormir.
Soporatus ſoporata ſoporatum, Qui veluti irrigatus eſt ſomno. Endormi.
SORBEO, ſorbes, ſorbui, ſorbitum, ſorbere, Deglutire quicquam molle. Humer. Factitium verbum à ſono vocis quem faciunt qui ſorbent. Plaut. in Mil. 11.6, Sorbet dormiens. PA. quid, ſorbet? LV. illud, ſtertit volui dicere. ſed quia conſimile eſt, quod ſtertas quaſi ſorbeas. Idem in Bacchid. 6.5, Apage iſtas à me ſorores, quæ hominum ſorbent ſanguinem.
SORBO, ſorbis, ſorpſi, ſorptum, ſorbere, Idem.
Sorbitio ſorbitionis, Ipſe ſorbendi actus. Perſius, Barbatum hæc crede magiſtrum Dicere: ſorbitio tollit quem dira cicutæ.
Sorbitiuncula ſorbitiunculæ, diminutiuum.
Sorbillo ſorbillas, ſorbilare, Diminutiuum à ſorbeo: propriè eſt parum, ſed frequẽter ſorbere. Humer peu & ſouuent. Terent. in Adel. 4.2.53, Quod quidem belliſſimum carpam: & cyathos ſorbillans, paulatim hunc producam diem.
Sorbillum ſorbilli, n.g. Vng humet, ou chaudeau. Plaut. in Pœnulo, 4.175, Hem, mihi iam video propter te victitandum ſorbillo.
SORBVM, ſorbi, n.g. Genus fructus, ſimilis pyri, quod ſiccum, aluum ſiſtit. Martialis, Sorba ſumus, molles nimium durantia ventres: Aptius hæc puero, quàm tibi, poma dabis. Columella, Sorba manu lecta in vrceolos picatos adijcito. Plin. lib. 15. cap. 21, Sorbis quadruplex differentia. Alijs enim eorum rotunditas mali, alijs turbinatio pyri, alijs ouata ſpecies, ſeu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acri odore, nec ſuauitate iucunda, Cæteris vini ſapor. Generoſiſſima, quibus circa pediculos tenera folia. Quartum genus torminale appellant, remedio tantum probabile, aſſiduum prouẽtu, minimúmque pomo, arbore diſſimili, folijs penè platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere.
SORDES, ſordis, f.g. Immunditia, Ordure. Plautus in Pœnulo, 4.93, Imò etiam in medio oculo parum ſordis eſt. Et paulò antè, Vidẽ' tu pleni oculi ſordium qui erant, iam ſplendent mihi?
Sordes vrbis, Homines nequam vocat Cicero Attico ſcribens, libro 1, Apud bonos ijdem ſumus quos reliquiſti: apud ſordem vrbis & fæcem, multo melius quàm reliquiſti.
Sorditudo ſorditudinis, Idem quod ſordes. Plautus in Pœn. 16.9, Vt mihi abſterſerunt omnem ſorditudinem.
Sordidus ſordida ſordidum, Sordibus infectum, Plein dordure. Liuius, Terentius Varro loco non humili ſolùm, ſed etiam ſordido natus. Plaut. in Aſin. 4.16, Sordidus pannis. Et ſordida cura apud Plinium epiſt. 116. Plau. in Epid. 10.11, Strenuiori deterior ſi prædicat ſuas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ.
Sordidulus ſordidula ſordidulum, Diminutiuum. Plautus in Pœn. 4.48, Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria?
Sordeo, ſordes, ſordui, ſordere. Sordidum eſſe. Plin. lib. xxxv, Vitam non iuuare fortaſſis credet aliquis, quum hæc quoque cura friuola exiſtimetur, adeò delicijs ſordent & quæ ad ſalutem pertinent, On nen tient compte non plus que de fiens. Ibidem, cap. x, Sordebat ille ſuis, vt plerunque domeſtica.
Sordeſco, ſordeſcis, ſordeſcere, Sordidum fieri.
Sordido ſordidas, ſordidare, Sordidum facere, fœdare, Ordir, gaſter. Plaut. in Aſin. 9.91, Quã-

quam ego ſum ſordidatus, frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari, Ia ſoit que ſoye mal accouſtre. Cic. Philipp. 2, Sordidata mancipia, argentea vaſa colliſa, Id eſt, ob inopiam vel auaritiam obſoleta veſte vel detrita induta. Terent. in Heaut. 2.3.56, Neglecta, immũda illuuie. CLIT. ſi hæc ſunt Clinia vera, ita vti credo, quis te eſt fortunatior? ſcin' hanc quam dicit ſordidatam & ſordidam?

SOREX, ſoricis, m.g. Animal paruum, à ſono vocis, quem rodendo facit. Quidam dicunt eſſe murem ſylueſtrem. Columella, Si ſerpẽs aut mus, ſorexque in muſtum ceciderit. Plin. lib. 30. cap. 15, Sorices fugari, ſi vnus caſtratus emittatur. Terẽt. in Eunucho, 5.7.23, Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perij.

Soriceus ſoricea, ſoriceum, Quod ad ſoricem pertinet.

Soricinus ſoricina ſoricinum. Vnde Soricinos dentes dixit Plautus.

Soriculatus ſoriculata ſoriculatum. Soriculata veſtis, quæ varijs conſerta coloribus erat.

SORILLA, nauigia Iſtrica vocantur, quòd lino & ſparto conſerantur, & condenſentur.

SOROR, ſororis, f.g. Seur. Dicta eſt quòd quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcitur, ſeparatúrque ab ea domo in qua oritur, & in aliã familiã trãſgreditur Vel ſoror, quaſi diuerſa ſorte orta.

Sororius ſororij, Cui ſoror mea nupſit. Sororius ſimiliter dicitur frater & ſororis filius.

Sororius ſororia ſororium. Sororia cœna. Plaut. in Curcul. 14.59, Et ego, nobis omnibus tu vt hodie aduenies cœnam des ſororiam.

Sororium tigillũ appellabatur locus ſacer in honorem Iunonis, quem Horatius quidam ſtatuerat cauſſa ſororis à ſe interfectæ ob ſuam expiationem. Hæc Feſtus.

SORS, ſortis, f.g. À ſerie, ſecundum Varronem dicitur, pro fortuito alicuius rei euentu. Cic. lib. 2, de diuinatione, Dicendum igitur putas de ſortibus? Quid enim ſors eſt? Idem propemodum quod micare, quod talos iacere, quod teſſeras, quibus in rebus temeritas & caſus, nõ ratio nec conſilium valet. Tota res eſt inuenta fallacijs, aut ad quæſtum, aut ad ſuperſtitionẽ, aut ad errorem.

Sors, Fatalis neceſſitas. Virg. Hic exitus illum Sorte tulit.

Sors, Summa eſt ſiue caput & prima pecunia, quæ confertur in ſocietatem, vt inde lucrũ fiat. Plaut. in Moſtell. 8.133, Quatuor quadraginta illi debẽtur minæ, & ſors, & fœnus, tantũ eſt. Ibidem, 8.66, Moleſtus ſi ſum, reddite argentum, abiero. TR. reſpõſiones omnes hoc verbo eripit: ſortẽ accipe. D. imò fœnus: id primùm volo. Terẽtius in Adel. Hei mihi, etiã de ſorte nunc venio in dubium. Hoc eſt de pretio quo empta erat fidicina. Argent auance.

Sors, Iudicium. Virg. Nec verò hæ ſine ſorte datę, ſine iudice ſedes. Tractũ ex Romano more. Non enim audiebantur cauſſæ niſi per ſortem ordinatæ. nam quo tempore cauſſæ agebantur, conueniebant omnes, & ex ſorte, dierum ordinem accipiebant: puta quod poſt XXX dies cauſſas ſuas exequerentur.

Sortes, Oracula ſeu reſponſa erant. nam ſyngrapha erant, in quibus reſponſa inſcripta continebantur. Valerius lib. 1, Cuius rei explorandæ gratia, legati ad Delphicũ oraculum miſi, retulerunt præcipi ſortibus, vt aquam eius lacus emiſſam per agros diffunderent.

Sortem trahere, pro ducere. Suetonius in Tib. Cæſare, cap. 14, Et mox, cum Illyricum petẽs, iuxta Patauium adiſſet Geryonis oraculum, ſorte tracta, qua monebatur vt de conſultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit, vt ſummum numerum iacti ab eo oſtẽderent, hodiéque ſub aqua viſuntur hi tali.

Sorticula ſorticulæ, diminutiuum. Suet. in Nerone Claudio, cap. 21, Ac ſine mora nomen ſuũ in albo profitentium citharœdorum iuſſit aſcribi, ſorticulaque in vrnam cum cæteris demiſſa, intrauit ordine ſuo.

Sortior, ſortiris, ſortiri, Sortes facere. Plau. in Caſina, 6.19, Nam ſi nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar. Ibidem, 7.35, Ego ſic agã, conijciã ſortes in Ciſtellã, & ſortiar tibi & Chalino.

Sortiri prouinciã, Per ſortem, ſiue ſorte recipere, vel conſequi. Suet. in Auguſto, Ex prætura Macedoniã ſortitus. Pli. epiſt. 108, Quod tibi ſcripſi, vt te ſortitũ prouinciã, præmonerẽ.

Sortiri, Diſponere. Virg. Sic fata deũm rex Sortitur, voluítque vices, ſic vertitur ordo.

Sortilegus ſortilegi, Qui per ſortes futura prænuntiat, & qui per ſortem aliquid eligit.

Sortitò, aduerbium, Ex ſorte. Plaut. in Merc 4.25, At tibi ſortitò id obtigit. Idem in Caſina, 8.37, Mihi vt ſortitò eueniat.

SORRACVS, ſorraci, Quo portantur inſtrumenta ſcenicorum. Plaut. in Perſa, 10.64, Librorum enim ecce illum plenum ſorracum habeo.

SOS pro eos antiqui dicebant, teſte Feſto.

SOSPES, ſoſpitis, comm.gen. quãuis ſoſpita fœmininum habeat. Non ſolùm ſignificat eum qui ſeruatur, id eſt, ſaluus eſt, ſed etiam eum qui ſeruat, Vnde Ennius ſoſpitem pro ſeruatore poſuit. Plaut. in Aſin. 3.2, Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ ſupereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem &c. Idem in Capt. 13.104, Modo in portu Philopolemum, viuum, ſaluum & ſoſpitem vidi. Idem in Caſina, 20.2, Soſpes iter incipe hoc.

Soſpitalis & hoc ſoſpitale, Qui ſoſpitatem dat. Plaut. in Pſeud. 5.19, Quis eſt qui moram occupato moleſtam obtulit? P. qui tibi ſoſpitalis fuit?

Soſpito, ſoſpitas, ſoſpitare. Incolumem ſeruare. Plautus in Merc. 19.28, Periſtrata dí tibi vnicum gnatum ſoſpitent. Idem in Aulul. 16.10, Plus plúſque illuc ſoſpitent quod nunc habes. Idem in Aſin. 12.93, Quæſo hercle Litane ſcis herũ tuis factis ſoſpitari. Liuius lib. 1, Propitius ſuam ſemper ſoſpitat progeniem.

SOTER, ſoteris, m.g. Vt Cicero in Verrẽ, act. 4. inquit, vno verbo exprimi non poteſt. cum eum ſignificet qui ſalutem dedit.

Soteria, dicitur ſalus. Et Soterion, ſalutare.

SP

SPADIX, ſpadicis, m.g. teſte Gellio libro 2, Eſt auulſus à palma termes cum fructu, hoc eſt palmes. Eſt & color Phœniceus, ſignificátque exuberãtiam ſplendorémque ruboris. Virg. lib. 3. georg. Luxuriátque toris animoſum pectus honeſti Spadices, glaucíque.

SPADICVS, ſpadici, m.g. Color dicitur qui & Phœniceus, id eſt, coccinus, quòd non ſit diſſimilis fructui palmæ arboris, nondum ſole incocto.

SPADO, ſpadonis, m.g. dictio græca, idem quod eunuchus ſignificãs, Vng chaſtré. À σπάω, quod eſt euello, quòd ab ea, pars maxima virilitatis auferatur.

SPARGO, ſpargis, ſparſi, ſparſum, ſpargere, Paſſim aliquid iactare, quaſi per ſpatiũ aliquid agere. Eſpardre. Plautus in Trucul. 8.11, Sparſiſti aquam, iam redijt animus. Virg. Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Spargere, Sternere. Virg. Spargite humum folijs.

Spargere, Guttatim infundere. Virg. lib. x 11, Spargit rapida vngula rores Sãguineos. Idem lib. 4, Spargens humida mella, ſoporiferúmque papauer.

Spargere, Madefacere. Lucilius lib. 19, Latere pendens ſaxa ſpargens tabo & ſanguine atro. Vnde aſpergere dicimus. Solebãt enim veteres aqua corpus purgationis cauſſa madefacere, dijs inferis ſacrificaturi.

Spargere, Separare. Virg. georg. lib. 4, Diſcerptum lætos iuuenem ſparſère per agros.

Spargere, Complere. Virg. lib. x 1, Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras.

Sparſus ſparſa, ſparſum, Eſpandu, ou eſtendu. Terẽt. in Heaut. 5.5.18, Rufámne illam virginẽ, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo? Qui ha la bouche fendue.

SPARTVM, ſparti, n.g. Genus herbę, de qua Plinius lib. 19. cap. 2, Sparti quidẽ vſus multa poſt ſecula cœptus eſt: nec ante Pœnorum arma, quæ primùm Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte naſcens, & quæ non queat ſeri, iuncúſque propriè aridi ſóli, vni terræ dato vitio. nanque id malum telluris eſt, nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt.

SPARVS, ſpari, m.g. Vel ſparum ſpari, n.g. Telum ruſticum in modum pedis recuruum. Virg. lib. v, Agreſtíſque manus armat ſparus. Salluſt. Sed ex omni copia circiter quarta pars, militaribus armis inſtructa, cæteri vt vt quiſque caſus armauerat, ſparis aut lanceis, alij peracutas ſudes portabant. Feſtus, Spara minimi generis ſunt iacula, à ſpargendo dicta: quòd paſſim pugnãdo ſpergerẽtur. Lucanus, Tum ſpara, tũ murices, portãtur tragula porró.

SPASTICVS, ſpaſtica, ſpaſticũ, Dicitur cui aliquid intus conuulſum eſt. Plin. lib. 21. cap. 19, Radicem decoctam bibere ſpaſticis euerſis, conuulſis, ſuſpirioſis ſalutare eſt.

SPATA, ſpatæ, Vne eſpee. À σπάξω, ſcindo, vel dilacero. Vel à σπάω, quod euello, ſiue euagino ſignificat. Apuleius, Et militaris ſacramenti geniũ ob amiſſam ſpatam verebatur. Vegetius gladios maiores ſpatas vocari docet: minores verò, ſemiſpatas.

Spata apud Plinium, Inſtrumentum eſt, quod & rudicula dicitur, qua vtimur in verſandis rebus quæ coquuntur.

SPATICVS, ſpatici, m.g. Qui quaſi maligno ſpiritu correptus eſt, & in aliquo loco nequit conſiſtere, ſed ſubitò mouetur. Plin. lib. 23, Neque expaueſcentibus repentè, nec ſpaticis, aut rurſus torpentibus, nec ſuper ſomnos genitura effundatur.

SPATHE, ſpathes, f.g. Arbor. Plin. lib. 12. cap. 28, Eſt præterea arbor ad eadem vnguenta pertinēs, quam alij elaten vocant, quod nos abietem, alij palmam, alij ſpathen.

Spathula ſpathulæ, vel, Spathalium ſpathalij, diminutiuum, dicitur ramus vel folium palmæ.

Spathalium ſpathalij, n.g. Palmæ ramulus cum dactylis dependentibus.

Spathalium, Ornamentū muliebre, inter delicias mulierum annumeratum. À verbo græco σπαθάω, ſiue σπαθάλαω, quod ſignificat delicias ago & laſciuio. Plin. lib. 13. cap. 25, Iuba tradit circa Troglodytarū inſulas fruticem in alto vocari Iſidos plocamō, corallio ſimilem ſine folijs: præciſum mutato colore in nigrum dureſcere. Cum cadat, frangi. Item alium qui vocetur Charitoblepharon: efficacē in amatorijs, ſpathalia eo facere, & monilia fœminas.

SPATIVM, ſpatij, n.g. Non ſolum de loco dicitur, ſed etiā de tempore. Cic. de Amicitia, 38, Deflexit enim iam aliquantulum de ſpatio, curriculóque conſuetudo maiorum. Terent. in Adel. 5. 4. 6, Propè iam excurſo ſpatio. Idem in Phor. 4. 4. 20, Spatium quidem tādem apparandis nuptijs, vocandi, ſacrificandi dabitur paululum, Eſpace, loyſir. Idem in And. 1. 2. 11, Ne eſſet ſpatium cogitandi ad diſturbandas nuptias.

Spatior, ſpatiaris, ſpatiari, Deambulare, Se pourmener. Virg. lib. 1. georg. Tum cornix plena, pluuiam vocat improba voce, Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Idem, Aut ante deum pingues ſpatiatur ad aras.

Spatiatorem pro erratore poſuit Cato, authore Feſto.

Spatioſus ſpatioſa, ſpatioſum, Spatieux, Qui ha grande eſpace.

Spatioſe, ſpatioſius, ſpatioſiſſime. Plin. epiſt. 62. a, Bono ciui cōuenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius, & vberius volumine amplecti, Plus au long.

SPECIES, ſpeciei, f.g. Effigies, facies, imago. Plaut. in Bacchid. 18. 40, Bellane videtur ſpecie mulier? Idem in Moſtell. 4. 23, Aín' alios meam ſpeciem irridere? Idem in Mil. 18. 20, Vbi me viderint, atque eius elegantia meam extemplo ſpeciem ſpernat.

Præter ſpeciem ſtultus es. Plaut. in Moſtell. 13. 27. Tu es plus fol que tu nen porte la mine.

Species vrbis, La forme & facon dune ville. Plaut. in Perſa, 16. 84, Vrbis ſpeciem vidi, hominum mores proſpexi parum.

Species definitur à dialecticis quæ dicitur de pluribus differentibus numero. vt homo eſt ſpecies: quādo differt à Socrate & Platone. Cic. in Topicis, In diuiſione formarum, quas Græci ideas vocant, noſtri, ſi qui hæc forte tractant, ſpecies appellant. Ibidem, Species appellant non peſſime id quidem, ſed inutiliter, ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, niſi latine quidem dici poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe ijs caſibus vtēdum eſt, at formis & formarum velim. Cum autem vtroque verbo idem ſignificetur, cōmoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam diffiniunt hoc modo, Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis & quaſi fontem referri poteſt.

Species, Demonſtratio, ſimulatio, prætextus & quaſi velamentum. Apparence. Cic. de Amicitia, 46, Quæ eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed reipſa à ſe multis locis repudienda eſt. Cæſar lib. 4 Comment. Auxiliaréſque, quibus ad pugnam non multū Craſſus confidebat, lapidibus, telíſque ſubminiſtrandum, & ad aggerem ceſpitibus cōportandum, ſpeciem atque oppugnationem pugnantium præberent. Teinſſent forme de combatans, ou feiſſent ſemblant de combatre.

Per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt, vt inuidiæ ſubtraheretur. Soubs vmbre deſtre enuoye en embaſſade. Plin. de viris illuſt. 64.

In ſpeciem eſſe, id eſt in decorum, A honneur. Plaut. in Moſtell. 3. 29, Parant ſedulò infirmitatem: & vt in vſum boni, & in ſpeciem populo ſint, ſibíque & materiem reparant.

Species, Aſpectus, res viſa. Virg. Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorebus.

Species, pro aromatibus aliquando ſumitur. Macrobius lib. vlt. Saturn. Species & acres & calidę ſuper faciem cum apponuntur, exulcerant. Martianus Iureconſ. Species pertinentes ad vectigal, Cinnamomum, piper longum, piper album.

Species adulationis, Vne maniere de flaterie. Plin. epiſt. 98. b, An ego verear (neminem viuē tium, ne quam in ſpeciem adulationis incidam, nominabo). &c.

Specialis & hoc ſpeciale, ſignificat non tam particulare, quàm proprium, & veluti peculiare. Iulius Capitolinus, Macri auorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, vt Alexādrum Magnum in auro atque argento exculptum ſemper haberent.

Speciatim, Aduerbiū, Particulieremēt, ou ſpecialemēt. Cic. poſt reditū in ſenatu, Multa de me C. Meſſinio & amicitiæ & reip. cauſſa dixit, legē ſpeciatim initio de ſalute mea promulgauit.

Specioſus ſpecioſa ſpecioſum, Pulcher.

Specimen ſpeciminis, n.g. Argumentum quoddã, & probatio, ſiue exemplar. Experiẽce eſpreuue, probation. Eſt illud parum quod in mercibus emptori ſolet oſtendi, vt in pannis, vel deguſtatio in eſculentis. Plautus in Moſtell. 3.35, Igitur tum ſpecimen cernitur quò eueniat ædificatio. Idem in Caſina, 11.2, Nunc amici, ánne inimici ſis imago, Alceſime mihi, ſciam: nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur. Cic. in Tuſcul. Quid illud, non dubitas, quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura? Prendre patron ou exemple. Plin. in Paneg. 103, Si vnius tertium conſulatum eundem in annum, in quem tuum contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur.

SPECIO, ſpecis, ſpexi, ſpectum, ſpecire. Apud antiquos in vſu fuit, quod videre ſignificat. Vnde augures ſpecire, hoc eſt inſpicere aues dicebãtur. Ennius, Vos epulo poſtquam ſpexit.

Specto, ſpectas, ſpectare, Frequentatiuum, ſæpe, ſeu fixè intueri, Regarder ferme a quelque choſe. Plaut. in Amphit. 8.118, Age, me huc aſpice. s. ſpecto. Idem in Moſtell. 10.63, Quæſo huc ad me ſpecta, cornicẽ vt conſpicere poſſis. Apud eũdem in Caſina, 2.6, Spectare fabulas. Terent. in Eunucho, 5.6.18, Here, ne me ſpectes, me impulſore hæc non facit.

Spectare, ad animum refertur, & voluntatem. Terent. in Eunucho, 4.1.18, Heu me miſerum qui tuũ animum ex animo ſpectaui meo. Qui ay penſe que ton cueur fuſt tel que le mien.

Spectare, Apperceuoir. Plau. in Stic. 3.59, Vbi facillime ſpectatur mulier quæ ingenio eſt bono?

Spectare, Approbare. Cic. li. v. Tuſc. Nõ igitur ex ſingulis vocibus Philoſophi ſpectãdi ſunt.

Spectare, Cauere, Prẽdre garde. Plau. in Aſin. 13.33. Spectãdũ ne tibi anulũ det, neque roget.

Spectare ad. Cic. Ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem antepones ſaluti patris, Si la choſe tent au dommage du pais. Quintil. Et quod ad peſſimum ſpectat euentum, miſerabilis ſis oportet, vt amator eſſe videaris. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3, Res videtur ſpectare ad interregnum.

Spectat Italiam. Cic. Attico, lib. 9, Ille vt ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brũduſium, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen Græciam ſpectare potius, quàm Hiſpanias, Il tire plus vers Grece. Plin. epiſt. 101.d, Magna ſui parte meridiem ſpectat, æſtiuúmque ſolem ab hora ſexta.

Specito, ſpecitas, ſpecitare, Frequentatiuum à ſpecto frequentatiuo. Plaut. in Ciſtell. 2.81, Per Dionyſia mater Pompam me ſpecitatum duxit.

Spectator, ſpectatoris, m.g. Qui ad ludos ſpectandi cauſſa conuenit. Plaut. Nunc ſpectatores, Iouis ſummi cauſſa clarè plaudite.

Spectator, Probator. Terent. in Eunucho, 3.5.18, Cum ipſum me noris quàm elegans formarum ſpectator ſiem. Donatus, Spectator elegans eſt, qui ſit cunctantis & faſtidioſi iudicij: cui non quid placet facile. Spectator, probator, vt ſpectatores pecuniæ dicuntur.

Spectatrix ſpectatricis, f.g. Plaut. in Merc. 12.12, Diuũm atque hominum quæ ſpectatrix atque hera eadem es hominibus.

Spectabilis & hoc ſpectabile, Spectatione dignum, & quaſi admiratione dignum. Apul. Iubet conſtrui pulchrum & ſpectabilem currum.

Spectatus ſpectata ſpectatũ, Probatus, cuius ſcilicet ſpectata iam virtus eſt. Virg. Sunt nobis fortia bello Pectora, ſunt animi, & rebus ſpectata iuuentus. Eſprouuee. Plaut. in Merc. 6.47. Fecêre tale antè alii ſpectati viri, Gens de renom Idem in Sticho, 10.48. Satis ſpectata eſt mihi tua fœlicitas. Terent. in Adel. 5.6.5, Nam is mihi eſt profectò ſeruus ſpectatus ſatis. Idem in And. 5.1.1, Satis iã ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea. Plaut. in Perſa, 5.4, Vitam iam ſatis tibi ſpectatam eſſe cenſueram, & meos mores.

Spectaculũ ſpectaculi, Dicitur id quod ſpectatur, hoc eſt ludi qui ſpectantur. Virg. Nocte pluit tota, redeũt ſpectacula manè. Liuius lib. 1, Indici deinde finitimis ſpectaculũ iubet. Pli. in Paneg. 74, Obtinuit aliquis vt ſpuctaculum pãtomimorũ populo Romano tolli pateretur.

Spectaculum, Ipſa ſpectatio, Regard, Cic. ô graue, acerbúmque ſpectaculum.

Spectaculum, Locus vnde ſpectatur. Suet. De ſpectaculo excitatus deſcendit. Liuius, Tum primùm circo, qui maximꝰ dicitur, deſignatus eſt locus, diuiſa loca, patribus equitibúſque, vt ſpectacula ſibi quiſque faceret, fori dicti. Vng eſchaffau.

Spectamen ſpectaminis, n.g. Plaut. in Menæh. 21.1, Spectamen bono ſeruo id eſt qui rem herilem procurat, videt, collocat, Ceſt vng ſigne dung bon ſeruiteur.

SPECIVM, ſpecij, n.g. Inſtrumentum teres & paruum quo medici ad tentandum vulnerũ ac fiſtularũ viã & profunditatẽ vtũtur. Pacuuiꝰ, Vt medici faciũt, qui peius ſpecio vulnꝰ tẽtãt.

Specillum ſpecilli, n.g. Diminutiuum. Cornelius Celſus lib. v, Ante omnia autem ſpecillum

dimitti in fiſtulam conuenit, vt quò tendat, & quàm alte perueniat, ſcire poſſimus.
Specillum dicimus auricularium inſtrumentum, quod curandis auribus adhibetur.
Specillum, Inſtrumentum quo oculos inungimus. Plin. lib. 7, C. Iulius medicus dum iungit, ſpecillum per oculos trahens. Celſus lib. 6, Specillo ſuper oculum inducatur.
Specillum inſtrumentũ vitreũ quod oculis admouemus, quo facilius ſpectemus aliquid. Vne lunette. Varro de lingua latina lib. v, Hinc quo oculos iũgimus, quibus ſpecimus, ſpecillũ.

SPECTRVM, ſpectri, Simulachrũ. Fantaſie, ſonge, imagination, illuſion. Cic. Caſinæ, Hic autem ſpectris etiam ſi oculos poſſent feriri. Id eſt imaginibus mentis.

SPECVLA, ſpeculæ, accipitur pro loco edito & eminẽti, vnde aliquid longè videri & ſpeculari poteſt, ſiue ſit mons, ſiue turris, ſiue lapis, ſiue arbor, ſiue quid aliud eminens. Virg. Specula de montis in altum Deferat. Ouid. In ſpeculis omnis Abydos erat.
Specula ſpeculæ, diminutiuum à ſpe. vide SPES.

SPECVLVM, ſpeculi, n. g. In quod inſpicimus, ac ſpeciẽ id eſt imaginem noſtram contẽplamur, Vng miroir. Plaut. in Curcul. 12. 21, At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calamiſtrum meum bene me amaſſint. Idem in Moſtell. 4. 92, Mulier quæ ſe, ſuámque ætatẽ ſpernit, ſpeculo eluſa eſt. Quid opus ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es maximum? Terent. in Adel. 3. 3. 61, Inſpicere tanquam in ſpeculum vitas omnium iubeo.

Speculare ſpecularis, n. g. Et per apocopen ſpecular, & ſpecularium, Idem quod ſpeculum.
Speculare, interdum pro vitreata ſine pro ocularijs, vtpote olim facta è ſpeculari lapide trãſlucido, nunc autem è vitreis orbibus vel teſſellis plumbo iunctis. Voarriere. Vlpianus, Specularia & vela quæ frigoris cauſſa vel imbrium in domo ſunt, inſtrumento domus non cõtineri Caſſius exiſtimauit. Iuuenalis, Quæ vehitur clauſo latis ſpecularibus antro. Martialis, Hibernis obiecta notis ſpecularia puros Admittunt ſoles, & ſine fæce diem.

Specularis & hoc ſpeculare. Specularia tecta, Faicts a voarrieres. Plin. epiſt. 41. b, Egregium hæc aduerſum tempeſtates receptaculum : nam ſpecularibus, ac multo magis imminentibus tectis muniuntur.
Specularis lapis, quo olim ſpecularia fiebant. Plin. lib. 38. cap. 22, Specularis verò (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura finditur in quamlibet tenues cruſtas. Hiſpania hunc olim citerior tantum dabat, nec tota, ſed intra centum millia paſſuũ circa Segobricam vrbem.

Speculor, ſpecularis, ſpeculari, à ſpecula fit, quaſi è ſpecula proſpectare, vel vt videã intendere, Regarder, guetter, eſpier. Plaut. in Mil. 10. 13, Sed ſpeculabor ne quis aut hinc ab læua, aut ab dextera noſtro conſilio venator aſſit cum auritis plagis. Idem in Moſtell. 6. 81, Concedam à foribus huc: hinc ſpeculabor procul vnde aduenienti ſarcinam imponam ſeni. Idem in Trin. 13. 20, AEdepol quo mox furatum veniat, ſpeculabor loca magis. Idem in Aulul. 17. 19, Is ſpeculatum huc miſit me: vt quæ fierent, fieret particeps.

SPECVS, id eſt, ſpelunca, vnde ſpectare licet. Secundæ vel quartæ declinationis, tam maſculini quàm fœminini generis: tertiæ verò, ſolum neutri generis.
Maſculini. Hora. lib. 3. carm. Quæ nemora, aut quos agor in ſpecus. Ouid. li. 3 Metamorph. Eſt ſpecus in medio ſyluis & vimine denſus.
Fœminini. Sillius lib. v1, Tabificam expirat ſaniem ſpecus vltima. Gellius lib. v, Specum quandam nactus. Pacuuius, Aduenio in ſcrupuloſam ſpecum. Cato, Specus oppoſita, quo aqua de via abiret.
Neutri, Virg. lib. 7, Hic ſpecus horrendũ, & ſæui miracula ditis Monſtrantur. Ita legendum eſſe docet Seruius. Sillius lib. x111, Tum qua ſe primùm rupta tellure recludit Inuiſum cælo ſpecus.
Lectum eſt hæc ſpeca ſpecæ: hoc ſpecum ſpeci: & hoc ſpecu indeclinabile.

SPELAEVM, Idem quod ſpelunca. Virg. Certũ eſt in ſyluis inter ſpelæa ferarũ Malle pati.

SPERO, ſperas, ſperare, vide SPES.

SPERNO, ſpernis, ſpreui, ſpretum, ſpernere, Faſtidire, deſpicere, Deſpriſer. Cic. de ſenect. 7, Tum quod ſpernerentur ab ijs à quibus eſſent coli ſoliti. Terent. in Eunucho, 1. 2. 91, Ob hæc facta abs te ſpernor.
Spernere, pro Separare poſuerunt veteres. Ennius, Ius atque æquũ ſe à malis ſpernit procul.

SPES, ſpei, f. g. Eſperance. Opinio futurorum. Refertúrque tam ad bona, quàm ad mala. Terent. in Adel. 2. 2. 11, Spem pretio non emo.
Spe hac. Terent. in Adel. 2. 2. 19, Hac illi ſpe hoc in ceperunt.

Spes eſt. Plaut. in Sticho, 2.16, Spes eſt eum melius facturum. Idem in Menæh. 24.45, Spes mihi eſt vos inuenturos fratres germanos.

Spes eſt de. Plaut. in Moſtell. 8.42, Saluos ſum, ſpes eſt de argento, hic hilarus eſt.

Nulla eſt ſpes iuuentutis, ſeſe omnes amant. Plautus in Capt. 4.19. Cic. pro Milone, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Idem Attico, lib. 2, Vide quid narret, & quæ ſpes ſit denarij.

Spes in plurali apud Plautum legitur. In Capt. 7.86, Spes meas tibi cõmendo. Et in Curcul. 7.28, Spes meæ, vbi ſunt?

Habere in ſpe. Cic. Attico, lib. x 1, Eſt autem vnum quod mihi ſit optandum, ſi quid agi de pace poſſit, quod nulla equidem habeo in ſpe. De laquelle choſe ie nay aucune eſperance.

Speres ſperis, pro ſpes ſpei, antiqui dixerũt, authore Feſto. Varro, Quibus ſuam delectet ipſe amicam, & ſeſe ſperibus iactet ſuis. Vnde Aſpere, quaſi ſine ſpere, & proſpere, pro ſpere.

Specula, ſpeculæ, fœm. gen. Parua ſpes. Plautus in Moſtell. 8.123, Nam quid ita ſpecula clamas clamorem merum? Idem in Perſa, 9.9, Quid agitur Sagariſtio? vt valetur? ecquid quod mãdaui tibi, eſt mihi in te ſpeculæ? Cic. Cælio, Hac tamen oblectabar ſpecula.

Spero ſperas, ſperare, ad dolorem & ad voluptatem refertur. Sperandus ad diem, & læta, inquit Donatus. Eſperer. Virg. lib. 4. AEneid. Hunc ego ſi potui tãtum ſperare dolorem, Et perferre ſoror potero. Sperare (inquit Seruius) id eſt, futurum opinari ſiue timere. Plin. lib. x 1, Speratur largior prouentus.

Spero confore. Terent. in And. 1.1.140, Reſtat Chremes, qui mihi exorandus, & ſpero confore. Cic. de Amicitia, 14, Quàm quòd amicitiæ noſtræ memoriã ſpero ſempiternã fore.

Spero pro confido vel credo, tam de præſenti, quàm de præterito dicitur. Terẽt. in Eunucho, 1.2.123, Nam eius ſpero fratrem propemodum iam reperiſſe adoleſcẽtem adeò nobilem. Idem in Heaut. 1.1.107, At porrò rectè ſpero illum tibi ſaluum affuturum. Idem in Eunucho, 5.3.14, Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo. Idem in Heaut. 4.4.24, Sperabit ſumptum ſibi ſenex leuatum eſſe harum abitu.

Sperare, Gaudere, authore Donato. Terẽt. in Adelph. 1.2.72, Sperabam iam deferuiſſe adoleſcentiam. Donatus, Recte ſperabam pro gaudebã. Sic enim dicimus, cũ erraſſe nos cernimus.

Spero non veniet vſus. Terent. in Heaut. 3.2.42, Non vſus veniet ſpero.

Deos ſperauimus. Plaut. in Caſina, 7.39, Dijs ſum fretus, deos ſperauimus.

Speratus ſperata ſperatum, Que on a eſperé. Plautus in Merc. 22.2, Spem ſperatam cum hanc obtuliſti mihi, grates ago.

Speratum veteres dicebant eum qui vxorem petit. Et ſperatam virginem quæ petitur. Afranius, Curre, & nuntia venire, & mecum ſperatam adducere, vt videat puellam. Speratam ſuam, vocat vxorem Plautus in Amphitruone, 8.42, Amphitruo vxorẽ ſalutat lætus ſperatam ſuam.

Sperabilis & hoc ſperabile, Quod ſperari poteſt, De quoy on peult auoir eſperance. Plautus in Capt. 10.3, Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum.

SPHAERA, ſphæræ, Latinè globus dicitur, Id eſt, in quo ex omni parte exteriore rotundum apparet. σφαῖρα græcè dicitur. Vne boulle, ou autre choſe ronde comme vne boulle, vne pelotte, ou eſteuf.

Sphærula ſphærulæ, diminutiuum, Parua rotunditas.

Sphæriſterium, ſphæriſterij, n.g Locus balinei, ſpecie rotunda, in quo varia exercitationum genera veteres habuêre. Plin. in epiſt. Apoditerio ſuppoſitum eſt ſphæriſterium, quod plura genera exercitationis, pluréſque circulos capit. Sed in primis ad exercitium pilæ deputatus eſt, quam Græci σφαιρ῀ιστήριον appellant. Nam σφαιρίζω ſignificat pila ludo. Lampridius, Poſt lectionem operam palæſtræ, aut ſphæriſterio, aut curſui, aut luctaminibus mollioribus dabat. Vng ieu de paulme.

SPHINX, ſphingis, vel ſphingos, f.g. Monſtrum AEthiopiæ animal eſt, è ſimiarum genere, fuſco pilo, mammis in pectore geminis, ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo & ſolitudine feram aſſimulans. Poetæ faciem habere virginis fingunt, pennas auium, pedes leonis. Diodorus, OEdipus orta inter Phocenſes ſeditione ira accenſus, Laium parentem inſcius occidit. Sphinx bellua biformis Thebas eo tẽpore veniſſe traditur, propoſuiſſéque ænigma: quod qui non ſolueret, periret. Vnde plerique ob rem ambiguã ac perobſcuram interẽpti ſunt. Plin. lib. 8. cap. 21, Lyncas vulgo frequentes & ſphingas, fuſco pilo, mammis in pectore geminis AEthiopia generat.

SPICA, ſpicæ, f. g. & Spicus ſpici antiquè authore Feſto: & Spicum ſpici: dicitur cũ per culmi folliculũ, id eſt extremũ tumorem, ariſtæ adhuc tenues in modũ ſpiculi eminẽt. Vng eſpi. Spica dicta eſt à ſpe, vt inquit Varro. Nã cum fruges in ſpicã exit, ſpem præbet hominibus. Spica in hordeo & tritico tria habet continentia, granum, glumam, ariſtam.

Spicus in maſculino genere, in vtroque numero legitur. Spicum verò tantũ in ſingulari. Cic. in Arato, & lib. 2. de nat. deorum, Spicum illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.

Spica, Signum in cælo oriens in virginis parte decima. Firmianus, Quicunqne in ortu ſpicæ natus fuerit, erit ruralibus officijs ſemper applicatus, & multas fruges horreis condet.

Spica mutica, quæ non habet ariſtam. Ariſtæ enim ſunt quaſi cornua ſpicarum.

Spiceus ſpicea ſpiceum, Quod ex ſpicis eſt. Tibullus, Flaua Ceres tibi ſit, noſtro de rure corona Spicea.

Spicilegium ſpicilegij, n. g. Collectio ſpicarum. Varro, Ad corbem meſſe facta ſpicilegium venire oportet, aut domi legere ſtipulam.

Spico ſpicas, ſpicare, Spicas emittere. Eſpier. Plin. lib. 18, Grana in ſtipula crinito textu ſpicantur.

Spicatꝰ ſpicata ſpicatũ, Quod habet ſpicas. Plin. lib. 21, Aliud rurſꝰ ſpicatarũ genꝰ herbarum.

Spicifera Ceres dicitur à poetis.

SPICIO, ſpicis, ſpiciui, ſpicitũ, ſpicire, Reſpicere, intueri. Verbũ eſt antiquũ. Plaut. in Mil. 10.99, Flagitium eſt, ſi nil mittetur, quo ſupercilio ſpicit.

SPICVLVM, ſpiculi, n. g. Lancea breuis, ſeu vt Vegetius ait, telum miſſile, cuius ferrum eſt triangulum vnciarum nouem, haſtile pedum quinque & ſemis. Vng dart. Plaut. in Caſina, 6.27, Si non impetraui, ſpicula etiam inſortita ſunt mihi. Cic. in L. Piſonem, L. Craſſus homo ſapientiſſimus noſtræ ciuitatis, ſpiculis propè ſcrutatus eſt Alpes, vt vbi hoſtis non erat, ibi triumphi cauſſam aliquam quæreret.

Spiculum, accipitur pro ſagitta. Virg. Spicula conuerſo fugientia dirigit arcu.

Spiculum, Sagittæ ferrũ, ſeu cuſpis ipſa, & aculeus, vt ſunt ſpicula ſagittarũ & aculei apum.

Curtius, Alexander ſagitta ictus eſt, quæ in medio crure reliquerat ſpiculum. De apibus, Virgilius, Et ſpicula cæca relinquunt Adfixæ venis.

Spiculum dictum à ſpicarum ſpecie.

Spiculo ſpiculas, ſpiculare, Cuſpidem acuere. Plin. lib. 11, Telum verò perfodiẽdo tergori, quo ſpiculauit ingenioſ

Spiculator ſpiculatoris, m. g. Spiculatores dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quæ geſtãt. Cornelius Tacitus, Dilapſis ſpiculatoribus cætera cohors non aſpernata concionantem.

SPINA ſpinæ, f. g. Sentis qua pungimur. Vne eſpine.

Spina, Leſchine. dicitur à collo vſque ad natium flexum depreſſa, quaſi valis eſt inter colles, quos vocãt dorſa. Plin. lib. 11. cap. 37, Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina, à cerebro medulla deſcendẽte. Eãdem eſſe ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modo inciſa ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, à lateribus dorſa: quæ omnia dicuntur terga.

Spineus ſpinea ſpineum, vt ſpinea corona, quæ è ſpinis facta eſt.

Spinoſus ſpinoſa ſpinoſum, Spinis abundans.

SPINTER, ſpinteris, n. g. Fibula mulieris, id eſt vncus quo veſtes nectuntur. Vne eſpingle. Plaut. in Menæh. 12.4, Iubeas ſpinter nouum reconcinarier.

SPINTVRNIX, ſpinturnicis, f. g. Auis inauſpicata, quæ & incendiaria dicitur. Plin. lib. 10. cap. 13, Inauſpicata eſt & incendiaria auis propter quam ſæpenumero luſtratam vrbem in annalibus inuenimus. Quæ ſit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidam ita interpretãtur incendiariam eſſe quæcunque apparuerit carbonem ferens ex aris vel altaribus. Alij ſpinturnicem eam vocant.

SPINVS, ſpini, f. g. Prunorum ſeu pyrorũ arbor, quòd ſpinis referta ſit. Virg. lib. 4, Georg. Educámque pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes. Prunier.

Spineolus ſpineoli, m. g. Fructus ſpini. Prune.

SPIRA, ſpiræ, f. g. Spiræ ſunt reuolutiones ſiue circuli, qui in ſeipſos nõ recurrunt. Hinc in ornamentis capitis matronarum, & in ſerpentibus eſt ſpira, cum ſe in gyrum voluunt. Plin. lib. 11, Lolliam Paulinam quæ fuit Caij principis matrona vidi ſmaragdis margaritiſque opertam alterno textu, fulgentibus toto capite, crinibus ſpicis, auribus, collo, monilibus, digitiſque. Virg. lib. 2. georg. Nec capit immenſos orbes per humum, neque tanto Squam-

meus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Id eſt, in circulum. Idem lib. 2. AEneid. Spiriſque ligant ingentibus, & iam Bis medium amplexi. Seruius, Spiris, nodis.

Spirulas, baſes columnarum dicunt.

Spira, Proprie eſt volubilitas funium, puta cum funus nauticus in orbem conuolutus eſt.

Spira, Funis qui à pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Iuuenalis, De faucibus aurea cum ſe Porrigat, & longo iactetur ſpira galero.

Spira, Baſis columnæ vnius tori, aut duorũ. Plin. In Epheſiæ Dianæ æde primùm colũnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita.

Spira, Genus operis piſtorij

Spiram, hominum multitudinem vocauit Ennius.

Spiro ſpiras, ſpirare, Exhalare, Souffler, rendre vent. Plin. Hæc duo genera fiſtulis ſpirant quæ ad pulmonem pertinent.

Spirare, accuſatiuo iunctum, ſignificat emittere, Ietter hors. Virg. Ambroſiæque comæ diuinum à vertice odorem Spirauere. Columella lib. 1, Reliquiſque immunditijs tetrum odorem ſpirantibus.

Spiritus ſpiritus ſpiritui. m. g, Halitus, Haleine, vent. Plaut. in Mil. 3. 17, Cuius tu legiones difflauiſti ſpiritu, quaſi ventus folia. Virg. lib. 3. geor. Atque attractus ab alto Spiritus

Spiritualis & hoc ſpirituale, & per ſyncopen, ſpiritalis & hoc ſpiritale, Quod halitum emittit. Vnde ſpiritales auras dicimus, id eſt, vitales.

Spirabilis & hoc ſpirabile, Vitale, quo ſpiramus. Virg. lib. 2. AEneid. Per ſydera teſtor, Per ſuperos, atque hoc cœli ſpirabile lumen. Spiritabile dixit Cicero lib. 2. de natura deorum.

Spiramentum ſpiramenti, n. g, Per quod exit ſpiritus. Virg. lib. 4. georg. In tectis certatim tenuia cera Spiramenta linunt.

Spiraculum ſpiraculi, n. g. Idem quod ſpiramentum. Virg. Sæuum ſpiracula ditis.

SPISSVS, ſpiſſa, ſpiſſum, Proprie denſum ſignificat, Eſpez. à ſepium denſitate. Virg. lib. 2. georg. Et ſcrobibus ſuperabit terra repletis Spiſſus ager.

Spiſſum, Tardum. Plaut. in Pœnulo, 11. 47, Qui ſi quid boni promittunt, pro ſpiſſo euenit. Idem in Ciſtell. 2. 66, Spiſſum iſtud amanti eſt verbum, veniet, niſi venit.

Spiſſo ſpiſſas, ſpiſſare, Spiſſum facere, Eſpeſſir.

Spiſſigradus ſpiſſigradi, m. g. Qui frequenti paſſuum motu in ambulãdo vtitur. à quo ſpiſſigradior, ſpiſſigradiſſimus. Plaut. in Pœnulo. 7. 3, Homines ſpiſſigradiſſimos tardiores, quàm corbitæ ſunt in tranquillo mari.

Spiſſitas ſpiſſitatis, fœm. gen. Eſpeſſeur.

Spiſſitudo ſpiſſitudinis, fœm. gen. Idem.

SPITHAMA, ſpithamæ, f. g. Latine dicitur dodrans, & eſt palmus cõſtans XII digitis.

SPLEN, ſplenis, m. g. Latine dicitur Lien, La ratte. Celſus, lib. 4, Splen in ſiniſtra parte eſt, inteſtino innex⁹, natura mollis & rarus, lõgitudinis & craſſitudinis modicæ. Plin. lib. 8. cap. 23, Sanguis in corde & circa oculos tantum, viſcera ſine ſplene.

Spleneticus ſplenetica ſpleneticum, Qui ex ſplene laborat. Qui ha mal a la ratte. Plin. lib. XX, cap. 9, Item ſpleneticis in vino albo per dies quadraginta.

Splenium ſpleni, n. g. vt Iulius Pollux inquit, eſt caput ſplenis pinguis. Hinc ſplenica velut per ſimilitudinem dicuntur facta ex panno laneo vel lineo, quæ ad curam corporis ſuper imponi ſolent. Plin. Superimponi oportet ſplenium è melle decoctum. Plin. epiſt. 88. a, lib. 6, Quanuis non poſſet dediſcere illud ipſum, quod oculum modo dextrum, modo ſiniſtrum circunlinebat: dextrum, ſi à petitore, alterum ſi à poſſeſſore eſſet acturus: quòd candidum ſplenium in hoc, aut illud ſupercilium tranſferebat. Quidã frontẽ liniebant vnguẽto vel ceruſa: deinde panniculum ſiue faſciam ponebant, quod ſplenium dicebatur: à quibuſdam exiſtimatum oculorum operimentum, ad arcendam nimiam lucem. Eius meminit Martialis lib. 2, Et numeroſa linunt ſtellantẽ ſplenia frontẽ. Item lib. 8, Talia lunata ſplenia frõte ſedent.

SPLENDEO, ſplendes, ſplendui, ſplendere, Lucere, Reſplendir. Plaut. in Pœnulo, 4. 92, Viden' tu, pleni oculi ſordium, iam ſplendent mihi. Idem in Rud. 2. 3, Ita vt videtis, ſum ſplendens ſtella, candida.

Splendeſco, ſplendeſcis, ſplendeſcere, Splẽdidum fieri. Apuleius, Quũ iam aurora ſplẽdeſceret.

Splendor ſplendoris, m. g. Lux dicitur, Lueur, reſplendeur. Plaut. in Merc. 22. 39, Cælum vt ſplendore eſt plenum, nónne ex aduerſo vides?

Splendor, per tranſlationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vnde ſplendor nominis,

ſplendor familiæ, ſplendor virtutum, Id eſt, claritas.

Splendidus ſplendida ſplendidum, Clarus, fulgens. Reluyſant.

Splendidus, Qui operas ſuas ad liberalitatem conuertit.

Splendidè, aduerbium, Clarè.

Splendidè vti authoritatis præmijs erga omnes. Cic. de ſenect. 59, Quæ ſunt igitur voluptates corporis, cũ authoritatis præmijs comparãdæ? Quibus qui ſplendidæ vſi ſunt, ii mihi videntur fabulã ætatis peregiſſe, nec tãquã inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.

SPOLIVM, ſpolij, n.g, Quodcunque hoſtibus detrahitur Deſpouille.

Spolio, ſpolias ſpoliare, Priuare, Priuer, Deſpouiller. Plaut. in Pſeud. 8. 10, Vt facile vincam, vt facile ſpoliem meos perduelles perfidijs meis. Terent. in Hecyra, Quin ſpolies, mutiles, laceres.

Spolior ſpoliaris, Deponens fuit apud antiquos, authore Nonio. Afranius, Quos impunè depopulatur & diſpoliatur dedecus.

Spoliarius ſpoliaria ſpoliarium, Quod ſpolia ſuſcipit, aut ſpoliatur. Plin. in Paneg. 57, Quàm iuuat cernere ærarium ſilens, & quietum, & quale ante delatores erat! nunc templum illud, nunc verè deus non ſpoliarium ciuium, cruentarúmque prædarum ſæuum receptaculum.

SPONDA, ſpondæ, f.g. Latus lecti. Spondæ ſunt tabulæ quæ vtrinque latus lecti ſuſtinent. Mart. Nec nudi ſponda grabati.

SPONDEO, ſpõdes, ſpopondi, ſpõſum, ſpondêre, à ſponte fit, quod veteres pro dico vſurpabant: quia qui ſpondet, ſponte, id eſt voluntariè dicit. Poſtea ſpondere acceptum eſt pro ſponte promittere. Promettre de ſon bon gre. Plaut. in Epid. 2.6, Cœna tibi dabitur. T. ſpondeo. E. quid? T. me accepturum, ſi dabis. Idem in Pœnulo, 4. 11 2, Propitia hercle eſt, vel ego pro illa ſpondeo.

Spondeo de animo eius. Plin. epiſt. 7. b, Cui tamen iam nunc licet ſpondeas de animo meo.

Spondere puellam dicitur pater, Promettre ſa fille en mariage a aucun. Plaut. in Curcul. 14. 73, Spondéſne miles mihi hanc vxorem? M. ſpondeo. Idem in Trin. 17. 33, Spondén' ergo tuam gnatam vxorem mihi? C H. ſpondeo, & mille auri philippûm dotis.

Sponſus ſponſa ſponſum, Promiſſus. Terent. in Phorm. 4. 3. 51, Etiam nunc, ſi vult Demipho dare quantum ab hac accipio quæ ſponſa eſt mihi, nullam mihi malim quàm iſtanc, vxorem dari. Idem in Eunucho, 5. 9. 6, Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? P A. audiui. c. ſcis ſponſam mihi? P A. bene, ita me di ament, factum.

Sponſor ſponſoris, m.g. Qui puellam ſpondet.

Sponſor, Qui promet a aucun. Cic. Leptæ, De negotio tuo quòd ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſponſor tuus redierit.

Sponſus ſponſi, m.g, Cui ſpondetur puella, ſiue qui ſpopondit ducturum.

Sponſa ſponſæ, f.g. Puella quæ ſpondetur.

Sponſio, ſponſionis. fœm. gen. Promiſſio.

Sponſio, Genus erat actionis apud antiquos: quæ fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is qui ſponſione vinceretur, & coram iudice aut recuperatoribus diſceptabatur. Gaiiure que on faict lung contre lautre, pour quelque piece dargent, laquelle aura celuy qui gaignera. Cic. in Verrem act. 4, Quid cum palàm Syracuſis maximo conuẽtu te audiente P. Rubrius & Apronium ſponſione laceſſiuit, niſi Apronius dictaret te ſibi in decumis eſſe ſocium? Hæc te vox non perculit? non perturbauit? ſedaſti etiam lites illorũ, & ſponſio illa ne fieret laboraſti. Gaigea cõtre Apronius. Idem, Spõſio eſt, ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat, prouincia tua eſt, abs te iudicium poſtulatur. Valerius lib. 2, Pertinacius progreſſa contentione, Valerius ſponſione Luctatiũ prouocauit, non ſe peti turum triumphum, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus Valerius. Prouocans igitur ſponſione, ita dicebat, Spondeo me tantam pecuniam daturum, ni & reliqua. Prouocatus autem cõtra reſtipulabatur. Cic. lib. 3. de off. Fimbriam conſularem audiebam de patre iudicem Marco Luctatio fuiſſe equiti Romano ſanè honeſto, cum is ſponſionem feciſſet ni bonus eſſet. Idem in Verrem, Cũ eodem Apronio poſtea Scandilius eques Romanus eandem ſponſionẽ de ſocietate fecit, quam Rubrius facere voluerat, inſtitit, oppreſſit, facta eſt ſponſio ſeſter. quinque milibus. Cœpit Scandilius recuperatores aut iudicẽ poſtulare. Plaut. in Menæh. 14. 19, Plus minus opus quàm erat, multo dixeram controuerſiam, vt ſponſio fieret.

Sponſus ſponſus ſponſui, m.g. Sponſio. Seruius Sulpitius, Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant.

Sponſalis & hoc ſponſale, Quod ad ſponſionem pertinet. Vnde ſponſalis dies, in quo puella promittitur.

Sponſalia ſponſaliorum, neutro genere, plurali numero: Promiſſio ſiue contractus ſtipulationum futurarum nuptiarũ. Seruius Sulpitius, Qui vxorem ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eum in matrimonium ductum iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat daturum. Is contractus ſtipulationum, ſponſionúmque, dicebatur ſponſalia. Tum quæ promiſſa erat, ſponſa appellabatur: qui ſpoponderat ducturum, ſpõſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, aut non ducebatur: qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant. Suet. in Octauio Auguſto, Officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiuſque ſolennis frequentare deſijt, quàm grandior iam natu, & in turba quondam ſponſaliorum die vexatus.

SPONDIVM, ſpondij, ſit è plumbo, ſicut ex ære quod deraditur ex parietibus fornacum, miſtis ſcintillis, aliquãdo etiam carbonibus. Legitur ſpodium apud Plinium lib. 34. cap. 18. Fit & ſpodium ex plumbo eodem modo quo ex Cyprio ære diximus.

SPONDYLIVM, ſpõdylij, n.g. Herba. Plin. lib. 12. cap. 26, Ab hac panace, ferula differt, quæ vocatur ſpondylium, folij tantum, quia ſunt minora, & platani diuiſura, non niſi in opacis gignitur. ſemen eodem nomine ſilis ſpeciem habet, medicinæ tantum vtile.

SPONDYLVS, ſpondyli, m.g. Internodium ſeu vertebrũ ſpinæ dicitur. Sunt autem decẽ & ſeptem ſpondyli: quorum XXII, ſpinam faciunt: reliqui verò lumbos.

Spondylus in mari animal, apud Plinium lib. 32. cap. XI.

Spondylus, Calculus æneus quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabãt, vt eſt apud Iuliũ Pollucẽ.

Spondylus, Verticulum quod apponitur fuſis, vt nendo melius vertantur, Vng peſon.

Spondylus, Callus ſiue caro interior oſtreorum omnium. Plin. lib. 32. cap. 6, Neque in luto capta, neque in arenoſis, ſed ſolido vado, ſpondylo breui atque non carnoſo, nec fibris laſciuioſo, ac tota in aluo.

Spondylo vtitur Martialis pro animaliũ oſſiculis, lib. 7, Roſos tepenti ſpondylos ſinu cõdit.

SPONDYLE, ſpondylis. f.g. Animal, de quo Plinius lib. 27. cap. 13, Et animalium quidem cæterorum nullum aliud radices à nobis dictas attingit excepta ſpondyli, quæ omnes perſequitur. Genus id ſerpentis eſt.

SPONGIA, ſpongiæ, f.g. Vne eſponge. Spõgias antiqui in delicijs habuerunt, ſtrigilũ vice, linteorúmque illis vtentes ad diſtringenda & mũdanda corpora. Quapropter purpura tingebant eas, alias cura candidas faciebant tinctas per æſtatem ſalis ſpuma ad lunam, & pruinas ſternentes inuerſas vt candorem biberent. Mẽſas etiam his tergere mos erat. Martialis, Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis, Vtilis expreſſo cum leuis imbre tumet. Animal hoc eſſe ex aquatilium genere exiſtimant. Naſcitur in petris, alitur conchis, & piſce, & limo. Intellectum ineſſe ijs apparet, quia vbi auulſorẽ ſenſere, contractæ multo difficilius naſcuntur. Auulſæ relinquunt in petris veluti cruoris veſtigium, atque ex his quaſi molliores penicilli recreſcunt. Vide Plinium lib. 9. cap. 45. & lib. XXXII. cap. XI.

SPONGITES, Gemma eſt à ſpongiæ ſimilitudine. Plin. lib. 37. cap. 10.

SPONSA, SPONSALIS, SPONSIO, vide SPONDEO.

SPONTE, ablatiuus, cuius genitiuus eſt in rariore vſu. Significat voluntate propria, & ſuapte natura, ſine hominis labore. Plaut. in Trucul. 10. 47, Neque iam queo pedibus mea ſponte ambulare, De moymeſme, ſans ayde. Terent. in And. 4. 2. 9, Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. De luymeſme, ou de ſa nature. Idem in Adelph. 1. 1. 50, Potius cõſuefacere filium ſua ſponte rectè facere, quàm alieno metu. Cic. de ſenect. 65, Senes autem ſic, vt ſua ſponte, nulla adhibita vi, conſumptus ignis extinguitur.

Spontis, genitiuus. Varro lib. 2, Spontis ſuæ ſtatuerat finem. Gellius lib. 13, Spontis ſuæ mortem manet. Columella lib. XII, Neque ſuæ ſpontis aquam miniſtrare patitur.

Sponte, Aduerbialiter poſitum. Plin. epiſt. 89, lib. 4, Hic ſpõnte beatiſſimo otio fruitur, alius exercitum regit. De ſon bon & franc vouloir, ſans contrainte. Idem epiſt. 139. 2, Contraxit hanc dum aſſidet Iuniæ virgini ſponte primùm (eſt enim affinis) deinde etiam ex authoritate pontificum.

Spontaneus ſpontanea ſpontaneum, Voluntarium, & naturale.

Spontalis & hoc ſpõtale, Idem quod ſpontaneũ, vltroneum. Apuleius lib. 4, Cúmque nulli no-

ſtrum ſpontale parricidium ſuadens, perſuadere poſſet, gladium per medium pectus ictu fortiſſimo tranſadigit.

SPORTA, ſportæ, f.g. Vaſis genus quaſi fiſcella. Comme vng panier. À ſparto herba, quæ frequens apud Hiſpanos naſcitur, aut ab aſportando. Salluſt. lib. 2. Hiſtor. È muris canes demittebant. Suet. de claris Rhet. 1. e, Diu expectauerunt, dum retia retraherentur, aliquãdo extractis, piſcis nullus infuit, ſed ſporta auri obſuta.

Sportula ſportulæ, diminutiuum. Plaut. in Curcul. 7. 10, Qui incedunt ſuffarcinati, cum libris, cum ſportulis. Idem in Menæh. 6. 1, Sportulam cape, atque argentum. eccos tres nummos habes? c. habeo. E. abi, atque obſonium affer.

Sportula aliquando pro diſtributione ad populum, aliquando pro ipſis cibis accipitur, quòd in ſportis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vſum deferri ſolebat. Suetonius in Claudio, Exhibuit anniuerſarium in caſtris prætorianis, ſine veneratione, apparatúque, iuſtum, atque legitimum in ſeptis ibidem extraordinarium, & breue, dierúmque paucorum. Quódque appellare cœpit ſportulam, quia primùm daturum ſe dixerat, velut ad ſubitam, dictámque cœnulam inuitare ſe populum. Idem dicit Neronem cœnas ad ſportulas reuocaſſe, id eſt, ad parua conuiuia. Iuuenalis, Nónne vides quanto celebretur ſportula fumo?

Sportula, Locus in atrio domus, vbi proponebantur eo die quæ dono danda erant.

Sportella ſportellæ, f.g. Aliud diminutiuum. Cic. lib. 1 x. epiſt. Papirio Pæto, Dediſcendæ tibi ſunt ſportellæ & artolagani tui. Nos iam ex areis tantum habemus, vt Verium tuum, & Camillum, qua mundicia homines? qua elegantia?

SPVMA, ſpumæ, Sordes earum rerum, à quibus eijcitur. Virg. Spumas ſalis ære ruebant. Efcume. Plin. lib. 31. cap. 6, Eſt autem vt ex nomine ipſo intelligi poteſt, ferueſcentis & futuræ materiæ ſpuma. Diſtat à ſcoria, quo poteſt ſpuma à fæce diſtare: alterum purgantis ſe materiæ, alterum purgatæ vitium eſt.

Spumeus ſpumea ſpumeum, Quod ex ſpuma eſt.

Spumoſus ſpumoſa ſpumoſum, Quod ſpumam facit.

Spumo ſpumas, ſpumare, Spumam facere.

SPVO, ſpuis, ſpui, ſputum, ſpuere, Saliuã emittere. Cracher. Virg. lib. 4. Georg. Nanque aliæ turpes horrent, ceu puluere ab alto Cum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator Aridus.

Sputo ſputas, ſputare, Frequentatiuum. Plautus, Nam illic iſti quæ ſputatur interdum morbus venit. Idem in Merc. 4. 27, Tua cauſſa rupi ramices, iamdudum ſputo ſanguinem.

Sputator ſputatoris, m.g. Qui crache. Plaut. in Mil. 10. 52, Minime ſputator, ſcreator ſum.

Sputum, ſputi, n.g. Saliua. À pus deſcendit. Dicitur & ſputus ſputi, m.g. Crachar.

SPVRCVS, ſpurca, ſpurcum, Quod eſt impurum, obſcœnum, lutulentum. À ſpuendo dictũ, quòd tale ſit vt de eo ſpuatur. Ord & ſale, plein dordure.

Spurcus, Fœtidus. Apuleius, Tam multæ res ſpurcæ & graues nares infeſtant.

Spurcus, Vehemens, aſper. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Columella, Atque in his ipſis haberet cognitum quid recuſaret collis, quid campeſtris poſitio, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus ager.

Spurcus, Sæuus, ſanguinarius. Varro, Spurcus gladiator & carnifex.

Spurcitia ſpurcitiæ, vel ſpurcities, ſpurcitiei, f.g. Immunditia, Ordure. Lucretius lib. 6, At contra nobis cœna teterrima, cum ſit ſpurcities eadem porcis, Hæc munda videtur.

Spurcum vinum dicebant antiqui, cum aqua miſtum, tanquam nõ amplius purum foret, aut igne calefactum, aut miſtum antè quàm deferueſcat.

Spurco, ſpurcas, ſpurcare, vel Spurcor ſpurcaris deponens, fœdare, vitiare. Celſus iuriſconſ. Cũ eo agi poſſe Aquilia, qui vinum ſpurcauit vel effudit, vel acetum fecit, vel alio modo vitiauit. Plaut. in Menæh. 4. 55, Næ ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illutibili.

Spurcificus, ſpurcifica, ſpurcificum, Qui ſpurca & fœda facit. Plaut. in Trin. 12. 7, Spurcificũ, immanem, intolerandum, veſanum.

Spurcidicus, ſpurcidica, ſpurcidicum, Qui ſpurca & obſcœna dicit. Plaut. in Capt. 2. 55, Neque ſpurcidici inſunt verſus.

SPVRIVS, ſpuria, ſpurium, Qui ex muliere nõ nota ortus eſt, vel ex incerto patre. ab σπείρειν ſeminare: quia nihil habet à patre niſi ſemen. Vnde ſpurios verſus dicimus, alterius, aut incerti authoris.

Spurium Modeſtinus vulgo conceptum appellari ſcribit, & eum eſſe qui incerto patre natus

sit, siue eum qui eum patrem habet, quem habere non licet.

SQ

SQVALEO, squales, squalui, squalere, Proprie significat plenum esse. Virg. Per tunicã squalẽtem auro latus haurit apertum. Quicquid enim nimis inculcatum, obsitúmque aliqua re erat, ita vt incuteret visentibus horrorẽ, à crebritate atque asperitate squamarũ, squalere vetere s dicebant. Hinc postea tractũ, vt corpora inculta & veluti squamosa, alta cõgerie sordium squalere dicantur. Virg. lib. 2, Squalentem barbam, & concretos sanguine crines. Idem lib. 1, Squalent abductis arua colonis. Plaut. in Persa, 10. 2, Transcidi loris omnes adueniens domi, ita mihi supellex squalet, atque ædes meæ. Idem in Trucul. 19. 39, Hunccine hominem te amplexarier tam horridum, atque squalidum? P. quanquam hic squalidus est, quãquam hic horridus, citus bellum init. Terent. in Eunucho, 2. 2. 5, Video sentum, squalidũ, ægrum, pannis, annísque obsitum.

Squalidus ager, Incultus, non aratus.

Squalidus, Fulgens. Virg. Alter erit maculis auro squalentibus ardens.

Squaldam vestem pro squalida veteres dixere. Ennius, Fleuere lachrymis vestem squalidam & sordidam.

Squalor squaloris, m. g. Inquinatio, sordes. Gellius, In corporibus incultis, squamosis alta congerie sordium squalor appellabatur. Plaut. in Cistell. 2. 105, Immundas fortunas meas æquũ est squalorem sequi.

SQVALVS, squali, Genus piscis, qui parit circa æquinoctium. Plin. lib. 9. cap. 51.

SQVAMA, squamæ, Qua corium piscis aut serpentis tegitur. Esquaille.

Squamæ, loricarum catenulæ etiam dicuntur. Virg. Quem pellis ahenis In plumam squamis auro conserta tegebat.

Est & squama æris, de qua Plinius lib. 34. cap. 11, Et scoria æris simili modo lauatur, minor effectu, quàm æs ipsum. Sed & æris flos medicinæ vtilis est. fit ære fuso, & in alias fornaces trãslato: ibi flatu crebriore excutiũtur velut milij squamæ, quas vocant florẽ. Cadunt autẽ, cum panes æris aqua refrigerantur, rubéntque. Similiter ex eis fit, quam vocant lepida, & sic adulteratur flos, vt squama væneat pro eo. Est autem squama hæc decussa vi clauis, per quos panes ærei ferruminãtur. In Cyprijs maximè officinis omnia. Differẽtia hæc est, quòd squama excutitur ictibus ijsdem panibus, flos cadit spõte. Squamæ est alterum genus subtilius, ex summa scilicet lanugine decussum, quod vocant stomoma.

Squamosus squamosa squamosum, Qui est plein desquailles. Plin. lib. 9. cap. 16, Vagantur gregatim ferè cuiusque generis squamosi.

Squamosum pecus apud Plautum in Rud. 23. 5.

SQVATINA, squatinæ, f. g. Ex planorum piscium genere, quo, propter squalorem, hoc est asperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur. Plin. lib. 9. cap. 51, Ex planis squatina sola bis, autummo & virgiliarum occasu parit.

SQVAROSVS, squarosa, squarosum, à squamarũ similitudine dicti squarosi, quorum cutis exturget ob assiduam illuuiem. Lucilius, Varonum ac rupicum squarosa incondita rostra.

SQVILLA, squillæ, genus herbæ. Varro lib. 1, de re rust. Alia in mari, vt palmas & squillas.

Squilla, Genus piscis. Plin. lib. 9. cap. 51, Reliqua animalium tergis coeunt, vt canes. Item locustæ, & squillæ, cancri, ore. Plin. epist. 41. 1, Mare non sanè pretiosis piscibus abundat, soleas tamen & squillas optimas gerit.

ST

ST, Vox est silentium indicentis. Terent. in Phor. 5. 1. 16, Quis? non is obsecro es, quem semper te esse dictitasti? c. ft. s. quid has metuis fores? c. concluſam hic habeo vxorem sæuam.

STABILIO, stabilis, stabiliui, stabilitum, stabilire, Stabilem facere, firmare, Faire ferme, affermir. Plaut. in Amphit. 4. 40, Regíque Thebano Creonti regnum stabiliuit suum.

Stabilis & hoc stabile, Ferme, Qui est de duree. Terent. in Adelph. 1. 1. 41, Errat longe mea quidẽ sententia, qui imperium credat grauius esse aut stabilius vi quod fit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Patria stabilis, in qua quis perpetuo habitat, nec huc atque illuc discurrit. Plaut. in Merc. 12. 68, Qui finis fugæ? quæ patria aut domus tibi stabilis esse poterit?

Stabile eſt, Il eſt tout arreſte, & conclu. Plaut. in Bacchid. 9. 15, Profectò ſtabile eſt me patri aurum reddere.

Stabilimentum ſtabilimenti, n. g. Qui tient vne choſe ferme, qui la ſoubtiēt. Plaut. in Curcul. 7. 88, Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium: hæc ſunt ventri ſtabilimēta: panis, & aſſa bubula, poculum grande.

STABVLVM, ſtabuli, n. g. à ſtando dicitur. Locus in quem lōgo itinere feſſi ſuccedere ſolent: quod & diuerſorium & hoſpitium dici ſolet. Vng logis. Vnde proſtibulæ meretrices dictæ, quòd quæſtus copioſioris gratia concurrentibus illuc aduenis manſiones ante ſtabula habuere. Plaut. in Aulul. 7. 56, Neutrobi habeam ſtabile ſtabulum.

Stabulum confidentiæ, flagitij, nequitiæ, Vng refuge, vng repaire ou tout meſchantete loge. Plaut. in Moſtell. 6. 3, Nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ: nec Salus nobis ſaluti iam eſſe ſi cupiat, poteſt. Idem Trucul. 11. 30, Tu bona fide, tùne ais impudentem me eſſe ipſa quæ ſis ſtabulum flagitij? Idem in Caſina, 4. 12, Stabulum nequitiæ.

Stabula generaliter dicuntur loca, in quibus armenta, gregéſque conſiſtunt, in agris & ſub dio, veluti quædam ſtationes animalium. Virg. Quatuor à ſtabulis præſtāti corpore tauros Auertit. Idem, Interea cum iam ſtabulis ſaturata moueret Amphitryoniades, armenta abitúmque pararet.

Stabulum, Præſepe in hoſpitijs, Vng auge. Apuleius, Duriſſimo caſui meoſeruiens, ad equum illum vectorem meum probiſſimum in ſtabulum cōcedo. vbi alium etiam Milonis quondā hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni.

Stabulum etiam ſumitur pro quacunque ſtatione, ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare conſueuit. Virg. Ardua tecta petit ſtabuli, & de culmine ſummo Paſtorale canit ſignum.

Stabulo ſtabulas, ſtabulare, & Stabulor ſtabularis, ſtabulari, Stare, diuertere, & quaſi ſtationem habere, Se loger en quelque lieu. Stathius. lib. 1. Theb. Geticæque pecus ſtabulare ſub hæmo. Ouid. Hoc pecus omne meum, multæ ſtabulantur in antris. Gellius, Tubero in hiſtorijs ſcriptum reliquit Attilium conſulem in Africa apud Bragadam flumen grande feciſſe aduerſus ſerpentem in illis locis ſtabulantem, prælium. Columella lib. 7, Sed idoneis temporibus ad præſepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curæque fuerit vt ſtabulētur in ſicco loco, ne humore madeſcant vngulæ.

Stabulare, In ſtabulo gubernare. Varro lib. 1. de re ruſt. Si prata ſint in fundo, neque pecus domin⁹ habet, dāda opera vt pabulo vendito, alienū fundū in ſuo fundo paſcat, & ſtabulet.

Stabulatio ſtabulationis, f. g. Manſio in ſtabulo. Columella lib. 7, Calore boues ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet. Itaque hybernaſtabulatio eorū præparanda eſt, Id eſt locus ſtabuli, vel vbi ſtabulentur.

Stabularius ſtabularij, m. g. Hoſpes, viatores pretio recipiens. Vng hoſte. Apuleius, Sumo ſarcinulam, & pretio manſionis ſtabulario perſoluto, capeſſimus viam. Vlpianus, Caupones & ſtabularios eos æquè accipiemus, qui cauponam & ſtabulum exercent.

Stabularius, Qui ſtabuli, hoc eſt, loci vbi animalia ſtant, curam gerit. Vng palefrenier. Columella lib. 7, Hic enim recognoſci grex poterit, numerúſque conſtare, ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularij caſtra manſerint.

STACTE, ſtactes, f. g. Gutta ſeu gummi myrrhæ. Plin. lib. XII. cap. 15, Incidūtur bis & ip ſæ: iiſdémque temporibus, ſed à radice vſque ad ramos qui valent. Sudāt autem ſponte priuſquam incidantur, ſtacten dictam, cui nulla præfertur. Plaut. in Curcul. 3. 6, Tu ſtacte, tu cinamum, tu roſa, tu crocum & caſia es.

Stacteus ſtactea ſtacteum, Myrrha ſtactea. Plin. lib. 12. cap. 16, Genera myrrhæ complura, Troglodytica, ſylueſtrum prima, Erythræa ſequēs, & Minea: in qua ſtactea & Atramitica eſt &c.

STADIVM, ſtadij, n. g. Latinè curriculū dicitur, ſiue locus in quo equi, hominéſve currūt, & certant athletæ. Nam & Domitianus inter cætera ſtadium extruxit. Dictum ſtadiū ἀπὸ τῆς στάσιος, hoc eſt, à ſtatione: quòd Hercules eo ſpatio vno ſpiritu cōfecto, conſtitiſſet. Inſtitutum quippe ab Hercule ſtadium tradunt, eúmque pedibus ſuis metaſſe id ſtadium quod eſt Piſis apud Iouem Olympicum, feciſſéque id longum pedes ducentos. Inde poſtea cætera ſtadia terris Græciæ ab alijs inſtituta pedum quidem ſimili modo ducentorum, veruntamen aliquantulum breuiora.

Stadium (inquit Plinius lib. 2. cap. 23) Centum viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos, viginti quinque.

Stadiodromus ſtadiodromi, Qui in ſtadio curſu certat. Firmicus, Si Mars reſpexerit leporẽ cæleſtem, in horoſcopo faciet ſtadiodromos.

Stadiodromus etiã locus in quo ludi & curſus exercẽtur. Plin. lib. 34, Eundem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromum aſtylon qui Olympiæ oſtenditur.

S T A G M A, ſtagmatis, n. g. Vnguẽtum, quod ſucco cõſtat, quaſi diſtillatio. quippe σταλῶν ſtillam ſignificat.

S T A G N V M, ſtagni, n. g. à ſtando dicitur, aqua ſtans. Vng eſtang.

Stagnũ pro parte maris profũdiſſima poſuit Virgili⁹, quòd ea minime moueatur, ſempérque ſtet, id eſt quieſcat. Emiſſámque (inquit) hyemẽ ſenſit Neptunus, & imis Stagna refuſa vadis.

Stagno ſtagnas, ſtagnare, Stagnum facere, aquas continere. Virg. lib. 4. geor. Nam quos Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum.

Stagnare aquam dicimus, cum non effluit, neque ſorbetur. Plin. Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent.

Stagnare terram dicimus, quæ non abſorbet ſed continet aquam. Plin. Agris humidis atque ſtagnantibus.

S T A M E N, ſtaminis, n. g. à ſtando, dicitur quicquid in colo ad nendum ponitur. Vne quenouillee. Plaut. in Mil. 10. 34, Tam capulari ſtamine vbi videor vigere? Alludit ad Parcã, quæ dum morimur, reſcindere noſtrum ſtamen dicitur.

Stamen (inquit) à ſtando, quòd ſtat omne in eo velamentum.

S T A N N V M, ſtãni, n. g. Eſtain. Plin. lib. 34. cap. 16, Plumbi viui origo duplex eſt. aut enim ſua prouenit vena: nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: qui remanſit in fornacibus, galena: quæ portio eſt tertia addita venæ. Hæc rurſus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem, cap. 17, Stannum illitum æneis vaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit eruginis virus: mirúmque, pronus non auget.

Stanneus ſtannea ſtanneum, Qui eſt deſtain.

S T A P H I S, huius ſtaphis, f. g. Vitis genus. Plin. lib. 23. cap. 1, Aſtaphiſagria, ſiue ſtaphis, quam vuam taminiam aliqui vocant falſò, ſuum enim genus habet, cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ, fert folliculos verius quàm acinos, virides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia nigreſcitque, cum taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamuſque illam in apricis naſci, hanc non niſi in opacis.

S T A P H Y L I N V S, ſtaphylini, m. g. Paſtinaca agreſtis. Columella, lib. x, Tum agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quam Græci σαφυλῆν vocant. Plin. 20. cap. 5, Alterũ genus eſt ſtaphylinos, quod paſtinacam erraticam vocant.

S T À T A R I V S, vide S T O.

S T A T E R, ſtatéris, m. g. Genus nummi, quatuor drachmas habens: valentes quatuordecim ſolidos noſtros.

S T A T E R A, ſtateræ, f. g. à ſtando dicta eſt: Inſtrumentum quo res ſine lancibus ponderantur. Vng peſon.

S T A T I M, aduerbium, Conſtanter, perſeueranter, continue: quaſi inſiſtendo, & vno ſtatu. Plaut. in Amphit. 4. 85, Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Ibidem, 4. 122, Nec iugula, nec veſperugo, neque vergiliæ occidunt, ita ſtatim ſtant ſigna.

Statim, Mox ilico: quòd ea quæ mox fiunt, continenter fieri videantur. Incontinent. Cic. in Verrem, Statim ad Meſſanam literas dedit.

S T A T I O ſtationis, f. g. vide S T O.

S T A T I V A, ſtatiuorum, vide S T O.

S T A T O R, ſtatoris, vide S I S T O.

S T A T V A, ſtatuæ, vide S T A T V O.

S T A T V O, ſtatuis, ſtatui, ſtatutũ, ſtatuere, Deliberare, ordinare. Plaut. in Amphit. 15. 18, De ſummo ſummus Iuppiter ſic ſtatuit, ſic fatum habet.

Statuere de. Plin. epiſt. 98. c, Deinde quod de quibus dubitat, quaſi ex cõſilij ſententia ſtatuit.

Statutum cum animo. Cic. in Verrem, act. 5, Tu ſic ordinem ſenatorium deſpexiſti? ſic ad iniurias libidinéſque tuas omnia coæquaſti? ſic habuiſti ſtatutum cum animo, ac deliberaſti, omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te prætore attigiſſent, Iudices reijceret?

Statuere, Firmare, ponere. Plaut. in Pſeud. 7.136, At nunc diſturba quas ſtatuiſti machinas. Que tu as arreſte, affermi.

Statuere pretiũ, vel finem. Mettre pris, ou fin. Terent. in Heaut. prologo 48, Si nunquã auarè pretium ſtatui arti meæ. Idem in Hecyra, 1.2.21, Haud opinor cõmodè finem ſtatuiſſe orationi militem.

Statuere exemplum. Plautus in Rud. 16.6, Statuite exemplum impudenti, date pudori præmium. Facite hic lege potius liceat, quàm vi, victo viuere. Faicte telle iuſtice de luy quil ſoit exemple aux autres. Terent. in prologo Heaut. 51, Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcẽtuli vobis placere ſtudeant potius quàm ſibi. Faictes quæ les autres prennẽt exemple a moy, a vous plaire.

Statuere, Dedicare. Virg. Craterásque duos ſtatuã tibi pinguis oliui. Id eſt, dedicabo. Plaut. in Aſin. 1.122, Datiſne argentum? 11. ſi quidem mihi ſtatuam & aram ſtatuis, atque vt deo mihi hic immolas bouem.

Statuere, Concutere. Terent. in Adel. 3.2.18, Sublimem mediũ arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam.

Statua ſtatuæ, f.g. à ſtatuo deduci videtur, & eſt imago alicuius. quanuis inter ſe differãt: quòd ſtatuæ ſint æneæ, eboreæ, lapideæ: imagines, cereæ, & pictæ. Suet. in Tib. Etiam ſtatuas atque imagines, niſi permittẽte, ſeponi prohibuit. Vne image de bois, ou de pierre. Cic. Philipp. x, Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerunt, ſepulchra paucis, ſed ſtatuæ intereunt tempeſtate, vi, vetuſtate: ſepulchrorũ autẽ ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moueri vel deleri poteſt. Idem Philipp. v, Eiúſque in remp. meritorum ſenatum, populúmque Ro. memorem fore: eique ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris, aut in quo alio loco in foro vellet, ex huius ordinis ſententia ſtatui placere.

Statiuncula ſtatiunculæ, diminutiuum, Parua ſtatua.

Staticulum, ſtaticuli, n.g. Idem.

Staticulum etiam dicitur in vehiculis, ſicut eſſedum in equo, & petoritum in mula. Plin. lib. vltimo, Reddunt ſpecies fluminum, nemorum & iumentorũ, & eſſeda, & ſtaticula, & equorum ornamenta. Plaut. in Sticho, 17.4, Nunc pariter ambo omnes voco cinœdos, contrà ſtaticulis ſtare nobis non magis potis eſt, quàm fungus imbri.

Staticulum, Genus ſaltationis eſt apud Plautum in Perſa, 13.44, Nequeo leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum dem, quem Hegea faciebat.

Staticuli, ſunt motus ex arte ſaltatoria, & geſticuli, in quibus ad numeros, modulóſque muſicos conſiſtunt. Cato, ſtaticulatorem & feſceniũ vocat Cæcilium ſenatorem, quòd elegantius ſaltaret, & ſtaticulos daret, quàm deceret virum probum.

Statuarius ſtatuarij, Qui ſtatuas fingit, ſeu fundit. Vng tailleur dimages. In qua arte excelluere Lyſippus, Apelles, Praxiteles, Myron, Polycletus.

Statuarius ſtatuaria ſtatuarium, Quòd ad ſtatuam pertinet. vt opus ſtatuarium.

Statuaria ſtatuariæ, Ipſa ars faciendi ſtatuas.

Statura ſtaturæ, f.g. Stature. Propriè corporis qualitas. Suetonius, Statura fuit eminẽti, corpore pallido.

Statumen ſtatuminis, neut.gen. Id quo fulcitur vitis, vt pali & pedamẽta, & quicquid pro munimento accedit. Vng pieu, palis, ou eſchallas. Columella lib. v, Cum menſem triceſimum exceſſit poſita vinea, id eſt tertio autumno, vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt. Corrupte paſſim legitur impedienda.

Statumen apud Víctruuium dicitur quicquid pro ſtrato adiicitur.

Statumino ſtatuminas, ſtatuminare, Statuminibus firmare. Plinius lib. 18, In ſolutiore terra ſepibus firmari, ora vtrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi. Sunt qui legant ſtratuminari, fortaſſe corrupte.

STATVS, ſtatus, ſtatui, vide STO.

STEGA, ſtegæ, fœ. g. Tugurium eſt. Plaut. in Epid. Aſcendi in ſtega. à στέγω tego. Idem in Sticho, 7.12, Sine aduocatis, ibidem in cercuro, in ſtega, in amicitiam, atq; in gratiam conuortimus.

STELLA, ſtellæ, f.g. à ſtando dicitur: quòd ſtellæ ſtare videantur. Eſtoille.

Stella, Piſcis. Plin. lib. 9. cap. 60, Præter hæc claros ſapientia authores video mirari ſtellam in

mari. Ea figura eſt, parua admodum caro intus, extra duriore callo. Huic tam igneum feruorem eſſe tradunt, vt omnia in mari contacta adurat, omnem cibum ſtatim peragat.

Stello ſtellas, ſtellare, Lucere, & quaſi ſtellas facere. Martialis, Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem. Plinius lib. xxxvii, Quoniam ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.

Stellare, Ad modum ſtellarum factum eſſe, Faict en facon dune eſtoille. Claudianus lib. 2, Ducitur in thalamũ virgo, ſtat pronuba iuxta, Stellantes nox picta ſinus. Idem lib. 3, Vt patuit ſtellata domus conſidere iuſſit.

Stellare, Inuidere, à ſtellione animali, cuius natura eſt inuidiam habere. vide STELLIO.

Stellatus ſtellata ſtellatum, Stellis plenum, quod eſt epithetum cæli cum eſt ſerenum.

STELLATVRA, ſtellaturæ, Nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas (inquit) militum diligenter inſpexit: tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit. Spartian⁹ in Peſcẽnino, Nam & imperator tribunos duos quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit.

STELLIO, ſtellionis, m. g. Animal lacertæ ſimile, tergo depictum, lucẽtibus guttis ad modum ſtellarum: vulgo tarantula dicitur, à Græcis aſcalabotes: quod apud eos ἄσκαλαξ circulus eſt. ſtellio autem circulis quibuſdam depictus eſt, & veluti lucentibus guttis in modum ſtellarũ. Plin. lib. 30. cap. 10, Tunicula ſtellionis, quam eodem modo vt anguis, exuit, pota. Quidam & ipſum harundine exenteratum inueteratúmque bibendum dedere. Alij in cibo in ligneis verubus inaſſatum. Operæpretiũ quomodo præripiatur ſcire, cum exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam, quoniã nullũ animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellionũ nomen aiunt in maledictum tranſlatum. Obſeruant cubile eius æſtatibus. Eſt autem in locis oſtiorũ feneſtrarúmque, aut cameris, ſepulchríſve. Ibi vere incipiẽte, fiſſis arũdinibus textas opponunt caſas, quarum anguſtiis etiam gaudet, eo facilius exuens circundatum torporem. Sed eo derelicto, non poteſt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur.

Stello ſtellas, ſtellare, Inuidere.

Stellionatus ſtellionatus ſtellionatui, m. g. Crimen apud Iuriſconſ. à ſtellione nomen ſumpſit. quod fit cum aliquid dolo factũ eſt, vt ſi quis rem alii obligatam diſſimulata obligatione per calliditatem alii diſtraxerit. aut ſi quis merces corruperit, aut impoſturam fecerit, cuius nulla pœna ordinaria eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidem ſpectat.

STEMMA, ſtẽmatis, n. g. Coronamẽtũ quod ex multis floribꝰ cõpoſitũ eſt. Dictũ à Græco, quaſi στέφανωμα. στέφω enim corono: καὶ στέφανος corona. Firmicꝰ lib. 4, Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & religioſis ſtemmatibus coronentur.

Stemma, ſignificat aliquãdo claram familiam, in qua inſignes viri, vt in ſertis flores eluceſcũt, & quæ plerunque ex victoriis & coronis maiorũ contrahitur. Iuuenalis, Stemmata quid faciũt? quid prodeſt Pontice, longo Sanguine cenſeri? Suet. Quod in vetere gentiliũ ſtẽmate C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet.

Stemma, Pro facinore nonnũquam accipitur, quoniam mos erat apud antiquos vt viri ob res bene geſtas, coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur.

Stemmata, Imagines maiorum, quæ poni ſolebant in atrijs. Martialis, Atria Piſonũ ſtabant, cum ſtemmate toto.

Stemmata, Gradus generis & ordines deſcendentiũ, qui ramis quibuſdam & velut intercurrẽtibus lineis diſtinguebantur. Plin. lib. 35. cap. 2, Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebãtur armariis, vt eſſent imagines quæ comitarẽtur gentilitia funera. Semperque defuncto aliquo totus aderat familiæ eius qui vnquam fuerat, populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.

Stemmata, Inſcriptiones ſaxorum. Martialis, Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

STERCVS, ſtercoris, n. g. Fiens, ou lordure de lhõme. Plin. lib. 17. cap. 9, Cato ſtercus vnde fiat, ſtramenta, lupinũ, paleas, fabalia, ac frondes iliginas, quernáſque. Plaut. in Aſin. 9. 18, Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus auferri?

Stercoreus ſtercorea ſtercoreũ. vt ſtercoreus miles. Plaut. in Mil. 4. 12, Miles, meus eſt herus, qui hinc ad forũ abiit: glorioſus, impudens, ſtercoreus, plenus periurii, atque adulterii.

Stercoro ſtercoras, ſtercorare, Fimum agris fœcũditatis gratia adhibere, Fumer les terres Plin. lib. 18, Ager ſi non ſtercoratur alget: ſi nimiũ ſtercoratus eſt, aduritur. Columella, Lupinũ vbi in florem verterit, nihil agrum ſtercoraueris.

Stercorare, Pinguefacere. Columella lib. XII, Vitia & faba ſtercorare agrum dicuntur.

Stercoratus ſtercorata ſtercoratũ, Stercore infectũ. Columella lib. I, Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte, qua poſſit omnis ſtercorata colluuies cohortis, balneariorúmque & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere.

Stercorarius ſtercoraria ſtercorarium, Quod ad ſtercora pertinet. Varro lib. I. de re ruſt. Sic è ligno & ferro, vt plauſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor.

Sterquiliniũ ſterquilinii, n. g. Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Vng fumier. Columella lib. I, Sterquilinia duo ſint, vnum quod noua purgamenta recipiat, & in annũ cõſeruet. alterum ex quo vetera vehantur.

• Sterquilinium lenonem vocat Plautus in Perſa, I2.3, Eho lutum lenonium commiſtum, eho tu ſterquiliniũ publicum. Terent. in Adel. 3.2.41, Non pudet vanitatis? D. minimè, dum ob rem. G. ſterquilinium.

STERILIS, & hoc ſterile, Infœcundus, & fructũ non ferens, ſine prole. Sterile. στερέω enim, priuo dicitur, ſeu careo. Et στερητικὸς, ſterile.

Sterilis amator, Qui na point dargent. Plaut. in Trucul. 5.29. Et ſteriles manus, quæ nihil afferunt, apud eundem in Trucul. 4.3.

Sterilis proſpectus. Plaut. in Mil. I0.I5, Sed ſpeculabor ne quis aut hinc ab leua, aut ab dextera, noſtro conſilio venator adſit, cum auritis plagis. ſterilis huic proſpectus vſque ad vltimam plateam probè eſt.

Sterilis beneficio. Plin. in Paneg. 94, Quod momentum, quod imò temporis punctũ aut beneficio ſterile, aut vacuum laude.

Sterileſco ſterileſcis, ſterileſcere, Sterilem fieri. Plin. lib. 8, Capræ pinguedine ſterileſcunt.

Sterilitas ſterilitatis, f. g. Sterilité.

STERNO, ſternis, ſtraui, ſtratum, ſternere, De ſtatu deiicere, & quaſi in terram extendere. Abatre, Ruer ius. Virg. lib. X, Sternitur infœlix alieno vulnere.

Sternere, Extendere. Vnde ſternere humi tapetia, frondes, & huiuſmodi.

Sternere triclinia, Mettre la nape, apreſter le banquet. Cic. in Verrem, act. V, Publicè ſibi cõuiuia parari, ſterni triclinia etiam in foro iubebat.

Sternere, Tegere: quoniã videmur tegere id ſuper quod aliquid ſternim⁹. Vnde ſternere equos dicimus, Les penſer & accouſtrer. Sternere humũ, floribus implere. Virg. Sternitur omne ſolum iaculis. Plin. de viris illuſt. 34, Viam vſque Brunduſium ſtrauit lapidibus.

Sternere, Componere, ac complanare. Vnde ſtratum mare dicimus, quando nullo vrgente in fluctus vento, æquatum manet. Virg. Et nunc omne tibi ſtratum ſilet æquor.

Sternere lectos, Faire les licts. Plaut. in Menæh. 9.2, Sternite lectos, incẽdite odores. Terẽt. in Heaut. I.I.73, Video alios feſtinare, lectos ſternere. Plaut. in Pſeud. 4.3I, Strata, lautáque, coctáque vti ſint: nam mihi hodie natalis dies eſt. Accouſtrer.

Sternere ſe, Ad iacendum ſe collocare, vt quieſcamus. Se coucher. Virg. Sternunt ſe ſomno diuerſo in littore Phocæ.

Stratus ſtrata ſtratum, Participium, Ruẽ ius, abatu. Vnde cæſum exercitum, ſtratum dicimus.

Stratum, Eſtendu, ou accouſtre. Vide ſuo ordine.

Strages ſtragis, f. g. Vide ſuo ordine.

Sternax ſternacis, o. g. Sternax equus, Qui ſeſſorẽ excutit, ac in terrã deiicit, hoc eſt ferox. Vng cheual farouche, qui rue par terre. Virg. Et ſternacis equi.

STERNVO, ſternuis, ſternui, ſternutum, ſternuere, Eſtarnuer. Propertius, Num tibi naſcẽti primis mea vita diebus, Aridus argutũ ſternuit omen amor? Columella lib. 8, At ſi moleſta pituita eſt, cunilæ bubulæ, vel ſurculi nepetæ ſylueſtris lana inuoluti, narib⁹ inſerũtur, verſantúrq; donec ſternuat ouis.

Sternuto ſternutas, ſternutare, Frequentatiuum. Souuent eſtarnuer.

Sternutamentum ſternutamenti, n. g. Eſtarnuement. Plin. lib. 28. cap. 2, Cur ſternutamentis ſalutamur? quod etiam Tiberium Cæſarem, triſtiſſimum, vt conſtat hominum in vehiculo exegiſſe tradunt.

Sternutatio ſternutationis, f. g. Idem.

STERTO, ſtertis, ſtertui, ſtertere, Ronfler. Plaut. in Mil. II.7, Sorbet dormiens. LV. illud, ſtertit volui dicere. ſed quia conſimile eſt quod ſtertas, quaſi ſorbeas. Idem in Aſin. I6.22,

Ego cenſeo eum etiam hominem ſenatui dare operam, aut clientibus, in labore delaſſatum, noctem totam ſternere. Terent. in Eunucho, 5.9.49, Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctéſque & dies. Perſius, Stertimus, indomitũ quod deſpumare falernũ Sufficiat, quinta dum linea tangitur vmbra.

STIBADIVM, ſtibadij, Accipitur pro ſella & abaco, quo fulti diſcumbunt conuiuæ, quod primo herbidum fuit: poſtea inualeſcente luxuria, marmoreũ. Hic torus rectius appellabatur, quandò à tortis herbis inflectatur. nam apud Græcos ſtibades, herbæ ſunt aptæ ad diſcũbendum. Hinc ſtibadion, cubile ex ſtibade herba conſtructum. Plin. lib. v. epiſt. 101. I, In capite ſtibadium candido marmore vite protegitur.

Stibadia, vt alij volunt, Paruæ cœnationes erant, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat quot conuiuas cœnatio caperet. Martialis, Stibadium, Accipe lunata ſcriptum teſtudine ſignum, Octo capit: veniat quiſquis amicus erit.

Fiebant etiam ſtibadia in tabulis quæ ebore atque auro ornabantur, trãſferebantúrque de loco ad locum prout libido animi ferebat. De hoc loquut⁹ eſt Martialis, cum inquit, Et teſtudineum menſis quater hexaclinon Ingemuit atrio nõ ſatis eſſe ſuo. Hexaclinon vocat ſtibadium ſex capiens conuiuas.

STIBIVM, ſtibij, n.g. Fard gallicè dicimus. Ad venuſtandos oculos peculiariter vtebantur. Plin. lib. 33. cap. 6, In iiſdem argẽti metallis inuenitur vt propriè dicamus, ſpumæ lapis candidæ, nitentíſque, non tamen trãſlucẽtis, ſtimmi appellãt, alii ſtibiũ, alii alabaſtrum, alii larbaſum. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminã: horridior eſt mas, ſcabríórq; & minus põderoſus, minúſque radians, & arenoſior. Fœmina cõtrà, nitet, friabilis, fiſſuríſque, nõ globis dehiſcẽs. Vis eius reſtringere, ac refrigerare. Principalis autẽ circa oculos. nanq; ideò etiam platyophthalmon id appellauere: quoniam in collyriis, mulierúmque epiphoris dilatet oculos, & fluxiones inhibeat oculorum, exulcerationéſque.

STICHOS, Latinè verſus ſiue ordo dicitur. Vnde diſtichus.

STIGMA, ſtigmatis, n.g. Nota ſiue ſignũ quod inuritur. ab στίζω pũgo. Vne marque que on faict dung fer chault. Martialis, Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. Plinius ſcribit ſtigmata deleri columbino ſimo.

Stigma per tranſlationem ponitur pro ſuggillatione & infamia. Suet. Valerium Catulũ, à quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatiſfacientem, eadem die adhibuit cœnæ, hoſpitióque patris eius.

Stigmaticus ſtigmatica ſtigmaticum, Famoſus & nocens, qui nota aliqua aduſtus eſt, vt ſemper appareat. Cicero ſcribit Alexandrũ Phereum, cum ad vxorem in cubiculũ veniret, ſolitũ præmittere ſtigmaticum ſeruum compunctum notis Thraciis, diſtricto gladio ob metum.

Stigmoſus ſtigmoſa ſtigmoſum, Marqué, plein de playes. Plin. epiſt. 5.a, In quo Ruſticũ inſectatur, atque etiam Stoicorum ſimiam appellat, adijcit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.

STIGO, ſtigas, ſtigare, Stimulare, Irritare. À quo Inſtigo, caſtigo, fuſtigo.

STILLA, ſtillæ, f.g. Diminutiuum à ſtiria, vt inquit Feſtus. accipitur pro gutta, Vne goutte deaue, ou autre choſe qui chet, vt ſtilla olei, ſtilla aquæ. Apul. Et ſanguinis eruptionẽ vtriculo admoto, excipit diligẽter, vt nulla ſtilla compareat vſquam. Víctruuius lib. 2, Faſtigia faciẽtes, luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebant, per id ſtillæ decidunt in impluuium. Martialis, Atque olei ſtillam donaret Opelliculus vnctor.

Stillicidiũ ſtillicidij, n.g. Quaſi ſtillarũ cadum, quòd guttatim cadat, vbi è tectis guttæ fluunt.

Stillo ſtillas, ſtillare, Degoutter, Guttatim fluere. Martialis, Viuebant laceri membris ſtillantibus artus.

Stillare, Guttatim emittere. Plin. Frutex eſt reſina ſtillans.

Stillatio ſtillationis, f.g. Degouttement.

STIMMI, indeclinabile nomen, Idem quod ſtibium ſignificat. vide STIBIVM.

STIMVLVS, ſtimuli, m.g. ἀπὸ τοῦ στίζω, propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt. Vng aguillon. Plaut. in Trucul. 16.54, Si ſtimulos pugnis cædis, manibus plus dolet. Idem in Aulul. 4.9, Si hodie hercle fuſtem ceperis, aut ſtimulum in manum, &c.

Stimulus, per tranſlationem quicquid nos pungit, & à quo vexamur. Plaut. in Caſina, 8.8, Te vno adeſt plus quàm ego volo. CH. tibi quidem pol ita videtur, ſtimulus ego nũc ſum tibi. Idem in Truc. 17.75, Næ iſta ſtimulũ lõge habet, quæ vſque illinc cor pungit meũ. Idem in Aulul. 4.6, Tibi ego rationem reddam, ſtimulorum ſeges?

Stimulo ſtimulas, ſtimulare, Pungere, Eguillonner, poindre, inciter. Plaut. in Ciſtell. 5.4, Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota. Terẽt. in Heaut. 2.1.11, Magis me nũc amicæ dicta ſtimulant, Da mihi, atque affer mihi.

Stimulatrix ſtimulatricis, Celle qui incite & point aucun. Plaut. in Moſtell. 4.62, Vt veneficæ illi fauces prehendam, atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem.

Stimuleus ſtimulea ſtimuleum, Supplicium ſtimuleum. Plaut. in Mil. 9.31, Niſi tibi ſuppliciũ ſtimuleum deditur, dedecoris pleniorem herum faciam.

STINGO, ſtingis, vel ſtinguo ſtinguis, ſtinxi, ſtictum, ſtingere. Eſteindre. Idem quod extinguere. Cic. in Prognoſt. Vt quũ luna means Hyperionis officit orbi, Stinguũtur radij cæca caligine tecti.

STIPATOR, vide STIPO.

STIPENDIVM, ſtipendij, n.g. AEs militare, ſeu præmiũ quod militibus datur. Gaige que on donne aux genſdarmes. Compoſitum nomen ex ſtipe, & pendo, quaſi ſtips ponderata ſit. Vlpianus, Stipendium à ſtipe appellatum eſt, quòd per ſtipes, id eſt modica æra colligatur. Plaut. in Epid. 2.36, In ſingulis ſtipendijs ad hoſtes exuuias dabit.

Stipendium etiam dicitur quod quis tenetur ſoluere principi, aut reip. Liuius lib. 2, Vt diuites conferrent quæ oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendii pendere, ſi liberos educẽt.

Stipendialis & hoc ſtipendiale, Quod pertinet ad ſtipendium. Sidonius, Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

Stipendiarius ſtipendiaria ſtipendiarium, Tributarius, qui ſoluendo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine vectigalis dicitur. Tributaire, qui payet panſion au roy, ou autre prince. Vnde multi populi erant ſtipendiarii reip. Romanæ, hoc eſt ſoluebant ſtipendium. Cæſar in Comment. lib. 1, Reliquáſque ciuitates ſtipendiarias haberent. Plin. lib. 3. de Hiſpania citeriore loquens, Prouincia ipſa, CCCXIII continet oppida. in his colonias XII. oppida ciuium Romanorũ XIII. Latinorum veterum XVIII. fœderatorum vnum, ſtipẽdiaria CXXX. Idem de Betyca, Oppida habet Latio antiquitus donata XXIX, libertate ſex, fœdere tria, ſtipendiaria CXX.

Stipendiarium vectigal, id eſt certũ vectigal. Cic. in Verrem, act. v, Inter Siciliam, cæteráſque prouincias, in agrorum vectigaliũ ratione hoc intereſt, quòd è cæteris aut impoſitum vectigal certum, quod ſtipendiarium dicitur.

Stipendioſus ſtipendioſa ſtipendioſum. Vegetius vocat ærarios milites, ſiue mercenarios, qui ſtipendia faciunt, ſtipendioſos. Quanuis & ſtipendioſi dicantur, ſtipendijs pleni, hoc eſt qui ſtipendia plurima fecerunt.

Stipendior ſtipendiaris, ſtipẽdiari, Stipẽdium recipere, Receuoir gaiges du roy, ou dautre prince. Plin. lib. 6, Regi eorum peditum ſexcenta millia, equitum XXX millia, elephantorum nouem, per omnes dies ſtipendiantur.

STIPES, ſtipitis, m.g. Fuſtis terræ defixus. Vng pieu.

Stipes, per trãſlationem accipitur pro ſtulto, inſulſo, & fatuo. Terent. in Heaut. 5.1.4, In me quiduis harum rerum conuenit, quæ ſunt dicta in ſtultum, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus.

STIPO, ſtipas, ſtipare, Claudẽdo coarctare, denſaréque, ſicut in nauib⁹ fieri videmus. Eſtouper deſtouppes ou de choſe ſemblable. Virg. Stipátque carinis Ingens argentũ. à ſtipa, quæ & ſtupa dicitur, deſcendit.

Stipare, Circundare aliquem, defendendi cauſſa. Liuius lib. 1, Stipatus agmine armatorum, in forum irrumpit. Enuironné, accompagné.

Stipator ſtipatoris, m.g, Qui in nauibus ſtipam ſiue ſtupam componit.

Stipatores, Qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt. à ſtipe quã accipiebant: vel quòd reges ſtipent, & vndique circundẽt. La garde du roy, ou dautre prince. Cic. lib. 2. de off. Præmittebátque de ſtipatoribus ſuis qui ſcrutarẽtur arculas muliebres, & ne quod in veſtimẽtis telum occultaretur, exquirerent. Idem in Verrem, act. v, Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat, ducebat eos circum ciuitates.

Stiparius ſtiparia ſtiparium, Quod ad ſtipãdum pertinet. Plin. lib. 19, Mox ſiccatæ in ſaxo traduntur ſtipario malleo.

STIPS, ſtipis, vel ſtipis huius ſtipis, f.g. Merces quæ ſtipatoribus & militibus dabatur.

Stips etiam dicitur pecunia quam vel in ærarium reponebant, vel diis offerebant, vel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem vitæ. Vng tournois, ou plus. Plin. epiſt. 161. a, Eluctas

tuſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus, vt numerare iactas ſtipes & relucentes calculos poſſis.

STIPVLA, ſtipulæ, fœm.gen. à ſtipa ſiue ſtupa deducitur. ſiue quòd ſtupæ inſtar vratur, ſiue quòd ea quoque ſtipari tectorum rimæ conſueuerunt. Calamus eſt frumenti, puta tritici, hordei, & ſimilium, quod ſcilicet continet ſpicam. Le tuyau du ble, ou dhorge, ou autre.

Stipula, Quæ remanet in campo, demeſſo frumento. Eſteulle. Terẽt. in Adelph. 5.3.62, Præter hæc meridie ipſo faciam, vt ſtipulam colligat.

STIPVLOR, ſtipularis, ſtipulari, Verbũ iuris eſt, Poſtulare ſibi promitti aliquid ſolennibus verbis. Faire promettre auec ſerment.

Stipulor, Verbum commune eſt ſecundũ Priſcianum, Quod tam in actiua quàm in paſſiua ſignificatione ablatiuo iungitur. Plinius epiſt. 35.lz, Nam & rationibus Martiani, & ſermone quem ille habuerat in ordine Leptitanorũ, operam ſuam priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe, ſtipulatúſque de Martiano quinquaginta millia denariorum probábatur. Il feit obliger Martianus a la ſomme de &c. Plaut. in Curc. 9.13, Ibidem erunt ſcorta exolata, quíque ſtipulari ſolent.

Stipulari, paſſiué. Suet. Prætorũ lectoria quæ vetat minorem annis vigintiquínque ſtipulari.

Stipulator ſtipulatoris, maſc.gen. Qui per interrogationem obligat promiſſorẽ. Qui faict promettre & obliger aucun.

Stipulatio (vt inquit Pomponius) verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum factúrúmve ſe id quod interrogatur, reſpondet. Promeſſe.

Stipulatus, ſtipulatus, ſtipulatui, maſc.g. Idem quod ſtipulatio. Plinius, Iouis deorſum ſummi ſtipulatu.

STIRIA, ſtiriæ, Propriè eſt aqua frigore concreta pendens, guttatímque ſtillans. Vne roupie, glaſſons pendans a la couuerture dune maiſon, ou a vng veſtement, & autre choſe. Virg. Stiriáque impexis induruit horrida barbis. Plin. Diſtillantes hyberno gelu ſtirias.

Stiricidium ſtiricidij, quaſi ſtillicidium, cum ſtillæ concretæ frigore cadunt.

STIRPS, ſtirpis, cum de homine dicitur, fœ.gen. eſt. Lignee. Virg. Heu ſtirpem inuiſam.

Stirps cum de arboribus dicitur, maſc.gen. eſt. Le tronc, la ſouche. Virg. Cum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum.

Inuenitur etiam fœmininũ. Horat. Stirpéſque raptas, & pecus, & domos.

Stirpo ſtirpas, ſtirpare, Radices auferre, Deſraciner.

Stirpitus, aduerbium, id eſt radicitus, Iuſques a la racine. Cic. lib. 4. Tuſcul. Hũc errorem, quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus philoſophia ſe extracturam pollicetur.

STIVA, ſtiuæ, f.g. Aratri manica, quæ tenetur manib⁹ cum aratur. Le manche de la charue. Virg. Stiuáque quæ currus à tergo torqueat imos. Dicta ſtiua à ſtando, quia ſuper eam regula ſtat, & eſt quaſi temo inter boues.

STLATA, ſtlatæ, Genus nauigii (inquit Feſtus) latum magis quàm altum, à latitudine ſic appellatum, ſed ea conſuetudine qua ſtlotum pro lotum, ſtlitam pro litem dicebant antiqui: qui dictionibus ab l incipientibus, ſt literas præponere ſolebant.

Statarius ſtatarii, qui ſtlata vehit. ſicut à ſcapha ſcapharius.

Stlatarius ſtlataria ſtlatarium, Quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectum.

STLEMBVS, ſtlembli, m.g. Grauis & tardus. Lucil. Atque equum pedibus ſtlembum.

STLOPVS, ſtlopi, m.g. Sonus qui ex inflatione bucarum erumpit. Perſius, Nec ſtlopo timidas intendis rumpere buccas.

STO, ſtas, ſteti, ſtatum, ſtare, In ſe, & ſua mole conſiſtere. Sarreſter, ou eſtre debout. Plautus in Capt. 2.2, Hos quos videtis ſtare hic captiuos duos, illi qui ſtant, hi ſtant hic ambo, nõ ſedẽt: vos, vos mihi teſtes eſtis, me verum loqui. Idem in Merc. 22.25, Illico ſta Charine. c, qui me reuocat? Terẽt. in Phor. 1.4.18, Sta illico. G.hem, ſatis pro imperio, quiſquis es. Idem in Eunuch. 5.2.4, Interim dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam venit.

Stare, de inanimatis etiam dicitur. vt nauis ſtat, flumen ſtat, currus ſtat, ſol ſtat. Plaut. in Amphit. 4.120, Neque ſe luna quoquã motat, ſtátque vti exorta eſt ſemel. Virgilius, Stabat acuta ſilex.

Stare, Permanere, durare. Cic. Facere promiſſa, ſtare conuentis, reddere depoſitum. Virg. Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.

Stare, Horrere. Cæcil. Stat ager ſentibus.

Stare, Plenum eſſe. Virg. Iam puluere cælum Stare vident.

Stare, Prominere. Lucilius, Hic corpus ſolidum inuenies, hic ſtare papillas Pictor marmoreo.

Stare, Præſtitutũ eſſe, & immobilem. Virg. Stat ſua cuique dies. Ouid. Sic ſtat ſententia. Id eſt immobilis & fixa eſt. Plaut. in Mil. 10.132, Sicuti merci pretium ſtat, pro virtute vt veneat: quæ improba eſt, pro mercis vitio, dominum pretio pauperat. Le pris eſt en faict. Stat ſententia. Terẽt. in Eunuch. 2.1.18, Vide quid agas. PH. ſtat ſententia. Ceſt vng point arreſte, ceſt vng point vuydé. Ceſt faict, ie lay ainſi propoſe de faire. Plaut. in Curc. 5.35, Quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia. Ils ſont tous de ceſt aduis, de ceſte opinion.

Stare, In animo eſſe. Virg. Stat conferre manum AEneæ.

Stare, Poſitum eſſe. & cum IN conſtruitur. Virg. Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis. Aliquando ſine præpoſitione IN. Plaut. in Capt. 12.82, Periculũ vitæ meæ, tuo ſtat periculo poſt mortem. Git en ton dangier.

Stare, Quieſcere. Apuleius, Dum forte ſtarent in taberna ludentes.

Stetit ſanguis, Le ſang eſt eſtanché. Plin. epiſt. 154.

Stare, In priſtino ſtatu manere. Virgilius, Troiáque nunc ſtares, Priamique arx alta maneres.

Stare, Conſtare, & in pretio eſſe. Liuius lib. 22, Multóque ſanguine ac vulnere ea Pœnis victoria ſtetit. Il leur couſta la mort de beaucop. Gellius, Magno ei ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Quintil. Neque ipſe hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti ſteterit mihi quod ſemel imperata nõ feci. Plin. epiſt. 155.b, Magno mihi ſeu ratio hæc, ſeu facilitas ſtetit.

Stare firmum: Eſt non moueri, ſed conſtantem eſſe. Liuius, Reſiſtis autem aduerſus famam, rumoréſq; hominũ, ſi ſatis firmus ſteteris. Plin. in Paneg. 107, Perſta in ratione propoſiti.

Stat per me, per te, per illum dicitur, cum nos aut aliquid aliud cauſſa ſumus, ne quid fiat. Plinius libro 18, Non ſtat per me quo minus cælum intelligas, & cæleſtia ſcias. Il ne tient pas a moy. Ie ne tempeſche point. Quintilianus, Non per me ſtetit, ſed per illa. Terent. in Andria, 4.2.16, Si poterit fieri vt ne pater per me ſtetiſſe credat, quo minus hæ fierent nuptiæ, volo.

Stat à me, Il eſt de mon opinion. Vide in præpoſitione A, À me ſtat.

Stat apud te fides parum. Plaut. in Pſeu. 7.62, AEdepol meritò eſſe iratum arbitror, cũ apud te ſtet parum fides. Tu nes point trop fidele.

Statur, impersonale. Plaut. in Pſeud. 7.42, Quid agitur? P. ſtatur hic ad hunc modum. Terent. in Eunucho, 2.2.40, Summum ſuum impertit gnato. quid agitur? P. ſtatur. G. video. Pro quid agis? ſto, inquit Donatus.

Standum eſt epiſtolis Domitiani. Plin. in epiſtolis.

Status, ſtata, ſtatum, Firmus. Plin. lib. 18, Iam primum hãc iniuriã omnibus annis accidere nõ poſſe propter ſtatos ſyderum curſus.

Stati dies, dicuntur qui iudicii cauſſa cum peregrino inſtituũtur. Plaut. in Curcul. 2,5, Status condictus cum hoſte intercedit dies. Plin. epiſt. 216, AEdes vetus ſanè, & anguſta cum ſit, alioqui ſtato die frequentiſſimo. Le iour de la feſte.

Stati reditus. Plin. epiſt. 109 b, Sed priuſquam ſententiæ dicerentur, Nigrinus trib. plebis recitauit libellum diſertum & grauem, quo queſtus eſt vænire aduocationes, vænire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuiũ magnos & ſtatos redit?.

Status, ſtatus, ſtatui, m. g. Conditio, habitus. Mine, facon, geſte, meintien, cõtenance. Plaut. in Amphit. 4.112, Enimuerò quando formã cepi huius in me, & ſtatũ, decet & facta, moréſque huius habere me ſimiles item. Idem in Mil. 5.51, Concrepuit digitis, laborat cerebro, commutat ſtatus. Terẽt. in Eunuch. 3.5.50, Tum equidẽ iſtuc os tuũ impudẽs videre nimium vellem, quis eſſet ſtatus, flabellũ tenere te aſinum tantum. Columella lib. 8, Quartus ſtatus eius longior, productiorque ad hos caſus magis habilis eſt.

Status ſeruitutis. Suet. de claris grammat. 21, Quanquam aſſerente matre, permanſit tamen in ſtatu ſeruitutis. En leſtat de ſeruitude. Cic. Qui ſtatus rerum? quæ conditio temporũ?

Status apud Rhetores dicitur, in quo cauſſa maximè vertitur. Cicero, Status eſt in quo primo inſiſtis, quaſi ad repugnandũ congreſſa defenſio. Quintil. Status eſt quod ex prima conflictione naſcitur. Exempli cauſſa, Intentio eſt, feciſti homicidium. Depulſio eſt, non feci. Quæſtio, an fecerit. Hinc conſtitutio coniecturalis, quæ & ſtatus dicitur.

Statio, ſtationis, f. g. Locus in quo naues aut milites tuto ad tempus ſtant, vel in quo frequen,

ter cõſiſtitur. Plaut. in Mil. 21. 12, Nanque in ſtatione ſtat ſenex. Curtius, Cognitum id per exploratores, qui ſtationes hoſtium fuerant ingreſſi.

Statio dicitur etiam locus ad cuſtodiam aſſignatus, quando milites ſtantes vigilãt. Virg. Sternúntque vices, ſtatione relicta, Ipſe comes Nyſo graditur.

Statio, Officina in quam multi cõueniunt, vt de aliqua re decernatur & ius dicatur. Gellius, Quæſitum eſt, memini, in pleriſque vrbis ſtationibus ius publicè docentiũ. Iuuenalis, Stationes omne theatrum.

Statio, Ipſe ſtandi actus.

Statiuncula ſtatiunculæ, diminutiuum, Parua ſtatio.

Stationarius ſtationarij, m. g. Stationarij milites dicuntur, quibus cuſtodiæ aut præſidii gratia ſtatio aſſignata eſt. Garniſon. Idem qui in vrbibus aut prouinciis tenentur ad populorum quietem tuendam.

Stationalis & hoc ſtationale, Firmiter ſtans. Plinius de ſyderibus, Eadem ſtationalis ſenis menſibus commoratur inſignis, alioqui bimeſtris: cum cæteræ vtraque ſtatione quaternos menſes non impleant.

Statiua ſtatiuorum, vel ſtatiuæ ſtatiuarũ, Stationes dicuntur, ſiue munitiones in quibus vt propius pugnent milites, cõſident. Gabions. Liuius lib. 1, Tentata res, ſi primo impetu capi Ardea poſſet. Vbi id parum proceſſit, obſidione & munitionibus cœpti premi hoſtes. In his ſtatiuis, vt fit, longo magis, quàm acri bello ſatis liberi commeatus erant. Idem lib. 9, Statiua noſtra munimento ſatis tuta ſunt.

Statarius ſtataria ſtatarium, à participio ſtatus, quaſi ſtabilis ſiue idoneus ad ſtandũ. Terent. in Heaut. prologo 26, Adeſte æquo animo, date mihi poteſtatẽ, ſtatariã agere, vt mihi liceat per ſilentium. Liuius lib. 9, Statarius vterque miles ordines ſeruans.

STOLA, ſtolæ, f. g. Apud veteres dicebatur quicquid tegebat. Et apud Græcos στολὴ indumẽtum ſignificat. vnde ſtola deducitur.

Stola, honeſtæ mulieris tantũ veſtis dicebatur, quæ vſque ad imos pedes demiſſa erat. Tibullus, Impediat crines nec ſtola longa pedes.

Stola, Pro matrona, honeſta muliere ponitur. Papiniꝰ, Omnis plebeio teritur prætexta tumultu, Hinc eques, hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat.

Stolatus ſtolata ſtolatum, Matronale, atque honeſtum dicimus. Martialis, Quis floralia veſtit, & ſtolatum Permittit meretricibus pudorem.

STOLIDVS, ſtolida, ſtolidum, Excors, teter, moleſtus, atque illepidus. Vng fol & inſenſe. Plaut. in Amphit. 14. 8, Quid me adſpectas ſtolide? Idem in Epid. 9. 36, Ego illic me autem aſſimulabam quaſi ſtolidum. Terent. in Heaut. 3. 2. 34, Nónne ad ſenem aliquam fabricam fingit? s. ſtolidus eſt. Idem in And. 3. 1. 12, Ah vix tandem ſenſi ſtolidus.

Stolidum ſaxum. Plaut. in Milit. 14. 33, Nullum eſt hoc ſtolidius ſaxum.

STOLO, ſtolonis, m. g. Vng reietton qui croiſt autour dũg arbre. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 2, Nam Stolonis lex illa, quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanũ, & qui propter diligentiam culturæ ſtolonum confirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo, quòd effodiebat circũ arbores è radicibus, quæ naſcerentur è ſolo, quos ſtolones appellabãt. Plinius, Fuere ab arboribꝰ cognomina antiquis. Vt frondicio militi illi qui præclara facinora Vulturnum tranſnatans fronde capiti impoſito aduerſus Annibalem edidit. Stolonum Liciniæ genti. ita enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis.

STOMACHVS, ſtomachi, m. g. Fiſtula per quam cibus deſcendit, gula ſiue guttur. Cic. in ſecũdo de natura deorũ, Linguã autem ad radices eius hærẽs ſtomachus excipit, quò primùm illabũtur ea quæ recepta ſunt, & oris vtraque ex parte tonſillas attingens, palato terminatur.

Stomachus, Ponitur pro ventriculo, id eſt receptaculo ciborũ. Eſt enim principiũ inteſtinorũ à ſeptimæ ſpinæ vertebra incipiẽs, circa præcordia cum ventriculo connexus. Ab στόμα τοῦ στόματος ore, & ἔχω habeo, ἢ σχέω, quia os ſic habet, vt effundat alió. Iuuenalis, Si ſtomachus domini feruet vinóque, cibóque.

Stomachus, Indignatio, ira, odium, & faſtidium. Cic. lib. 4, Tuſcul. Tractata definitione fortitudinis intelliges eam ſtomacho non egere.

Non poſſum ſine ſtomacho dicere, hoc eſt ſine indignatione.

Stomachus interdum pro facilitate ponitur. Plin. in prologo, Argumentum huius ſtomachi mei habebis. Id eſt, huius meæ facilitatis & manſuetudinis, & benignitatis.

Stomachor ſtomacharis, ſtomac hari, Indignari ac turbari. Quãdoque accuſatiuo iungitur, quandoque abſolute, quandoque cum præpoſitione ponitur. Terent. in Eunucho, 2.3.31, Id equidem adueniẽs mecũ ſtomachabar modo. Ceſtoit ce qui me courrouſſoit. Cic. Caſſio, Si enim ſtomachabere & moleſtè feres, plura dicemus. Idem Attico, Ille verò, ſed ſtomachari deſinamus. Eidem, In quo tamen ille mihi riſum magis quàm ſtomachum mouere ſolet.

Stomachicus ſtomachica ſtomachicum, Qui ex ſtomacho laborat. Plin. lib. 25. ſcribit helleborũ mederi ſtomachicis.

Stomachoſus ſtomachoſa ſtomachoſum, Qui facilè indignatur, ac cuncta faſtidit. Qui ſe courrouſſe haſtiuement, prompt a courroux.

Cicero Appio Pulchro ſcribẽs, accipit pro eo qui iniuriam cõtumeliámque facit. Stomachoſiores (inquit) meas literas quas dicas, non intelligo.

STOREA, ſtoreæ, Quam extendimus ſuper terram. Plin. lib. xv, Colligi mala poſt æquinoctium autumnale, neque ante ſextam decimam lunam, neque ante primã horam, cadiua ſeparari ſtramẽtis, ſtoreis, paleíſve ſubſterni. Dicta ſtorea ἀπὸ τοῦ ſορέννυμι, quod ſignificat ſternere. Comme vne natte, ou autre choſe que on met ſur terre.

STRABO, ſtrabonis, m. g. Qui oculos habet diſtortos.

STRAGES, ſtragis, f. g. Clades, depulſio, profligatio. Vne tuerie.

STRAGVLA, ſtragulæ, f. g. Genus veſtis, vt inquit Aſconius. Vlpianus accipit ſtragulam veſtem pro veſtimento quod inijcitur, quale eſt Græcorũ pallium. Cic. in Verrem, act. 4, Nã illud quidem ſtatim curatur, vt quicquid cælati argenti fuit in illis bonis, ad ipſum deferatur, quicquid Corinthiorum vaſorum, aut ſtragulæ veſtis.

Stragulum ſtraguli accipitur pro lectorũ opertorio, vbi & dormiebant antiqui & diſcumbebant, vario deliniamento figurarum & acu picto. Vng lodier. Varro de lingua latina, Quicquid inſternebant, à ſternendo ſtragulum appellabant. Tibullus, Nam neque tunc plumæ nec ſtragula picta ſoporem.

STRAMEN, ſtraminis, n. g. Quod ſolo quieſcẽdi gratia ſternitur. Propriè eſt ſtipula. Foarre, eſtrain. Plaut. in Trucul. 6.23, In ſtramentis perpetem noctem pernoctare malo, quàm tuas cẽtum cœnatas noctes mihi dono dari. Plin. lib. 18. cap. 3, Nundinis vrbem reuiſitabãt, & ideò comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs ruſtica auocaretur. Quies, ſomnúſque in ſtramentis erat.

Stramentum ſtramenti, n. g. Idem. Varro de re ruſt. li. 1. cap. 50, Tertio modo metitur, vt ſtramentũ medium ſubſecẽt, quod manu ſiniſtra ſummũ prehendunt, à quo medio meſſem dictã puto. Infra manum ſtramentum quod terræ hæret, poſtea ſubſecatur.

Stramentum, dictum à ſtando, vel à ſtratu, quod id ſubſternatur pecori. Litiere, paillaſſe.

Stramineus ſtraminea ſtramineum, Quod eſt ex ſtramine. Propertius, Straminea poſſet dux habitare caſa.

Stramentitius ſtramentitia ſtramentitium, Quod ex ſtramento fit.

STRANGVLO, ſtrangulas, ſtrangulare, Stringendo gulam necare, Eſtrangler. Plin. lib. 7, Fabius ſenator pictor in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus eſt.

STRANGVRIA, ſtranguriæ, Difficultas vrinæ, quãdo guttatim micturiũt. Ab σταγγαλέω conſtringo, & τὸ οὖρος. Vel ab σαγόμ γόνος, quod apud nos guttã ſignificat: οὐρέω, mingo. Latinè ſubſtillum dicitur. Plin. lib. 20. cap. 5, Philiſtion in lacte coquit, & ad ſtranguriam dat radicis vncia quatuor.

STRATAGEMA, ſtratagematis, n. g. Stratagemata, aſtutiæ rei militaris, geſta militaria, exempla, ſiue conſilia militaria, quibus homines ad ſimilia facienda ducuntur. στρατὸς enim, exercitus: ἄγω duco. Stratia, militia exercitus.

STRATEGVS, ſtrategi, m. g. Dux exercitus. Plaut9 in Curcul. 7.6, Nec ſtrategus, nec tyrannus quiſquam.

Strategum te facio huic conuiuio, dixit Plautus in Sticho, 14.19.

Stratiotes, ſtratiotis, m. g. Miles.

Stratioticus ſtratiotica ſtratioticum, Militaris. Plaut. in Pſeud. 9.11, Stratioticũ nuntium aduenientem percutiam probé.

STRATVMINO, ſtratuminas, ſtratuminare, à ſterno ſiue ſtratum, Stratũ firmare. Plin. Maiores, potentioréſque, ſi ſit occaſio, ſilice vel glarea ſterni, ora vtrinque lapidibus ſtratumi nari, & alio ſuperintegi. Nonnulli legunt hoc loco ſtatuminari.

STREBVLA, lingua Vmbrorum appellabantur partes carnium ſacrificatarum.

STRENA, ſtrenæ, f.g. Munus quod datur die feſto ominis boni gratia, qualia quæ paſſim dantur die dominicæ natiuitatis, & principio anni noui: à numero, quo ſignificatur alterum, tertiúmque venturũ ſimilis cõmodi: veluti trena, quæ præpoſita ſ litera, ſtrena: vt in lite ſolebant antiqui dicentes ſtlitem. Quidã à ſtrenuitate ſtrenam dici putant. Pomponius, Aſſide, ſiqua ventura eſt ſtrena ſtrenæ. Suet. in Caligula, Et ne ſordidus, fœtidúſque imperator eam conſuetudinis priſcorum liberalitatis gloriam conſeruaret, ineunte anno dixit ſe per calendas Ianuarij ſtrenas recepturum. ſtetitque in veſtibulo ædium calendarum die ad captandas ſtipes, quas plenis ante eum manibus ac ſinu omnis turba ferebat. Plaut. in Sticho, 12.18, Bona cœna, ſtrenáque obolet.

STRENVVS ſtrenua, ſtrenuũ, Fortis, celer, vigilans, & ad res gerẽdas promptus. Vaillant, diligent & ſoingneux en ſes affaires. Terẽt. in Phor. 3.1.12, Tum Phormio itidem hac re (vt in alijs) ſtrenuũ hominem præbuit. Il eſt porte vaillãt. Salluſt. Nam vt quiſque ſtrenuus ceciderat in bello. Columella lib. 8, Magiſter pecoris acer, durus, ſtrenuus, laboris patientiſſimus, alacer, atque audax eſſe debet.

Strenua facies. Plaut. in Rud. 9.9, Dum hic aſtatis, ſtrenua facie, rubicundũ, mediocri ſtatura, fortem, qui tres duceret chlamydatos cum macherijs, vidiſtis?

Strenuior, pro magis ſtrenuus. Plaut. in Epid. 10.10, Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicet ſuas pugnas, de illius ore fiunt fordidæ.

Strenuè, aduerbiũ, Vaillãmẽt, vitement, legieremẽt. Plaut. in Pſeud. 20.70, Strenuè me hercule iſti, quãuis pernix hic eſt homo. Idem in Mil. 20.63, Bene vale igitur. PA. ire melius eſt. PY. ſtrenuè. Idem in Trin. 15.18, Strenuè curre in Pyreæum, atque vnũ curriculum face. Idem in Bacch. 8 41, Eho ſenex minimi pretij ne attingas puerũ iſta cauſſa, quãdo fecit ſtrenuè. Idem in Aulul. 7.86, Eheus Strobile, ſequere propere me ad macellum ſtrenuè.

STREPO, ſtrepis, ſtrepui, ſtrepitũ, ſtrepere, Faire bruit des pieds en marchãt, ou des mains.

Strepitus, ſtrepitus, ſtrepitui, m.g. Proprie pedum ambulantiũ, manuúmque aliquid pertractãtium ſonus eſt. Plaut. in Aulul. 13.19, Et ſtrepitus eſt intus: numnã ego cõpilor miſer?

Strepitus, Pompa diuitiarũ, quod fit quaſi ſtrepitus cõmitãtiũ. Quintil. Hic cum me euocaſſet ſubito trepidum, totóque fortunæ ſuæ ſtrepitu circunſtitiſſet.

Strepito ſtrepitas, ſtrepitare, Sæpe ſtrepitum facere. Virg. lib. 1. georg. Neſcio qua præter ſolitum dulcedine læti Inter ſe foliis ſtrepitant.

STRIA, ſtriæ, f.g. Canalicula & ſulcus quidam quo quoddam columnarũ genus excauatur. Victru. lib. 3, Columnarũ ſtriæ faciendæ ſunt XXIIII, ita excauatæ vt norma in cauo ſtriæ cum fuerit coniecta circũacta anconibus ſtriarum, dextra ac ſiniſtra tangant acumen.

Strio ſtrias, ſtriare, Strias facere.

Striare etiam videntur boues, cum peracto aut non peracto priore verſu alius initur. Hoc autem fieri, dum boues adhuc in priore verſu anhelant, non conuenit.

Striare, Polire, leuigare, Polir, planir. à ſtringo ſtringis, ſtringere, quod eſt leuiſſimè tangere, detergere. Plin. Conchis leuibus, ſtriatis, vertice mitratim intorto.

Striatus ſtriata ſtriatum, Strijs diſtinctũ. Plin. lib. 21, Candor eius eximius foliis foris ſtriatis.

Striatã frontem vocat Apuleius cõtractã, caperatámque, & quaſi ſulcos faciẽtẽ præ triſtitia.

STRIBILIGO, ſtribiliginis, f.g. à vetuſtiorib⁹ Latinis dicebatur, quæ nũc imparilitas, ſoloeciſmus, qui ab Aſinio Capitone definitur impar & incõueniẽs cõpoſitura partiũ orationis.

STRICTE, STRICTIM, vide STRINGO.

STRIDEO, ſtrides, ſtridui, ſtridere, Dicuntur funes cum ſonum faciunt. Bruyre.

Strido ſtridis, ſtridi, ſtridere, Idem. Plin. epiſt. 203.b, At cum ſtridũt funes, curuatur arbor, gubernacula gemunt. Virg. Stridúntque caminis Strictúræ chalybum.

Stridere ad alia tranſfertur. Horat. in Serm. Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros.

Stridor ſtridoris, m.g. Virg. Stridórque rudentum.

STRIGA, ſtrigæ, f.g. Ordo rerum inter ſe continuatè collocatarum: quòd vnà ſint conſtrictæ. Columella lib. 2, Vtrunque ſiccatum coarctabimus in ſtrigam, atque ita in manipulos vinciemus.

Striga, Longitudo maior latitudine. À quo ſtrigatus ager vocatur, qui per ſtrigas creſcit à ſeptentrione in meridiem.

STRIGIL, ſtrigilis, m.g. Inſtrumentum è ferro, dentatum, à ſtrigendo, in eſt radẽdo, quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones, è corpore ſordes abradẽdo. Vne eſtrille.

Strigile vtebantur veteres ad radendas corporis ſordes, ſudorémque tergendum præcipuè in

balneis, antequam comederent: ex auro, argento, ferro: interdum etiam lapidibus quibusdam, vt nunc linteis. Persius, I puer, & strigiles Crispini ad balnea defer. Plaut. in Sticho, 4.77, Rubiginosam strigilem, ampullámque rubidam.

Strigiles quidam accipiunt pro pectinibus fricatoriis, quos Indi ex hebeno faciebant. Legimus apud Strabonem lib. 15, de moribus Indorum, Illos exercitium præcipuè frictionem probare, & maximè strigilibꝰ hebeni leuibus corpora expolire, reges quoque corpora strigilum perfrictione curare.

Strigiles etiã sunt velaria, vnde athletæ post laborem stringuntur. Plinius de spongia loquês, Cinis eius plurimum proficit contra scabrities genarum, & quicquid opus distringere: præstat & strigilum vicem, linteorúmque affectis corporibus.

Strigilem, alij accipiũt pro quodã vasis genere. Strabo, Inde strigilum & ampullarũ artifices maturè euaserunt. Plaut. in Persa, Ampullã, strigilem, scaphium, soccos, pallium, marsupium habeat. Cic. lib. 4. de finibus, Si ad illam vitam quæ cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat.

Strigil, Aluminis genus pumicosum, & foraminosum, fistulis spongiæ simile, rotundúmque natura. Cornelius Celsus medicamentum in aurem per strigilem instillari iubet.

Strigiles (inquit Plinꝰ lib. 33. cap. 3) Hispania vocat auri paruulas massas, quod super omnia solum in massa auramento capitur, cum cætera in metallis reperta, igni perficiantur. Hoc statim aurum est, consummatámque materiam protinus habet, cum ita inuenitur.

Strigil, inquit Nonius, certũ est esse fœminini generis: antiqui & neutro genere protulerunt.

Strigilecula strigileculæ, f. g. diminutiuum à strigil pro vase. Apuleius, Qui magno inceptu prædicauit, fabricatũ semet sibi ampullã quoque olearią, quã gestabat lẽticulari forma, tereti ambitu, pressula rotunditate, iuxtáque honestam strigileculam, recta fastigatione clausulæ, flexa tribulo ligulæ, vt & ipsa in manu capula moraretur, & sudor ex ea riuulo laberetur.

Strigillo strigillas, strigillare, Idem significat quod stringere.

STRIGMENTVM, strigmenti, n. g. Sordes quæ ex corporibus raduntur.

Strigmenta olei dicimus cæromata, id est sordes olei: quæ ex vnctorum athletarum corporibus raduntur. Plinius, Notũ est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse.

STRIGO, strigonis, m. g. Densarum virium homo, quòd in se cõstrictus atque arctatus sit.

Strigosus strigosa strigosum, Quod est exhaustum & macilentũ, quasi stringosum. Vnde iumenta strigosa dicta sunt, quòd corpora eorum restricta sint fame, aut alia vitii causa. Columella lib. 7, Quanquam possit huic aliquatenus comparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruire contumax syluestri mare strigosum patris præferret habitum. Idem lib. 8, Placidè ac lẽtè pabuletur, vt & largi sit vberis, & nõ strigosissimi corporis. Gellius, Equũ strigosum & malè habitum, sed equitem eius vberrimum & habilissimum viderunt.

STRINGO, stringis, strinxi, strictum, stringere, Arctare, Estraindre, sarrer. Plin. Apprehensámque manu strinxit. Plautus in Pseud. 4. 67, Cras te quasi Dircen olim (vt memorant) duo gnati Iouis ad taurum deuinxêre, item stringam te ad carnarium hodie.

Stringere per translationem pro percutere ponitur. Virg. lib. x, Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.

Stringere, Rarefacere, excidere, Coupper. Virgil. in Bucol. Hic vbi densas Agricolæ stringunt frondes.

Stringere, Decerpere, colligere, Cueillir. Virg. lib. 2. georg. Sed tamen & quernas glãdes tunc stringere tempus, Et lauri baccas.

Stringere, Radere, Racler, ratisser. Virg. lib. 8, Ego sum pleno quem flumine cernis Stringẽtem ripas.

Stringere ensem, Desgainner. Virg. lib. x i, Strictum rotat acer Lucagus ensem.

Stringere, Vulnerare. Virg. lib. v i i i, Hunc primum leuis hasta Themillæ Strinxerat.

Strictim, aduerbium, Singula stringendo. En serrant, tout ensemble.

Strictim referri dicimus ea quæ cum sparsa ac fusa essent, breuiter & quasi summatim colliguntur.

Strictim attondere. Plaut. in Capt. 6. 18, Sed vtrum strictímne attõsurum dicam esse, an pectinem, nescio. Tout ric a ric, tout a faict.

Strictè, aduerbium, Idem. À quo strictius & strictissimè.

Strictiuus ſtrictiua ſtrictiuum. Strictiuæ oliuæ, quæ manu colligũtur ad differentiã caducarũ.

STRIO, vide STRIA.

STRIX, ſtrigis, f.g. Auis quædam nocturna & importuna, à ſtridendo dicta. Lucanus lib. 6, Quod trepidus bubo, quod ſtrix nocturna querũtur. Plin. lib. xi, cap. 39, Fabuloſum enim arbitror de ſtrigibus, vbera eas infantiũ labris immulgere. Eſſe in maledictis iam antiquis ſtrigem conuenit. ſed quæ ſit auium, conſtare non arbitror.

Striges, Sunt olera vilia. Plaut. in Pſeud. 13.31, Hei homines cœnas ſibi coquũt, cũ cõdiunt, non condimentis condiunt, ſed ſtrigibus. Iuuenalis, Et ſonat vnctis ſtrigibus.

STROBILVS, ſtrobili, m.g. Nucleus pineus. Similiter & arbores, nucleos pineos ferẽtes, ſtrobili dicuntur apud Dioſcoridem & Galenum.

STROBVS, ſtrobi, f.g. Arbor, de qua ſic Plinius lib. xii. cap. 17, Petunt & in Carmos arborem ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam vino palmeo accendẽtes. Huius odor redit à cameris ad ſolum iucundus, ſed aggrauans capita, citra dolorem tamen.

STROMBVS, ſtrombi, m.g. Animal in mari. Plin. lib. 32. cap. xi.

STROPHA, ſtrophæ, f.g. Acumen, ſubtilitas. Plin. epiſt. 18. b, Quod dubites ne feceris, id ipſum reſcribe. ego aliquam ſtropham inueniam, agámque cauſſam tuam.

STROPHAS, ſtrophadis, f.g. Latinè conuerſio, vertigo.

STROPHIVM, ſtrophii, n.g. Faſcia pectoralis, quæ virginalem tumorẽ cohibet papillarum, Vng gorgias. Turpil. Me miſerã, quòd inter vias epiſtola excidit mihi, infœlix inter tuniculam ac ſtrophium collocaram.

Strophia etiã corona, ab inſigni quod imponebatur capitib⁹ ſacerdotum. Quod fit ἀπὸ τοῦ στρέφειν, hoc eſt, à vertendo. Plin. lib. xxi. cap. 1, Tenuioribus vtebãtur antiqui, ſtrophia appellantes, vnde nata ſtrophiola. Quin & vocabulum ipſum tardè inde cõmunicatum eſt inter ſacra tantum & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicãtibus. Cic. de aruſpicum reſponſis, à ſtrophio, à pſaltrio, à flagitio, à ſtupro eſt factus repentè popularis.

Strophiolum ſtrophioli, Diminutiuum.

Strophiarius ſtrophiarii, maſc. ge. Qui ſtrophia facit. Plaut. in Aulul. 13.44, Stropharij aſtant, ſemiſonarii.

STRVES, ſtruis, vide STRVO.

STRVFECTARI dicebantur, qui fictum genus libi afferebant. Feſtus.

STRVFERRARIOS dicebant, inquit Feſtus, qui quædam ſacrificia ad arbores fulguritas faciebant, à ferto ſcilicet quodam ſacrificij genere.

STRVMA, ſtrumæ, f.g. Tumor vel morbus, qui à ſcrophis quæ id morbi patiũtur, ſcrophula dicitur: in quo ſubtus concretæ quædã & putræ & ſanguineæ quaſi glandulæ oriũtur. Plin. lib. xi, Guttur homini tantum & ſuibus intumeſcit, aquarum quæ potãtur plerunque vitio. propter quod quædam tubera ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa, ſcrophulæ dicuntur, quæ etiã ſub ſtrumæ appellatione continentur, vt rectius ſtrumulæ quaſi paruæ ſtrumæ, quàm ſcrophulæ nominentur.

Struma (inquit Celſus) extentia quædam in tergo.

Struma in opprobrium dixit Catullus, Sella in Curuli ſtruma Nonius ſedet.

Struma ciuitatis. Cic. pro Seſtio, Hi medẽtur reip. qui exſecant peſtem aliquam tanquã ſtrumam ciuitatis.

Strumoſus ſtrumoſa ſtrumoſum, Qui id vitium patitur. Iuuenalis, Nec prætextatũ rapuit Nero loripedem Strumoſum, atque vtero pariter, gibbóque tumentem.

STRVICES, inquit Feſtus, antiqui dicebant extruitiones omniũ rerum. Plaut. in Menæh. 3.26, Cæreales cœnas dat, ita menſas extruit, tantas ſtruices concinnat patinarias.

STRVO, ſtruis, ſtruxi, ſtructum, ſtruere, Ordinare, ſeu ordinatè aptare, Ordonner, accouſtrer, adiancer. Liuius lib. 1, Poſtquam ſtructi vtrinque ſtabant, cum paucis procerum in medium duces prodeunt.

Struere ſycophantias, Machiner, inuenter. Plaut. in Aſin. 3.57, Neque puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere. Terent. in Heaut. 3.2.3, Num me fefellit hoſce id ſtruere?

Structilis & hoc ſtructile, Que on adiance enſemble, & compoſe. vt columnæ ſtructiles, quæ nõ ſunt ex vno lapide, ſed ex multis.

Structor ſtructoris, m.g. Qui aliquid ſtruit.

Structor pro cellario ponitur, qui inſtruẽdæ menſæ & ciborum curã habet. À ſtruendo, id eſt,

ordinando & cõponendo, qui cultello ſcindit in fruſtula. Martialis, Et quæ non egeant ferro ſtructoris ouellæ.

Structores annonæ. Cic. Attico, lib. 14, Ecce autem ſtructores noſtri ad frumentũ profecti, cũ inanes redijſſent, rumorẽ afferũt magnũ Romæ, domũ ad Antoniũ frumẽtũ omne portari.

Structura ſtructuræ, fœ. g. AEdificium, ſiue compoſitio & ordinatio. Columella lib. 1, Igitur ad ſtructuram cum primum fundamenta iaciuntur, enitendum eſt.

Strues, ſtruis, f. g. Propriè lignorum congeries eſt. Vng chantier de bois.

Strues, Genus libi quod addebatur in ſacris. Ouidi⁹ lib. 1. Faſt. Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

STRVPPI, inquit Feſtus, vocabãtur in puluinarib⁹ faſciculi de verbenis facti, qui pro deorum capitibus imponebantur.

STRVTHIVS, ſtruthij, m. g. Pro fœminino ſtruthio, Auis eſt corpore grandis grauiſque.

Struthio, Genus radicis. Plin. lib. 24. cap. 12, Tingentibus & radicula ramos præparat, quam ſtruthion diximus vocari à Græcis.

Struthiocamelus ſtruthiocameli, m. g. Maxima auium eſt, ſi tamen auis eſt dicenda. Plin. lib. x, cap. 1, Sequitur auiũ natura: quarũ grandiſſimi & penè beſtiarũ generis, ſtruthiocameli Africi vel AEthiopici, altitudinem equitis inſidentis equo excedũt, celeritate vincũt: ad hoc demum datis pennis, vt currentem adiuuent: cætero non ſunt volucres, nec à terra tolluntur. Vngulæ ijs ceruinis ſimiles, quibus dimicant, biſulcæ, comprehẽdendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerũt pedibus. Concoquendi ſine delectu deuorata mira natura, ſed non minus ſtoliditas, in tãta reliqui corporis altitudine, cum colla frutice occultauerint, latere ſeſe exiſtimantiũ. Præmia ex iis oua, propter amplitudinem pro quibuſdam habita vaſis, conóſque bellicos & galeas adornantes pennæ. Auſtruche.

STVDIVM, ſtudii, n. g. Eſt vehemens applicatio animi ad aliquid peragendũ. Grande affection, ſoing pour faire quelque choſe. Cic. de inuẽtione lib. 1, Studiũ eſt autem animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluptate occupatio, vt philoſophiæ, poetriæ, geometriæ, literarum. Plaut. in Aſin. 5. 58, Vbi quid dederam, quaſi columbæ pulli in ore ambæ meo vſque eratis: meo de ſtudio ſtudia erant veſtra omnia: vſque adhærebatis: quod ego iuſſerã, quod voluerã, faciebatis. Vous metties peine a faire tout ce que ie vouloye, & ce qui me plaiſoit. Terent. in Hecyra, 2. 1. 5, Viris eſſe auorſas, æque ſtudium eſt, ſimilis pertinacia eſt. Plaut. in Sticho, 4. 45, Sed curioſi ſunt hic quamplures mali, alienas res qui curãt ſtudio maximo.

Studium, Deſyderium. Cic. de Senect. 75, Equidem efferor ſtudio patres veſtros, quos colui, & dilexi, videndi.

Studium, Exercitatio. vt cum dicimus, ſtudia literarũ. Columella, Et ne ſingula perſequar: ei ſtudio, quod quiſque agere velit, conſultiſſimum rectorem adhibeat. Id eſt exercitio, vel operi, vel arti. Terent. in And. 1. 1. 29, Quod plerique omnes faciũt adoleſcentuli vt animũ ad aliquod ſtudiũ adiungãt, aut equos alere &c. Idem in Heaut. 2. 3. 29, Hinc ſciri potuit, haud vſquam alibi, Clinia quo ſtudio vitã ſuam te abſente exegerit. Cic. de Senect. 46, Atque hæc quidem ſtudia doctrinæ, quæ quidem prudentibus & bene inſtitutis, pariter ætate creſcunt.

Studium, Fauor, amor. Salluſt. D. Syllanũ certè ſcio quæ dixerit, ſtudio reip. dixiſſe. Plaut. in Trin. 10. 71, Scio equidem te animatus vt ſis ſtudio, ſubolet ſentio. Cic. de Amicitia, 85, Nam quid ego de ſtudiis dicam, cognoſcendi ſemper aliquid, aut diſcendi?

Studium, Voluntas. Virg. Scinditur incertũ ſtudia in contraria vulgus. Terẽt. in Adel. 1. 1. 16, Atqui ex me hic nõ natus eſt, ſed ex fratre. is adeò diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia. Cic. de Amicitia, 14, Id in quo eſt omnis vis amicitiæ, voluntatum, ſtudiorum, ſententiarum ſumma conſentio.

Studio habere aliquid, Prendre ſa recreation, ſon affection. Terẽt. in Adel. 3. 3. 28, Di veſtrã fidem vtrũ ſtudione id ſibi habeat, an laudi putat fore, ſi perdiderit gnatũ? I prẽt il plaiſir?

Studioſus ſtudioſa ſtudioſum, Aſſiduus & perſeuerãs, Studieux, perſeuerant & ſoingneux. Cic. ad Herenniũ, Ideóque bonis viris & ſtudioſis amicus erat.

Studioſus, Cupidus, addictus ſiue deditus alicui rei. Genitiuo & datiuo conſtruitur. vt ſtudioſus laudis, id eſt cupidus, & Studioſus Cæſaris, id eſt amator vel beneuolus.

Genitiuo. Cicero Cęcinnæ, Viri ſũt optimi, & tui ſtudioſi, & mei neceſſari. Qui taimẽt fort.

Idem de Amicitia, 63, Nec ſi qui ineunte ætate venandi, aut pilæ ſtudioſi fuerint, eos ne-

ceſſarios habere oportet, quos tũ eorũ ſtudio præditos dilexerũt. Qui ayẽt aime la paulme. Datiuo. Plaut. in Mil. 10.206, Qui niſi adulterio ſtudioſus, nulli alij rei eſt improbus.

Studioſè, aduerbiũ, Soingneuſement. Terẽt. in Eunucho, 1.2.36, Mater vbi accepit, cœpit ſtudioſè omnia docere. Idem in Heaut. 2.3.34, Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus. Cic. de Senect. 54, Multas ad res perutiles Xenophõtis libri ſunt, quos legito quæſo ſtudioſè.

Studeo ſtudes, ſtuduí, ſtuditum, ſtudere, Operam dare alicui rei. Mettre peine. Plau. in Pſeud. 7.108, Studeo hercle audire: nam auſcultabo lubens. Terẽt. in Eunucho, 5.5.8, Perdidiſti iſtũ quem adduxti pro eunucho adoleſcentulum, dum ſtudes dare verba nobis. Ibidem, 2.3.25, Quas matres ſtudent demiſſis humeris eſſe. Aliquãdo datiuo nõnunquã accuſatiuo iũgitur. Datiuo. Cæſ. in Cõmẽt. Cupiditate regni adductus, nouis rebus ſtudebat. Plaut. in Merc. 4.77, Armamentis componendis & complicandis ſtuduimus. Idem in Merc. 3.23, Præter quàm res patitur, ſtudet elegantiæ. Idem in Sticho, 13.4, Feſtinamus omnes, lectis ſternẽdis ſtuduimus, munditiiſque apparãdis.

Studere, Fauere. Ouid. Cui ſtudeat deus omnis habet.

Accuſatiuo, ſignificat cupere, velle. Plaut. in Trucul. 7.11, Credo militem illum ſtudent iam quaſi volturii. Cic. poſt red. in ſenatu, Cum verò literas ſtudere incipit, & helluo immanis cum Græculis philoſophari, tũ eſt Epicureus. Idem lib. v. epiſt. Qui ſi nihil aliud ſtudeat, niſi id quod agit. Terẽt. in Hecyra, Vt omnes mulieres æquè ſtudeant, nolintque omnia. Plaut. in Milite, Si ſic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorũ ſiet, magis metuant, minus has res ſtudeant. Id eſt, velint, cupiant, affectent. Terent. in And. Horũ ille nihil egregiè præter cætera ſtudebat. Id eſt, affectabat. Sic in Heaut. Id dum ſtuduiſti. Et quid ſtudes Antiphilae? Cic. vi. Philipp. Vnum omnes ſentitis, vnum omnes ſtudetis.

Accuſatiuo, cum præpoſitione in. Fabius lib. x, Poetæ & pictores in id ſolũ ſtudẽt, vt deſcribere tabulas menſuris ac lineis ſciant.

Ablatiuo, cum præpoſitione in. Gellius, Si quis in ea re ſtudebat.

Abſolute, Amare, ſiue fauere. Salluſt. Neque ſtudere, neque odiſſe, ſed minime iraſci decet.

STVLTVS, ſtulta, ſtultum, Imprudens, improuidus. Nam & multi non inſipientes aliquando ſtultè aliquid vel agũt, vel loquũtur. Fol. Afranius, Ego ſtultum me exiſtimo, fatuum eſſe non opinor. Terent. in Eunucho, 2.2.23, Ex ſtultis inſanos facis.

Stultè, Aduerbium, Follement. Plaut. in Menæch. 24.15, Quæſo ignoſcas, ſi quid ſtultè dixi atq; imprudens tibi. Terent. in Heaut. 2.3.8, Factum à nobis ſtultè eſt.

Stultiloquium ſtultiloquii, n.g. Plaut. in Mil. 6.25, Paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum ſtultiloquium.

STVPA, ſtupæ, f.g. Linum vile, quod lini cortici proximum eſt, vt inquit Plinius, à Græco συπ῀ον, quod ſtupam ſignificat. vel à ſtipendo, quòd ea ſtipetur nauis. Eſtouppe. Virgil. lib. 2. AEneid. Subiiciunt lapſus, & ſtupea vincula collo.

Stuparius ſtuparia ſtupariũ, Quod ad ſtupam pertinet. vt ſtuparius malleus, quo lina tundũtur.

STVPEO, ſtupes, ſtupui, ſtupere, Eſt quodã modo ſenſum rerum non habere. Eſtre eſtonné, eſperdu, & eſpouante. Perſius, Sed ſtupet hic vitio. Id eſt inſanus factus eſt vitiis. Plinius in Paneg. 109, Stupeo p. c. neq; dum ſatis aut oculis meis, aut auribꝰ credo, atque identidem me an audierim an viderim, interrogo. Idem in And. 2.1.5, Ita poſtquã adempta ſpes eſt, laſſus cura confectus ſtupet.

Stupidus ſtupida ſtupidũ, Stupefactus, Eſtonné, eſpouanté, eſperdu. Aliquando dicitur ſtultus. Plaut. in Epid. 12.13, Quid ſtas ſtupida? quid taces? Idem in Pœnulo, 18.78, Miſera timeo quid hoc negotii ſit mea ſoror, ita ſtupida ſine animo aſto. Terẽt. in prologo Hecyræ, 4, Ita populus ſtudio ſtupidus, in funambulo animum occuparat.

Stupida membra, Quæ nihil ſentiunt, Endormis, eſlourdis.

Stupefacio ſtupefacis, ſtupefeci, ſtupefactum, ſtupefacere, Eſtonner, eſpouanter.

Stupor ſtuporis, m.g. Alienatio quædam ſenſuum, quòd ſcilicet ſenſus conſtipentur. Eſtonnement, eſpouantement.

STVPRVM, ſtupri, n.g. Coitus lege vetitus. Paillardiſe.

Stuprum, pro turpitudine aliquando ponitur. Neuius, Perire malunt ibidem, quàm cũ ſtupro redire ad ſuos populares. Ennius, Fœde, ſtupréque caſtigor quotidie turpiter.

Stupro ſtupras, ſtuprare, Defflorir vne vierge, ou cõmettre paillardiſe. Plau. in Trucul. 17.44, Loquere, filiam meam quis integram ſtuprauerit? Idem in Aulul. Is adoleſcentis illius eſt auunculus, qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs.

STYLVS, ſtyli. m. g. vel ſtylum ſtyli, n. g. Dici poteſt columna.

Stylus, inſtrumentũ æneum ſignificat, quo in albo, id eſt in ceratis tabellis antiquitus ſcribebatur, vt nunc in libellis ligneis mercatores ſcribunt. Plaut. in Bacchid. 15.66, Effer cito. P. quid? c. ſtylum, ceram, tabellas, & linum. Plin. lib. 34. cap. 14, Et ſtylo ſcribere, intutum eſt, vt vetuſtiſſimi authores prodiderunt.

Stylus, Stuctura ipſa orationis. Terẽt. in prologo Andriæ, An diſſimili oratione ſint factæ ac ſtylo. Donat⁹, Oratio, in ſenſu: ſtylus, in verbis. Oratio, ad res: ſtylus, ad verbũ. Plin. epiſt. 8. b, Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiam ſi ſtylus ipſe fuerit preſſus, demiſſúſque.

Stylus, pro punctione ac reprehenſione aliquando accipitur, quam alios ſcriptis taxando facimus. Plin. in Præfatione, Quòd ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendum ſibi putauit, &c. Cic. pro Aulo Cluentio, Videte quid agatis, ne in vnũquenque noſtrum cenſoribus in poſterũ poteſtatem regiam permittatis, ne ſubſcriptio cenſoria nõ minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre. ne cenſoriũ ſtylum, cuius mucronem multis remedijs maiores noſtri retuderunt, æquè poſthac, atq; illum dictatoriũ gladium pertimeſcamus.

STYLOBATA, ſtylobatæ, f. g. Pall⁹, lignũ, trabs per quã vadat aqua, quaſi canalis ligne⁹: & inſtrumẽtũ ligneum quo aqua traijciatur, vt ſub tegulis fieri ſolet. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 13, Chortes in fundo magno duę aptiores, vna vt interi⁹ cõpluuiũ habeat lacũ, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas cum venit, ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aruo æſtate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Idem lib. 3, Subtus columnarum ſtylobaten.

STYX, ſtygis, f. g Propriè mœſtitiam deſignat. συγνὸς enim triſtis dicitur. συγνάζω mœreo. Vel dicitur ab συγῶ timeo, odi, quòd terrori omnibus ſit. Virg. Stygiámque paludem Dii cuius iurare timent & fallere numen. Fingitur à poetis quòd ſit infernalis palus.

S V

SVADEO, ſuades, ſuaſi, ſuaſum, ſuadêre, Accõmodatis & ſuauib⁹ verbis aliquem in opinionem noſtram inducere conari, hoc eſt hortari aliquem ad id quod intendimus. Enhorter, cõſeiller, induyre. Plaut. in Mil. 20.61, Nã ſi honeſtè cenſeam te facere poſſe, ſuadeam. Idem in Trin. 10.46, Ille qui aſpellit, is cõpellit: ille qui nõ ſuadet, vetat. Terẽt. in And. 4.1.48, Suadere, orare, vſqueadeò donec perpulit. Ibidem, 2.3.11, Suadere noli.

Suadetur, Paſſiuum. Plau. in Trinũmo, 10.44, Minus placet magis quod ſuadetur: quod diſſuadetur, placet.

Suadela ſuadelæ, fœ. g. Suaſio dicitur. Plaut. in Ciſtell. 7.25, Iam perducebam illam ad me, ſuadela mea.

Suaſorius ſuaſoria ſuaſorium, Quod pertinet ad ſuadendum. vt ſuaſorium munus, Id eſt officiũ ſuadendi. Et pars deliberatiua à Rhetoricis ſuaſoria dicitur.

SVAPTE, ſua ipſius natura: & ſuopte, ſuo ipſius: ſicut meopte, meo ipſius. Cic. lib. 4. Tuſc. Terrena & humida ſuopte nutu & ſuo pondere ad pares angulos in terrã & in mare ferũtur.

SVASOR, SVASIO, vide SVADEO.

SVASVM, ſuaſi, n. g. Color appellatur (inquit Feſtus) qui fit ex ſtillicidio fumoſo in veſtimẽto albo. Plaut. in Trucul. 6.16, Quia tibi ſuaſo infeciſti propudioſa pallulam. Quidã legunt inſuaſo. Nec deſunt qui dicant omnem colorem qui fiat inficiãdo, ſuaſum vocari, quòd quaſi perſuadetur in alium ex albo tranſire. Hæc Feſtus.

SVATIM, ad ſimilitudinem ſuis, inquit Nonius. Nigidius Cõmẽto grammatico, Sunt etiã adſimilanter dicta hæc, canatim, ſuatim, bouatim, quæ ab animalibus ſumuntur.

SVAVIS, & hoc ſuaue, Dulcis, Doulx. Plaut. in Ciſtell. 2.13, Ventum gaudeo ad te ecaſtor: ita hodie hic acceptæ ſumus ſuauibus modis.

Suauitas Suauitatis, f. g. Doulceur.

Suauitudo ſuauitudinis, f. g. Idem. Plaut. in Sticho, 15.14, Suauitudo mea.

Suauiter, Aduerbium. Doulcement.

Suauè, Aduerbium, Idem. Virg. Et ſuauè rubens hyacinthus.

Suauium ſuauii, vel ſauium ſauii per diminutionem u, voluptas dicitur. Terent. in Eunucho, 3.2.3, O Thais mea, meum ſuauium, quid agitur? Mon plaiſir, ou ſoulas.

Suauium ſumere, Baiſer. Plaut. in Aſin. 5.72, Suauiũ ſi ſumpſit, ſumere eum licet ſine retib⁹.

Suauium facere, Idem. Plaut. in Aſin. 13.53, Tu labellũ abſterges potius quàm cuiquam illa ſuauium faciat palàm.

S V B, Præpoſitio, vtrique caſui ſeruit, & accuſatiuo & ablatiuo.

Sub, Soub, ablatiuo. Plaut. in Epid. 5.33, Pleræque hæ ſub veſtimentis ſecum habebãt retia. Virg. lib. 8, Arma ſub aduerſa poſuit radiãtia quercu. Suet. in Othone, cap. 6, Vt ſe in foro ſub æde Saturni ad milliarium aureum opperirentur &c.

Sub conditione. Plin. epiſt. 78. a, Iniungo autem, & pro rei magnitudine rogo, vt ex copia ſtudiorum, quæ ad te ex admiratione ingenij tui cõuenit, circunſpicias præceptores, quos ſolicitare poſſumus, ſub ea tamen conditione, ne cui fidem meam obſtringam. Par telle condition.

Sub exemplo. Plin. epiſt. 62. a, Deinde vt futuri principis, non quaſi à magiſtro, ſed tamen ſub exemplo præmonerẽtur, qua potiſſimum via poſſent ad eandem gloriã mitti. Idem epiſt. 18. b, Proinde diſpice an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas. Idem in Paneg. 88, Quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribꝰ quotidie vindicari, & futuros ſub exemplo præmonere, nullum locum, nullũ eſſe tempus quo funeſtorũ principum manes à poſterorum execrationibus conquieſcant.

Sub exitu, pro ſub exitum. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 43, Sub exitu vitæ ſigna quædam, nec obſcura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deque Neronis adoptione dederat. A la fin de ſes iours. Idem in Nerone Claudio, cap. 54, Sub exitu quidem vitæ palàm vouerat, ſi ſibi incolumis ſtatus permanſiſſet &c.

Sub vrbe eſt agelli paululum. Terent in Adel. 5. 8. 27. Au deſſoub de la ville.

Sub manu tabellarios habere, Id eſt, in promptu & in proximo. Plancus ad Ciceronem, Voconij ſub manu vt eſſent, per quorum loca fideliter mihi pateret iter.

Sub, Prope. Virg. Quo deinde ſub ipſo Ecce volat.

Sub, accuſatiuo, Circa aliquando ſignificat. vt ſub idem tempus. Suet. in Tib. Cæſare, cap. 58, Sub idem tempus conſulente prætore, an iudicia maieſtatis cogi iuberet &c. Vers ce meſme temps. Idem in Octauio Auguſto, cap. 65, Certè cum ſub idem tẽpus vna ex cõſciis liberta, Fœde nomine, ſuſpẽdio vitam finiſſet, &c. Idem in Othone, cap. 8, Sub idem vero tempus Germaniciani exercitus in Vitellij verba iurauerant. Liuius, Vtrinque legati ferè ſub idem tempus ad res repetundas miſſi.

Sub horam pugnæ tam arcto repente ſomno deuictus, vt ad dandum ſignum ab amicis excitaretur. Suet. de Auguſto.

Sub, Statim poſt. Cic. Plancio. Sub eas autem redditæ ſunt.

Sub, Ante. Virg. Poſtéſque ſub ipſos Nituntur gradibus.

Sub manus, ſignificat faciliter, non ægrè, appoſitè. Plaut. in Milite, 11. 58, Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotiũ. Ibidem, 16. 7, Bono animo es, negotium omne iam ſuccedit ſub manus. Idem in Perſa, 13. 2, Si quam rem accures ſobriè, aut frugaliter, ſolet illa rectè ſub manus ſuccedere.

Sub veſperum. Cæſar in Cõment. Sub veſperum Cæſar intra hanc foſſam legiones deducit. Idem, Tantam noſtri eorum multitudinem interfecerũt, quantum fuit diei ſpatiũ, ſub occaſúmque ſolis deſtiterunt. Idem, Sub veſperum Cæſar portas claudi, militéſque ex oppido exire iuſſit. Cic. ad Q. fratrem, Menſe decembri ſub dies feſtos.

Sub imperio alicuius eſſe. Terent. in Heaut. 2. 2. 4, Locus, occaſio, ætas, mater, ſub imperio cuius eſt, mala. Plaut. in Pſeud. 3. 13, Sub Veneris regno vapulo, non ſub Iouis.

Sub pœna capitis. Suet. in Caligula, cap. 48, Etiam ſub mortis pœna denuntiaſſet. Idem in Tiberio Cæſare, cap. 36, Reliquos gentis eiuſdem, vel ſimilia ſectantes vrbe ſubmouit ſub pœna perpetuæ ſeruitutis, niſi obtemperaſſent.

S V B A E R A T V S, ſubærata, ſubæratum, Subæratum aurum, à ſub & æs æris, aurum quod habet æs ſubtus. Perſius, Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro.

S V B A C I D V S, ſubacida, ſubacidum, Aliquantulum acidus, Vng peu aigre, qui ſe dueil de laigre.

Subacidulus ſubacidula ſubacidulum, diminutiuum. Cato de re ruſtica, Vinum ponito ſub dio, poſtridie mane guſtato, ſi id ſapiet, quod in dolio eſt, ſcito id duraturum, ſubacidulum non durabit.

S V B A C T V S, ſubacta, ſubactum, vide S V B I G O.

S V B A G I T O, ſubagitas, ſubagitare, Solliciter. Plau. in Ciſtell. 7. 14, Subagito blandis & benedicis dictis. Frequentatiuum eſt à ſubigo.

SVBALARIS, & hoc ſubalare, Quod ſub alis eſt. Vnde ſcribit Lampridius, Heliogabalū ſolitum fuiſſe in accubitis, habere plumas ſubalares.

SVBALTERNO, ſubalternas, ſubalternare, Per vices ſuccedere, Faire ſa fois, par tournee.

SVBAQVEVS, ſubaquea, ſubaqueum, Quod ſub aqua manet. vt ſcopulus ſubaqueus.

SVBAQVILVS, ſubaquila, ſubaquilum, Subfuſcum. Plaut. in Rud. 11.9, Eia corpus cuiuſmodi ſubuolturium? illud quidem ſubaquilum volui dicere.

SVBAVSCVLTO, ſubauſcultas, ſubauſcultare, Eſcouter vng peu. Plau. in Mil. 14.3, Tace, ſubauſcultemus ecqua de me fiat mentio. Idem in Aſin. 11.40, Opprime os, is eſt, ſubauſcultemus. Eſcoutons ſi nous pouons ouyr quelque choſe.

SVBBASILICANVS, ſubbaſilicana, ſubbaſilicanum, Qui libenter & frequenter ſub baſilica ſpatiatur. ita Priſcianus appellari docet, In baſilica nanque negotiationes & publicæ conciliationes tractabātur, & iudicia quoque in baſilicis fiebāt. Plaut. in Capt. 13.46, Quorum odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

SVBBIBO, ſubbibis, ſubbibi, ſubbibitum, ſubbibere, Boire vng peu. Plaut. in Trucul. 17.55, Qui improbus eſt, ſiue ſubbibit, ſiue adeò caret temeto, tamen ab ingenio improbus eſt.

SVBBLANDIOR, ſubblādiris, ſubblandiri, Flatter, amadouer. Plaut. in Caſina, 13.23, Non matronarum eſt officium, ſed meretricum, mi vir, ſubblandirier.

SVBCERNICVLVM, ſubcerniculi, n.g. Farinarium cribrum, quod fit è ſetis equorum, quemadmodum excuſſorium & pollinarium fit è lino. Vng ſas.

SVBCINERICIVS, ſubcinericia, ſubcinericium, Quod ſub cinere coquitur. Vnde ſubcinericium panem legimus.

SVBCINGVLVM, ſubcinguli, n.g. idem quod baltheum. Plaut. in Menæh. 5.18, Nimio ego hanc periculo ſurripui hodie, meo animo: ab Hippolyta ſubcingulū haud Hercules æque magno vnquam abſtulit periculo.

SVBCRISPVS, ſubcriſpa, ſubcriſpum, Qui ha les cheueulx vng peu creſpes. Cic. in Verrem, act. 4, Videtis illum ſubcriſpo capillo, nigrum?

SVBCVSTOS, ſubcuſtodis, m.g. Vne garde qui eſt en labſence de lautre. Plaut. in Mil. 11.53, Quia Sceledrus dormit, hunc ſubcuſtodem ſuum foris ablegauit, dum eapſe huc trāſire perplacet.

SVBDITVS, vide SVBDO.

SVBDIV, Idem ſignificat quod die, Deiour. Plaut. in Moſtell. 9.69, Nam ſubdiu ſol agit hic perpetuum diem.

Subdialis & hoc ſubdiale, Diurnus, Quod die fit. Plin. lib. 14, Vna vitis Romæ in Iuliæ porticibus ſubdiales ambulationes opacabat. Apud eundem lib. 36, ſubdialia pauimenta dicuntur, quas terracias vocamus.

SVBDO, ſubdis, ſubdidi, ſubditum, ſubdere, Supponere, ſubijcere, Soubmettre. Cato de re ruſt. Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum, ignem ſubducito.

Subdere, Subiungere, Adiouſter. Quintil. His dictis, & alia ſubdidit, Il dict dauantage.

Subdere ſub ſŏlum, Ruer par terre, en terre. Plaut. in Curcul. 7.18, Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via, & datores & fautores omnes ſubdam ſub ſŏlum.

Subdere, Souppoſer, mettre en la place dung autre. Plaut. in Merc. 2.9, Hic filium ſubdiderat vicini: pater vicinum. Plin. in Paneg. 40, Qui poſt edictum tuū, in locum eraſorum ſubditi fuerant. Terēt. in Heaut. 5.3.11, Subditum ſe ſuſpicatur. c. ſubditum, aín' tu? Il pēſe quil a eſte change a nourrice.

Subdere, Commettre, mettre en danger. Plin. epiſt. 65.a, Contrà, vereor ne ſit cautum rem tam magnam ijſdem tempeſtatibus ſubdere. Les expoſer en danger. Plaut. in Epid. 3.37, Mén' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam, vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum?

Subditus, ſubdita, ſubditum, Qui alicuius imperio ſubiectus eſt. Subiect.

Subditus partus, Suppoſitus, hoc eſt ſublatus ab ea muliere quæ peperit, & alteri ſuppoſitus.

Subditum teſtamentum apud iuriſconſultos dicitur, cum vero teſtamento occultato, aliud clàm fuit appoſitum.

Subditiuus ſubditiua ſubditiuum, Qui ſubditus eſt, Mis en la place dung autre. Plaut. in Am-

phit.8.197,Nanque de illo ſubditiuo Soſia mirum nimis eſt.

Subditítius,ſubditítia,ſubditítium,Idem.Plau.in Amphit.5.35. Amphítruo ſubditítius eccũ exit foras cum Alcumena vxore vſuraria.

SVBDOLVS, ſubdola, ſubdolũ, Fin, cauteleux. Occultè decipiens. Plaut.in Aulul. 10.8, Strobile ſubdole, huccine detruſiſti me ad ſenem parciſſumum? Idem in Epid.6.13, Atque ei præmonſtrabitur quo pacto fiat ſubdola aduerſus ſenem. Idem in Capt.10.5, Nec mendacijs ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis. Idem in Mil.10.68, Haud vereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur.

Subdolè,aduerbiũ,Finement, cauteleuſement. Plaut.in Trin.5.12, Eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re conſulit. Idem in Ciſtell.2.27,Clàm ſi occaſio vſquam eſt, frigidam ſubdole ſuffundunt.

SVBDVBITO,ſubdubítas,ſubdubitare,Parum dubitare,Se doubter.Cic.Cælio, Hæc eò pluribus ſcripſi,quod mihi ſignificabãt literæ tuæ,ſubdubitare qua eſſem erga illũ voluntate.

SVBDVCO,ſubducis,ſubduxi,ſubductum,ſubducere,Subter ducere,Mener ſoub quelque choſe.Iuuenalis,Et nos ergo manum ferulæ ſubduximus.

Subducere,Subtrahere,Soubtraire, Retirer.Cato de re ruſt.Ignem ſubdito:vbi bullabit vinum,ignem ſubducito. Plaut.in Aulul.16.62,Tempus eſt ſubducere hinc me.

Subducere ſe,eſt ſenſim & clãculum diſcedere,ita vt nullus animaduertat. Terẽt.in Eunucho,4.1.14,Vbi primùm poterit,ſe illinc ſubducet ſcio. Ibidem,4.7.25,Et cũ eo clàm ſubduxti te mihi? Salluſt.Præterea ex gregarijs militibus quẽque armatum in prima acie ſubducit.Id eſt,extrahit,vt alibi locaret.

Subducere,Surripere,Virg.Et ſuccus pecori,& lac ſubducitur agnis.

Subducere,Surſum ducere,leuare,extollere.Plin.de viris illuſt.4.b,Ipſe à Tullo in auxilium accerſitus,aciem in collem ſubduxit. Virg.Qua ſe ſubducere colles Incipiunt.

Hinc ſubducere naues dicimus,in terram trahere:quod terra mari altior ſit.Virg. Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem . Plaut.in Bacchid.5.70, Cum extemplo à portu abire nos cum auro vident, ſubducunt lembum. Idem in Caſina,12.18, Ibo intrò, vt ſubducam nauim rurſum in polinarium. Idem in Moſtell.9.42, Quæ ne ſubducta erat tuto in terram?

Subducere ſurſum è puteo.Plaut.in Aulul.12.4, Vt in puteo cœnam coquant, inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis.

Subducere,Deceuoir,abuſer.Terent.in And.4.1.20,Etiã nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas? Plaut.in Menæh.2.63,Rapide raptorem pueri ſubduxit fides.

Subductum omnibus ventis ædificium,Expoſe a tous vents,& ſoubiect.Plin.epiſt.41.e.

Subducere,cum hoc nomine RATIO.ſignificat cõputare,Conter,ietter. Plaut.in Capt. 4.89,Ibo intro,atque intus ſubducam ratiunculam, quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet. Terent.in Adel.5.4.1, Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,quin res,ætas,vſus ſemper aliquid apportet noui. Donatus,Ducere,eſt digitis computare. ſed ducere eſt apud alium & palàm:Subducere, apud ſeipſum & ſecreto .quo magis in verbo iſto maioris attentionis & diligentiæ ſignum eſt. Cic.Lentulo,Rationib úſque ſubductis,ſummam feci cogitationum mearum.

Subducere,Furtim ſubtrahere,Soubtraire,deſrober. Plaut.in Curcul.7.81,Proximo magnũ poculum,ille bibit,caput ponit:cum dormiſcit,ei ſubduco annulum.

SVBDVLCIS,& hoc ſubdulce,parum dulcis,Doulceatre.

SVBEO,ſubis,ſubiui,vel ſubij,ſubitum,ſubire,Ingredi.Accuſatiuo iungitur. Cæſar in Cõmẽt.lib.1,Qui intra annos quatuordecim tectũ non ſubijſſent. Plin.epiſt.203.b,Ideò nequaquam par gubernatoris eſt virtus,cum placido,& cũ turbato mari vehitur: tunc admirãte nullo illaudatus inglorius ſubit portum.

Paſſiuum protulit Iuuenalis,Quòd ſi ſubeuntur proſpera caſtra.

Subire,Suſcipere, Prendre la charge de quelque choſe. Plin.epiſt.196.a, Magis quem tu reprehendis miratus,atque ita vt non putaris vnquam laudari poſſe, cuius nunc mihi ſubeũda defenſio eſt. Idem in Paneg.70,Quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat?

Subire,Pati,Souffrir.Plin.epiſt.42.b,Nec ignoro ſuſcipiẽdas offenſas in eligendo præceptore.Sed oportet me non modo offenſas, verunetiam ſimultates pro fratris tui filijs tã æquo animo ſubire,quàm parentes pro ſuis. Idem epiſt.48.b,Præterea quum recordarer,quan-

ta pro ijſdem Bæticis priore aduocatione etiam pericula ſubiſſem, conſeruandum veteris officij meritum nouo videbatur. Cic. lib. 3. de off. Qui retinendi officij cauſſa crucia-tus ſubierit vltro.

Subire, Succreſcere. Virg. Nec ſubeant herbæ; neu puluere victa fatiſcat. Surcroiſſent.

Subire, In memoriam venire, Se ſouuenir. Datiuo conſtruitur, accuſatiuo aliquando, ali-quando & infinitiuo.

Datiuo, Curtius, Cogitationi noſtræ nunquam ſubijt.

Accuſatiuo. Plin. epiſt. 51. c, Quod me recordantem, fragilitatis humanæ miſeratio ſubit. Curtius lib. 3, Sera pœnitentia ſubijt regem. Liuius in ſexto quartæ decadis, Cogitatio ſubit animum. Curtius lib. v, Subijt regem verecundia. In eodem, Subijt animū me-moria. Idem lib. 6, Horum cogitatio ſubibat exercitum.

Infinitiuo. Plin. lib. xxxv, Subit antiquitatem mirari.

Subit recordatio. Plin. epiſt. 89. a, lib. 4, Proximè cū apud centumviros in quadruplici iu-dicio dixiſſem, ſubijt recordatio egiſſe me iuuenē, æquè in quadruplici. Idem, epiſt. 9. a, Tunc enim ſubit recordatio quot dies quàm frigidis rebus abſumpſi.

Subire, Subdere, ſupponere. Virg. lib. x, AEneas ſubijt mucronem, ipſúmque morando Suſtinuit.

Subire, Extolli, Seſleuer. Plinius, Sed hi rationem adferunt, quòd leuiſſima ſit imbrium ci-ſternarū aqua, vt quæ ſubire potuerit, & pēdere in aere. Idem, Nec leuitatis in pluuia aqua argumentum eſt ſubijſſe eam in cælum, cum etiam lapides ſubijſſe appareat.

Subire, Succedere. Varro, In quarum locum ſubierunt inquilinæ, impietas, perfidia, impudi-citia. Succederent, vindrent au lieu.

Subire, Reſpondere, ſeu reſiſtere. Cicero in Diuinatione, Poteríſne orationem eius ſubire?

Subire, Scandere, Monter. Plin. lib. 4, Hemi excelſitas, ſex M. paſſ. ſubitur.

SVBER, ſuberis, maſculini vel fœminini generis eſt. Sæpius neutri. Larbre qui porte le lie-ge & le liege meſme. Plin. lib. 16, Tardiſſimus ſuber. Ibidem, cap. 8, Suber minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu, præcraſſus, aut renaſcens, atque etiam in denos pedes vndique explanatus. Vſus eius anchoralibus maximè nauium, piſcātiúmque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infa-cete Græci cortices arborum appellant. Sunt qui fœmininam ilicem vocent: atque vbi nō na-ſcitur ilex, pro ea ſubere vtuntur, in carpentarijs præcipue fabricis, vt circa Elin & Lacedæ-monem. Nec in Italia tota naſcitur, aut in Gallia omnino.

SVBHASTO, ſubhaſtas, ſubhaſtare. Sub haſtā mittere, hoc eſt per auctionem vendere. Ha-ſta enim erat virga, quæ dabatur cum poteſtas alicui daretur de aliqua merce.

SVBIACEO, ſubiaces, ſubiacui, ſubiacêre, Eſtre deſſoubs eſtendu. Plin. epiſt. 101. a. lib. v, Sed hi procul à mari receſſerunt: quinetiam Apennino, ſaluberrimo montium ſubiacent. Subiacêre, Subditum eſſe, Eſtre ſoubiect.

SVBIACTO, ſubiactas, ſubiactare, Sæpe in altum iactare. quod fit cum in areis frumenta à palleis ſecernuntur. Varro, His tritis, oportet è terra ſubiactari vallis aut ventilabris, cum vē-tus ſpirat lenis. ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in ea, atque appellatur acus, euannetur foras, ac frumentum quod eſt ponderoſum, purum veniat.

SVBIGO, ſubigis, ſubegi, ſubactum, ſubigere, Cogere, Contraindre. Plaut. in Moſtell. 11. 14, Qui ſubegi, fœnore argentum ab daniſta vt ſumeret. Idem in Ciſtell. 2. 92, Nam eum pater eius ſubegit. Idem in Curcul. 11. 8, Nec tu me quidem vnquam ſubiges, creditum vt reddam tibi. Idem in Pſeud. 3. 6, Neceſſitas me ſubigit vt te rogitem.

Subigere, Subijcere, domare, Aſſubiectir a ſoy. Salluſt. Poſtea vero quàm in Aſia, Cyrus in Græcia, Lacedæmonij & Atheniēſes cœpere vrbes atque nationes ſubigere. Plaut. in Cur-cul. 8. 77, Dimidiam partem nationum vſque omnium ſubegit ſolus intra viginti dies.

Subigere, Submittere, Chaſſer ſoub quelque choſe, ou mettre. vt, Subige ſub arborem pecus.

Subigere in cote ſecures, Aguiſer. Virg. lib. 7, Pars leues clypeos, & ſpicula lucida tergunt Aruina pingui, ſubigúntque in cote ſecures.

Subagitare farinam, Petrir. Cato, Farinam in mortarium indito, aquam paulatim addito, ſub-igitóque pulchrè.

Subigere arua, Labourer. Virg. Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Columella lib. 2, Sequitur vt tempora quoque ſubigendi arui præcipiamus. Cic. de ſenect. 47, Quæ cū gremio mollito ac ſubacto ſparſum ſemen accepit, primum id occatum cohibet, ex quo

occatio, quæ hoc efficit, nominata eſt.

Subigere ſcrobem, Faire vne foſſe, la fouyr. Virg. lib. 2. georg. Tamen hæc quoque ſi quis Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis.

Subigere, Surſum agere, Compoſitũ à ſus, id eſt ſurſum. Virg. lib. 1. georg. Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembum Remigijs ſubigit.

Subactum ingenium pro exercitato, per trãſlationem poſuit Cicero, lib. 2. de Orat. Subacto mihi ingenio opus eſt, vt agro non ſemel arato, ſed nouato, & iterato.

Subigatrix, ſubigatricis, f. g. Plaut. in Perſa, 6.46, Ne me attrecta ſubigatrix.

SVBIICIO, ſubijcis, ſubieci, ſubiectum, ſubijcere, Supponere, Soubmettre. Virg. Et ramea coſtis Subijciunt fragmenta. Plaut. in Moſtell. 12.9, Malam rem prius cauẽdam multo eſſe, quàm vt meum tergum ſubijciam culcitram vibicibus.

Subijcere, Ramẽteuoir, mettre au deuãt, ſouffler a aucun, & dire par derriere, induyre a dire. Plin. in Paneg. 122, Arduũ erat has precationes tuas laudibus adæquare, adæquauimus tamẽ qui amoris ardor, qui ſtimuli, quæ faces, illas nobis acclamationes ſubiecerũt. Terent. in Phor. 2.3.40, Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubijce.

Subijcere villam oculis, Raconter, ou deſcrire quelque choſe tellement quil ſemble que on la voye. Plin. epiſt. 101. p, Similiter nos, vt parua magis, cum totam villã oculis tuis ſubijcere conamur, ſi nihil inductum, & quaſi deuium loquimur.

Subijcere, Subiugare, Aſſoubiectir. Plau. in Rud. 18.41. Tũne hic fallis virginales liberos parentibus, ſubiectos habebis, atque indigno quæſtu conteres? Plin. in Paneg. 110, In roſtris quoque ſimili religione, ipſe te legibus ſubieciſti. Cic. Tot ſibi populis repente ſubiectis.

Subijcere, Surſum iacere. Virg. Et corpora ſaltu Subijciunt in equos.

Subiectus ſubiecta ſubiectum, Soùbmis, ou ſoubiect.

Subiectus animus. Plin. in Paneg. 16. Paruiſti enim Cæſar, & ad principatum obſequio peruenisti: nihilque magis à te ſubiecti animi factum eſt, quàm quod imperare cœpiſti.

Subiector ſubiectoris, m. g. vt ſubiector teſtamentorum, Qui faulſe vng teſtament, & en met vng pour autre. Cic. in Catil. Oratione, 2, Quis tota Italia veneficus? quis gladiator? quis latro? quis ſicarius? quis parricida? quis teſtamentorum ſubiector? quis circunſcriptor? &c.

Subices dicũtur ſubiecti, inquit Feſtus. Ennius, Ergo deum ſublimis ſubices, humidus Vnde oritur imber ſonitu fæuo & ſtrepitu.

Subiecto ſubiectas, ſubiectare, Sæpe ſubijcere. Virg. Nigráque altè ſubiectat arenam.

Subicito, ſubicitas, ſubicitare, Aliud frequentatiuum. Plaut. in Caſina, 25.2, Nunc tu ſi venis ſubicitare me, proba eſt occaſio, periſti hercle, age, accede huc.

Subiculũ, ſubiculi, n. g, Qui eſt touſiours ſoub le fouet. Plaut. in Perſa, 12.13, Vir ſũme populi ſtabulũ ſeruitriciũ, ſcortorũ liberator, ſubiculũ flagri, compedũ contritor, piſtrinorũ ciuitas,

SVBIN, pro ſubinde ponitur.

SVBINDE, Coniunctio, ſignificat deinde, vel ſtatim poſt. Incontinent apres. Horati. Si rectè dicet, primum gaudere, ſubinde Præceptum auriculis hoc inſtillare memento. Liuius, Vno, alteróque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit. Suet. in Galba, cap. 1, Ergo nouiſſimo Neronis anno, & ſylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarum erat, interijt: ac ſubinde tacta de cælo Cæſarum æde, capita omnibus ſtatuis ſimul decidêrunt. Ibidem, cap. x, Ac ſubinde Alexandrina nauis detorſa appulit, armis onuſta. Idem in Veſpaſiano, cap. v, Cepítque eam natali filiæ ſuæ, tãto militum gaudio ac fauore, vt in gratulatione imperatorem eum conſalutauerint, & ſubinde decedentem prouincia detinuerint.

Subinde, Frequenter, ſiue vt proprie dicam, identidem, hoc eſt crebro, cum quodam interuallo. Parfois. Souuenteſfois. Suet. in Tib. Læua natura ne in puero quidẽ latuit, quam Theodorus Gadareus & proſpexiſſe primus ſagaciter, & adſimulaſſe aptiſſimè viſus eſt, ſubinde in obiurgando appellans eum lutum à ſanguine maceratum.

SVBINGERE arietem (inquit Feſtus) in eodem libro Antiſtius eſſe ait, dare arietem, qui pro ſe agatur, cædatúrve.

SVBINNANIS, & hoc ſubinnane, Aliquantulum inane, Aucunement vain. Cic. Attico, lib. 2, Quinetiam, quod eſt ſubinnane in nobis, & non ἀφιλόδοξον (bellũ eſt enim vitia noſſe) is afficitur quadam delectatione.

VBITVS, ſubita, ſubitum, à ſubeo ſubis, Idem quod repẽtinus, Soudain. Plaut. in Capt. 20. 2, Neque in hac ſubitæ cogitationes ſunt, vllâve amatio. Terent. in Phor. 1.4.24, Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſer? Idem in Adel. 5.9.28, Quod proluuium? quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Plaut. in Perſa, 16.118, Si tibi ſubiti nihil eſt, tã-

tundem eſt mihi. Si tu nas point de haſte, ne moy auſſi. Idem in Aulul. 8.5, Verùm ecaſtor non poteſt ſubitum eſſe nimis. Virg. Cum ſubito adſurgens fluctu nimbolus Orion.

Subitò, aduerbiũ. Soudainemẽt. Plau. in Amphit. 6.4, Quid iſtuc eſt mi vir negotij, quòd ſubito domo abeas? Martialis, Nã ſubitò collapſa ruit. Plau. in Bacchid. 5.104, Ab eo licebit, quanuis ſubito, ſumere.

Subito propere. Plaut. in Amphit. 17.10, Nam vbi parturit, deos inuocat, ſtrepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus vt ſubito! vt propere! vt tonuit valide! Idem in Trin. 17.50, Ita ſubito eſt propere quod eum commentum volo. Idem in Curcul. 7.4, Ita nunc ſubito, propere, & celere obiectum eſt mihi negotium.

Subitaneus ſubitanea ſubitaneum, Idem quod ſubitus. Soudain.

Subitanus, ſubitana, ſubitanum, Idem.

Subitarius, ſubitaria, ſubitarium, Idem. Plaut. in Mil. 5.70, Hanc age rem, res ſubitaria eſt. Cæcil. Quid ſibi vellet ſubitaria.

SVBIVGO, ſubiugas, ſubiugare, Debellare, & imperio ſuo ſubijcere. Subiuguer.

SVBIVNGO, ſubiungis, ſubiunxi, ſubiunctum, ſubiungere, Addere, Ioindre au pres, adiouter. Plin. epiſt. 153.b, Venimus ad conſules, dicit Seuerio, quæ res ferebat: aliqua ſubiungo.

Subiungere ſub imperium. Cic. in Verrem, act. 3, Quid de L. Mummio, qui vrbem pulcherrimam atque ornatiſſimam Corinthum pleniſſimam rerum omnium ſuſtulit, vrbeſque Achaiæ, Boetiæque multas ſub imperium pop. Rom. ditionémque ſubiunxit?

Subiunctiuus ſubiunctiua ſubiunctiuum. Subiunctiuus modus dicitur, quia ſubiungitur alteri verbo, nam eget aliqua re vt impleat ſentẽtiam. vt ſi dico, Cũ clamẽ, quare me tacere dicis?

SVBLABOR, ſublaberis, ſublapſus ſum ſublabi, Latẽter ac quaſi labi, Se couler, & griller, ou tõber quaſi que on ne ſen appercoyue point. Virg. lib. 1. georg. Sic omnia fatis. In peius ruere, ac retro ſublapſa referri.

SVBLABRO, ſublabras, ſublabrare, Cibum intra labra mittere, inquit Nonius. Næuius decuma, Iam ego illis ſubiens ſublabrabo eſui illud ſinciput.

SVBLATIOR, & hoc ſublatius, à ſuſtollo, vel à ſub & latus lata latũ. Cic. pro domo ſua ad pontif. Nihil enim vnquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſſa potius, quàm criminis depellendi.

SVBLEGO, ſublegas, ſublegare, penultima producta, Subſtituere. Iuſtin⁹ lib. 3, Senatui cuſtodiam legum, populo ſublegandi vel creandi quos vellet magiſtratus, poteſtatem permiſit.

SVBLEGO, ſublegis, ſublegi, ſublectum, ſublegere, Furto aliquid ſurripere. Virg. Vel quæ ſublegi tacitus tibi carmina nuper.

Sublegere aliquem, In locum demortui legendo ſubſtituere.

Sublegere ſermonẽ alicuius. Plaut. in Mil. 14.97, Clàm noſtrum hunc illæ ſublegerũt ſermonem. Elles ont eſcouté ce que nous diſions.

SVBLESTVS, ſubleſta, ſubleſtum, Infirmum, leue, friuolum, debile. Plaut. in Mil. 14.73, Quid ergo tu ſubleſtus? Idem in Perſa, 10.20, Nã vbi ad paupertatẽ acceſſit infamia, grauior paupertas fit, ſubleſtior fides. Idem in Bacchid. 11.13, Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide.

SVBLEVO, ſubleuas, ſubleuare, Alleuiare, auxilium præſtare, defendere. Cic. lib. 4. Tuſcul. Cum multa in conuentu collegiſſet in Socratem Zopyrus, qui ſe naturam cuiuſque ex forma perſpicere profitebatur, deriſus à cæteris, qui illa in Socrate vitia non agnoſceret. Ab ipſo autem Socrate ſubleuatus eſt, cum illa ſibi ſigna ineſſe, ſed ratione à ſe deiecta diceret. Idem pro domo ſua, Quid cum Gabinio Syria dabatur, Macedonia Piſoni, vt tibi omnia permitterent, te adiuuarent, tibi manum, copias, tibi ſuos parentes, centuriones, tibi pecunias, tibi familias compararent, te ſuis ſceleratis concionibus ſubleuarent. Id eſt defenderẽt, & tibi ſuffragarentur, & pro te orationem haberent, & teſtimonio ſuo tuerentur. Plin. epiſt. 53.h, Concipere animo potes quàm ſumus fatigati, quibus toties agendum, toties altercandum, tam multi teſtes interrogandi, ſubleuandi, refutandi.

Subleuare teſtimonio aliquem, Le deſcharger de quelque choſe que on luy met a ſur. Cic. pro Cluentio, Pater adoleſcentis, quem propter animi dolorem pertenuis ſuſpicio potuiſſet ex illo loco teſtem in Aulum Cluentium conſtituere, is hunc ſuo teſtimonio ſubleuat.

SVBLICA, ſublicæ, f. g. Pertica, & palus ligneus. Pieu, ou pilotis. Cæſar in deſcriptione Rhenani pontis, inquit, Non ſublicæ modo directæ ad perpendiculum, ſed pronæ ac faſtigiatæ, vt ſecundum naturam fluminis procumberent.

Sublicius ſublicia ſublicium. Pons ſublicius Romæ dictus eſt, quia ex ſublicis ita ſtructus fuit vt trabes ſine fulturis eximerentur.

SVBLIGO, ſubligas, ſubligare, Subtus ligare. Lier par deſſoub.

Subligar, ſubligaris, n.g. Quo pudendæ partes obteguntur. Brayes. Martialis, Tecta tamẽ non hac qua debes parte lauaris: Si pudor eſt, tranſfer ſubligar in faciem.

Subligaculum ſubligaculi, n.g. Idem. Cic. lib. de off. Scenicorum mos tantam habet vetere diſciplina verecundiam, vt in ſcenam ſine ſubligaculo prodeat nemo.

SVBLIMIS, & hoc ſublime, In altũ eleuatus. Enleué. Plau. in Menæh. 22.3, Illic homo iam in medicinas ablatus ſublimis ſiet. Terent. in And. 5.2.20, Audi obſecro. DR. quid vis? S. ſublimem hunc intrò rape, quantum potes. Idem in Adel. 3.2.18, Sublimem medium arriperem, & capite primùm in terram ſtatuerem, vt cerebro diſpergat viam. Virg. Ipſa Paphos ſublimis abit. Columella lib. 2, Igitur in opere boues arctè iunctos habere conuenit, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus.

Sublimitas, ſublimitatis, f.g. Exaltatio.

Sublimo ſublimas, ſublimare, Exaltare, in altum mittere, iréve. Ennius, Si qui candentem in cælo ſublimat facem.

SVBLINO, ſublinis, ſubleui, ſublini, ſubliui, ſublitum, ſublinere, Aliquantulum tingere, vel notare. Cornelius Celſus, Idem quoque vmbilico ſublitum facit.

Os ſublinere, pro eo quod eſt dare verba, & arte quadam illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractum putat à ridiculo quodam luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur. Plaut. in Aulul. 22.2, Fidei cenſebã maximam multo fidẽ eſſe, ea ſubleuit os mihi peniſſumé. Idem in Capt. Ita mihi ſtolido ſuis os obliuere offucijs. Idem in Epidico, Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium minus hominem quàm doctũ, minúſque ad hanc rem callidum, os ſublitum eſſet.

Sublitio, ſublitionis, f.g. Eſt quaſi primum tectorium & fundamentum coloris eius quem reddi volumus inductione manus vltima.

SVBLVCEO, ſubluces, ſubluxi, ſublucere, Aliquantulum lucere, Luyre quelque peu. Ouid. de meridie, Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo: Aut vbi nox abijt, nec tamen orta dies.

SVBLVCO, ſublucas, ſublucare. Feſtus, Sublucare arbores, eſt ramos earũ ſupputare, & velu ti ſubtus lucem mittere.

SVBLVO, ſubluis, ſublui, ſublutum, ſubluere, Subtus lauare. Lauer par deſſoub. Columella lib. 7, In tergo bis in die ſubluitur aqua calida: mox decocto agrico & ſale, cum adipe defricatur, dum ſaniei vis emanat.

SVBLVRIDVS, ſublurida, ſubluridum, Qui eſt vng peu meurtri, & de couleur telle queſt vne meurtriſſure. Plaut. in Amphit. 16.65, Eodẽ in loco, ſigno eodem apparet probè, vt primum coiuit radix rufula, ſublurida.

SVBLVSTRIS, & hoc ſubluſtre. Subluſtria verba dicuntur nõ ex toto corpore luminoſa, ſed aliquid luminis habẽtia. Subluſtris nox, & ſubluſtris vmbra, quæ habet aliquid luminis.

SVBLVVIES, ſubluuiei, dicitur ſicut illuuies, & proluuies, pro ſordibus & immunditijs.

Subluuies, Genus morbi in diſcrimine vngulæ ouium naſcens. Columella lib. 7. cap. 5, Clauí quoque dupliciter infeſtant ouem: ſiue cum ſubluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur, ſeu cũ idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eique ſubeſt vermiculus. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & fulfure atque aceto miſtis rite eruentur.

SVBMERVM, ſubmeri, n.g. Id eſt ferè merum, Preſque pur. Plaut. in Sticho, 4.116, Ne iſte ædepol vinum poculo pauxillulo ſæpe exanclauit ſubmerum ſcitiſſume. Quædam exemplaria legunt ſubmetrum.

SVBMINIA, ſubminiæ, f.g. Veſtis genus apud Plautum in Epidico, 5.49, Crocotulam, ſup parum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum, aut exoticum.

SVBMINISTRO, ſubminiſtras, ſubminiſtrare, Subſeruire, ſubporrigere.

SVBMITTO, ſubmittis, ſubmiſi, ſubmiſſum, ſubmittere. Clanculum & furtim mittere. Suet. in Cæſare, Submiſſis nonnunquam lictoribus atque militibus.

Submittere ſe, Soy ſoubmettre, & humilier, ou baiſſer. Plin. in Paneg. 140, Diligis ergo, quum diligaris, & in eo quod vtrique honeſtiſſimum eſt, tota gloria tua eſt, qui ſuperior

factus, deſcendis in omnia familiaria officia, & in amicum ex imperatore ſubmitteris. Tu tabbaiſſe. Cic. de Amicitia, 62, Quamobrem vt hi qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debẽt in amicitia, ſic quodam modo inferiores excellere.

Submittere capillũ, Id eſt, in longitudinẽ demittere. Plin. epiſt. 147. f, Ex quo coniectari poteſt, quia reis moris eſt ſubmittere capillũ, reciſos meorũ capillos depulſiſſe, quod immine bat, periculi ſignũ fuiſſe. De laiſſer croiſtre leurs cheueulx, ou laiſſer pẽdre, & deuenir lõgs.

Submiſſus ſubmiſſa ſubmiſſum, Humilis. Virg. Submiſſi petimus terram.

Submiſſim, Aduerbium. Suet. in Auguſto, Nam & ad communionem ſermonis, tacentes, etiam ſubmiſſim fabulantes prouocabat, Parlans bas.

SVBMONEO, ſubmones, ſubmonui, ſubmonitum, ſubmonere, Auertir aucun, Latenter, ſiue vt inquit Donatus, leuiter monere. Terẽt. in Eunucho. Submonuit me Parmeno ibi ſeruus, quod ego arripui.

SVBMOVEO, ſubmoues, ſubmouí, ſubmotum, ſubmouere. Clàm, ſiue ſubtus, vel à longe mouere: Mettre loing & Soubleuer. Columella lib. v, Fructúſque ſubmotus à terra, minus putreſcit. Arriere de la terre, loing de terre.

Submouere, Oſter, chaſſer, deſmettre. Plin. in Paneg. 92, Hic regnum ipſum, quæque alia captiuitas gignit, arcet, ac ſubmouet, ſedémque obtinet principis, ne ſit domino locus. Ibidem, 134, Nec mediocre pacis decus habebatur, ſubmota campis irruptio ferarum. Ibidem, 126, Non deferendum: non ſubmouenda adulatio, ſed non reducenda eſt.

Submouere aliquẽ, Le deſmettre de ſa charge, de ſon office. Columella lib. 1, Cum liceat vel cauere ne talis perficiatur negotiatio, aut iam præpoſitus vt ſubmoueatur curare. Plin. epiſt. 36. b, Submotum à proconſulatu, quia ſe in legatione turpiter geſſerat.

SVBNECTO, ſubnectis, ſubnexui, ſubnexum, ſubnectere, Subiungere, Lier, ou nouer par deſſoub. Virg. Aurea ſubnectens exertæ cingula mammæ.

SVBNEGO, ſubnegas, ſubnegare, Aliquantulum negare. Cic. Trebatio, Veruntamen quod præſenti tibi propè ſubnegarent.

SVBNIGER, ſubnigra, ſubnigrum, Qui tire ſur le noir, aucunemẽt noir. Plaut. in Merc. 12. 55, Buculentum, breuiculum, ſubnigris oculis, oblongis malis.

SVBNITOR, ſubniteris, ſubnixus ſum, ſubniti, Sappuer, ſoutenir ferme. Plaut. in Perſa, 9. 6, Subnixis alis me inferam, atque amicibor glorioſe.

SVBNOTO, ſubnotas, ſubnotare, Noter. Martialis, Et non ſobria verba ſubnotaſti.

SVBO, ſubas, ſubare, dicuntur ſues cum libidine pruriunt, ſicut equæ equire.

SVBOFFENDO, ſuboffendis, ſuboffendi, ſuboffenſum, ſuboffendere, Offẽſer quelque peu & faillir. Cic. ad Q. Fratrem, Nã apud illam perditiſſimam atque infimam fæcem populi. Põpeius propter Milonẽ ſuboffendit: & boni multa ab eo deſyderant, multa reprehendunt.

SVBOLEO, ſuboles, ſubolui, ſubolitum, ſubolere, Quaſi olere, & odorem ſentire. Fleurer. Plaut. in Pſeud. 13. 103, Corrumpitur iam cœna: hem ſubolet ſis vide. Elle commence a ſentir quelque peu mal.

Subolere, Per tranſlationem, De aliqua re ſentire, Se doubter de quelque choſe. Plaut. in Caſina, 5. 50, Tu ecaſtor tibi homo malam rẽ quæris, ſubolet ſentio. Ibidem, 61, Subolet iam vxori quod ego machinor. Idem in Phor. 3. 1. 10, Nunquid patri ſubolet? G. nihil etiam. A. & quid ſpei porrò eſt? G. neſcio.

SVBORNO, ſubornas, ſubornare, Aliquãtulum ornare, hoc eſt, honorare, ſiue laudare. Plãcus Ciceroni, Tu Cicero, quod adhuc feciſti, idem præſta, vt vigilanter, neruoſéque nos qui ſtamus in acie, ſubornes.

Subornare, Latenter ſeducere, Suborner aucun. Plaut. in Mil. 2. 14, Mox ei dominus ædium ſuam clientem ſolicitandum ad militem ſubornat. Plin. in Paneg. 68, Grata ſunt tamen recordantibus principem illum in capita dominorum ſeruos ſubornantem. Gellius, In caput meum ſubornauit. Plin. epiſt. 53. lz, È teſtibus quidam, ſiue iratus quòd euocatus eſſet inuitus, ſiue ſubornatus ab aliquo reorum, vt accuſationem exarmaret, Norbanum Licinium legatum &c.

SVBPVDEO, vide SVPPVDEO.

SVBREMIGO, ſubremigas, ſubremigare, Subtus remigare. Plin. lib. 9, Cæteris ſubremigans brachijs, media cauda vt gubernaculo dirigit.

SVBREPO, ſubrepis, ſubrepſi, ſubreptum, ſubrepere, Se grapir, & enfuyur en cachette. Plaut. in Mil. 6. 62. Ne imprudenti hic ea ſe ſubrepſit mihi.

Subrepere animo. Quintil. lib. 4, Beneuolētiæ & attētionis poſtulatio, quia eſſe in turpi genere cauſſæ nō poſſit, inſinuatio ſubrepat animo, maximè vbi frons cauſſæ nō ſatis honeſta eſt. Idem, Ita ſubrepitur animo iudicis.

SVBRIDEO, ſubrides, ſubriſi, ſubriſum, ſubridere, Latenter vel aliquantum ridere, vel riſus ſigna oſtendere. Se ſoubrire. Virg. Olli ſubridens hominum ſator atque deorum.

SVBRIPIO, ſubripis, ſubripui, ſubreptū, ſubripere, Clàm auferre, furari. Rauir en cachette. Plaut. in Menæh. 4. 18, Hanc modo vxori intus pallam ſubripui. Ibidem, 14. 72, Huic ſubrepta eſt, non tibi.

Subripere, aliquando vſurpauimus pro eo quod eſt per mendacem narrationem aliquid extorquere, & quaſi furari.

Subreptio, ſubreptionis, f. g. Furtum.

Subreptio, Impetratio quæ fit à principe ſiue magiſtratu per falſam rei narrationem.

Subreptitius, ſubreptitia, ſubreptitium, vt ſubreptitia poſtulatio, ſubreptitiæ literæ, quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.

Subreptitius puer, Qui a eſte enleué & deſrobé. Plaut. in Menæh. 2. 65, Atque iſtic habitat geminus ſubreptitius.

SVBROGO, ſubrogas, ſubrogare, Subſtituere, Conſtituer & mettre en la place & office dung autre. Plin. de viris illuſt. 15, Quia in locum Tricipitini collegæ conſulem ſubrogauerat. Vide SVRROGO.

SVBRVFVS, ſubrufa, ſubrufum, Vng peu roux, rouſſeau. Plaut. in Capt. 11. 117, Subrufus aliquantum, criſpus, cincinnatus.

SVBRVMVS, ſubrumi, m. g. Agn⁹ qui adhuc ſub māma eſt, qui rum⁹ à veterib⁹ dicebatur

Subrumor ſubrumaris, ſubrumari, dicuntur hœdi, cum ad mammā admouentur, inquit Feſtus. Columella lib. 7. cap 4, Diligenti cura ſeruandū eſt, vt & ſuis quotidie matribus & alienis nō amantibus, agni ſubrumentur.

SVBSANNO, ſubſannas, ſubſannare, Irridere, Moquer, comme quant on tire la langue apres aucun.

Subſannatio ſubſannationis, f. g. Irriſio: quæ proprie rugata frōte & cōtracto naſo exprimitur.

SVBSCRIBO, ſubſcribis, ſubſcripſi, ſubſcriptū, ſubſcribere, Subnotare, ſubſignare, ſicut ſolent principes qui ſubſcribunt ea quæ rata habent.

Subſcribere, Verbum eſt iudicijs & foro accommodatum. Plin. lib. v. epiſt. Poſt hoc Curianus à matre exhæredatus, cū cæteris cohæredibus, ſubſcripſit centum virale iudicium: mecum non ſubſcripſit. Id eſt, controuerſiam mouit hæreditatis, teſtamentum ſcilicet impugnare vt inofficioſum volens. Idem, Scis te nū ſubſcripſiſſe mecum, & iam biennium tranſiſſe, omniáque me vſu cepiſſe. Id eſt, mecum querelam non eſſe expertum.

Subſcribere, Fauere. Columella, Quòd ſi fortuna ſubſcripſerit.

Subſcriptio ſubſcriptionis, f. g. Cic. in diuinatione, Quartum quem ſit habiturus, non video: ni ſi quem forte ex illo grege oratorum qui ſibi ſubſcriptionem poſtularunt cuicunque vos delationem dediſſetis. Id eſt, qui poſtulauerunt à vobis vt ad quencunque Verris accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi ſubſcribere.

Subſcriptor ſubſcriptoris, m. g. Subſcriptores Pædianus eos ait eſſe appellatos cauſſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant: quos oportebat ſummiſſius agere, quàm eum quem ſequebantur. Cic. in diuinatione, Veruntamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem hominem non ætate, ſed vſu forenſi atque exercitatione tyronē. & rurſus, Reſpondebo nō eſſe vos tales viros commiſſuros vt ad cauſſam tātam à me ſuſceptam, mihi creditam, quiſquā ſubſcriptor, me inuito aſpirare poſſit.

SVBSCVS, ſubſcudis, f. g. Subſcudes tabellæ (inquit Feſtus) appellantur, quibus tabulæ inter ſe cōfigūtur: quia quo immittūtur, ſucciditur. Pacuuius, Nec vlla ſubſcus cohibet cōpagē.

SVBSECO, ſubſecas, ſubſecui, ſubſectum, ſubſecare, Subtus, vel paulatim ſecare. Columella lib. 2, Quædam etiam ſubterraneæ peſtes, adultas ſegetes, radicibus ſubſectis enecant.

SVBSELLIVM, ſubſellij, n. g. Subſellia, ſedes & pulpita, vel vt ita dicam, ſcamna, in quibus audientes poetas recitantes, ſedere conſueuerant. vel in quibus ab equitibus ſpectabātur ludi. À ſubſedendo, quaſi ſubſedia, permutatione d, in l, vt ſella pro ſeda. nam ſenatores in ſellis altioribus cōſedebant. Perſius, Troſſulus exultat tibi per ſubſellia leuis. Plautus in Capt. 8. 12, Nihil morantur iam Lacones imi ſubſellii viros, plagipatidas. Idem in Sticho, 8. 33, Haud poſtulo equidem ſummo in lecto accumbere: ſcis tu me dudum eſſe imi ſubſel-

lij virum. Scribit Aſconius ſubſellia eſſe tribunorum, triumvirorum, quæſtorum, & huiuſmodi minora iudicia exercẽtium, qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus, ſed in ſubſellijs conſedebant. Vnde à Varrone, ſubſellium dictum eſt, quòd non ſit planè ſella.

Subſellium quandoque accipitur pro ſede in foro, vbi iudices electi, in publico iudicio ſedebant, vt Quintil. lib. x i i, Nonnunquam etiam inter ipſa ſubſellia didiciſſe ſe gloriantur. Idem lib. x, Quod accidiſſe Portio Latroni traditur, vt cum ei ſummam in ſcholis opinionem obtinẽti cauſſa in foro eſſet orãda, impenſe petiuerit, vti ſubſellia in baſilicum tranſferrentur. ita illi cælũ nouũ fuit, vt omnis eius eloquentia cõtineri ac parietibus videretur.

Subſellia etiam erant in curia, vbi ſenatores ſedebant, vt oſtendit Cicero in Orat. cõtra Catil.

Subſellia, Sedes in Theatro. Suet. in Auguſto, Facto igitur decreto patrum, vt quoties quid ſpectandi vſquam publicè ederetur, primus ſubſelliorum ordo vacaret ſenatoribus.

Subſellia, vbi ſedebant rei, & accuſatores, & teſtes.

SVBSENTIO, ſubſentis, ſubſenſi, ſubſenſum, ſubſentire, Aliquãtulum ſentire, aduertere. Se doubter, apperceuoir. Terẽt. in Heaut. 3. 1. 62, Per alium quẽuis vt des, falli te ſinas technis per ſeruulum, et ſi ſubſenſi id quoque illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

SVBSEQVOR, ſubſequeris, ſubſequutus ſum, ſubſequi, Statim ſequi. Suyure de pres. Plaut. in Merc. 22. 31, Si quidem mecum fabulari vis, ſubſequere. Idem in Amphit. 6. 52, Ibo, & Mercurium ſubſequar. Idem in Bacchid. 15. 74, Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores.

Subſequi, Pourſuyure. Plaut. in Trin. 15. 19, Quod ago adſequitur, ſubeſt, ſubſequitur, ita gaudijs gaudium ſuppetit.

Subſequi aliquem, Enſuyure, faire comme il faict. Plin. in Paneg. 139, Te enim imitari, te ſubſequi ſtudent: ideo vtraque mores eoſdem, quia vtraque tuos habet.

SVBSERVIO, ſubſeruis, ſubſeruiui, ſubſeruitum, ſubſeruire, Seruir. Plautus in Menæh. 17. 12, Ita iſtæc ſolent, quæ viros ſubſeruire ſibi poſtulant, fretæ dote feroces.

Subſeruire, Quadrare, conuenire, reſpondere. Plaut. in Amph. 2. 4, Habitu Mercurius ei ſubſeruit Soſiæ. Luy ayde. Terent. in And. 4. 4. 14, Ego quoque hinc ab dextera venire me aſſimulabo: tu, vt ſubſeruias orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide.

SVBSIDEO, ſubſides, ſubſedi, ſubſeſſum, ſubſedere, Subtus ſedere, Eſtre aſſis embas. Columella, Villica debet curam adhibere, vt ſi quæ fæces aut amurcæ in fundis vaſorum ſubſederint, ſemel ſtatim emundentur. Soient demourees au fond. Plin. epiſt. 77, Quum in prouinciam quæſtor exiſſet, ſcribámque qui ſorte obtigerat, ante legitimum ſalarij tempus amiſiſſet, quod acceperat ſcribæ daturus, intellexit, & ſtatuit ſubſidere apud ſe nõn oportere.

Subſidere, Inſidiari aliquando ſignificat.

Subſellium ſubſellij, vide ſuo ordine.

Subſeſſor, ſubſeſſoris, m. g. Qui deliteſcens inſidiatur, & inſidijs circunuẽtum interimit, Guetteur de chemins.

Subſeſſa ſubſeſſæ. Subſeſſæ à Vegetio dicuntur inſidiæ, quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale ſuſpicans, opprimi ſolet. Eſpies, guettes.

Subſidium ſubſidij, n. g. Secours en guerre. Subſidium (inquit Feſtus) quod poſtpoſitum eſt ad ſubueniendum laborantibus. Erant triarij milites, quod tertio ordine in acie conſtituerentur. hi enim poſt omnes acies cum ſcutis, galeis, ocreis, gladijs plumbatis locabantur, vt ſi forte prima acies vinceretur, ab ijs, veluti de integro reparato certamine, victoria ſperaretur. ſubſidebant itaque nixi genibus, à quo ſubſidium dictum. Plautus, Agite nũc, ſubſidite, quaſi ſolent triarij. Cæſar de geſtis in Italia, Ad eum mittit, niſi ſubſidium ſibi ſubmittatur, ſeſe diutius ſuſtinere non poſſe.

SVBSIDO, ſubſidis, ſubſidere, Subtus cadere, deſcendere, decurrere, Saſſoir, ſabaiſſer. Virg. lib. v, Subſidunt vndę, tumidúmque ſub axe tonanti Sternitur æquor aquis. Ouid. lib. i, Metamorph. Iam mare littus habet, plenos capit alueus amnes: Flumina ſubſidunt, colles exire videntur: Iuſſit & extendi campos, ſubſidere valles. Liuius ab vrb. Subſidunt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte: inde ad emittenda ipſi conſurgunt.

SVBSIGNO, ſubſignas, ſubſignare, Feſtus, Subſignare, pro ſubſcribere vtimur. Soubſigner. Plin. epiſt. 221, Cum ſit ergo finitum quod ſpes noſtras morabatur, non ſine magna fiducia ſubſigno apud te fidẽ pro moribus Romani mei, quos & liberalia ſtudia exornãt, &c.

SVBSERO, ſubſeris, ſubſerui, ſubſertum, ſubſerere, Subtus plantare. Columella lib. v, Nã plurimum intereſt adhuc noua cõſitione pedamen omne veſtiri, nec mox vineatum ſubſeri,

cum fructus capiendus eſt.

SVBSILIO, ſubſilis, ſubſilui, ſubſultũ, ſubſilire, Paululum ſaltare, Sauteler. Plaut. in Curcul. 3.59, Peſſuli ſubſilite obſecro, & mittite iſtanc foras.

Subſulto ſubſultas, ſubſultare, frequentatiuum idem ſignificãs. Plautus, Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Idem in Caſi. 9.9, Vt ſubſultabat, poſtquam vicit villicus!

Subſultim Aduerbium, En ſautelant. Suet. Mox nihil aliud quàm vectabatur & deambulabat: ita vt in extremis ſpatijs ſubſultim decurreret.

SVBSILLES, inquit Feſtus, dicebantur quædam lamellæ ſacrificijs neceſſariæ.

SVBSIMVS, ſubſima, ſubſimum, Parum ſimus, Vng peu camus. Varro lib. 2. de re ruſt. Vt ſint benè compoſitæ, vt integris membris, piloſis, oblongæ, amplæ, ſubſimi, nec gibberi.

SVBSISTO, ſubſiſtis, ſubſtiti, ſubſtitum, ſubſiſtere, Contra ſiſtere, Reſiſter a lencontre. Cæſar, Audacius ſubſiſtere, nonnunquam & nouiſſimo agmine prælio noſtros laceſſere.

SVBSOLANVS, ſubſolani, m.g. Ventus dicitur, qui ſole oriente ſubnaſci videtur.

SVBSORTITVS, ſubſortita, ſubſortitum dicitur, qui alicuius occupati fungitur officio. Vnde ſubſortitos iudices dicimus, qui etiam ſubſtituti appellantur.

Subſortitio, ſubſortitionis, f.g. Suffectio. Suet. in Iulio Cæſare, cap. 41, Ac ne qui noui cœtus recenſionis cauſſa moueri quandoque poſſent, inſtituit, quotannis in demortuorum locum, ex his qui recenſiti non eſſent, ſubſortitio à prætore fieret. Aſconius in Diuinatione, moris fuiſſe ſcribit, celebrata iudicum reiectione haberi in officio prætoris & in arca reponi nomina iudicum ſelectorum: reiectionémque ideo dictam, quia cũ multi iudices à prætore ad conſilium aduocandi eſſent, qui quæſtor erat in publica aliqua cauſſa, vt ambitus, vt repetundarum, maieſtatis: neceſſe erat primùm de curia conſcribi ſenatoria, eo ſcilicet tempore cum ſenatus iudicaret. Deinde in vrnam ſortito mitti, vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet. Tertiò permitti accuſatori ac reo, vt ex illo numero reijcerent quos putarent ſibi iniquos, aut aliqua ratione incõmodos fore. Reiectione autem facta, in eorum locum qui reiecti fuerant, prætor alios ſubſortiebatur, quoad numerus legitimus impleretur, quæ ſubſortitio dicebatur. nam prima delectio, ſortitio erat: hæc autem, ſubſortitio. His peractis iudices in leges iurabant vt obſtricti religione iudicarent: cum iuraſſent omnes præter prætorem, nomina eorum libellis continebantur, & vbique habebantur, ne pro ſelectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui ſuppoſiti, corruptíque iudicarent. Hactenus Aſconius.

SVBSTANTIA, ſubſtantiæ, f.g. Eſt quæ per ſe ſubſtat, & fundamentum eſt.

Subſtantia, Materia, & quaſi eſſentia & ſoliditas, ac nerui cuiuſque rei. Plin. Subſtantia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacem. Quintil. Prima apud Rhetorem elementa, & quæ de ipſa rhetoricæ ſubſtantia quæruntur, tractabimus.

Subſtantia, Facultates, Biens, richeſſes. Quintil. Vt plus ſubſtantiæ filio relinquerem.

Subſtantiuus ſubſtantiua ſubſtantiuum, Quod per ſe ſtare poteſt.

SVBSTERNO, ſubſternis, ſubſtraui, ſubſtratum, ſubſternere, Eſtendre, ou eſpandre par deſſoub. Terent. in And. 4.4.6, Ex ara hinc ſume verbenas tibi, atque eas ſubſterne.

SVBSTILLVM, ſubſtilli, n.g. Tempus dicitur quod ante pluuiam vel poſt pluuiam eſt non ſiccum, ſed humidum, quòd aut iam ſtillet, aut nondum ſtillare deſiſtat. Feſtus.

Subſtillum apud Catonem lib. de re ruſt. cap. 56, ponitur pro ægritudine, quando ſtillatim vrina emittitur. Nunc de ijs (inquit) quibus ægre lotium it, quibúſque ſubſtillum eſt.

SVBSTITVO, ſubſtituis, ſubſtitui, ſubſtitutum, ſubſtituere, Subordinare. Ordonner aucũ & mettre en la place durg autre.

SVBSTO, ſubſtas, ſubſtiti, ſubſtitum, ſubſtare, Suſtinere, Eſtre deſſoub, ſoubtenir.

Subſtare, Sarreſter. Virg. lib. 2, AEneid. Quater ipſo in limine portæ Subſtitit, atque vtero ſonitum quater arma dedere. Plin. epiſt. 234, Grauiſſimis æſtibus atque etiam febriculis vexatus, Pergami ſubſtiti.

Subſtare, Conſtantem eſſe, Tenir bon, tenir ferme, eſtre conſtant. Terẽt. in And. 5.4.11, Perij, metuo vt ſubſtet hoſpes.

SVBSTRINGO, ſubſtringis, ſubſtrinxi, ſubſtrictum, ſubſtringere, Sarrer par deſſoub. Columella lib. 2, Boues cum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibúſque comprimat dorſum.

SVBSTRVO, ſubſtruis, ſubſtruxi, ſubſtructum, ſubſtruere, Subtus ſtruere, Edifier par deſſoub. Plaut. in Moſtell. 3.28, Et fundamentum liberorum ſubſtruunt.

Subſtructio, ſubſtructionis, f.g. Columella lib. 1, Cum ex depreſſiore loco fuerint orſa funda-

menta, non ſolum ſuperficiem ſuam ſuſtinebũt facile, ſed & pro fultura & ſubſtructione fungentur aduerſus ea quæ mox, ſi forte villam prolatare libuerit, ad ſuperiorem partem applicabuntur. Plin. epiſt. 256, Nam fulturæ ac ſubſtructiones, quibus ſubinde ſuſcipitur, non tam firmæ mihi, quàm ſumptuoſæ videntur.

SVBSVLTO, ſubſultas, vide SVBSILIO.

SVBSVM, ſubes, ſubfui, ſubeſſe, Infra eſſe, Eſtre deſſoub. Pli. Suberãt tecto abiegnę trabes. Subeſſe, Latẽter ineſſe. Virg. lib. 2. georg. Quippe ſolo natura ſubeſt. Quia naturaliter rerum omnium mater eſt terra: & vniuerſa in ſe continet ſemina, licet non appareant. Plaut. in Trucul. 11.16, Hoc ſaltem ſeruat me: cum illi ſubeſt, apparet.

Subeſſe, Aider. Plaut. in Trin. 15.19, Hic homo eſt omnium hominum præcipuus, voluptatibus, gaudiiſque anteponendus: ita commoda quæ cupio eueniunt: quod ago aſſequitur, ſubeſt, ſubſequitur, ita gaudijs gaudium ſuppetat.

SVBTAL ſubtalis, n. g. ex ſub, & talus componitur, ſignificátque cauum pedis, quanuis & pro vola ponatur.

SVBTEGMEN, ſubtegminis, n. g. Dicitur filum quod ſub ſtamine texitur. La chaine. Terent. in Heaut. 2.3.52, Anus ſubtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Plaut. in Merc. 9.20, Poſſin' tu, ſi vſus venerit, ſubtegmen tenue nere?

SVBTEGVLANEA, Loca ſub tegulis: diſtinguntur à ſubdialibus, quæ Græci vocant ὑπαίθρια, ſicut priora illa ὑπόστεγα & κατάστεγα ſiue στεγαστά.

SVBTENTO, ſubtentas, ſubtentare, Eſpier. Plaut. in Trucul. 6,15, Adueniſti huc ſubtentatum exornatis oſſibus.

SVBTER, Præpoſitio, vtrique caſui ſeruiens, accuſatiuo & ablatiuo. Deſſoub, Relatiuum habet ſuper. Fere ſemper accuſatiuum habet, ſiue quies fuerit, ſiue motus. Stathius, Deſilit in campos qui ſubter mœnia nudos Aſſeruat manes. Poetice ablatiuum habet. Virg. Quum tamen omnes Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus.

SVBTERDVCO, ſubterducis, ſubterduxi, ſubterductum, ſubterducere, Se ſoubtraire, retirer. Datiuo iũgitur. Plau. in Mil. 6.69, Serua iſtas fores, ne tibi clàm ſe ſubterducat iſtinc, Quil ne ſen aille ſans que tu en voyes rien.

Subterduxit ſe tempus huic occaſioni. Plaut. in Aſin. 7.13, Nam ſi huic occaſioni tempus ſe ſubterduxerit, nunquam pol indipiſcet quadrigis albis poſtea. Si ceſte occaſion ſe pert.

SVBTERFVGIO, ſubterfugis, ſubterfugi, ſubterfugitũ, ſubterfugere, Eſchapper, ſenfuyr daucun. Datiuo iungitur. Plaut. in Bacchid. 17.2, Nimio illæc res eſt magnæ diuidiæ mihi, ſubterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum.

Accuſatiuo iunctũ, Euiter. Plaut. in Capt. 17.17, Non me cenſes ſcire quo dignus ſien? A E. at ea ſubterfugere potis es pauca, ſi non omnia. S T. pauca effugiam ſcio. Idem in Merc. 4.80, Nequicquam ego mare ſubterfugi ſæuis tempeſtatibus. Cic. de Amicitia, 34, Hæc ita multa quaſi fata impendere amicitijs: vt omnia ſubterfugere, non modo ſapientiæ, ſed etiam fœlicitatis diceret ſibi videri.

SVBTERO, ſubteris, ſubtriui, ſubtritum, ſubterere, Caſſer, briſer, vſer, conſumer. Plaut. in Aſin. 7.74, Sed tamen tu ineptè eos aſinos prædicas vetulos, claudos, quibus ſubtritæ ad femina iam erant vngulæ?

SVBTERRANEVS, ſubterranea, ſubterraneum, Quod eſt ſub terra. Columella, Vinctis quàm ſaluberrimũ ſubteraneũ ergaſtulum: plurimis ſítque anguſtis illuſtratum feneſtris. Idem, Nam ferè cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, & latebras ſubterraneis animalibus.

SVBTRAHO, ſubtrahis, ſubtraxi, ſubtractum, ſubtrahere, De medio auferre, Soubtraire, retirer.

Subtrahere, Surripere, furari, Soubtraire, deſrober. Plaut. in Caſina, 4.21, Nam peculi probam nihil habere addecet clam viro: & quæ habet partum, ei haud cõmodi eſt, quin viro aut ſubtrahat, aut ſtupro inuenerit.

Subtrahere ſe, Soy retirer, Id eſt otium amare & dignitates refugere. Plinius in Paneg. 141, O rem memoriæ, literíſque mandandam, præfectum prætorij, non ex ingerentibus, ſed ex ſubtrahentibus legere: eundémque otio, quem pertinaciter amet, reddere.

Subtrahere famæ. Plin. epiſt. 145, O quantum eruditorum aut modeſtia ipſorum, aut quies operit, & ſubtrahit famæ, Engarde dauoir bruyt.

Subtrahere inuidiæ. Plin. de viris illuſt. 64, Vnde ille Viſpillo dictus Naſica, vt inuidiæ ſub-

traheretur, per ſpeciem legationis in Aſiam ablegatus eſt. Affin deuiter que on euſt enuie ſur luy.

SVBTRISTIS, & hoc ſubtriſte, Vng peu triſte. Terent. in And. 2, 6. 16, Subtriſtis viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

SVBVCVLA, ſubuculæ, f.g. Genus veſtis, quæ ferè ex lino fit, Vne chemiſe. Dicta, quòd ea ſubter induamur. Varro de vita patrum, Poſtquam binas tunicas habere cœperũt, inſtituerunt vocare ſubuculam.

Subucula, Libum quod dijs dabatur ex alica, oleo, & melle compoſitum.

SVBVEHO, ſubuehis, ſubuexi, ſubuectum, ſubuehere, Porter.

Subuecto, ſubuectas, ſubuectare, Frequentatiuum. Plaut. in Aſin. 7. 75, Ipſos, qui tibi ſubuectabant rure huc virgas vlmeas.

SVBVENIO, ſubuenis, ſubueni, ſubuentum, ſubuenire, Suruenir.

Subuenire, Aider. Plaut. in Aulul. 13. 24. Apollo quæſo ſubueni mihi, atque adiuua. Idem in Aſin. 7. 43, Audacter licet ſis amanti ſubuenire familiari filio. Idem in Aulul. 22. 3, Ni ſubueniſſet coruos, perijſſem miſer. Terent. in Eunucho, 5. 5. 27, Dicam hercle, etſi mihi magnum malum ſcio paratum: ſed neceſſe eſt, huic vt ſubueniat. Idem in Adel. 2. 1. 2, Subuenite inopi.

Subuento, ſubuentas, ſubuentare, Frequentatiuum. Plautus in Rud. 6. 11, Spes bona obſecro ſubuentá mihi.

SVBVERBVSTA, ſubuerbuſtæ, Verubus vſta dicitur, inquit Feſtus. Plautus, Viceroſam, compeditam, ſubuerbuſtam, ſordidam.

SVBVERTO, ſubuertis, ſubuerti, ſubuerſum, ſubuertere, Ranuerſer ce que deſſus deſſoub.

Subuertere, Deſtruyre, abolir. Salluſt. in Iugurtha, Probarèntne tantum flagitium, an decretum conſulis ſubuerterent, parum conſtabat.

Subuerſo, ſubuerſas, ſubuerſare, Frequentatiuum. Plaut. in Curcul. 9. 23, Vel qui ipſi vortãt, vel qui alij ſubuerſandos præbeant.

SVBVLA, ſubulæ, f.g. Inſtrumentum cerdonum, quo perforandis calceis ac ſuendis vtuntur ſutores, Vne aleſne, ou pointe. Martialis, Quódque tibi tribuit ſubula ſicca rapit.

SVBVLO, ſubulonis, m.g. Lingua Hetruſca dicitur tibicen. Ennius, Subulo vicinas propter aſtabat aquas.

Subulones dicuntur cerui, quibus ſunt cornua ſimplícia, miniméque ramoſa, ad ſubularum ſimilitudinem. Plin. lib. x 1. Alijs ſimplicia tribuit, vt in eodem genere ſubulonibus ex argumento dictis.

SVBVLCVS, ſubulci, m.g. Qui ſuum dux eſt: cuíque porcorum nutriẽdorum cura commiſſa eſt, Vng porchier. Varro, Altitudinis haræ modus ſit, vt ſubulcus facilè circunſpicere poſſit, ne quis porcellus à matre opprimatur.

SVBVOLO, ſubuolas, ſubuolare, Latẽter volare, Senuoler. Columella lib. 1x, Pulli faciſius ſub matribus pingueſcunt, ſi iam firmis, priuſquam ſubuolent, paucas ſubtrahas pennas, & obturas crura, & vno loco quieſcant.

SVBVRBIA, ſuburbiorum, n.g. plu. n. Quaſi via ſub vrbe, hoc eſt vrbi contigua: ſunt frequentes extra vrbem domus inſtar vici vrbani, Faulbourg.

Suburbanum, ſuburbani, n.g. Prædium ſeu villa ſub vrbe. Columella lib. 7, Nam ſuburbanis lacteus porcus acere nutricandus eſt. Suet. de Auguſto, Nutrimentorum eius oſtẽditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Velitras permodicus.

Plinius eleganter ſuburbanum appellat Italiam, eam partem quæ erat proxima vrbi Romæ.

SVBVRRA, ſuburræ, f.g. Vicus Romæ, à quo regio ſuburrana dicta eſt, vt ſcribit Iunius, ab eo quòd fuerit ſub vrbe antiqua. Varro verò à pago Succuſano, putat dictum ſuccuſam: inde mutatis literis ſuburam. Cuius rei indicium eſt, quòd antiquitus per c literam, non per b ſcribebatur. Hinc ſuburranus, ſuburrana, ſuburranũ, vt regio ſuburrana, in qua meretricum diuerſoria erant: quæ ob id ſuburranæ dicuntur à poetis.

SVBVVLTVRIVS, ſubuulturia, ſubuulturium. Corpus ſubuulturium, rapiẽs ad ſe homines, vt vultures. Plaut. in Rud. 11. 9, Eia corpus cuiuſmodi ſubuulturium?

SVCCEDO, ſuccedis, ſucceſſi, ſucceſſum, ſuccedere, Ire ſub, Aller deſſoub. Datiuo iungitur. Virg. lib. 3. georg. Aut tecto aſſuetus coluber ſuccedere, & vmbræ Peſtis acerba boum, pecorique aſpergere virus.

Succedere, Ingredi. Virg. lib. 7, Et noſtris ſuccede penatibus hoſpes.

Succedere, In alterius locum venire, Succeder. Cic. lib. 3. de off. Quid ergo hic, nónne nocet, qui quodam quasi veneno perficiat vt veros hæredes moueat, in eorum locũ ipse succedat? Idem in Pisonem, Cum tu non solùm quòd tibi succederetur, sed etiam quòd Sabinio non succederetur, penè exanguis & mortuus concidisti.

Succedere, Prospere cedere, euenire, Venir a gré, venir a bien ou prouffit. Plaut. in Mil. 16.7, Bono animo es, negotium omne iam succedit sub manus. Tout va bien. Ibidem, 11.58, Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Terent. in And. 4.1.46, Hac non successit, alia aggrediemur via.

Successus successa successum, Quod prosperè cessit. Cic. Tironi, lib. 16. epist. Nam cum omnia mea causa velles mihi succesa, tum etiam tua: socium enim te meorum cõmodorum semper esse volui.

Successor successoris, Qui succedit, Successeur.

Successorem mittere vel dare alicui, est quod nunc officium auferre vulgo dicimus. Lampridius de Alexandro, Si vnquam alicui præsentium successorem dedit, semper illud addidit, Gratias tibi agit resp. eúmque ita muneratus est, vt priuatus posset honeste viuere. Capitolinus in Antonium, Successorẽ viuenti iudici nulli dedit, nisi Orphito præfecto vrbis.

Successio successionis, f. g. Succession.

Successus, successus, successui, m. g. Euentus tam bonus quàm malus. Virg. lib. 2. AEneid. Atque hoc successu exultans animísque Chorebus.

Succedaneus a, neum, Suppositus vicarius, Vng suffragant, ou vicaire. Plaut. in Epid. 3. 37, Mén' piacularem oportet fieri ob stultitiam tuam, vt meum tergum stultitiæ tuæ subdas succendaneum? Legitur & succidaneum, pro eodem. Vlpianus de administratione tutorum, Nec patiuntur succidaneos se esse alieni periculi.

S V C C E N S E O, succenses, succensui, succensere, In re graui, & iusta ex causa irasci, & quasi censuram exercere, Se courroucer contre aucun. Plaut. in Asin. 3.36, Aut cur postremo filio succenseam, patres vt faciunt cæteri? Idem in Mil. 10.101, Iampridem quia nihil abstulerit, succenset cellaria. Idem in Capt. 12.22, An obsecro hercle te, id nunc succenses mihi? Id est, an propter id, vt interpretatur Donatus. Terent. in And. 2.3.2, Si id succenseat nunc quia non det tibi vxorem Chremes; ipsus sibi esse iniurius videatur. Ibidem, 4.1.30, Et is nunc propterea tibi succenset, nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.

S V C C E N T V R I O, succenturias, succenturiare, Propriè significat explendæ cẽturiæ gratia numerum supplere, authore Festo.

Succenturiatus, succenturiata, succenturiatum. Succenturiati milites dicuntur, non primæ, sed secundæ centuriæ, vbi ad insidiandum maximè collocabantur: ex quo in succenturijs, quasi in insidijs, quempiam positum appellamus. Terent. in Phor. 1.4.54, Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero succenturiatus.

S V C C E R D A, succerdæ, f. g. Stercus suillum. Titinnius, Quid habes, nisi vnam arcã sine claue, eò condis succerdas. Festus

S V C C E R N O, succernis, succreui, succernere, Subdiuidere, Cribler. Plinius, Farinario cribro succernũt. Plaut. in Pseud. 7.10, Nam ille quidẽ gradus succretus est cribro polinario.

S V C C E S S O R, S V C C E S S I O, vide S V C C E D O.

S V C C I D O, succîdis, succídi, succísum, succídere, Ex sub & cædo, Couper.

Succidere, Metere. Virg. At rubicunda Ceres medio succiditur æstu.

Succidaneus succidanea succidaneum. Succidaneæ hostiæ dicebantur, quæ secundo loco cædebãtur. Apud veteres enim, si primis hostijs litatum non fuerat, aliæ post easdem ductæ hostiæ, cædebantur duæ, quæ prioribus iam cæsis, luendi piaculi gratia subdebantur.

Succidaneus pro vicario, vide succedaneus vide in S V C C E D O.

Succidia succidiæ, f g. Tergum, siue massa carnis porcina salita, & in necessarium vsum seruata: quæ quoties opus est, succiditur. Nonius succidiã pro lardo exponit. Succidia continet pernam, petasonem, & lardum. Varro, Non à succidendo, sed à suibus cædendis, siue edẽdis. nam id pecus primùm occidere cœperunt: & vt id seruarẽt, salire. Idem, lib. 2. cap. 4, Quis enim nostrum fundum colit, quin sues habeat, & qui non audierit patres nostros dicere, ignauum & sumptuosum esse, qui succidiam in carnario suspenderit, potius ab laniario, quàm ex domestico fundo? Cic. de senectute, 52, Iam ortum ipsi agricolæ alteram succidiam appellant.

Succida succidæ, f. g. Lana, à succidẽdo: quòd talis sit, qualis succisa est, hoc est, plena sordibus. Varro lib. 2. cap. x 1. de re rust. à sudore deriuat: dicit enim, Tonsuræ tẽpus inter æquinoctiũ

vernum & solstitium, cum sudare incœperunt oues: à quo sudore, recens lana tonsa, succida est appellata. Iuuenalis, Qualis scena tamen? Vinum quod succida nolet Lana pati.

Succisiuus, succisiua, succisiuum, Tẽpus dicitur quod subtrahitur à rebus necessarijs, vt ad aliquem vsum accommodemus, Temps desrobé. Gellius, Quantum autem vitæ mihi deinceps deûm voluntate erit, quantúmque à cura & à re familiari procurandóque cultu liberorum meorũ dabitur otij, omnia succisiua & subsecundaria tẽpora ad colligẽdas huiusmodi memoriarum delectatiũculas conferam. Plin. Homines enim sumus, & occupati officijs, succisiuisque temporibus ista curamus, id est nocturnis, nequid nostris putetis cessatum horis, dies vobis impendimus, cum somno valetudinem computamus.

Succisiuæ operæ. Cic. Philipp. 1, Nec verò tibi de versibus respõdebo: tantum dicam breuiter, neque illos, neque vllas te omnino literas nosse: me nec reip. nec amicis vnquam defuisse: & tamen omni genere monimentorum meorum perfeciſſe operis succisiuis, vt meæ vigiliæ, meæque literæ & iuuentuti vtilitatis & nomini Romano laudis aliquid afferrent.

SVCCIDO, súccidis, súccidi, succasum, succídere, Quasi subtus cadere, Cheoir embas. Gellius, Iam continuo labore grauia genua succiderãt. Plaut. in Curcul. 7. 30, Tenebræ oboriũtur, genua media succidunt, lassitudine hercle credo.

Succiduus succidua succiduum, Qui est pronus ad cadẽdum, siue fermè cadẽs. Claud. lib. 3, Succidui titubant gressus.

SVCCINGO, succingis, succinxi, succinctum, succingere, Ceindre. Succingere vestimenta, Trousser. Vt expeditiores simus ad agendum.

Succingere aliquem terrore, Enuironner. Plin. in Paneg. 79, Frustra se terrore succinxerit, qui septus charitate non fuerit, armis enim arma irritantur.

Succingulum succinguli, n. g. Balteum inquit Festus. Vng baudrier que on ceint entour soy.

Succinctus succincta succinctum, Qui est ceinct.

Succinctus, Breuis. vt succincta oratio.

Succinctè aduerbium, Brieuement.

SVCCINO, succinis, succinui, succẽtum, succínere, Quasi submissa voce canere. Soubchãter.

Succento succentas, & succentor succentaris, deponens, Frequentatiuum.

Succentor, succentoris, Soubchantre, Qui minimam eleuat vocem.

SVCCINVM, succini, n. g. Electrum desudans ex arboribus, ambrum vulgo dicitur, Ambre. Plin. lib. 37. cap. 2, Proximum locum in delicijs fœminarum tamen adhuc tãtum succina optinent, eandem omnia hæc quam gemmæ authoritatem, sanè maiorem aliquibus de caussis crystallina & murrhina, rigidi potus vtraque. In succinis causſam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occasio est vanitas Græcorũ diligentiæ. Ibidem cap. 3, Succina etiam gemmis, quæ sunt translucidæ, adulterandi magnum habent locùm, maxime amethystis, cũ omni colore tingant.

Succinus succina succinum: vt succina gutta. Martialis, Cum Phaetontea formica vagatur in vmbra, Implicuit tenuem succina gutta feram.

SVCCISIVVM tempus, vide SVCCIDO, succîdis, penultima producta.

SVCCORTRILA, verbum antiquum, Vox tenuis & alta, authore Festo. Titinnius, Fœmina fabula succortrila vocula.

SVCCOLLO, succollas, succollare, Collum supponere, sustollere, subleuare ceruicibus subiectis, quod propriè est eorum qui aliquem in lectica gestant. Suet. de Nerone, Matris sæpe lectica per publicum simul vectus est: ei succollabant bini, duodenique serui, quibus longo in itinere vicarium in laborem alij succollabant. Idem in Othone, cap. 6, Tunc abditus properè muliebri sella in castra contendit, ac deficientibus lecticarijs, cum descendisset, cursúmque cepisset, laxato calceo, restitit: donec omissa mora succollatus, & à præsente comitatu imperator consalutatus, inter faustas acclamationes &c.

SVCCRESCO, succrescis, succreui, succretum, succrescere, Inferius vel paulatim crescere, Surcroistre. Plautus in Trin. 3. 7, Interim mores mali quasi herba irrigua, succreuerunt vberrimè.

SVCCVBO, succubas, succubare, Inire. Inde

Succubi dæmones, dicuntur qui sub humana specie corporum assumpta, se viris subijciunt: Sicut incubi qui mulieres ineunt.

SVCCVMBO, succumbis, succubui, succubitum, succumbere, Subijci, Cheoir & tomber soub quelque chose. vt succumbere oneri.

Succumbere ſenectuti, Tomber de vieilleſſe, & defaillir. Cic. de ſenect. 33, Quatuor robuſtos filios, & filias quinque, tantam domũ, tantas clientelas Appius regebat & ſenex & cæcus. Intentum enim animum, tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccũbebat ſenectuti.

SVCCVRRO, ſuccurris, ſuccurri, ſuccurſum, ſuccurrere, Auxiliũ præſtare, Secourir. Virg. Non ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Terent. in Adel. 5.3.6, Reſciuit omnem rem, id nunc clamat ſcilicet: paratæ lites, ſuccurrendum eſt.

Succurrere, In mentem venire, Souuenir. Cic. Neque enim mihi ſuccurrebant verba, quæ ante diſceſſum à Dolabella audieramus, Ne me venoiẽt point a memoire. Plin. epiſt. 12.e, Nam quæ audiui, quæ legi, ſponte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur.

SVCCVS, ſucci, m.g. à ſugo, quaſi ſugus: eſt humor quem ex alimentis membra ſugunt vt ſe repleant. Suc, moylle. Plaut. in Aſin. 5.27, Is habet ſuccum, is ſuauitatem, eum quouis pacto condias &c. Terent. in Eunucho, 2.3.26, Color verus, corpus ſolidum, & ſucci plenum. Plaut. in Capt. 3.13, Suo ſibi ſucco viuunt (ſubaudi cocleæ) ros ſi non cadit.

Succus etiam dicitur quod ab aliqua re manat, puta ab arbore liquor. Plin. Arborum ex quibus manat ſuccus, aliæ picem, aliæ reſinam mittunt.

Succus, ſuccus, ſuccui, m.g. Ipſa humoris ſorbitio. Plin. lib. x, Caprorúmque vberibus aduolant, ſuccum propter lactis: qua iniuria vber emoritur.

Succulentus ſucculenta ſucculentum, Plein de ſuc, ou de moyelle.

Succidus ſuccida ſuccidum, Idem. Plaut. in Mil. 10.52, Minime ſputator, ſcreator ſum itidem, minime ſuccidus. Ibidem, 191, Lautam vis, an quæ nondum ſit lauta? PA. ſicco ſuccidam, quàm lepidiſſimam potes.

SVCCVSSO, ſuccuſſis, ſuccuſſi, ſuccuſſum, ſuccutere, Subtus quatere, Donner ſecouſſe, cõme faict le cheual qui va trop dur.

Succuſſo, ſuccuſſas, ſuccuſſare, Frequentatiuum, Frequenter, excutere, Quod propriè de æquo dicitur, Secouer, ou faire ſecouſſe. Eſt qui concutiendo ſeſſorem graditur. Actius, Agite, ac vulnus ne ſuccuſſet greſſus, cautè ingredimini.

Succuſſor, ſuccuſſoris, m.g. Equus qui ſuccuſſat ſeſſorem, Qui va ſi dur, quil ſecoue ſon homme.

Succuſſarius ſuccuſſarij, m.g. Idem.

Succuſſator ſuccuſſatoris, m.g. Idem. Lucil. Succuſſatoris tardi rarique caballi.

Succuſſatura ſuccuſſaturæ, Talis greſſus, Trot de cheual, donnant ſecouſſe.

SVCTVS, ſuctus, ſuctui, m.g. à ſugo ſugis, Ipſa (vt ita dicam) ſorbitio humoris. Varro, Vt crementa corpora fierent maiora, paruo vt ſuctu candida lactis.

SVCVLA, ſuculæ, f.g. Diminutiuum à ſue.

Suculæ dictæ ſunt ſtellæ, quæ alio nomine vocantur hyades, à pluuia. Nam & oriẽtes & occidentes, tempeſtates & pluuias cient. Exoriuntur XII CAL. Iulij.

Sucula; Genus intimæ veſtis. Plaut. in Rud. 24.126, Pòſt eſt ſicula argẽteola, & duæ connexæ maniculæ, & ſucula. G. quin tu i dierecta cum ſucula & porculis.

SVDES, ſudis, f.g. Pertica ſeu genus teli militaris, hoc eſt paxillus igni torridus. Virg. Sudibúſve præuſtis. Idem lib. 1. georg. Quadrifidáſve ſudes, & acuto robore vallos. Seruius, Vallus & ſudes, idem eſt.

SVDO, ſudas, ſudare, ἀπὸ τοῦ ὕδωρ, quod aquam, vndámque ſignificat, deriuatũ exiſtimãt. Abſolute aliquando ponitur. Horatius, Sudauit & alſit, Il a ſué.

Cum ablatiuo aliquando. Liuius, Et ſcuta duo ſanguine ſudaſſe.

Cum accuſatiuo, ſignificat producere, Ietter hors, rendre. Virg. Et duræ quercus ſudabant roſcida mella.

Sudare, per tranſlationem dixit Terentius in Phor. 4.3.23, Eia ſudabis ſatis, ſi cum illo incœptas homine, ea eloquentia eſt, Tu auras fort a faire, iuſques a ſuer.

Sudatorius ſudatoria ſudatorium. Plaut. in Sticho, 4.73, Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam, vel vnctiones græcas, ſudatorias, vel alias malis.

Sudor ſudoris, m.g. Sueur.

Sudarium ſudarij, n.g. Linteũ quo ſudor facie detergitur, & nares purgantur, Vng moucheoir. Suet de Nerone, Adoperto capite, & ante faciem obtẽſo ſudario equum aſcendit, quatuor ſolis comitantibus, & mox ligato circa collum ſudario prodierat in publicum.

Sudariolum ſudarioli, diminutiuum.

SVDVM, ſudi, n.g. quaſi ſemiudum, eſt enim propriè pars ſerena inter nubes. Sudum, ſerenum tempus poſt pluuiam. Plautus in Mil. 3.2, Curate vt ſplendor meo ſit cly-

peo clarior, quàm ſolis radij eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent. Idem in Rud. 4.35, Qui pergamus villam dum ſudum eſt? Ce pendant quil faict beau.

SVESCO, ſueſcis, ſueui, ſuetum, ſueſcere, Suetudinem capere, Saccouſtumer. Cic. Metello, à te id quod ſueſti peto, me abſentem diligas, atque defendas. Claud. lib. 3, Poſt hæc cunabula dulci Ferre ſinu, ſummóque Ioui deducere paruam Suerat, & genibus ludentem aptare paternis.

SVFFARCINO, ſuffarcinas, ſuffarcinare, Succingere, degrauare, onerare. Plaut. in Curcul. 7.10, Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant, qui incedũt ſuffarcinati cum libris, Trouſſes. Terent. in And. 4.5.31, Verùm vidi Cantharam ſuffarcinatam. Donatus, Proprium eſt anibus ſuffarcinatas eſſe.

SVFFERO, ſuffers, ſuſtuli, ſublatum, ſufferre, Suſtinere, Soubtenir, ſupporter. Virg. Nec clauſtra nec ipſi Cuſtodes, ſufferre valent. Terent. in Heaut. 3.1.44, Satrapes ſi ſiet amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat. Sufferre laborem apud Plautum in Merc. 22.20.

Sufferre, Pati, Endurer, porter patiemment. Plaut. in Curcul. 8.6, Si magis me inſtabunt ad prætorem ſufferam. Idem in Merc. 4.4, Simul enicat me ſpiritus, vix ſuffero hercle anhelitum. Idem in Amphit. 12.19, Deinde ille actûtum ſufferet ſuus ſeruos pœnas Soſia. Terent. in And. 5.3.17, An vt pro eius peccatis ego ſupplicium ſufferam?

Sufferre, Supponere. Plaut. Intro ad vxorem meam, ſufferamque meum tergum ob iniuriam.

SVFFES, ſuffetis, m.g. Lingua Punica, conſul dicitur. Liuius, Senatum itaque ſuffetes, quod velut conſulare imperium apud Carthaginenſes erat, vocauerunt.

SVFFIBVLVM, ſuffibuli, n.g Eſt vt inquit Feſtus, veſtimentum album, prætextum, quadrangulum, oblongum, quod in capite veſtales virgines ſacrificantes habebant: idque fibula comprehendebatur.

SVFFICIO, ſufficis, ſuffeci, ſuffectum, ſufficere, Satis eſſe, Suffire a quelque choſe. Conſtruitúrque cum datiuo. Plin. epiſt. 226, Mihi autem vel ſola voluntas tua ſuffeciſſet. Idem epiſt. 96. d. lib. v, Igitur ſufficere tibi debet, ſi exhæredatus à matre, quartam partem ab hæredibus eius accipias. Stathius, lib. v. ſyl. Vade puer, tantiſque enixus ſuffice donis. Plin. in Paneg. 130, Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit? quis adeò expetitis honoribus aut deſeruit, aut ſufficit? Idem epiſt. 151.a, Nunquam ſecundis rebus intumuit, nũquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit, eademque firmitate animi laboribus ſufficit, qua nunc otium patitur. Suet. de claris gram. 23, Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret, Il ne pouoit porter les deſpens.

Sufficere, Sine datiuo. Virg. lib. 5, Nec nos obniti contrà, nec tendere tantum Sufficimus, Nous ne pouons.

Nec ſufficit vmbo Ictibus, Il ne peult porter ou endurer les coups. Virg. lib. x 1.

Sufficere, cum accuſatiuo, Subminiſtrare. Virg. lib. 2. georg. Ipſa ſatis tellus cum dente reclúditur vnco, Sufficit humorem. Idem, Ipſe pater Danais animos viréſque ſecũdas Sufficit, atque deos in Dardana ſuſcitat arma.

Sufficere, Subſtituere, Mettre aucun en la place dung autre. Virg. lib. 2. georg. Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. Cic. pro L. Murena, Nã ne ſufficiatur conſul, nõ timẽt.

Sufficere, Maculare. Cic. in Hortenſio, Vt ij qui conuiuijs purpuram tamen ſufficiunt, pòſt ſanant medicamentis quibuſdam.

Sufficit, impersonale, Il ſuffit. Vt ſufficit ſcire quid bonum.

Sufficit ad. Quintilianus lib. 1, Ad quas nec mens, nec corpus, nec dies ipſa ſufficiat.

Suffectus, ſuffectâ, ſuffectum, Qui eſt ſubſtitué en la place de celuy qui eſt mort.

SVFFIO, ſuffis, ſuffiui, ſuffitum, ſuffire, Suffumigare, Faire encenſemens, encenſer. Plin. Hipocrates ruta vuluarum cauſſa naturam ſuffire iubet. Virg. lib. 4. georg. At ſuffire thymo, ceráſque recidere inanes Quis dubitet?

Suffitus, ſuffita, ſuffitum, Encenſé. Plin. Aniſum dolores capitis leuigat ſuffitum naribus.

Suffitus ſuffitus, m.g. Suffumigatio, Encenſement. Plin. Et vuluarũ cõuerſionem ſuffitu excitãt.

Suffitio ſuffitionis, f.g. Idem. Plin. Orpheus, & Heſiodus ſuffitiones commendauere.

Suffimentum ſuffimenti, n.g. Idem. Plin. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueuerũt.

Suffimenta à veteribus dicta ſunt quæ fieri ſolebant ex faba, milióque molito, mulſo ſparſo, vt inquit Feſtus. Ea dijs eo tempore dabantur, quo vuæ calcatæ prælo premebantur.

Suffitor ſuffitoris, Qui ignem inſufflat in flatis buccis.

SVFFISCVS, ſuffiſci, m.g. Folliculus teſtium arietinorum quo vtebantur pro marſupio. A fiſci ſimilitudine dictus.

SVFFLO, ſufflas, ſufflare, Souffler. Hoc fieri ſolet, quum ignem accendere volumus. Plinius, Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignũ præceptore puerũ, ſufflantẽ languidos ignes.

Sufflare buccas, Enfler. Plaut. in Sticho, 14.41, Age tibicen, quandò bibiſti, refer ad labia tibias, ſuffla celeriter tibi buccas, quaſi proſerpens beſtia.

Sufflauit neſcio quid vxori. Plaut. in Caſina, 13.19, Verùm hic ſodalis tuus, amicus optimus neſcio quid ſe ſufflauit vxori ſuæ, negauit poſſe, quando arceſſo, mittere. Ie ne ſcay quil luy a mis ou ſouffle en loreille & dict.

Sufflatus ſufflatus ſufflatui, m.g. Soufflement.

Sufflamen ſufflaminis, n.g. Retinaculum quo decurrens aqua inhibetur. Eſt enim machinæ genus, quo in deſcenſu vel procurſu nimio, rota ſolet retineri.

SVFFOCO, ſuffocas, ſuffocare, Ex ſub & faux compoſitum, au in o productam conuerſa, ſignificat ſpiritum præcludere, & veluti obſtrictis faucibus. Eſtrangler. Ouidius, Suffocent animam dira venena tuam.

SVFFODIO, ſuffodis, ſuffodi, ſuffoſſum, ſuffodere, Subtus cauare, Fouyr, cauer par deſſoub. Columella lib. 2, Neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & ceſpites excitet.

Suffoſſus, ſuffoſſa, ſuffoſum, Fouy par deſſoub.

Suffoſſi equi dicũtur, quos vulgo ceſpitatores vocãt, Virg. lib. x1, Suffoſſo reuolutus equo.

SVFFRAGOR, ſuffragaris, ſuffragari, Adiuuare, fauorem ferre. Virg. Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus. Aider, donner ſa voix a aucun, fauoriſer, faire port a aucun.

Suffragator ſuffragatoris, m.g. Qui fauoriſe, donne ayde & ſecours, ou ſupport. Plaut. in Caſi. 6.20, Ibi ego te, & ſuffragatores vlciſcar tuos. Plin. epiſt. 64.b, Addebat quoſdã ex ſuffragatoribus: illi grauiter & paucis loquebantur. Idem in Paneg. 149, Vt idem honoribus noſtris ſuffragator in curia, in campo delator exiſteres.

Suffragium ſuffragij, n.g, Auxiliũ ſignificat, Aide, port que on faict a aucun, & faueur.

Suffragium, Voces illæ quæ dabantur in comitijs, & in tabellis deſcribebantur, quibus vnuſquiſque ſuam declarabat voluntatem de aliquo in magiſtratum eligendo. Fuit olim modus geminus ferendi ſuffragij in concilijs, & ſententiæ dicendæ in iudicijs. Interdum enim voce, interdum tabella eo munere fungebãtur. Cic. lib. 3. de legibus, Dicam Attice, & verſabor in in re difficili, ac multum & ſæpe quæſita: ſuffragia in magiſtratu mandando, ac de reo iudicando, qui lege aut rogatione damnatur, palàm ferre melius eſſet. Deinde legum tabellarium meminit, id eſt, quæ de ſuffragio tabellari latæ ſunt. Quoniam verò magnificentius erat atq; innocentius voce quàm tabella quippiam decerni, ideò in oratione cõtra Rullum ita inquit, Sed tamen magnificẽtius atque ornatius eſſe illo nihil poteſt, quòd meis comitiis non tabellam indicem tantæ liberalitatis, ſed vocem viuam præ vobis indicem veſtrarũ erga me voluntatũ ac ſtudiorũ tuliſtis. Et pro Plancio, Etenim ſi populo grata eſt tabella quæ frontes operit hominũ, mentes tegit, dátque libertatẽ, vt quod velint faciant, promittãt autem quod rogentur: cur tu in iudicio exprimis, quod non fit in campo?

Suffragium, à frango frangis, fra ſyllaba correpta, inuenitur. Ouid. de Nuce, Quid niſi ſuffragium nymbis ruitantibus eſſem?

SVFFRAGO, ſuffraginis, f.g. Dicitur in poſterioribus pedibus animalium, quod in prioribus genua. Vel eſt nodus ſub crure, quo pedis verſura conſtat, tibiæque ita annectitur pes, vt verti poſſit: id quod ſpectamus in bobus, equis, & cæteris armentis. Dictæ ſuffragines quòd ſuffringantur, hoc eſt, in altum frangantur. Conſtat ſanè genua animalium, quæ animal generant, ante ſe flectere: ſuffragium verò artus in aduerſum. Quemadmodũ igitur poplites dicti ſunt, quòd pòſt plicentur, ita ſuffragines, quòd ſupra frangantur. Plin. Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulũ ſuffraginis contingat. Idem, Aues & quadrupedes alas in priora curuant, ſuffragines in poſteriora.

Suffragines dicuntur etiam vitis ſoboles. Columella lib. 4. cap. 14, Et ſi ſoboles, quam ruſtici ſuffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantãda, ferróque alleuanda eſt, vt hybernas aquas reſpuat.

Suffraginoſus ſuffraginoſa ſuffraginoſum. Equus ſuffraginoſus, cuius ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. Columella lib. 7, Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur.

SVFFVERAT, pro ſub eodem tecto fuerat, ſcripſere veteres, inquit Feſtus.

SVFFRINGO, ſuffringis, ſuffregi, ſuffractum, ſuffringere, Aliquantulũ, ſiue per mediũ frãgere. Plaut. in Rud. 24. 15, Homini iſti talos ſuffringi volo. Idem in Truc. 12. 6, Sine quãtulo mihi opere nunc perſuaderi poteſt, vt ego hiſce ſuffringam talos.

SVFFVLCIO, ſuffulcis, ſuffulciui, ſuffulcitum, ſuffulcire, Subſtinere, Appuyer, ſoubtenir. Varro, Vt maioribus perticis ſuffultæ vites, auras non pertimeſcant. Plaut. in Milit. 5. 54, Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulcit ſuo.

SVFFVNDO, ſuffundis, ſuffuſi, ſuffuſum, ſuffundere, Supra fundere, aut deorſum inijcere. Ietter ou verſer eaue ou autre liqueur par deſſus, ou en bas. Plaut. in Curcul. 4. 3, Mane, ſuffundam aquulam. Idem in Ciſtell. 2. 27, Clàm ſi occaſio vſquã eſt, frigidam ſubdole ſuffundunt. Columella lib. 7, Laſſæ & æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur, vtrunque in os ſuffunditur.

Suffundere, Forinſecus ſpargere. Virgil. lib. 1. georg. At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem, Ventus erit. Seruius, Suffuderit, Forinſecus habuerit. Quelle iette par dehors.

Suffundere, Confundere, ſiue rubore multo perfundere. Plin. in Paneg. 78, Ad hæc ipſe occurſu quoque, viſúque terribilis, ſuperbia in fronte, ira in oculis, fœmineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore perfuſa.

Suffuſus maleuolẽtia in cæteros, Id eſt inſperſus, Plein de maleuolence cõtre autres. Cic. Lentulo, Noui animũ cum mihi amiciſſimũ, tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.

Suffuſio ſuffuſionis, f. g. Morbus oculorũ, vulgo cataractam vocant. hæc paracẽteſi curatur. Eſt autem paracenteſis, quæ manu fit à chirurgis, dum curari aliter morbi nõ poſſunt. Inungitur priùs locus, deinde vel acus vel hamulus infigitur, idque paracenteſis dicitur.

SVFFVNDO, ſuffundas, ſuffundare, Faire fondement, edifier par deſſoub, mettre par deſſoub.

Suffundatus ſuffundata ſuffundatũ, Subiectũ. Dictum à fundamentis, inquit Nonius. Varro, Antiqui noſtri domibus lateritijs paululum modo lapidibus ſuffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.

SVFFVROR, ſuffuraris, ſuffurari, Deſrober ſecretement. Clàm furari. Plaut. in Truc. 11. 13, Hæc cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, de præda prædam capio.

SVGGERO, ſuggeris, ſuggeſſi, ſuggeſtum, ſuggerere, Subminiſtrare, Adminiſtrer, donner. Plaut. in Menæh. 5. 30, Madida quæ mihi appoſita menſam miluinam ſuggerant.

Suggerunt feras ſyluæ. Plin. epiſt. 32, Nam lacus piſcem, feras ſyluæ, quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte receſſus affatim ſuggerunt.

Suggerere ſumptus, Bailler ou fournir aux deſpens. Terent. in Adel. 1. 1. 37, Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat? cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris?

Suggeſtus, ſuggeſtus, ſuggeſtui, m. g. vel ſuggeſtum ſuggeſti, n. g. à ſuggero, quòd ibi ligna ſuggerãtur, in quib⁹ ſtari poſſit. Significat enim locum editiorem. Varro lib. 3. de re ruſt. cap. v, Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe peripetaſmata, prodeunt anates in ſtagnum.

Suggeſtus, Pulpitum, hoc eſt locus excelſior, vnde oratio haberi ad populum ſolet. Vne chaire a preſcher.

SVGGRVNDA, ſuggrundæ, f. g. vel ſuggrundia ſuggrundiorũ, Partes tecti prominentes, quibus ſtiricidia à parietibus arcentur: qualia ſunt fere Lugdunenſia tecta. Varro lib. 3. de re ruſt. Aues ſubtus ſuggrundas, ab initio villatico vſæ tecto.

Suggrundatio ſuggrundationis, fœ. g. Victruuius lib. 4. cap. 2, Sub tectis, ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio culminis, vnde & columnæ dicũtur, & tranſtra, & capreoli. Si cõmoda, columen, & canterij prominentes ad extremam ſuggrundationem.

Suggrundaria veteres dicebant ſepulchra infantium, qui necdum XL dies impleſſent, vt inquit Fulgentius Placiades: nec buſta dici potuerunt, quia oſſa quæ comburerentur, non erant: nec tanta magnitudo cadaueris quæ loco tumeſceret.

SVGILO, ſugilas, ſugilare, Ex percuſſu carnem maculare. À ſugendo: quòd ſuccus, hoc eſt liuor deducatur.

Sugilare, Propriè de facie dicitur, cum contuſa facies liuidis maculis dehoneſtata eſt: ſic enim ſugillata in facie dicuntur, vt vibices in corpore. Plin. lib. XIII, de ſale loquens, Vtilis ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugilatiſque cum myrrhæ pari pondere. Idem lib. 27, Caſeus recens cum melle ſugilata emendat. Idem lib. X, Cinis allij ex oleo & garo illitus, ſugilata aut liuentia, ad colorem reducit.

Sugilare, Deridere, detrahere, accuſare, damnare, reprehẽdere, infamiæ notam inurere. Liui⁹, Legati grauiter ferentes ſe ſugilatos eſſe.

S V I, ſibi, pronomen reciprocum. Duo ſunt pronomina reciproca: alterũ primitiuũ, quod vocant Sui, ſibi, ſe, à ſe, omnis generis, & vtriuſque numeri: Alterũ poſſeſſiuum, ſuus ſua ſuum. Reciproco pronomine nunquã latinè vtimur, niſi aliquod præceſſerit nomen in eadẽ oratione, aut altera vnita per copulã, ad quod referatur. nam Vis patrem ſuũ, Poni ad pedes ſuos, Dedit ſibi, &c. pro illius, eius, & ei, barbarè dicũtur. Dixi aut altera vnita per copulã, nam Obſecrauit me vt ſe adiuuarẽ, Petijt me vt ſuo filio opitularer, latinè dicitur. Sed ſi tollas copulã, barbariſſimũ erit. vt, Petrũ ſemper amaui, filio ſuo nõ tã bene cupio: nõ latinè dicitur. Error vulgi vtentis, vel potius abutentis S V I pro E I V S & I L L I V S, partim inde profectus eſt, quòd nonnulli authores his abuſi videantur: partim quòd ita obſcurè vſi ſint, vt minus periti nequeant perſpicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen latinè pro S V I & S V V S, licet vti I P S I V S, E I V S, vel I L L I V S, & maximè amphibologiæ vitandæ cauſſa: nõnũquã varietatis aut ornat⁹ gratia. Omnes optãt quod ſibi vtile eſt, tibi, ipſi. Ille repetit quod ſuũ, ſiue ipſius eſt. Hæc indifferentia ſæpe fit interuentu præpoſitionis, ſed crebrius per I P S E quàm I S. Quintil. Quanquã aliqui reperiũtur, qui ne id quidem quod in ipſos recidere poſſet, euitent.

Hæc autem præpoſitio I N T E R, id habet peculiare, vt ſi anteceſſerit genitiuus, datiuus, aut ablatiuus, ſemper liceat vti I P S E & S V I. Si præceſſerit accuſatiuus aut nominatiuus, reciprocũ poſtulat. Cic. Nec mihi cæterorum iudicio videtur ſolum, ſed etiam ipſorum inter ipſos cõſenſu. Id de genitiuo exemplum eſt: nũc de datiuo. Quintilianus, Circa quem inexplicabilis & grãmaticis inter ipſos & philoſophis pugna eſt. De ablatiuo, Idem, Nã in magnis quoque authoribus incidunt vitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiã mutuò reprehẽſa. Exempla de nominatiuo & accuſatiuo. Cicero, Quòd inter ſe omnes partes quodam lepore cõſentiũt. non, inter ipſas. Idem, Damonem & Pythiam Pythagoreos ferũt hoc inter ſe fuiſſe animo. non, inter ipſos. Id quod dictum eſt de primitiuo, itidem fit in poſſeſſiuo S V V S. Tamen hic nonnulla differentia eſt, eam vide,

Si ſubſtantiuũ reciproci S V V S, reſpicit ad ſuppoſitum verbi, id eſt, nominatiuũ, qui præcedit verbũ: tum elegãtius vtimur S V V S quàm I P S E, aut E I V S: vt, miſeretur noſtri deus propter ſuam clementiam. Inclamat me ante domũ ſuam, potius, quàm eius. Si ſubſtantiuũ reſpicit ad appoſitũ verbi, id eſt, obliquũ qui ſequitur verbũ, tum præſtat vti I P S E, aut I S, quàm S V V S, vt, Eieci columbã è nido ipſius. Alloquutus ſum Petrũ ante domum eius: potius, quàm ſuam. Tamen nec ratio nec authoritas vetat contrariũ fieri. Si tamen appoſito adiungatur adiectiuũ aut verbũ, ad quod fiat reciprocatio: S V V S vtendũ eſt, nõ I P S I V S. Video columbam triſtem in periculo pullorum ſuorum.

Suus, poſſeſſiuum non ſemper reciprocè accipitur, ſed interdum pro proprius, vt, ſuus cuique mos eſt, ſua cuique ſententia. Trahit ſua quenque voluptas. Phœbo ſua ſemper apud me Munera ſunt. Sua cuique reddenda ſunt. Viuit cum ſuis. Inuentus eſt inter ſuos, &c.

Sibi aliquãdo iungitur S V O, nulla neceſſitate, ſed tantũ veluti cuiuſdã feſtiuitatis gratia. Cic. Suo ſibi victitant ſucco. Columella, Suo ſibi iure abluuntur. Terẽt. in Adelph. 5. 8. 36, Suo ſibi hunc gladio iugulo.

Vide S V V S ſuo ordine.

S V I L L V S, ſuilla, ſuillum, vide S V S.

S V L C V S, ſulci, m. g. Proſciſſio terræ. Vne roye. Vnde tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus, id eſt, ter, quater, quinquies arando. Plinius, Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe, cum dixit, Ipſa ſeges demũ votis reſpondet auari Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſentit. Hoc eſt, quæ bis per æſtatem, bis per hyemem aratur. Idem, Spiſſius ſolum, ſicut plerunque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt.

Sulcus pro foſſa ponitur, quãdo & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Virg. Auſim vel tenui vitem committere ſulco.

Sulci (inquit Feſtus) appellantur qua aratrũ ducitur, vel ſationis faciendæ cauſſa, vel vrbis condendæ: vel foſſura rectis lateribus, vbi arbores ſerantur.

Sulcus (inquit Nonius) omne quicquid in longitudine aculeatum eſt, dici poteſt veterũ authoritate doctorum. Virg. Et linguis micat ore triſulcis.

Sulcatim, aduerbium, Per ſulcos. Pomponius, Gerens præterea ſulcatim conciſam faciem.

Sulco ſulcas, ſulcare, Sulcos facere, proſcindere, Coupper la terre, y faire royons. Columella lib. XII, In ſubacta iam terra latiores porcæ ſulcantur.

SVLPHVR, ſulphuris, n.g. Soulfre. Scribi poteſt & ſulfur. Plin. lib. 35. cap. 15, Naſcitur in inſulis AEolijs inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobiliſſimũ in Melo inſula. In Italia quoque inuenitur Neapolitano, Campanóque collib⁹, qui vocãtur leucogæi: quod eſt cuniculis effoſſum, perficitur igni. Genera quatuor. &c. Lege totum caput.

Sulphuratus ſulphurata ſulphuratum, Quod ſulphur habet.

Sulphurata ligna dicuntur exilia, ſulphure ab vtraque parte intincta, ad accendẽdas lucernas. Allumettes. Martialis, Qui pallentia ſulphurata fractis Permutat vitreis.

Sulphuraria ſulphurariæ, Locus vbi ſulphur coquitur.

SVLTIS, veteres dixerunt pro ſi vultis. Plaut. in Capt. 7. 97, Seruate iſtum ſultis, intus ſeruí, ne quòquam pedem efferat ſine cuſtode. Idem in Amphit. 1. 1, Hoc agite ſultis, ſpectatores, nunc iam.

SVM, es, eſt, Verbum ſubſtantiuũ, dictũ quòd per ſe ſubſtet, nec indigeat alio, ſed in ipſum cætera verba reſoluãtur. vt ego lego, id eſt, ego ſum qui lego. tu legis, tu es qui legis.

Sum, ſæpenumero præpoſitis pronominibus demonſtratiuis, non poſitum intelligitur. Virg. Hic Cæſar, & omnis Iulia progenies. Idem, Túne ille AEneas, quem Dardanio Anchiſe. Idem, Nam Polydôrus ego.

Sæpe etiam demõſtratiuis aduerbijs poſitis, nõ eſt neceſſe huiuſmodi verbum ponere. Virg. Ecce tibi Auſoniæ tellus.

Item, nomine ſubſtantiæ poſito idem verbũ frequẽtiſſimè deficit. Lucanus lib. 1, Quis furor, ô ciues? quæ tanta licentia ferri? Virgil. Quis tibi tunc Dido cernentia talia ſenſus, Quóſve dabas gemitus?

Qualis quoque & Quantus, ſi addantur in oratione, deſunt aliquando verba ſubſtantiua. Iuuenalis, O qualis facies, & quali digna tabella.

Sum, copulat aliquando ſimiles caſus. Virg. Rex erat AEneas nobis.

Sum, Genitiuo iungitur quinque modis. Primo, quando ſignificat poſſeſſionem. Virg. Cuium pecus? an Melibœi? Plaut. in Amphit. 4. 257, Equidem Soſia Amphitruonis ſum.

Secundo, quando notat laudem vel vituperationem. vt, Hoc pecus eſt magnæ vtilitatis, vel magni detrimẽti. Cuius loco aliquãdo ponitur ablatiuus. vt, Catilina fuit magna vi corporis & animi. Plaut. in Menæh. 3. 24, Ita eſt adoleſcens ipſus eſcæ maxumæ. Idem in Moſtell. 9. 86, Magni ſunt oneris, quicquid imponas vehunt.

Tertio, quando nullum habet nominatiuũ, ſed genitiuũ cum infinitiuo: & ſignificat intereſt. Vt, Diſcipuli eſt honorare magiſtrum. Plaut. in Trucul. 8. 58, Sed ſociæ vnanimãtis fidentis fuit officium facere, quod modo hæc facit mihi ſuppoſitionem pueri.

Nõ eſſe horũ te arbitror. Ie ne penſe pas que tu ſoyes de ceulx la. Terẽt. in Heaut. 5. 2. 32.

Sit, nec ſit ſpes, in te vno eſt, Plaut. in Mil. 14. 59.

Eſt, pertinens ad reſponſionem. Terent. in And. 4. 5. 50, Sed eſt Simo intus? D. eſt.

Eſt ita vt dicis. Plaut. in Trinũmo, 17. 8.

Eſt mihi iter in Lemnum. Terent. in Phor. 1. 2. 16, Euenit ſenibus ambobus ſimul, iter illi in Lemnum vt eſſet, noſtro in Ciliciam.

Eſt miſerorum, vt maleuolentes ſint, atque inuideant bonis. Ilz ont de couſtume. Plaut. in Capt. 11. 53.

Quarto, quãdo ſumitur pro valet, & ad pretiũ tendit. vt, Quãti eſt ſumito. pro, quantũ valet. Cæſar, Tanti eius apud ſe gratiã eſſe oſtendit, vti & reip. iniuriã, & ſuũ dolorẽ eius voluntati ac precibus condonet. Salluſt. Nunc vos æſtimate facta an dicta pluris ſint. Terent. in Adel. Argentũ quanti eſt ſumito. Id eſt, quãto pretio valet. Cic. lib. 2. de off. Vt cõmodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet, quàm ſuum recuperare.

Quinto, quando manſionem ſignificat. vt, ego ſum domi meæ. tu es domi tuæ. Item, domi veſtræ, domi noſtræ, domi alienæ. Vbi notãdũ eſt, quòd cum alijs genitiuis nõ iũgeretur. neq; enim diceremus, ego ſum domi honeſtę, & domi pulchræ: ſed in domo honeſta, & in domo pulchra. Et licet dicere ſum domi, & ſum in domo, ſicut egredior domo, & egredior è domo.

Sum, Datiuo etiam iungitur, & ſignificat habeo. Virg. Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ.

Eras mihi mortuus. Il meſtoit aduis que tu eſtois mort. Plaut. in Perſa, 2. 21, Mihi quidem tu iam eras mortuus, quia te non viſitaui.

Duobus datiuis, pro dat vel afficit. Plaut. in Aſin. 11. 24, Vbi periuraris, vbi ſacro manus ſis

admolitus, vbi heris damno, moleſtiæ, & dedecori ſæpe fueris. Apres que tu auras faict dõmage a ton maiſtre. Idem in Mil. 4. 14, Is eſt deriſui, quaqua incedit, omnibus. Idem in Caſi. 10. 27, Vt tibi moriger⁹ hodie, vt voluptati fui! Cic. Q. Marco, Si enim mihi fidelitas eſt tantæ voluptati, quãtæ eſt in iſto, hæc eadem bona debẽt additis literis, ſermonibus, humanitate, quæ ſunt in ipſis his commodis potiora.

Datiuo & ablatiuo. Plaut. in Milite, 10. 144, Nihil me pœnitet, quanto ſumptu fuerim tibi. Idem in Bacchid. 23. 61, Vbi tibi ſit lepide victibus, vino atque vnguentis.

Datiuo & infinitiuo, ſine nominatiuo. vt, Non eſt cuipiam fallere.

Sum, Accuſatiuo vel ablatiuo cum præpoſitione, ſub, vel apud, vel alia huiuſmodi.

Cum ad, & ſignificat expoſitum eſt vel vergit. Cæſar, Aquitania à Garumna flumine ad Pyreneos mõtes, & ad eam partem quæ eſt ad Heſperiam. Vers, ou tend a &c.

Cum apud. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 110, Dionyſia hic ſunt: hodie apud me ſis volo. Idem in And. 2. 4. 5, Proin tu face, apud te vt ſies.

Cum in. Terent. in Heaut. 2. 3. 18, Propter quam in ſumma infamia ſum, & patri minus ſum obſequens. Plaut. in Pſeud. 3. 110, In te nunc ſunt omnes ſpes ætati meæ.

Sum in metu. Plau. in Ciſtell. 5. 59, Illud paueo, & hoc formido, ita tota ſum miſera in metu. Terent. in And. 2. 2. 2. Vt metum in quo nunc eſt, adimam.

Sum in mora illi. Terent. in And. 2. 5. 13, I iam nũc intrò, ne in mora, cum opus ſit, ſies. Idem in Adel. 3. 2. 56, Curre, obſtetricem arceſſe, vt cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

Sum in noxia. Terẽt. in Phor. 2. 1. 36, Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſſam adeſt.

Fui in re præſenti. Plaut. in Amphit. 4. 95, Nam ego fui illic in re præſenti.

Sum in ridiculo. Plaut. in Caſina, 22. 3, Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo ſumus ambo.

Fuit mihi in mẽtẽ. Plau. in Amph. 4. 26, Sum verò verna verbo, nũc verò mihi in mẽtẽ fuit.

Eſt in rem cõmunem. Plaut. in Amphit. 3. 10, Eáque vt nuntiem, quæ maximè in rem veſtram communem ſient.

Cum ſub. vt, Omnes ſub cælo ſumus.

Cum pro. vt, Prætor, cum hæc agerentur, pro tribunali erat.

Cum ablatiuo ſine præpoſitione. vt, Hæc eſt præſtanti corpore. Plaut. in Bacchid. 21. 4, Scio: fui ego illa ætate, & feci illa omnia. Idem in Aulul. 15. 10, Et illæ malã rem metuant, quàm metuunt magis: & nos minore ſumptu ſimus, quàm ſumus.

Sum, ſæpe aduerbio iungitur. Plaut. in Aulul. 5. 26, Occlude ſis fores, ambobus peſſulis, iã ego hic ero. Terent. in Hecyra, 1. 2. 110, Vbi illic dies eſt complures, accerſi iubet. Virgil. Hic illius arma, hic currus fuit.

Cum infinitiuo. Terẽt. in Heaut. 3. 3. 17, Sed noſtrum eſt intelligere vtcunque: atque vbicunque opus ſit obſequi.

Sum variè vtimur, in varijs locutionibus.

Sit veſtra benignitas ad audiendum. Plaut in Mil. 4. 2. Plaiſe vous de ouyr.

Sunt ſemper bibentes in œnopolio. Plaut. in Curcul. 7 13.

Es pro ſis. vt, Bono animo es, Ayes bon courage. Plaut. in Amphit. 8. 37. Et apud Terentiũ in Heaut. 4. 6. 18.

Eſt illi cõſuetudo, Il ha de couſtume. Plin. epiſt. 237. Et apud Plautum, in Curcul. 2. 34, Si argentum eſt, emas.

Fui daturus. Terent. in Heaut. 4. 6. 13, Næ me iſtuc ex te prius audiſſe gaudeo, quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.

Opinor eſſe Hercules, tu autem Linus. Plaut. in Bacchid. 2. 47.

Sunt minus quindecim dies quòd. Plaut. in Trin. 8. 1, Minus quindecim dies ſunt, quòd pro his ædibus minas quadraginta accepiſti à Callicle.

Sunt ſeptem dies cum. Plaut. in Moſtell. 4. 39, Quia ſeptem mẽſes ſunt cum in haſce ædes pedem nemo intrò tetulit.

Éſtne, an non? Plaut. in Epid. 11. 11, Éſtne ea, an non quam animus retur meus? Idem in Trin. 14. 62, Éſtne ipſus, an nõ eſt? is eſt, certè is eſt, is profecto. ô mi here. Idem in Epid. 7. 3, Sítne quid, nécne ſit, ſcire cupio.

Eſt mihi nomen Hecyra. Terent. in prologo Hecyræ. Hecyra eſt huic nomen fabulæ. Plaut. in Menæh. 24. 9, Mihi eſt Menæhmus nomen.

In genitiuo. Plaut. in Amphit. 3. 19, Nomen Mercurij eſt mihi.

Datiuo. Plaut. in Ciſtell. 4. 6, Nam nomen eſt mihi Auxilio.

Eſt, in tertia tantũ perſona, pro conuenit. Valerius Maximus lib. 1, Non eſt inter patrem & filiũ, vllius rei cõparationem fieri, præſertim diuinitatis faſtigio iũctos. Il ne cõuient point.
Cernere eſt. Virg. Necnon & Tityon terræ omnipotẽtis alumnũ Cernere erat. Id eſt licebat.
Eſt petitum. Plaut. in Aulul. 7. 68, Nam ſi opulento ſit petitum pauperioris gratiam.
Non hercle is ſum qui ſum, ni hanc iniuriam vltus fuero. Plaut. in Menæh. 11. 7.
Fuit, cum aliquid olim factũ narraturi ſum⁹, præponere cõſueuimus. Terẽt. in Heaut. 3. 3. 39, Fuit quædam anus Corinthia hic, huic drachmarũ hæc argenti mille dederat mutuum.
Eſt ſimiliter à narraturis aliquid vſurpatur. Terent. in Eunucho, 2. 2. 17, Eſt genus hominũ, qui eſſe primos ſe omniũ rerum volunt, nec ſunt, hos conſector. Plaut. in Ciſtell. 10. 39.
Sũt qui volũt te cõuentã. Vela aucũs qui vouldroyẽt bien parler a toy. Plau. in Ciſtell. 10. 39.
Eſt quod, Id eſt, eſt aliquid quod. Plaut. in Pſeud. 4. 38, Etiã eſt quod domi dicere penè oblitus fui. Idem in Capt. 2. 53, Sed etiam eſt, paucis quod vos monitos voluerim. Idem in Aulul. 7. 26, Iam ad te reuortar, nam eſt quod viſam domũ. Iay vng peu a faire a la maiſon.
Hoc quod res eſt, La verite. Plau. in Menæh. 24. 11, Quid ego ex te audio? P. hoc quod res eſt.
Erit vbi te vlciſcar, ſi viuo. Il viendra quelque fois que ie men vengeray. ou, ie men vengeray quelque fois. Plaut. in Pſeud. 23. 35.
Eſt etiam vbi profecto damnum præſtet facere quàm lucrum, Plautus in Capt. 6. 77, Il aduient aucuneſſois quil vault mieulx &c.
Eſt verò huic credendũ Chreme. Ironicè dictum. Il eſt bon aſſauoir quil ſe faict bon fier a luy. Terent. in And. 5. 4. 14.
Eſt vt. Terent. in Phor. 5. 8. 32, Sin eſt vt velis manere illam apud te, dos hic maneat Demipho. Sil eſt ainſi que &c.
Ero vt me voles, Ie ſeray ce que tu vouldras. Plaut. in Capt. 5. 35.
Eſto, Concedentis, Ainſi ſoit, Ien ſuis content, & puis. Plaut. in Aſin. 14. 18, Eſto, iſtud curabo. Prenez que ainſi ſoit que tu dis. Terent. in Heaut. 3. 3. 11, At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum pater. c. eſto: at certè cõcedas aliquo ab eorũ ore aliquãtiſper. Eſto, pro ſit. Plaut. in Aſin. 13. 56, Hæc multa ei eſto, vino viginti dies vt careat.
Siem, pro ſim. Plaut. in Amphit. 3. 57, Quaſi neſciam vos velle, qui diuos ſiem. Terent. in Phor. 5. 4. 6, Sin patefit, in probro ſiem.
Eſt, pro euenit. Terent. in Hecyra, Nam ſæpe eſt, quibus in rebus alius ne iratus quidem eſt, cum de eadem cauſſa eſt iracundus factus inimiciſſimus.

Ens, participium præſentis temporis non eſt in vſu, authore Priſciano.

Futurus futura futurum, Participium, à ſum, Qui erit. Plaut. in Moſtell 4. 74, Quid illis futurum eſt? Idem in Pſeud. 3. 114, Satin' eſt ſi hanc hodie mulierem efficio tibi tua vt ſit? aut ſi tibi do viginti minas? c. ſatis, ſi futurum eſt. Pourueu que tu le faces. Idem in Pœnulo, 4. 90, Si quidem tu es mecum futurus pro vna penſilis. Cic. de Senect. 61, Aut etiam appetenda, ſi aliquò eum deducit, vbi futurus ſit æternus.
Sperant eſſe præſidio futurum. Cic. in Verrem, act. 7, Sed quocunque venerint, hanc ſibi rem præſidio ſperant eſſe futurum.

SVMEN, ſuminis, n. g. Fit ex papillis ſuillis vno die poſt partũ ſectis ac ſalitis. Martialis, Eſſe putas ſumen: nondum ſic vbere largo Effluit, & viuo lacte papilla tumet. Plinius libro 8. cap. 51, Hinc cenſoriarum legum paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipitia verrina, vt iam Publij mimorũ poetæ cœna, poſtquã ſeruitutem exuerat, nulla memoretur ſine abdomine, etiã vocabulo ſuminis ab eo impoſito. Hîc Plinius vult ſumen & abdomen idem eſſe. Plaut. in Capt. 14. 4, Quãta labes larido, quanta ſumini abſumedo. Sumen alii putant eſſe lac ſuis extractum, ac denſatum ſue occiſa. Vel quaſi rumen, id eſt mãmam, nomen à ſugendo deductum.

SVMMA, ſummæ, f. g. Eſt ſententiæ alicuius, aut rerũ, de quibus verba fiũt, collectio. Sõme. Virg. lib. 4. Nauiget, hæc ſumma eſt. Plaut. in Epid. 3. 2, Atque admodũ meûm mœrorũ, atque annorũ ſummã edictaui tibi. Idem in Mil. 3. 47, Quãta iſtæc hominũ ſumma? P. ſeptem milia. Idem in Pſeud. 5. 139, Sicut hæc eſt præſtituta ſummæ argentariæ dies. Plin. epiſt. 155. a, Summæ ampliſſimæ.
Sũma, dicebatur quæſtio, quod nũc principale punctũ dicimus. Quintil. lib. 3, Quæſtio latius intelligitur omnis, de qua in vtranque partem vel in plures dici credibiliter poteſt. In iudiciali autem materia dupliciter accipiẽda eſt. altero modo quo dicimus multas quæſtiones habere controuerſiam, quo etiam minores omnes complectimur. altero, quo ſignificamus ſummam illam in qua cauſſa vertitur. Le principal point.

Summa quadrans, vide QVADRO.

Summam facere, Sõmer, abbreger vng cõpte. Cic. in Verrem, act. v, Summã faciam vobis ex publicis literis & teſtimonijs ciuitatũ frumẽti in cellam imperati. reperietis quinquies tãto iudices amplius iſtum, quàm quantũ ei in cellam ſumere licitum ſit, ciuitatibus imperaſſe.

Hæc eſt ſumma. Plaut. in Perſ. 2.35, Sed hoc me vnũ excruciat. s. quidnã id eſt? T. hæc ſumma eſt, Hodie mea amica ſitne libera, an ſempiternam ſeruiat ſeruitutem?

Summatim, aduerbium, Per ſingulas ſummas. En ſomme. Apul. Omnia ſummatim tetigerat. Plin. Sed vt hac de re ſummatim dicam. Varro in præf. lib. 2. de re ruſt. Qua de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurram.

SVMMVS, ſumma, ſummum, Quod eſt omnium altiſſimum. Le plus hault. Virg. Summóque vlularunt vertice nymphæ.

Summus, Extremus. Cic. in Hortẽſio, Vixit ad ſummã ſenectutẽ valetudine optima. Plaut. in Capt. 12.84, Etſi peruiuo vſque ad ſummã ætatẽ, tamen breue ſpatiũ eſt perferendi, quæ minitas mihi. Virg. Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus Dardaniæ.

Summus, Maximus, quo nihil ſit maius. Terẽt. in Phor. 1.1.1, Amicus ſummus meus, & popularis Geta.

Summus, aliquando ſolum ponitur, & intelligitur AMICVS. Terent. in Eunucho, 2.2.40, Plurima ſalute Parmenonem ſummũ ſuum impertit gnato.

Summum beneficium, Terent. in Phor. 2.2.24. Summo clamore, Plaut. in Mec. 3.49.

Summa forma, Terent. in Eunucho, 2.3.74, Rogitas? ſumma forma ſemper cõſeruam domi videbit.

De ſummo genere natus. Plaut. in Capt. 2.30.

Sũmus vir. Plaut. in Capt. 6.29, Sũmus, atque ab ſummis viris. Et, Sũme deũm Iuppiter.

Summus, Fort profond. Plaut. in Mil. 16.16, Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur. Ibidem, 9.70, Nam è ſummo puteo ſimilior nunquam poteſt aqua aquæ ſumi.

Sũmus, Laudabilis, glorioſus. Virg. Méne igitur ſociũ ſummis adiungere rebus, Nyſe fugis?

Summè, aduerbiũ, Maximè, excellẽtérque. Plaut. in Pœ. 12.2, Eſtne hic ſeruus meus? c. ſummè hercle verò Agoraſtocles. Plin. epiſt. 243, Habui enim illũ quæſtorem in cõſulatu, mei ſummè obſeruantiſſimũ. Plaut. in Trucul. 5.5, Verùm apud hunc me hera cõſilia ſummè loquitur liberé.

Summitas ſummitatis, f. g. Altitudo, Hauteſſe. Vnde ſummitas montis.

Summates, Principes in ciuitate, qui & optimates & primates appellantur. Plaut. in Ciſtell. 2.20, Vbi iſtas videas ſummo genere natas ſummates matronas. Idem in Pſeud. 4.90, Nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ ſummatum virũm.

Summatim, aduerbiũ, Per ſumma, hoc eſt alta. Columella lib. 3, Sinautem eouſque exaruit (ſcilicet vineæ truncus) vt curuari non poſſit, primo anno ſummatim, ita ne radices eruas, aut lædas, ablaqueato.

SVMMITTO, ſummittis, ſummiſi, ſummiſſum, vide SVBMITTO.

SVMMOENIVM, ſummœnii, n. g. Dicebatur locꝰ lupanaris, quòd ferè ſub mœnibꝰ eſſet. quaſi ſubmœnium. Inde

Summœniæ meretrices dicũtur. Martialis, Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe, Summœnias cœnet inter vxores.

SVMMONEO, vide SVBMONEO.

SVMMOVEO, vide SVBMOVEO.

SVMO, ſumis, ſumpſi, ſumptũ, ſumere, Prendre. Salluſt. Epiſtolam ſuper caput temerè poſitam ſumit. Plaut. in Pſeud. 7.94, Tu mihi hercle argentũ dabis: abs te quidẽ ſumã. Terẽt. in Adel. 5.9.20, Poſtremo à me argentũ, quanti eſt, ſumito. Idem in Heaut. 3.1.56, Sumat, conſumat, perdat, decretum eſt pati. Plaut. in Amphit. 4.20, Sumpſit fuſtem.

Sumere in manum. Plin. epiſt. 93. lib. 6, Inuicem ego epiſtolas tuas lectito, atque identidem in manus quaſi nouas ſumo. Idem epiſt. 162, Olim non librũ in manus, nõ ſtylũ ſumpſi.

Sumere ſibi, Multum & penè nimium ſibi tribuere. Se venter de plus quon ne peult faire. Cic. pro Plancio, Quanquam non mihi tantum ſumo iudices.

Sumere ſibi vt. Cic. A. Cæcinnæ, lib. 6. epiſt. His autem de rebus quas coniectura conſequi poſſumus, non mihi ſumo vt plus ipſe reſpiciam, quàm te videre aut intelligere mihi perſuaſerim. Ie ne me veulx pas venter que &c.

Sumere, Eligere. Sumat aliquem ex populo monitorem officij ſui.

Sumere, Conducere, Louer. Cic. Quoad enim peruentū quò ſumpta nauis eſt, non domini eſt nauis, ſed nauigantium.

Sumere, Emprunter. Terent. in Phor. 2.1.69, Non ratio, verùm argẽtum deerat. D. ſumeret alicunde.

Sumere, Conſumere, Conſumer, employer. Terent. in Adelph. 5.3.68, I ergo intrò, & cui rei opus eſt, hilarem hunc ſumamus diem. Plaut. in Pſeud. 22.18, Hoc ego modo atque herus hunc diem ſumpſimus potiſſimé. Terẽt. in Adelph. 2.4.23, Ita quæſo, quando hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem. Idem in Phor. 5.5.4, Nũc vna res reſtat mihi, quæ etiam conficiunda, otium à ſenibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos ſumam dies.

Sumere, Impẽdere, Deſpẽdre. Plaut. in Mil. 10.78, In mala vxore ſi quid ſumatur, ſumptꝰ eſt.

Sumere, Prendre la charge. Cic. in Verrem, act. 4, Quod cum ita ſit, nihil fingam tamen, me minero me non ſumpſiſſe quem accuſarem, ſed recepiſſe quod defenderem.

Sumere aquam è puteo, Puiſer de leaue. Plaut. in Mil. 9.71.

Sumere beneficium. Plaut. in Perſa, 12.13, Nam improbus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.

Sumere confidentiã, Sahardir, ſe confier. Plaut. in Capt. 13.36, Mirum ædepol ni hic in ventrem ſumpſit confidentiam.

Sumere conſilia in aliquam rem. Se conſeiller, demander conſeil de quelque choſe. Plin. epiſt. 214, Præſertim cum me neceſſitas locandorum prædiorum plures annos ordinatura detineat, in quam noua conſilia ſumenda ſunt.

Sumere exemplum, Prendre exemple. Terent. in Adel. 3.3.62, Iubeo atque ex aliis ſumere exemplũ ſibi. Plin. epiſt. 139.b, Ne quam poſtea vxoribus noſtris oſtentare poſſimus, erit à qua viri quoque fortitudinis exempla ſumamus.

Sumere curam, Prendre ſoing, cure, ſolicitude. Plin. in Paneg. 130, Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit &c?

Sumere ſerui imaginẽ, Sabiller, & prendre la forme dung ſeruiteur. Plaut. in Amphit. 4.124, Ego ſerui ſumpſi Soſiæ mihi imaginem.

Sumere mutuum, Emprunter. Plaut. in Amphit. 8.185, Saltem tute, ſi pudoris egeas, ſumas mutuum.

Sumere mutuas pecunias. Plautus in Aſin. 5.95, Nam ſi mutuas non potero, certum eſt ſumam fœnore.

Sumere obſequium animo, Soy recreer, ſeſiouyr. Plaut. in Bacchid. 21.8, Ego dare me ludum meo gnato inſtituí, vt obſequium animo ſumere poſſit.

Sumere operam ad. Mettre peine. Plaut. in Merc. 22.94, Certum eſt exequi, operam vt ſumã ad perueſtigandum vbi ſit illæc. Idem in Sticho, 3.22, Exorando, aduerſando, ſumendam operam cenſeo.

Sumere operam in. Terent. in prologo Hecyræ, 25, Quòd ſi ſcripturam ſpreuiſſem in præſentia, & in deterrendo voluiſſem operam ſumere.

Sumere operam, Perdre ſa peine. Plaut. in Moſtell. 8.56, Quid ego huc recurſem? aut operã ſumam, aut conteram? Idem in Curcul. 9.7, Ne nimio opere ſumat operam, &c. Idem in Menæh. 7.19, Operam præterea nunquam ſumam quærere.

Sumere operam fruſtra, Idem. Terent. in Heaut. 4.3.15, Deorum vitã adepti ſumus. s. fruſtra operam haud opinor ſumo.

Sumere optionem, Choiſir. Plaut. in Aſin. 3.89, Tibi optionem ſumito Leonidam, fabricare quidvis, quiduis comminiſcere.

Sumere perſonam magiſtri. Plin. epiſt. 160, Sumam perſonam magiſtri, exerámque in librum tuum ius. Ie contreferay du maiſtre.

Sumere ſimile ſibi, Prendre patron. Plaut. in Moſtell. 3.15, Sibi quiſque inde exemplum expetunt, ſibi quiſque ſimile ſumit.

Sumere ſupplicium, Punir. Plaut. in Merc. 24.31, Supplicii ſumat quid volt ipſe ob hanc iniuriam. Idem in Perſa, 13.86, Satis ſumpſimus ſupplicii iam. Terent. in And. 3.5.17, Cur non habeo ſpatium, vt de te ſumam ſupplicium vt volo?

Sumptus, ſumptus, ſumptui, m. g. Deſpens. Plaut. in Moſtell. 3.35, Sumptu ſuo operam poſcũt ſuam. Idem in Mil. 10.77, At tibi tãto ſumptui eſſe mihi, moleſtũ eſt. Terẽt. in Adel. 5.4.11, Sibi vixit, ſibi ſumptũ fecit. Idem in Phor. 4.3.61, Opus eſt & ſumptu ad nuptias.

Sumptuoſus ſumptuoſa ſumptuoſum, Qui faict grand deſpens. Plaut. in Merc. 14.2. Parúmne

eſt malæ rei quòd amat hic Demipho, ni ſumptuoſus inſuper etiã ſiet? Terent. in Heaut. 2. 1. 15, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Sumptuoſa domus, Ou il ſe faict beaucop de deſpens. Terẽt. in Adel. 4. 7. 42, Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus. Sumptuoſa cœna. Cic. Pæto, Expecta igitur hoſpitem tum minimè edacem, tum inimicum cœnis ſumptuoſis.

Sumptuoſè, aduerbium, Auec grãd deſpens. Plin. epiſt. 189, Caſtigabat equidem filiũ ſuũ, quòd paulò ſumptuoſius equos & canes emeret.

Sumptuarius ſumptuaria ſumptuarium, Quod ad ſumptũ pertinet, vt Lex ſumptuaria, quæ de moderãdis ſumptibus lata eſt, quam Cato cibariã appellat. Cic. Pæto, Ad fungos me tuos cõferam domum, ſi habebo in denos dies ſingulos, ſumptuariæ legis dies conferam.

SVO, ſuis, ſui, ſutum, ſuere, Sarcire, Coudre. À ſue quidam hoc verbum deducunt: quia huius animalis pilis in ſuendo ſutores vtuntur.

Suere, per tranſlationem, Coniungere, nectere, ligare, ſtringere. Gellius, Sed hi pleriſque naues loris ſuebant.

Suere aliquid capiti ſuo, Saquerir quelque mal. Terent. in Phor. 3. 2. 6, Heu metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.

Sutor ſutoris, m. g. Vng cordonnier. Plaut. in Aulul. 5. 34, Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. pro L. Flacco, Se velle dixit, id ſutores & zonarij conclamarunt.

Sutrina, Sutilis, vide ſuo ordine.

SVPELLEX, ſupellectilis, f. g. vel hic & hæc ſupellectilis & hoc ſupellectile, in plurali ſupellectilia: in ablatiuo ſingulari ſupellectile vel ſupellectili. Dicitur domeſticũ patriſfamiliâs inſtrumentum: ſicut dicunt iuriſconſ. apud quos titulus eſt de ſupellectili legata. Cuius nomine (vt inquit Pomponius) continentur menſæ, trappæ, amphora, delphica, ſubſellia, ſcamna, lecti, margaritæ, cultricę, & oralia, imperialia, pelles, aquiminaria, candelabra, lucernę, & trulla, vaſa ænea: vulgaria, id eſt quæ nõ proprio ſunt loco attributa: capſæ, armaria, vitrea, eſcaria, & potoria. Le meſnage dune maiſon.

Supellecticarius ſupellecticarii, m. g. Dicitur ſeruus qui eſt in ſupellectili.

SVPER, Præpoſitio, vtrique caſui ſeruit, accuſatiuo & ablatiuo.

Accuſatiuo, Varijs modis. Primò quando aduerſatur præpoſitioni ſubter, Sur, ou ſus. vt ſuper aera æthera eſt.

Secundò pro vltra. Virg. Super Garamantas & Indos Proferet imperium. Apuleius, Iam enim ſuper oppidũ profectus, nos citra reliquerat. Oultre. Studui ſuper mediã noctem, bona locutio eſt, teſte Seruio. Virgilius hoc etiã per ablatiuũ dixit, Nocte ſuper media.

Super Euclionis filiã. Plau. in Aul. 23. 2, Iuxta rẽ mecũ tenes ſuper Euclionis filiã. Id eſt de.

Super cœnam, En ſouppant. Plin. epiſt. 87. b, De huius nequitia, ſanguinariiſque ſententijs in commune omnes ſuper cœnam loquebantur.

Super hæc, Oultre ce. Plin. epiſt. 91, Nam cum vir grauiſſimus, doctiſſimus, diſertiſſimus, ſuper hæc occupatiſſimus, maximè prouinciæ profuturus, tanti putes ſcripta noſtra circũferre tecum &c.

Sauia ſuper ſauia. Plaut. in Pſeud. 14. 43, Ibidem aderit mulier lepida, ſauia ſuper ſauia quæ dabit. Plin. epiſtola 128, Gratias alijs ſuper alias epiſtolis agit. Lettres ſus lettres, lune apres lautre, par deux paires de lettres toutes de ſuyte.

Ablatiuo, pro de, vbi de re aliqua mentionem facimus. Virg. Multa ſuper Priamo rogitans, ſuper Hectore multa. Id eſt de Priamo & de Hectore. Cic. lib. XVI, ad Atticũ, Hac ſuper re ſcribam ad te Rhegio. Tacitus, Multus ea ſuper re, veriúſque rumor. Idem, Conſulẽdum tali ſuper re principem reſpondit. Gellius lib. 2. cap. 22, Maritus ſenex ſuper vxore diuite, atque deformi querebatur. Plautus in Bacchid. 3. 8, Quem ad epiſtolam Mneſilochus miſit ſuper amica Bacchide. Idem in Ciſtell. 9. 8, Quid nuntias ſuper anu? Idem in Amphit. 3. 58, Teneo quid animi veſtri ſuper hac re ſiet.

Pro vltra. Virg. Nocte ſuper media. Dicimus, & ſuper mediam noctem, teſte Seruio.

Pro in. Virg. Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte Fronde ſuper viridi. Idem, Plena ſuper arbore ſidunt.

Pro pro, vel propter. Pour ou a cauſe. Virg. Nec ſuper ipſe ſua mollitur laude laborem.

Super efficitur aduerbium, vbi caſum deſierit habere. Plaut. Hinc atque hinc ſuper, ſubtérq; premor anguſtiis.

Pro deſuper. Virg. Et ſuper è vallo proſpectant Troes.

Pro valde. Virg. His accenſa ſuper. Id eſt accenſa valde.

Pro ſupereſt. Virg. Nec fuga iam ſuper. Subaudi eſt.

Pro inſuper & amplius. Virg. Cui neque apud Danaos vſquam locus, & ſuper ipſi Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Nonnulli legunt inſuper.

Super, compoſitionem ingreditur, vt ſuperſedeo, &c.

SVPERADDO, ſuperaddis, ſuperaddidi, ſuperadditum, ſuperaddere, Adiouſter dauantage, oultre.

SVPERBIO, ſuperbis, ſuperbiui, ſuperbitum, ſuperbire, Soy orgueillir. Compoſitũ ex ſuper, & eo is: b, melioris ſoni gratia, interpoſita: & e in i mutata.

Superbire, ad inanimata tranſlatum. Plin. Hinc geminæ certè apud Menandrum & Philomenem fabulæ ſuperbiunt. Paſſent, ou ſurmontent les autres, ſont fort ioyeuſes & plaiſantes.

Claud. lib. 4. de raptu Proſerpinæ, Phlegræis ſylua ſuperbit Exuuijs, totúmque nemus victoria veſtit. Hoc eſt nobilitatur, celebratur, illuſtratur.

Superbia ſuperbiæ, f. g. Eſt ſupergrediens elatio mentis. Orgueil.

Superbus ſuperba ſuperbum, Arrogãs, ac truculẽtus, Fier & orgueilleux. Virg. Stirpis Achilleæ faſtus, iuuenémque ſuperbum. Idem, Te Turne ſuperbum, Cæde noua quærens.

Superbus, Nobilis, magnificus, excellens. Virg. Hinc populo latè regem, belloque ſuperbum.

Superbus, Altus, elatus. Virg. Arua petens, tibúrque ſuperbum. Hault.

Superbus, Ornatus. Virg. Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi.

Superbus, Opulentus. Virg. Simul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur.

Superbus, Iniquus. Virg. Quos illi bello profugos egere ſuperbo.

Superbos antiqui propter pompã funeris, mortuos dixere. Plaut. in Amphit. 4. 203, Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis. Ie te tueray.

Superbus viribus. Plaut. in Amphit. 4. 59, Magnanimi viri, freti virtute, & viribus ſuperbi.

Superbè, aduerbium, Orgueilleuſemẽt, ou arrogãment. Terent. in Phor. 5. 8. 22, Satín' ſuperbè illuditis me?

Superbiloquens ſuperbiloquentis, o. g. Qui ſuperbè loquitur.

Superbiloquentia ſuperbiloquentiæ, f. g. Elatus atque arrogans ſermo. Cic. O ſcelera, animíque impotentiam & ſuperbiloquentiam.

Superbiter ſcripſit Ennius pro ſuperbè.

SVPERCIDO, ſupercidis, ſupercecidi, ſupercaſũ, ſupercídere, Ex ſuper & cadere, Cheoir deſſus. Columella lib. v, Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, celeſtẽ ſupercidentem aquã cõtineat.

SVPERCILIVM, ſupercilij, n. g. Ex ſuper & ciliũ, Vltima pars frontis, pilis veſtita, quæ cilijs prominet. Les ſourcils. Plin. lib. xi. cap. 37, Supercilia homini & pariter & alternè mobilia, & in his pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant faſtus. Superbia aliubi cõceptaculũ, ſed hic ſedẽ habet. In corde naſcitur, hic ſubit, hic pẽdet. Nihil alti⁹, ſimul abruptiúſq; inuenit in corpore vbi ſolitaria eſſet. Subiacent oculi, pars corporis pretioſiſſima, & qui lucis vſu vitam diſtinguant à morte. Plaut. in Pſeud. 3. 105, At id futurũ vnde? D. vnde dicam neſcio: niſi quia futurum eſt, ita ſupercilium ſalit.

Supercilium, pro ſuperbia aliquãdo ponitur. Iuuenalis, Si cum magnis virtutib⁹ adfers Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

SVPERCVBO, ſupercubas, ſupercubare, Superiacère, ſuperdormire. Columella lib. 8, Perforatis tabulis, quibus ouilia conſternuntur, vt grex ſupercubet.

SVPERDVCO, ſuperducis, ſuperduxi, ſuperductũ, ſuperducere, Amener dauãtage. Plaut. in Trucul. 10. 52, Iam quin etiam ſuperducas, quæ mihi comedant cibum.

SVPEREDO, ſuperedis, ſuperedi, ſupereſum, ſuperedere, Manger apres. Plin. lib. xix, Menander è Græcis author eſt, allium edentibus, betæ radicem in pruna toſtam ſi ſuperederint, odorem extingui.

SVPERFICIES, ſuperficiei, f. g. Quaſi ſuperfacies, Quæ ex lineis ducitur: quia duæ lineæ iunctæ faciunt ſuperficiem anguli. Le deſſus de quelque choſe, ſoit de terre, ou autre.

Superficiarius ſuperficiaria ſuperficiariũ. vt ſuperficiariæ ædes, quæ (inquit Caius) in cõducto ſolo poſitæ ſunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure, eius eſt, cuius eſt ſolum.

Superficiarius, Qui in alieno ſõlo ſuperficiem habet, ita vt certam penſionem præſtet. author eſt Vlpianus.

SVPERFIT, vide SVPERSVM.

SVPERFOETATIO, ſuperfœtationis, f. g. Secundarius conceptus prægnãtis, quam ſuperim prægnationem vulgus appellat.

SVPERFORANEVS, ſuperforanea, ſuperforaneum, pro ſuperuacaneo Sidonius Appollinaris vſurpauit.

SVPERFLVO, ſuperfluis, ſuperfluxi, ſuperfluxũ, ſuperfluere, Superabundare, Eſtre ſuperflu. Columella lib. 4, Per medullam tranſmittit quicquid aquarum cæleſtium ſuperfluxit.

Superfluus ſuperflua ſuperfluum, Superflu.

Superfluitas ſuperfluitatis, f. g. Superfluité.

Superfluè, aduerbium, Superfluement.

Superfluò, aduerbium, Idem.

SVPERIICIO, ſuperijcis, ſuperieci, ſuperiectũ, ſuperiícere, Superponere, vel ſuperextendere. Columella lib. 2, Seminibuſque de tabulato ſuperiectis.

SVPERINCIDO, ſuperíncidis, ſuperíncidi, ſuperincaſum, ſuperíncídere, Ex ſuper, in, & cadere cõponitur, ſignificátque ſupra in aliquem vel aliquid cadere. Liuius lib. 2, Multíſque ſuperincidentibus telis incolumis ad ſuos tranauit.

SVPERIOR, vide SVPRA.

SVPERLACHRYMO, ſuperlachrymas, ſuperlachrymare, Plourer deſſus. Columella libro v, Optimũ eſt igitur, medio ferè internodio, ſubcidiarium tondere palmitem, deuexámq; refectionem facere poſt geminã, ne ſuperlachrymet, & germinantem cæcet oculum.

SVPERMEO, ſupermeas, ſupermeare, Superfluere, ſiue ſuperlabi. Plin. lib. 1, Quædã verò etiam dulces inter ſe ſupermeant alias, vt in Fucino lacu. Couler par deſſus.

SVPERNATI, dicuntur quibus femina ſucciſa ſunt in modum ſuillarum pernarum.

SVPERNATO, ſupernatas, ſupernatare, Super vndas ſtare, nõ mergi. À ſuperno ſupernas. Plin. lib. 26, Poſtea ſupernatans aqua tollitur ſpongiis. Qui nage par deſſus.

SVPERNVS, ſuperna, ſupernum, Quod eſt ſupra. vt, ſuperna regio.

Supernè, aduerbiũ, De parte ſuperiore, Denhault. Plin. Argẽtũ ſupernè innatat, vt oleũ aquis.

Supernas ſupernatis, f. g. Plin. lib. 6. cap. 38, Et ideò Romę infernas abies ſupernati præfertur.

SVPERO, ſuperas, ſuperare, Supergredi propriè ſignificat, & quaſi ſuperaſcendere, Monter en hault, ou iuſques au deſſus. Virg. lib. 3. georg. Superãt montes, & flumina tranant. Plin. lib. 7, Arbores quæ quidem tantæ proceritatis tradũtur, vt ſagittis ſuperari nequeãt. Plin. in Paneg. 134, Superare immenſa montium iuga.

Superare, pro vincere ponitur, per trãſlationem. Surmonter, vaincre. Virg. Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? Plaut. in Aulul. 24. 2, Pici diuitijs, qui aureos montes colunt, ego ſolus ſupero. Terent. in Eunucho, 2. 1. 25, Hæc ſuperat ipſam Thaidem. Elle eſt plus belle que Thais.

Superare aliquem dolis, & vitiis. Plaut. in Pœnulo, 16. 146, & in Caſina. 22. 2.

Superat ſumptus. Plaut. in Perſa, 4. 64, Non poteſt quæſtus cõſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperat ſoror.

Superare, Superabundare, Demourer de reſte. Plaut⁹ in Moſtell. 12. 7, Atque illud ſupererat adhuc mihi in pectore conſili, malam rem &c. Virgilius, Si ſuperent fœtus, pariter armẽta ſequentur.

Superare, Superuiuere, & quaſi ſuperſtitem eſſe, Suruiure. Virgil. Quid puer Aſcanius? ſuperátne, & veſcitur aura AEtherea?

Superare, Reſtare. Cic. Déque eo quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volunt.

Superare aliquem ferro, Occidere. Virg. Clàm ferro incautum ſuperat.

SVPERSEDEO, ſuperſedes, ſuperſedi, ſuperſeſſum, ſuperſedêre, Omittere, ceſſare. Plaut. in Epid. 2. 37, Superſede iſtis rebus iam. Deporte toy de ces affaires. Idem in Perſa, 5. 5, Superſede iſtis verbis. Tais toy. Cic. Seruio Sulpitio, Superſedeas hoc labore itineris. Cato de re ruſt. Litibus familiæ ſuperſedeat. Liuius ab vrb. cõd. Rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Ibidem, Tributo ac delectu ſuperſeſſum. Cæſar in Cõment. lib. 1, Et propter multitudinẽ hoſtiũ, & propter eximiã opinionem virtutis prælio ſuperſedere ſtatuit. Cic. Seruio Sulpitio, Tu ſi videbitur, ita cẽſeo facias, vt ſi habes iam ſtatutũ quid tibi agẽdũ putes, in quo non ſit cõſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris. Deportes toy de venir a moy.

Gellius videtur accuſatiuo iũxiſſe, cum inquit, Alia luce auis in paſtum profecta eſt, cognati & affines operam quam dare rogati ſunt, ſuperſedent.

Superſedi ſcribere. Plin. epiſt. 102. b, lib. 5, Hæc ego ſcribere publicè ſuperſedi.

SVPERSTO, ſuperſtas, ſuperſtare, Supra aliquid ſtare. Gellius, Cũ ſedẽti aquila ſuperſtaret.

Superſtare, Supereſſe, Demourer en vie.

Superſtito ſuperſtitas, ſuperſtitare, Frequentatiuum, quo veteres vſi ſunt, Saluum & incolumem reddere. Ennius, Regnúmque veſtrum, vt ſoſpitent, ſuperſtiténtque.

Superſtitare, Idem quod ſupereſſe. Plaut. in Perſ. 10.3, Vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

Superſtes, ſuperſtitis, o.g. Qui ex mortuis quaſi ſolus viuus ſuperſtat. Quintil. Defuncta vxore, liberis tamen ſuperſtitibus.

Superſtes vitæ alterius. Plaut. in Trinũmo, 4.15, Bene hercle denuntias, deóſque oro, vt vitæ tuæ ſuperſtes, ſuppetat. Idem in Caſi. 20.2, Soſpes iter incipe hoc, vt viro tuo ſemper ſis ſuperſtes. Terent. in Heaut. 5.4.7, Ita mihi, atque huic ſis ſuperſtes, vt ex me, atque hoc natus es.

Superſtes, Qui ſaluus eſt. Terent. in And. Deos quæſo vt ſit ſuperſtes.

Superſtes, pro præſenti ſumitur. Plaut. Superſtitem vtrunque monui, ne inuiſi abeant.

Superſtitioſus ſuperſtitioſa ſuperſtitioſum. Superſtitioſi proprietatem habent, vt Cicero lib. 2. de natura deorũ tradit, ex hoc quòd præ cultura deorum ſuperſedeant, qui ſine cauſſa timidi ſunt, qui deum timẽt in rebus etiã non timendis. Hi ſunt qui apud veteres totos dies precabãtur, & immolabãt, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent. Ideò nõ ſolum philoſophi, verunetiã maiores omnes, ſuperſtitionẽ à religione ſeparauerũt. Omnis tamẽ importuna, ineptáq; religio ſecũdũ Gelliũ ſuperſtitio dici poteſt. Plaut. in Amph. 4.169, Illic homo ſuperſtitioſꝰ eſt.

Superſtitioſus, Diuinator. Plaut. in Curcul. 8.27, Superſtitioſus hic quidẽ eſt, vera prædicat.

Superſtitio ſuperſtitionis, Falſus dei cultꝰ, error inſanus. Seruius, à ſuperſtite ſuperſtitio dicta, quæ anicularum propria eſt, quæ multis per ætatem ſuperſtites ſunt, & quæ rebus inanibus addictæ, dum volunt videri nimis religioſæ, ſuperſtitioſæ fiunt, & ita delirant.

SVPERSVM, ſuperes, ſuperfui, ſupereſſe, Affluere, abundare, Eſtre de reſte. Virgil. Auxilio vrbes Italiæ, populique ſuperſunt. Terẽt. in Phor. 1.3.10, Alijs quia defit quod amãt, ægrè eſt: tibi quia ſupereſt, dolet. Ibidem, 1.2.19, Cui tanta eſt res, & ſupereſt. Plaut. in Epid. 8.10, Quantum hic ineſt? E. quantum ſat eſt, & plus ſatis ſuperſit. decem minis plus attuli, quàm tu daniſtæ debes.

Supereſſe, Reliquum eſſe. Ennius lib. 3. Annaliũ, Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborẽ. Qui luy reſte. Plin. epiſt. 12.c, Solũ ſupereſſe me, à quo reuocari poſſet ad vitã. Il ny auoit plus que moy. Terẽt. in Heaut. 4.5.3, Sed porrò auſculta quod ſupereſt fallaciæ.

Supereſſe, Superſtitem eſſe. Suruiure. Plaut. in Milite, 7.3, Ne doceto malas vt ſint malæ, mihi ſola ego ſuperſum. Idem in Aſin. 3.2, Sicut tuum vis vnicũ gnatum tuæ ſupereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem. Aſinius Pollio Ciceroni, Nam neque deeſſe, neque ſupereſſe reip. volo.

Supereſſe, Vincere, Superiorem eſſe. Virg. Ferrea quæ blando nequeant ſupereſſe labore. Id eſt vincere laborem.

Supereſſe, Superfluũ eſſe. Gellius, Memini ego prætoris docti hominis tribunali me forte aſſiſtere, atque ibi aduocatũ reum nõ habere. Et cum is qui verba faciebat, reclamaſſet, Ego illi ſuperſum: reſpondiſſe prætorem feſtiuiter, Tu planè ſuperes, non ades. Hoc eſt, ſuperfluus, ſuperuacaneus es. Cic. lib. 13. epiſt. Silio, Sed vereor ne iam mihi ſupereſſe verba putes, quæ dixeram defutura.

Supereſſe, Durare. Virg. Primus ego in patriã mecũ modo vita ſuperſit. Plaut. in Perſ. 10.3, Perennitatíſque adeò huic perpetuo cibo vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

Supereſſe, Defendere, aduocatum eſſe. Suet. de Auguſto, Cunctari ſe, ne ſi ſupereſſet, eriperet legibus reum.

Superſum, aliquãdo diducitur, interpoſita aliqua dictione, & aliquãdo plurib⁹. Plaut. in Curcul. 2.85, Si quid ſuper illi fuerit, id nobis ſatis eſt. Salluſt. in Iugurtha, At Iugurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra verum niti, quàm animaduertit ſuper gratiã & pecuniam ſuam inuidiam facti eſſe.

SVPERVACVVS, ſuperuacua, ſuperuacuũ, Quod nõ eſt neceſſariũ, Superflu. Plin. epiſt. 196.b, Impẽſa monumẽti ſuperuacua eſt: memoria noſtri durabit, ſi vitã meruimus. Columella lib. 3, Itaque ſuperuacuũ eſt hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis. Plin. in Paneg. 82, Qui tam multa concupiſcebat, cum haberet ſuperuacua tam multa.

Superuacaneus ſuperuacanea ſuperuacaneũ, Idem quod ſuperuacuus. Suet. de claris Rhet. 1.d, Quædam etiam ad vſum cõmunis vitæ inſtituta, dum vtilia & neceſſaria, dum pernicioſa & ſuperuacanea oſtendere &c. Cic. Appio, Cõfirmata amicitia, & perſpecta fide, cõmemoratio

officiorum ſuperuacanea eſt. Idem Attico, libro 16, Vereor ne meas literas ſuperuacaneas arbitrentur.

SVPERVAGANEVS, ſuperuaganea, ſuperuaganeũ, à vagor fit. Vnde auis ſuperuaganea dicebatur ab auguribus, cum ex ſummo cacumine vocem emiſiſſet. Feſtus.

SVPERVENIO, ſuperuenis, ſuperueni, ſuperuentũ, ſuperuenire, Suruenir. Horatius, Grata ſuperueniet quæ non ſperabitur hora.

SVPERVS, ſupera, ſuperũ, à ſuper fit. Qui eſt en hault. Vnde ſuperũ mare Adriaticũ nominatur, per reſpectum ad Tyrrhenum, quod Græci inferum vocauere. Plaut. in Amphit. 12.18, Atque illuc ſurſum aſcendero, inde optimè ciſpellam virum de ſupero. Idem in Bacchid. 20.31, Tertium cum portæ Cęæ limen ſuperum ſcinderetur. Idem in Merc. 21.1, Limen ſuperum, inferúmque ſalue, ſimul autem vale. Idem in Menæh. 7.11, Mare ſuperum omne, Græciámque exoticam.

Superi, ſuperorum, Cæleſtes, ſiue viui. Plau. in Aulul. 12.6, Si autẽ deorſum comedent, ſi quid coxerint, ſuperi incœnati ſunt, & cœnati inferi.

SVPINVS, ſupina, ſupinum, Qui iacet ventre cælum verſus. Couche le ventre en hault. Iuuenalis, Cubat in faciem, mox deinde ſupinus. Plaut. in Ciſtell. 7.79, Quid nunc ſupina ſurſum in cælum conſpicis?

Supinus pro otioſo nonnunquã ponitur, molli, negligentíque. Iuuenalis, Et multum referens de Mecœnate ſupino.

Supinus, Montoſus. Horat. lib. Carm. Seu mihi frigidum Præneſte, ſeu Tybur ſupinum.

Supinum ſupini, n.g. à quibuſdã dicitur verbũ participiale, ſicut gerundiua ſunt nomina participialia, & habet duas terminationes, ſcilicet um & u. vt lectum lectu. Quod in um finitur, habet ſignificationem actiuã. Salluſt. Legatos ad Iugurthã de iniurijs queſtum miſit. Id eſt, qui quererẽtur. Terent. in And. 3.2.35, Abijt accerſitũ. Plaut. in Aulul. 13.8, Coctũ cõductus fui. Idem in Curcul. 4.28, Quin tu is dormitum? Idem in Aulul. Dabo nuptum. Et in Caſina, 3.13, Veniſti ereptum. In u verò ſignificationis paſſiuæ eſt: iungitúrque nominib⁹ adiectiuis. Virg. Nec viſu facilis, nec dictu affabilis vlli. Hoc eſt, quod nec videri, nec dici facile poſſit. Plin. Accipenſer piſcis rarus inuentu. Hoc eſt, qui rarò inuenitur.

Supinor ſupinaris, ſupinari, Eſtre couche le ventre en hault.

Supinior & hoc ſupinius. Martialis, Nunquam deliciæ ſupiniores.

SVPPARASITOR, ſupparaſitaris, ſupparaſitari, Subſeruire, obſequi, tanquam paraſitum. Plaut. in Amphit. 6.17, Accedam, atque hãc appellabo: & ſupparaſitabor patri. Idem in Milit. 6.74, Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper, hic ei proximus, primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur.

SVPPARVS, m.g. vel ſupparum ſuppari, Genus leuis atque anguſtæ togæ, quòd eo ſuper induimur. Lucanus, Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos. Feſtus, Supparum, veſtimẽtum puellare, lineum, quod etiã ſubucula, id eſt camiſia dicitur. Vng roquet. Plaut. in Rud. 4.91, Si tu de illarum cœnaturus ſupparis, illas curandum cenſeo Scepario. Idem in Epid. 5.49, Aut crocotulam, ſupparum, aut ſubminiam, ricam, baſilicum.

Supparus, Nauium inſigne vel linteum quod annectitur ipſi velo. Lucanus, Imáque pandens, Suppara, velorum periturás accipit auras.

SVPPEDITO, ſuppeditas, ſuppeditare, Subminiſtrare, Adminiſtrer. à ſub, & pes pedis. Plaut. in Aſin. 9.17, Ac ſtomacho non queo labori ſuppeditare. Fournir au labeur, endurer la peine. Ibidem, 14.10, Luxuriæ ſumptus ſuppeditare vt poſſies. Terent. in Eunucho, 5.9.46, Et neceſſe eſt multũ accipere Thaidem, vt tuo amori ſuppeditare poſſit, ſine ſumptu tuo. Idem in Heaut. 5.1.57, Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus Menedeme, mihi illæc verò ad raſtros res redit. Varro, Largiore cibatu ſuſtentare debet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit.

Dicimus ſuppeditare labori, Suppeditare ſumptus luxuriæ, Suppeditare ſumptibus alicui, vt ex præcedentibus exemplis apparet, Fournir a la deſpenſe.

Suppeditare, Opprimere, Suppediter, Cic. Nunc video, in iudicio mecum contendere non vis: vbi ſuppeditari turpiſſimum, ſuperare pulcherrimum eſt.

SVPPENDO, ſuppẽdis, ſuppendi, ſuppenſum, ſuppendere, Pendre. Plautus in Aſin. 14.7, Suppendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Dicimus & SVSPENDO.

SVPPETO, ſuppetis, ſuppetiui, ſuppetitum, ſuppetere, Latenter ſeu per fraudem petere. Vlpianus, Apud Labeonem relatum eſt, ſi ſiliginario quis dixerit, vt ſi quis nomine eius ſili-

ginem petiſſet, ei daret: & quidam ex tranſeuntibus, cum audiſſet, petijt eius nomine, & accepit: furti actionem aduerſus eum, qui ſuppetijt ſiliginario, non mihi. Non enim mihi negotiũ, ſed ſibi ſiliginarius geſſit.

Suppetit in tertia perſona, & ſuppetunt, ſignificat in promptu eſt, vel ſuccurrit, & huiuſmodi. Plinius Iunior, Cui abundè ſuppetũt facultates. Qui eſt fort riche. Plaut. in Milite, 5. 50, Ita vehementer quod facto opus eſt, ægrè ſuppetit. A grand peine me vient il au deuãt, me ſouuiẽt il. Idem in Epid. 9. 16, Omen placet iam, cum omini omnes ſuppetũt res proſperæ, Viennent a proſperité. Idem in Curcul. 7. 89, Vt ſatis conſilia ſuppetant.

Suppetit mihi perpetuo cibo. Plaut. in Perſa, 10. 3, Quæ res bene vortãt mihi & tibi & ventri meo, perennitatíſque adeò huic perpetuo cibo, vt mihi ſuperſit, ſuppetat, ſuperſtitet.

Suppetunt dictis data. Plaut. in Aſin. 3. 42, Quid morbi eſt? 1. quia non ſuppetunt dictis data. Il ne peult pas fournir a ce quil a promis, il ne dõne pas ce quil a dict. Idem in Pſeud. 3. 106, Vtinã quæ dicis, dictis facta ſuppetãt. Que tu feiſſes ce que tu dis. ou, quil fuſt ainſi que tu dis.

Suppetit lucrum. Plaut. in Amphit. 3. 14, Lucrum vt perenne vobis ſuppetat. Que gaignez touſiours.

Suppetat ſuperſtes vitæ tuæ. Plaut. in Trin. 4. 15, Bene hercle denuntias, deóſque oro vt vitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat. Quil viue apres toy.

Res ita ſuppetit. Plaut. in Rud. 11. 34, Confugiam hinc, res ita ſuppetit ſubito.

Suppetat huic ſatis ad. Plaut. in Pſeud. 5. 99, Eadem duo greges virgarũ inde vlmearum adegero, vt hodie ad litationem huic ſuppetat ſatis Ioui.

Suppetiæ, & ſuppetias tantũ habemus à ſuppeto, Secours. Plaut. in Epid. 14. 12, Quicquid ego malè feci auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Idem in Amphit. 16. 25, Blepharõ ſuppetias mihi. Secours moy.

Aduenire ſuppetias, Venir au ſecours. Plaut. in Menæh. 22. 30, AEdepol here næ tibi ſuppetias tempore adueni modo.

Ferre ſuppetias, Aider, donner ſecours. Plautus in Epid. 13. 52, Sed memento, ſi quid ſæuiunt ſenes, ſuppetias mihi cum ſorore ferre. Idem in Rud. 16. 10, Ferte ſuppetias. Ibidem, 24. 39, Hoc neque iſti vſus eſt, & illi miſeræ ſuppetias feret. Idem in Amphit. 17. 54, Non metuo quin meæ vxori latæ ſuppetiæ ſient.

Venire ſuppetias, Venir au ſecours. Cæſar lib. XII. Cõment. Et nuntiabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire.

Suppetior ſuppetiaris ſuppetiari, Auxiliari, ſuccurrere. Apul. lib. 8, At vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

SVPPILO, ſuppilas, ſuppilare, Rapere, inuoluere cum fraude. à pilorum raptu. Deſrobber. Plautus in Trucul. 11. 14, Hæc cum video fieri, ſuffuror, ſuppilo, & de præda prædam facio. Idem in Aſin. 16. 34, Ille ecaſtor ſuppilabat me. Ibidem, 14. 6, Suppiles clàm domi vxorẽ tuã? Idem in Menæh. 16. 40, Pallam atque aurum meum domo quũ ſuppilas tuæ vxori.

SVPPLANTO, ſupplãtas, ſupplãtare, Pedẽ ſupponere, & à planta pedis fit, Bailler le crocet, ruer par terre auec le pied, vaincre & ſurmonter. Cic. lib. 3. de off. Cõtẽdere debet quam maxime poſſit, vt vincat ſupplantare eum, qui cum eo certat, ac manu depellere nullo modo debet.

Supplantare, aliquando ſignificat decipere, Deceuoir.

Supplantare, à planto plantas, Subtus plãtare. Columella lib. 3, Sin autem ipſam vitem ſternere voles iuxta radicem, ita ne ipſam lædas, curioſè fodito, & vitem ita ſupplantato ne radicem abrumpas.

SVPPLAVDO, ſupplaudis, ſupplauſi, ſupplauſũ, ſupplaudere, Significat latẽter plaudere.

SVPPLEO, ſupples, ſuppleui, ſuppletũ, ſupplere, In deficientis locũ aliud ponere, Remplir, & parfaire. Virg. lib. 3, Remigiũ ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Plin. in Paneg. 136, An non plerique principes hoc idem tempus in aleam, ſtupra, luxum conferebãt, quum ſeriarum laxamenta curarũ, vitiorum contentione ſupplerent? Suet. de claris grãmat. 12, Librũ autẽ quem Sylla nouiſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquerat, ipſe ſuppleuit. Plinius epiſt. 28. b, Sed quod ceſſat ex reditu, frugalitate ſuppletur, ex qua velut ex fonte, liberalitas noſtra decurrit.

Supplere, AEquare. Virg. Si fœtura gregem ſuppleuerit, aureus eſto. Seruius, Si tot agnos habuero, quot oues: hoc enim eſt gregem per fœturam ſuppleri.

Supplementum, ſupplementi, Quod ſuppletur, Renfort. Cic. Appio Pulchro, Cenſebant omnes ferè vt in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

SVPPLEX, vide SVPPLICO.

SVPPLICO, ſupplicas, ſupplicare, Humiliter & cum reuerentia precari. Supplier. Plaut. in Curcul. 10.41, Volo hic in phano ſupplicare. Cic. de Amicitia, 51, Quàm multa enim quæ cauſſa noſtra nunquam faceremus, facimus cauſſa amicorum: precari amicis ab indigno, ſupplicare, tum acerbius in aliquem inuehi.

Supplicare alicui. Plin. de viris illuſt. 49, Hac die, inquit, Carthaginē vici: quaſi bonū factū, in Capitolium eamus, & dijs ſupplicemus. Plaut. in Epid. 14.17, Nec tibi quidem ſupplicare, vincire ius eſt. Idem in Rud. 30.45, Præ i verbis quid vis, id quod domi eſt, nunquam vlli ſupplicabo. Terent. in And. 2.1.14, Ipſum hunc orabo, huic ſupplicabo.

Supplicare deo thure & vino. Plaut. in Aulul. 3.24, Ea mihi quotidie, aut thure, aut vino, aut aliquo ſemper ſupplicat.

Supplicaſſis, pro ſupplicaueris, legitur apud Plautum in Aſin. 9.62, Hercle iſtum di omnes perdunt, verbo caue ſupplicaſſis.

Supplicans ſupplicantis, Participium, Suppliant. Terent. in Eunucho, 4.7.41, Iam hæc tibi aderit ſupplicans vltrò.

Supplex ſupplicis, o.g. Qui flexis genibus precatur, Suppliant les genoulx a terre. Plaut. in Bacchid. 20.109, Vt qui deliquit, ſupplex eſt vltrò omnibus. Idem in Ciſtell. 2.25, Cum inuidia ſumma opum ſuarum nos illæ volūt eſſe indigētes, noſtra copia nihil poteſſe, ſuique omnium rerum nos indigere, vt ſibi ſimus ſupplices.

Suppliciter aduerbium, Humblement, les genoulx a terre. Plinius epiſtol. 5.d, Huic ſuppliciter, vt eſt cum timet abiectiſſimus, Rogo, inquit, mane videas Plinium domi, ſed planè mane.

Supplicium ſupplicii, n.g. Supplicatio, Priere, ſupplication. Salluſt. Non votis, neque ſuppliciis muliebribus deorū auxilia parantur, ſed vigilando, agendo, bene conſulendo proſpera omnia cedunt. Varro, Boues ad victimas faciunt, atque ad deorum ſupplicia.

Supplicium, Pœna, ſiue tormentū. Virg. Spero etiam mediis, ſiquid pia numina poſſunt, Supplicia hauſurum ſcopulis.

Supplicium alicui dare. Terent. in Eunucho, 1.1.24, Et te vltrò accuſabit, & dabis ei vltrò ſupplicium.

Sumere ſupplicium. Plaut. in Merc. 24.31, Supplicii ſumat quid volt ipſe ob hanc iniuriā. Quil me puniſſe comme il vouldra.

SVPPLODO, ſupplodis, ſupploſi, ſupploſum, ſupplodere, Quaſi ſuccutere, ſiue pede, ſiue alio ſigno. Frapper du pied contre terre.

Supploſio ſupploſionis, f.g. Bruit des pieds. Cic. ad Heren. Pedis dextri rara ſupploſione.

SVPPONO, ſupponis, ſuppoſui, ſuppoſitū, ſupponere, Submittere, Soubmettre. Apuleius, Suppoſuitque humeros oneri. Plaut. in Trucul. 9.9, Alienos dolores mihi ſuppoſui.

Supponere ſub. Plaut. in Pœn. 16.63, Sub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi.

Supponere, Mettre a la place dung aultre. Plaut. in Curcul. 6.6, Meliorem, quàm ego ſum, ſuppono tibi. nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio.

Supponere, Adulterinum loco veri ſubiicere, Suppoſer. Terent. in Eunucho, 5.3.3, Qui referam illi ſacrilego gratiam, qui hunc ſuppoſuit nobis? Plinius, Nam filius patris teſtamentum ſuppoſuiſſe dicebatur.

Suppoſitio ſuppoſitionis, fœm. gen. Plautus in Capt. 20.3, Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circunductio.

Suppoſtrix ſuppoſtricis, fœ.g. Quæ alienum puerum ſupponit. Plaut. in Trucul. 16.49, Quadruplus venefica, ſuppoſtrix puerûm.

SVPPRIMO, ſupprimis, ſuppreſſi, ſuppreſſum, ſupprimere, Subtꝰ tenere, Tenir ſoub quelque choſe, cacher. Ouid. lib. 1. Metamorph. Supprimit extemplo vocem. Il ſe taiſt. Plin. in Paneg. 126, Ne affectus noſtros, ne tua merita ſupprimeres.

Suppreſſus ſuppreſſa, ſuppreſſum, Submerſus. Iuſtinus, Victi Perſæ in naues cōfugerūt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ. Effundrees.

Suppreſſus, aliquando dicitur occultus, Caché. Suppreſſum teſtamentum dicebatur quando in fraudem hæredum, vel legatorum, ſeu libertorum, aliorúmve, non erat palàm reſignatū, ſiue exhibitum.

SVPPROMO, ſuppromis, ſupprompſi, ſuppromptum, ſuppromere, Extrahere, Tirer hors. Plaut. in Mil. 11.12, Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromis, eho tu. Qui luy tires du vin.

Suppromus ſuppromi, Vng deſpenſier. Plaut. in Mil. 11.23, Bono cella ſuppromo credita.

SVPPVDET, ſuppuduit, ſuppudere, Aliquãtulũ pudere. Cic. Caſſio, Puto te iã ſuppudere, cum hæc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit, quàm tu ſchedam, aut literam. ſed non vrgeo.

SVPPVRO, ſuppuras, ſuppurare, Eſt apoſtema fieri, Purer, quant la boue ſort dune apoſtume. Columella lib. 7, Hic idem ſanguis, niſi emiſſus fuerit, ſaniem creabit: qui ſi ſuppurauerit, tardè procuratur.

Suppurantia ſuppurantiæ, f.g. Dicitur cum vlcus ad ſaniem tendit. Apoſtume.

Suppuratio ſuppurationis, f.g. Idem. Columella lib. 7, Et cum maturuerit ſuppuratio, reſcinditur ferro.

Suppuratorius ſuppuratoria ſuppuratoriũ, Quod ad ſuppurationem pertinet. Columella, Ideò miſcentur ſuppuratorijs medicamentis.

SVPPVTO, ſupputas, ſupputare, Conter, ietter.

SVPRA, Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit: Par deſſus. Virg. Olli cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

Supra caput, Modus eſt loquẽdi, rem quæ valde vrgeat, & immineat, ſignificans. Cic. Octauio, Ecce ſupra caput homo leuis ac ſordidus, ſed tamen equeſtri inceſſu Catienus. Salluſt. in Catil. Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt. Liuius ab vrbe cond. Cum hoſtes ſupra caput ſint. Ibidem, Clamor ſupra caput hoſtilis captam vrbem oſtendit.

Supra numerum, Oultre le nombre. Plin. epiſt. 238, Hoc in cauſſa fuit, quo minus ſtatim reuocandos putarem, quos habet ſupra numerum.

Supra morem, Oultre la couſtûme. Virgilius lib. 2. Georg. Rara ſit, an ſupra morem ſit, denſa requiras.

Suprà, aliquando aduerbium. Terent. in And. 1.1.93, Et vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprá. Idem in Eunucho, 3.1.37, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprá.

Superior comparatiuus à ſupra, Qui eſt plus hault. Vt ſuperior amicitia. Cicero, Quin ergo aliquando in vrbem reddis, vbi dignitas, honor, amicitia, tam ſuperiores, quàm minores.

Superior ætas, Aage deuant paſſe. Cic. de Senect. Sed honeſte acta ſuperior ætas.

Superiorem & inferiorem dicimus ferè quando de malis loquimur, vt Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Cum de bonis loquimur, ſi tempus denotamus, Superior & poſterior dicimus. vt Cyrus ſuperior, & Cyrus poſterior.

Superior interdum habet vim poſitiui, cum intelliguntur ij qui ſunt ſupra gradum quartum cognationis, vel affinitatis, ſicut inferiores qui ſunt infra ipſum gradum. Varro lib. 2. de re ruſt. Itaque proauos ac ſuperiores de Tremeliis nemo appellatus Scropha.

Supera pro ſupra dixit Cicero in Arato, Huc ſupera duplices humeros defixa videtur Stella micans.

Supremus, ſuperlatiuus à ſuperior, Id eſt extremus, Le dernier. Virg. Qui ſupremum comitentur honorem.

Supremus, Summus, altus, maximus. Suetonius, Verum ſupremum cælum intuentem ſtupidũ cubuiſſe. Terent. Prò ſupreme Iuppiter. Plaut. in Pſeud. 3.15, Supremum habuiſſe comitem conſiliis tuis. Plin. epiſt. 196.a, Victuríque nominis famam ſupremis etiam titulis prorogare nituntur.

SVPVM, antiqui dicebant, quem nunc ſupinũ dicimus, ex Græco videlicet, pro aſpiratione, ſ ponentes literam. vt cum iidem ὕλαϛ dicunt, & nos ſyluas: item ἕξ ſex, ἑπτὰ ſeptem. Huius vocabuli meminit & Lucilius, Si verò das quod rogas, & ſi ſuggerit ſupus.

SVRA, ſuræ, f.g. Poſterior pars cruris carnoſa, quę tantũ homini ineſſe dicitur: reliqua omnia animalia habent crura ſine ſuris. Le gras de la iambe. Plaut. in Pſeud. 11.70, Suram vbi aſpicias, ſcias eum poſſe gerere craſſas compedes.

Sura, pro toto crure aliquando accipitur. Virg. Suras vincire cothurno.

SVRCVS, ſurci, m.g. Palus, Vng pieu. à quo diminutiuum

Surculus ſurculi, m.g. Propriè dicitur qui inſeritur. Vne greffe. Varro de re ruſtica lib. 1. cap. 40, Eſt altera ſpecies ex arbore in arborem inſerendi, nuper animaduerſa in arboribꝰ propinquis. Ex arbore enim, à qua quis vult habere ſurculum, in eam qua inſerere vult, ramulũ traducit, & in eius ramo præciſo, ac diſſiſſo implicat &c.

Surculoſus, ſurculoſa ſurculoſum, Quod ſurculis abundat, Qui ha force greffes. Plinius, Ramis hyſſopi ſurculoſam.

Surcularis & hoc ſurculare. Terra ſurcularis, quæ ſurculos generat. Columella lib. 3. cap. x i, Conſiderandum eſt, antequam paſtinemus, ſurcularis nécne ſit terra: ídque facillimè explo-ratur per ſtirpes quæ ſua ſponte proueniunt.

Surculaceus, ſurculacea, ſurculaceum, Idem. Columella, Surculacea in folliculo ſunt raphano, ſi-napi, rapo.

SVRDVS, ſurda, ſurdum, Qui habet aures obtuſas, ab aurium ſordibus, quæ in duritiem verſæ, marmora aurium dicuntur, nec ſinũt audire. Et tam paſſiuè quàm actiuè dicitur. Nam ſurdus qui non audit, & qui non auditur. Sourd. Plaut. in Ciſtell. 7. 2, Non ſurda hera es, re-ctè audiuiſti. Terent. in And. 3. 1. 5, Vtinam aut hic ſurdus, aut hæc muta facta ſit.

Surda buccina, quæ non auditur. Iuuenalis, Surda nihil generet graue buccina.

Surdus locus, in quo non facilè auditur. Victruuius, lib. 5, Etiam diligenter eſt animaduer-tendum ne ſit locus ſurdus, & vt in eo vox quamclariſſime vagari poſſit.

Surdæ herbæ à Plinio dicuntur, quarum nomina non ſunt.

Surdum, cuius odor non ſentitur. Perſius, Nec ſpirent cynnama ſurdum.

Surdus ad viſum etiam refertur. Plin. lib. 36, Adhoc quibuſdam incurrit vmbra, ſurdúſque color fit.

Surdaſter, ſurdaſtra, ſurdaſtrũ, Significat diminutionẽ ſurditatis. nõ eſt planè ſurdus ſurdaſter, ſed vt ita dicã, ſurdulus. Cic. libro v. Tuſcul. In ſurditate verò quidnam eſt mali? erat ſurda-ſter M. Craſſus: ſed aliud moleſtius, quod malè audiebat, etiam ſi, vt mihi videbatur, iniuria.

Surdo, ſurdas, ſurdare, Surdum facere.

Surdeo, ſurdes, ſurdui, ſurdere, Surdum eſſe. Eſtre ſourd. À quo

Surdeſco ſurdeſcis, ſurdeſcere, Surdum fieri.

Surditas ſurditatis, ſ. g. Sourdeté. Cic. lib. v. Tuſcul. In ſurditate verò quidnam eſt mali?

SVRGO, ſurgis, ſurrexi, ſurrectum, ſurgere, Se leuer. Plautus in Aſin. 16. 71, Surge amator. Terent. in Eunucho, 4. 5. 3, Poſtquam ſurrexi, neque pes, neque mens ſatis ſuũ officiũ facit.

Surgere è lecto, ſurgere à menſa. Terẽt. in Adel. 4. 1. 4, Ita ſe defatigarit velim, vt triduo hoc perpetuo è lecto nequeat ſurgere. Plaut. in Pſeud. 5. 63, Poſtquam hercle iſti à mẽſa ſur-gunt ſaturi, poti.

Surgere ſella. Salluſt. lib. v. hiſtor. Sella ſurgere, caput aperire ſolitum.

Surgere dicuntur venti, cum veluti ſe erigentes, flare incipiunt. Virg. Et fando ſurgentes de-moror auſtros. Sícut econtrario quando flare deſinunt, ponere ac reſídere dicuntur.

Surgere, Creſcere, ſeu naſci. Virg. lib. 1. AEneid. Aſcanium ſurgẽtem, & ſpes hæredis Iuli Re-ſpice. Idem lib. 1. georg. Ques ſui nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.

Surgere dicuntur ædificia, cum ædificãtur. Plin. epiſt. 266, Multo depreſſior eſt ædes eo ope-re quocum maximè ſurgit.

SVRPICVLVS, ſurpiculi, m. g. Vimen, caniſtrum, ciſtellula, quæ è ſyrpis fieri ſolet. Pro-pertius, Surpiculis medio puluere ferre roſam. Columella lib. x i, Et vos agreſtes duro qui pollice molles Demetitis flores, cano iam vimine texum, Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Plaut. in Capt. 13. 47, Eis ora ego verberabo ſurpiculis piſcarijs. à ſyrpus de-riuatur dictio: qui iunci eſt ſpecies. vide SCIRPVS.

SVRREGO, pro ſurgo, & Surregit pro ſurgit ſcripſere veteres. Ab hoc, ſurrectio deriuatur

SVRRIGO, ſurrigis, ſurrexi, ſurrectũ, ſurrigere. Suſum vel ſurſum erigere, quo verbo vtun-tur ruſtici, cum tritę fruges ad ventilandũ in areis erigũtur. Secourre, ou ſecouer, ou enleuer. Surrigere aures, Dreſſer les oreilles. Virg. lib. 4, Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſur-rigit aures.

SVRREPO, Vide SVBREPO.

SVRRIPIO, ſurripis, ſurripui, ſurreptum, ſurripere, Latenter rapere, ſeu furari, Rauir & prendre que on nen voye rien. Plaut. in Aſin. 16. 35, Surripiam in delicijs pallam quam ha-bet. Idem in Pœn. 16. 137, Qui filias dicas tuas, ſurreptáſque eſſe paruulas Carthagine.

Surripere ab aliquo cingulũ. Plaut. in Menæh. 11. 26, Nimio ego hanc periculo ſurripui ho-die meo animo, ab Hyppolita ſubcingulum.

Surripere alicui operam. Plau. in Amphit. 6. 25, Clanculum abij à legione, operam hanc ſur-ripui tibi, Ie me ſuis deſrobbé pour te faire ce ſeruice. Idem in Caſina, 22. 13, Cupio illã operam ſeni ſurripere, Ie deſire de preuenir le vieillart en ceſte affaire.

Surripere ſe alicui, Se deſrobber daucun, ſe partir de luy ſans quil en voye rien. Plaut. in Menæch. 11.26, Vt ſurripuiſti te mihi dudum de foro?

Surreptitius, ſurreptitia, ſurreptitium, Qui ſe faict en cachette. Plautus in Caſina, 4.50, Inter nos amore vtimur ſemper ſurreptitio.

SVRROGO, ſurrogas, ſurrogare, Sufficere, Subſtituere. Quintil. Cum defuncto Patro in eius locum ſurrogatus fuiſſet. Vide SVBROGO.

Surrogatio ſurrogationis, f.g. Subſtitutio.

SVRSVM, Aduerbium, En hault. Terẽt. in Eunucho, 2.2.47, Ne ſurſum deorſum curſites, Hault & bas. Idem in Adel. 4.2.36, Præterito hac recta platea ſurſum. Plaut. in Mil. 16.14, Non tu ſcis, quum alto ex puteo ſurſum ad ſummum deſcenderis &c.

Surſum deorſum, Hault, & bas. Terent. in Eunucho, 2.2.47.

Surſum verſum, Id eſt, verſus ſuperiorẽ locum, Droit en hault, vers hault. Cic. in Partitionibus Orat. Et idem quaſi ſurſum verſum vtroque dicatur. Idem de Orat. Cum gradatim ſurſum verſum redditur. Cato de re ruſt. Vites, propages, ſulcos ſurſum verſum, quoad eius facere poteris, vites facito vti ducas. Ibidem, Surſum verſũ ſemper adducito. Ibidem Vitia dicta à vinciẽdo, quod item capreolos habet, vt vitis, quibus ſurſum verſum ſerpit.

SVS, pro ſurſum accipitur, vt ſuſpicio.

SVS, ſuis, generis communis ſecundum Priſcianum, Vng pourceau. Plin. lib. 28. cap. 9, Quam obrem non de alia loquemur, ſue multo efficaciore fœmina, & quæ non pepererit. Idem lib. 8. cap. 51, Sues ferè ſemel anno gignũt. Maribus in coitu plurima aſperitas. tunc inter ſe dimicant. Plaut. in Trucul. 6.13. Quaſi ſus catulos proteram pedibus.

Suinus, ſuina, ſuinum, Quod eſt ſuis. vt ſuina caro. Varro, Hic enim conciliator ſuinæ carnis datur populo.

Suillus ſuilla ſuillum, Diminutiuum à ſuinus. Plin. lib. 8. cap. 52, At in Arabia ſuillum genus non viuit in vllo genere.

SVSCIO, ſuſcis, ſuſciui, ſuſcitum, ſuſcire, Idem quod ſcire. Plaut. in Menæch. 9.62, Eho Meſſenio accede huc. MES. quid negotij eſt ſuſciri? quid eo opus eſt? MEN. ſcio, vt me dicas tanto nequiorem.

SVSCIPIO, ſuſcipis, ſuſcepi, ſuſceptum, ſuſcipere, à ſuſum vel ſurſum, quaſi ſurſum capere, Prendre & leuer en hault.

Suſcipere, tam ad animum, quàm ad corpus refertur, vt, ſuſcepi onus, ſuſcepi voluptatem, Prendre.

Suſcipere conſilium. Plin. epiſt. 22. d, Vtque ſuaſerit ratio, vitæ, mortiſque conſilium vel ſuſcipere vel ponere, ingentis eſt animi.

Suſcipere conſulatum. Plin. in Paneg. 130, Quo iuſtius ſenatus vt ſuſciperes quartum conſulatum, & rogauit & iuſſit.

Suſcipere crimen defenſione. Plin. epiſt. 190. e, Criménque quaſi in medio relictum defenſione ſuſcipiunt.

Suſcipere curam, Prendre charge. Suet. de claris grammat. cap. 21, Quod eleganter curam ordinandarum bibliothecarum in Octauiæ porticu ſuſcepit.

Suſcipere inimicitias cũ aliquo, Prendre noyſe contre aucun. Terẽt. in Hecyra, 2.1.34, Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet?

Suſcipere offenſas in deligendo aliquo, Se mettre en la malle grace. Plinius epiſt. 42. b, Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo præceptore, ſed oportet me non commodo offenſas, verum etiam ſimultates pro fratris tui filijs tam æquo animo ſubire, quàm parentes pro ſuis.

Suſcipere vota Ioui. Plaut. in Amphit. 4.76, Imperator vtrinque hinc & illinc Ioui vota ſuſcipere, hortari exercitum, Faire prieres. Plin. in epiſt. 252, Solennia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus continetur & ſuſcipimus Domine pariter, & ſoluimus, precati deos. Idem, de viris illuſt. 66, Vota pro illo per Italiam publicè ſuſcepta ſunt.

Suſcipere fidem. Plin. epiſt. 220, Quas partes impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido, Comme tu nous as promis.

SVSCITO, ſuſcitas, ſuſcitare, Excitare, Eſueiller. Plautus in Moſtell. 6.25, Quis hic dormit? PHILO, Callidates. T. ſuſcitá iſtum, Dẽlphium. Idem in Mil. 6.59, Sceledre, Sceledre te ſuſcita.

Suſcitare aliquê ſõno. Plau. in Mil. 10.95. Et prius quàm galli cãtêt, quæ me ſomno ſuſcitet.
Suſcitare aliquem ad ſuum officium, Enhorter, inciter aucun a faire ſon deuoir, Iesmouuoir. Plaut. in Rud. 22.13, Non enim illũ expectare oportet, dũ herus ſe ad ſuũ ſuſcitet officiũ.
Suſcitabulum ſuſcitabuli, neut. gen. Incitamentum, Incitement. Varro Symphonia vocis ſuſcitabulum.
SVSPECTO, ſuſpectas, ſuſpectare, vide SVSPICIO.
SVSPENDEO, ſuſpendes, ſuſpendi, ſuſpenſum, ſuſpendêre, Supra pendêre, Eſtre pendu en hault. Columella libro v, Ruſticos ſubigere iugo palmam, & ita collocare vt ſol minimè ſuſpendeat.
Suſpendere, Mediocriter vel quaſi imminere. Cic. Peto, Quid ipſa res modo honeſta, modo turpis ſuſpendet, flagitioſum eſt.
SVSPENDO, ſuſpendis, ſuſpendi, ſuſpenſum, ſuſpéndere, Pendre quelque choſe en hault, ou lier. Virg. Antè nouis rubeant, quàm prata coloribus, antè Garrula quàm tignis nidum ſuſpendat hirundo.
Suſpéndere, Anxium reddere, Mettre en doubte. Plaut. Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum. Virg. Suſpenſi, Eurypilum ſcitatum oracula Phœbi Mittimus.
Suſpenſus ſuſpenſa ſuſpenſum, Pendu.
Suſpenſa manu aliquem commendare. Plin. epiſt. 98. lib. VI, Tu verò non debes ſuſpenſa manu commendare mihi, quos tuendos putas. Id eſt, timidè & dubiè.
Suſpenſus, Qui eſt en doubte quil doibt faire ou dire. Plin. epiſt. 126. c, Cõſules, vt Polyænus poſtulabat, omnia integra principi ſeruauerunt, cuius cognitionem ſuſpenſus expecto.
Suſpenſo gradu, Placido & ſilenti. Terent. in Phor. 5.6.27, Hæc vbi ego audiui, ad fores ſuſpenſo gradu placidè ire perrexi, Tout bellement, ſans bruit.
Suſpendium, ſuſpendij, n. g. Suſpenſio. Gellius, Suſpendio vitam finiuit, Il fut pendu. Plaut. in Aulul. 4.11, Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpẽdium potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiam. Idem in Caſina, 3.22, Hercle me ſuſpendio, quàm tu eius potitor fias, ſatius eſt mortuum.
SVSPICIO, ſuſpicis, ſuſpexi, ſuſpectum, ſuſpicere, Surſum aſpicere, Regarder cõtremont, en hault. Virg. Et mœnia ſuſpicit vrbis.
Suſpicere, Venerari, Auoir en reuerance. Cic. lib. 2. de off. Itaque eos viros ſuſpiciunt, maximíſque efferunt laudibus. Plin. in Paneg. 138, Suſpiciunt inuicem, inuicem cedunt.
Suſpicere, Reſpondere. Virg. lib. 6. AEneid. Suſpicit Anchiſes, atque ordine ſingula pandit.
Suſpicere, Suſpectum habere, Soubſonner. Vt apud Salluſtium in Iugurtha, Per idem tempus Bomilcar, cuius impulſu, Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, inceperat, ſuſpectus regi, & eum ſuſpiciens nouas res cupere, ac perniciem eius dolo quærere.
Suſpecto, ſuſpectas, ſuſpectare, Frequenter aſpicere. Martialis, Oculíſque ſuſpectans ſydera.
Suſpectare, Deorſum ſpectare: & ſic à ſub componitur. Regarder droit en bas. Martialis, Sed ſuſpectat oculis deuorantibus draucos.
Suſpicor, ſuſpicaris, ſuſpicari, à ſuſpicio: Auoir ſoubſon. Dictum, quòd cum timore quodam ea videmur aſpicere, de quibus dubitamus. Terent. in Heaut. 2.3.27, Nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.
Suſpicari de. Terent. in Heaut. 4.1.49, Quid nunc ſuſpicare, aut inuenis de illa?
Suſpicari aliquem. Plaut. in Trin. 4.41, Sunt quos ſuſpicor.
Suſpicans, ſuſpicantis, Soubſonnant. Terent. in And. 1.1.89, Egomet quoque eius cauſſa in funus prodeo, nihil ſuſpicans adhuc mali.
Suſpicio ſuſpicionis, f. g. Soubſon. Terent. in Eunucho, 3.1.46, Imò magis auge ſuſpicionem.
Suſpicio eſt. Plaut. in Epid. 10.53, Sic ſuſpicio eſt. On le ſoubſonne ainſi. Idem in Pſeud. 7.150, Suſpicio mihi nũc eſt vos ſuſpicarier, me hæc idcirco tanta facinora promittere, qui vos oblectem. Terent. in Eunucho, 3.3.8, Iam tum erat ſuſpicio, dolò malo hæc fieri omnia. Idem in Adel. 4.3.9, Suſpicionem hanc propter fratrẽ eius eſſe, & illam pſaltriam.
Suſpicio incidit de me. Terent. in Adel. 4.4.6, Nunc ſuſpicio de me incidit, neque ea immeritò, On ha ſoubſon de moy.
Suſpicio amoris tranſlata in eum. Terent. in Heaut. 4.5.52, Quia enim in eum ſuſpicio eſt tranſlata amoris. On ha ſoubſon quil eſt amoureux.
Suſpicionem ſegregare à ſe, Oſter ſoubſon. Plaut. in Aſin. 13.29, Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget.

Suſpicioſus ſuſpicioſa, ſuſpicioſum, Soubſonneux. Qui ſuſpicionem habet. Terent. in Adelph. Omnes quibus res minus ſecundæ, magis ſunt neſcio quo modo ſuſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis propter ſuam impotentiam, ſeſe ſemper credunt negligi.

Suſpectus ſuſpecta ſuſpectum, Qui eſt ſoubſonné. Plau. in Bacchid. 20.89, Sat ſic ſuſpectus ſum cum careo noxia. Terent. in Hecyra, 3.3.38, Scio nemini aliter ſuſpectum fore, quin quod veriſimile eſt, ex te recte eum natum putent.

Suſpectus in ea. Suet. de claris grammat. 16, Cum filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, ſuſpectus in ea, & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum ſe contulit.

Suſpecta inceſtu. Plin. de viris illuſt. 46, Tum Claudia virgo Veſtalis, falſò inceſtu ſuſpecta, deam orauit, vt ſi pudicam ſciret, ſequeretur.

Suſpectus locus. Plin. epiſt. 3 11, Eſt tamē ſtatim à capite paulo amplius mille paſſibus, locus ſuſpectus & mollis: quem ego interim explorare modico impendio iuſſi.

SVSPIRO, ſuſpiras, ſuſpirare, Spiritum ab imo pectore trahere, quod ſolicitudinis aut doloris argumentum eſt. Soupirer. Plautus in Menæh. 19.8, Quin ſuſpirabo plus ſexcentum dies.

Suſpirare, Deſyderare, Souſpirer apres aucun, regreter. Iuuenalis, Suſpirat longo non viſam tempore matrem.

Suſpirium ſuſpirij, n. g. Ipſa ſuſpiratio, ab imo pectore petita. Soupir. Plautus in Ciſtell. 2.46, Hoc ſis vide vt ſuſpirium petiuit altè, & pallida eſt.

Suſpirium, Ipſa ſuſpirandi difficultas. eſt enim morbus qui ex pulmone fit.

Suſpiratus, ſuſpiratus, ſuſpiratui. m. g. Idem. Ouid. Et ſuſpirantibus hauſtis.

Suſpirioſus, ſuſpirioſa, ſuſpirioſum, Qui ſpirandi difficultatem patitur, vel cui vitioſa eſt reſpiratio. Plin. lib. x x, Podagris cum articulorum morbis decoctum, cucumerem in aceto illinunt, præſentaneo remedio ſuſpirioſis prodeſt.

SVSQVE, DEQVE, id eſt plus, minúſve, inquit Feſtus. Súſque, déque habere, ſignificat æquo animo eſſe, & quod accidit, non magnifacere, & interdum negligere, atque contemnere: hoc eſt, ſurſum deorſum feratur res, paruifacere, Non challoir comment il aille de quelque choſe, Ne ſen ſoucier point. Plaut. in Amphit. 10.5, Atque id me ſúſque déque eſſe habituram putat?

SVSSILIO, ſuſſilis, vide SVBSILIO.

SVSTENDO, ſuſtendis, ſuſtendi, ſuſtenſum, ſuſtendere, Decipiendi gratia, ſubdere aliquid aut machinari. Salluſt. Dum ſuſtendit inſidias militi.

SVSTENTO, ſuſtentas, vide SVSTINEO.

SVSTINEO, ſuſtines, ſuſtinui, ſuſtentum, ſuſtinere, Surſum tenere, Soubtenir. Plautus in Menæh. 5.13, Suſtine has pœnicule exuuias. Idem in Pœnulo, 2.90, Quantum hominum terra ſuſtinet.

Suſtinere, Pati, Endurer, ſouffrir. Terent. in Phor. 2.2.33, Prima coitio eſt acerruma: ſi eam ſuſtinueris, poſt illa iam, vt lubet, ludas licet. Plaut. in Merc. 8.8, Non tu ſcis quantū malarum rerum ſuſtineam. Plin. epiſt. 12.c, Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tandiu ſuſtinere? Idem epiſt. 190.c, Non ſuſtinui inducere in animum, quo minus illi eodem die facturum me indicarem.

Suſtinere perſonam magiſtri. Suet. de claris grammat. 24, Soli huic, nec vlli præterea grammatices parti deditus: hic nō tam diſcipulos, quàm ſectatores aliquot habuit: nūquā enim ita docuit, vt magiſtri perſonam ſuſtineret, Il ne tenoit iamais forme ou train de maiſtre.

Suſtinere ſuſpicionem. Plaut. in Bacchid. 8.32, Ille innocens, ſuſpicionem hanc ſuſtinet cauſſa mea, Il eſt ſoubſonné. Idem in Mil. 7.35, Propter eandem, maximam ſuſpicionem viſa ſum ſuſtinere.

Suſtinere, Alere, reficere, Nourrir, ſuſtenter, entretenir. Liuius, Milites fluuiatili piſce & herbis ſuſtinebantur. Id eſt, cibabantur. Virg. lib. 2. georg. Hinc patriam, paruóſque nepotes Suſtinet.

Suſtento, ſuſtentas, ſuſtentare, Endurer, ſouffrir. Plaut. in Capt. 16.3, Cúmque ex miſerijs plurimis me exemerunt, quæ adhuc te carens, dum hic fui, ſuſtentabam.

Suſtentare, Entretenir, nourrir, ſuſtenter. Plaut. in Sticho, 10.8, Valuiſtín' bene? p. ſuſtentaui ſeduló, Ie me ſuis bien traicté & nourri. Terent. in Adel. 3.4.36, Non malus, neque iners, alit illas: ſolus omnem familiam ſuſtentat. Suet. de claris grammat. 15, Defuncto eo, filiíſque eiuś, ſchola ſe ſuſtentauit.

SVSTOLLO, ſuſtollis, ſuſtuli, ſublatum, ſuſtollere, Leuer en hault, ſouleuer. Virg. Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas. Plaut. in Ciſtell. 2. 106, Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem.

Suſtollere animos, Senorgueillir. Plau. in Trucul. 12. 7, Poſtquam filium peperit, animos ſuſtulit. Terent. in Hecyra, 3. 5. 57, Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ, ſublati animi ſunt. Plin. in Paneg. 21, Ergo ſuſtulerant animos, & iugum excuſſerant, nec iam nobiſcū de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabant.

Suſtollere, Auferre, vt, Suſtollere metum, Oſter crainte. Plin. in Paneg. 67, Huius tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruere, quàm qui ſibi maieſtatem vindicabant.

Suſtollere conuiuium, Deſeruir ſur table. Plaut. in Menæh. 10. 17, Sublatum eſt cōuiuium. Virg. Iubet & ſublata reponi Pocula.

Suſtollere æs alienum, Payer les debtes dautruy. Plin. de viris illuſt. 29, Hic cum ingēs multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate compulſum feciſſet, ſublato ære alieno compreſſit.

Suſtollere virginem, Enleuer, & deſrober. Plaut. in Ciſtell. 7. 8, Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim herilem filiam noſtrā ſuſtollere. P. extimuit tum illam: M. iam horret corpus, cor ſalit.

Pater dicitur ſuſtuliſſe filium, mater verò peperiſſe.

Suſtollere, Educare, Nourir. Virg. lib. 9, Mæonio regi quē cerua Licinia furtim Suſtulerat. Plaut. in Ciſtell. 3. 4, Nam ego illam olim quæ flens hinc abijt, paruolam puellam proiectā ex angiportu ſuſtuli.

SVSVM, Aduerbium, idem quod ſurſum. Martialis, in epigrammate ad Scazonem ſuum.

SVSVRRVS, ſuſurri, m. g. Paruum & ſummiſſum murmur. Bruit ſourd & murmure. Horat. lib. 1. Carm. Leuéſque ſub noctem ſuſurri.

Suſurrū, neutro genere dixit Ouid. lib. 7, Metam. Procrin adit, linguáq; refert audita ſuſurra.

Suſurro ſuſurras, ſuſurrare, Furtim & ſūmiſſavoce loqui, vel ſuſurror ſuſurraris, ſuſurrari, Bruire aucunement, murmurer. Terent. in And. 4. 5. 40, Iam ſuſurrari audio, ciuē Atticā eſſe hanc.

Suſurro ſuſurronis, m. g. Qui occulte maledicendo odium in aliquem, aut diſſenſionem molitur, Qui par derriere meldit daucun, & le blaſme, & met en hayne dung autre.

SVTELA, ſutelæ, f. g. Doloſa aſtutia, à ſimilitudine ſuentium dicta, authore Feſto. Plaut. in Capt. 12. 34, Atque ob ſutelas tuas te morti miſero, vel te interijſſe, vel perijſſe prædicent.

SVTERNA, ſuternæ, f. g. Sutura, ſiue opus ſutorium, Cordonnerie. Varro, Quod ſuternas facere inſcius nihil homo agis.

SVTATES, dicuntur quaſi continuè ſuentes, vel ſtantes in ſutrina. Plaut. in Aulul. 15. 41, Sedentarij, ſutates, diabathrarij.

SVTILIS, & hoc ſutile, Quod ſutum eſt, Couſu. Vnde coronæ ſutiles dicuntur, ſiue pactiles coronæ. & veſtis ſutilis.

SVTOR, ſutoris, Qui calceos ſuit, Vng cordonnier, qui faict les ſouliers. Vide SVO ſuis. Cic. pro L. Flacco, Id ſutores & zonarij conclamabant.

Sutorius, ſutoria, ſutorium, Quod ad ſutorem pertinet, vt ars ſutoria, inſtrumentum ſutoriū. Sutorium atramentum, Vide in ATER, Atramentum.

Sutrina ſutrinæ, Locus vbi calcei ſuuntur & venduntur. La cordonnerie.

SVTVRA, ſuturæ, f. g. Quam ſutor ſuendo facit. Couſure.

Sutura, de alijs etiam rebus per ſimilitudinem dicitur. Cornelius Celſus, lib. 7, Rarò caluaria ſolida ſine ſuturis eſt, & id caput firmiſſimum, atque à dolore tutiſſimum eſt: ex cæteris in quo ſuturæ pauciores ſunt, eo capitis valetudo commodior eſt.

SVVS, ſua, ſuum, pronomē reciprocum. Vide SVI. Plaut. in Merc. 3. 88, Mihi talentum argenti ipſe adnumerat ſua manu, De ſa propre main. Idem in Amphit. 4. 98, Ipſúſque Amphitruo regem Pterelam ſua obtruncauit manu. Terent. in Phor. 2. 4. 14, Suus cuique mos, Chaſcun ha ſa maniere.

Suum, Ce qui eſt a ſoy, ſon bien. Plaut. in Trin. 6. 34, Neu ſuū adimerē alteri, Que ie ne ruiſſe point lautruy, ou le bien dautruy. Idem in Merc. 24. 60, Et per nos quidē hercle egebit, qui ſuū prodegerit. Idem in Curcul. 10. 9, Quibus ſui nihil eſt, niſi vna lingua.

Suo ſibi telo, pro ſuo telo dixere veteres. Plaut. in Amphit. 4. 115, Atque hunc telo ſuo ſibi malitia à foribus pellere. Idem in Capt. 2. 45, Sed inſcientes ſua ſibi fallacia ita comparārunt. Ibidem, 2. 5, Sed is quo pacto ſuo ſibi ſeruiat patri.

Suapte, De ſa propre. Plaut. in Merc. 24. 9, Suapte culpa ex genere capiunt genus.

SY

SYAGROS, latinè dicitur aper. nam quod apud Græcos σύς, apud nos sus: & ἄγριος fe-rus dicitur.

SYCOS, latinè ficus dicitur: Næuius, Hodie sycos mihi recens fuit.

Sycomorus, sycomori, f.g. Ficus fatua appellata, quæ & mariſca nuncupatur. σύκος, ficus: μωρὸς fatuus dicitur. Dioſcorides ſcribit ſycomorum eſſe arborem magnam, ſimilem arbori ficuũ, habentem lactis multitudinem, cuius fructus non egreditur ex ſummitatibus ramorum, ſicut ficus, ſed ex ramis ipſis. Et eſt dulcis ſimilis fructui ficus agreſtis. grana eius ſunt minora, quàm grana ficus, & non maturantur, niſi radantur inſtrumento ferreo. Naſcitur multum apud Rhodum, & in locis vbi abundat frumentum. Celſus, moroſycon inuerſis literis vocat arborem: quaſi fatuam, hoc eſt, non fructiferam ficum dicas. Gignit enim pillulas albicantes, quæ inſtar olynthorum, hoc eſt groſſorũ fici, appetente maturitate décidũt. peculiaris AEgypti, in aggeribus Niloticis præcipue proueniens: quæ radicibus ſuis Niloticas ripas colligebat ad coercendum Nilum.

SYCOPHANTA, ſycophantæ, m.g. ficorum comeſtor. ἀπὸ τοῦ φάγειν τὰς σύκους, hoc eſt, à ficis edendis.

Sycophanta, pro mendace, cauillatore, ſiue doloſo ponitur. Quod hinc originem habuit: è duobus ſeruis Græci cuiuſdam viri alter ficus, quæ domi paratæ erãt abſumpſerat: alter, quis eas abſtuliſſet, ignorabat. Quærenti eas domino ſons innocentem accuſabat. Herus vt veritatem exploraret, haurire vtrũque ſubtepidam aquam iuſſit, deinde euomere. Tũc primùm ſycophantæ ortum vocabulum: eo ita appellato, qui ficos deuorauerat, culpámque in innocentem cauillando, ac mentiendo reijciebat. Alij tradunt Atticos quondam iuuenes in ortos irrumpere ſolitos, ficóſque colligere: quam ob cauſſam lege conſtitutum fuiſſe, vt quicunque id feciſſet, capite plecteretur. Hanc igitur pœnam qui perſequerẽtur ob paruula detrimenta, ſycophantas, hoc eſt ficorum edones eſſe appellatos. Plaut. in Amph. 6.8, Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidem ſit meus pater.

Sycophantia, ſycophantiæ, f.g. Mendacium, cauillatio, doloſitas, fallacitas. Plaut. in Aſin. 11.2, Perfidiæ laudes, gratiáſque habemus merito dis magnas, cum noſtris ſycophantijs, dolis, aſtutiíſque ſcapularum confidentia &c. Idem in Mil. Nam ego inueni lepidè ſycophantiam.

Sycophantías ſtruere, Machiner tromperies & fraudes. Plaut. in Aſin. 3.57, Neque puduit eum id ætatis ſycophantias ſtruere.

Sycophantor ſycophantaris, ſycophantari, ſycophantias ſtruere. Plaut. in Trin. 11.41, Quanquam hoc me ætatis ſycophantari pudet. Ibidem, 13.113, Enimuero ego nunc ſycophantæ huic ſycophantari volo.

Sycophantiſſo ſycophantiſſas, ſycophantiſſare, Idem.

Sycophantioſè, Aduerbium, Par tromperie & deception. Plaut. in Pſeud. 10.101, Ego nec ſycophantioſè quicquam ago, nec maleficè.

SYDVS, ſyderis, vide SIDVS.

SYLLABA, ſyllabæ, f.g. Comprehenſio literarũ, vel vnius vocalis enuntiatio, tẽporum capax.

Syllabatim, Aduerbium, Per ſyllabas ſingulas. Cic. Attico, lib. xiii, Ergo ego ne Tironi quidem dictaui, qui totas περιοχὰς perſequi ſolet, ſed Spinthero ſyllabatim.

SYLLATVRIO, ſyllaturis, ſyllaturire, Syllã imitari. Cic. Attico, lib. ix, Hoc turpe Cn. noſter biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proſcripturit iamdiu.

SYLLEPSIS, huius ſyllepſis, f.g. Dici poteſt conceptio. ab σὺν con, λῆψις acceptio: quæ fit cum pluralis dictio, ſingulari verbo copulatur. Virg. Socijs & rege recepto. Aut ſingularis plurali verbo connectitur, vt Virg. Egloga 1, Sunt nobis mitia poma, Caſtaneæ molles, & preſſi copia lactis. Aut cum pro multis vnus ponitur. vt Virg. Armato milite complent. Item pro vno multi. Virg. Vos ô Calliopæ precor aſpirate canenti.

SYLLOGISMVS, ſyllogiſmi. m.g Computatio, penſatio, ab σὺν καὶ λέγομαι, quod eſt, computo, concludo. vel ab λογίζομαι ratiocinor.

SYLVA, generale nomen eſt, Propriè arborum, & quæ cædua eſt, hoc eſt, quæ habetur in eum vſum, vt ex ea, materia cædatur, Vne foreſt.

Sylua, de herbis aliquãdo dicitur. Virg. lib. 1. georg. Subit aſpera ſylua, lappæque, tribulíque.

Sylua aliquando dicitur quod extempore ſcribitur velociſſimè, eſtque veluti prima materia. Quintil. Diuerſum eſt huic eorum vitium, qui primo decurrere per materiam ſtylo quam velociſſimo volunt, & ſequẽtes calorem atque impetum, extẽpore ſcribunt. Hãc ſyluã vocãt.

Syluula ſyluulæ, f.g. Diminutiuum, Vne petite Foreſt.
Syluecula ſyluueculæ, Idem.
Syluaticus ſyluatica, ſyluaticum, Quod eſt ſyluæ, vel quod ad ſyluam pertinet. Varro lib. 1. de re ruſt. Vt falces dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticæ opus eſſe ſex, ſirpiculæ quinque, ſyluaticæ quinque, arboratiæ tres, ruſticariæ decem.
Syluester, hæc ſyluestris, & hoc ſyluestre, vel hic & hæc ſyluestris & hoc ſyluestre, Quod eſt ſyluæ, Sauuage. Virg. Syluestrem tenui muſam meditaris auena.
Syluestris, Quod eſt in ſylua. Cic. in Lælio, Cum locis ipſis delectemur montoſis & ſyluestribus, in quibus diutius commorati ſumus. Hoc eſt, in locis qui in montibus ſunt, & ſyluis.
Syluesco ſyluescis, ſyluescere, In ſyluam redigi, ſeu ſyluestrem, aut infructuoſas arbores, ſarmẽtaue fieri. Cic. de ſenect. 48, Quam multiplici ſerpẽtem lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſyluescat ſarmẽtis, & in omnes partes nimia fundatur. Columella lib. v, Nec pati vitem, ſuperuacuis frondibus luxuriantem, ſyluescere.
SYMBOLVS, ſymboli, Annulus dictus eſt, cum ſit nota & ſignum.
Symbolum pro literis poſuit Iuſtinus lib. 2. dicẽs, Sollicitare inquietos in partes ſuas ſtatuit: & cum colloquendi copiam non haberet, quò applicituri erant, ſymbolos proponi, & ſaxis proſcribi curat.
Symbolum, ſymboli, n.g. aliquando collatio dicitur, à συμβάλλω confero, hoc eſt, quod plures conferunt in vnum, ita vt cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Ce que pluſieurs contribuent pour banqueter enſemble. Plautus in Curcul. 9. 13, Symbolorum collatores apud forum piſcarium. Terent. in Andria, Symbolum dedit, cœnauit. Idem in Eunuc. 3. 4. 2. Heri aliquot adoleſcẽtuli coimus in pꝛæreo, in hunc diem vt de ſymbolis eſſemus: Chæream ei rei præfecimus.
Symbolus, vel ſymbolum, Indicium, & ſignum etiam dicitur, Enſeigne, ſigne, marque. Plaut. in Bacchid. 5. 29, Eo præſente homini extemplo oſtendi ſymbolum, quem tute dederas ad eum vt ferret filio. N. quid, vbi ei oſtẽdit ſymbolum? c. infit dicere adulterinum, & nõ eum eſſe ſymbolum. Idem in Pſeud. 9. 55, Nam iſtic ſymbolum eſt inter herum meum & tuum de muliere. Ibidem, 3. 54, Ea cauſſa miles hic reliquit ſymbolum, Expreſſam in cera ex annulo ſuam imaginem.
SYMMETRIA, ſymmetriæ, f.g. Commenſuratio.
SYMPATHIA, ſympathiæ, f.g. Latinè compaſſio dici poteſt.
SYMPHONIA, Conſonantia, & muſicus cõcentus, Harmonie, melodie, accord de chant.
SYMPINVM, ſympini, Vas vinarium non diſſimile cyatho, quo vtebantur in ſacrificijs. ex σὺν, con: & πίνω bibo. Iuuenalis, Et quis tunc hominũ contemptor numinis, aut quis Sympinum ridere Numæ, nigrúmque catinum.
Varro latinum fecit, inquiens, Vt vinum minutatim funderetur, à guttis guttum appellarũt: quod ſumebant minutatim, à ſumendo, ſumpinium appellarunt.
Aliquando ſympunium dicitur, mutata i in u.
SYMPOSIVM, ſympoſij, n.g. Compotatio, & conuiuium dicitur.
SYN, præpoſitio græca, quæ in compoſitione ſignificat ſimul: quẽadmodum apud nos CON.
SYNAERESIS, f.g. Contractio, figura qua plura per vnum coniunguntur. vt bigæ, pro biiugæ. Ex σὺν, & ἄιρεσις, tractio.
SYNAGOGA, ſynagogæ, f.g. Coadunatio, congregatio, contractio. Ex σὺν, ſimul: ἀγωγὴ inductio., Vne egliſe, congregation, aſſemblee.
SYNALOEPHE, f.g. Dici poteſt compreſſio, cæſura, Eſt cum de fine dictionis vocalis abijcitur ſequente dictione incipiente à vocali. vt apud Iuuenalem Semper ego auditor tantum? Ex σὺν, quod eſt con: & ἀλοιφὴ abſterſio,
SYNANCHE, f.g. Angina, morbus qui ſpiritum ſuffocat. Ex σὺν, & ἄγχω affligo, ango.
SYNATHROESMVS, ſynathroeſmi, m.g. Figura quæ & ſingulis verbis, & pluriũ verborum coniunctione fieri poteſt. Singulis, hoc modo, Sed cum ad ſupplicium ſumendum ſe cõfirmaret, multa ſimul eum reuocabant: Officia, conſuetudo, tempus, exiſtimatio, periculum, religio. Plurium verborũ coniunctione ſic, apud Ciceronẽ, Nemo enim nocens ſine ſummo mœrore eſt iudices: ſed multa eum perturbãt. quod adeſt, ſolicitudinis plenum. quod futurum eſt, formidoloſum. lex paratum ſupplicium oſtẽtans: vitia ex vitijs collecta, occaſionem arguẽdi maleficij capitans inimicus: quæ quotidie vehementer eius animum excruciant.
SYNCACEOSIS, figura quæ docet diuerſas res coniungere, & communi opinioni cum

ratione aduerſari. vt, nec hominis auari atque aſoti, vnum atque idem vitium eſt. Vterque enim neſcit vti, atque vtrique pecunia dedecori eſt, quare merito vtrique pari pœna adficiuntur, quos pariter non decet habere.

SYNCATEGOREMA, ſyncategorematis, n. g. Conſignificans.

SYNCERVS, ſyncera, ſyncerum, Propriè quod eſt integrum. Enter. Tractum ab eo, quòd qui diuidere fructum communem alueorum cum ſocio volunt, ſimul cum cera mel partiuntur. quòd ſi mel tantum ſine cera conſignent, fraudant ſocium, nec agunt integrè. Syncerum itaque, quaſi ſimul cum cera. Plaut. in Rud. 18.48, Poſtea aſpicito meum, quando ego tuum inſpectauero, ni erit tam ſyncerum, vt quiuis dicat ampullarius optumum eſſe opere faciendo corium, & ſynceriſſimum.

Syncerus, Incorruptus & immaculatus, Pur, & net. Horatius, Syncerum eſt niſi vas, quodcunque infundis acceſcit. Plaut. in Bacchid. 9.11, Syncera mens. Synceri porci, Qui ne ſont point forcenés. Plaut. in Menæh. 8.16, Quibus hic pretijs, porci veneunt ſacres, ſynceri?

Syncerum, quidam à carie deduci putant, quaſi ſine carie id eſt corruptione.

Syncerus, inquit Donatus, purus, ſine fuco & ſimplex, vt mel ſine cera.

Synceritas ſynceritatis, f. g. Puritas, integritas.

Syncerè Aduerbium, purè & integrè. Plaut. in Epid. 13.28, Satín' ego oculis vtilitatē obtineo ſyncerè, an parum?

SYNCHISIS, f. g. Confuſio. Eſt enim, vt ſcribit Donatus, hyperbaton vndique confuſum. vt illud Vergilianum, Tris notus abrepta in ſaxa latentia torquet, Saxa vocant Itali medijs quæ in fluctibus aras. χύσις, fuſio: συγχέω confundo.

SYNCHRONOS, Contemporaneus.

SYNCIPVT, ſyncipitis, n. g. quaſi ſemicaput, inquit Phocas grāmaticus, ſignificátque partem capitis porcini conditam, & ad edendum paratam. nam inter edulia ānumeratur. Plin. lib. 8. cap. 51, Interdictáque cœnis abdomina, glandia, teſticuli, vuluæ, ſyncipitia, verrina.

Synciput, Anterior pars capitis. Cornutus in Perſium, Synciput anterior, occipitium dicitur poſterior pars capitis.

SYNCOPA, ſyncopæ, f. g. Cōciſio. κόπτω, incido. Figura, cum litera vel ſyllaba è medio dictionis tollitur. vt copoſtus pro compoſitus.

SYNDICVS, ſyndici, m. g. Aduocatus, qui vt patronus in communem cauſſam defendendam mittitur. Ariſtides dicitur eſſe creatus ſyndicus ab Athenienſibus, vt communi cauſſæ Græciæ, Athenienſium nomine patrocinaretur. & συνδικῶμ verbum idem quod συνηγορῶμ, ac ſi ſyndicari verbum fingas pro defendere & patrocinium præſtare.

Syndici ſunt etiam ciuium aduocati & defenſores iuris publici: quaſi in cauſſam publicam cōmuniter incumbētes. Item Demoſthenes πρὸς Λεπτίνην refert lege ſancitum Athenis, ne cui iterum ſyndicum fieri liceret, creárique à populo: idque ideò, ne ſyndicia, id eſt ſyndici munus ob publicam vtilitatem inuētum, verteretur in quæſtum, compendiúmque priuatum. Hoc nomine vocari poſſunt, quos hodie Deputatos noſtri vocant.

SYNDIPNIVM, latinè dicitur concœnatio.

SYNECDOCHE, ſynecdoches, f. g. Cōceptio dicitur, Cum à parte totum, vel à toto pars intelligitur. vt puppis pro naui, & annus pro hyeme. Virg. Quàm multæ glomerantur aues, vbi frigidus annus Trans pontum fugat. Id eſt frigida hyems.

SYNGRAPHA, ſyngraphæ, vel Syngraphus ſyngraphi, vel ſyngraphum ſyngraphi, Scriptura ſiue ſchedula quæ fit propria manu eorum qui paciſcuntur in alicuius rei fidem, Scedule, obligé, vng traité, ſignet, ſigne manuel. Plaut. in Aſin. 13.1, Agedum iſtum oſtēde, quem conſcripſiſti ſyngraphum inter me & amicam & lenam, leges pellege, Lobligé. Idem in Capt. 7.91, Eadem opera à prætore ſumas ſyngraphum. T. quem ſyngraphum? A E. quem hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic vt liceat domum, Vng conge quon ha du capitaine, ou du roy, ou vng ſauconduyt. Idem in Aſin. 5.85, Poſtremo vt voles nos eſſe, ſyngrapham facito afferas, Eſcrips de ta main comme tu veulx quil ſoit faict. Cic. Trebatio, Tanquam enim ſyngraphum ad imperatorem attuliſſes, non epiſtolam, ſic pecunia ablata, domum ire properabas. Scedule. Suet. Cuius parti non dubitauit à quibuſdam iuſiurādum atque etiam ſyngraphum exigere, Leur ſignet.

Syngrapha dicta eſt ἀπὸ τοῦ σὺμ, ſimul: καὶ γράφω ſcribo: quod ſimul ſcriptum ſit à pluribus, vel quod manu ipſorum qui conueniunt, ſcripta ſit.

SYNODVS, ſynodi, f.g. Ex σὺν quod eſt con, & ὁδὸς via: quaſi conuentus, vel cœtus. Aſſemblee.

Synodicus ſynodica ſynodicum, quod ad ſynodum pertinet.

SYNONYMA, ſynonymorum, Quæ ſub diuerſis vocibus idem ſignificant, vt, enſis, mucro, gladius.

SYNTAGMA, ſyntagmatis, n.g. Tractatus, ordinatio, rerum conſtitutio, documentum.

SYNTAXIS, f.g. Conſtructio & ſeries. τάξις enim ſeries & ordo dicitur.

SYNTECXIS, f.g. Latinè defectio dicitur. Plin. Tali ſorbitionis genere emẽdantur ſyntecxes, id eſt defectiones ex longis morbis ſumptæ. Hæc autem emendatio, propriè recreatio & reſtauratio dicitur. Plin. Aqua mulſa præclaram vtilitatem habet viribus recreandis.

Syntecticus ſyntectica ſyntecticũ, Qui ſyntecxin patitur. Plin. Præcordiorũ vitijs, ſyntecticis, comitialibus, laſer cum vino in aqua mulſa datur. Idem lib. 28. cap. 19, Nã vt in Achaia bubulum biberent, phthiſici ſyntecticíque & cachectæ, diximus in ratione herbarum.

SYNTHESIS, f.g. Latinè compoſitio dicitur. Figura cum ſingulare nomen multitudinem ſignificans, verbo pluralis numeri iungitur, vt Virg. Pars in fruſta ſecant.

Syntheſis, Genus veſtis breuis, & negotijs aptæ. Hac Romani peculiariter in Saturnalibus vtebantur, Illis enim diebus omnes exuebant togam, & ſyntheſin induebant. Dicta ſyntheſis, quòd conſuta, contextáque eſſet compoſitione quadam verſicolori. Martialis, De noſtra praſina ſyntheſis empta toga.

Syntheſis, Genus vaſis fictilis ex diuerſis vaſis compoſiti. Papinianus lib. 4. ſyluarum, Vnam mittere ſyntheſin quid horres Alborum calicum atque cacaborum?

Syntheſiatus ſyntheſiata ſyntheſiatum, Qui ſyntheſi indutus eſt.

SYRICVM, ſyrici, n.g. Color fictitius & ſinopide & ſandyce miſtis, quo minium adulteratur. Plin lib. 33, Sublini autem ſyrico minium, compendij ratio demonſtrat.

SYRINX, ſyringis, f.g. vel ſyringa ſyringæ, à noſtris fiſtula tranſfertur. Inſtrumentum muſicum quo ore modulamur.

SYRMA, ſyrmátis, n.g. & Syrma ſyrmæ, f.g. Genus veſtis tragicorum, vel cauda ſiue tractus veſtis fœminarum. Martialis, Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi.

SYSSITOS, Latinè ſodalis. Caius iuriſconſ. Sodales ſunt, qui eiuſdem collegij ſunt, quos Græci συσσίτους vocant.

SYSTOLE, f.g. Correptio. Figura eſt cum longa ſyllaba contra eius naturam corripitur. vt apud Virgilium, Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo. Vbi NV, breuem poſuit, quæ naturaliter longa eſt. nam alio loco longam poſuit, Hectoris Andromache Pyrrhi connubia ſeruas.

TA

TABANVS, tabani, m.g. Genus vermis, aliâs Aſilus dictus. Plin. lib. xi. cap. 28, Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, vt aſilo, ſiue tabanum dici placet: item culicibus & quibuſdã muſcis. Vng tahon.

TABEFACIO, vide TABES.

TABELLA, tabellæ, & TABELLARIVS, vide TABVLA.

TABERNA, tabernæ, f.g. Dicitur quaſi trabea, à validioribus trabibus, inquit Donatus, quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa. Accipitur pro omni ædificio quod eſt vtile ad habitandũ, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur. Vng logis, hoſtellerie. Cic. Atticо lib. 14, Tabernæ mihi duæ corruerunt.

Taberna diuerſoria, Cabaret, vne hoſtellerie. Plaut. in Menæch. 9. 75, Quantum potes, abduc iſtos in tabernam diuerſoriam. Idem in Trucul. 14. 20, In tabernam ducor diuerſoriam, vbi male accipiar mea mihi pecunia.

Taberna, Vbi opera ipſa, cæteræque merces venditantur. Ouuroir.

Tabernarius tabernarij, m.g. Qui in taberna vẽditat. Cic. pro L. Flacco, Opifices, & tabernarios, atque illã omnem fæcẽ ciuitatũ, quid eſt negotij concitare? Qui hãtent les logis pour vẽdre. Tabernarius, qui vinum venditat: ſicut aquarius qui vendit aquam. Cic. Sed dici non poteſt quomodo hic omnia iaceant, niſi ego cum tabernarijs & aquarijs pugnarem.

Tabernarius tabernaria tabernarium, vt comœdiæ tabernariæ, in quibus non magiſtratus, ſed

humiles perſonæ inducuntur. Dictæ quòd olim tabulis domus vulgo tegerentur.

Tabernaculũ tabernaculi, n.g. Tectũ caſtrenſe, quod veluti taberna quædã ſit. Vne tente.

TABES, tabis, f.g Morbus eſt, cuius tres ſpecies ſunt. Vna, qua corpus nõ alitur, & ita ſumma oritur macies: & niſi occurratur, occîdit: Atrophiam hãc Græci vocant. Alia eſt, quam appellabant cachexiã, vbi malus corporis habitus eſt, ideóque omnia alimenta corrũpuntur: quod fit, cum longo morbo fatigata corpora, refectionem non accipiunt. Tertia eſt ſpecies, quam Græci phthiſim nominant. ἀπὸ τοῦ φθίνειν, quod eſt conſumi, & tabeſcere. Oritur ferè à capite, inde in pulmonem deſtillat, hinc exulceratio accedit, frequens tuſſis eſt, pus excreatur. Feſtus, Tabem eam quæ faceret tabeſcere, apud antiquos vſurpatum. Salluſtius quoque frequenter, vt in Catilina, cum ait, Vti tabes pleroſque ciuium animos inuaſerat. Idem lib. 4. hiſtor. Qui quidem mos, vt tabes in vrbem coniectus. Et Coruinus Pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Hæc Feſtus.

Tabes interdum aliquid cruentum ſignificat, quod proprie tabum nominant: eſtque ſanies & ſanguis corruptus. Seruius tamen dicit tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tantum. Virg. Et terram tabo maculant.

Tabes arborum. Plin. lib. 17, de vitijs & morbis arborum loquẽs, Quædam temporum cauſſæ aut locorum, proprie dicuntur morbi, quoniam protinus necant, ſicut tabes cum inuaſerit arborẽ, aut vredo, vel flatus alicuius regionis proprius, vt eſt in Apulia Atabulus, in Eubœa Olympias. Hic enim ſi flauerit circa brumam, exurit, frigore arefaciens, vt nullis ſolibus poſtea recreari poſſint. Hoc genere conualles, & appoſita fluminibus laborant, præcipuéque vitis, olea, ficus. quod cum euenerit, detegitur ſtatim in germinatione.

Tabidus tabida tabidum, Corruptum, quod tabem patitur.

Tabefacio tabefacis, tabefeci, tabefactum, tabefacere, Corrumpere, & quaſi in tabem vertere.

Tabificus tabifica tabificum, Qui tabem induxit. Vnde & à Cicerone lib. 4. Tuſcul. AEgritudo & metus tabificæ mentis perturbationes dicuntur, quoniam mentem lacerant, tabẽ, cruciatum, & afflictionem inferunt.

Tabificabilis, & hoc tabificabile à veteribus dicebatur. Accius, Par neci orbificor liberorum letho & tabificabili.

Tabeſco, tabeſcis, tabeſcere, Interiore ſenſu liqueſcere, conſumi. Et propriè in amore & mœrore tabeſcere dicimur, quanuis de alijs dici poſſit. Gellius, Delphinus amans deſiderio tabuit. Plaut. in Capt. 4. 31, Ego qui tuo mœrore maceror, maceſco, conſeneſco, & tabeſco miſer.

Terent. in Adel. 4. 3. 12, Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miſeria tabeſcit. Elle deuient toute ſeiche.

Tabeſcit dies, quæ ad occaſum tendit. Plaut. in Sticho, 11. 6, Poſtea accumbam qua ſenex tabeſcit dies.

Tabeſcit ſal. Cato de re ruſt. Id aliquoties in die quotidie facito, vſqueadeò donec ſal deſierit tabeſcere.

TABLINVM, tablini, n.g. Locus hybernæ ſtationis atrio proximus, quòd fere ex tabulis conſtaret. Vbi tabulæ & inſtrumenta publica, monumentáque rerum geſtarum, actarúmque aſſeruantur, aliâs grammatophylacium dicitur. Plin. lib 35. cap. 2, Tablina codicibus implebantur, & monumentis rerum in magiſtratu geſtarum. Apul. lib. vltimo floridorũ, Medici cum intrauerint ad ægrum, vti viſant, nemo eorũ quod per pulchra tablina in ædibus viſant & lacunaria auro oblita. Feſtus, Tablinum, proxime atrium locus dicitur, quòd antiqui magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant: publicarum rationum cauſſa factum locum. Alij dicunt tablinum à tabulis. Hæc Feſtus.

TABVLA, tabulæ, f.g. Vng ais, ou vng tableau faict dais. Plaut. in Menæh. 4. 32, Dic mihi, nunquid vidiſti tabulam pictam in pariete, vbi aquila catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum?

Tabula cerata, vbi antiqui ſcribebant. Plaut. in Aſin. 13. 19, Ne epiſtola quidem vlla ſit in ædibus: nec cerata adeò tabula.

Tabula, Liber eſt, quem ſibi quiſque noſtrum priuatim facere conſueuit, quaſi quoddam memoriæ promptuarium eorum quæ agimus, id eſt diarium & ephemeris actionum noſtrarũ. Vng regiſtre. Liuius lib. 4. de cenſura loquens, Conſtitutũ eſt eam domũ vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quis ſedes & tabulas haberet, Suarúmque rerũ conſtitutionẽ feciſſet.

Tabulæ accepti & expenſi, Regiſtre ou on eſcript les miſes & receptes. Cic. in. Verrem, act. 3, Habeo & iſtius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligẽtiſſimè legi, atque digeſſi.

Idem pro Roſcio Comœdo, Si tabulas C. Fannius accepti & expenſi profert ſuas, in ſuam rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quo minus ſecundum illum iudicetis non recuſetis.

Tabulæ nouæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cum vſuris perſoluere non coguntur ipſis creditoribus, & abolitis prioribus debitis, nouæ tabulæ conficiuntur. Cic. lib. 2. de off. Tabulæ nouæ quid habent argumenti, niſi vt emas mea pecunia fundum, & eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Salluſt. Catilina polliceri cœpit tabulas nouas, pro ſcriptionem locupletum.

Tabulæ iudicum etiam dicuntur, de quibus Aſconius in diuinatione, In cauſſis (inquit) maioribus iudices vniuerſi in ciſtam tabulas ſimul conijciebant, ſuas inſculptas literas habentes abſolutionis, ſiue condemnationis, cum de alicuius capite agebatur, N & L ampliationis. his enim literis ſignificabant non liquere. Tabulas iudicum Aſconius tabellas cereas intelligit, quibus ſententias ferebant. erant enim ſententiæ non vocales, ſed tabellariæ. Cic. in Piſonem, Cui primam comitijs tuis dederas tabulam prærogatiuæ, quem in ſenatu ſententiam rogabas tertium.

Tabula pro lege. Cic. Terentiæ, Quemadmodum à Veſta ad tabulam Valeriam ducta eſſes. Idem in Vatinium teſtem, Cum eum tu conſulē in vincula duceres, & à tabula Valeria collegæ tui mitti iuberent, feceriſne ante roſtra pontem continuatis tribunalibus?

Tabula dicebatur in quam mittebāt teſſeras, quæ luſoria & quandoque latruncularia & pyrgus ſiue alueus, alueolúſve dicebatur.

Tabulæ numero plurali, ſiue per diminutiuum tabellæ, dicebantur teſtamenta ſiue aliæ publicæ ſcripturæ, ex quacunque materia eſſent.

Tabella tabellæ, diminutiuum, Parua tabula.

Tabellæ, epiſtolæ dicebantur. Plaut. in Epid. 5. 67, Quin hodie allatæ ſunt tabellæ ad eam à Stratiphocle, eum ſumpſiſſe argentum &c. Idem in Bacchid. 17. 17, Nunc haſce tabellas ferre me iuſſit tibi. Idem in Pſeud. 3. 38, Tace dum pellego tabellas.

Tabellarius tabellarij, m. g. Ratiocinator, ſupputator, phyllaciſta, qui in tabula, nomina & rationes obſeruat. Sidonius ad Petreiū, Sed & ille ſuſcipiebat hunc granditer habens in eo conſiliarium in iudicijs, vicarium in eccleſijs, procuratorem in negotijs, villicum in prædijs, tabellarium in tributis, in lectionibus comitem, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Tabellarius, Qui literas perfert, Vng meſſagier. Caſſius Ciceroni, Scripſi ad te, ac tabellarios complures Romam miſi. Cic. Terētiæ, Nos quotidie tabellarios veſtros expectamus.

Tabularium tabularij, authore Seruio, inſtrumentum in quo tabulæ, hoc eſt inſtrumenta & literæ & actus publici reponuntur. Virg. lib. 4. georg. Inſanúmque forum, vt populi tabularia vidit. Cic. pro Archia poeta, Hic tu tabulas deſyderas Heraclienſium publicas, quas Italico bello incenſo tabulario interijſſe ſcimus omnes.

Tabulo tabulas, tabulare, Tabulis aliquid conſtruere, Plancheer.

Tabulatus tabulata tabulatum, Ex tabulis factum. Faict dais.

Tabulata, Parietes ſiue ædificia lapidibus in tabularum modum quadratis conſtructa.

Tabulata, in arboribus ſunt rami effuſiores in plana tendentes, non in altiora creſcentes. Plin. Et vlmus detrūcata à media inter ramorum ſcamna digeritur nulla ferè viginti pedū altiore arbore: tabulata earū ab octauo pede altitudinis dilatātur in collibus, ficciſque agris. Virg. lib. 2. georg. Summáque ſequi tabulata per vlmos. Columella lib. 5. cap. 6, Cum deinde adoleſcere incipient vlmi, falce formandæ ſunt, & tabulata inſtituēda ſunt. hoc enim nomine vſurpant agricolæ ramos, truncóſque prominentes, eóſque vel propius ferro compeſcunt, vel longius promittunt, vt vites latius diffundantur. hoc, in ſōlo pingui melius: illud in gracili. Hæc Columella.

TACEO, taces, tacui, tacitum, tacere, Se taire, ne dire mot. Plaut. in Capt. 8. 21, Quò imus vnà, inquam, ad prandium? atque illi tacent. Idem in Trin. 13. 160, Mutum tacet. Terent. in Eunucho, 3. 2. 23, Nunquid habes quod contemnas? quid tu autem Thraſo? tacent: ſatis laudant.

Tacere aliquid. Terent. in Eunucho, 1. 2. 13, Quæ vera audiui, taceo, & contineo optimé.

Taceo te. Plaut. in Mil. 14. 99. Porrò remorate me. M. abeo: neque te remoror, neque te tango, neque te taceo.

Tacere, Securum eſſe: quoniam qui ſecuri ſunt, nullam querendi cauſſam habent. Terent. in Adel. 2. 4. 16, Tace modo, ac ſequere. Ne te ſoucie. Ibidem, 2. 2. 1, Tace, egomet conueniam iam ipſum.

Tacere etiam dicitur de his quæ ſine voce ſunt. Virg. lib. 4. georg. Totúmque pererrat Luminibus tacitis. Et alibi, Quin tacet omnis ager.

Tacitum eſt, impersonale, On nen a dict mot. Terent. in Adel. 3.4.38, Ignotum eſt, tacitũ eſt, creditum eſt.

Tacens, tacẽtis, Participium. Plaut. in Rud. 24.72, Quia enim neque loquens es, neque tacens vnquam bonus.

Tacitus, tacita, tacitũ, Qui tacet, & ſcit tenere ſecreta. Qui ſe taiſt, ou ne dit mot de quelque choſe quon luy die en ſecret. Plaut. in Rud. 2.4.70, Iſtæ mutæ ſunt, quæ pro ſe fari nõ queãt: T. eo tacent, quòd tacita bona eſt mulier ſemper, quàm loquens. Ibidẽ, 23.82, Tu abi tacitus tuam viam. Terent. in Eunucho, 3.5.23, Quid id eſt? c. tacitus, citius audies. Tais toy. Idem in Hecyra, 4.1.3, Ita corripuit derepente tacitus ſeſe ad filiam.

Tacitus, Paſſiuè aliquando accipitur. Virg. Quis te magne Cato tacitum, aut te Coſſe relinquat? Plaut. in Aſin. 14.7, Suſpendas potius me, quàm tacita hæc auferas.

Tacitè aduerbium, Sans dire mot. Plaut. in Pœnulo, 2.32, Matronæ tacitè ſpectent, tacitè rideant. Idem in Aſin. 11.42, Tacitè auſcultemus.

Taciturnus taciturna taciturnum, Qui natura facile tacet. Qui ne parle point beaucoup, qui ha peu de parolles.

Taciturniſſimum oſtium, Vng huis qui ne faict point de bruyt en louurant, apud Plautum in Curcul. 2.20, Valeátne oſtium? P H. belliſſimum hercle vidi & taciturniſſimum.

Taciturnulus, taciturnula, taciturnulum, diminutiuum. Apuleius, Blãda mulier, & taciturnula.

Taciturnitas taciturnitatis, f. g. Obſeruantiæ genus in ſilentio cõſtitutæ. Terẽt. in And. 1.1.7. Sed his quas ſemper intellexi in te ſitas, fide & taciturnitate.

TACTVS, vide TANGO.

TAEDET, tædebat, tæduit, & tæſum eſt, Tædere, Eſtre ennuyé & faſché. Terẽt. in Eunucho, 1.1.27, Et tædet, & amore ardeo. Conſtruitur cum infinitiuo, aut genitiuo à parte anteriori & cum accuſatiuo à parte poſteriori.

Cum, infinitiuo. Terent. in Phor. 3.2.2, At enim tædet iam audire eadem milies.

Cum genitiuo. Plaut. in Caſina, 3.53, Abeo intrò, tædet ſermonis tui. Subaudi me. Terẽt. in Adel. 1.2.70, Credo iam omnium tædebat. Idem in Eunucho, 2.3.6, Tædet harum quotidianarum formarum.

Tædet, à τῆλε, λ in d conuerſa. ideò cum æ diphthongo ſcripſere veteres.

TAENIA, tæniæ, Vittarum extremitas. Virg. Fit longæ tænia vittæ.

Tænia, Tota vitta. Virg. lib. 5, Puniceis tempora tænis. À tæna, non tænia. nam & tæna & tænia dicitur.

Tænia propriè dicitur faſcia.

Tæniæ inde dicuntur lapides ſub aquis cãdicantes in lõgũ porrectæ, à faſciarũ ſimilitudine.

TAGO, tagis, tagi, tagere dixere veteres, quod nunc tãgere dicimus. Feſtus, Tagit. Pacuuius in Teucro, Vt ſi quiſquam me tagit, & tagam. Idem in Hermiona, Aut non cernam niſi tagam. Sine dubio antiqua conſuetudo vſurpauit. nam nunc ea ſine præpoſitionibus non dicũtur, vt contigit, attigit: quæ ſecundum aliquos idem ſunt quod tagit.

TAGAX, tagacis, o. g Furunculus, à tago quod eſt tango. Lucilius, Proſcribere poſſe tagacem mutonis manum.

TALARIS, vide TALVS.

TALEA, taleæ, f. g. Fruſtum ligni præciſum ex vtraque parte, vt in terra inſeratur. Præciſis enim lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nõnullæ arbores ſeruntur: ídque lignum præciſum græco nomine generali ξύλον, latinè talea dicitur, vulgo plantale. Plin. lib. 17. cap. 17. Myrtus & taleis ſeritur: morus talea tantũ: quoniam ramo eam ſeri religio fulgurum eã prohibet. Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt, Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus, ne curuæ, ne ſcabræ, aut bifurcæ, néve tenuiores, quàm vt manum impleant, ne minores pedalibus, vt illibato cortice, atque vt ſectura inferior ponatur ſemper: & quod erit ab radice: accumuletúrque germinatio terra, donec robur plãta capiat. Cato de re ruſt. cap. 45, Taleas oleaginas, quas in ſcrobe ſaturus eris, tripedaneas decidito.

À talea (vt Varro ſentit) taliari vulgo dicitur lignum, dum ſcinditur, & intaliari dum præcidendo formatur. Et cum ramus ex vtraque parte æquabiliter complanatur, vt numerus aliquis in eo diſcribatur, dicitur talea. Vne taille.

TALENTVM, talenti, n. g. Talentum multiplex fuit, vt Budæus in ſuo libro de Aſſe, la-

tiſſime enarrauit. Sed talentum Atticum, quod plurimum celebratur ab hiſtoricis, ſexaginta libras valuit, ſeu minas, hoc eſt ſex milia denariûm, vel drachmarum, quæ ſexagies denos coronatos valent, hoc eſt ſexcentos. Talentum, ſexcenti aurei ſunt.

Talenti magni meminit Plautus in Rud. 61.70, Nam promiſimus carnufici aut talentum magnum, aut iſtunc hodie ſiſtere. Idem in Trucul. 17.68, Sex talenta magna dotis demam pro iſtac inſcitia. Idem in Moſtell. 8.25, Talentis magnis totidem quot ego & tu ſumus. Idem in Curcul. 2.64, Aliàs me poſcit pro illa triginta minas, aliàs talentũ magnũ.

TALIO, talionis, f.g. Vindicta, hoſtimentum. Vt ſi quis manum alicui amputauerit, illi manus Romanorum lege amputari debet. La pareille. Vnde retaliare formauit Gellius, Rendre la pareille, le ſemblable mal que on nous a faict. Feſtus, Talionis mentionem fieri in XII TAB. ait Verrius hoc modo, Si membrum rapit, viſum cum eo pacit, talio eſto. Neque id quid ſignificet indicat, puto quia notum eſt. Permittit enim lex parem vindictam.

TALIS, & hoc tale, Tel. Plaut. in Aulul. 13.26, Cui in re tali ſubueniſti antehac. Terent. in Heaut. 5.3.18, Tum præterea talem, niſi tu, nulla pareret filium.

Talis vt. Cic. de Amicitia, 11, Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria, vt nihil poſſet accedere.

Talis, qualis. Cic. de ſenect. 23, Sed videtis vt ſenectus non modo languida, atque iners non ſit, verunetiam ſit operoſa, & ſemper agens aliquid, & moliens, tale ſcilicet, quale cuiuſque ſtudium in ſuperiore vita fuit.

Taliter aduerbium. Tellement. Varro lib. 1. de re ruſt. cap. 18, Nos vtrunque facêre debemus, & imitari alios, taliter vt faciamus.

TALITRVM, talitri, n.g. Percuſſio quæ vngue frõti puerorum infringitur. Vne chiquenaude. Suetonius in Tiberio Cæſare, cap. 68, Siniſtra manu agiliore, ac validiore. Articulis tã firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adoleſcentis talitro vulneraret.

TALVS, tali, m.g. Pars pedis, id eſt os prope calcaneum quod extuberat. Le talon. Horat. in Serm. Ad talos ſtola demiſſa, & circũdata palla. Plin. lib. 26. cap. x 1, Talis verò tumẽtibus, limus aquaticus cum oleo ſubactus, mirè prodeſt.

Talus, Os in articulo pedis ventre eminens, quod eſt biſulcis tantum animalibus, non homini, neque cæteris animantibus. Vnde Plinius lib. x 1. cap. 46, Talos aſinus Indicus vnus ſolipedum habet. nam ſues ex vtroque genere exiſtimantur, ideò fœdi earum. Hominem qui exiſtimarunt habere, facile conuicti. Linx tantum digitos habentium, ſimile quiddam talo habet. Leo etiamnum tortuoſos. Talus autem rectus eſt in articulo pedis ventre eminens concauo in vertebra ligatus.

Talus inde dictus, quatuor laterum, quo luditur, Vng det. Plau. in Aſin. 13.34, Talos ne cuiquam homini admoueat, niſi tibi. Idem in Bacchid. 1.38, Pro haſta, talus: pro lorica, malacum capiam pallium.

Talaris & hoc talare. Veſtis talaris, Qui pend iuſques aux talons.

Talarius talaria talarium, Quod ad talos pertinet. Vt lex talaria, aduerſus eos qui talis luſitãt.

Talarij ludi, quibus videntur vſi ſaltando. Cic. lib. 1. de off. Adde his ſi placet, vnguentarijs ſaltatores, totúmque ludum talarium.

Talaria, Calceamenta allata Mercurij. Virg. lib. 4. AEneid. Et primum pedibus talaria nectit Aurea, quæ ſublimem alis, ſiue æquora ſupra, Seu terram rapido pariter cũ flamine portant.

Talaria inducere, Prouerbialis allegoria, pro eo quod eſt fugã adornare, quaſique velle quopiam auolare. Cic. Attico, lib. 14, Nemo eſt iſtorum qui otium non timeat: quare talaria induamus. Talaria induere in eos dicemus qui parant aufugere.

Talipedo talipedas, talipedare, Pedib⁹ vacillare, & quaſi ſupra talos inſiſtere. Aller ſur les talõs.

TAM & QVAM, Priſciani ſententia, aduerbia ſunt, & poſitiuo, comparatiuo, & ſuperlatiuo adijciuntur, cum duo vel plures, poſitiui, comparatiui, vel ſuperlatiui diuerſæ ſignificationis poſiti inter ſe æquantur, vel ijdem geminantur.

Poſitiuo. Plaut. in Capt. 6.60, Tam ego fui antè liber, quàm gnatus tuus. Cic. Tam ſum amicus reipub. quàm qui maximè. Subaudi, amicus.

Comparatiuo. Cic. pro Deiotaro, Iſtam inquam dexteram non tam in bellis, neque in prælijs, quàm in promiſſis & fide infirmiorem. Bis infirmiorem intelligendum eſt.

Tam pro tanto, comparatiuo iungitur, ſed raro. Virg. Tam magis illa fremens, & triſtibus effera flammis, Quàm magis effuſo crudeſcunt ſanguine pugnæ.

Superlatiuo. Salluſt. Quàm quiſque peſſimè fecit, tam maximè tutus eſt. Terentius, Nanque adoleſcẽs quàm minima in ſpe ſitus erit, tã facillimè patris pacẽ in leges cõficiet ſuas. Tam pro tantum, ſuperlatiuo, vt, Hic eſt tam omnium optimus, quàm nobiliſſimus.

Tam, verbis iungitur. vt, Terentius in Eunucho, 4.4.51, Parmenonis tam ſcio eſſe hanc techinam, quàm me viuere Ie ſcais auſſi certainement &c. Idem in Heaut. 3.1.4, Verùm cũ videam miſerum hunc tam excruciarier eius abitu, cælem &c. Plaut. in Trin. 17.39, Atque ædepol ſunt res quas propter tibi tam ſuccenſui.

Tam ego homo ſum, quàm tu, Plaut. in Aſin. 9.84.

Tam, aduerbijs iũgitur. vt, tam cito. Plaut. in Amphit. 8.55, Sed quid huc vos reuertimini tã cito? Idem in Mil. 17.2, Quidnã tam intus fuiſſe diu dicam? Terent. in Heaut. 1.1.15, Nunquam tam mane egredior, neque tam veſperi domum reuertor, quin &c.

Tam conſimilis eſt atque ego. Plaut. in Amphit. 4.289.

Tam diminutiuis aliquando additur. Terent. in Adel. Tam ob paruulam rem penè ex patria. turpe dictu.

TAMA, dicitur (inquit Feſtus) cum labore viæ, ſanguis in crura deſcendit, & tumorem facit. Lucilius, Inguen ne exiſtat papule tama ne boa noxit.

TAMEN, Coniunctio, quæ nihilominus ſignificat, Neantmoins, toutesfois. Plaut. in Epid. 9.42, Sine tuo labore quod velis actum eſt tamen. Plaut. in Amphit. 7.6, Proinde vt commodum ſiet, lubet quicquid facias: tamen quin loquar hæc, vti facta ſunt, nunquam vllo modo me potes deterrere. Terẽt. in Eunucho, Tamẽ contẽptus abs te, hæc habui in memoria.

Tamen, aliquãdo præcedit Licet, Quanuis, Quanquã, aut alia huiuſmodi. Terent. in And. 1.1 4, Hæc ſatis licet digna non ſit, primo partu cui committas mulierem, tamen eã adducã.

Tamen aliquando inceptiua eſt. Cic. Peto. Tamen non diſcedis à malitia.

Tamen, Statim. Virg. Hic hœdos depone, tamen veniemus in vrbem.

Tamen, Tandẽ. Salluſt. lib. 3. hiſtor. Nam qui enare conati ſunt, icti fragmẽtis nauiũ, aut afflicti à ſuis vndarum vi, multato fœdè corpore, &c. Plaut. Ita faciam ita placet: quid tũ tamen? A la parfin, en fin finale. Idem in Bacchid. 20.65, Chryſale ades, dũ has ego pellego. c. quid me tibi adeſſe opus eſt? N. volo vt quod iubeo, facias: vt ſcias quæ hic ſcripta ſient. c. nihil moror, neque ſcire volo. N. tamen ades. Ie te prie approche.

Tamen, Dũntaxat. Terent. in Hecyra, Quod potero faciam, tamen vt pietatem colam. Donatus, Duntaxat, vel ita tamen. Seulement: ou, pourueu toutesfoys.

Tamen vt. Plaut. in Aſin. 12.120, Licet Fortunam laudem, tamen vt ne Salutem culpem.

Aliquando ſubauditur quanuis. Terentius in And. 5.3.10, Adeón' impotenti eſſe animo, vt præter ciuium morem atque legem, & ſui voluntatem patris, tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?

Satis tuto tamen. Terent. in Eunucho, 3.5.29. Commendat virginem. A. cui? tibíne? c. mihi A. ſatis tutò tamen.

Tamen idem, apud veteres integrum fuit, inquit Donatus. vnde apud nos tandem & tamen natum eſt.

TAMETSI, Coniunctiua particula, in principiis orationum poſita, indicatiuo gaudet. Secundo autẽ loco, etiã ſubiunctiuo. Terẽt. in Phor. 2.3.81, Metuit hic nos, tametſi diſſimulat. Ia ſoit. Idem in And. 2.2.11, Obtundis, tametſi intelligo. Plaut. in Pſeud. 7.56, Aloquere quiduis, tametſi tibi ſuccenſeo. Cic. Tametſi iactat ille quidem illud ſuũ arbitriũ. Salluſt. Quæ tametſi animus aſpernabatur. Plaut. in Capt. 6.9, Tametſi non noui dabo. Idem in Pœnulo, 4.120, Proba merx facilè emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

Tametſi, Toutesfois. Terent. in And. 5.2.23, Rape. D. ſi quicquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio, ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum eſt.

Subiunctiuo. Terent. in Eunucho, 2.1.10, Memini, tametſi nullus moneas.

TAMINIA, vua ſylueſtris generis videtur Verrio dicta, quæ tã mira ſit, quàm miniũ. Feſt?

TANDEM, ſignificat poſtremum, A la parfin, en fin finale. Terent. in Eunucho, Heu noſter, laudo, tandem perdoluit. Plaut. in Amphit. 16.11, Soſia, tandem ad nos? eſurio.

Tandem pro tamen aliquando accipitur interprete Donato. Terentius in Adel. In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere? virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tangere. Idem in And. 5.3.4, Aín' tandem ciuis Glyceriũ eſt? P. ita prædicant. Idem in Eunucho, Quã ob rem tandem? an quia pudet? c. id ipſum. Plaut. in Mil. 14.38, Aliquam mihi partẽ hodíe operæ des, denique iam ades illico.

Tandem, Expletiua nonnunquam coniunctio. Terent. in Phor. 2. 1. 1, Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cic. Quouſque tandem abutere Catilina patientia noſtra? Terent. in Heaut. 5. 2. 1. Itáne tandem quæſo Menedeme, vt pater tam breui in ſpatio omnem de me eiecerit animum patris? Liuius, Quouſque tandem ignorabimus vires noſtras? Cic. Tironi, Tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit.

Tandem, Nunc ſaltem. Terent. in Eunucho, Perfice hoc precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua tandem apud Thaidem.

Tandem tandem. Plaut. in Curcul. 2. 27, At tandem tandem. P H. tandem es odioſus mihi.

TANDIV, tanto tempore, Tant de temps. Plaut. in Aulul. 22. 6, Nam quod dedit tandiu, quàm perdium. Idem in Bacchid. 5. 3, Formidat animus, noſtrum tandiu ibi deſidêre, neque redire. Idem in Sticho, 2. 2, Quæ tandiu vidua viro ſuo caruit.

TANGO, tangis, tetigi, tactum, tangere, Toucher. Lucretius, Tãgere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res. Plaut. in Amphit. 4. 159, Quid ſi ego illũ tactim tangã, vt dormiat?

Tangere terram regionis. Plaut. in Amphit. 4. 49, Principio vt illò aduenimus, vbi primùm terram tetigimus. Incõtinent qui commenceames a entrer en la region. Cic. in Verrem, Verres ſimul ac tetigit prouinciam.

Tetigit rem acu. Plaut. in Rud. 30. 19, Tum tu mendicus es? L. tetigiſti acu. Tu as dict vray.

Tangere vlcus, Mouere dolorẽ, eiúſque rei facere mentionem quæ nos magnopere vrat. Terẽt. in Phor. 4. 4. 9, Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tãgere, aut nominare vxorẽ?

Tangere aliquem, Le frapper, ou battre. Terent. in Eunucho, 3. 1. 30, Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio nunquid dixi tibi?

Tetigit vox aures meas, Iay ou, il eſt paruenu a mes oreilles. Plaut. in Rud. 6. 13.

Tetigit, Peruenit. Plaut. in Bacchid. 10. 3, Nam illud animus miratur meus, ſi à me tetigit nuntius, quid remoratur.

Tangere, Mouere. Lucretius lib. 1, Nec bene pro meritis capitur, nec tangitur ira. Virg. De cælo tectas memini prædicere quercus.

Tangere, Circunuenire, Tromper, deceuoir. Plaut. in Pœn. 2. 101, Quia amare cernit, hominem vult leno tangere. Idem in Epid. 14. 41, Te iſtam ob rem tetigit triginta minis.

Tangere conſilia alicuius. Intelligere, Cic. Poſtquam autem conſilia eius omnia tetigi.

Tactio tactionis, f. g. Frappemẽt. Plaut. in Pœn. 19. 29, Quid tibi iſtanc digito tactio eſt? Pour quoy la touches tu? Idem in Aulul. 12. 9, Sed quid tibi nos tactio eſt?

TANOS, gemma inter ſmaragdos nigra & viridis, & intus ſordida.

TANQVAM, Similitudinis aduerbium, imaginem potius innuit, verbis ſubiunctiuis iungitur. Plin. natur. hiſt. Tanquã neſciamus hanc eſſe ſolam quæ nunquam iraſcatur. Comme ſi nous ne ſcauions pas &c. Plaut. in Perſa, 16. 114, Eſne tu huic amicus? D. tãquã di omnes qui cælum colunt. Autant que tous &c. Idem in Trin. 16. 66, Vide vt hominem noueris. S. tãquam me. Comme moymeſme. Terent. in Phor. 1. 2. 15, Senis noſtri Daue fratrem maiorẽ Chremem noſtine? D. quid ni? G. quid eius natum Phædriam? D. tanquam te.

Tanquam pro ſicut aliquando ponitur. Terent. in Eunu. 2. 2. 33, Tanquam philoſophorum habẽt diſciplinæ, ex ipſis vocabula. Ainſi que. Plin. lib. 18, Vt tanquam in victu frugum noſcitur ratio, ſic omnes, qui iſtis gaudent, præmia vitæ ſuæ calleant.

TANTI, & TANTIDEM vide TANTVS.

TANTILLVS, tantilla, tantillum, diminutiuũ à Tãtulus. Plaut. in Rud. 24. 106, Si hercle tantillum peccaſſis, quod poſtea poſtules te ad verum conuerti, nugas mulier magnas egeris. Si tu faulx tant ſoit peu. Idem in Trin. 4. 17, Faxo haud tantillum dederis verborum mihi. Idem in Sticho, 10. 40, Vel inter cuneos ferreos tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci. Terent. in Adel. 4. 2. 25, Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Fort petit. Cic. de ſenect. 48, Omitto enim vim ipſam omniũ quæ generantur è terra, quæ fici ex tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos, ramóſque procreat.

TANTO, vide TANTVS.

TANTISPER, aduerbium, Significat tãdiu. Poſtulátque poſt ſe Dum, Donec, Quãdiu, vel Quoad. Tant de temps, ſi longuement que. Plaut. in Aulul. 2. 16, Tantiſper hic ego ad ianuã cõceſſero. Idem in Mil. 14. 30, Quid ego hic aſtabo tantiſper, cũ hac forma & factis? Tantiſper dum. Plaut. in Rud. 24. 146, Saltem tantiſper dum abſcedat hæc à me ægrimonia. Tant que &c. Idem in Trucul. 2. 9, Tantiſper dum tranſigimus hanc comœdiam.

Idem in Moſtell. 8.164, Ego tantiſper dum exis, te opperiar foris. Terent. in Adel. 1.1. 45, Dum id reſcitum iri credit, tantiſper cauet. Cic. M. Varroni, Habes rationem conſilij mei, tibi igitur cenſeo latendum tantiſper ibidem, dum efferueſcit hæc gratulatio, & ſimul dum audiam quemadmodum negotium confectum ſit. Idem, In carcerem ductus, vt ibi eſſet tantiſper, dum culeus in quem deuictus deferretur, compararetur.

TANTOPERE, ſignificat tantum vehemẽter, Si fort, ou tant. Plaut. in Epid. 3.31, Quid retulit mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epiſtolas? Idem in Moſtell. 7.91, Quid tantopere extimes? Terent. in Phor. 5.8.16, Poſtquam tantopere id vos velle, animum adnorteram. Idem in And. 5.2.27, Ah, ne ſæui tantopere. Idem in Heaut. 4.5.38, Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuſſeras, eò cœpi. Idem in Adel. 5. 8.23, Si vos tantopere iſtuc vultis, fiat.

TANTVLVS, tantula tantulum, Diminutiuum à Tantus. Plaut. in Trucul. 11.47, Tum tãtuli doni cauſſa, holerum atque eſcarum & poſcarum, &c. Si petit don. Idem in Bacchid. 4.32, Nõ tantulum vnquam intermittit tempus, quin eum nominet. Tant ſoit peu. Idem in Pœn. 4.51, En monſtrum mulieris, tantula tanta verba funditat.

Tantulum peccauit, Il a offenſe tant ſoit peu. Plaut. in Caſina, 20.6, Maximo ſuo hercle illico, vbi tantulum peccaſſit.

TANTVM, aduerbium, ſignificat ſolum, Seulement. Plaut. in Capt. 1.4, Tantum ſtudens vt natum recuperet.

Tantum non, Rei non planè peractæ aduerbiũ. Preſque. Suet. in Tibe. Cæſ. cap. x 1, Tantũ nõ aduerſis tempeſtatibus Rhodum enauigauit. Ibidem, cap. 52, Itaque me mortuo quidem perinde affectus eſt, ſed tantum non ſtatim poſt à funere ad negotiorum conſuetudinẽ rediit. Ibidem, cap. 66, Poſtremo ſemetipſe pertæſus talis epiſtolæ principio, tantum non ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt. Idem in Domitiano, cap. 15, Repete ex tenuiſſima ſuſpicione tãtum non ipſo eius conſulatu intereunt. Liuius lib. 37, Vt vidit nõ poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non circuniri à dextro cornu, concidit naues.

Tantum num, Id eſt etiam. Plin. epiſt. 217, Habes æſtate, hyeme cõſuetudinem: addas huc licet tantum num quæ inter hyemem, ætatémque mediam.

Tantum eſt. Plaut. in Moſtell. 8.133, Debẽtur illi quadraginta minæ, tantum eſt. Autant, & nõ plus. Idem in Merc. 6.12, Nũquid amplius? L. tantũ eſſe. Ceſt tout. Idem in Caſina, 2.87, Tantũ eſt, valete. Terent. in Eunu, 5.6.26, Nũquid eſt aliud mali, damnive quod non dixeris, reliquum? P. tantum eſt. Plaut. in Trin. 2.22, Tantum eſt, valete, adeſte cum ſilentio. Idem in Merc. 12.57, Nunquid eſt quod dicas aliud de illo? E. tãtum, quod ſcio. Terent. in Hecyra, 5.3.15, Scio: tantúmne eſt? B. tantum.

Tantum, ad numerum. Plaut. in Bacchid. 5.38, Vi coactus reddidit ducentos & mille philippûm. N. tantum debuit? Deuoit il bien tant dargent?

Tantum quàm. Terent. in Hecyra, 3.4.3, Non hercle Parmeno verbis dici poteſt tantum, quàm re ipſa nauigare incommodum eſt. Autant que.

Tantum, quantum. Plaut. in Moſtell. 7.97, Tu vt occœpiſti, tantũ quantũ quis, fuge. Idem in Pſeud. 20.126, Si graderere tantum quantũ loquere, iam iſſes ad forum.

Tantum ſat habes? Te ſouffit il de cela? Terent. in Heaut. 4.3.40.

Tantum adeſt, ſignificat non ſolum non eſt. Cic. de Amicitia 47, Tantum abeſt vt amicitiæ propter indigentiã colantur, vt hi qui opibus & copijs, maximéque virtute prædit(in qua plurimum eſt Præſidij) minime alterius indigeant, Tant ſen fault que &c. Idem de off. Tantum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium. Hoc eſt, non modo officium non eſt, verunetiam nihil magis officio poteſt eſſe contrarium.

TANTVMMODO, aduerbiũ, Tant ſeulement. Terẽt. in Phor. 1.2.92, Poſthac ſi quicquam, nihil precor: tantummodo non addas.

TANTVNDEM, Quaſi tantum idem, ſignificat æque tantum, vulgo alterum tantum, Autant, ou tout autant. Plaut. in Pſeud. 15.14, Nulla eſt mihi ſalus dataria. B. nam pol hinc tantundem accipies. Ibidem, 20.55, Tantundem argenti, quãtum miles debuit, dedit huic. Terent. in Phor. 5.6.6, Nũ tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tãtundẽ ego. Non plus moy. Idem in Heaut. 4.2.9, Quid ſi hoc ſic incipiam nunc? nihil eſt. quid ſi ſic? tantundem egero. Tout autant feray ie. Idem in Eunucho, 2.3.29, Quid virgo cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. Tout autant, non plus.

Tantundem eſt quaſi. Plaut. in Merc. 6.44, Nam meo quidẽ animo vetulus, decrepitus, ſenex tantundem eſt quaſi ſit ſignum pictum in pariete. Il reſemble &c. ceſt tout vn comme.

Tantundem periculum. Plaut. in Pœn. 9. 29, Malo benefacere tantundem eſt periculũ, quantũ bono malefacere. Ceſt auſſi grand danger. Idem in Trucul. 9. 7, Mater dicta quòd ſum, eò magis ſtudeo vitæ quæ hoc auſa ſum, tantundem dolum aggrediar.

Tantundem quantum. Plin. epiſt. 167. h, Vtrúmne ſententiæ duæ collatis viribus, nouiſſimã prement, an ſeparatim vnaquæque tantundem, quantum altera valebit?

TANTVS, tanta, tantũ, à tam deduci videtur, quantitatémque ſignificat. Plaut. in Mil. 8. 52, Neque eques, neque pedes præfectus quiſquã tanta audacia eſt, qui æquè faciat cõfidenter. Qui ait ſi grande hardieſſe. Idem in Pœn. 18. 104, Cum hac me lætitia tanta, & tantis affeciſtis gaudiis. Terẽt. in Heaut. 4. 1. 17, Tantam ineſſe animo ſtultitiam? Idem in And. 5. 2. 29, Tantum laborem capere ob talem filium?

Tantus natu. Plaut. in Bacchid. 2. 16, Sed is ſtultior es Barbaro poticio, qui tãtus natu, deorum neſcis nomina.

Sexcenta tanta. Plaut. in Bacchid. 20. 119, Caue tibi ducenti nummi diuitiæ fuant: ſexcenta tanta reddam, ſi viuo, tibi. Sixcens fois autant. Idem in Pſeud. 9. 39, Quaſi mihi nõ ſexcẽta tanta ſoleant credier. Idem in Trin. 8. 98, Id frumenti quando alibi meſſis maxima eſt, tribus tantis illi minus reddit quàm obſeueris.

Tanti & quanti genitiui, cum eorũ cõpoſitis tantidem, quantilibet, quanticũque, ſimiliter totidem, pluris, minoris, iungũtur verbis pretium ſignificantibus, qualia ſunt emo, vendo, vẽneo, mercor, comparo, æſtimo, conſtat, conduco, loco, fœneror, paciſcor, pago pepigi, condemno, poſtulo, & ſiqua ſunt ſimilia. Plaut. in Merc. 8. 22, Tãti quãti poſcit vin' tanti emi illam? La veulx tu autãt acheter que il la veult vendre? Idem in Bacch. 18. 23, Tanti eſt quãti eſt fungus putid⁹. Terẽt. in Adel. 2. 1. 19, Vbi me dixero dare tãti, teſtes faciet illicó. Idem, Quid agas, niſi vt te redimas captum, quam queas minimo: & ſi nequeas paululo, at quanti queas. Tantum ſat habes? Te ſouffit il de cela? Terent. in Heaut. 4. 3. 40.

Tantus homo, Vng ſi grand perſonnage. Terẽt. in Eunuch. 4. 7. 37, Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

Tanta res, Choſe de ſi grande conſequence, de ſi grand valeur. Terent. in And. 1. 5. 18. Ah, tantámne rem tam negligenter agere?

Tantò, Aduerbium, vt & quantò. vt tantò magis, tantò peior. Plautus in Sticho, 6. 15, Nimio impartior multò tãtò plus quàm ſperas. Terẽt. in Andria, 4. 4. 35, Tantò hercle magis dabit. Plaut. in Perſa, 4. 71, Ter tantò peior ipſa eſt. Elle eſt trois fois dautant pire.

Tantidem, Genitiuus, qui verbis pretij ſolet adijci. Terent. in Adel. 2. 1. 45, Ob malefacta hæc, tantidem emptam poſtulat ſibi tradier. Qui ait autant couſté. Cic. pro Roſcio Amerino, Ipſe tria prædia ſibi depactus eſt, voluntatem decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem ſuam fecit. Il la autant eſtimee.

TAPETVM, tapeti, n. g. vel hic tapes tapetis, vel hoc tapete tapetis, Tegmen mirè pictum variis coloribus, quo equi, menſæ, ſeu pauimenta ſternuntur. Tapis. Plaut. in Sticho, 6. 54, Tum Babylonica periſtromata, ſellas, & tapetia aduexit nimium bonæ rei. Idem in Pſeud. 4. 13, Neque Alexãdrina belluata, cõſutáque tapetia. Virg. lib. x, Qui forte tapetibus altis Extructus toto perflabat pectore ſomnum. Idem lib. 7, Luſtratos oſtro alipedes, pictíſque tapetis. Idem, Pulchróſque tapetas. Plin. lib. 8, In tapetis antiquiſſima gratia.

TAPINOSIS, huius tapinoſis, Latinè humiliatio dicitur. Eſt enim rei magnæ humilis expoſitio. ταπεινὸς, humilis. Virg. Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

TARDVS, tarda, tardum, Tardif, laſche, pareſſeux. Cic. de Senectut. 18, Niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura tardior. Plaut. in Merc. 12. 10, Id illi vitiũ maximũ eſt, quòd nimis tardus eſt aduerſum mei animi ſententiam. Ibidem, 19. 2, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa, ceſſauit turgida. Idem in Pœnulo, 7. 6, Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram. Nequicquã hos patronos mihi elegi, loripedes, tardiſſimos. Virg. Sæpe oleis tardi coſtas agitator aſelli Villibus aut onerat pomis.

Tardus, Rudis & ſtultus. Virg. Tardi venere bubulci. Terent. in Eunucho, 5. 9. 49, Fatuus eſt, inſulſus, tardus, ſtertit noctéſque & dies.

Tardus, Perſeuerans, & diuturnus. Virg. Media fert triſtis ſuccos, tardúmque ſaporem.

Tardus, Denſus & craſſus. Virg. Vdo ſub robore viuit Stupa vomens tardum fumum.

Tardiuſculus tardiuſcula tardiuſculum, diminutiuũ. Terẽt. in Heaut. 3. 2. 4, Eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus. Vng peu tardif & pareſſeux.

Tarditas tarditatis,f.g. Tardiuete,pareſſe,lacheté. Plin. de viris illuſt. 28, Titus Manlius Torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem,à patre rus relegatus.

Tarditudo tarditudinis,f.g. Idem. Plaut. in Pœnulo,7.29,Podagroſi eſtis,ac viciſtis cochleam tarditudine.

Tarditia tarditiæ,antiqui dixerunt. Accius,Multa mittuntur tarditiæ & ſocordiæ.

Tardo,tardas,tardare,Morari,Retarger.

TARENTINVS,tarentina,tarentinum. Tarentina nux,fragili putamine. Plin. lib. xv. cap. 22,Et Tarentinarum duo genera,fragili putamine ac duro:quæ ſunt ampliſſimæ,& minimè rotundæ. Vnde quidam Tarentum appellatũ putant,quòd iuglandes nuces & pineas molles habent,ac ſimiliter oues. Tarentũ autem Sabini vocant molle. Ad quod alludens Horatius,ſcripſit,Et molle Tarentum.

TARMES,Genus vermiculi,carnem exedens. Feſtus.

TARTARVS,tartari.m.g. In plurali,tartara tartarorum,neutri generis,Locus infernalis. à ταράττω conturbo:quia illic omnia perturbata dicuntur. Vel ἀπὸ τοῦ ταρίχους,id eſt à tremore frigoris. Sole enim caret.

Tartarum,n.g. Fæx vini dicitur.

Tartareus tartarea tartareum,Infernalis.

TATAE,Cantio eſt ſibi inuicem reſpondẽtium. Plaut. in Stich. 17.3,Fac tu hoc modo. at tu hoc modo. SA. babæ. ST. tatæ. SA. papæ. ST. euax. Idem in Truc. 13.14, Tatæ ecquis vlla eſt? ecquis aperit hoc oſtium?

TAVRVS,tauri,m.g. Bos ad procreandum reſeruatus. Vng taureau.

Taurus accipitur & pro quocunque forti boue. Virg. lib. 1. georg. Ergo age terræ Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni Fortes inuertant tauri. Beufs.

Taurus,Cæleſte ſignum.

Tauri,numero plurali,& taurilia,ludi in honorem deorũ inferorũ facti,quos & boalia & bupetias aliquando vocatos inuenimus. Sed propriè hi ludi ſunt boum gratia inſtituti.

Tauram,vaccam dici exiſtimant ſterilem:quòd hæc non magis pariat,quàm tauri. Feſtus.

Taurinus taurina taurinum,Quod ex tauro eſt. vt pellis taurina.

Taureus taurea taureum,Idem.

Taurea,Scutica ex corio bubulo facta. Iuuenalis,Taurea punit Continuo flexi crimen facinúſque capilli.

TAVTOLOGIA,tautologię,latinè dici poteſt eiuſdẽ eloquiũ. Virg. lib. 1. AEneid. Si fata virum ſeruant,ſi veſcitur aura AEtherea,neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Nam totũ quod repetitur,vnum eſt:ſed ad exprimendum conceptum crebro ſermone denuntiatur.

TAX,n.g. Percuſſio dicitur:vox à ſonitu quem facit, formata. Plaut. in Perſa,7.12,Tax tax tergo erit meo,non curo.

TAXILLVS,taxilli,Paruus talus. Vng petit det.

TAXVS,taxi,f.g. Arbor abieti ſimilis. Plin. lib. 16. cap. 10,Similis etiãnum his aſpectu eſt, ne quid prætereatur, taxus minus virens, gracilíſque & triſtis, ac dira,nullo ſucco,ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe baccis in Hiſpania præcipue venenũ ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta,mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius ſmilacem à Græcis vocari dixit : & eſſe in Arcadia, tam præſentis veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea,cibúmve capiãt,moriãtur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicũt venena,quæ nunc toxica dicimus,quibus ſagittæ tinguantur. Repertum,innoxiam fieri,ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur. Hæc Plinius. Virg. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.

TAXO,taxas,taxare,Preſſius,crebriúſque quicquam tãgere. Varro,Sed caue ne meum taxis liberum.

Taxare, Pretio æſtimare. Taxer, mettre a pris. Plinius libro 18, Illos qui frugiferas tanti taxauerant.

Taxare,Maledictis tangere,Taxer,mal parler daucun.

Taxator taxatoris,maſc.gen. Taxatores(inquit Feſtus)à ſcenicis dicuntur,qui alterutrum maledictis tangunt.

Taxim,Aduerbiũ,ſignificat ſenſim. Põponius,Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectã.

TE

TE,ſyllabica adiectio,quæ pronominibus TV & TE adiungitur. vt,tute,tete.

TECHNA, technæ, fœm. g. Græcè τέχνη, latinè ars. Art, ſcience, induſtrie. Plaut. in Capt. II. III, Deartuatus ſum miſer ſceleſti huius technis. Par les ſciences, moyen, tromperies, inuentions de ceſtuy. Terent. in Heaut. 3. 1. 62, Falli te ſinas technis per ſeruulum. Plaut. Qui technas hominis deprehendi ſolus.

Technicus, technica, technicum, Artificioſus, Induſtrieux, inuentif, qui ſonge le moyen de quelque choſe faire.

TECHNOPHYON, Græca dictio, qua ſignificatur artis productio. Suet. in Auguſto, Erat illi locus in edito ſingularis, quem Syracuſas & technophyon vocabat.

TECTORIVM, & TECTVM, vide TEGO.

TECVM, Aduerbium compoſitum ex ablatiuo te, & præpoſitione cum. Auec toy. Plautus in Mil. 10. 12, Quid nunc taces? tecum loquor. PA. imò ædepol tutè tecum.

Tecum oro & quæſo, qui has tabellas feret tibi, vt ei detur quam iſtic emi virginẽ. Ie te prie. Plaut. in Curcul. 8. 61.

Tecum ſentio, Ie ſuis de ton opinion. Plaut. in Pſeud. 15. 3, Heus tu, nũc occaſio eſt, & tempus. s. tecum ſentio. Ie ſuis de ton aduis.

Tecum ſimul. Plaut. in Amphit. 8. 134, Neque vidi iſtam, niſi tecum ſimul.

TEDA, tedæ, f. g. Arbor è laricum genere, quæ liquorem ſeu picem ſtillat, abundans ſucco liquidiore, & ob hoc flammis ac lumini ſacrorum grata. Plin. lib. XVI. cap. 10, Sextum genus eſt teda propriè dicta, abundantior ſucco quàm reliqua, parcior, liquidiórque quàm picea, flãmis ac lumini ſacrorum etiam grata. Hanc mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci ſyren vocant, odoris grauiſſimi.

Hinc tedas vocamus faces, quæ optimæ ex ea arbore fiebant.

TEGES, tegetis, f. g. Straguli gen⁹ ex vlua, ſiue ſcirpo, aut ſparto, in lodicis ſimilitudinẽ, quo viliores vtuntur. hanc vulgo ſtoream vocant. Vng coutil. Varro de re ruſt. Sicque fiunt de canabi, líno, iũco, palmo, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes. Iuuenalis, Auſa Palatino tegetẽ præferre cubili.

Tegeticula tegeticulæ, f. g. diminutiuũ, Parua teges. Varro, Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordine, ſupra quos tegeticulæ canabinæ ſint impoſitæ.

TEGILLVM, & TEGMEN, vide TEGO.

TEGO, tegis, texi, tectum, tegere, Operire, Couurir.

Tegere, Cælare. Martialis, Quod tegitur, magis creditur eſſe malum. Terent. in Hecyra, 1. 2. 91, Incõmoda atque iniurias viri omnes ferre, & tegere contumelias.

Tegere, Defendere, conſeruare. Salluſt. At Romani domi militiáeque intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatémque, patriam, parentéſque armis tegere.

Tectus, tecta, tectum, Participium, Couuert, celé. Terẽt. in Hecyra, 3. 3. 28, Aduerſa eius per te tecta, tacitáque apud omnes ſient.

Tectum tecti, Nomen, Pars domus quæ domum tegit. Toit.

Tectum pro domo frequenter poni ſolet. Terent. in Heaut. 5. 2. 15, Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes.

Tectum, Genus ouium, ſic dictum quòd maiore lana opertum ſit. vel quòd operimentis tegeretur. Plinius, Ouium ſumma genera duo: tectum & colonicum: illud mollius, hoc in paſcuis delicatius.

Tectorium tectorii, n. g. Illinimentũ quoddam eſt, à tegendo, & quaſi pauimentum parietis, atque incruſtatio: quod fit cum calce aut gypſo ad maiorem ſpectantium gratiam & decorẽ. Plaſtre ou chauls, & ſable enſemble, de quoy on renduit les murailles. Iuuenalis, Tectoria prima reponit. Plin. lib. 36, Ideóque nulla tectoria eorum rimæ ſedauere.

Tector tectoris, Qui opus tectorium facit. Varro, Quam nec pictor, nec tector vidit vnquam, quam in roſea, quæ eſt polita opere tectorio eleganter.

Tectorius tectoria tectorium, Quod ad tegendum pertinet. Columella, Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur ex vtraque parte, ne feles aut vipera prorepat.

Tegmen tegminis, n. g. vel tegimen tegiminis, Quicquid aliquid tegit. Couuerture.

Tegulum teguli, n. g. Idem. Plin. Tegulo enim aquaticarum harundinum domos ſuas ſeptentrionales populi operiunt.

Tegumen teguminis, n. g. Idem. Plaut. in Trin. 6. 32, Iſtæc ego mihi ſemper habui ætati tegumentum meæ.

Tegillum tegilli, n.g. diminutiuũ, Paruum tegmen. Varro, Ob aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum paſtor ſibi ſumat. Plaut. in Rud. 14. 18, At vides me, ornatus vt ſim veſtimentis vuidis. recipe me in tectum, da mihi veſtimẽti aliquid aridi, dum mea areſcunt, in aliquo referam gratiam tibi. s. tegillum ehò illud mihi vnum areſcit: id ſi vis, dabo.

Tegula tegulæ, f.g. Dicta eſt quòd domos tegat. Tuylle. Plaut. in Mil. 9. 24, Quòd meas cõfregiſti imbrices & tegulas. Terẽt. in Eunuch. 3. 5. 40, Dum ſeſe in hominem conuertiſſe, atq; per alienas tegulas veniſſe clanculum per impluuium fucum factum mulieri.

TELA, telæ, fœ. g. De la toille. Ouid. lib. VI, Metamorph. Vltima pars telæ tenui circundata limbo.

Telam exordiri, prouerbialiter dicitur, pro rem aliquã incipere, & aggredi. Plaut. in Bacchid. 5. 115, Exorſa hæc tela non malè eſt omnino mihi.

TELINVM, Vnguentum quod cõmendatur à medicis. Plin. lib. 13. cap. 1, Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fœno græco, melle, melino, amaro, amaraco. hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate.

TELONIVM, telonij, n.g. Τελώνιον Græce, Menſa publicanorum, vbi vectigal exigitur. menſa aliàs dicitur.

Telonarius, telonarii, m.g. Publicanus, & tributorum collector.

Telo telonis, m.g. Idem.

Telonem etiam agricolæ vocant lignum longum, quo vtuntur ad aquam è puteis hauriendã.

TELLVS, telluris, fœ. gen. Dea terræ credita eſt antiquis.

Tellus etiam ipſa terra dicitur. Plin. lib. 2. cap. 5, Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totóque conſertum: cuius vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem.

TELVM, teli, n.g. Dicitur omne quod iaci poteſt. quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrum continetur. Dictum ab eo, quòd in longitudinem mittatur. nam apud Græcos τῆλε ſiue τηλοῦ, longè ſignificat. Vng dard, & autre maniere de traict, de quelque choſe que ce ſoit.

Tela cæca & improuida. Plin. epiſt. 87. b, Sæpius à Domitiano non ſecus ac tela, quæ & ipſa cæca, & improuida feruntur, in optimum quenque contorquebatur.

Telum pro gladio poſuit Virgilius, At non hoc telum mea quod vi dextera verſat Effigies.

TEMERARIVS, temeraria, temerarium, Dicitur non qui plus audet quàm oportet, ſed qui facile nullo adhibito conſilio credit. Auantageus, Oultrecuide, qui faict tout ſans conſeil, eſuolé, eſtourdi. Temerarius, natura: inquit Donatus. Ouidius, Vtinam temeraria dicar Criminibus falſis inſimulaſſe virũ. Terẽt. in Andria, 1. 4. 2, Sanè pol temulenta eſt mulier & temeraria.

Haud temerarium eſt. Plaut. in Aſin. 6. 14, Sed quid hoc quòd picus vlmum tondit? haud temerarium eſt. Certè hercle, ego quantum ex augurio auſpicii intelligo: aut mihi in mundo ſunt virgæ, aut atrienſi Sauriæ. Ce neſt point ſans cauſe.

Temerè, aduerbium, Malè, ſtultè, inconſultè, Follement, ſans auiſement, ſans conſeil, a la volee, a leſtourdi, ſans y penſer. Terent. in Phor. 4. 5. 2, Hoc temere nunquam amittam ego à me, quin teſtes adhibeam cum dem. Ibidem, 5. 1. 30, Di voſtram fidem, quàm ſæpe forte temerè eueniunt, quæ non audeas optare. Idem in And. 1. 2. 34, Irrides, nihil me fallis, ſed dico tibi ne temerè facias. Idem in Hecyra, 5. 1. 15, Quo magis, omnes res cautius, ne temerè faciam, accuro.

Temere non eſt, Ce neſt point ſans cauſe. Terent. in Phor. 5. 9. 9, Non temere eſt, quod tu tã times. Idem in Heaut. 4. 1. 7, Te volt, videas quid velit: neſcio quid triſtis eſt: non temere eſt: metuo quid ſit. Idem in Eunucho, 2. 2. 60, Non temere eſt, & properans venit: neſcio quid circunſpectat. Idem in Phor. 5. 9. 48, Prius quàm huic reſpondeas temere, audi.

Non temere, Sans danger. Plaut. in Bacchid. 1. 52, Rapidus fluuius eſt, nõ hac temere tranſiri poteſt.

Temerè, pro ferè poſuit Quintilianus, dicens, Illud ingeniorum velut præcox genus, non temerè vnquam peruenit ad frugem.

Temeritas temeritatis, f. g. Eſtourdiſſement, folie. Cic. pro M. Marcello, Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur.

Temero temeras, temerare, Violare ſacra (inquit Feſtus) & contaminare. dictum videlicet à temeritate.

TEMETVM, temeti, n.g. Pro vino accipitur. Dictũ quòd tentet, hoc eſt labefactet mentẽ. Plaut. in Aulul. 11.6, Cererín' Strobile has facturi nuptias? STR. quî. STA. quia temeti níhil allatũ intelligo. Plin. li. 14. cap. 13, Cato ideò propinquos fœminis oſculũ dare iuſſit, vt ſcirent an temetũ olerẽt. hoc tum vino nomen erat: vnde & temulentia appellata. Hæc Plini?.

Temulentus temulenta temulentum, Vinolentus, ebrioſus, Yure. Terent. in Eunucho, 4.3.13, Temulenta es. P. vtinam ſic ſint qui mihi malè volunt.

Temulentia temulentiæ, f.g. Yurongnerie.

TEMNO, temnis, tempſi, temptũ, temnere, Spernere, Deſpriſer. Ἀ τέμνω, quod incido, reſecóque ſignificat: quoniã quæ ſpernimus, amputare & reſecare conſueuimus. Virg. Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos.

TEMO, temonis, m.g. Eſt qui continet iugum. Le limon. Ouid. lib. 2. Metamorph. Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo.

TEMPERO, temperas, temperare, Rem ſuo ordine ac mẽſura adminiſtrare. Cic. lib. 1. Tuſcul. Rem verò publicã noſtri maiores certè melioribus temperauerũt & inſtitutis & legibus.

Temperare vectigalia, Amoindrir, deſcroiſtre les impos. Plin. in Paneg. 66, Nã mihi cogitanti eundem te collationes remiſiſſe, donatiuũ reddidiſſe, congiarium obtuliſſe, delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe, interrogandus videris, ſatiſne &c.

Temperare gulæ, Se garder de gourmãdize. Plin. epiſt. 30. b, Et hercule ſi temperes gulæ, nõ eſt oneroſum.

Temperare ætati iuuenũ, Les gouuerner, & moderer. Plaut. in Truc. 3.29, Quos cũ cælamus, ſic facimus conſcios, qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant, vnde antè parata demus pòſt partoribus. Idem in Merc. 24.21, Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus. Idem in Rud. 27.28, Abi intrò: ne moleſtus, linguæ tempera.

Temperare, Maledicere. Plaut. in Pœn. 16.73, Maledicere huic tu temperabis ſi ſapis. Tu te garderas de le maudire. Idem in Pœn. 2.22, Vel dormire temperent.

Temperare in amore. Plautus in Epid. 3.8, Iam iſtoc probior es, meo quidem animo, cum in amore temperes.

Temperans temperantis, Participium, Qui faict tout par meſure & ordre. Terent. in Heaut. 3.3.19, Hæc ego præcipio tibi, hominis frugi & temperantis functus officium.

Temperans nomen, genitiuo iungitur. vt temperans rei, Qui deſpent par meſure. Terent. in Phorm. 2.1.41, Si eſt patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit, ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans.

Temperans gaudij. Plin. in Paneg. 86, Nemo tam temperans gaudii, ſeræque lætitiæ, quin inſtar vltionis videretur cernere laceros artus, &c.

Temperatè aduerbium, Temperement, moderement.

Temperamẽtũ, tẽperamẽti, n.g. Moderation, moyen. Plin. epiſt. 7.2, Tenebo ergo hoc temperamentum, vt ex duobus quorum alterum petis, elígam id potius in quo non ſolum ſtudio tuo, verunetiam iudicio ſatiſfaciam.

Temperamentum, Attrempance. Plin. Tali adhibito temperamento, vt nec laxet nimis, nec arctum eſſe patiatur.

Temperatura temperaturæ, fœ.g. Trempe. vt temperatura ferri. Vnde Plin. lib. 34. cap. 15, de temperatura ferri loquens, à rubigine vindicatur ceruſa & gypſo, & liquida pice. hæc eſt temperatura à Græcis antipathia dicta.

Temperatura cæli, idem quod temperies. Varro, Quæro vtrum hoc adduxerit cæli temperatura, an terræ bonitas?

Temperantia temperantiæ, f.g. Eſt (inquit Cicero lib. 2. artis veteris) rationis in libidinẽ atque in alios non rectos impetus animi, firma & moderata dominatio.

Temperantia in cibis. Plin. lib. 28. cap. 5, Multo vtiliſſima eſt temperãtia in cibis.

Temperies temperiei, f.g. Moderation. vt temperies cæli. Plin. epiſt. 101. a. lib. v, Atque adeò, vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis ſitum, villæ amœnitatem. Idem in Paneg. 16, Cognouiſti per ſtipẽdia decem mores gentium, regionum ſitus, opportunitates locorum, & diuerſam aquarum, cælique temperiem.

Temperies, Temperantia aliquãdo dicitur. Stathius lib. 2. ſyl. Tranquillàque morũ tẽperies.

Temperies, Temporis cõmoditas ad aliquid agendum, Opportunité. Plin. Sic iudicatur anni temperies alibi tardius, alibi maturius.

TEMPESTAS, & TEMPESTIVVS, vide tempus.

TEMPLVM, templi, n.g. Propriè locus in cælo notatus ab augure, vel in terra, à tuendo, id eſt conſpiciendo dictum, quod ex omni parte, vel ex quo omnis pars aſpici poſſit.

Templum, Cælum ipſum dictum eſt, quia ipſum tuemur. Ennius, Cõtremuit templum magnum Iouis altitonantis.

Templum in terris dictum eſt, quòd quibuſdam verbis conceptis ab augure finiebatur, vnde tueri quancunque cæli partem cõmodè poſſet. In hoc templo per augures conſtituto, ſenatuſconſultum fiebat: & niſi in eo fieret, non erat iuſtum.

Templum, non ſolum ædes ſacræ dicuntur, ſed etiam alia loca ſepta, & vnum tantum introitum habentia. Curia Hoſtilia, templum erat, licet ſacra non eſſet.

Templum, Tignum vocatur, quod in ædificio tranſuerſum ſupra canterios ponitur, vt inquit Feſtus. Victruuius lib. v, Et canterii prominentes ad extremã ſuggrundationem ſupra canterios templa. Virg. lib. 2, Præterea fuit in tectis de marmore templũ Coniugis antiqui.

TEMPORALIS, vide TEMPVS.

TEMPVS, temporis, n.g. vt Varro ſcribit, eſt interuallum mundi & motus diuiſum in partes aliquot, ab ſolis & lunæ curſu, à quorum tenore temperato tempus dictum eſt. Tria verò ſunt tempora, præſens, præteritum, & futurum.

Tempus, Temporis conditio. Cic. O mores, ô tempora.

Tempus ætatis. Terent. in Hecyra, 4.2.18, Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum. Tant que laage ſi addonnoit.

Tempus anni. Plaut. in Merc. 24.22, Itidem vt tempus anni, ætatem aliam aliud factũ conuenit. Selon le temps.

Tempus diei. Terent. in Heaut. 1.2.38, Vt tempus eſt diei, videſis ne quò hinc abeas lõgius. Veu lheure du iour. Ibidem, 1.1.116, Vt diei tempus eſt, monere oportet me hunc vicinũ Phaniam, ad cœnam vt veniat. Il eſt temps, il eſt heure.

Tempus, Le temps preſis, & ordõné a faire quelque choſe. Terẽt. in Andria, 4.1.6, Pòſt vbi tempus promiſſa iam perfici, tum neceſſario ſe apperiunt, & timent.

Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus. Terent. in Heaut. 4.1.59.

Tempus adeundi, Lopportunité, lheure qui eſt a point de faire quelque choſe. Plaut. in Perſa, 14.8, Vbi cum lenone me videbis colloqui, iam aderit adeundi tempus. Idem in Menæh. 12.29, Tempus eſt abire ab his locis lenonijs. Terent. in Hecyra, 5.1.19, Quære alium tibi amicum firmiorem, dum tempus conſulendi eſt. Ibidem, 4.2.21, Hic video me eſſe inuiſam merito, tempus eſt concedere.

Tempus eſt. Terẽt. in Eunuch. 1.1.11, Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita. Idem in Phor. 5.9.37, Quibus eſt cõmodũ ire, iam tẽpus eſt. Idem in Heau. 1.2.13, Atq; etiam nunc tempus eſt. Idem in Eunucho, 3.1.4, Huc prouiſo, vt vbi tempus ſiet deducã.

Tempus eſt facere. Plaut. in Aſin. 16.62, Tempus eſt ſubducere hinc me. Il eſt temps que ie me parte dicy.

Tempus eſt vt. Plaut. in Mil. 3.73, Videtur tempus eſſe vt eamus ad forum.

Tempus eſt ad. Terẽt. in Eunucho, 4.1.6, Quia illa quæ cupiebat de ſorore eius indicare, ad eam rem tempus nõ erat. Idem in Phor. 1.4.6, Tum, temporis punctũ mihi ad hãc rem eſt, herus adeſt.

Tempus non eſt. Terẽt. in Hecyra, 4.4.77, Non eſt nunc tempus. Idem in Eunucho, 3.2.32, Vbi tempus tibi erit, ſat habet, ſi tum recipitur. Quant tu pourras.

Tempus iuſtum & debitũ accipere. Plin. epiſt. 20.d, Sequitur ergo vt actio ſit abſolutiſſima, quæ maximè orationis ſimilitudinem expreſſit, ſi modo iuſtum & debitum tẽpus accipiat.

In ipſo tempore. Plaut. in Pœn. 17.18, Adueniſti atque hodie in ipſo tẽpore. Tout a point. tout a lheure quil falloit.

Non ſat commode diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc, Terent. in And. 3.1.8. Tu nas pas bien ordonne ton cas.

Temporibus illis, En ce temps la. Cic. de Amicitia, 4.

Tempus atque occaſio. Plaut. in Trin. 13.155, Poſtquam ille hinc abijt, pòſt loquendi libere videtur tempus veniſſe, atque occaſio.

Tempus, Pars capitis. La tempe. Habet enim caput duo tempora: vnum à dextra, alterum à ſiniſtra: ſic dicta, quia anni in eis cognoſcantur. Virgilius libro v. AEneidos, Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nam primò tempora caneſcunt, cauantúrque magna diuturnitate temporis. Columella libro ſeptimo, Decimo tamen anno tempora cauari

incipiunt, ſupercilia nonnũquam caneſcere, & dentes prominere. Plaut. in Menæh. 17. 69, Vt viridis exoritur color ex temporibus atque fronte.

Tempori, aduerbium, A temps, a point. Plaut. in Amphit. 15. 50, Tu, vapula. s. qua de re num ſatis tempori nõ ocyus quiui &c. Idem in Capt. 4. 80, Sed ſi ventur⁹ tẽpori. Idem in Menæh. 9. 84, Sequimini: vt quod imperatum eſt, veniam aduerſum tempori.

Tempore pro tempori. Plautus in Menæh. 22. 30, AEdepol here næ tibi ſuppetias tempore adueni modo. Idem in Aſin. 12. 143, Vt tempore, opportunéque attuliſtis.

Temporius, Aduerbium deductũ à tempori aduerbio, quod ſignificat opportunè, tempeſtiuè. Columella lib. 9, Eſca bis diuidenda, vt mane non protinus à cubili laxius euagentur, & ante crepuſculum, propter cibi ſpem, temporius ad officinam redeãt. Ouid. lib. 4. Metamorph. Modo ſurgis Eoo Temporius cælo, modo ſerius incidis vndis.

Temporarius temporaria temporarium, Quod non eſt perpetuum, ſed ad tempus durans, De petite duree, qui ne dure que quelque peu de temps. Plin. epiſt. 167. f, Vtraque enim ex illis vitam relinquit, hæc adimit, cum interim & qui morte puniebant, & qui relegabant, vnà ſedebant, & temporaria ſimulatione concordiæ, diſcordiã differebant. Idem in Paneg. 148, Non ergo temporarium & ſubitum eſt, quòd vterque collegæ conſulatu tanquam iterum ſuo gaudet. Plin. lib. 16, Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cæli, verùm & quædam temporaria vis imbrium.

Temporarium etiam dicitur quod ad tempus pertinet.

Tẽporaneus temporanea tẽporaneũ, Quod ad tẽpus pertinet, ſiue quod ſubito & in tẽpore fit.

Temporalis & hoc temporale, Quod ad tempus durat, Qui dure pour vng temps.

Temporale, Quod ad tempus fit.

TEMPESTAS, tempeſtatis, f. g. Tempus ipſum aliquando ſignificat. Plaut. in Moſtell. 2. 17, Cis hercle paucas tempeſtates Trãnio augebis ruri numerũ. Deuant quil ſoit long temps. Idem in Caſina, 2. 17, Ea tempeſtate flos poetarum fuit. De ce temps la. Salluſt. in Iugurtha, Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui & ignobiles.

Tempeſtas, Tranquillum & ſerenum tempus, Beau temps. Virg. Vnde hæc tam clara repente Tempeſtas?

Tempeſtas, Procella, Tempeſte. Plaut. in Moſtell. 3. 18, Tempeſtas venit, confringit tegulas, imbricéſque. Plin. Hunc diem feſtum tempeſtatibus leniendis ferunt inſtitutum. Idem lib. 18. cap. 28, Ante omnia autem duo genera cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: Vnum quod tempeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque ſimilia intelliguntur. quæ cum acciderint, vis maior appellatur.

Tempeſtas bona etiam dicitur. Cic. Q. Fratri, Tu ſi ita expedit, velim quamprimum bona & certa tempeſtate conſcendas, ad méque venias. Eidem, Primam nauigationem (dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Sil faict beau temps.

Tempeſtas mala. Cato de re ruſt. Dicit villicus ſedulo ſe feciſſe, ſeruos non valuiſſe, tempeſtates malas fuiſſe. Quil faiſoit mauuais temps.

Tempeſtuoſus tempeſtuoſa tempeſtuoſum, Procelloſum, Plein de tempeſtes. Gellius, Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tempeſtiuus tempeſtiua tempeſtiuũ, Opportunũ, & quod ſuo tempore fit. Virg. lib. 1. georg. Aut tempeſtiuã ſyluis euertere pinum. Cic. de Senect. 42, Ego verò propter ſermonis delectationem, tempeſtiuis quoque conuiuijs delector. Ibidem 5, Sed tamen neceſſe fuit eſſe aliquid extremum, & tanquã in arborum baccis terræque frugibus maturitate tempeſtiua, quaſi vietum & caducum, quod ferendum eſt molliter ſapienti.

Tempeſtiuitas tempeſtiuitatis, f. g. Opportunitas.

Tempeſtiuè, aduerbium, Opportunè, En temps. Plaut. in Trucul. 3. 29, Qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant.

TEMVLENTVS, vide TEMETVM.

TENAX, TENACITAS, vide TENEO.

TENDO, tendis, tetendi, tẽſum, & tentũ, téndere, Extẽdere, Eſtẽdre. Virg. Tẽdũt vela noti. Manus ſupplices ad cælum tendere. Salluſt.

Tendere, per tranſlationẽ, inſidiari ſignificat: quòd in hoc laqueos extendere ſolemus. Eſpier, tacher a deceuoir. Terent. in Phor. Quia nec rete accipitri tenditur, nec miluio.

Tendere, Conari, Tacher, mettre peine. Virg. Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.

Tendere, Tentoria ponere, & habitare. Valerius Max. lib. 2, Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Virg. 2. AEneid. Hic Dolopum manus, hic ſæuus tendebat Achilles.

Tendere, Offerre: quod protendēdo manus fieri ſolet. Virg. Paruúmq; patri tendebat Iulum.

Tendere, Pergere, quòd nos ambulādo iter videmur extēdere. Tacher a aller en quelque lieu. Virg. Per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium &c.

Tendere inſidias, Eſpier, guetter. Salluſt. Interea Romæ multa ſimul moliri, conſuli inſidias tendere.

Tenes, quorſum hæc tendant, Tu ſces a quoy ſaddreſſent ces parolles, pour quoy elles ſont dictes. Plaut. in Pſeud. 4. 81.

Tendicula tendiculæ, f. g. Laqueus eſt, quem auibus ſiue feris tendimus. Vng las, ou trebuchet.

Tentorium tentorii, n. g. Tabernaculum, quòd ibi vela aut aliquid velorum tenduntur. vel ipſa potius velamenta contra iniuriam cæli. Vne tente.

TENEBRAE, tenebrarum, Priuatio luminis, Dictæ quòd teneant, id eſt impediant oculos, & viſum prohibeant.

Tenebroſus tenebroſa tenebroſum, Plenum tenebris. Tenebreux.

Tenebricoſus tenebricoſa tenebricoſum, Quod tenebras inducit. Qui rend vng lieu tenebreux.

Tenebricoſæ libidines. Cic. de prouinciis conſularibus, Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ: quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegebat.

Tenebrio tenebrionis, m. g. Tenebriones mendaces & doloſi, qui mēdaciis & aſtutiis ſuis quaſdā quaſi tenebras obiiciunt. Alij tenebriones interpretantur lucifugos, quaſi in tenebris delitescentes. Afranius, Si accuſator & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperatur.

Tenebricor tenebricaris, tenebricari, Tenebras facere.

Tenebreſco tenebreſcis, tenebreſcere, Obſcurum fieri.

TENEO, tenes, tenui, tentum, tenere, Apprehēdere, detinere, Tenir. Virg. Nec te teneo, nec dicta refello.

Tenere, Habitare, poſſidere. Virg. lib. 4. georg. Quæ gurgitis huius Ima tenens. Plin. epiſt. 67. b, Tenet ſe trans Tyberim in hortis.

Tenere, Conſtringere, Sarrer. Virg. Tegendæ ſepes, etiam & pecus omne tenendum.

Tenere, Tegere, Couurir. Virg. Et obducto latè tenet omnia limo.

Tenere, Intelligere. Plaut. in Epid. 8. 21, Et iam puella domi eſt, Teneo. Ientens bien. Idem in Pſeud. 14. 35, Teneo, omnia in pectore condita. Idem in Amph. 3. 58, Teneo quid animi voſtri ſuper hac re ſiet. Idem in Aulul. 23. 1, Dixi tibi mater, iuxtà rem mecum tenes ſuper Euclionis filiam, Tu ſces laffaire auſſi bien que moy. Idem in Moſtell. 4. 15, Vt lepidè omnes res tenet, ſentētiáſque amantiū. Terēt. in Heaut. 4. 3. 22, Tenes quid dicam? Idem in And. 3. 2. 18, Teneo quid erret.

Tenere aliquem, Le retarger, lareſter. Virg. Hunc Phœniſſa tenet Dido.

Tenere cōſilium alicuius, Faire ſelon le conſeil daucung. Plaut. in Milite, 5. 102, Et præcipe vt teneat conſilia noſtra.

Tene tene. Plaut. in Aulul. 12. 1, Redi, quò fugis nunc? tene tene. Galli, cum aliquem ex itinere reuocāt, dicūt Tien tien, vienca. quaſi aliquid daturi, ſi reuertatur, cū nihil ſint daturi.

Tenere conſenſum aliquorum. Plin. in Paneg. 153, Vos proximè deſtinationem conſulatus mei his acclamationibus approbauiſtis, vt intelligam, atque etiam enitendum mihi, vt hunc conſenſum veſtrum complectar & teneam. Que ie maccorde auec vous.

Tenere curſum. Plin. in Paneg. 69, Tenes Cæſar hūc curſum, & probatur experimento, ſitne feracius, & vberius, non ad laudem modo &c. Tu as ceſte maniere de faire, & de viure.

Tenet eum aqua intercus, Il eſt malade de &c. Plaut. in Menæch. 19. 39, Num eū veternus aut aqua intercus tenet? Salluſt. in Iugurtha, Forte apud illum quem inhoneſta & pernicioſa libido tenet potentiæ, paucorum decus, atque libertatem ſuam gratificari.

Tenet me amor. Amour me meut fort. Terēt. in Hecy. 3. 3. 34, Nam de reducenda, id verò neutiquam honeſtum eſſe arbitror: nec faciam: etſi amor me grauiter, cōſuetudóque tenet.

Tenere, Retenir & garder. Plinius in Paneg. 93, Fauor hominum figuram melius exprimit, quàm aurum.

Tenere inſaniam. Plaut. in Capt. 11. 89, Sed hoc primum expurgare tibi volo, me inſaniam neque tenere, neque mi eſſe vllum morbū, niſi quòd ſeruio. Ie ne ſuis point hors du ſens.

Tenere ius, Eſtre legiſte, ſauoir ce que les loix diſent, & viure ſelon icelles. Plaut. in Amphit. 3.37, Iuſta ab iniuſtis petere, inſipientia eſt: quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenent. Idem in Epid. 5.104, Hic erit optimus, hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet.

Tenere legem, Eſtre ſoubiect a la loy. Terent. in Adelph. 1.2.6, Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quem neque pudet quicquã, neque metuit quenquã, neque legem putat tenere ſe vllã.

Tenere imperium in ſuos. Cicero de Senect. 33, Tenebat non modo authoritatem, ſed etiam imperium in ſuos.

Tenere memoria. Cic. de Senect. 11, Multæ etiam vt in homine Romano literæ, omnia memoria tenebat, non domeſtica ſolum, ſed etiam externa bella. Il luy ſouuenoit de tout.

Tenere alicuius memoriam. Cic. de Senect. 72, Nec verò clarorũ virorũ poſt mortem honores permanerent, ſi nihil eorum ipſorum animi efficerent, quo diutius memoriam eorum teneremus. Quil nous ſouuint deulx.

Tenere medium, Tenir moyen. Plin. epiſt. 74.c, In hac difficultate placuit medium quiddam tenere. videor tenuiſſe.

Tenere modum, Tenir moyen, ou meſure. Plin. epiſt. 55.b, Vereor tamen ne modũ excedat, quẽ benignitas eius (illuc enim vnde cœpi, reuertor) non ſolet tenere. Idem epiſt. 102.b, lib. v, Deinde, quia verebar, ne modum quem tibi in ſermone cuſtodire facile eſt, tenuiſſe in epiſtola non viderer.

Tenere principatum ſententiæ. Cic. de Senect. 59, Multa in noſtro collegio præclara ſunt: ſed hoc, de quo agimus in primis, quòd vt quiſq; ætate antecellit, ita ſentẽtiæ principatũ tenet.

Tenuit ſentẽtia altera, Lautre opinion fut receue, & approuuee. Plin. epiſt. 167.l, Sic ex tribus ſententiis duæ factæ: tenuitque ex duabus altera, tertia expulſa.

Tenere ſpem, Eſperer. Plaut. in Merc. 12.5, Spem teneo, ſalutem amiſi: redeat, an nõ neſcio.

Tenere temperamentũ, Aller par moyen. Plin. epiſt. 7.a, Tenebo ergo hoc temperamẽtum, vt ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, &c.

Tenere ſtudia agricolandi. Cic. de Senect. 56, Hac igitur frui licet ſenibus: nec ætas impedit quo minus & cæterarum rerum, & in primis agri colendi ſtudia teneamus vſque ad vltimũ tempus ſenectutis. Que nous perſeuerions au labeur.

Tenere ſe in ſilentio. Plin. epiſt. 126.b, Multum me in ſilentio tenui.

Tenere ſe intra ſilentium. Plin. epiſt. 82.b, Pauliſper ſe intra ſilentium tenuit. Il ſeſt teu.

Tenere ſe improbis artibus. Plaut. in Pſeud. 20.7, Nec boni ingenij quicquã in his ineſt, niſi vt improbis ſeſe artibus teneant. Se entretienent par meſchantetez.

Tenere ſe in equeſtri ordine, Demourer en ſon eſtat, ſen tenir cõtent. Plin. epiſtol. 46.b, Caret ambitu: ideò ſe in equeſtri gradu tenuit, cum facilè poſſet aſcendere altiſſimum.

Tenere ſe, Se garder, ſe donner garde. Plaut. in Mercatore, 3.52, Omnes tenerent mutui tanti credere.

Tenere aliquem in noxia. Plaut. in Caſina, 10.71, Manifeſtè teneo in noxia inimicos meos.

Tenere aliquem mendacii, Surprendre en menterie. Plaut. in Truc. 4.30, Manifeſtã mendacii mala te teneo.

Tenet oculos artificũ pictura. Plin. epiſt. 50.a, Talia denique omnia, vt poſſent artificũ oculos tenere, delectari imperitorum.

Tene tibi, Garde, prens le pour toy. Plaut. in Trucul. 10.55, Mea voluptas attuli ecquam palulam ex pari gratia tibi: tene tibi.

Tenere, Defendere, Garder. Cæſar lib. 4. Cõmẽt. Sabinus ideò omnibus rebus loco caſtris ſeſe tenebat. Idem, Eo abſente qui ſummam imperij teneret. Id eſt, adminiſtraret, & defenderet. Virg. Capitoliáque alta tenebat.

Tenere, Vincere. Suet. in Domitiano, cap. 9, Reos qui ante quinquẽnium proximum apud ærarium pepẽdiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit: nec repeti, niſi intra annum, eáque cõditione permiſit, vt accuſatori, qui cauſſam non teneret, exilium pœna eſſet.

Teneri deſyderio, Deſyrer fort. Plin epiſt. 66.a, Nam inuicem nos incredibili quodam deſyderio veſtri tenemur. Nous auons fort grand deſyr de vous veoir. Cic. de Senect. 29, Moderatio modo virium adſit, & tantum quantũ quiſque poteſt, nitatur: nec ille quidem magno deſyderio tenebitur virium.

Teneri ludo, Prendre plaiſir au ieu. Plin. epiſt. 83, Quo genere ſpectaculi ne leuiſſimè quidem teneor.

Teneri, Obligari. vt, ſi quis furetur rem ſacram de prophano, tenetúrne furti, an ſacrilegii? Plautus in Caſina, 5. 22, Manifeſtò miſer teneor, Ie ſuis prins, ceſt faict. Idem in Menæch. 14. 20, Nec magis ego manifeſtò teneri hominem vnquam vllum vidi omnibus malefactis.

Teneri. Plaut. in Caſina, 5. 24, Eho, ô tu nihili, cana culex, vix teneor quin quæ te decent. A grand peine me puis ie contenir ou garder.

Tenax tenacis, o. g. Qui retinet. Qui tient fort. vt glutinum tenax.

Tenax memoria, Vne memoire qui retient. Plin. epiſtol. 97. lib. VI, Mira vtrique probitas, conſtantia ſalua, decorus habitus, os latinum, vox virilis, tenax memoria, magnum ingeniũ.

Tenax morbus. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 2, Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ, atque adoleſcentiæ tempus, varijs ac tenacibus morbis conflictatus eſt.

Tenax glebis ſolum. Plin. epiſt. 101. c, Tantis glebis tenaciſſimũ ſolum, quum primum proſecatur, aſſurgit.

Tenaciſſimus diſciplinæ. Plin. epiſt. 306, Ac ſicut rei tuæ amantiſſimum, ita diſciplinæ tenaciſſimum, expertus.

Tenax, Conſtans, perſeuerans. Horatius, Iuſtum & tenacem propoſiti virum.

Tenax, Parcus, auarus, Chiche, qui tire a ſoy, & ne baille point voulentiers. Plaut. in Capt. 6.39, Quid tu ais? tenáxne pater eſt eius? Idem in Caſi. 19, 14, Nimis es tenax. Apul. Homo diues, ſed nimium tenax. Terent. in Adelphis, 5. 4. 12, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.

Tenacia tenaciæ, fœ. g. vel Tenacitas tenacitatis, fœ. gen. Retentio, parſimonia, duritia, perſeuerantiáque.

Tenor tenoris, m. g. Accentus, qui teneat, id eſt dirigat ſermonem.

Tenor, Ordo, forma, continuatio. Valerius Maximus, lib. 1, Quo minus religionib⁹ ſuus tenor, ſuáque obſeruatio redderetur. Plin. in Paneg. 138, Idémque vtrique propoſitũ, idem tenor vitæ. Ayans eulx deux vne meſme maniere de viure.

TENER, tenera, tenerum, Molle, Tendre. Hinc tenera ætas puerilis. Feſtus, Tener à τέρην, conuerſis literis.

Tenera & tractabilis virtus. Cicero de Amicitia, 44, Neque enim ſunt iſti audiendi, qui virtutem duram & quaſi ferream eſſe volũt: quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atq; tractabilis, vt ex bonis amicis quaſi diffundatur, & incõmodis cõtrahatur.

Teneris annis, De ieuneſſe. Plin. in Paneg. 26, Tribunus verò diſiunctiſſimas terras teneris adhuc annis viri firmitate luſtraſti.

Tener ſpado apud Iuuenalem.

Tenellus tenella tenellum, diminutiuum. Vnde tenellam ætatem dicimus, Tendrette. Plaut. in Caſina, 3. 19, Bellam & teneram Caſinam.

Teneritas teneritatis, f. g. Tendrete.

Teneritudo teneritudinis, f. g. Idem.

Tenerè & teneriter, aduerbia, Tendrement, amiablement.

Teneraſco teneraſcis, teneraſcere, Tenerum fieri, miteſcere, miſericordia duci. Lucilius lib. 3, Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentes.

TENOR, vide TENEO.

TENTO, tentas, tentare, Rem non intellectam, atque incertam aggredi, hoc eſt experiri, vel diligẽter inquirere, Eſprouuer, experimẽter. Plaut. in Aulul. 14. 3, Tẽtat me omnib⁹ miſerũ modis. Idem in Merc. 15. 22, Sed tu me tentas ſciens? Idem in Amphit. 8. 27, An ille me tentat ſciens? Idem in Stich. 3. 20, An potius tentẽ leniter, an minaciter? Idem in Milite, 20. 26, Tentabam ſpirarent an non auræ. Terent. in Phorm. 4. 3. 14, Viſum eſt mihi vt eius tentarem ſententiam. Que ie parle a luy pour ſcauoir, ſa fantaſie. Columella lib. 9, Sæpius digitis loca fœminarum tentanda ſunt: nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. Cic. in Parad. Tentare volui an ita dici poſſent.

Tentare, Quidam à tendo, quod qui tentat, quaſi manum, aut aliam corporis partem in id quod experiri vult & exquirere tendat. Quidẽ à teneo, quòd tentare experiri ſit vel inquirere, & verbo vel re quaſi manu tenere.

Tentatio tentationis, f. g. Eſpreuue, experience.

Tentamentum tentamenti, n. g. Idem. Virg. lib. 7, Nec prima per artem Tentamenta.

TENVIS,& hoc tenue, à teneo fieri videtur:quòd quæ tenuia ſunt,facile teneãtur. Tenue, paruum,exiguum,Menu,minſe,deliẽ. Columella lib.2,Quo tenue linum proueniat. Plaut. in Rud.30.14,Ita quanti magis extergeo,rutilum,atque tenuius fit.

Tenuis pecunia,Peu dargent. Cic.in Hortenſio,Fundum nõ modo mediocri pecunia,ſed etiã tenui prærípere poſſemus.

Tenuis victus. Cic.de Amicitia 72, Multi diuitias deſpiciunt, quos paruo contentos,tenuis victus,cultúſque delectat.

Tenuis , Pauper, Poure. Plín.epiſt.147.a, Tenuis adhuc & obſcurus obtinenti Africam comes hæſerat.

Tenuis oratio.Terẽt.in prologo Phor.5, Qui ita dictitat,quas antea fecit fabulas,tenui eſſe oratione,& ſcriptura leui.

Tenuitas tenuitatis,fœ.g. Paupertas. Cic.Tyroni, Vt poſſum, ex meis anguſtiis,illius ſuſtento tenuitatem.

Tenuículus tenuícula tenuiculũ,diminutiuum à tenui. Cic.Pæto, Tenuiculo apparatu ſignificans Balbum fuiſſe contentum.

Tenuo,tenuas,tenuare,Tenuem,ſubtilẽ,macrũ,debilẽ facere,ſiue minuere,Attenurir,minuer, amaigrir.Virg.lib.4.georg.Ipſa autem macie tenuant armenta volentes.

TENVS,tenus,tenui.m.g.Laqueus.Plau.in Bacch.17.23,Pendebit hodie,ita intẽdi tenus. Seruius dici putat extremas partes arcus:vnde tractum ſit hactenus, id eſt, hucuſque, quaſi vſque ad finem.

TENVS, Præpoſitio, ſignificat propinquitatem, & quod dicimus vſque ad. Nam quod propinquum eſt,quaſi tenere videtur id cui eſt propinquum. Quidam à tendẽdo,quòd hæc præpoſitio extenſionem quandam ſignificare videatur.Ablatiuo deſeruit,ſempérque in ſingulari poſtponitur ablatiuo,vt háctenus,eátenus,quátenus,verbo ténus,ore ténus,capulo ténus. Accuſatiuo aliquando iungitur. Flaccus in Argonautico, Et Tanaim tenus,immenſo deſcendit ab Euro.

In plurali ponitur cum genitiuo.Virg.Crurum tenus à mento palearia pendent. Curtius, Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portum.

Tenus quodam Horatius,dicens,Eſt quodam prodire tenus,ſi non datur vltra.

TEPEO,tepes,vide TEPIDVS.

TEPIDVS,tepida,tepidum,Medium inter calidum & frigidum,Tiede.

Tepidus,pro calido aliquando ponitur. Lucretius,Tepidíſque caminis.

Tepidus,Frigidus,præſertim quando tranſfertur ad alia.Plaut.Hic homo factus eſt tepidior. Id eſt,frigidior,ſegnior.

Tepidus,Inutilis,ſiue nocuus.Virg.Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ.

Tepeo tepes,tepui,tepere,Tepidum eſſe,Eſtre tiede.Cato de re ruſt. Leuibꝰ lignis facito calescat:vbi temperate tepebit,tum cuminum indito.

Tepeſco tepeſcis,tepeſcere,Tepidum fieri,Se tiedir.

Tepefio tepefis,tepefieri,Idem.

Tepidarium tepidarii,n.g.Vas in quo aqua temperatur,ſiue cella in quam ex balneis exeuntes ingrediuntur.

Tepor teporis,m.g.Mediocrite,entre chaleur & froideur.Columella lib.2,Si verò tepor cæli, ſiccitáſque regionis ſuadebit,Februario ſtatim proſcindendi ſunt.

TER,aduerbium,Par trois fois. Plaut.in Bacchid.23.7,Rerin' ter in anno tu has tonſitaris? Ter tanto peior.Plaut.in Perſa,4.71,Ter tanto peior ipſa eſt,quàm illam tu eſſe vis.Elle eſt trois fois auſſi mauuaiſe que tu la veulx.

Ter gemini,dicuntur tres qui ex vno vtero,vno die editi ſunt. Plaut.in Mil.10.122,Et tibi ſunt gemini,& tergemini,ſi te bene habes,filii.

Tertius,tertia,tertium,Troſieme.Plaut.in Pſeud.14.47,Sed propera mihi mõſtrare vbi ſit lenonis ædium oſtium.P.tertiũ hoc eſt. Idem in Pœn.4.109,Tertia in pretio ſalue. Plin. epiſt.92.a.lib.4,Tertius dies eſt quòd audiui recitantem Sentium Augurinum cum ſumma mea voluptate. Plaut.in Pſeud.9.65,Deuortar in tabernam tertiam.

Tertio tertías,tertiare,Faire pour la troiſieme fois. Columella lib.2,Sed iugerũ talis ager quatuor operis expeditur.nam cõmode proſcinditur duabus,vna iteratur,tertiatur dodrante,in liram redigitur quadrante opere.

Tertianus tertiana tertianum. vt tertiana febris, quæ tertio quoque die recurrit. Plin. lib. 20. cap. 14, Xenocrates pulegii ramũ lana inuolutum in tertianis ante acceſſionem olfactandum dari, aut ſtragulis ſubiici, & ita collocari ægrum inter remedia tradit.

Tertiò, aduerbium, Tiercement. Plaut. in Ciſtell. 5. 50, Et equidem hercle niſi perdam te tertiò, omnes effluxero. Terent. in Eunucho, 3. 3. 24, Non hercle veniam tertiò.

Ternus terna ternum. Plaut. in Merc. 6. 33, Hodie ire in ludum occœpi literariũ, Lyſimache, ternas ſcio iam. L. quid ternas? D. amo. Trois.

TEREBELLVM, terebelli. n. g. vide TEREBRA.

TEREBINTHVS, terebinthi, f. g. Arbor nigrum lignum cum ſplendore præferens, habénſque ſoliditatem in buxi ſpeciem. Plin. lib. 13. cap. 6, Syria & terebinthum habet. Ex his maſcula eſt ſine fructu. Fœminarum duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite matureſcit, non grandior faba, odore iucundior, tactu reſinoſus circa Idam Troadis. &c. Virgil. lib. x, Incluſum buxo aut Erithia terebintho.

Ex hac terebinthina reſina, quam nos turbentine appellamus.

TEREBRA, terebræ, f. g. vel Terebrum terebri, n. g. Inſtrumentum quo ligna perforantur. à tero. Vng tariere. Columella lib. 4. cap, 29, Nam antiqua terebra, quam ſolam veteres agricolæ nouerant, ſcobem faciebat, perurebátque eam partem quam perforauerat.

Terebellum terebelli, n. g. diminutiuum, Vng petit tariere.

Terebro terebras, terebrare, Terebro perforare, Percer. Virg. Et terebrare cauas vteri, & tentare latebras.

Terebratio terebrationis, f. g. Columella lib. 4. cap. 24, In illa autẽ que ſit per terebrationẽ &c.

Terebrare per tranſlationem dixit Plautus in Bacchid. 23. 79, Hanc veniam illis te exorem ſine. N. vt terebrat meretrix.

TEREDO, teredinis, fœ. g. Vermis in ligno naſcens. à terendo dictus. vel à ſono, qui eſt τερηδών. Eadem & tinea dicitur. Sunt tamen qui diſtinguant, vt teredines dicantur in mari, hoc eſt in nauibus: tineæ, terreſtres ſint. Plin. lib. 16. cap. 41, Infeſtantium quatuor genera. Teredines, capite ad portionem grauiſſimo. rodunt dentibus. Hæ tantum in mari ſentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici. Terreſtres tineas vocant. Columella lib. v, Nam & teredinem, formicámque prohibet.

TERES, teretis, om. g. Dicitur quicquid rotundum, oblongúmque eſt, vt columna & arbor, quòd quaſi terendo ſit rotundũ. Virg. in Bucolic. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ.

TERGO, tergis, terſi, terſum, tergere: vel Tergeo terges, terſi, terſum, & ſecundum antiquos tertum, tergere, Mundare, nitidum facere, Torcher, nettoyer. Iuuenalis, Vaſa aſpera tergeat alter. Plaut. in Pœn. 4. 8, Nunquam ceſſauimus ex induſtria ambæ lauari, atque fricari, aut tergeri, aut ornarier. Idem, Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur.

TERGIVERSOR, vide TERGVM.

TERGVS, tegoris, n. g. Corium, Cuir. Virg. Tergora diripiunt coſtis, & viſcera nudant.

Terginus tergina terginum, Poſſeſſiuum à tergus. vt terginum lorum, id eſt ſcutica de tergore animalis. Plaut. in Pſeud. 4. 21, AEdepol voſtrũ durius tergum erit, quàm terginũ hoc meũ.

TERGVM, tergi, n. g. Dorſum, Le dos. Plaut. in Amphit. 4. 292, Sic tergum cicatricoſum, nihil hoc ſimili eſt ſimilius. Idem in Pſeud. 4. 18, Nempe ita animati eſtis vos vincere hoc duritia tergi, atque me. Virg. Manibus poſt terga reuinctis. Ouid. lib. 1. Metamorph. Oſſáque poſt terga magnæ iactata parentis.

Tergum, non tantum animalium eſt, ſed etiam aquarum, & aliarum rerum. Vnde à tergo dicimus, à parte poſteriore mẽbranæ vel papyri, aut alterius cuiuſcunque rei. Iuuenalis, Scriptus & à tergo necdum finitus Oreſtes.

Tergum pro tergore aliquando accipitur. Virg. Mercatíque ſõlum facti de nomine byrſam, Taurino quantum poſſent circundare tergo.

Tergum, pro ſcuto etiã legitur, quòd ſcuta pellibus tegi ſoleãt. Virg. Et tergo decutit haſtas.

Tergiuerſor tergiuerſaris, tergiuerſari, Fallere, & dicta mutare. Propriè eſt eorum qui terga vertẽtes, adhuc tamen pugnãt, nec ſeſe victos rationibus volũt agnoſci. Cic. lib. 3. Tuſcul. Quid tergiuerſamur Epicure? nec fatemur eam non dicere voluptatem quam tu idem, cum os perfricuiſti ſoles dicere? Id eſt, diſſimulamus & ſubterfugimus. Idem pro Cn. Plancio, Placétne ſic agi? nõ poſſum magis pedem conferre (vt aiunt) aut propius accedere: quid taces? quid diſſimulas? quid tergiuerſaris? etiam atque etiam inſto, atque vrgeo, inſector, poſco.

Tergiuerſari, pro in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere accipiunt Iuriſconſulti.
Tergiuerſator, tergiuerſatoris, m.g. Bouinatorem antiqui dicebant.
TERMES, termetis, m.g. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, Qui quoniam in diuiſione agrorum, antequam metæ ponerentur, figi ſolebat, termino nomen dedit. Et propriè (vt ait Porphirio) eſt oliuæ, ſicut palmes vitis. Horat. Nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius termetem palmæ ramum cum fructu auulſum dixit.
Termes, Vermiculi genus, carnem exedens.
TERMENTVM, pro detrimento poſuit Plautus, teſte Feſto.
TERMINVS, termini, Signum quod agrum ab agro diuidit. À terendo: quòd hæ partes maximè terantur. Vne borne.
Terminus, Finis. Cice. Cum nullum tot calamitatibus atque ærumnis terminũ inueniremus. Idem de Senect. 65, Omnium ætatũ certus eſt terminus: ſenectutis autem nullus eſt certus terminus. Terminus ſermonis apud Plinium epiſt. 5. f.
Terminalis & hoc terminale, Lapis dicitur, terminus ipſe lapideus.
Termino terminas, terminare, Finire. Cic. de Senect. 74, An cenſes (vt de meipſo aliquid more ſenum glorier) me tantos labores diurnos, nocturnóſque domi, militiæque ſuſcepturũ fuiſſe, ſi ijſdem finibus gloriam meam, quibus vitam, eſſem terminaturus?
TERNARIVS, ternarij, Vide TER.
TERO, teris, triui, tritum, terere, Fricare, tundere. Broyer, piller, ou frotter lung contre lautre en diminuant & conſumant. Plaut. in Aſinaria, Num me illuc ducis vbi lapis lapidem terit? Idem in Pſeud. 13. 28, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terũt, priuſquam triuerũt, oculi vt extillent, facit. Plin. Dein refrigeratum teritur in farinam.
Terere iter, Iter agere, Marcher, cheminer. Virg. Sæpius è tectis penetralibus extulit oua, Anguſtum formica terens iter.
Terere tempus, Cõſumere, Paſſer le temps, ou perdre. Liuius lib. 1, Quas in conuiuiis, luxúque cum æqualibus viderant tempus terentes.
Terere otium, Idem. Liuius lib. 1, Regii quidam iuuenes interdum otium conuiuii, comeſtationibúſque inter ſe terebant.
Tritor tritoris, m.g. Broyeur, ou qui vſe en frottant. Plaut. in Perſa, 13. 20, Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor?
TERRA, terræ, f.g. Elementum ipſum. La terre.
Terra, Territorium aliquando ſignificat, & prouinciam ſeu regionem. Cic. Eorum qui in hac terra fuerũt, magnámque Græciam quæ tum florebat inſtitutis & præceptis ſuis erudierũt.
Territorium territorii, n.g. Eſt, vt inquit Pomponius, vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſque ciuitatis. Le terrouer dune ville. Dictum, quòd maximè teratur. vel quòd magiſtratus eius loci, intra omnes fines terendi, id eſt ſummouendi ius habeat.
Terraceus terracea terraceum, Quod ex terra eſt. vt domus terracea.
Terreus, terrea, terreum, Idem. vt vas terreum. Columella lib. 1, Horreum camera contectũ: cuius ſolum terreum, priuſquam conſternatur perfoſſum.
Terrenus terrena terrenum, Quod vel in terra natum eſt, vel in terra viuit, vel aliquid cum terra commune habet, vt, terrenum animal.
Terrenus, pro terreo aliquãdo accipitur. Columella, Area quoque ſi terrena erit, vt ſit ad tecturam ſatis habilis.
Terrenum terreni, Campus. Columella lib. 2, Callidiſſimi ruſticarum rerũ genera terreni tria eſſe dixerunt: campeſtre, collinum, montanum. Idem lib. 1, Agrũ habebimus ſalubri cælo, vberi gleba, parte campeſtri, parte alia collibus vel ad orientem vel ad meridiem molliter deuexis, terreníſque aliis atque aliis ſylueſtribus & aſperis.
Terreſtris & hoc terreſtre, Idem quod terrenus. vt, terreſtre animal.
Terrigenus terrigena terrigenum, Quod ex terra natum eſt.
Terricola terricolæ, cõm. g. Qui terram incolit.
Terræmotus terræmotus terræmotui, m.g. Dicitur cum terræ incluſo ſpiritu contremiſcunt, magno ſæpe habitantium damno. Plin. lib. 2. cap. 84, Fiunt cum terræmotu & inundationes maris, eodẽ videlicet ſpiritu infuſi ac reſidẽtis ſinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus, Tiberij Cæſaris principatu, XII vrbibus Aſiæ vna noctu proſtratis.
Terraneola terraneolæ, f.g. Auis alaudæ ſimilis, præterquam quòd in capite apicem non habet ſicut alauda. Dicta quòd non in arboribus, ſed in terra verſetur, atque nidificet.

TERREFACIO, vide TERROR.
TERRIBILIS, vide TERROR.
TERRICVLA, vide TERROR.
TERROR, terroris, m.g. Timoris incuſſio, Frayeur, ou effroit. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæ autem ſubiecta ſunt ſub metu, ea ſic definiunt, Pigritiam metũ conſequentis laboris: terrorem, metum concutientem. ex quo fit, vt pudorem rubor, terrorem pallor & tremor & dentium crepitus conſequatur. Seruius inter terrorem & metum ſic diſtinguit, quòd terror propriè ſit qui aliis infertur. vnde & terribilis dicitur. Metus, quem habent timentes.
Terror, pro metu. Virg. Quòd ſi tantus habet mentes & pectora terror.
Terreo, terres, terrui, territum, terrere, Timorem alicui incutere. Donner frayeur a aucun, leffrayer.
Territo territas, territare, Frequẽtatiuũ. Plaut. in Amphit. 14. 18, Larua vmbratilis, tu me minis territas? Terent. in And. Di te eradicent, ita me miſeram territas.
Terrefacio, terrefacis, terrefeci, terrefactum, terrefacere, Terrore afficere.
Terrificus terrifica terrificum, Quod terrorem facit.
Terribilis & hoc terribile, Formidabile & horrendum, Effrayant.
Terriculamentum terriculamenti, n.g. Effroy.
Terricula terriculæ, f.g. & terriculũ terriculi, n.g. Accius, Vbi non terricula cita ſunt. Idem, Proinde iſti hæc tua aufer terricula, atque animum iratum comprime.
TERVNCIVM, n.g. vel teruncius teruncii, m.g. Nummus perexiguus, à tribus vncijs. Plaut. in Capt. 8. 17, Neque ridiculos iam teruncii faciunt. Ils ne les eſtiment rien. Cic. Attico, lib. v, Nos tamen, etſi hoc te ex alijs audire malo, ſic in prouincia nos gerimus, quod ad abſtinentiam attinet, vt nullus teruncius inſumatur in quenquam. Ibidem, Atque etiã ſpero, toto anno imperii noſtri teruncium ſumptus in prouincia nullum fore.
TESQVA, inquit Nonius, loca augurio deſignata. Cicero aſpera ait eſſe, & difficilia.
TESSELLA, vide TESSERA.
TESSERA, teſſeræ, fœ. g. Latinè quatuor dicitur. Vnde & id dicitur, quod ex omni parte quadratum eſt.
Teſſeræ, Quibus in tabula luſoria luditur. ſunt enim quadratæ, & puncta habent: & cum iaciũtur, in quãcunque partem incubuerint, immotã habent ſtabilitatẽ. Τέτρα, id eſt, quatuor. Cic. in Catone, Nobis ſenibus ex luſionibus multis talos relinquãt & teſſeras. Martialis, Hic mihi biſſeno numeratur teſſera puncto, Calculus hic gemino diſcolor hoſte perit.
Teſſera, Mot du guet, Signum bellicum, quod ad pugnam exeuntibus datur, propter cõfuſionem: quæ aliàs ſymbolum dicitur. vt in bello Marij, Budeus: in bello Syllæ, Apollo Delphicus: in Cæſaris, Venus genitrix. Virgil. lib. 7, It bello teſſera ſignum. Liuius lib. 7, Cæteris omnibus teſſeram dari iubet.
Teſſera, Belli & pacis futuræ ſignum. Pomponius, Q. Mutius miſſus ad Carthaginenſes legatus, cum eſſent duæ teſſeræ poſitæ, vna pacis, altera belli, arbitrio ſibi dato vtram vellet deferre, vtranque ſuſtulit, & ait Carthaginenſes petere debere vtram mallent accipere.
Teſſera, ponitur interdum pro ſigno frumentario, quo exhibito, vnuſquiſque frumentũ pro portione accipiebat à principe: ſicut ex more vetuſto locis aliquib⁹ fieri ſolet ab his qui pauperum curam habent. nam erogantur ſigna quædam plumbea, quibus exhibitis, ſigillatim accipiunt certam menſurã frumenti vel farinæ, panis, viníve. Suet. in Auguſto, Ac ne plebs frumentationum cauſſa frequentius à negotijs auocaretur, ter in annum quaternorum mẽſiũ teſſeras dare deſtinauit. Iuuenalis, Sũmula ne pereat qua villis teſſera venit Frumenti.
Teſſeræ nummariæ etiam dicuntur, quibus exhibitis ſumma nummũm præſcripta repenſari ſolet. Suet. in Auguſto, Frumẽtum quoque in annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, interdum nullo pretio admenſus eſt. teſſeráſque nummarias duplicauit.
Teſſera, Lignum vtrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & talea dicitur. Vne taille. Plaut. Suam vterque: teſſeram habet, ratio conſtat.
Teſſera hoſpitalis. Fuit antiqui moris teſſeram dari hoſpitibus dimidiatam: quam quicunque attuliſſet ad hoſpitem, continuo agnoſci poſſet, & hoſpitio accipi, tanquam amicus & verus hoſpes. Plautus in Pœnulo, 16. 84, Ego ſum ipſus quem tu quæris. P. hem, quid audio? A. Antidamæ gnatũ me eſſe. P. ſi ita eſt, iam teſſeram confer ſi vis hoſpitalem: eccam attuli. A. agedum, huc oſtende. eſt par probe: nam habeo domi. Ibidem, 15. 22, Deum hoſpitalem ac teſſeram mecum fero.

Teſſeram hoſpitalem confregiſſe dicebatur, qui ius hoſpitii violabat. Plautus in Ciſtell. 5. 27, Hic apud nos iam Alceſimarche confregiſti teſſeram.

Teſſera, Figura geometrica, quæ cubus vocabatur, cuius meminit Macrobius libro 1, ſomnii Scipionis.

Teſſella teſſellæ, Diminutiuum à teſſera.

Teſſella, vel teſſera, Calamus qui inſeritur ramo : quod verò in terra ſeritur, talea vocatur. Plinius, Quidam huic generi miſcuere fiſſuram in vitibus exempta cortice teſſella ſurculo à latere plano adigendo.

Teſſellatus teſſellata teſſellatum, Quod teſſellis, id eſt paruis quadratis lapillis intextum eſt. vt, pauimentum teſſellatum, à teſſeris, quarum forma quadrata eſt. Suet. de Cæſare, Munditiarum, lautitiarúmque ſtudioſiſſimũ multi prodiderũt, quanuis tenuem adhuc & obæratum in expeditionibus teſſellata & ſectilia pauimenta circuntuliſſe. Victruuius libro 7, meminit pauimentorum teſſellatorũ, atque ſectilium: ſcribítque pauimenta ſectilia, & teſſeris ſtructa, omnes angulos æquales habere debere, & ſectilia, quoniam in particulas ſecta ſunt, vt quocũque velis, poſſint circunferri.

Erant & teſſellatæ quædam tunicæ. Plin. lib. 35, Zeuſis aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentabat.

Teſſerula, teſſerulæ, f. g. Aliud diminutiuum.

Teſſerula, ſiue teſſera, lignum vtrinque cõplanatum, in quo numeri deſcribuntur, quod & talea dicitur. Plin. Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat.

Teſſerulæ, Lapilli ad conficienda, ſternendáque pauimenta. Cic. lib. 3. de Orat. Quæ lepidè lexes ſyntheſis compoſitæ & teſſerulæ omnes antè pauimento atque emblemate vermiculato.

Teſſerarius, teſſerarii, Qui teſſeram, id eſt præceptum ducis per contubernia militum nuntiat.

Teſſerarius teſſeraria teſſerarium, Quod ad teſſeras pertinet. vt ludus teſſerarius.

Teſſaradecas teſſaradecadis, f. g. Quater dena dicitur. à teſſara, quatuor: & decas, decem. Quidã interponunt ſyllabam teſſaraſedecas dicentes.

TESTA, teſtæ, f. g. Fruſtulũ vaſis fictilis & cuiuſque lateris. Vng tais, piece dung pot de terre caſſe, ou dautre ſemblable. Plin. li. 26, Si & teſtę tuſæ tertia pars addatur, melior materia erit.

Teſta, pro calculis aliquando ponitur, quos Græci oſtracos vocant.

Teſta, La coquille dung oeuf, ou dung limaſon. Plaut. in Pœnul. 17. 49, Scín' quid eſt? cochleæ ſunt è teſta. vt ſe ſuſtolli ſolent.

Teſta, Vas figlinum in igne decoctum, quaſi toſta, quòd è molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Tibullus, Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ: Funderet vt nato teſta paterna merum. Vng godet.

Teſtæ intelliguntur omnes piſces qui duriori cortice tegũtur. Horat. in Serm. Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Teſtaceus teſtacea teſtaceũ, Quod eſt è teſta. Plin. Inſectorum omnium & quibus teſtacea operimenta, oculi mouentur. Idem epiſt. 254, Aliqua pars, vt mihi videtur, teſtaceo opere agẽda erit. Idem epiſt. 136, Quia ſint cœmento medii farti, nec teſtaceo opere præcincti.

Teſtatim, Aduerbium, Id eſt cõminutim. Par tais, par pieces. Pomponius, Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi.

TESTAMENTVM, teſtamenti, n. g. vide TESTOR.

TESTIS, huiꝰ teſtis, cõm. g. Qui teſtimoniũ profert. Teſmoing. Ab eo dictus, quòd tueatur ſtatum cauſſæ, vel quòd antè ſtet, quaſi anteſtis, id eſt, anteſtans.

Teſtis, pro teſticulo, maſc. gen. eſt. ſic dictus, quòd virilitatis teſtis ſit.

Teſtibus præſentibꝰ, En preſence des gens, que chaſcun le voye. Plaut. in Curcul. 2. 31, Quod amas, ama teſtibus præſentibus.

Teſtimonium teſtimonii, Teſtium dicta. Teſmoingnage.

Teſtatio teſtationis, f. g. Idem.

Teſtor teſtaris, teſtari. Teſtimoniũ dicere. Virg. Teſtor in occaſu veſtro. Ien ſuis teſmoing.

Teſtari, Teſtem facere, vel in teſtimoniũ adducere, & alterius implorato teſtimonio aſſerere. Virg. Vos æterni ignes, & non violabile veſtrum Teſtor numen ait. Ie prens ou appelle a teſmoing. Plaut. in Rud. 30. 48, Venus Cyrenenſis dea te teſtor mihi, ſi vidulum illũ. &c. Terẽt. in Hecyra, 2. 5. 26, Neque culpa hoc eueniſſe diſſidium mea, id teſtor deos.

Teſtari, Precari: quia precando ſolemus numina adhibere. Plaut. Ipſus tete per ſuperos omnes teſtatur.

Teſtari, Teſtamentum facere, hoc eſt, ſupremam voluntatem teſtificari.
Teſtator teſtatoris, Qui a faict teſtament.
Teſtatrix teſtatricis. f. g. Celle qui a faict ſon teſtament.
Teſtatus teſtata teſtatum, Qui teſtamentum condidit.
Teſtatus in voce paſſiua, Vulgatus, apertus, ab omnibus cognitus: quòd id quaſi omnes teſtẽtur. Cic. Curio, Aut certe teſtatum apud animum tuum relinquam quod ſenſerim. Hinc Teſtatior, teſtatiſſimus. Hircius, Qua notior, teſtatiórque virtus eſſet.
Teſtificor teſtificaris, teſtificari, Teſtimonium dicere, Teſmoingner.
Teſtamentum teſtamenti, n. g. Teſtament. Dictũ quòd ſit voluntatis noſtræ veluti teſtimoniũ. Vnde & vltima voluntas appellatur. Vlpianus, Teſtamentum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod poſt mortem fieri voluerimus.
Teſtamentarius teſtamentaria teſtamentarium, Quod ad teſtamentum pertinet. Vnde teſtamẽtariæ tabellæ, & teſtamentaria lex, quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnã ei qui teſtamentũ vel aliud inſtrumentum ſignauerit, ſcripſerit, recitauerit.
Teſtamentarius, Qui teſtamenta falſa cõficit. Cic. lib. 2. de off. Nõ de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum eſt.
TESTV, Varro de lingua latina, indeclinabile pro teſta poſuit.
Teſtuaceum teſtuacei, Quod in teſtu calido coquebatur condimẽtum ex varijs eſculẽtis: à teſtu, ſub quo calido coquitur, vt inquit Varro.
TESTVDO, teſtudinis, fœ. g. Animal quod tardè graditur. Vne tortue. ſic dicta, vt inquit Varro, quòd teſta tegatur. Plin. lib. 9. cap. 10, Dentes non ſunt teſtudini, ſed roſtri margines acuti, ſuperna parte inferiorem claudẽte, pyxidũ modo. In mari viuunt conchylijs, tanta oris duritia, vt lapides cõminuant. in terram egreſſæ, in herbis pariunt oua, auium ouis ſimilia ad ducenta numero. Eáque defoſſa extra aquas, & cooperta terra, ac pauita pectore, & complanata, incubant noctibus. Educant fœtus annuo ſpatio.
Teſtudo, Materia tabulatis cõtexta, & coriis cilicinis aut centonibus & aliis quæ difficulter comburi poſſunt, contecta. Hæc intrinſecus habet trabem, quæ vnco præfigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo quòd incuruata eſſet, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs, funiculis ſuſpẽſa, vt reducta impetuoſius feriret, ideóque & teſtudo dicta, à ſimilitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nunc reducat. Sylius, Tandem condenſis arctæ teſtudinis armis, Subucto Pœni vallo, cæcáque latebra Pandunt prolapſam ſuffoſſis mœnibus vrbem. Hoc etiam inſtrumentum, arietem appellant, ab eo quòd aries fronte pugnat.
Teſtudines loca dicuntur in ædificiis camerata ad ſimilitudinẽ aquatiliũ teſtudinũ, quæ duris tergorib⁹ ſunt, & incuruis. Vne voulte. Virg. Tum foribus Famæ media teſtudine tẽpli.
Teſtudineus teſtudinea teſtudineum, Quod eſt teſtudinis.
Teſtudineus gradus, id eſt tardus. Plaut. in Amphit. 15. 53, Siue gralatorius, ſiue teſtudineus fuerit (ſup. gradus) certum eſt mihi hunc ſceleſtum perdere.
TESTVS, teſtus, teſtui, m. g. Tegmen teſtaceum, ſub quo placentæ & alia coquuntur. Cato, In foco calido ſub teſtu coquito leuiter.
Teſtum etiam dicitur, & teſtus teſti, m. g. Plin. lib. 32, Sub æreo teſto, hoc Græci vocant clybanum. vnde panis teſtaceus apud nos dicitur, quem illi clybanitim.
Teſtuaceus teſtuacea teſtuoceum. vide paulo anté.
Teſſo, teſſis, teſſi, teſſum, teſſere, Spoliare, nudare. Virg. Dum teſſit Imaona Alleſus.
TETANICVS, tetanica, tetanicum, Dictus eſt à tetano morbo, cum muſculi qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, vt ſe inflectere non poſſint. Id cum anterior pars afficitur, vt ſi mentũ pectori annectitur, emproſthotonus: cum poſterior, Opiſthotonus, vt ſi caput ſcapulis: cum verò ambæ rigent, ex æquo, tetanos vocatur, vt ſi ceruix recta & immobilis intenditur. Etiã ſicut ait Celſus, quidam minus ſubtiliter & diſcretè his nominibus vtuntur.
TETER, tetra, tetrum, Quod eſt malũ, fœdũ, & pollutum, crudele, & inſuaue: tum ad mentem pertinẽs, tũ ad cæteros ſenſus. vt tetra bellua, teterrimus hoſtis, teterrima mens. Plaut. in Moſtell. 8. 76, Verò te neque ego tetriorem belluam vidiſſe vnquã, neque peiorem cenſeo. Ibidem, 8. 139, Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius.
Tetro tetras, tetrare, Fœdare, horridum, obſcurúmve facere. Pacuuius, Belluarum ac ferarũ aduentus loca tetret.
TETRA, Græcè, latinè dicitur quatuor.

Tetracolon, Quadrimembris ſententia.
Tetradoron, Quatuor palmorum. Δῶρος enim palmus eſt.
Tetragonus, Quadrus, Quadrangularis.
Tetragrammaton, Quatuor literarum.
Tetrametrum, Metrum quatuor pedum.
Tetrapolis, dicta eſt Antiochia, regio cognominata, vt inquit Strabo, in qua ſunt quatuor inſignia oppida.
Tetraſyllabum, Quatuor ſyllabarum. vt Imperator.
TETRICVS, tetrica, tetricum, Tetrici homines ac ſeueri à Sabinorum monte Tetrico dicti, qui aſperrimus eſt. Virg. lib. 7, Qui tetricæ horrentis, rupes, montémque ſeuerum.
TETRINO, tetrinas, tetrinare, Proprium eſt anatum natantium.
TEXO, texis, texui, textum, téxere, Telam ſtruere, Tiltrer, faire toille. Terēt. in Heaut. 2. 3. 44, Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus.
Textim aduerbium, id eſt, texendo.
Textilis, & hoc textile, Quod texendo factum eſt vt textilis corona, & textilis veſtis, ante cuius vſum fuit nexilis veſtitus, vt docet Lucretius, Nexilis antè fuit veſtis, quàm textile tegmen.
Textor textoris, m. g. Vng tiſſerand. Plaut. in Aulul. 15. 42, Textores, limbolarij.
Textrix textricis, f. g. Tiſſerande.
Textura, texturæ, f. g. Opus, ſiue actus ipſe textoris vel textricis.
Textrina textrinæ, f. g. Locus in quo texitur.
Textrina, ars ſeu ſcientia texendi. Plin. lib. x i, Quam non ad hoc videtur pertinere crebra tapexitas telæ, & quædam politura artis ipſa per ſe tenax ratio textrinæ. Tiſſeranderie.
Textrinum textrini, n. g. Locus in quo texitur. Cic. in Verrem, act. 6, Quod tamen iſti textrinū per triennium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.

T H

THALAMVS, thalami, m. g. Coniugis vtriuſque cubiculum.
THALASSICVS, Color, qui ſimilis eſt fluctibus marinis. Græci enim thalaſſan mare dicunt. Plaut. Neſcio quis tecum incedit ornatu thalaſſico. Idem in Mil. 16. 42, Palliolū habeas ferrugineum: nam is color thalaſſicus.
THALI, dicuntur in porris & cepis & allio medij ſtipites. Ἀ θάλλω, id eſt vireſcere. Vnde & pro germine arborum ponitur.
THAMNOS, latine arbuſtum dicitur.
THANATOS, latine mors dicitur. à quo Athánatos.
THASIVM, thaſij, n. g. Genus vini, à Thaſo inſula maris AEgæi. Plin. lib. 14. cap. 7, In AEgypto hoc naſcitur, tribus generibus vuarum: ibi nobilius thaſio & alopece.
Thaſiæ vites. Virg. lib. 3. georg. Sunt Thaſiæ vites, ſunt & Mareotides albæ.
THEATRVM, theatri, n. g. Latine viſorium dicitur. à θεάομαι, quod videre ſignificat. Eſt ædificium in hemicycli ſpecie factum, ad videnda ſpectacula idoneum. Vng eſcharfault.
Theatrum, pro ſpectaculo aliquando ponitur. Martialis, Quicquid in Orphæo Rhodope ſpectaſſe theatro Dicitur, exhibuit Cæſar arena tibi. Vng ieu. Plin. in Paneg. 89, Quinetiam tanto maiore conſenſu in venerationem tui theatra ipſa conſurgent, quanto magis de te ſcenæ ſilebunt.
Theatricus theatrica theatricum, Nomen poſſeſſiuum. vt ſpectacula theatrica.
Theatralis & hoc theatrale, ter. dec. Idem. Plin. epiſt. 144. c, Qui nunc exiguiſſima legata theatralis operæ corrolarium accipiunt ab hærede qui non ſpectabat.
Theatridium theatridij, n. g. diminutiuum, Forma græca à theatro. Varro lib. 3. de re ruſt. Inter has exteriores gradatim ſubſtructum vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impoſiti ſedilia auium.
THECA, thecæ, fœm. gen. Vagina, ſepulchrum, locus.
THEMA, thematis, n. g. Poſitum ſeu poſitio dicitur.
THENSA, thenſæ, f g. Sacrum erat vehiculum, authore Feſto, & Seruio. Aſconius, Thenſæ ſacra vehicula. Pompa ordinum, & officiorum: Sic dictæ quòd ante eas lintea tenduntur, quæ gaudent manu tangere, qui deducant. Vel ἀπὸ τοῦ θέω, hoc eſt à re diuina. Cic. de aruſpicū reſponſis, Te appello Lentule, cuius ſacerdotij ſunt thēſæ, curricula, præcentio, ludi, libatio-

nes. Liuiûs lib. v, Quæ auguſtiſſima veſtis eſt, thenſas ducentibus triumphantibúſve, ea veſtiti medio ædiũ eburneis ſellis ſedere. Suet. in Cæſare, Ampliora etiam humano faſtigio decerni ſibi paſſus eſt, ſedem auream in curia & pro tribunali, thenſam & ferculum.

THEORIA, theoriæ, f.g. Latine ſpeculatio dicitur.

THEOS, latine dicitur deus.

Theologia, theologiæ, f.g. Latinè ratio vel ſermo de diuinitate dicitur.

Theoſebia, Pietas, cultus dei.

THERIACA, theriacæ, f.g. Genus medicamenti contra venenata animalia. cuius confectionem docet Plinius lib. 22. cap. 24. Idem lib. 29. cap. 4, Fiunt ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à Græcis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exemptiſque interaneis, & liuore ſpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto, ſpiniſque exemptis, & addita ſimilagine, atque ita in vmbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur. Du thriacle.

Theriaca dicitur ἀπὸ τοῦ θηριακὴ, hoc eſt à feris ſiue belluis vocitata: quòd hæc compoſitio, aduerſus omnes belluas venenatas inſtituta ſit.

THERISTRVM, theriſtri, n.g. Velamẽ vel veſtis tenuis, quavtebãtur mulieres Paleſthinę

THERMAE, thermarum, f.g. Plur. numeri. Ea loca quæ aut calentibus aquis, aut ipſo ſine fornice igni calefacto, lauandi, ſudendíve vſibus deputata, Eſtuues.

THERMOPOLIVM, thermopolij, n.g. Locus vbi calida excitamenta & potoria venduntur. Plaut. in Rud. 13.45, Ne thermopolium quidem vllum inſtructum hodie, ita ſalſam præbet potionem & frigidam. Idem in Trinũmo, 14.6, Ecce hominem te Staſime nihili, ſat in thermopolio condalium es oblitus.

THERMEFACIO, thermefacis, thermefeci, thermefactum, thermefacere, Eſculentis atque poculẽtis ingurgitatis, atque exhauſtis in thermopolio calefacere. Plaut. in Sticho, Mehercule verò eo quantum poteſt iam ne exta excocta ſunt quod thermefecerat.

THERMOPOTO, thermopotas, thermopotare. Plau. in Trin. 14.7, Poſtquam thermopotaſti gutturem, recipe te, & recurre pede recenti. Id eſt, calida potione gulam oblectaſti.

THESAVRVS, theſauri, m.g. & theſaurum theſauri, n.g. Eſt, vt inquit Paulus Iuriſcõſ. vetus quædam depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, vt iam dominum non habeat. Sic enim fit, eius qui inuenerit, quod nõ alterius ſit. Plaut. in Aulul. 3.7, Sed mihi auos hu ius obſecrans, concredidit theſaurum auri.

Theſaurus Abundantia. Plaut. in Aſin. Theſaurus copiarum.

Theſaurus, in malum aliquando accipitur. Plaut. in Amphit. 16.13, Theſaurũ ſtupri teneo.

Theſaurarium theſaurarij, n.g. Locus in quo ſeruatur aurum.

Theſaurarius theſauraria theſaurarium, Theſaurarij fures, apud Plautum in Aulul. 13.25.

Theſaurizo, theſaurizas, theſaurizare, Theſaurum colligere.

THESIS, latine poſitio dicitur. Figura quæ diſtinguit ſenſus orationis per commata, id eſt ſubdiſtinctiones, quas nos hac nota, ſignam⁹, vel hac / Per cola, id eſt mẽbra, nos duobus pũctis: Per periodos id eſt terminos, finita ſententia, puncto. Dicta poſitio vel poſitura, quia punctis poſitis conuenienter denotat ſenſuum partes: vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.

THOES, genus luporum, de quo Plinius lib. 8. cap. 34, Nã thoes, luporum id genus eſt procerius longitudine, leuitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu viuens, innocuum homini, habitum non colorem mutant. Per hyemes hirti, æſtate nudi.

THOLOS, græca dictio, qua ſignificatur veluti ſcutum breue quod medio in tecto ponitur, in quo trabes coeunt, & ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt. Virg. lib. 1x, Sí qua ipſe meis venatibus auſi, Suſpendíve tholo, aut alta ad veſtigia vexi.

Tholum accipiunt quidam pro teſtudine alicuius ædificij, ſiue pro domo rotonda. Ouid. lib. 6. Faſtorum, Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo.

THORAX, thoracis, m.g. Latinè pectus dicitur. Poitrine. Iulius Pollux ſcribit thoracẽ eſſe, quicquid anterioris duntaxat partis à collo vſque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates coſtarum, qui & ὅλμος hoc eſt mortariũ dicitur. Medici tamen in reſectionibus humani corporis thoracẽ accipiũt inane quiddã in pectore, extremas coſtarũ partes vtrinque contingens. Vnde legimus Plinium dicentem, Thoracis vitia purgat, quæ videlicet intra ſepta pectoris continentur. Et Cornelius Celſus docet thoracem tuſſi obnoxium.

Thorax, Tunica quæ tãtum pectus tegit, cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt. Iuuenalis, Viridem thoraca iubebit. Suet. de Auguſto, cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

Thoraca thoracæ, Idem. Ab accuſatiuo græco thoraca.

Thoracatus, thoracata thoracatum, Qui thorace indutus eſt. Plin. lib. xxxv, Paraſius pinxit Nauarchum thoracatum.

THRENOS, græca dictio, quæ lamentum quod in funeribus fit, ſignificat. ὁ θρῆνος.

THRONVS, throni, m. g. Sedes vel ſolium dicitur.

THVS, thuris, n. g. Incenſum quo dijs ſacrificabatur. Encens. ἀπὸ τοῦ θύνω, ſacrifico. Plin. li. 12. cap. 14, Thura præter Arabiam nullis, ac ne Arabiæ quidem vniuerſæ. In medio eius ſunt ferè Attramitæ pago Sabæorum capite regni Sabota, in monte excelſo, à quo octo mãſionibus diſtat regio eorũ thurifera, Saba appellatur, quod &c. Plura in ipſo capite de thure leges. Tus abſque aſpiratione nonnulli ſcribunt, inter quos Priſcianus, Varro, & Seruius, à tundẽdo deriuantes, quòd glebæ tunduntur, cum quibus fluens coaleſcit.

Thureus thurea thureum, Quod eſt thuris. Columella lib. 4, Iam thuream plantam matureampliatam, florentéſque hortos myrrha & croco.

Thuriferus, thurifera, thuriferum. vt Saba thurifera, quæ producit thus. Plin. lib. 12. cap. 24, Regio eorum thurifera.

Thuribulum thuribuli, n. g. Vas in quo thus adoletur. Encenſoir.

Thurifico thurificas thurificare, Thure ſuffire, Encenſer.

Thuſculum thuſculi, diminutiuum. Plaut. in Aulul. 13. 15, Hoc thuſculum emi, & haſce coronas floreas.

THYASVS, thyaſi, m. g. Saltatio & chorea dicitur, quæ Baccho exhibebatur. à θύω ſacrifico. Virg. Inſtituit Dalphnis thyaſos inducere Baccho.

THYMIAMA, thymiamatis, n. g. Odor ſuauiſſimus, thymi naturã referens. Hoc incendebatur in ſacrificijs.

THYMVS, m. g. vel thymũ thymi, n. g. Herba apibus gratiſſima. Virg. Dúmque thymo paſcentur apes &c. Plin. lib. 21. cap. 10, Totidem & thymi, candidũ ac nigricans. Floret autem circa ſolſtitia, cum & apes decerpunt, & augurium mellis eſt. Prouentum enim ſperant apiarij largè florente eo. Læditur imbribus, amittítque florem. Semen thymi non poteſt deprehendi, cum origani perquam minutum, non tamen fallat.

THYRSVS, thyrſi, m. g. Virga & caulis cuiuſlibet herbæ, præſertim lactucæ. Plin. Inuentum omnes thyrſos, vel folia lactucarum prorogare vrceis conditos, ac recenteis in patinis. Idem, Folia lactucæ toſta, thyrſúſque ex aceto bibuntur.

Thyrſum alij accipiũt pro haſta aculeata hæderis obtecta, quas in Orgij Bacchicis quatiebãt. Tacitus, Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiens. Scribit Diodorus Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrobius ait Liberum patrem tenere thyrſum, quod eſt latens telum, cuius mucro hædera lambẽte protegitur. Vnde Thyrſigerus dictus eſt Bacchus.

T I

TIARA, tiaræ, f. g. Ornamentum capitis Perſicarum prius mulierum. quo poſtea vſi ſunt reges & ſacerdotes. Iuuenalis, Phrygia veſtitur bucca tiara. Virgilius per vſurpationẽ dixit, Sceptrúmque ſacérque tiaras. Plau. in Perſa, 14. 2, Tiara ornatum lepide condecora tuum.

TIBIA, tibiæ, f. g. Proprie os cruris oppoſitum ſuræ.

Tibia, Inſtrumentum muſicum quo tibicines canũt. ſic dicta quòd primo ex gruum tibijs facta ſit, à quibus nomen habet cum ex arundinibus facta ſit. Horat. Tibia non vt nunc orichalco iuncta, tubáque. Plaut. in Perſa, 14. 2, Eripe ex ore tibias.

Tibialis & hoc tibiale, quod eſt idoneum ad tibias faciẽdas. Plin. Tertia arũdo eſt tibialis calami, quam auleticon vocant.

Tibiale, tibialis, n. g. Velamentum tibiarum: quin etiam arma quibus crura muniuntur, tibialia vocant. Suet. de Auguſto, cap. 82, Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur. Paulus Iureconſ. Si tibiale vel humerale miles alienauit, caſtigari verberibus debet.

Tibicen, tibicinis, cõm. g. Qui tibia canit. Plaut. in Pſeud. 7. 161, Tibicen vos interea hic delectauerit. Idem in Sticho, 15. 17, Bibãt tibicini. s A. & quidẽ nobis. s T. tene tibicen primùm. Tibicines in ædificijs appellantur columnellæ quibus ruſtici tecta ſua furcire ſolent: à ſimili.

tudine tibia canentium, qui vt cantantes ſuſtinent, ita illi ædificiorum tecta. Nec habet in hoc ſignificato niſi ablatiuũ in ſingulari. Iuuenalis, Nos vrbẽ colimus tenui tibicine fultã.

Tibicen dicitur, quicquid in ſuſtantaculum alterius ponitur. Ouid. lib. 4. Faſt. Hæc modo verſabat ſtantem tibicine telam.

Tibicina tibicinæ, fœminino genere etiam dicitur pro ea quæ tibia canit. Plaut. in Aulul. 9. 2, Poſtquã obſonauit herus & conduxit coquos, tibicinaſque haſce, apud forũ &c. Gellius, Fœminas etiã tibicinas in exercitu habuit. Martialis, Ebria nos madidis rũpit tibicina buccis.

TIGNVS, tigni, m. g. & Tignum tigni, n. g. Trabs qua varie diſpoſita domus extruitur. Vng cheueron.

Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia conſtant, continetur.

Tigni appellatione in vineis, omnia vineis neceſſaria cõtinentur, vt puta perticæ, pedamẽta.

Tignarius, tignaria, tignarium. Tignarius faber, non ſolum is qui tigna dolat, ſed etiam qui ſolaria lignea, hoc eſt qui trabes, cæteráque ad tabulata domus vtilia, & omnis qui ædificat, intelligitur, inquit Caius Iuriſconſ.

Tigillus tigilli, m. g. diminutiuum à tignus: Tigillum verò à tignum.

TIGRIS, tigridis, f. g. Animal velociſſimum: quod à velocitate nomẽ habet. Nam Medi tigrim ſagittam appellant. Virg. Hyrcanæque admorunt vbera tigres. Plin. lib. 8. cap. 18, Tigrin Hyrcani & Indi ferunt, animal velocitatis tremẽdæ, & maxime cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus, qui ſemper numeroſus eſt, ab inſidiante rapitur equo quàm maxime pernici, atque in recentem ſubinde tranſfertur, &c. Plura lege in toto capite.

TILIA, tiliæ, f. g. Arbor, quam Græci Philyram appellant. Tillet. Virg. lib. 2. georg. Nec tiliæ leues, nec torno raſile buxum. Plin. lib. 16. cap. 40, Molliſſima tilia, eadem videtur & calidiſſima: argumentum afferunt, quòd citiſſimè aſſias retundat.

Tilię de arboribus alijs etiam dicũtur. nã de interioribus corticis vlmi tunicis, è quibus vincula fiunt, dixit Plinius, de vlmo loquens, Corticis interior tilia lepras ſedat.

TIMEO, times, timui, timere, Craindre. Terent. in And. 1. 5. 29, Miſera timeo, hoc incertũ quorſum euadat. Idem in Heaut. 5. 1. 37, Quid? iſtuc times, quod ille operã amico dat ſuo? Ibidem, 1. 2. 15, Timet omnia, patris iram, & animum amicæ ſe erga vt ſit ſuæ. Idem in Phor. 1. 3. 26, Hei timeo miſer, quam hic mihi nunc rem nuntiet.

Timeo te, Tanquam inimicum, Ie crains que tu ne me face mal.

Timeo tibi, Tanquam amico, nequid mali tibi accidat. Ie crains que mal ne taduienne. Terent. in Heaut. 3. 2. 20, Syre tibi timui male. Idem in And. 1. 3. 5, Si illum relinquo, eius vitæ timeo.

Timeo mihi abs te, Ie crains que tu ne me face mal.

Timeo mihi abs te mortem, etiam dicimus.

Timeo de. Ouid. lib. 4. Faſtorum, Nec timui de morte, tamen metus abſtitit.

Timeo furem tauro, Ie crains que le larron ne deſrobbe le taureau. Iuuenalis, Cum furẽ nemo timeret Caulibus aut pomis.

Timere pro. Plin. epiſt. 61, Ipſe valeo, ſi valere eſt, ſuſpenſum & anxium viuere, expectantem in horas, timentémque pro capite amiciſſimo, quicquid accidere homini poteſt.

Timeo quid ſiet. Plaut. in Merc. 3. 109, Sed quid currentem ſeruum à portu conſpicor, quem naui abire vetui? timeo quid ſiet. Et apud Terentium in Phor. 1. 3. 26, Timeo miſer, quã hic rem mihi nuntiet.

Timeo ne. Terent. in And. 1. 5. 34, Tum autem hoc timet, ne deſeras ſe.

Timeo moriatur, Idem quod Timeo ne moriatur. Iay paour quil ne ſe meure.

Timens timentis, o. g, Craignant.

Timidus timida timidum, Qui ſemper timet, Craintif. Plaut. in Epid. 11. 7, Quis iſtæc eſt mulier timido pectore peregre aduenies, quæ ipſa ſe miſeratur?

Timide, aduerbium, Auec, ou en crainte.

Timiditas timiditatis, fœm. gen. Crainte.

Timor timoris, m. g. eſt vt inquit Cicero lib. 4. Tuſcul. metus mali appropinquantis. Paour.

TIN, antiqui pro eum dixerunt.

TINEA, tineæ, f. g. Vermiculus eſt qui de carne editus, veſtes aut libros abrodit. Horatius ad librũ, Aut tineas paſces taciturnus inertes, Aut fugiens Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdã. Plin. li. x i. cap. x x x v, Idem puluis in lanis & veſte tineas creat, præcipue ſi aranei vnà includatur. ſitit enim, & omnẽ humorẽ abſorbens, ariditatẽ ampliat. Hoc & in chartis naſcitur Tineæ, ventris animalia ſunt: has Gellius lumbricos appellat. Plin. lib. x i. cap. 33, Sic intra

hominem tineæ tricenum pedum, aliquando & plurium longitudine.

Tineæ, Vermes in aluearibus, apibus noxij. Columella lib. 1x. cap. 14, Prætcrea vt tineæ ſi apparuerint, euerrantur, papilionéſque enecentur, qui plerunque inter aluos morantes, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.

Tineoſus tineoſa tineoſum, Plenum tineis. Columella lib. 1x, cap. 14.

TINGO, vel tinguo, tingis, tinxi, tinctum tingere, Inficere, madefacere, immergere, Teindre, mouiller & plóger, Martialis, Mentiris, iuuenē tinctis Lentine capillis. Virg. Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles?

Tinctura, tincturæ, f. g. Infectio, Teincture. Plin. lib. 37, Adulteratur maxime tinctura, ídque in gloriam regis AEgyptij adſcribitur, qui primus eam tinxit.

Tinctilis & hoc tinctile, Quod intinctum eſt. Ouid. de triſt. Et tinctile virus. Scilicet quod intinctum eſt ſpiculo ſagittæ.

TINIA, apud antiquos vaſa vinaria fuere, vt inquit Feſtus.

TINNIO, tinnis, tinniui, tinnitum, tinnire, Propriè de metallis dicitur, cum ex eorum pulſatione ſonus efficitur. Tinnit enim aurum, argentum, æs, ferrum, ſtannum, aurichalcum, & huiuſmodi. Tinter.

Tinnulus, tinnula, tinnulū, Quod eſt acutū, vt vox tinnula, Qui tinte. & ſonꝰ tinnulus, qui redditur ex æneis vaſis cū pullantur. Ouid. Tinnulaque æra ſonāt, & olēt myrrhaque croćique.

Tinnimentum tinnimenti, n. g. Tintement. Plaut. in Rud. 19.25, Illud quidem ædepol tinnimentum eſt auribus.

Tintino, tintinas, tintinare, Tinter. vt tintinatur apud Catullum in Carmine Sapphico. Et tintinno tintinnis, tintinniui, tintinnitum, tintinnire. Afranius, Tintinnire ianitoris impedimenta audio.

Tintinnabulum tintinnabuli, n. g. Inſtrumentum æneum. Vng timbre, ou ſonnette. Iuuenalis, Et tintinnabula dicas Pulſari nemo turbas. Plaut. in Pſeud. 5.98, Lanios inde accerſam duo cum tintinnabulis. Idem in Trin. 13.158, Nūquam ædepol temere, tintinnabulū, niſi qui illud tractat aut mouet.

Tintinnaculus, tintinnaculi, Qui tinnimentum facit. Plaut. in Trucul. 17.7, Niſi ad tintinnaculos vultis vos educi viros. Id eſt lorarios, qui cædendo vergis ſonum faciunt.

TIPVLA, tipulæ, f. g. Vermis ſex pedes habens, ſed tantæ leuitatis vt ſuper aquam currēs, non deſidat, authore Feſto. Plaut. in Perſa, 6.63, Noui, omnes ſunt lenæ, leui fidæ: neque leuius tipulæ pondus eſt, quàm fides lenonia.

TIS, genitiuus eſt antiquus, à Tu pronomine. Plaut. in Mil. 14.41, Tis egeat, quia te careat, ob eam rem huc ad me miſſa eſt.

TITHYMALVS, tithymali, m. g. Genus fruticis, quę à noſtris lactuca marina dicitur. Columella lib. x, Tithymalus maiorū quoque animalium ventrem ſoluit. Idem paulo ſuprà, Maximúſque vel minimus annuus earum labor eſt initio veris, quo tithymali floret frutex. Plin. lib. 26. cap. 8, Tithymalum noſtri herbam lactariam vocant, alij lactucam caprinā: narrántque lacte eius inſcripto corpore, cum inaruerit, ſi cinis inſpergatur, apparere literas, & ita quidam adulteras alloqui maluere, quàm codicillis. Genera eius multa, &c.

TITILLO, titillas, titillare, Senſus commouere, Chatouiller. Verbum tranſlatum à titillatu alarum, vbi dulcedo ſcalpendi eſt.

Titillare, Per trāſlationem pro commouere, prouocare, & per blādimēta ingerere accipitur.

Titillatio titillationis, f. g. Chatouillement, ou choſe eſmouuante & incitante. Cic. de ſenect. 43, At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus.

TITIO, titionis, m. g. Lignum aduſtum, quod ab igne extrahitur. Vng tiſon eſtainct.

TITIVILITIVM, titiuilitij, n. g. Nihil ſignificat, vt vult Feſtus. Plaut. in Caſina, 7.40, Non ego iſtud verbum empſitem titiuilitio.

TITVBO, titubas, titubare, Pedibus inſiſtere nequire, Chanceller. vt faciunt ebrij aut infirmi. Quintil. Sed iugulaſti vulneratum, titubantem ſtrauiſti.

Titubare, Vaciller, faillir a parler. Plaut. in Pſeud. 11.75, Nunc ibo ad forum, atque onerabo meis præceptis Simiam, quid agat, nequid titubet, doctè vt hāc ferat fallaciā. Idem in Mil. 12.70, Cogitate nequid vbi miles venerit, titubetur. Idem in Menæh. 4.31, Iā ſciā, ſiquid titubatū eſt, vbi reliquias videro. Idem in Pſeud. 3.42, Lachrumans animo titubanti, corde & pectore. Terēt. in Heaut. 2.3.120, Verum illa nequid titubet.

Titubantia titubantiæ, f.g. Chancellemẽt, flechiſſemẽt, vacillation, faillemẽt. Suet. in Vitellio cap. 6, Ac de hac quoque liberos vtriuſque ſexus tulit, ſed marem titubantia oris propè mutum & elinguem.

TITVLVS, tituli, m.g. Index cuiuſcunque operis. Vnde in ſtatuis, ſiue picturis titulum dicimus literas quæ vel artificis, vel eius cuius ſtatura vel imago eſt, nomen demonſtrat, vel tempus quo factum eſt, declarat, Eſcripteau. Plin. epiſt. 149, Maxime tamen hic me titulus admonuit quàm eſſent inimica & inepta, quæ interdum in hoc cœnum, in has ſordes abijcerentur. De monumento Pallantis loquitur. Idem epiſt. 147. b, Deſerta inde, & damnata ſolicitudine domus, totáque illi monſtro relicta : proſcribebatur tamen ſeu quis emere, ſeu quis conducere, ignarus tanti mali, vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodôrus, legit titulum, &c. Suetonius, Plurima & ampliſſima opera incendio conſumpta reſtituit, ſed omnia ſub titulo tantum ſuo, ac ſine vlla priſtini authoris memoria.

Titulus libri, Le tiltre. Qui vel qualitatem operis, vel nomen authoris, vel numerum oſtendit. Martialis, Primus vbi eſt inquis, cum ſit liber iſte ſecũdus? Quid faciam, ſi plus ille pudoris habet? Tu tamen hũc fieri ſi mauis Regule primum, Vnum de titulo tollere iota potes. Ouid. de remedio amoris, Legerat huius amor titulũ, nomenque libelli. Plin. epiſt. 101. o, lib. v, Primum ego officium ſcriptoris exiſtimo, titulum ſuum legat, atque identidem interroget ſe quid cœperit ſcribere. Idem epiſt. 106, Perfectum opus, abſolutúmque eſt, nec iam ſplendeſcit lima, ſed atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire, deſcribi, legi.

Titulus pro laude & dignitate aliquãdo accipitur. Ouid. lib. 2. Faſt. At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar Nomina, per titulos ingredimúrque tuos. Plin. epiſt. 177. b, Te verò etiã atque etiã (repetã enim) meminiſſe oportet officij titulũ, ac tibi ipſum interpretari.

Titulus, Monumentum. Apul. Auorum & proauorum titulus clarus.

Titulus à tuendo, quaſi tutulus, quòd tueatur factũ authoris, & ſi quis alterius opus eſſe contendat, veri opificis indicet nomen. Vnde ab aliquibus tituli dicuntur milites, quaſi tutuli, quòd patriam tueantur.

TO

TOGA, togæ, f.g. Veſtis communis omnium Romanorum, tam fœminarũ, quàm marium: ſed prætexta, honeſtorum: toga, virilium. Dicta toga à tegendo, quòd corpus tegat. Hæc laxa erat, & in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibullus, Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Plin. lib. 8, Tanaquil prima texuit rectam tunicam, qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ. Plaut. in Amphit. 3. 68, Vt his in cauea pignus capiatur togæ.

Toga pro pace aliquando accipitur, quoniam in pace tantum togæ vſus erat. nam in bello depoſita toga chlamydem ſumebant aut lænam. Plin. Vt dubium ſit, togáne, an bello præſtantior fuerit.

Toga, Peculiaris habitus clientũ, & ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatum, vt ſportulam conſequerentur. Martialis, Mane vel à media nocte togatus ero.

Togarũ varia erant genera, vt toga prætexta, toga virilis, toga picta: toga regia quæ erat auro & purpura intexta, qua reges vtebãtur, quæ à Liuio inter inſignia triũphãtis numeratur

Togatus togata togatum, Qui toga indutus eſt. Vnde Romani, togati dicti ſunt, quoniam toga Romanorum propria erat. Virg. Romanos rerum dominos, gentémque togatam.

Togati etiam dicebantur, qui principes ciuitatis officij gratia in forum deducebant, ac deinde domum reducebant: quoniam togis amicti erant. Iuuenalis, Turbæ rapienda togatæ.

Togatæ comœdiæ, quæ ſcriptæ ſunt ſecundum Romanorum ritus.

TOLERO, toleras, tolerare, Souffrir, endurer. Et eſt verbum mala patientis. Plaut. in Trin. 6. 56, Quia ſine omni malitia ſi tolerare eius egeſtatem volo. Terent. in Phor. 3. 3. 23, Noli metuere: vnà tecum bona, maláque tolerabimus. Idem in Hecyra, 3. 5. 28, Sed quando ſeſe indignam deputat matri meæ, cui concedat, cuiúſque mores toleret ſua modeſtia. Idem in Heaut. 3. 2. 33, An dum hinc denuo abeat, cum tolerare eius ſumptus non queat? Plaut. in Merc. 18. 17, Quod in ſe olim admiſere turpiter, id ſi fiat modeſtius, ne tolerant vt æquum eſt patres.

Tolerat hæc nauis metretas trecentas, Elle endure, elle porte. Plaut. in Merc. 3. 75.

Tolerare, Modice & ſumma parſimonia viuere. Cornelius Nepos de Pomponio Attico, Ex quibus agris paterfamiliâs fructus caperet, quibus ſe toleraret. Cæſar lib. 3. belli ciuilis, Libenter etiam ex perfugis agnoſcebamus equos eorum tolerari, reliqua verò iumenta interiſſe. Id eſt, quomodocunque ſuſtentari. Idem, Erat ſumma inopia, adeò vt foliis ex arboribus ſtructis, & teneris arborum radicibus contuſis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare.

Tolerare vitam, Viuere, nutriri. Tacitus, Multos militia, quoſdam exercendo agros tolerare vitam.

Tolerabilis & hoc tolerabile, Qui ſe peult facilement endurer & ſouffrir. Terent. in Heaut. 1. 2. 31, Paulo qui eſt homo tolerabilis, ſcortari crebrò nolũt, nolũt crebrò cõuiuarier. Apud Plinium in Paneg. tolerabile tributũ. Et ibidem, 131, Tolerabile experimentum. Cic. de Amicitia, 67, Quæ tamen intolerabiles erunt, ferendæ ſunt. Idem de Senect. 7, Moderati enim, nec difficiles ſenes, nec inhumani tolerabilem agunt ſenectutem.

Toleranter, aduerbium, Patiemment.

Tolerantia, tolerantiæ, f. g. Patience, Souffrance.

TOLLO, tollis, ſuſtuli, & apud antiquos tetuli: ſublatũ, tollere, Eleuare, ſublimare, Eſleuer, ſoubleuer. Plaut. Tolle caput. Idem in Bacchid. 11. 31, Tollam ego in collum. Ie te iettray ſur mon col.

Tollere ædes, vel mœnia. Vlpianus, Ius vicino non eſſe altius ædes tollere. Plaut. in Trin. 10. 61, Tanto melius tę ſororis cauſſa egeſtatẽ ex equi, atque eum agrum me habere, quàm te tua qui tolleres mœnia.

Tollere clamorem: Crier a haulte voix. Plaut. in Curcul. 6. 27, Quî iſtic clamorem tollis?

Tollere gradum, Marcher. Plaut. in Bacchid. 11. 6, Is eſt, adibo contrà, & tollam gradum.

Tollere, Auferre, Oſter. Plaut. in Mil. 10. 163, Iube illud demi, tolle hanc patinam, pernam nihil moror. Terent. in And. 4. 5. 20, Propera adeò puerũ tollere hinc ab ianua. Cic. in Lælio, Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt.

Tollere, Suſcipere. Tollere filium ex. Plin. in Paneg. 43, Locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur. Suetonius de Neronis parente, Deceſſitque Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

Tollere, Nutrire, Nourrir. Plaut. in Ciſtell. 1. 4, Hanc ſeruolus tollit, atque exponit. Idem in Amphit. 6. 3, Verùm quod erit natum tollito. Idem in Trucul. 8. 33, Si quid peperiſſem, educarem, tollerem. Terent. in Heaut. 4. 1. 14, Meminiſtin' me eſſe grauidã, & mihi te magnopere interminatum, ſi puellam parerem, nolle tolli? Idem in And. 3. 1. 6, Nã quòd peperiſſet iuſſit tolli.

Tollere, Differre, Prolonger, differer. Plaut. Omnes tollo ex hoc die in alium diem.

Tollere minas, Inferre, Menacer. Virg. Tollentémque minas, & ſibila colla tumentem.

Tolles, Tumor eſt in faucibus, quæ per diminutionem tonſillæ dicuntur. Feſtus. Dicti tolles, quod tollantur & tumeant.

Tollenon, Genus machinæ quo trahitur aqua, alteram partem prægrauante pondere. Feſtus. à tollendo.

Tollo, tollonis, vel Tollonus tolloni, m. g. Idem. Plaut. in Rud. 12. 23, Heus ſic tolloni gratia? cape hanc vrnam tibi.

TOLVTARIVS, tolutaria, tolutariũ, vel tolutaris & hoc tolutare, Tolutaris equus, quaſi volutarius à pedum volubilitate, qui alio nomine Aſturco ab Aſturia Hiſpaniæ oppido appellatur. Hos gradarios vocamus, qui molli gradu & ſine ſuccuſſura geſtant. Haquenee.

Tolutim aduerbium, Quaſi volutim, hoc eſt volubiliter. Varro, Vt equus qui ad vehendum eſt natus, tamen traditur magiſtro, vt equiſo doceat tolutim incedere. Plaut. in Aſin. 12. 116, Demã hercle iam de hordeo, tolutim ni badizas. Plin. lib. 8. cap. 42, In eadẽ Hiſpania Gallera gens, & Aſtura, equini generis, quos tieldones vocamus, minori forma appellatos Aſturcones gignunt, quibus nõ vulgaris in curſu gradus, ſed mollis alterno crurum explicatu glomeratio. Vnde equis tolutim carpere incurſus traditur arte.

Tolutiloquentia, tolutiloquentiæ, f. g. Volubilis locutio. Næuius, O peſtifera trux, acerba tolutiloquentia.

TOMACVLVM, tomaculi, n. g. vel tomaclum tomacli perſyncopam, Tomacula vel tomacinæ ædulia ſunt quæ ferè ex iecore porcino minutatim conciſo, & iam ſemicocto infu-

sis ouis crudis,& caseo optimo,& liquamine,pipere,anisο,gingibere fieri cõsueuerunt,tegun túrque omento suillo.Plin.Tomacinæ appellantur,quæ tomacula Insubres Galli,nostris tẽporibus tomacellas. Iuuenalis,Candiduli diuina tomacula porci. Varro lib.2.cap 4,Itaque suibus animam datam pro sale , qui seruaret carnem . È quas succidas Galli optimas & maximas facere consueuerunt.Optimarum signum,quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ,tomacinæ,& tomacæ,& petasones. Dicitur aliàs insitium.
Tomaculum dictum ἀπὸ τοῦ τομᾶι,quod est concidere.

TOMENTVM,tomenti,Lana breuis & cõcisa,quæ ex vestibus à fullone poliẽdo detrahitur,& quicquid farciminis ex quacunque re,siue ex fœno & pallea,siue ex pluma fuerit,quo culcitræ farciuntur.Bourre. Varro lib.3.cap.5,Postquam transierũt ad culcitras,quòd in eas sagos aut tomẽtum,aliúdve quod calcabãt,ab inculcãdo culcitra dicta. Suetonius in Tiberio,Adeò alimenta Druso subducta,vt tomentum ex culcitra tentauerit mandere.
Tomentorum autem aliud Leuconicum dicebatur quod fiebat ex lana alba cõcisa: Aliud circense,ex arundinibus concisis factum: ídque stramentum habebatur plebeiorum,dictum circense,quòd in circo Romano sternebatur,illícque egestosi qui escebant.Martialis,Tomẽ tum concisa palus,circense vocatur:Hæc pro Leuconico stramina pauper emit.

TOMIX,tomicis,f.g. Tomices Græco nomine appellantur ex cannabi impolito & sparto leuiter tortæ restes,ex quo funes fiunt.Plin.lib.17, Tomice moris spinarum circunlita.
Victruuius lib.7, docet asseres tomice religandos. Palladius lib.1.cap.13,Tunc eos catenis ligneis ex iunipero,aut oliua,aut buxo,aut cupresso,factis ad contigationem suspẽdemus, & binas inter eos perticas erigemus,tomicibus alligatis.
Tomices appellantur etiam puluilli quos in collo habent animalia,ne reste lædantur.

TOMVS,tomi,m.g.Fragmentum libri est abscissum.Vne partie dung liure.

TONDEO,tondes,totondi,tonsum,tondêre, Lanam siue capillos & huiusmodi incidere, Tondre. Cic. lib. v. Tuscul. Regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.
Tondêre prata,Fauscher les prez.Virg.Nocte arida prata tondentur.
Tondêre aliquem auro,Luy emporter son argent, le mettre a sec dargẽt.Plaut.in Bacchid. 5.8, Quem quidem ego hodie hic faciam arietem Phryxi, itaque tondebo auro vsque ad viuam cutem.
Tondere dumeta dicuntur iuuenci, id est pascere.Virg.lib.1.georg. Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Tonso tonsas,tonsare,Frequentatiuum.

Tonsito tonsitas,tonsitare,Aliud frequentatiuum à tonso frequẽtatiuo. Plaut.in Bacchid.23. 7,Rerin' ter in anno tu has tonsitari?

Tonsus tonsa tonsum, Participium, Qui est coma abscissa. vt tonsus homo. Touſé. Intonsus,capillatus.
Tonsi montes,Qui syluis carent.
Tonsus,Minutus.Virg.Tonsisque ferunt mantilia vilis.
Tonsa oliua dicitur,quæ minutis frondibus compta est:quasi à tonsore composita.Virg.lib. v,Ipse caput tonsæ foliis euinctus oliuæ.

Tonsus tonsus tonsui,Idem quod tonsio.

Tonsa tonsæ à nonnullis dicitur ouis.
Tonsæ,Remi,à circuncidendis fluctibus.Virg.lib.7,Et lento luctantur marmore tonsæ.

Tonsor tonsoris,m.g.Qui tond.
Tonsor,Barbier.Plaut.in Asin.8.14,Ad tonsorem ire dixit. Idem in Aulul.9.23,Quin ipsi pridem tonsor vngues dempserat,collegit,omnia abstulit præsegmina.

Tonsorius tonsoria tonsorium,Quod ad tondendum pertinet,vt tonsorius culter,Vng rasoir.

Tonstrix tonstricis,f g.Vne barbiere.

Tonstricula tonstriculæ,diminutiuum.Cic.lib.5.Tuscul.Regiæ virgines vt tonstriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Tonsilis & hoc tonsile,Quod tonsum est,ac in orbem & comam putatum.

Tonsilla tonsillæ, f.g.Palus dolatus in acumine & cuspide præferratus, qui nauis religandæ caussa in littore figitur.Actius,Tacete,& tonsillas in litore edite.Vng pieu.
Tonsillæ, Diminutiuum à tole tumore faucium, vt vult Festus. Propriè fiunt circa vuam ex

vtraque parte infra fauces, vocantúrque glandulæ, ob quandam glandis ſimilitudinẽ. Plin. lib. x 1. cap. 37, Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ.

Tonſtrina tonſtrinę, Locus in quo tõderi ſolet. Louuroir dung barbier. Plaut. in Amph. 13. 5, In medicinis, in tonſtrinis, apud ædes omnes ſacras. Idem in Epid. 5. 15, Per medicinas, tonſtrinas, in gymnaſio, atque in foro. Terentius in Phor. 1. 2. 39, Ex aduorſum ei loco tonſtrina erat quædam.

TONITRV, Vide TONO, tonas.

TONO, tonas, tonaui, tonatum, & Tono tonis tonui, tonitum, Tonare, Tonner. Varro in Eumenid. Sonitus matris deûm tonimus tibi ſemiuiri.

Tonitus tonitus tonitui, m. g. Tonnement. À tonitu.

Tonatio tonationis, f. g. Idem, à tonatu.

Tonitrus tunitrus, m. g. vel hoc tonitru indeclinabile, in ſingulari: in plurali tonitrua. Ouid. lib. 2. Metamorph. Vnde ſolet tonitrus & fulmina mittere terris. Iuuenalis, Et faciẽt optata tonitrua cœnas.

Tonitrus, Nubis ictæ ſonus, qui & tonus dicitur. Tonnarre.

Tonitruum tonitrui, n. g. Idem. Plin. lib. 2. cap. 43, Igitur nõ eam inficias poſſe in has & ignes ſupernè ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus, quorum ictu cõcuti aera verum eſt, quando & tela vibrata ſtridunt. Cum verò in nubem peruenerint, vaporem diſſonum gigni, vt candente ferro in aquam demerſo, & fumidum vorticem volui. Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus aut vapor, tonitrua edi: ſi erũpat ardens, fulmina: longiore tractu, &c.

Toneſcit, Tonus fit. Varro, Tonitribus templum toneſcit.

TONSVS, TONSILLA, vide TONDEO

TONVS, toni, m. g. Sonus latinè dicitur. Græce ὁ τόνος. Vnde accentũ quoque tonum vocauere, quos veteres noſtri imitati, tenorem, quaſi tonorem accentum vocauere.

Tonus, Spatium id quanto abeſt à terra circulus cæli citimus, hoc eſt lunaris, centum ſcilicet viginti ſex milia ſtadiorum, vt inquit Martianus, quoniam vt in ſonis interuallum cum legitima quantitate minimum ex duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cælo minimum à terra ſpatium ad lunam, tonum appellare placuit.

TOPAZIVS, topazij, m. g. Gemma. Plin. lib. 37. cap. 8, Egregia etiamnum topazio gloria eſt, ſuo virenti genere, & cum reperta eſt, prælatæ omnibus. Id accidit in Arabiæ inſula, quæ Chitis vocatur: in qua Troglodytæ prædones cum diutius fame & tẽpeſtate preſſi herbas radicéſque effoderent, eruerunt topazion. &c.

TOPHVS, tophi, m. g. Genus lapidis aſperi, qui de facili in arenam reſoluitur. Ouid. Et leuibus tophis.

Tophinus tophina tophinum, Quod ex topho eſt. Suet. Quæ tophina ac lignea erant.

Tophaceus tophacea tophaceũ, Idem. Pli. Eſt alba, rufa, colũbina, argyllacea, tophacea, arenacea

TOPIARIVM, topiarij, n. g. Dicitur opus ex arbore, aut frutice, aut herba factum ad decorem, vt ſunt teſtudines, cameræ, naues, auiculæ, & huiuſmodi, quæ ex buxo vel hedera & huiuſmodi quarũ natura ſequax eſt & flexibilis, fieri conſueuerunt. Dictum topiarium ἀπὸ τῶν τόπων, hoc eſt à locis, quæ in his varia conſtituuntur. Cic. ad Q. fratrem, Topiariũ laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera. Plin. Accedit in topiario opere lauri genus, quæ taxa dicitur, ramos ſpargit à radice topiarij ac coronarij operis.

Topiũ topij, n. g. Idem. Victruuius lib. 7, Habentes deorum ſimulachra, ſeu fabularum diſpoſitas explicationes, non minus Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis errationes per topia, cæteráque quæ ſunt, eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata.

Quidam à funiculis quos in oleo terendo circũligatos inſtrumentis illis, topia Græci vocãt.

Topiarius topiarij, m. g. Qui topiaria facit, ſicut coronarius qui coronas facit. Plin. Satiuæ myrti genera topiarij faciunt. Plin. epiſt. 63. a, Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis, ſumptus atrienſium, topiariorum.

Topiaria topiariæ, fœm. gen. Ars ipſa, vt argentaria. Cic. Vt denique illi palliati topiariam facere videantur.

TOPARCHA, toparchæ, f. g. Qui vnius loci vel regionis curam adminiſtrat.

TOPOS græce, latinè dicitur locus.

Topicus topica topicum, Localis. Vnde Ariſtoteles & Cicero, Topica, libros appellarũt, id eſt, locorum ſedes in quibus huiuſmodi loci demonſtrantur.

TOPPER, apud antiquos ſignificabat Cito, fortaſſe, celeriter, temerè. Feſtus multa teſtimo-

nia ex antiquis citat, quæ prætermitto, quòd obſoleta ſit dictio.

TORAL, & toralium, Stragulum eſt. Varro de vita populi Ro. lib. 1, Quod frontem lectice ſtruebant, ex ea herba torta, torum appellatum. hoc quod inijcitur, & nunc toral dicitur. Lectícam qui inuoluebant, ſegeſtria appellabant. Feſtus. Horat. Nec turpe toral, nec ſordida mappa. Idem in Sermonibus, Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes.

Torale, toralis, inquit Varro de lingua latina, Quod ante torum eſt.

TORCVLVM, torculi, n.g. quod vſu Torculare: & per apocopen torcular dicitur: ædificium vinarium & machina: à torquendo, quo vua torquetur. Vng preſſoir.

Torcularius torcularia torcularium, Quod ad torcular pertinet. Varro, Si ſit cētum iugerum, habere oportet vaſa torcularia inſtructa trina.

TOREVMA, toreumatis, neut. generis, & Toreumatum toreumati, Opus politum, cælatum, à τορεύω ſculpo, & cælo. Toreumata dicuntur ſculpta aut cælata ex quacunque materia, quæ in delicijs habētur. Cic. in Verrem, act. 4, Toreumata ſanè nota ac pretioſa auferuntur. Idem in eundem act. 6, Melitenſis Diodorus eſt, qui apud vos antea teſtimoniū dixit. is Lilybęi multos iam annos habitat, homo & domi nobilis, & apud eos quò ſe contulit, propter virtutem ſplendidus, & gratioſus, de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata. Salluſt. Tabulas, ſigna, toreumata emunt. Martialis, Artis phidiacæ toreuma clarum.

Toreutis à Græcis dicitur cælator, ſcalptor.

Toreutice, toreutices, f. g. Ars ipſa, quæ & anaglyptice ſculptura & cælatura dicitur. Pli. li. 34. cap. 8, Et alterum coloſſicum, nudum, primúſque artem toreuticen apperuiſſe atque demonſtraſſe merito iudicatur. De Phidia ſculptore loquitur.

TORMENTVM, tormenti, n.g. Supplicium quod datur alicui ad perquirendam veritatem, vel ad cruciatum inferendum. Gehenne, torment. Plaut. in Bacchid. 20. 5, Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum.

Tormentum appellat Varro meſſis triturам, quòd ibi frumentum teratur.

Tormentū generale vocabulū eſt omniū machinarū, ſaxa, tela, & id genus varia torquentiū. Cæſar lib. 2. Comment. Ad extremas foſſas caſtella conſtituit, ibíque tormenta collocauit.

Tormentum dicitur à torquendo.

TORMINA, torminorū, n.g. plur. nu. Genus morbi, à torquēdo, cum dolore torquentur inteſtina exulceratione, Græce dyſenteria, vt ſcribit Celſus libro 4, Ex his cruor manat frequens, deijciendi cupiditas, dolor in ano. Plin. Mētaſtrū torminibus, cholericis efficaciſſimum. Idem lib. 20. cap. 5, Item opiſthonicis & iocinerū vitijs & torminibus, & ſtranguriæ duarum aut trium ligularum menſura.

Torminoſus torminoſa torminoſum, Qui eum morbum patitur, quem & dyſentericum appellant græco vocabulo. Cic. Itaque dicimus grauedinoſos quoſdam, torminoſos.

Tormines maſculino genere protulit Nonius.

TORNATILIS, Vide TORNVS.

TORNO, tornas, tornare, vide TORNVS.

TORNVS, torni, m.g. Inſtrumentum fabrile quo ligna polita redduntur. Vng tournoir.

Torno, tornas, tornare, Torno polire. Plin. lib. 36, Lapis eſt qui cauatur, tornatúrque in vaſa coquendis cibis vtilia.

Tornare, Circum agere, Tourner. Plin. lib. 36, Quarum in officina turbines ita vibrati pependerunt, vt puero circumagente tornarentur.

Tornatilis & hoc tornatile, Quod torno factum eſt, Qui eſt faict au tournoir, ou tour.

TORPEO, torpes, torpui, torpere, animo & corpore debilitatū eſſe, Eſtre apeſenti tellemēt que agrād paine ſe peult on porte, ſentir en ſoy vne defaillance de corps & deſperit. Virg. li. 4. georg. Conſertóque agmine cerui Torpent mole noua, & ſummis vix cornibus hærent. Plaut. in Amphit. 4. 181, Optime eccum incedit ad me. s. timeo, totus torpeo: non ædepol nunc vbi terrarum ſim ſcio, vbi roger: neque miſer me commouere poſſum.

Torpeſco torpeſcis, torpeſcere, Torpidū fieri, Deuenir en deffaillance. Salluſt. in Iugurtha, Cæterū ingenium quo neque melius, neque amplius in natura mortalium eſt, incultu atque ſocordia torpeſcere ſinunt.

Torpor, torporis, m.g. Animi & corporis debilitatio, Langueur, defaillance.

Torporo torporas, torporare, Torporem inducere. Turpilius Stupidus aſtat, ita eius aſpectus torporauit hominis amore.

Torpedo torpedinis, m.g. Genus piſcis, qui limo merſus, occultat ſe, & piſces ſupra natantes, torpentes facit: poſtquam verò obtorpuere, deuorat. Plin. lib. 32. cap. 1, Ex eodem mari torpedo etiam procul & è longinquo: vel ſi haſta virgáve attingatur, quamuis præualidos lacertos torpeſcere, quamlibet ad curſum veloces alligari pedes facere proditur.

TORQVATVS, vide, TORQVES.

TORQVEO, torques, torſi, torſum & tortum, torquere, Inflectere, Tordre, tortuer. Plin. Nec tantum binas per diuerſas coaſſationes ſubſterni capita earũ præfigi clauis, ne torqueãtur. Virg. lib. 2. georg. Ithureos taxi torquẽtur in arcus. Id eſt, torquendo fiunt. Terent. Vide vt ille ſibi os contorſit carnufex.

Torquere, Gyro cæleri rotare. Virg. Aſt illum ter fluctus ibidem Torquet agens circum.

Torquere, torquendo iácere. Virg. In medios telum torſiſti primus Achiuos.

Torquere, Gubernare. Virg. Cælum & terras qui numine torquet.

Torquere, Suſtinere. Virg. Vbi maximus Atlas Axem humero torquet.

Torquere, Tormentum inferre, Tormenter ou gehainner. Donatus, Torquemus hominem, extorquemus veritatẽ. Plin. epiſt. 198, Remitte aliquid adoleſcẽtiæ ipſius, remitte lachrymis, remitte indulgentiæ, ne torſeris illum, ne torſeris etiam te.

Torquere, Trahere. Virg. Torquétque ingentia ſaxa.

Tortus, torta, tortum, Tortu. Torta ſupercilia, apud Plautũ in Rud. 9. 13. & in Menæh. 14. 18, Tortę conditiones.

Tortum, torti Machina ad torquendum ſaxa. Pacuuius, Nam te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum, & fatigans artus toto diſtraham.

Tortuoſus, tortuoſa, tortuoſum, Quod eſt tortum. Tortu. Cec. in Lælio, Neque enim fidum poteſt eſſe multiplex ingenium & tortuoſum, Qui va de trauers.

Tortilis & hoc tortile, Quod retortum & replicatum eſt, Qui eſt tors, tortu, ou replié. Ouid. Tortilis à digitis excidit enſa meis.

Torto, tortas, tortare, Frequentatiuum, Vehementer torquere. Pomponius, Ibi inſilui in cochleatum equuleum, vbi tolutim tortor.

Tortor tortoris, m. g. Qui torquet, id eſt cruciat, vel ad quæſtionem ponitur, vel qui lapidem tormento iacit.

Tortura torturæ, f. g. Supplicium, La gehenne.

Tortiuus, tortiua, tortiuum. Tortiuum vinum, quod eſt nouiſſimè expreſſum. Cato de re ruſtica, cap. 20, Tortiuum muſtum circuncidaneum ſuo cuique dolio diuidito.

TORQVES, & torquis, tam maſc. quàm fœm. generis ſecundum Probum, ſignificat circulum aureum, flexilem, obtortum, colli ornamentum, & ſummi pectoris. Collier ou quarquãt. Propertius, Torquis ab inciſa decidit vnca gula. Gellius, Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eámque ſanguinolentam in collum poſuit. Plin. lib. 33. cap. 2, Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauere, at ciues nonniſi argenteis.

Torquatus, torquata, torquatum, Torque indutus.

Torquatus etiam palumbus dicitur. Martialis, Inguina torquati tardãt, hebetántque palumbi, Non edat hanc volucrem qui cupit eſſe ſalax.

TORRIS, huius torris, m.g. Vng tiſon allumé. Lignum teres quando ardet.

Torreo torres, torrui, toſtum, torrere, Siccare, atque arefácere.

Torrere, de frigore etiam dicitur. Virg. Frigore torret.

Torrere, Vrere, Bruſler. Virg. Iam rapidus torrens ſitientes Syrius Indos.

Torrere, Aſſare, Roſtir. Plin. lib. 19, Si radicem betæ in pruna toſtam ſupererederint, odorem extingui. Plaut. in Caſina, 7. 2, Atque ibi torreto me pro pane rubido hera.

Torrere, Vertere, Tourner. Lucanus, Ingentes fato torrete ruinas.

Torreſco torreſcis, torreſcere, Torridum fieri, Deuenir ſec, ou bruſlé.

Torridus torrida torridum, Aridus. Vnde æſtas torrida dicitur.

Torrefacio, torrefacis, torrefeci, torrefactum, torrefacere, Comburere, coquere facere aut multum calefácere. Columella lib. 2, Et ſubinde opportunis ſolibus torrefacta proteritur.

Torrum etiam pro torridum dicitur. Inde torris fax appellatur.

TORRENS, torrentis, m.g. Fluuius qui non de fonte, neque de viua aqua, ſed à pluuijs, vel de montibus in valles deſcendit, & in mare vadit, & æſtate ſiccatur, aquis verò hyemalibus inundatur, & currit.

Torrens in participio vſus eſt Virgilius dicens, Hic tantum Boreæ curamus frigora, quãtum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Id eſt, quæ torrentis modo fluunt.
Torrentior, & torrentiſſimus. Iuuenalis, Iſæo torrentior. Id eſt, volubilior.

TORTOR, tortoris, vide TORQVEO.

TORVE, vide TORVVS.

TORVS, tori, m.g. Lectus, ab intortis herbis dictus.

Toros, etiam appellamus pulpam carnis muſculoſam, in qua eſt robur & valentia: vt ſunt partes membrorum neruoſæ, calloſæque, & in ſe propemodum collectę. Valerius Flaccus, Protulit horrendóſque toris informibus artus. Virg. Luxuriátque toris animoſum pectus honeſti.

De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibuſdam in locis turgeſcunt. Cornelius Cælſus lib. 7, Ac per ipſos venarum toros inæquale eſt.

Toroſus, toroſa, toroſum, Qui pulpam carnis muſculoſam habet, in qua eſt robur & valentia. Columella ſcribit parandos eſſe boues nouellos, ceruice longa, & toroſa.

De herbis etiam dicitur. Plin. de inula loquēs, Breuior is eſt, ſed toroſior, amariórque inula.

De vitibus ſimiliter. Columella lib. 3, Arbuſtiuam vitem quàm putare, tam alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maximè vis conſiſtit, diutiúſque perennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata eſt.

Torulus, torula, torulum, Diminutiuum. Plaut. in Amphit. 3. 144, Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo.

TORVVS, torua, toruum, Terribilis, à torto aſpectu, quanuis alij à toruitate taurorū qui cum quadam truculentia reſpectant, deductū velint. Seruius à terēdo deducit, e in o mutata.

Toruitas toruitatis, f.g. Propriè taurorum eſt.

Toruè Aduerbium, De trauers. Plaut. Quid me toruè aſpectas?

Toruum, Aduerbium, Idem. Apuleius, Cum toruum in eos intueretur.

Torua, ſimiliter aduerbium idem ſignificans. Virg. Talibus æneas ardētem, & torua tuentem Lenibat dictis.

TOT, nomen numerale indeclinabile, Autant. Plaut. in Epid. 2. 50, Quid igitur? E. quot minis. T. tot, quadraginta minis. Idem in Sticho, 4. 23, Vide quot cyathos hos bibimus. ST. tot, quot digiti ſunt tibi in manu.

Totidem, indeclinabile, Autāt, ne plus ne moins. Plaut. in Amph. 16. 43, Quot Philippei? A. duo milia. 1. oboli verò bis totidem.

Toties, aduerbium, Autant de fois. Plau. in Perſa, 5. 1, Satis fuit indoctæ, immemori, inſipiēti dicere toties.

TOTVS, tota, totum, Tout.

Totę ædes. Plautus in Moſtell. 3. 24, AEdificanter ædes totæ denuo. Toute la maiſon entiere mēt. Ibidem, 4. 6, Non video mihi ſarcire poſſe ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant. Idem in Pœn. 14. 12, Itaque totis ædibus tenebræ, latebræ. Par toute la maiſon. Idem in Caſina, 17. 5. Omnes feſtinant intus totis ædibus.

Totus annus, toto die, totis horis, toto triduo. Plautus in Aſin. 13. 9, Philænium vt ſecum eſſet noctes & dies hunc annum totum. Idem in Trucul. 19. 12, Farina opus eſt totum diem. Idem in Aulul. 4. 34, Quaſi claudus ſutor, domi ſedet totos dies. Terēt. in Adel. 4. 1. 11, Rogabit me, vbi fuerim, quem ego hodie toto non vidi die. Plaut. in Mil. 5. 58, Cui viui cuſtodes ſemper totis horis accubant. Terēt. in Eunucho, 2. 2. 46, Sex ego te totos Parmeno hos mēſes quietum reddam. Plin. in Paneg. 127, Iam quàm antiquū, quàm conſulare, quòd triduum totum ſenatus ſub exemplo tui ſedit, cum interea nihil præter conſulem ageres.

Totus lacus, totæ plateæ, tota via, tota vrbe. Plin. epiſt. 259, Ne ſi immiſſus in mare lacus fuerit, totus effluat. Plaut. in Aulul. 11. 2, Facite totæ plateæ pateant. Terent. in Eunucho, 2. 2. 14, Tota erras via. Plaut. in Merc. 17. 3, Defeſſus ſum vrbē totā peruenarier.

Totus homo. Plaut. in Trucul. 15. 7, Totus gaudeo. Idem in Aulul. 16. 28, Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet. Idem in Aſin. 16. 78, Totus perij. Terent. in Heaut. 5. 4. 20, Ego nunc totus diſpliceo mihi. Idem in Eunucho, 5. 9. 10, Fratris igitur Thais tota eſt? Idem in Adel. 4. 2. 51, Cteſipho autem in amore eſt totus.

TOXICVM, toxici, n.g. Venin, poiſon. Vnde dicatur, Plinius his verbis oſtendit, lib. 16. cap. 10, Simile etiamnum his aſpectu eſt, nequid prætereatur, taxus, minus virens, graciliſque & triſtis, ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera. Mas noxio fructu. Letale quippe

baccis in Hiſpania præcipue venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Hanc Seſtius ſimilacem à Græcis vocari dixit, & eſſe in Arcadia tam præſentis veneni, vt ſi qui dormiant ſub ea, cibúmve capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicunt venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguantur. Plaut. in Merc. 8.4, Certum eſt, ibo ad medicũ, atque ibi me toxico morti dabo, quãdo mihi adimitur qua cauſſa vitam cupio viuere.

T R

TRABEA, trabeæ, f.g. Genus veſtis. Huius tria ſunt genera, vt Suetonius lib. de genere veſtium inquit: Vnum quod dijs ſacratur, tantum purpura factum. Aliud purpureum, quod habet aliquid albi. Tertium augurale, ex purpura & cocco miſtum. Erat autem veſtis togata purpura circunducta ſub tegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebant. Virgilius de trabea regali ait, Ipſe Quirinali lituo, paruáque ſedebat Succinctus trabea, læuáque ancile gerebat Picus equûm domitor. Plin. lib. 8. cap. 48, Trabeis vſos accipio reges.

Trabeatus, trabeata, trabeatum, Qui trabea indutus eſt. Ouid. lib. 1. Faſt. Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini, Cum rudibus populis annua iura daret.

TRABS, trabis, vel trabes, trabis, f.g. Propriè vt Feſtus ait, ſunt duo tigna ædificij gratia ſimul compacta. nam cum ſimplicia ſunt, non trabes, ſed tigna dicuntur. Poultre. Cic. de natura deorum lib. 3, Vtinam igitur, vt illa anus optat, ne in nemore Pelio ſecuribus cæſa cecidiſſet abiegna ad terram trabes. Plaut. in Aſin. 7.38, Vbi manus manicæ complexę ſunt, atque adductæ ad trabem.

Trabicus, trabica, trabicũ, Quod trabibus factũ eſt. vt nauis trabica, quæ trabibus confecta eſt.

Trabalis & hoc trabale. Trabalis clauus. Cic. in Verrem, act. 7, Et vt hoc beneficium, quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum conſilio cauſſam Mamertinorũ cognoſcit. Horat. lib. carm. Te ſemper anteit ſæua neceſſitas, clauos trabales.

TRACHEA, ſiue trachia, Arteria pulmonis, quæ & ſpiritalis fiſtula dicitur.

TRACHELVM, tracheli, media pars eſt naualis veli, cuius ſũma carcheſium nominatur.

TRACOMA, tracómæ, f.g. Græce τράκωμα vocatur. Scabricia palpebrarum interior: ſicut in eadem parte glabritas, hoc eſt defluuium pilorum madeoſis & milphoſis.

TRACTATVS, TRACTVM, TRACTVS, vide TRAHO.

TRADO, tradis, tradidi, traditum, tradere, Dare. Plaut. in Merc. 6.7, Præſto ipſi facito coram vt tradas in manum. Idem in Menæh. 9.52, Qui in morte regnum Hieroni tradidit?

Tradere aliquid effectũ. Plau. in Curcul. 8.15, Ego hoc effectũ lepide tibi tradã, tace. Ie te le rendray tout faict. Idem in Merc. 7.45, Ego eo: vt quæ mandat amicus, amicis tradam.

Tradere aliquem in piſtrinum. Plautus in Moſtell. 2.16, Sanè credo Tranio quod te in piſtrinum ſcis actûtum tradier.

Tradere cauſſam aduerſarijs, Donner gaigne aux aduerſaires. Terẽt. in Phor. 2.1.7, Verùm ſcientem, tacitum, cauſſam tradere aduerſarijs, etiámne id lex coegit?

Tradere aliquem præceptori, Mettre a leſcolle. Plin. epiſt. 47. b, Proinde fauentibus dijs trade eum præceptori, à quo mores primùm, mox eloquentiam diſcat, quæ male ſine moribus diſcitur.

Tradere ſe ſtudijs, Se mettre a eſtudier. Plin. epiſt. 9.b, Vt primũ fuerit occaſio, relinque, téque ſtudijs vel otio trade.

Tradere diſciplinam. Cic. Philipp. 2, At enim te in diſciplinam meam tradideras.

Traduntur per ſucceſſiones morbi. Les maladies ſe prennent de lung a lautre. Plin. epiſt. 12.b, Nam plerunque morbi quoque per ſucceſſiones quaſdam vt alia traduntur.

Tradere, Fidei alicuius committere, Bailler charge. Virg. Nuper mihi tradidit AEgon.

Tradere prouinciam alicui, Idem. Terentius in Heaut. 3.2.5, Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia.

Tradere, Dicere. Gellius, Dèmoſthenem tradunt & veſtitu, cæteróque cultu corporis nítido, venuſtóque, nimíſque accurato fuiſſe.

TRADVCO, traducis, traduxi, traductum, traducere, Ex trans & duco, n & ſ abiectis, De loco ad locum ducere, Mener dung lieu a autre. Plaut. in Caſina, 13.16, Iámne hanc traduxti huc ad nos vicinã tuam quæ te adiutaret? Terẽt. in Heaut. 4.4.22, Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos propere. Ibidem, 4.3.44, Age age traducatur Bacchis. Que on ameine icy Bacchis. Ibidem, 4.4.18, Tranſeundum nunc eſt tibi ad Menedemum, & tua

pompa eo traducenda eſt. Idem in Adel. 5.7.12, Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Cæſar lib. 1. Comment. Heluetij per anguſtias & fines Sequanorũ ſuas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruenerant.

Traducere, Ad vlteriora ducere, Mener oultre. Plaut. Traducere adhuc lineam pluſculum.

Traducere, Tranſferre, Emmener. Martialis, Traducta eſt Getulis.

Traducere tempus, Paſſer le temps. Cic. Seruio Sulpitio, Qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

Traducere, Deridere, infamia afficere, & velut in exemplum proponere, Deſhonnorer, diffamer, Deridẽdũ præbere omnibus per vicos & theatra, catamidiare Græce dicitur. Liuius lib. 2. ab vrb. cond. de Volſcis loquens publico conſilio, ac voce preconis, à ſpectaculis exactis, Vos(inquit)omnibus ciuibus peregrinis, populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe, veſtras coniuges, veſtros liberos traductos per ora hominum. Martialis, Multóque magis traduceris Apher. Suet. in Veſpaſiano, Inter aduerſa temporum & delatores, mandatoréſque erant ex licentia veteri. Hos aſſidue in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac nouiſſime traductos per amphitheatri arenã, partim ſubijci in ſeruos, ac venire imperauit, partim in aſperrima inſularum aduehi.

Traducere, Nutrire, fouère, ſuſtinere, Nourrir & entretenir. Iuuenalis, Altera quos nudo traducis Gallia talo.

Traductio traductionis, f.g. Deſhonneur & diffame que on faict a aucun, le menant parmi la ville, ou au marche, quon dict a Lion chariuari.

Tradux, traducis, m.g. Traduces in vitibus dicuntur, qui aliũde tracti, ac propagati ſunt. Varro lib. 1. de re ruſtica, Arbuſta vbi traduces poſſint fieri vitium, & Mediolanenſes faciunt arboribus, quas vocant opulos. Columella lib. x1, Si tradux ducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

TRAGEMATA, bellaria, ſecundum Macrobium, id eſt omne menſæ ſecundę genus.

TRAGOEDIA, tragœdiæ, ἀπὸ τοῦ τράγου, ἤγουν τῆς ᾠδῆς, hoc eſt ab hirco & cantu: quaſi hirci cantus. Nam hircus dabatur in prȩmium tragicis authoribus, qui ruſtici & paſtores erant. Vel ab hirco vinearũ hoſte, & à cantilena. Horatius, Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum. Alij putant à fæce, quam Græcorum quidam tryga vocant, tragœdiam appellatam, quando olim nondum perſonis à Theſpide repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabãt. Horat. Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis, Quæ canerent agerentque peruncti fæcibus ora.

Tragœdia, Genus poematis grande, in quo heroes introducuntur, duces, reges. Item, Luctus, exilia, cædes. In hac triſtes exitus, & liberorum, fortunarúmque priorum in peius agnitio. Triſtitia nanque, tragœdiæ proprium. Propter quod Euripides petente Archelao rege vt de ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit: ac precatus eſt, ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium.

Tragicus, tragica, tragicum, Qui tragœdiam ſcribit.

Tragœdus, tragœdi, Qui tragœdiam canit & recitat.

Tragicè, aduerbium, Crudeliter, quaſi more tragico.

TRAGOS, Latinè hircus dicitur.

TRAGONIS, huius tragonis, ſiue tragion, naſcitur in Creta tantum inſula, in maritimis, iunipero ſimilis, & ſemine, & folio, & ramis. ſuccus eius lacteus, in gummi ſpiſſatus. Hæc Plinius lib. 28. cap. 13.

TRAGVM, tragi, Velut ptiſana eſt ex tritico. Plin. lib. 18. cap. 7, Ptiſanæ cõficiendę vulgata ratio eſt. Simili modo ex tritici ſemine tragum fit in Campania tantum & AEgypto.

TRAGVLA, tragulæ, f.g. Genus teli, haſta dicitur, quòd ſcuto infixa trahatur. Salluſt. lib. 4. hiſtor. Auidiſſimis, atque præparatis ducibus, & Metellus ictu tragulæ ſauciaretur.

Tragulam inijcere, Dolum aliquem ſtruere. Plaut. in Epid. 14.25, Tragulam in te inijcere adornat, neſcio quam fabricam facit.

Tragula, Retis genus. Plin. Vſus ſuberis anchoralibus maxime nauiũ, piſcantibus tragulis, & cadorum obturamentis. Vng fillé a peſcher.

TRACTO, tractas, tractare, vide TRAHO.

TRAHA, trahæ, Genus vehiculi ſine rotis, quo coloni vtuntur. À trahendo dictum. Virgilius lib. 1. georg. Per epentheſin traheæ, pro trahæ: ſicut nauta pro nauita, Tribuláque, traheáque, & iniquo pondere raſtri.

TRAHAX, trahacis, o.g. Auidus, rapax, omnia ad ſe trahens. Plau. in Perſa, 12.6, Procax, rapax, trahax, trecentis verſibus tuas impuritias loqui nemo poteſt.

TRAHO, trahis, traxi, tractũ, trahere, Per vim ducere. Trahimur enim inuiti: Ducimur volentes. Virg. Altaria ad ipſa trementẽ Traxit, Il le tira, ou mena par force. Plaut. in Pſeud. 7.79, Iuberes hunc præcipitem in piſtrinum trahi. Idem in Mil. 9.10, Meáne hic in via hoſpita, quæ heri huc Athenis cũ hoſpite aduenit meo tracta & ludificata eſt ingenua & libera?

Trahere, Leuare, Tirer en hault. Cic. Atque etiam ex puteis iugibus aquam calidam trahit. Plaut. in Trucul. 11.40, Traxit ex intimo ventre ſuſpirium.

Trahere, Protrahere, Prolonger. Salluſt. in Iugurth. Adherbal vbi intelligit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas, hoſtem infeſtum, auxilij ſpem eſſe nullam, penuria rerum neceſſariarum, bellum trahi non poſſe. Plin. epiſt. 45.d, Memini hoc, longum eſt, tanta comitate conuiuium trahitur.

Trahere, Tirer a ſoy. Plaut. in Moſtell. 10.14, Lucri quicquid eſt, id domũ trahere oportet, Emporter, auoir, prendre. Idem in Rud. 12.2, In aqua nunquam credidi voluptatem inesſe tantam. vt hanc trahi lubens.

Trahere, Remouere, Retirer. Salluſt. Niſi ea res nos ab incœpto traheret.

Trahere ad ſe partem diei. Plin. epiſt. 213.b, Interueniunt amici ex proximis oppidis, partémque diei ad ſe trahũt, interdúmque laſſato mihi opportuna interpellare ſubueniunt. Ils mempeſchent vne partie du iour.

Trahere, Extẽdere. Virg. Ille horridus alter Deſidia, latámque trahẽs inglori⁹ aluũ. Eſtẽdãt.

Trahere diem, Paſſer, employer le iour a quelque choſe. Virg. Necnon & vario noctem ſermone trahebant.

Trahere, Deſualler quelque choſe en bas. Plaut. in Ciſtell. 2.106, Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. s. ſine trahi, cum egomet trahor.

Trahunt animum curæ. Terent. in And. 1.5.25, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuerſe trahunt.

Trahere in voluntatem. Plin. de viris illuſt. 35, Apollinem de bello conſuluit. Ille ambigue reſpondit, Aio te AEacida Romanos vincere poſſe. Hoc dicto in voluntatem tracto, auxilio Tarentinis venit, bellũ Romanis intulit. Prenant ou entendant la parolle ſelon que ſon vouloir eſtoit.

Trahere cum aliquo, Demourer. Plaut. in Trin. 4.123, Atque egomet me adeò cum illis vnà ibidem traho, qui illorum verbis falſis acceptor fui.

Trahere fortunam tranquillam, Viure en paix. Cic. antequã iret in exilium, Et vos vt tutam tranquillámque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.

Tracto, tractas, tractare, Frequenter trahere, Traiter. Terent. in Heaut. 1.1.49, Nec vt animũ decuit ægrotum adoleſcentuli, tractare. Plin. epiſt. 189, Nequando tu quoque filium tuum acerbius, duriúſque tractares. Plaut. in Bacchid. 4.23, Vide ne quis tractet illam indiligẽs. Idem in Aſin. 3.8, Tractabo te vt merita es de me. Idem in Trin. 6.45, Minus qui cautè & cogitatè ſuam rem tractauit pater. Terent. in Heaut. 1.1.101, Ingenio te eſſe in liberos leni puto, & illum obſequẽtem, ſi quis rectè aut commodè tractaret. Ibidem, 2.3.125, Hæc arte tractabat virum, vt illius animum cupidum inopia incẽderet, Elle le manioit de ſorte.

Tractare, Frequẽter tangere, Attoucher, manier. Columella lib. 7, Talis notulæ vitulos oportet, cum adhuc teneri ſunt, cõſueſcere manu tractari. Iuuenalis, Per puppim & duros gaudet tractare rudentes.

Tractare, Exercere. Horat. Quod medicorum eſt, promittunt medici, tractant fabrilia fabri, Ils ſe exercent a forger. Terent. in prologo Phor. 18, In medio omnibus palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Tractare, Gubernare. Cic. Bruto, Fuit in Cilicia mecum tribunus militum, quo in munere ita ſe tractauit, vt accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe.

Tractus, tractus, m.g. Spatium, regio, plaga. Virg. Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem.

Tractabilis & hoc tractabile, Traitable. Plin. epiſt. 96.d, Sed vt te cohæredes mei tractabilio rem experiantur, vtque tibi nihil abſtulerit reuerentia mei, offero pro mea parte tantundẽ.

Tractim, aduerbium, Trahendo in longum, ſine intermiſſione, longo tractu, diutinè. Plaut. in Amphit. 4.159, Quid ſi ego tractim tãgam vt dormiat? Virg. Tum ſonus auditur grauior, tractímque ſuſurrat.

TRAIICIO, traijcis, traieci, traiectũ, traijcere. Ex trãs, & iacio, remotis n & ſ, ſignificat

traducere, tranſportare, tranſuehere, Paſſer aucun oultre, mener oultre. Nam propriè nautæ quæ traijciunt, tranſportare, ſeu tranſuehere, aut traducere dici poſſunt, alij verò traducunt tantum. Liuius lib. 1, Præ ſe armentũ agens, nando traiecerat. Plancus Ciceroni, Exercitum ad Calendas Maias Rhodanum traieci.

Traijcere amnẽ, Paſſer oultre le fleuue. Liuius ſecundo bello Punico, Amnem vado traiecit.

Traiecit in Italiam, Il a paſſé la mer, & eſt alle en Italie. Plin. de viris illuſt. 42, Tum alpibus patefactis, in Italiam traiecit.

Traijcere claſſe in Italiam. Plin. de viris illuſt. 49, Victor domum regreſſus, conſul ante annos factus, concedente collega, in Africam claſſe traiecit.

Traijcere copias Iberum, inquit Liuius. Et Plinius de viris illuſt. 40, Primúſque Romanorum ducum in Africam claſſem traiecit.

Traijcere, tranſſigere, tranſverberare, Percer tout en oultre. Liuius lib. 2, Contra quem & ille concitat equum, tantáque vis infeſtis venientium haſtis fuit, vt brachium Ebutio traiectum, Manilio percuſſum pectus &c.

Traiectio traiectionis, f. g. Tranſitio, Paſſage. Cic. lib. 1, de diuinatione, Cum cælum ex omni parte patens, atque apertum intuerentur traiectiones, motúſque ſtellarum obſeruauerunt.

TRAMA, tramæ, f. g. Subtegmen. Perſius, Mihi trama figura Sit reliqua. Plaut. in Rud. 30. 36, Tramas putidas.

Trama dicta vt inquit Varro, quòd frigus tranat hoc genus veſtimenti.

TRAMES, tramitis, m. g. Semita tranſuerſa, Sentier. Liuius lib. v, Obliquis tramitibus egreſſi. Plin. in Paneg. 36, Oppletas vndique vias, anguſtúmque tramitem relictum tibi.

TRANQVILLVS, tranquilla, tranquillum, Quietum, Qui eſt en repos, en paix, ou appaiſé, quoy. Plaut. in Epid. 11. 34, Habe animum lenem & tranquillum face, Appaiſe toy. Idem in Ciſtell. 8. 21, Si poſſum tranquillum facere ex irato mihi. Idem in Capt. 13. 96, Proin tu deum hunc ſaturitate facias tranquillum tibi. Idem in Trucul. 17. 2, Propemodum expertæ eſtis quàm ego ſim tranquillus vſque homo.

Tranquillum eſt, Il faict beau temps & doulx. Plaut. in Caſ. 2. 25, Trãquillum eſt, alcedonia ſunt circa forum.

Tranquillus locus, Vng lieu de repos, ou il faict bon ſoy repoſer. Plaut. in Epid. 10. 9, Non reperiſti adoleſcens tranquillum locum, vbi tuas virtutes explices vt poſtulas?

Tranquilla via. Plaut. in Sticho, 5. 13, Cubitis depulſa de via, tranquillam viam concinna.

Trãquilla res eſt, La choſe eſt paiſible, ſans trouble. Terent. in Phor. 3. 1. 15, Sic habent principia ſeſe, vt dico, adhuc tranquilla res eſt. Idem in And. 3. 5. 14, Qui me hodie ex tranquilliſſima reconiecíſti in nuptias. Idem in Eunucho, 5. 9. 8, Fratri gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: vna eſt domus &c.

Tranquillè aduerbium. Plaut. in Ciſtell. 2. 10, Sed tranquillè ámabo, ne quid quod illi doleat, dixeris, Tout doulx, ſans bruit.

Tranquillo, tranquillas, tranquillare, Quietum facere. Plaut. in Capt. 4. 21, Ille demum antiquis eſt adoleſcens moribus, cui nunquam vultum tranquillauit gratus.

Tranquillitas, trãquillitatis, f. g. Plin. epiſt. 25, Annum tertium & octogeſimum exceſſit in altiſſima tranquillitate, pari veneratione. En grande paix, & repos.

TRANS, præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit, & ſignificat Vltra, Oultre: vt cum de loco ad locum, & de vno ad alterum, & de vna re ad alteram trãſitionem facimus. Trans mare, trans montes. Tam motus quàm quietis verbo datur. Horatius, Cælum, non animum mutant qui trans mare currũt. Virg. in Georg. Illas ducit amor trans Gargara, tránſque ſonãtem Aſcanium. Quintil. de paſtu cadauerum, Ergo vt vidimus ſalutem publicam trans mare petendam. Plaut. in Merc. 7. 15, Trans mare hinc vænum aſportet. Idem in Mil. 8. 56, Nimis beat quòd commeatus eſt trans parietem.

TRANSDVCO, tranſducis, tranſduxi, tranſductum, tranſducere, Idem quod traducere. Cic. in Verrem act. 6. Quam in te tantam virtutem eſſe aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam illuſtrem, tam ſplendidę prouinciæ tranſducere ad te, auferre à certiſſimis, antiquiſſimíſque patronis? Attirer, ou retirer vers toy.

TRANSACTVS, vide TRANSIGO.

TRANSCENDO, tranſcendis, tranſcendi, tranſcenſum, tranſcendere, Ex trans & ſcãdo, ſignificat aſcendere, tranſgredi, Monter & paſſer oultre. Plautus in Aulul. Hoc magnum eſt

periculum, me ab asinis ad boues transcendere.

TRANSCINDO, transcindis, trāscidi, trāscissum, trāscindere, Couper tout oultre. Plaut. in Persa, 10.1, Transcidi loris omnes adueniens domi.

TRANSCRIBO, transcribis, transcripsi, transcriptum, transcribere, Idem quod exscribere, Contre escrire.

Transcribere, Tradere. Virg. lib. 7, Turne tot incassum fusos patiere labores, Et tua Dardaneis transcribi sceptra colonis?

Transcribere (inquit Agretius) dicitur cum ius nostrum in alium transit. In pandectis, in L. Si vir vxori, de præscriptis verbis, Vt eos fundos, si ipse vellet, eodem pretio mulier trāscriberet viro. Id est, iure cesso traderet.

Trāscribere in libris censualib⁹ dici debet, cū res censualis ab vno nomine in aliud trāsfertur, quod vulgo super aliū onerare dicūt. Quomodo & in rationib⁹, cum id quod mihi expēsum latū est, in aliud nomē trāsfertur, & nomē meū ex rationib⁹ eximitur. Hoc modo accipitur in lege vltima, codice de prædijs nauicul. Hac tamen (inquit) pactione seruata, vt si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiam authores transcripti prædij teneātur obnoxij. Gaius in lege Aliquādo supra ad Velleianū, Si hæreditatē emerit, & æs alienū hæreditariū in se transcribat. Liuius lib. v. de bello Maced. Instabat alia cura, quòd ciuitas fœnore laborabat: & cum multis fœnebribus legibus cōstricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur ijs legibus. nomina transcriberent.

TRANSCVRRO, transcurris, transcurri, transcursum, transcurrere, Vltra currere. Terent. in Eunucho, 4.6.25, Tu abi, atque ostiū obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forū.

Transcurrere ad. Plaut. in Mil. 9.43, Transcurre curriculo ad nos, ita negotium est.

Transcurrit æstas, Lestē se passe. Plin. epist. 122, Patiar ergo æstatem inquietā nobis exercitámque transcurrere, & hyeme demum, cum &c.

Transcursus transcursus transcursui, m. g. Cours iusques a quelque lieu. Terent. in Hecyra, 3.4. 17, In arcem transcursu opus est.

In transcursu. Plin lib. 18. cap. 13, Quanquam prius dixisse conueniat de rapis, in transcursu eas attigēre nostri, paulò diligentius Græci. En passant.

TRANSDO, transdis, transdidi, transditū, transdere, veteres dixerūt sonātius, inquit Donatus, quod nos lenius tradere nūc dicimus. vt tralatum, nos translatum è contrario. Terēt. in prologo Phor. 2, Retrahere à studio, & transdere hominem in otium.

TRANSENNA, transennæ, fœ. g. Per quam aspectus transire potest. Vne monstre, quelle souuent ont merciers, qui est de voarre, ou de fil daurichal.

Trāsenna aliquādo pro fenestra vel cācellis accipitur, Vne fenestre, ou trellis de fenestre. Cic. lib. 1. de Oratore, Nunc petas à Crasso, vt illā copiam, quam constructam, vno in loco quasi per transennam prætereuntes strictim aspeximus, in lucem proferat.

Transenna, Funis etiā extentus dicitur. Sallust. lib. 2. Histor. Trāsenna demissum victoriæ simulachrum cum inclinato strepitu tonitruum, coronam capiti imponebat Metello.

Transenna, Decipulū, laqueus, & funiculus ad decipiendū cōcinnatus. Plaut in Bacchid. Nunc è transenna hic turdus lumbricū petit. Idem in Rud. In ætate agēda hominum plurimæ sunt transennæ vbi decipiūtur dolis, atque ædepol in eas plerunque esca imponitur, quā si quis auidus poscit escam auariter decipitur, vt transenna, sua auaritia.

TRANSEO, transis, trāsiui, transitū, trāsire, Passer oultre. vt trāsire flumen. Plaut. in Bacchid. 1.52, Rapidus fluuius est hic: non hac temere transiri potest.

Transire aliquem, Le passer en cheminant. Plaut. in Sticho, 7.33, Iam hercle ego per ortum amicam transibo meam.

Trāsire quædā in legēdo, En lisāt laisser quelque chose. Plin. epist. 174. b, Et tamē vt alii trāseūt quædā, imputántque quod trāseāt: sic ego nihil prætereo, atque etiā nō præterire me testor. Idem epist. 129. b, Plura trāsire, alia interscribere, alia rescribere, laborioſū istud &c.

Transeo Neronem, Ie me tais, ie ne dis mot de Neron. Plin. epist. 98. b, Neronem enim trāseo, quanuis sciam non corrumpi in deterius.

Transiit mensis, Il y a vng mois passé. Plaut. in Curc. 15.4, Velut hic decem mnas dum soluit, omnis mensis transijt.

Transire ad forū, Sen aller au marche. Plaut. in Stich. 10.43, Deos salutabo modo, postea ad te cōtinuò trāseo. Terēt. in Phor. 5.8.29, Sed trāsi sodes ad forū, atq; illud mihi argētum iube rursum rescribi. Idem in Heaut. 4.4.17, Transeundū est nūc tibi ad Menedemum.

Tranſire domum, Sen aller en la maiſon. Plaut. in Milite, 14.96, Philocomaſio dic, ſi eſt hic, domum vt tranſeat.

Tranſeo huc ad. Plaut. in Epid. 13.51, Ego ad vos Theſprionē iuſſero huc tranſire. Idem in Caſina, 3.2, Ego huc tranſeo in proximum ad meam vicinam.

Tranſitio tranſitionis, f.g. Paſſement.

Tranſitus, tranſitus, tranſitui, m.g. Paſſage.

TRANSFERO, tranſfers, tranſtuli, tranſlatū, tranſferre, Trāſporter, porter dung lieu en autre. Plin. epiſt. 290, Si reliquias ſuorum propter aliquas iuſtas cauſſas tranſferre ex loco in alium locum velit. Terēt. in prologo And. 14, Quæ conuenēre, in Andriā ex Perinthia fatetur tranſtuliſſe. Idem in And. 5.4.50, Cur non illam huc trāſferre iubes? Idem in Adel. 5.7.11, Hac tranſfer, vnam fac domum.

Tranſferre amorem ſuum in alterum. Terent. in Adel. 2.3.10, Maledicta, famam, meū amorem & peccatum in ſe tranſtulit. Idem in Hecyra, 1.2.94, Paulatim elapſus Bacchidi, atq; huic tranſtulit amorem. A mis ſon amour en ceſtuy.

Tranſferre culpam in alium. Plaut. in Amphit. 4.154, Ne poſterius in me culpam trāſferas. Que apres tu ne ten prennes point a moy. Terent. in And. 2.3.5, Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te tranſferet. Il te blaſmera.

Tranſferre aliquod verbū dicimur, cum à propria ſignificatione in aliam tranſfertur. Cicero tranſlationem verborum maximè probat lib. de optimo genere dicendi, quum inquit, Sed Phalereus Demetrius meo iudicio præſtat cæteris: cuius oratio cum ſedatè, placidéque loquitur, tum illuſtrant eam quaſi ſtellæ quædam tranſlata verba atque immutata. Tranſlata dico, vt ſæpe iam, quæ per ſimilitudinem ad aliam rem, aut ſuauitatis, aut inopiæ cauſſa tranſferuntur. Quintilianus autem, quæ ſint verba propria, quæque tranſlata, quomodo tranſferātur, quæ ſit vitioſa tranſlatio, & cur reperta ſit tranſlatio, diffuſè tradit lib. 1. Inſtitutionum, dicens, Propria ſunt verba, cum id ſignificāt in quod denominata ſunt. Trāſlata, cum alium natura intellectum, alium loco præbent. Vſitatis tutius vtimur. Noua non ſine periculo quodam fingimus. Idem lib. 8, Tranſfertur igitur nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium erat, in eum in quo aut proprium deeſt, aut tranſlatum proprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt, aut quia ſignificātius eſt: aut, vt dixi, decentius. Vbi nihil horum præſtabit quod tranſfertur, improprium.

Tranſlatitius tranſlatitia tranſlatitiū, Quod trāſfertur. Plin. epiſt. 214, Nec tuæ naturæ eſt trāſlatitia hæc, & quaſi publica officia, à familiaribus amicis, contra ipſorum cōmodum exigere.

Tranſlator tranſlatoris, m.g. Qui in alium tranſfert. Cic. in Verrem, act. 7, Proditor conſulis, tranſlator quæſturæ, auerſor pecuniæ publicæ.

TRANSFIGO, tranſfigis, tranſfixi, tranſfixum, tranſfigere, Perſer en oultre. Plaut. in Perſa, 2.26, Saucius factus ſum in prælio, Veneris ſagitta: Cupido cor meum tranſfixit. Liuius lib. 1, Stricto itaque gladio ſimul verbis increpans tranſfigit puellam.

TRANSFIGVRO, tranſfiguras, tranſfigurare, In aliam figuram vertere. Suet. in Claud. Nerone, cap. 28, Puerum Sporum exectis teſtib⁹ etiam in muliebrem naturam tranſfigurare conatus eſt. Ibidem, cap. 46, Aſturconem, quo maximè lætabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem tranſfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros.

TRANSFODIO, tranſfodis, tranſfodi, tranſfoſſum, tranſfodere, Percer doultre en oultre. Ouid. Gemino tranſfodis vulnere pectus.

TRANSFRETO, tranſfretas, tranſfretare, Paſſer oultre vne riuiere ou fleuue. Plin. in Paneg. 134, Remiſque tranſfretare obſtantia freta.

TRANSFVGIO, tranſfugis, tranſfugi, tranſfugitum, tranſfugere. De loco ad locum fugere, Sen fuyr dung lieu en autre. Plaut. in Milite, 9.107, Nam illius oculi atque auris, atque opinio, tranſfugēre ad nos.

Tranſfúgere ad hoſtes, Se rendre aux ennemis. Plaut. in Epid. 2.28, Pol illa ad hoſtes tranſfugēre. Liuius lib. 2, Magna clientium comitatus manu tranſfugit.

Tranſfugium tranſfugii, n.g. Plin. de viris illuſt. 8, Gabios per Sextum filium ſimulato trāſfugio, in poteſtatem redegit. Faignant de fuyr oultre.

Tranſfuga tranſfugæ, m.g. Qui tranſfugit, Qui ſe rend aux ennemis, vng traitre. Liuius lib. 2, Deinde metuens, niſi conſulum iniuſſu, & ignaris omnibus iret, deprehenſus forte à cuſtodi-

bus Romanis retraheretur, vt transfuga, fortuna tum vrbis crimen affirmãte, senatum adit. Plin. epist. 168. l, Tum illi quoque qui authoritate eius trahebantur, transeunte illo destituti reliquerunt sententiam ab ipso authore desertam, secutique sunt quasi transfugam, quem ducem sequebantur.

Transfuga non solum (vt ait Iurisconsul.) is accipiendus est, qui aut ad hostes, aut à bello transfugit, sed & qui per inducíarum tempus ad eos cum quibus nulla amicitia est, fide suspecta transfugit.

TRANSFVNDO, transfundis, transfudi, transfusum, transfundere, De vase in vas fundere, Verser dung vaisseau en vng autre. Cato, Vbi dies triginta præterierint, transfundito: ita relinquito vsque ad vindemiam.

Transfundere suas laudes in alterũ, per translationem dicitur. Cic. Dolabellæ, Libentius omnes meas laudes (si modo sint aliquæ meæ laudes) ad te transfuderim.

TRANSGREDIOR, transgrederis, trãsgressus sum, transgredi, Trãsire, Passer oultre. Transgredi, de iis qui nauigassent, & de naualibus dicitur. Sallust. lib. 1. Hist. Nactus obscurã noctem æstu secũdo, ac inde transgressus, omnes recipit mons præreptus à Lusitanis.

Transgressus transgressus transgressui, m. g. pro transfretatione accipitur.

TRANSIGO, transigis, transegi, transactum, transigere, Ex trans, & ago, Transire, seu vltra ducere.

Transigere vitam, Finer sa vie. Sallust. Sed multi mortales dediti ventri atque somno, indocti, incultique, vitam sicuti peregrinantes transegêre. Ont passé leur vie.

Transigere, Acheuer. Plaut. in Amphit. 9. 8, Ne hanc inchoatã transigã comœdiã. Idem in Trucul. 2. 9, Tantisper dum transigimus hanc comœdiã. Idem in Pseud. 7. 152, Qui vos oblectem, hanc fabulã dum transigam. Idem in Capt. 6. 95, Hic omne transactũ reddet, si illuc venerit. Terent. in And. 5. 6. 17, Intus transigetur, si quid est quod restet.

Transigere, Conuenire, concordare, paciscí, Conuenir, parler auec aucun de quelque affaire, accorder. Plaut. in Merc. 5. 32, Postquã hic id quod volui, transegi, atque ego cõspicor nauim. Puis que iay arresté & acheué ce que ie vouloye faire. Idem in Trin. 6. 104, Tute ad eum adeas, tute concilies, tute poscas: ecce res nimio citius transiges. firmũ omne erit quod tu egeris. Tu accorderas, ou cõcorderas plus tost tout. Terent. in Phor. 5. 3. 16, Ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus? c. transegi. Iay parle auec elle de ceste affaire. Idem in Hecyra, 3. 5. 51, Postremo inter se transigant ipsi vt lubet. Quilz accordent entre eulx comme ilz vouldront.

Transigere cum aliquo. Cic. Trebatio, Puto cum Aniano transigere possemus.

Transactus transacta transactum, Passé oultre, acheué. Terẽt. in Adel. 2. 4. 22, Ego iam transacta re conuortam me domum cum obsonio.

Facta transacta omnia, Prouerbiale est (inquit Donatus) in id negotij, de quo nihil superst ad agendum. Terent. in And. 1. 5. 14, Quot modis contemptus, spretus? Facta, transacta omnia. Cest tout faict.

TRANSILIO, transilis, transiliui, vel transilui, transaltum, transilire, Vltra salire, Saulter oultre. Liuius libro 1, Vulgatior fama est ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Plaut. in Trucul. 5. 36, Per ortum transiliuit ad nos.

Transilire consulatum alicuius. Plin. in Paneg. 111, Non transiliui P. C. principis nostri cõsulatum, sed eundem in locum contuli quicquid de iureiurando dicendum erat. Ibidem, 94, Quid est enim in principatu tuo quod cuiusquam prædicatio, vel transilire, vel præterueht debeat?

TRANSLATOR, vide TRANSFERO.

TRANSLEGO, translegis, translegi, translectum, trãslegere, Parlire. Plautus in Asin. 13. 5, Horresset faxo lena, leges cum audiet. DI. age quæso mi hercle translege. PA. audin'? D. audio.

TRANSLVCEO, translluces, translucere, Luyre oultre. Inde

Translucidus translucida translucidum, Qui est cler & luysant, tellement quon voit tout oultre. Quintilianus lib. 8, Similiter illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsas effœminat.

TRANSMARINVS, transmarina, transmarinum, Qui est doutre mer. Plaut. in Mostell. 7. 65, Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

TRANSMIGRO, tranſmigras, tranſmigrare, Habitatum ire, Se partir & aller demourer en autre lieu.

Tranſmigrare, Demigrare, Se partir, & ſen aller. Suetonius in Cæſare, cap. 15, Romam reuerſus deducto in forum filio Druſo, ſtatim è Carinis ac Pompeiano domo, Eſquilias in ortos mœcenatianos tranſmigrauit, totúmque ſe in quietem contulit.

TRANSMITTO, tranſmittis, tranſmiſi, trãſmiſſum, trãſmittere, Mettre oultre. Plaut. in Milite, 3.30, Pérque os elephanti brachium tranſmitteres. Plin. lib. 18, Item cribraria, quæ ſimili modo in tertio remanſit cribro auguſtiſſimo, & tantum arenas tranſmittente.

Tranſmittere mare, Paſſer oultre la mer. Plin. epiſtol. 173, Ad quæ noſcenda iter ingredi, tranſmittere mare ſolemus. Idem epiſtol. 161, Fons adhuc, & iam ampliſſimum flumen, atque etiam nauiũ patiens, quas obuias quoque & contrario niſu in diuerſa tendẽtes tranſmittit, & perfert.

Tranſmittere tempus, Paſſer le temps. Plin. epiſt. 183, Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundiſſima quiete tranſmiſi.

Trãſmittere diſcrimen, Eſchapper vng danger. Plin. epiſt. 164, Iam mihi reddita, incipit reſici, tranſmiſſúmque diſcrimen conualeſcendo remetiri.

Tranſmittere hæreditatem fratri, Luy tranſporter. Plin. epiſt. 171, Sed hæc quoque hæreditas Afri (vt reliqua cum fratre quæſita) trãſmittẽda erat filiæ fratris. Idem in Paneg. 13, An S. P. Q. Romani exercitus, prouincias, ſocios tranſmiſſur⁹ vni, ſucceſſorem è ſinu vxoris accipias?

Tranſmittere, Celeriter tranſire. Virg. Alia de parte patentes Tranſmittunt curſu campos.

Tranſmittere, Enuoyer legierement, ſoudainement. Plaut. in Epid. 3.52, Continuò te orabit vltrò vt illam tranſmittas ſibi. Ibidem, 10.27, Niſi dicis quid velis. M. mihi illam vt tranſmittas.

Tranſmittere, Paſſer oultre la mer, ou quelque autre eaue. Suetoni⁹ in Cæſare Iulio cap. 58, à Brunduſio Dyrrhachium inter oppoſitas claſſes hyeme trãſmiſit. Cic. Philippica 1, Cum autem me ex Sicilia ad Leucopetram, quod eſt promontorium agri Rhegyni, venti detuliſſent, ab eo loco conſcendi vt tranſmitterem.

TRANSMOVEO, tranſmoues, tranſmoui, tranſmotum, tranſmouere, Mouuoir & remue dung lieu en vng autre. Terent. in Eunucho, 3.1.10, Labore alieno magnam partam gloriam verbis ſæpe in ſe trãnſmouet, qui habet ſalem qui in te eſt. Il ſattribue la gloire.

TRANSNATO, tranſnatas, tranſnatare, Vltra natare ſignificat, Nager oultre. Liuius, Magonem cum equitatu flumen tranſnataſſe &c.

TRANSNOMINO, tranſnominas, tranſnominare, Chãger ſon nom. Suet. de claris grãmaticis. 18, Lucius Caſſitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Paſides, mox Panſam ſe tranſnominauit.

TRANSPAREO, tranſpares, tranſparui, tranſparere, Per aliquod corpus lucidum videri, Apparoiſtre, ou eſtre veu oultre quelque choſe.

TRANSQVIETVS, tranſquieta, tranſquietum, Id eſt quietus. Plaut. in Merc. 22.50, Ego iſtum in tranſquiẽto tuto ſiſtam, ne time.

TRANSTRA, tranſtrorum, n. g. pluralis numeri, Sunt tabulæ ſuper quas ſedẽt remiges, inquit Feſtus. Virg. Tranſtra per & remos.

Tranſtra, Tigna quæ tranſuerſa à pariete in parietem porriguntur, authore Feſto. Vne poultre. Victruuius lib. v, Trabes etiam ſupra columnas & paraſtata, & antes ponũtur in contignationibus, tigna & axes ſub tectis: ſi maiora ſpatja ſunt, & tranſtra & capreoli: ſi commoda, columen & canterii, ſed & ſedilia in nauibus.

TRANSVEHO, tranſuehis, trãſuexi, trãſuectum, tranſuehere, Vltra vehere, Charier oultre. Salluſt. in Iugurtha, Ex eo numero Mœdi & Perſæ & Armenii cum nauibus in Africam tranſuecti, proximos noſtro mari locos occupauere.

TRANSVERBERO, tranſuerberas, tranſuerberaui, tranſuerberatum, tranſuerberare, Tranſſigere. Cice. Mario, Sed quæ poteſt eſſe homini politico delectatio, cum aut homo imbecillis à valentiſſima bellua laniatur, aut præclara beſtia venabulo tranſuerberatur?

TRANVERSVS, trãſuerſa, tranſuerſum, Quod eſt in obliquũ, Qui eſt de trauers. Columella lib. 2, Sed in arando maximè obſeruandũ eſt vt tranſuerſus mons ſulcetur. Cic. lib. 4. ad Heren. Ecce ibi iſte de tranſuerſo, Heus inquit, adoleſcens, pueri tui modo me pulſarunt,

ſatiſfacias oportet. Plaut.in Pſeud.14.50, Non prorſus, verum ex tranſuerſo cedit, quaſi cancer ſolet.

Tranſuerſum vnguem non diſcedere dicimus,cum paruum interuallum oſtendere volumus. Plaut.in Aulul.Si ex iſto loco tu digitũ tranſuerſum, vel vnguem latum exceſſeris. La largeur dung doit, ceſt adire tant ſoit peu. Cic.in Acad.Ab hac mihi non licet tranſuerſum (vt aiunt)digitum diſcedere. Idem Fabio Gallo,Vrgeo igitur tranſuerſum vnguem(quod aiunt)à ſtylo.is enim eſt dicendi opifex.

TRANSVLTO,tranſultas,tranſultare,Saulter oultre.Plaut.in Capt.Tu tranſultas,ego miſer vix aſto præ formidine.

TRANSVMO,tranſumis,tranſumpſi, tranſumptum,tranſumere, Ex alio ſumere. Vnde quæ ex primis tabulis tranſcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicuntur tranſumpta. Et actus ipſe tranſumptio.

Tranſumptio tranſumptionis,f.g.Figura quam Græci μετάλημψιν vocant, cum rem ex alio in aliud tranſmouemus.

TRANSVO,tranſuis,tranſui,tranſutum,tranſuere.Ex trans & ſuo,ſ abijcitur.Columella lib.vi,Media pars deſcripti orbiculi,eadem fibula tranſuitur.

TRANSVOLO,tranſuolas,tranſuolare,Ad aues pertinet,Voler oultre.

Tranſuolare pro trãſſugere poſuit Plautus in Epid.2.33, Mulciber credo arma fecit,quæ in bello habuit Stratiphocles,tranſuolauerunt ad hoſtes.

TRAPES,trapetis,maſc.gen.Mola olearia.À τρέπω,voluo,ſeu verto.Cato de re ruſt.cap.18,Trapetibus locum dextra & ſiniſtra.

Trapetum trapeti,n.g.Locus in quo eſt mola olearia,& ipſa mola.Cato de re ruſt.cap.22,Trapetum hoc modo accõmodare oportet.&c.Virg.lib.2.Georg.Venit hyems,teritur Sicyonia bacca trapetis.

Trapetus trapeti,m.g.Idem. Cato de re ruſt.cap.22, Trapetus emptus eſt in Sueſſano nummis quadringentis.

TRAPEZA,trapezæ,m.g.Mẽſa ſeu tabula qua argẽtarii vtũtur.La table dung banquier.

Trapezita trapezitæ,f.g.Menſarius.Vng banquier.Plaut.in Capt.Subducam ratiunculã quãtillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.

TRAVLVS,trauli,m.g.Qui cum difficultate loquitur,balbus.Lucretius lib.4,Magna atque magnificata cataplexis,plenáque honoris balba loqui non quit, traulis muta pudens eſt.

TRECHEDIPNVM, trechedipni,n.g. Veſtis. Iuuenalis, Ruſticus ille tuus ſumit trechedipna Quirine,Et cæromatico fert niceteria collo.

TRECENTI,vide TRES.

TREMO,tremis,tremui,trémere,Trembler. Commoueri,ſeu agitari ſignificat. À ſimilitudine vocis:quæ tunc cum valdè tremit,apparet.Plaut.in Aſin.Non placet, pro monſtro eſt, quoniam qui ſudat tremit. Terẽt.in Eunucho,1.2.4, Totus Parmeno tremo,horreóque, poſtquam aſpexi hanc.

Tremere, Timere,Craindre.Virg.lib.2,Hic aliud maius miſeris,multóque tremendum.

Tremiſco tremiſcis,tremiſcere,Tremore concuti,Trembler de paour.Virg.lib.3.AEneid.Sonitúmque pedum,vocémque tremiſco.

Tremefacio,tremefacis,tremefeci, tremefactum, tremefacere,Faire trembler aucun de paour. Virg.Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis Inſinuat pauor.

Tremor tremoris,maſc.gen.Ipſa commotio,Tremblement.Virgilius lib.2. Georg. Vnde tremor terris?

Tremor,Paour.Virg.Cur ante tubam tremor occupat artus?

Tremebundus tremebũda tremebundum, Abundè tremens, Qui tremble fort. Cicero lib.3. ad Herennium,Sin erit ſermo in locutione leuiter & tremebunda voce, cum parua ſignificatione riſus.

Tremulus tremula tremulum,Qui tremble. Terent.in Eunucho,2.3.44,Incuruus,tremulus, labiis demiſſis. Et apud Plautum,tremulus ſenex.

TREPIDVS,trepida,trepidum,Idem quod pauidus.Qui petille de paour.

Trepidus,Feſtinus,Soudain,haſtif. Virgil.lib.3,Hic mediũ trepidi crudelia limina linquunt Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro Deſeruere. Seruius, Trepidi,feſtini:vt per timorem,non per odium relictus fuiſſe videatur.

Trepidulus trepidula trepidulum, diminutiuũ. Gellius, Pulli trepiduli circunſtrepere. Plaut. in Perſa, 14.3, Trepidula vt graphicè decet.

Trepido trepidas, trepidare, Petiller de paour. Terent. in Eunucho, 5.6.8, Quid eſt quod trepidas? ſatíne ſalue, dic mihi.

Trepidare, Feſtinare. Virg. lib. 4. Dum trepidant alæ, ſaltúſque indagine cingunt. Terẽt. in Hecyra, 3.1.35, Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum.

Trepidanter, aduerbiũ, En petillant ou tremblant de paour. Suet. in Claudio Cæſare, cap. 49, Quod vt ſenſit, trepidanter effatus, &c.

TREPONDO, indeclinabile. Quintil. Dua & trepondo diuerſorum generum ſunt barbariſmi. At coniunctim duapondo & trepondo vſque ad noſtram ætatem ab omnibus dictum eſt, & rectè dici Meſſala confirmat.

TRES, & hæc tria, Trois.

Trium literarum homo, Id eſt fur. Plautus in Aulul. 9.46, Tu trium literarum homo vituperas me?

Tribus verbis, Id eſt, breuiter Brieuemẽt, a trois mots. Plaut. in Mil. 14.29, Breuín' an lõginquo ſermone? M. trib⁹ verbis. Idem in Trin. 13.118, Pax, te trib⁹ verbis volo, vel trecẽtis.

Tredecim, indeclinabile nomen numerale, Treize.

Trecenti, trecentæ, trecenta, Trois cens. Plaut. in Mil. 5.95, Trecentæ poſſunt cauſſæ concinni, non domi eſt, abiit ambulatum, dormit &c. Idem in Perſa, 12.6, Trecentis verſib⁹ tuas impuritias loqui nemo poteſt.

TRESSIS, & hoc treſſe, Trium aſſium. Perſius, Non treſſis agaſo.

TRIAMBI, inquit Feſtus, dicebantur qui terni ex proſcenio loquebantur.

TRIANGVLVS, trianguli, m.g. Figura eſt tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant.

TRIARII, triariorum, Erant milites fortiſſimi, qui in legione Romana vltimi erant. Hi, ſiquando res fuiſſet in periculo, in fronte acierum poplitibus flexis ſtabãt, ita vt potius animam amitterent, quàm de loco cederent. Vnde ortum eſt illud prouerbium, cum res ſunt dubiæ, ventum eſt ad triarios. Varro, Triarii dicti ſunt, quòd in acie tertio ordine extremis ſubſidio ponerentur. Plautus, Agite nunc, ſubſidete omnes, quaſi ſolent triarii.

TRIBRACHVS, tribrachi, m.g. Pes ex tribus ſyllabis breuibus conſtans. Ἀ τρεῖς, tres: & βραχύς breuis. vt, Te Corydon o Alexi. Vbi dŏn ŏ ă, tribrachus eſt: quum vocalis ante vocalem breuis fiat.

TRIBVLA, tribulæ, fœ. gen. vel tribulum tribuli, n.g. Genus vehiculi, quo frumẽta in area teruntur: à tribus lateribus ſic appellatum. Virg. lib. 1. Georg. Tribuláque, traheæque, & iniquo pondere raſtri. Varro lib. 1. cap. 52, È ſpicis in aream excuti grana: quod fit apud alios iumentis iunctis ac tribula.

Tribularium tribularii, n.g. Locus vbi tribulæ recunduntur, vt eſt apud Columellam.

Tribulo tribulas, tribulare, Tribula, aut alio quouis inſtrumento comminuere. Cato de re ruſtica, cap. 23, Si indideris defrutum, aut marmor, aut reſinam, dies viginti permiſceto crebro, tribulatóque quotidie.

Tribulare, Torquere & anguſtiis afficere. Verbum factum ab anguſtia & dolore illorum qui tribulum ferri calcauerit.

TRIBVLIS, vide TRIBVS.

TRIBVLVS, tribuli, m.g. Spinæ genus à ſemine triangulari dictus. Vel quòd cuſpidatus trifariam feriat. Ouid. lib. x. Metamorph. Loliũ tribulíque fatigant Triticeæ meſſes. Plin. lib. 18. cap. 17, Nam lolium & tribulum & carduum, lappámque nõ minus quàm rubum, inter frugum morbos potius quàm inter ipſius terræ peſtem numerauerim.

TRIBVNAL, tribunalis, n.g. Locus excelſus, in quo reſidebat qui ius tribubus redderet.

TRIBVNVS, tribuni, m.g. Dictus eſt quòd tũc in tres partes diuiſus erat populus Romanus, & ex ſingulis ſinguli creabantur. Vel quia tribuum ſuffragio creabantur. Vel quia (vt Vegetius inquit) tribuebant iura militibus.

Tribuni etiã vocati ſunt qui magiſtratum gerebant: vt regum tempore, tribuni celerum qui centuriis præerant.

Tribuni militares poſtea facti ſunt in caſtris, qui parem cum conſulibus haberent poteſtatẽ, qui imperatori opponebãtur pro militib⁹. Tribunorũ militariũ (vt inquit Aſconius) duo

ſunt genera. Alii rufuli dicũtur, qui in exercitu creari ſolẽt. Alii ſunt comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur. Tribuni militaris officiũ eſt, vt miles veſte indutus, armis bene munitus, exercitationis vſu & diſciplina eruditus incedat. Olim tribuni militũ conſulari poteſtate promiſcuè ex patribus ac plebe creati ſunt.

Tribuni plebis alii fuerunt, qui in ſeceſſione plebis à patribus creati ſunt anno ferè XVII poſt exactos reges.

Tribuni ærarii alii dicti ſunt, ab eo quòd his attributa erat pecunia quã militibus reddebãt.

Tribunitius tribunitii, m.g. Qui tribunus fuit.

Tribunitius tribunitia tribunitium, Quod ad tribunos pertinet. Salluſt. Nam poſtquam Cn. Pompeio & M Craſſo conſ. tribunitia poteſtas reſtituta eſt.

Tribunatus, tribunatus, tribunatui, m.g. Ipſa tribunorũ dignitas. Cic. in Lælio, De C. autem Gracchi tribunatu quid expectem, non libet augurari.

Tribunal tribunalis, n.g. Locus excelſus (vt dictũ eſt) in quo reſidebat qui ius tribub⁹ redderet.

TRIBVO, tribuis, tribui, tributum, tribuere, Quaſi tributũ dare, Dõner. Plin. epiſt. 167. e, Primum vt errori, ſi quis eſt error, tribuas veniã. Idem in Paneg. 152, Tribuas ei ſucceſſorẽ.

Tribuere, Imputer, attribuer. Cic. Sed hoc beneuolentiæ eius tribuendum eſt.

Tribuere, Fauere. Cic. Craſſipedi, Cum vniuerſo ordini publicanorum ſemper libentiſſimè tribuerim.

TRIBVTVM, tributi, n.g. à tribubus Varro dictum oſtendit, quòd ea pecunia quæ populo imperata erat, tributũ ſoluebatur. Feſtus, Tributũ dictum, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi poſtea hoc vocabulũ cœpit largi⁹, pro omni munere quod à ſubditis ſoluitur.

Tributus maſculino genere etiam dicitur. Plautus in Epid. 4.45, His quibus tributus maior penditur.

Tributarius tributaria tributarium, Qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Tributaire. Iuſtinus lib. 1, Sed ciuitates quæ Mœdorum tributariæ fuerant.

TRIBVS, tribus, tribui, f.g. Lignee. à tributo dando dicta. Vel quòd ager Romanus primò diuiſus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ vna. Vna Tatienſium, à Tatio Sabinorum rege iam amico poſt fœdera. Alia Ramniũ, ſiue Ramnenſium à Romulo. Tertia, Lucerũ, à Lucumone. Varro enim ſcribit Romulũ dimicantem cõtra Titum Tatiũ, à Lucomonibus, hoc eſt Tuſcis auxilia poſtulaſſe. Vnde quidam venit cum exercitu: cui recepto, iam Tatio pars vrbis eſt data. Vnde in vrbe Tuſcus dictus eſt vicus: ſiue vt aliqui volũt, à Luco, quem aſylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuiſus erat populus, adeò vt qui etiam vni præerat parti, tribunus diceretur. Et ſumptus dati populo, tributa vocantur. Sed poſtea aliæ quoquè partes vrbis factæ, quæ ſimiliter tribus appellatæ ſunt. nam in ſex partes fuit diſtributa ciuitas: in primos, ſecũdóſque Tatiẽſes, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus decem curias cõtinebat, quæ de nominibus Sabinarum appellatæ ſunt. Hæc ex Varrone, Feſto, Plutarcho, & Aſconio. Diſſentit paulum Liuius, ſcribens à Romulo centurias equitum tres fuiſſe conſcriptas, Ramnenſes & Tatienſes & Luceres. Nec videtur exiſtimare totum populum in hos fuiſſe diſtributum, ſed ſolos equites.

Tribulis, huius tribulis, m.g. Qui ex tribu eſt. Horatius in epiſt. Vt cum pileolo ſoleas conuiua tribulis. Cic. Se. Lucio Coſſino amico & tribuli tuo valdè familiariter vtor. Terent. in And. 3.3.85, Eſtne hic Hegio tribulis noſter?

Tributim, aduerbium, Per ſingulas tribus.

TRICA, tricæ, f.g. Tricæ, capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti.

Tricæ, Impedimenta omnia dicuntur, quòd tricæ greſſum pullorum ſoleant impedire. Plaut. in Curcul. 14. 15, Quod argentũ tu mihi, quas mihi tricas narras? Idem in Perſa, 13.21, Vt me in tricas conieciſti.

Tricas, pro re nihili & vana poſuit Plautus in Rud. 30.35, Eloquere propere celeriter. L. nũmos trecentos. G. tricas.

TRICENVS, tricena, tricenum, à triginta dicimus, g litera in c mutata: ſicut pro vigeno vicenum. Capitur autem tricenum pro tricenteno, à trecentis per ſyncopam.

TRICEPS, tricipitis, o.g. Trium capitum.

TRICHILVM, trichili, n.g. Vas eſt habẽs tria labra, è quo liquor efflui poteſt. De quo & apud Cæſarem, in cõment. belli Pompeiani, & apud Columellam fit mentio.

TRICIES, aduerbium, Par trente fois.

TRICLINIVM, triclinij, Latinè discubitoriũ dici potest. Est enim locus in quo discũbebant & cœnabant præcipuè in cõuiuium accepti: à tribus lectis, quos sternebãt, contiguis. nã tres mensas in cõuiuio apponere veteres solebãt, & iacendo cœnare, vt Turcæ hodie faciunt. Τρῆς enim, tres: κλίνη lectus dicitur. Hinc Horatius, Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos, è quibus vnus auet quauis aspergere cũctos Præter eum qui præbet aquam. Iuuenalis, Ergo duos post Si libuit mẽses neglectum adhibere clientem, Tertia ne vacuo cessaret culcitra lecto, Vnà simus ait. Virg. Inde toro pater AEneas sic orsus ab alto.

Triclinium, Quintilianus locũ intellexit, dum ait, Vix eo limen egresso, tricliniũ illud supra cõuiuas corruit. Apuleius lib. x, Iam denique cœnati è triclinio domini decesseramus.

Triclinarius triclinarii, Minister qui in triclinio ministrat.

Triclinarius triclinaria triclinarium. & Triclinaris & hoc triclinare, Quod ad triclinium pertinet. Vt mappæ triclinariæ, & lecti triclinarij.

Triclinarium triclinarij, n.g. Idem quod triclinium. Plin. lib. 1x, Qua purpura quis nõ (inquit) triclinaria facit?

TRICOLON, Græcè, Latinè trimembre dicitur.

TRICO, triconis, m.g. Morosus, & ad ridendũ durus. Alij exponũt triconem, cõtentiosum, & litium peramantem. Iulius Capitolinus in AElio Vero, Fertur & nocte perpete alea lusisse, cum in Syria cõcepissẽt id vitiũ, atque in tantũ vitiorũ Graianorũ & Neronianorũ ac Vitellianorum fuisse æmulum, vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obtecto capite cuculione vulgari viatorio, & cõmisceretur cum triconibus, & committeret rixas, dissimulans quis esset: sæpe afflictum liuida facie rediisse, & in tabernis agnitum cum sese absconderet.

TRICORNIVM, tricornii, Quod tria cornua habet.

TRICVS, trici, Gemma est, quæ licet nigra sit, tres tamen succos refert: à radice nigrum, à medio sanguineum, à summo candidum.

TRIDENS, tridentis, o.g. Quicquid habet tres dentes. Dicitur etiam Neptuni sceptrũ.

TRIDVVM, tridui, neut.gen. Spatium trium dierum. Terent. in And. 2.6.9, Nihil hercle, aut si adeò, bidui, aut tridui est hæc solicitudo. Plinius epist. 62.b, Et qui audire triduo velint, inueniuntur.

Triduanus triduana triduanum, Triduanas inducias legimus.

TRIENNIS, & hoc trienne, Trium annorum. Qui ha trois ans.

Triennium trienni, n.g. Spatium trium annorum.

Triennalis & hoc triennale, Qui est de trois ans.

TRIENS, trientis, m.g. Genus nummi, tertia pars assis. Iuuenalis, Nec habet infœlix quod porrigat ore trientem.

Triens, Genus vasis. Persius, Calidúmque trientẽ Excutit è manibus. Propertius, Cum fuerit multis exacta trientibus ora.

Trientes, siue quod idem est Trientalis materia, apud Victruuium, nomen habẽt à mensura, quòd asseres instrumenti eius trientali, hoc est crassitudine quatuor vnciarum essent.

Trientalis herba, à mensura dicta est, id est, quæ folio trientem æquet amplitudine.

Triental trientalis, n.g. Vasis genus, tertiam partem sextarii capiens. Persius, Calidúmque trietal Excutit è manibus. Nonnulli legunt, trientem.

TRIERIS, huius trieris, fœ.gen. Nauis magna, quæ Græcè Durachum, à tribus sessionibus, latinè triremis.

Trierarchus trierarchi, m.g. Præfectus trieris. Cic. in Verrẽ, act. 3, Qua de re Charidemũ Chiũ testimonium priore actione dicere audistis sese cum esset trierarchus.

TRIETERIS, huius trieteris, m.g. Spatium trium annorũ. Stathius lib. 4. Theb. Ludus & atra sacrum recolet trieteris ophetem. Martialis, Aspicis vt paruus nec adhuc trieteride plena Regulus, auditum laudaret ipse patrem.

Trietericus trieterica trietericum, Triennalis. à τρῆς, & ἔτος annus. Hinc

Trieterica appellata sunt sacra Bacchi, quia triennalia, quæ terno quoque anno sumptuosiora annis eius orgiis agitabantur.

TRIFAVX, trifaucis, Tres fauces habens.

TRIFARIAM, Aduerbium, En trois sortes & manieres. Suet. in Vitell. cap. 13, Sed vel præcipuè luxuriæ, sæuitiæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat.

TRIFERVS, trifera, triferum, Quod ter fructus producit. Plin. lib. 16. cap. 27, Vites qui,

dem & triferæ ſunt, quas ob id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſcunt, alia florent.

TRIFOLIVM, trifolii, n.g. Herba quę inuenitur in fragoſis locis. efficaciſſima traditur cõtra viperæ venenũ, odoris grauiſſimi, neque abſimilis bitumini. Et idcirco Græci eam aſphaltion appellãt: noſtri autem propter figuram acutam, trifolium vocant. non longis & hirſutis foliis viret, caulémque robuſtiorem facit, quàm pratenſe. Vide Plinium abundè de hoc tractantem, lib. 21. cap. 21.

TRIFVR, trifuris, o.g. Pluſquam fur. Plaut. Non fur, ſed trifur.

Trifurcifer, Pluſquam furcifer. Plaut. in Aulul. 9.47, Vituperas me. A. etiam fur trifurcifer. Et in Rudente, 18.27, Tún' trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

TRIGA, trigæ, fœ. g. Quaſi triaga, à tribus equis iunctis: currus dicitur, qui à tribus equis trahitur. In digeſt. lib. 21, Et ſi triga venierit, retinenda erit rota: & ſi quadriga adhibeatur.

Trigarium trigarii, n.g. Trigarum curule certamen. Plin. lib. 28, Ferunt Neronem principem hac potione recreari ſolitum, cum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.

TRIGEMINVS, trigemina, trigeminum, Idem quod tres. Plin. de viris illuſt. 4. a, Tullus Hoſtilius quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat, rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit. Columella lib. 8. de capella, Parit autem, ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nonnunquam trigeminos. Plaut. in Capt. 3.22, Vel extra portam ire trigeminam ad ſacculum licet.

TRIGEMMIS, huius trigemmis, m.g. Quid ſignificet, Columella lib. 3. cap. 19, declarat his verbis, Vallis (inquit) & vliginoſi campi ſitu ſerimus etiam trigemmem, qui eſt paulò minor dodrante, longior vtique ſemipede. iſque non ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt, cum ferè circa plagam, qua matri abſciſſus eſt, plenus ſit gemmarum: ſed quòd his exceptis, quibus eſt frequens in ipſo capite, tres deinceps articulos, totidémque gẽmas habet.

TRIGESIMVS, trigeſima, trigeſimum, Trentieme.

TRIGINTA, indeclinabile nomen numerale. Trente.

TRIGLA, triglæ, m.g. Genus piſcis, qui à noſtris mulus dicitur & barbio. Hinc

Trigles triglis, Lapillus qui mulis colorem habet. Plin. lib. 37. cap. x1. de gemmis loquẽs, Ab animalibus cognominatur carcinias marini cancri colore, echites viperæ, ſcorpites ſcorpionis aut colore aut effigie, ſcarites ſcari piſcis, triglites muli.

TRIGO, trigas, trigare, Stringere

TRIGON, trigonis, Pilæ genus, & turtur.

Trigonia trigoniæ, AEtas tertia.

TRIGONVS, trigoni, m.g. Triangulus, triangularis.

Trigonalis & hoc trigonale. Trigonalis forma, quæ tribus lineis conſtat.

TRILINGVIS, & hoc trilingue, Qui tres linguas habet. vel qui vnũ dicit, & aliud cogitat.

TRILIX, trilicis, f.g. Veſtis quæ ex tribus liciis conſtat.

TRIMVS, trima, trimum, Quod eſt trium annorum, De trois ans. Plaut. in Rud. 18.36, Trima quæ periit mihi, iam tanta eſſet, ſi viuit, ſcio.

Trimulus trimula trimulum, Diminutiuum.

Trimatus, trimatus, trimatui, m.g. Le temps de trois ans.

TRIMETRVM, trimetri, n.g. Carmen ex tribus pedibus conſtans.

TRIMESTRIS, & hoc trimeſtre, Quod eſt trium menſium.

TRIMODIVS, trimodii, m.g. Meſure de trois muys. Plaut. in Menæh. 2.4, Nũc argumẽtum vobis demenſum dabo, non modio neque trimodio, verùm ipſo horreo.

TRINEPOS, trinepotis, m.g. Abnepotis filius, quòd ſit poſt tres à nepote.

TRINVS, trina, trinum, Idem quod tertius. Plaut. in Bacchid. 5.50, Etiámne eſt quid porro? c. hem, accipe, trina nunc hæc erit.

Trinus pro ternus aliquãdo legitur. Suet. in Nerone, cap. 56, Detecta confeſtim coniuratione, pro ſummo nomine, triniſque in die ſacrificiis colere perſeuerauit. Id eſt tribus.

Trinundinus dies, vel, trinundinum, ſiue trinumnundinum dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antea ſolebat, vt notior eſſet vniuerſis. Idem enim eſt dicere, Trinũdino, & tertiis nundinis, & in trinũdinum, hoc eſt in tertias nundinas. Sunt qui putent trinundinum eſſe trium dierum ſpatium ad habenda comitia creandorũ magiſtratuum cauſſa: Sed Feſtus ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo, quod eſt populum ad cõciliũ aut comitia vocare.

Alii non pro trium dierum ſpatio, ſed pro loco accipiunt, quòd tribus in locis vno die fierent comitia: aut tribus diebus vno in loco celebrarentur.

TRIOBOLVS, trioboli, m.g. Tres obolos valet, Ceſt dixhuit tournois ou enuiron, vng ſolz & demy, la moytie dune drachme. Ideò à Græcis hemidrachmiũ dicitur. Plaut. in Bacchid. 5.26, Negare ſeſe debere tibi triobolum. Idem in Rud. 23.94, Nunquam hercle hodie abiudicabit ab ſuo triobolum.

Trioboli homo, Genitiuus græcè enuntiatus. Plaut. in Pœn. 4.159, Non ego homo trioboli ſum, niſi ego illi maſtigiæ exturbo oculos atque dentes. Trioboli hominẽ vocat vocabulo monoptoto, vt nauci hominem antiqui dixerunt, & frugi. Idem alio in loco, Aruſpex nõ homo trioboli.

Triobolaris & hoc triobolare, Id eſt vilis, & pretii trium obolorum.

TRIONES, quaſi teriones, boues aratorii. Vnde ſeptem ſtellas, ſeptẽtriones noſtri veteres à bobus iunctis appellarunt, ex quibus figurantur.

TRIOPHTHALMVS, triophthalmi, m.g. Lapillus trium oculorũ effigiẽ præſeferens.

TRIORCHIS, Auis eſt ex accipitrum genere, à teſtium numero.

TRIPARCVS, triparca, triparcum, Valde parcus. Plaut. in Perſa, 7.14, Nam id demũ lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, auidos, aridos bene admordere.

TRIPEDANEVS, tripedanea, tripedaneũ, Qui eſt de trois pieds. Columella lib. 4, Tripedaneis relictis ſpatiis, per quæ ſemina excoluntur.

TRIPLEX, triplicis, o.g. Quod eſt trium plicarum, Qui ha trois doubles.

Triplex modus, Trois ſortes & manieres. Plaut. in Pſeud. 16.9, Nunc in metu ſum maximo, triplici modo.

Triplex ſumitur pro quodã tabellæ genere, in quo ſcribi epiſtolæ ſolebãt. Martialis, Tũc triplices noſtros, non vilia dona putabis, Cum ſe venturam ſcribet amica tibi.

Triplus tripla triplum, Idem quod triplex.

Triplaris & hoc triplare. Triplaris numerus dicitur, cum ex duobus minor ter in maiore numeratur, vt ſunt tria ad vnum.

Tripliciter, aduerbium, Trois fois au double, ou en trois manieres.

Triplico, triplicas, triplicare, Mettre en trois doubles.

TRIPOLIVM, tripolii, n.g. Herba, quam nos Saliuncam dicimus.

TRIPODA, vide TRIPVS.

TRIPONDION, tripondii, Pondus trium aſſium.

TRIPVDIVM, tripudii, n.g. Quaſi terripauium: ſic enim primo dictũ eſt. poſt terripudium, deinde tripudium eſt dictum: à pauio, ferio. Vnde tripudia ſoliſtima dicebãtur auguria quæ fiebant, quoties offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in ſolum. ita enim à ſolo ſoliſtimum, vt à medio mediaſtimum dicitur. Cum igitur offa ex ore pulli eciderat, tum auſpicanti tripudium ſoliſtimum nuntiabatur.

Tripudium, Saltatio etiam dicitur, Danſe. Liuius, Ferre, ac per vrbem ire cum tripudiis, ſolennique ſaltatu iuſſit.

TRIPVS, tripodis, m.g. vel tripoda tripodæ, Dicitur omne quod habet tres pedes. Tripodes erant menſæ in templo Apollinis Delphici, quibus ſuperponebant phœbades, quæ & cortinæ dicebantur, & vaticinabantur. Plin lib. 33, Ex ære factitauerunt & cortinas tripodũ nomine delphicas.

Tripodibus Græci donabant viros fortes: quia non facile ſuccumbant. Virg. lib. 10, Et tripodas geminos auri duo magna talẽta. Horat. lib. 1. Carm. Donare tripodas præmia fortium Graiorum.

TRIQVETRA, triquetræ, f.g. Figura triangularis. Vel triquetrum triquetri, n.g. Plin. lib. 2. cap. 15, Poſtea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à partibus centum viginti ſtationes matutinas faciunt.

Triquetra dicta eſt Sicilia. Horatius, Quid militibus promiſſa triquetra?

Triquetrus triquetra triquetrum. Sylius lib. v, Hunc AEtnæa cohors triquetris quam miſerat oris.

TRIREMIS dicitur quam vulgus galeam vocat, Nauis tres remorum ordines habens. Vne galee, ou galere. Plin. lib. 7. cap. 56, Triremẽ Thucydides Amoclẽ Corinthiũ author eſt.

TRISTEGVM, triſtegi, n.g. Tertiæ contignationis cœnaculum, Chambre du troiſieme eſtage, nam στέγαι, cœnacula dicuntur ſupremæ contignationes, ſiue ſuperiores.

TRISTIS, & hoc triſte, Mœſtus dicitur. Triſte. Donatus, Triſtis, animo: truculẽtus, vultu. Virg. Triſtis at ille tamen cantabitis Arcades inquit.

Triſtis, Sæuus aliquãdo dicitur: quòd triſtitia in fronte hominis, crudelitatis, grauitatis, iræ, minarũ, ſtudii, difficultatis indiciũ eſt. Virg. in 2. AEneid. Illi mea triſtia facta, Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Triſtis, Grauis. Cic. Qui numero optimatũ & principum reliquit grauitatis ſuæ illum triſtẽ & plenum dignitatis. Plin. in Paneg. 66, Nunquã principibus defuerunt, qui fronte graui & triſti ſupercilio vtilitatibus fiſci contumaciter adeſſent.

Triſtis, Iratus. Lucilius, Timeo certè ne mihi ſit triſtior.

Triſtis, Minax. Virg. Hiſque adytis hæc triſtia dicta reportat.

Triſtis, Doctus. Lucilius, Addo eoſdem triſtes ac ſeueros philoſophos. Cic. Iudex triſtis ac integer. Dònatus in illud Terẽtij, Triſtis ſeueritas ineſt in vultu: Ad laudẽ interdũ, inquit, non ad amaritudinem ſumitur triſtis, citans locum iſtum Ciceronis.

Triſtis, Difficilis. Cic. in Catone, Facilius in morbos incidunt, adoleſcentes grauius ægrotãt, triſtius curantur.

Triſtis, Horridus. Martialis, Amator ille triſtium lacernarum.

Triſtis, Inuitus, non libenter, authore Donato. Terent. in Eunucho, 4. 1. 8, Inuitat triſtis, manſit ibi. A regret, contre ſon vouloir.

Triſtis, Triſti ſimilis, faiſant ſemblant deſtre triſte, den eſtre marri, inquit Donatus. Terent. in Eunucho, Sto expectans, ſi quid mihi imperẽt: venit vna, Hem tu, inquit, Dore, cape hoc flabellum, &c. accipio triſtis.

Triſto, triſtas, triſtare, Contriſter aucun.

Triſtor triſtaris, triſtari, Deponens.

Triſtitia, triſtitiæ, f. g. Triſteſſe.

TRISVLCVS, triſulca, triſulcum, Id eſt trifidum, hoc eſt tres acies habẽs: & à tribus partibus ſcindens, Tranchant de trois coſtez. Virg. Et linguis micat ore triſulcis.

TRISYLLABVS, triſyllaba, triſyllabum, Hoc eſt trium ſyllabarum.

TRITAVVS, tritaui, maſc. gen. Plautus in Perſa, 3. 4, Pater, auos, proauos, abauos, attauos, tritauos.

TRITICVM, tritici, Quod tritum eſt ex ſpicis. Du froument. Plin. lib. 18. cap. 8. Tritici ſemine auidius nullum eſt, nec quod plus alimenti trahat. Ibidem, cap. 10. Fertiliſſima tritici genera, ramoſum, aut quod centigranum vocant.

Triticeus, triticea, triticeum, Qui eſt de froument. vt panis triticeus.

TRITO, tritas, tritare, Frequentatiuum à Tero teris, minutim terere.

TRITVRO, trituras, triturare, Significat terere: & ad ſegetes pertinet. Battre le grain a laire.

Tritura, trituræ, f. g. Baſture en granche. Virg. Magnáque cum magno veniet tritura calore.

TRIVENEFICA, triueneficæ, f. g. Plaut. in Aulul. 5. 8, Mirum quin tua nunc me cauſſa faciat Iuppiter Philippum regem, aut Darium triuenefica.

TRIVIVM, triuii, n. g. Locus in quo tres viæ ſunt.

Triuium, Locus frequens, quo antiqui conuenire ſolebãt. Catul. Omnibus in triuijs vulgetur fabula paſſim.

Triuia erant etiam ruſticorum ſacris attributa. nam illic oues cædebantur, & ſerta appendebantur. Tibullus, Nam veneror ſeu ſtipes habet deſertus in agris, Seu vetus in triuio florida ſerta lapis.

Triuialis & hoc triuiale, Quod in triuio fit, vel quo in triuijs vtebãtur. vt verba triuialia, Id eſt inculta, & parum elegantia. Suet. de claris Rhet. 5, Tum ne vſquequaque ſcholaſticus exiſtimaretur, circũciſè ac ſordidè, & tantummodo verbis triuialibus egit.

Triuialis ſcientiæ magiſtri à Quintiliano dicuntur, qui in triuijs docent.

Triuialis lingua, Vulgaris, qua in triuijs pueri grammaticam diſcentes vtebantur.

Triuialiter, aduerbium, Quod ſignificat paſſim, vulgo, Communement, Selon le commun.

TRIVMPHVS, triumphi, m. g. Quidam Græcum putant. nam θρίαμβον appellant Græci: nos aſpiratione ex prima in nouiſſimam ſyllabam tranſlata, & b mutata in p, dicimus triumphum. Varro, à Baccho huius rei inuẽtore. Tranquillus dici exiſtimat triumphũ, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur. Primo enim exercitus de triumpho diſcernẽdo duci iudicabat: ſecundo ſenatus: tertio populus. Erat autem triumphus omnium hono-

rum qui à populo Romano dari ſolebat, maximus. nã illa pompa ſolẽnis erat, quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria.

Qui triumphabant apud Romanos, equis albis vehebantur curru inaurato, capite coronato lauro: & ante ipſum triumphantem victus hoſtis oneratus colla catenis, & præeunte ſenatu Capitolium aſcendebãt ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo, domum redibant.

Triumpho triumphas, triumphare, Triumphum agere. Plin. de viris illuſt. 61, Ex quibus tres conſules, vnum etiam triumphantem vidit.

Triumphauit Achæos, Id eſt victis Achæis, triumphauit. Plin. de viris illuſt. 61, Achæos bis prælio fudit: triumphandos Mummio tradidit.

Triumphare de. Plin. de viris illuſt. 43, Conſul de Liguribus triumphauit. Cic. in Catone, Curius cum de Samnitibus triumphaſſet.

Triumphare, Exultare. Cæſar, Quod eueniſſe nobis gaudeo & triumpho. Terent. in Heaut. 4. 2. 5, Triumpho, ſi licet me latêre tecto, abſcedere. Ie ſuis fort ioyeulx. Idem in Phorm. 3. 3. 10, Non triumpho ex nuptijs tuis, ſi nihil nanciſcor mali. Idem in Eunucho, 3. 1. 4, Aín' tu læta eſſe G. non tam ipſo quidem dono, quàm abs te datum eſſe, id verò ſeriò triumphat.

Triumphans triumphantis, Participium. Cic. Philipp. 14, Cum heſterno die propter eorũ res geſtas me ouantem & propè triumphantem populus Romanus in Capitolium domo tulerit.

Triumphatus triumphata triumphatũ, De quo triumphatũ eſt. Virg. lib. 4. Georg. Biſque triũphatas vtroque ab littore gentes.

Triumphatus, triumphatus, triumphatui, m. g. Ipſa triumphatio. Plin. Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

Triumphator triumphatoris, m. g. Qui triumphat, vel qui aliquando triumphauit.

Triumphalis & hoc triumphale, Quod ad triumphũ pertinet. Vnde triumphales coronæ quibus imperatores in triumphis coronabantur.

Triumphalis vir, Qui triumphauit. Suet. de Auguſto, Solos triumphales, quanquam & ſocios expeditionum & participes victoriarum ſuarum, nunquã donis impartiendos putauit: quòd ipſi quoque ius habuiſſent tribuendi ea quibus vellent.

Triumphalis porta Romæ dicta eſt, quòd per eam triumphi agerentur.

TRIVMVIR, triumuiri, maſc. g. Nomen magiſtratus, quem tres collegæ adminiſtrabant.

Triumuiri triplices fuêre: Capitales, Menſarii, Nocturni.

Triumuiri capitales (inquit Pomponius de orig. iuris) conſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiam haberent, & cum animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Valerius lib. v, Tam admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo cuſtode ad triumuirum, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad conſilium iudicum perlata. Liuius, Triumuiris capitalibus mandatum vt vigilias diſponerent per vrbem.

Triumuiri menſarii. Liuius, Triumuiri menſarii creati ſunt: hique nũmulariis & monetæ omnis generis & formæ curſoribus præerant.

Triumuiri nocturni. Cornelius Tacitus, Triumuiri nocturni quod ad dicendum in ſacra via ortum tardè venerant, à tribuno plebis die dicta damnati ſunt.

TRIVNCIS, & hoc triunce, à tribus vnciis dicebatur quadrãs. Vnde triunciũ, quod trium vnciarũ eſt.

TROCHAEVS, trochæi, m. g, Pes celer, & volubilis, quòd rotatim & celeriter diceretur. nã τροχός, latinè rota dicitur. à Mercurio repertus. tenet locũ vltimũ in carmine exametro, cõſtátque ex duab⁹ ſyllabis, prima longa & vltima breui. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ τρέχειν, id eſt, à currẽdo: quia curſum ſuũ habet de longa ſyllaba in breuem. à Græcis τροχαῖος appellatur.

TROCHILOS, Parua auis, réxq; auiũ dicitur, qui alio nomine regul⁹, ſiue vt Suetoni⁹ ait, regaliolus. Plin. lib. x. cap. 74, Aquilæ & trochilus (ſi credimus) quoniã rex appellatur auiũ.

Trochulus trochuli, m. g. Diminutiuũ. Plaut. in Amphit. 3. 144, Tum meo patri autẽ trochulus inerit aureus ſub petaſo. Exemplaria deprauatè legunt torulus.

TROCHLEA, trochleæ, f. g. Totã illã machinationẽ ſignificat, quæ cõtinet rotulã & apiculũ per rotulã traiectũ circa quem rotula verſatur, & præterea ductariũ funem, qui circa orbiculũ æneũ currit, qualem in puteis videmus, quam poliam vocamus. Vne polie. Huiuſmodi meminit Cato de re ruſtica, In inſtrumẽto torcularis, in quo ſuculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere eſſe tradit.

Metaphoricῶς vſus eſt Quintilianus lib. xi, his verbis, Iam tuſſire & expuere crebrò, & ab imo pectore pituitam trochleis adducere, etſi non vtique vocis ſunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, huic loco potiſſimum ſubiiciantur.

TROCHVM, trochi, n.g. Genus ſellæ, teſte Feſto.

TROCHVS, trochi, m.g. Turbo quo luſitãt pueri, Vng toupil, ou toupie, vng ſabot. À rotando dictus: nam τρόχω curro ſignificat. Et trochus rota, reuolutio: quæ rota (inquit Acron) à ludentibus pueris ſcutica agebatur.

Trochiſcus trochiſci, m.g. Parua rota. Vnde compoſitiones quædam medicorũ in formam rotulæ, trochiſci dicuntur.

TROPEVS, tropei, m.g. Dicitur quaſi verſarius, qui alios vellicat, infeſtat, & ne deprehendatur cõuertit ſe. Suet. in Claudio, Et quoties poſt cibũ obdormiſceret, olearum ac palmularũ oſſibus inceſſebatur. Interdum ferula, flagróve, velut per ludum excitabatur à tropeis. τρέπω enim ſignificat verto: & τροπὴ verſionem.

Tropei venti, Qui è mari redeũt. Plin. lib. 2. cap. 43, Nanque vt è fluminibus, & è niuibus, & è mari videmus etiam tranquillo, & alios quos vocant altanos, è terra conſurgere ventos. Qui quidem cum è mari redeunt, tropei vocantur: ſi pergunt, apogei.

TROPHAEVM, trophæi, n.g. Feſtus, Trophæi ſignificantiã propriã Varro Bigarmo oſtẽdit: Ideò fuga hoſtiũ, græcè vocatur τροπὴ. Hinc ſpolia capta fixa in ſtipitibus appellantur trophæa. Virg. lib. xi, Mezenti ducis exuuias tibi magne trophæum Bellipotens aptat rorãtes ſanguine criſtas, Telaque trunca viri, & bis ſex thoraca petitum, Perfoſſúmque locis, clypeúmque ex ære ſiniſtræ Subligat, atque enſem collo ſuſpendit eburnum.

Trophæum pro victoria, ſeu pro virtute qua parta eſt victoria, accipitur.

TROPVS, tropi, m.g. Dici poteſt modus, figura, cõuerſio. Et definitur à Quintiliano, quòd ſit verbi vel ſermonis à propria ſignificatione ad aliam cum virtute mutatio.

Tropicus tropica tropicum, Figuratiuus.

TRVA, truæ, f.g. Vaſis genus, à terendo dicitur, quaſi terua, quam nos diminutiuè trullã dicimus. Siue, vt Varro docet, à tranſuolãdo, traijciendóve, quòd per eam aqua traijciatur.

Trulla trullæ, diminutiuũ. Varro, Trulla ad ſimilitudinem truæ: illa magna, & hæc parua. Trullæ, quæ è culina in lauatrinam aquam fundunt.

Trulla, Vas in quo vẽtris onus deponitur. Vng pot a piſſer. Martialis, Clinicus Herodes trullam ſubduxerit ægro.

Trulla, Vas latũ profundúmque, quod in menſam plerunque cõferri ſolet. Quod licet potui ineptũ videatur, tamen vſurpatũ fuiſſe legimus. Horat. Qui Veientanũ feſtis potare diebus Cãpana ſolitus trulla, vappámq; profeſtis. Iuuenalis, Si trulla inuerſo crepitũ dedit area fundo. Hic bibacem arguit, quòd in trulla bibat: ineptũ quòd crepit? inter bibendũ edat. Plin. Sunt ergo vaſa tantum Corinthia, quæ iſti elegantiores nunc æs ſculpendo tranſferũt modo in lucernas, modo in trullas, nullo munditiarũ deſpectu. Plaut. in Amphit. 16. 21, Lances detergam omnes, omnéſque trullas hauriam.

Trulla, Cœmentarij inſtrumentũ, quo fabri murarii, tectoriis linendis, complanandíſque delutare ſolent. vt non ſolum parietes pulchritudinem accipiant, ſed & fortitudinem contra iniuriam imbrium & creberrimas tempeſtates. Vne truelle.

Truliſſo, truliſſas, truliſſare, apud Victruuium legitur.

TRVCIDO, vide TRVX.

TRVCVLENTVS, vide TRVX.

TRVDO, trudis, truſi, truſum, trúdere, Violentia quadam expellere. Poulſer. Plaut. in Amphit. 15. 16, Et pugnata illac pugna, frater trudebat fratrem haſta. Idem in Aſin. 10. 30, Næ ille ecaſtor hinc trudetur largus lachrumarũ foras. Idem in Capt. 12. 92, Vis hæc quidem hercle eſt, & trahi, & trudi ſimul.

Fallacia alia aliam trudit, Vne tromperie chaſſe lautre. Terent. in And. 4. 4. 40.

Trudere tenebras, Id eſt, obijcere. Plaut. in Epid. Quæ te intemperiæ tenent? quas tu mihi tenebras trudis?

Truſatilis, & hoc truſatile, Quod truditur. vt mola truſatilis, id eſt mola manuaria, quòd manibus trudatur, id eſt, pellatur.

TRVLLA, trullæ, f.g. Vide TRVA.

TRVNCVS, trunci, m.g. Pars arboris quæ ramis trũcatis ſuperſtat. Tronc. Columella lib. 4, Vt ex his partibus trunci ſumantur, quæ & genitales ſunt, & maximè fertiles.

Truncus trunca truncum, Quod eſt truncatum. Ouid. Trunca manu. Columella lib. 3, Cum deinde truncam reddideris, acuto ferramento plagam lenito.

Trunco, truncas, truncare, Couper.

TRVTINA, trutinæ, f. g. Statera. Horatius, Trutina ponderis eadem. Victruuius lib. 2, Id autem ex trutinis quæ ſtateræ dicuntur, licet conſyderare. Vne balance.

Trutina, per tranſlationem ponitur pro iudicio. Cic. lib. 2. de Oratore, Ea probando quæ nõ artificis, ſed populari quadam trutina examinantur.

Trutinã Cornutus ſcribit foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilãcis ad quod eſt examinatio, quod alii æquamentum, alii libramentum, alij æquilibrium vocant.

Trutino, trutinas, trutinare, Ex animo penſiculare, Penſer, peſer les mots, & les conſyderer.

Penſiculor penſicularis, penſiculari, Deponens, Idem. Perſius, Atque exporrecto trutinãtur verba labello.

TRVX, trucis, o. g. Ferox, crudelis. Plaut. in Bacch. 23. 25, Arietes truces nos erimus. Idem in Truc. 1. 5, Vi magna ſeruos eſt, ac trucibus moribus, lupæ ne rapiant domini parſimoniã.

Trucitas, trucitatis, f. g. Crudelitas.

Truciter, aduerbium. Crudeliter.

Truculentus truculenta truculentum, Cruel. Qui vultu crudelitatem præſefert, alióſque terret. Plaut. in Aſin. 8. 21, Truculentis oculis, commoda ſtatura. Terent. in Adel. 5. 4. 12, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.

Trucido trucidas, trucidare, Crudeliter necare. Virgilius, Fit via vi, rumpũt aditus, primóſque trucidant

T V

TV, tui, vel tis, tibi. Toy. Terẽt. in Heaut. 5. 4. 11, Crede, & noſtrũ te eſſe credito. Plaut. in Amphit. 6. 31, Lachrumantem ex abitu, cõcinnas tu tuã vxorem. Idem in Trin. 6. 30, Ni mio ſatius tui opus eſt te ita eſſe, quàm vt animo lubet.

Tibi eidem. Plaut. in Merc. 3. 71. Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis.

Tibi eſt domi. Plaut. in Truc. 4. 80, Éſtne intus nũc Phroneſiũ? A. tibi quidem intus.

Túne. Plaut. in Amphit. 8. 124, Tún' me heri aduenìſſe dicis? AL. tún' te abìſſe hinc negas?

Tutu. Plaut. in Moſtell. 13. 17, Egóne? A. tutu.

Tute, Toymeſme. Plaut. in Amph. 8. 113, Regémque Pterelã tute occideris. Idem in Truculent. 4. 24, Tute quid agis? Idem in Bacchid. 5. 30, Tute dederas. Terẽt. in Eunucho. 1. 1. 19, Et quod nunc tute tecum iratus cogitas.

Tuopte, ablatiuus, compoſitum à tuus & pte ſyllabica adiectione. Plaut. in Mil. 10. 11, Tuopte conſilio occludunt linguam. De ton prope cõſeil. Idem in Capt. 7. 11, Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.

TVBA, tubæ, f. g. Inſtrumentũ muſicũ vulgo notum, à tubo canali ſic dicta. Vne trompe, ou trompette. Nam ex lignis tubæ fiunt & ex cornib⁹. Et quæ ex ære ſunt, tubæ ductiles appellantur: quæ ex ligno vel cornu, ligneæ vel corneæ. Tuba vtuntur milites ad excitandos animos in prælium.

Tubicen tubicinis, m. g. Qui tuba canit. Vng trompeteur.

TVBER, tuberis, n. g. Tumor quidam rotundus in quocunque corpore. Terent. in Adel. 2. 2. 37, Præterea colaphis tuber eſt totum caput.

Tuber, Durities illa in arboribus extãs ad nodi ſimilitudinem. Plin. Reperitur & in alno tuber, tanto deterius, quanto ab acere alnus ipſa diſtat.

Tuber, Genus cibi collectum ex tumentibus & quaſi prægnantibus arenis. à tumore dictũ. Plin. lib. 19. cap. 2, Et quoniã à miraculis rerum cœpimus, ſequemur eorum ordinẽ, in quibus vel maximũ eſt aliquid naſci, aut viuere, ſine vlla radice: Tubera vocantur hæc, vndique terra circundata, nulliſque fibris nixa, aut ſaltem capillamẽtis, nec vtique extuberãte loco in quo gignũtur, aut rimam agente, neque ipſa terræ cohærẽt. Cortice etiã includuntur, vt planè nec terrã eſſe poſſimus dicere, neq; aliud quàm terræ callũ. Siccis hæc ferè & fabuloſis locis frutetoſiſque naſcũtur. Excedũt ſæpe magnitudinẽ mali cotonei, etiã librali põdere. Duo eorum genera, arenoſa dentibus inimica, & altera ſyncera. Diſtinguũtur & colore, ruſſo, nigróque, & int⁹ cãdido. Laudatiſſima quæ Africæ creſcũt. Idem capite ſequẽti, Cũ fuerint imbres autumnales, aut tonitrua acerba, tũc naſci, & maximè è tonitribus, nec vltra annũ durare, tenerrima autem verno eſſe. Martialis, Rumpimus altricem tenero de vertice terram Tubera, boletis poma ſecunda ſumus.

Tuber, genere maſculino legitur apud Suetoniũ, Pridie(inquit)quàm periret, cum oblatos tuberes ſeruari iuſſiſſet.

Tuberculum tuberculi, n.g. Diminutiuum.

Tubero, tuberas, tuberare, Tubera facere ſeu proferre.

TVBVRCINOR, tuburcinaris, tuburcinari, Raptim comedere, authore Nonio. Titinnius, Tuburcinari ſine me vultis reliquias. Plaut. in Perſa, 4.41, Lubido extemplo cœpere eſt conuiuium, tuburcinari de ſuo, ſi quid domi eſt.

TVBVS, tubi, m.g. Canalis fictilis, qua aqua deducitur. Vng tuyau de fontaine. À tumore. Tubos etiam viſcerum dicimus.

Tubulus tubuli, m.g. diminutiuum. Vng petit tuyau.

Tubulum aliquando vocamus auenam quæ & cicuta appellatur, Græcè ſiphon.

TVDITES, Mallei, à tundendo dicti, inquit Feſtus. Inde & cuidam cognomen Tuditano fuit, quòd caput malleo ſimile habuerit.

Tudicula tudiculæ, Inſtrumentũ ſiue ſtylus, quo vaſis ſigna imprimũtur. Quidã etiã accipiũt tudiculã pro cocleari maiori, quo ad carnes & iuſcula è cacabis extrahenda vtuntur.

Tudiculo tudiculas, tudiculare, Imprimere, ac ſculpere.

Tudiculare per tranſlationem ponitur pro cõmouere. Varro, Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculaſſe vetulam.

Tudito, tuditas, tuditare, Lucri gratia negotium agere. Ennius, Nec tuditantes rem ceſſant extrinſecus vllam.

TVEOR, tueris, tutus, vel tuitus ſum, tueri, Defendere. Ouid. Non minor eſt virtus quàm quærere, parta tueri. Quintil. in declamatione cæci, Tuitus ſum adoleſcẽtis miſerrimi cauſſam. Cic. de Amicitia, 46, Neque eſt enim inhumana virtus, neque immunis, neque ſuperba, quæ etiam populos vniuerſos tueri, eiſque optime conſulere ſoleat.

Tueor pro video aliquando accipitur. Virg. Talia dicentem iamdudum auerſa tuetur. Id eſt, huc atque illuc voluens oculos.

Tutor tutaris, Frequentatiuum, Id eſt tueor. Plaut. in Rud. 17.25, Vos tutabor. Terent. in Hecyræ prologo, 42, Ego interea meum non potui tutari locum. Idem in Hecyra, 5.1.8, Nam mores facile tutor.

Tutor tutoris, m.g. Defenſor pupilli. Tuteur. Plaut. in Trucul. 18.6, Video eccum qui ſuis tutorem me adoptauit bonis.

Tutela tutelæ, Defenſio. Terẽt. in prologo Hecyræ, 52, Sinite impetrare me, qui in tutelã meã ſtudium ſuũ, & ſe in veſtram cõmiſit fidem. Plin. de viris illuſt. 74, Tutela eius M. Lucullo fratri permiſſa eſt.

Tuitus tuita tuitum, Participium.

Tuitio tuitionis, f.g. Nomen verbale, Defenſio. Macrobius lib. 2. Satur. Si talia vis videri tuitione pudoris.

Tutus tuta tutum, Nomen. vt tuta arx, Vne forteresſe ſeure. Et tutus ab hoſtibus, Hors du dãger des ennemis. Plaut. in Mil. 10.3, Nã opus eſt nunc tuto loco. Terent. in Phor. 5.3.35, Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. Et apud eundem in Heaut. 2.3.86.

Tutò, aduerbium, Aſſeurement, en aſſeurance. Plaut. in Amphit. 5.3, Patri vt liceret tutò illã amplexarier. Terent. in Heaut. 5.1.20, Loquere. S. at tutò. CH. loquere.

TVGVRIVM, tugurii, n.g. Dictum eſt quaſi teguriũ à tegendo, e in u mutata. Ruſtica habitatio, tecta ex vlua paluſtri. Et tugurij appellatione omne ædificium quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit, quàm vrbanis ædibus, ſignatur. Quæ autem ita ædificantur, vt nec parietem habeant, nec luto cruſtata ſint, ſed ſtramentis vel arundinibus, alióve ſimili genere teguntur, tuguria appellant. Vne loge.

Tuguriolum tugurioli, diminutiuum. Paruum tugurium. Logette.

TVLIT, vide FERO.

TVM, Copulatiuũ eſt, & ſequitur dictonẽ CVM. Cum, minus quiddã vel magis generale proponit: Tum verò, maius, vel minus generale, finitiuo ferè iũgitur. Cic. de natura deorũ, Cum multæ res in philoſophia nequaquam adhuc explicatæ ſunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) quæſtio eſt de natura deorũ. Sed hic duplex eſt verbum. Aliquando vnum tantum eſt, & cui adhęreat CVM. Cic. in Tuſcul. Cum multis locis noſtrorum hominum ingénia virtutéſque Brute ſoleo mirari, tum maximè in his ſtudijs, quæ ſerò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia tranſtulerunt.

Subiunctiuo modo aliquando iunguntur. Cic. Attico, Nos cum multum literæ, tum non minimum Idus Martiæ consolentur.

Nulli verbo aliquādo adhærent. vt in subiectis exemplis. Quintil. Quod opus tibi Marcelle Victori dicamus, quem cum amicissimū, tum eximio literarū amore flagrantem, dignissimum hoc mutuo inter nos charitatis pignore iudicauimus. Cicero Curioni, Qui cum suis virtutibus, tum verò te filio superasset omnium fortunas, si te antè vidisset, quàm à vita discederet. Idem in Verrem, Factum est vti cum summū in veteribus patronis multis, tum nonnullum etiam præsidium suis fortunis constitutum esse arbitrarentur.

Tum pro tunc aliquādo accipitur. Terēt. in Phor. 2.1.12, Quāobrē omnes, cum secūdæ res sunt maximè, tum maximè meditari secū oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant.

Tum geminatū in rebus paribus. Plaut. in Cistell. 2.1, Tum ante hac te amaui, & mihi amicā esse creui mea Gymnasium, & matrem tuam, tum id mihi hodie aperuisti, tu atque hæc.

Tum autem, pro ET. Terēt. in Eunuch. 2.3.11, Vt illum di, deæque seniū perdāt, qui me hodie remoratus est. méque adeò qui restiterim: tum autem qui illum non floccifecerim.

Tum autem, Præterea. Terēt. in Eunucho, Rogas? laborat è dolore, atq; ex hoc misera solicita est, diem quia olim in hunc sunt cōstitutæ nuptiæ. tum autē hoc timet ne deseras se.

Tum, Præterea. Terē. in prologo Eunuchi, 4, Si quisquā est qui placere se studeat bonis quamplurimis, & minimè multos lædere, in his poeta hic nomen profitetur suū. Tum si quis est qui dictum in se &c.

Tum demum, Id est, nouissimé. Virgil. lib. 12, Tum demum mouit arma deo. Finalement. Plaut. in Trinūmo, 11.36, Tum tu igitur demum adolescenti aurum dabis, vbi erit locata virgo in matrimonium. c. scitè hercle sané.

TVMBA, tumbæ, Locus concauus infra terram. Vnde & pro sepulchro poni consueuit.

TVMEO, tumes, tumui, tumere, Inflari, Estre enflé. Plaut. in Persa, 9.11, Quid hoc quod in collo tibi tumet? SA. vomica est, pressare parce.

Tumesco, tumescis, tumescere, Tumidum fieri. Senfler. Virg. lib. 1. Georg. Continuo vētis surgentibus aut freta ponti Incipiunt agitata tumescere.

Tumor tumoris, m. g. Inflatio, Enflure.

TVMVLO, vide TVMVLVS.

TVMVLTVS, tumultus, tumultui, m. g. Bruyt, foulle, trouble. Seruius, Tria genera olim militiæ fuerūt. Sacramētū quæ legitima erat militia, cum singuli milites iurabāt. Tumult⁹, id est bellū Italicū vel Gallicū, in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quādo singulos interrogare non vacabat, qui conuenerāt, simul iurabant: & dicebatur ista militia cōiuratio. Qui enim ducturus erat, exercitum ibat ad Capitoliū, & exinde proferens duo vexilla, vnū roseū, quod pedites euocabat, & vnū cæruleū, quod erat equitū (nā cæruleus color est maris: à cuius deo cōstat equū inuentum) dicebat, Qui remp. vult saluā esse, me sequatur. Erat & euocatio, cum ad diuersa loca diuersi cogebantur exercitus. Hactenus Seruius. Virg. Extemplo turbati animi, simul omne tumultu Cōiurat trepido Latiū. Cic. Philipp. 8. Belli nomen ponendū in sentētia quidā non putabant, tumultū appellare malebāt, ignari nō modo rerū, sed etiā verborū. Potest enim esse bellum sine tumultu. Tumultus esse sine bello non potest. Quid est enim tumultus, nisi perturbatio tanta, vt maior timor oriatur? vnde etiam nomen ductū est tumultus. Itaque maiores nostri, tumultū Italicū, quod erat domesticus: Tumultum Gallicū, quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullum tumultū nominabāt. Plaut. in Mil. 21. 16, Nunc in tumultum ibo, intus clamorem audio. Terent. in And. 2.2.28, Nihil ornati, nihil tumulti.

Tumultuosus tumultuosa tumultuosum, Plenum tumultu. Plaut. in Trin. 17.51, Quis homo tam tumultuoso sonitu me exciuit subito foras?

Tumultuosus, Qui turbas excitare solitus est.

Tumultuo tumultuas, tumultuare, In perturbatione esse, Faire bruit, se demener. Plaut. in Rud. 16.23. Vt mihi istuc dicas negotii quid sit quòd tumultues.

Tumultuor tumultuaris, tumultuari, Deponēs, Idem. Plaut. in Pœn. 16.22, Atque interfectis hostibus nō decet tumultuari. Idem in Hecy. 3.2.1, Nescio quid iādudum hic audio tumultuari, misera malè metuo. Suet. in Galba, Carthagine noua conuentum agens, tumultuari Gallias comperit.

Tumultuarius tumultuaria tumultuariū, Properatū, & subitariū, aut rapidè factū & quæsitū. Vnde & oratio tumultuaria dicitur, Faicte a la haste, tout a coup, sans auoir preueu. Liui. lib. 1, de bello Macedonico, Duab⁹ legionib⁹ subitariis tumultus eius causa scriptis, additisque

ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, Caiũ Appiũ prefectũ ſociorũ hac tumultuaria manu per Vmbriã agrum Boiorum inuadere iuſſit. Tumultuariũ & ſubitariũ pro codẽ poſuit.

Tumultuoſè, aduerbium, Perturbatè & extemporaliter.

Tumultuariè, aduerbium. Idem. A la haſte, ſans y penſer.

TVMVLVS, tumuli, m.g. Terra tumens, Vng mouceau de terre, comme vne petite montaigne. Virg. lib. 2. AEneid. Eſt vrbe egreſſis tumulus.

Tumulus, Sepulchrum: quia ibi coaceruari terra conſueuit. Virg. O fœlix vna ante alias Priameia virgo, Hoſtilem ad tumulum, Troiæ ſub mœnibus altis Iuſſa mori.

Tumulo, tumulas, tumulare, Sepelire, tumulum facere.

Tumuloſus, tumuloſa, tumuloſum, Plenum tumulis. Salluſt. in Iugurtha, Deinde tertia multò ante lucis aduentũ peruenit in locum tumuloſũ, à Capſa nõ amplius duũm miliũ interuallo.

TVNC, Aduerbium temporis, ſignificat eo tempore. Alors. De omnibus tẽporibus dicitur.

De præſenti. Plaut. Tunc ad eam accede cum potes.

De præterito. Virg. Tunc decuit cum ſceptra dabas.

De futuro. Plaut. Ego tunc adero, cum tui videndi mihi copia erit.

Tunc temporis, Idem quod tunc. Iuſtinius, Tunc temporis Perſarũ Cambyſi mediocri viro.

TVNDO, tundis, tutudi, tunſum, tũdere, Percutere, pulſare, & in vaſe quippiam comminuere. Battre, frapper. Vt tundere pectus, Frapper contre ſa poitrine. Plaut. in Caſina, 8.62, Cor lienoſum opinor habeo, iamdudum ſalit: delabor, pectus tundit. Idem in Rud. 30.3, Quaſi palo pectus tũdat. Virg. lib. 1. AEneid. Suppliciter triſtes, & tunſæ pectora palmis. Plaut. Sed quid hoc quòd picus vlmum tundit?

Tundere aures alicuius, Rompre les oreilles daucun de parolles. Plaut. in Pœn. 5.25, Perginʼ aures tundere?

Tundere, Sæpius idem repetere, tranſlatio à fabrorum malleo, inquit Donatus. Terent. in Hecyra, 1.2.48, Tundendo, atque odio denique effecit ſenex. Par force de parolles.

Tundere, Broyer, piller, mettre en pouldre. Virg. lib. 4. Georg. Profuit & tunſum gallæ admiſcere ſaporem. Columella lib. 2, Ipſæ aut ſpicæ melius fuſtibus tunduntur. Idem lib. 7, Quibus in vnum tunſis.

Tuſum aliquando in ſupino facit, abiecta n. Plin. lib. xxi, Hæc tuſa, cribataque vino quantum poſſit excellenti.

TVNICA, tunicæ, f.g. Veſtis erat apud Romanos breuior & ſine manicis, quæ propriè viris conueniebat, Vng ſaye. Virg. Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Plaut. in Mil. 22.29, Magis ſapis de tunica, chlamyde, & mucrone qui ſperes.

Tunica pallio propior. Vide PALLIVM.

Tunicæ purpuram, Plinius vocauit latum clauum, dicens, Annuli diſtinxêre alterũ ordinem à plebe, vt ſemel cœperant eſſe celebres: ſicut tunica ab annulis ſenatum tantũ. quanquam & hoc ſerò, vulgóque purpura latiore tunicæ vſos inuenimus etiam præcones. Suet. in Auguſto, Sumenti virilem togam tunica laticlaui reſuta ex vtraque parte ad pedes decidit.

Tunico, tunicas, tunicare, Tunicam inducre. Varro, Hæc lanigeras detonderi docuit, tunicareque homulum.

Tunicatus, tunicata, tunicatum, Tunica indutus. Plaut. in Pœnulo, 17.2, Nouiſtinʼ tu illunc tunicatum hominem qui ſiet?

Tunicatus, Expeditus & nullam aliam ſupra tunicam veſtem habens: quales nobiles incedere ſolent, cum ruri ſunt. En ſaye ou hoqueton. Iuuenalis, Tunicati fuſcina Gracchi.

TVOPTE, vide TV.

TVOR, tueris, tutum vel tuitum, tui, quòd non eſt in vſu. Videre, Regarder, veoir.

TVRBA, turbæ, f.g. Perturbatio, Trouble. Vlpianus, Turbam appellatam eſſe Labeo ait ex genere tumultus. Si duo rixam commiſerint, vtique non accipimus in turba id factũ: quia duo turba non proprie dicuntur. Si verò fuerint decem, aut quindecim homines, turba dicetur. Plaut. in Aulul. 10.14, Turba iſtic nulla tibi erit, ſi quid vti voles. Terent. in Heaut. 1.2.16, Propter eam hæc turba atque abitio euenit. Idem in And. 2.3.6, Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te tranſferet. Idem in Eunucho, 4.4.59, Quia cũ inde abeo, iam tum inceperat turba inter eos. Dicitur à τύρβη, quod latinè tumultum & turbam ſignificat.

Turba, Multitudo: quia ferè nõ vacat perturbatione. Trouppe, multitude, ou aſſeblee de gẽs. Cic. Cecinnæ, Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba viueremus. Terent. in Eunucho, 5.5.5, Quid illec turba eſt? numnam ego perij? Idem in And. 4.4.51.

Di veſtram fidem, quid turbæ eſt apud forum?

Turbella, turbellæ, f.g. Diminutiuũ. Plaut. in Bacchid. 20.142, Tantas turbellas facio. Idem in Pſeud. 3.108, Scis tu quidem hercle mea ſi commoui ſacra, quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare?

Turbidus, turbida, turbidum, Conturbatus, confuſus, non clarus, tumens. Trouble. Plaut. in Trin. 6.18, Nihil ego iſtos moror fatuos mores, & turbidos. Apud eundẽ, turbida tempeſtas. Plin. epiſt. 170.a, Num iſtic quoque immite & turbidum cælum? Horat. lib. carm. Qui vidit mare turbidum.

Turbulentus, turbulenta, turbulentum, Commotus, iratus, Troublé. Plaut. in Epid. 2.69, Tu ædepol re es turbulentus.

Turbo, turbas, turbare, Cõfundere, cõmouere, Meſler enſẽble, & troubler, rẽuerſer ce que deſſus deſſoub. Plaut. in Capt. Adueniens turbauit totũ carnariũ. Idem in Epid. 6.7, Sed me vna turbat res, ratiõq. Terẽt. in Eunu. Neſcio quid profecto abſente nobis turbatũ eſt domi.

TVRBO, turbinis, m.g. Ventus cum frigore maximo, obiecta quæque deturbans, proſternénſque ex depreſſæ nubis ſpecu. Vng tourbillon de vent. Virg. Et terras turbine verſat. Plin. in Paneg. 111, Erant ſub oculis naufragia multorum, quos inuidioſa tranquillitate proiectos improuiſus turbo perculerat.

Turbo, Genus inſtrumenti luſorij, pueros maximè delectans. Vng ſabot. Tibullus, Nanque agor vt per plana citus ſõla verbere turbo, Quem celer aſſueta verſat ab arte puer.

Turbo, Vaſculi genus, quo pruna & cottana inter Saturnalia xeniola miſſitabantur: cuius effigies turbinis, in imo anguſtiſſima erat, in ſummo latiſſima, qualis eſt figura pirorum.

Turbo, Quicquid forma acuta eſt. Plinius de aloe, In turbinibus cadorum. Ouid. Caua buxina ſumitur illi, Tortilis in latum quæ turbine creſcit ab imo.

Turbino, turbinas, turbinare, Acutũ facere. Plin. lib. 37, Si quidem & colore tranſlucido non differt, & laterũ ſex anguli leuore turbinatus in mucronẽ, aut duabus contrarijs partibus, quæ magis miremur, vt ſi duo turbines latiſſimis ſuis partibus iungantur, magnitudine etiã auellani nuclei.

Turbinatus, turbinata, turbinatum, Participium, Agu comme vng ſabot.

Turbinatus nomen. Idem. Plin. Turbinatior pyris figura quàm malis.

TVRDVS, turdi, m.g. Auis nota: Vne griue. Et inter primas à ſaporis bonitate collocata. Horatiꝰ, Nil melius turdo, vulua nil dulcius ampla. Plin. lib. 10. cap. 53, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes, penè contextim, in feceſſu generant. Ibidem, cap. 29. Turdis color æſtate circa collum varius, hyeme concolor.

Ab tranſenna hic turdus lumbricum petit, Plaut. in Bacchid. 17.22. De amatore loquitur.

TVRGEO, turges, turſi, turgẽre, Inflari, Sẽfler. Virg. Torrẽt iã læto turgẽt in palmite gẽmę

Turgère alicui, Senfler contre aũcun, & ſe deſpiter. Plaut. in Caſina, 7.17, Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Idem in Moſtell. 9.7, Tota mihi turget vxor nunc domi ſcio.

Turgeſco, turgeſcis, turgeſcere. Perſius, Nõ equidem hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis Pagina turgeſcat dare pondus idonea.

Turgidus, turgida, turgidum, Inflatus, tumẽs, Enflé. Plaut. in Mil. 15.15, Cubare in naui lippam, atque oculis turgidis. Idem in Merc. 19.20, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida.

Turgidulus, turgidula, turgidulum, Diminutiuum. Catullus, Flendo turgiduli rubent ocelli.

TVRMA, turmæ, f.g. Ordo militaris & equitum. Dicta quaſi terdena, quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant. conſtabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat, decurio dicebatur, vt Varro & Vegetius tradiderunt. Vne bande de genſdarmes.

Turmalis & hoc turmale, Qui in turma eſt.

Turmatim, aduerbium, Per turmas. Par bandes.

TVRPIS, & hoc turpe, Deforme: contrarium pulchro. Diformè, laid. Ad corpus & ad animum refertur. Terent. in Phor. 1.2.57, Lachrumæ, veſtitus turpis. Idem in Heaut. 5.4.19, Pudet dicere hac præſente verbũ turpe. Idem in Adel. 2.4.11, Rem penè ex patria: turpe dictu. Vne vilaine choſe a dire.

Turpis, Magnus. Virg. Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Idem, Et turpes paſcit ſub gurgite phocas.

Turpis, Crudelis, frequens apud Salluſtium.

Turpitudo, turpitudinis, f.g. Difformite, ou vilanie. Plaut. in Pſeud. 12.2, Qui ſeruitutem dij danunt lenoniam puero, atque eidem ſi addunt turpitudinem &c.

Turpiter, aduerbium, Ordement, vilainement, auec deſhonneur. Plaut. in Merc. 18.16, Quod in ſe olim admiſere turpiter &c. Terẽt. in Eunucho, 2.1.24, Mirum ni ego me turpiter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc eunucho.

Turpo, turpas, turpare, Gaſter, ordir, pollir. Cic. lib. 4. Tuſcul. Iouis aram ſanguine turpari.

TVRRIS, huius turris, f.g. Vne tour. À terrendis hoſtibus dicta eſt. Vel quòd aſpectu torua ſit, hoc eſt terribilis.

Fiunt etiam turres ambulatoreæ, De quibus Vegetius lib. 4. hæc ſcribit, Turres dicũtur machinamenta ædificiorum ad ſpeciem tabulis tabulatiſque compacta. Et ne tãtum opus hoſtili concremetur incendio, diligentiſſime ex crudis corijs, vel centonibus cõmunitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrũ, interdum quadragenos, vel quinquagenos latæ ſunt. Proceritas autem ipſarum tanta fit, vt non ſolum muros, ſed etiam turres lapideas altitudine ſuperent. His plures rotæ mechanica arte ſubduntur: quarum lapſu volubili magnitudo tam altè moueatur. Præſens autem periculum ciuitatis eſt, ſi ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit ſcalas, & diuerſo genere conatur irrumpere. nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu deſtruit muros. Circa mediam verò accipit põtem factũ de duabus trabibus, ſeptúmque de vimine, quem ſubito prolatum, inter turrem murúmque conſtituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem trãſeunt, & occupant muros. In ſuperioribus autem turris illius partibus contati & ſagittarij collocantur, qui defenſores vrbis ex alto contis, ſaxis, miſſilibúſque proſternant.

Turritus, turrita, turritũ, Altus & excelſus: vt, domus turrita, id eſt alta & ſublimis, & ad turris ſimilitudinem facta.

Turritus aliquando dicitur turribus plenus. vnde & turritæ vrbes, & mater deûm nominatur turrita, quia terra eſt, quæ vrbes ſuſtinet. Virg. Qualis Berecynthia mater Læta deûm partu Phrygias turrita per vrbes.

Turriger, turrigera, turrigerum, Gerens turres. Plinius, Sed turrigeros elephantorum miramur humeros.

Turricula, turriculæ, diminutiuum. Parua turris.

Turricula, Vaſculi genus, à turris ſimilitudine, quo iactari tali ludendo ſolent. eadem pyrgus & orca dicitur.

TVRTVR, turturis, tam maſcul. quàm fœminini generis, pro aue. Vne tourterelle. Plaut. in Moſtell. 2.44, Tu tibi iſtos habeas turtures, piſces, aues. Virg. in Bucolicis, Nec gemere aeria ceſſabit turtur ab vlmo.

Turtur, Piſcis, generis maſc. Alio nomine dicitur paſtinaca, & trigon à Græcis dicitur. in huius cauda ſtat radius præſentiſſimi veneni.

TVRVNDA, turundæ, f.g. Panificia & bucceæ, quibus farciũt altilia ad ſaginam. Varro, Gallinas farciunt turundis ordeaceis.

Turunda apud Catonem, cap. 157, Significat liniamẽtum illud ex filis quod in vlcus immitti à medico ſolet. ait enim, Et ſi fiſtula erit, turundam intro trudito: ſi turundam non recipiet, diluito, ſuccum exprimito.

Turunda, aliàs apud Catonem ſignificat id quod Græce ψωμὸν appellant, quaſi buccea, ſiue bolus dicatur, quem nutrices ingerunt infantibus, Vne bouchee.

TVS, vide THVS.

TVSSIS, huius tuſſis, f.g. La tous. Quæ gignitur vel ex frigore, vel ex pituita in pulmonem deſcendente. Terent. in Heaut. 2.3.132, Gemitus, ſcreatus, tuſſis, riſus abſtine.

Tuſſedo, tuſſedinis, f.g. Idem. Apuleius, Aſſiduo pulſu tuſſedini hiulci pectora.

Tuſſio, tuſſis, tuſſiui, tuſſitũ, tuſſire, Touſſer. Plaut. in Aſin. 13.49, Forte ſi tuſſire occœperit, ſic tuſſiat, vt cuiquam linguam in tuſſiendo non proferat. Plin. lib. 20, Semen eorum cum cumino tritum potúmque in vino tuſſientibus auxiliatur.

Tuſſicula, tuſſiculæ, f.g. Diminutiuum. Plin. epiſt. 114.b, Veteris infirmitatis tuſſicula admonitus, rurſus ſanguinem reddidit.

Tuſſilago, tuſſilaginis, f.g. Herba quæ tuſſim ſedat. Plin. lib. 26. cap. 6, Tuſſim ſedat bechion, quę & tuſſilago dicitur. Duo eius genera: ſylueſtris vbi naſcitur, ſubeſſe aquas credunt, & hoc habẽt ſignum aquileges. Folia ſunt maiuſcula quàm hederæ, quinque aut ſeptem, ſubalbida

à terra, ſuperne pallida &c.

TVTE, id eſt, tuipſe. vide TV.

TVTELA, TVTOR, TVTVS, vide TVEOR.

TVVS, tua, tuum, pronomen poſſeſſiuum à tu. Tien. Plaut. in Perſa, 16.119, Tua merx eſt, tua indicatio eſt.

Tuũ eſt, Ceſt a toy a faire. Terẽ. in And. 4.1.54, Tuũ eſt, ſi quid præter ſpẽ euenit, mihi igno ſcere. Plau. in Stic. 14.36, Haud tuũ iſtuc eſt vereri, Ce neſt pas ta couſtume deſtre hõteux. Tuo arbitratu, A tõ plaiſir. Plau. in Aulul. 20.19, Agedũ, excute dũ palliũ. ST. tuo arbitratu Neque tui me quicquam inueniſti penes. Terent. in Adel. 2.1.24, Tetigín' tui quicquam?

TY

TYBVRS, tyburtis, o.g. vel hic & hæc tyburtis & hoc tyburte, quod eſt ex Tybure. Sue-tonius, Inchoauit autem aquæ ductum regione Tyburti. Horatius, Picœnis cedunt pomis tyburtia ſucco.

Tyburtinus, tyburtina, tyburtinum, Quod eſt ex Tyburto.

TYMPANVM, tympani, Inſtrumentum ex vna parte membrana clauſum, intus vacuum, quod baculo pulſatur, Vng tabourim, ou bedon. Eo vti ſolebant in ſacrificio matris deûm.

Tympanũ, Vehiculum tectũ, vt inquit Seruius. Siue vt aliqui putãt, teſtudo ſupra radios: ra-dij dicũtur in media parte rotarũ. Virg. Hinc radios tenuere rotis, hinc tympana plauſtris.

Tympanum, Machina, quæ rota vocatur, vt Victruuius ait, ad hauriendam aquam ſumma celeritate, quod hominibus calcantibus verſatur, ad irrigandos ortos & ſalinas vtile.

Tympanum pro vaſe eſcario accipit Plinius lib. 33.

Tympaniſta, tympaniſtæ, m.g. Qui tympana pulſat, Qui ioue du tabourin.

Tympaniſtria, tympaniſtriæ, Quæ tympanum pulſat. Sidonius, lib. 1. epiſt. Tympaniſtria, pſaltria canit.

Tympanizo, tympanizas, tympanizare, Tympana pulſare, Iouer du bedon, ou tabourim. Suet. de Auguſto, Et aſſenſu maximo comprobauit verſum in ſcena, pronuntiatum de Gallo ma-tris deûm tympanizante, Vidéſne vt cinædus orbem digito temperet?

Tympanotriba, tympanotribæ, Qui tympanũ terit, & pulſat. apud Plautũ in Trucul. 11.49.

TYPVS, typi, m.g. Latinè dici poteſt figura.

TYRANNVS, tyranni, m.g. Apud veteres in bonam partem, dicebatur dominus qui ple-nam habebat in ſubditos poteſtatẽ. Vnde Trogo teſte, quæque ciuitas & gens rerũpub. im-perium ab initio penes reges habebat, quos ad huiuſmodi faſtigium maieſtatis non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat: qui & tyranni ob fortitudinem vocabantur. Virg. Pars mihi pacis erit dextram tetigiſſe tyranni.

Tyranni nomen, creſcẽte malitia, cum ſuperbi reges regnare cœpiſſent, ad illos ſolos reſtrictũ eſt, qui per inſolentiam imperij, viribus abutebantur.

Tyrannis, tyrannidis, f.g. ſæuum ac violentum imperium. Iuuenalis, Quid Nero tam ſæua crudáque tyrannide fecit?

Tyrannicus, tyrannica, tyrannicum, Quod eſt tyranni.

Tyrannice aduerbium, Cruellement.

TYRO, tyronis, m.g. Nouus miles, & fortis ad militiam exercendam.

Tyro ad omnem artem refertur. vnde & pro gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Suetonius in Cæſare, Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas.

Tyrones dicebantur adoleſcentes, quando togam ſumebant, & barbam ponebant, eloquen-tiámque in foro auſpicabantur.

Tyrunculum ſe Plinius in epiſtolis dixit, quaſi rudem in cognitione ſignorum.

Tyrunculus, tyruncula, tyrunculum, Diminutiuum.

Tyruncula, canis adoleſcentior dicitur à Columella lib. 8, Quoniam (inquit) tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium tyrocinij, n.g. Prima actio in quacunque arte, Apprentiſage.

Tyronianus, tyroniana, tyronianũ, à tyro poſſeſſiuũ. Gellius lib. 1, In oratione Ciceronis quin-ta, in Verrem libro ſpectatæ fidei tyroniana cura, atque diſciplina facto.

TYROTARICHVS, tyrotarichi, m.g. Genus obſonij ex caſeo, ſalſamẽtíſque confecti. τύρος enim caſeus. τάριχος ſalſamentum. Cic. ad Pætum, Et ad Atticum, Tyrotarichus & patina tyrotarichi.

VACCA, vaccæ, f.g, Bos fœmina. Vne vache.
Vaccula, vacculæ, Diminutiuum. Virg. Vaccula nonnunquam secreta cubilia captans.
Vaccinus, vaccina, vaccinum, Quod est ex vacca. Plinius lib. 24, Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino.
VACERRA, vacerræ, m.g. Vecors & vesanus dicitur. Insensé.
Vacerra, Stipes ad quem ligantur equi in stabulo. Columella lib. 6. cap. 19, Ij autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnésque transuersis sex temonibus, quasi vacerræ inter se ligãtur, ita vt à posteriore parte quæ latior est, velut in caueam quadrupes possit induci &c.
Vacerra, Genus clathrorũ. Columella lib. 9, cap. 1, Vbi verò neutrum patrisamiliæ conducit, ratio postulat vacerris includi. sic enim appellatur genus clathrorum: idque fabricatur ex robere, quercu, vel subere.
VACILLO, vacillas, vacillare, Inconstantem esse, & quasi alternatim mouere. Vaciller, Trãbler, pancher puis dung coste, puis dautre.
Vacillantes literæ. Cic. Tironi, Accepi tuam epistolam vacillantibus literis. Id est, non rectè præ valetudine scriptis.
Vacillans legio. Cic. in Philipp. In Gallia mutilatum duxit exercitum, cum vna legione, & ea vacillante. Qui nestoit point asseuree, ou ferme.
Vacillans testis apud Iurisconsultos, Qui inconstantia & diuersa testimonia dicit.
Vacillat iustitia vel iacet potius, inquit Cicero lib. 3. de Off.
VACINIVM, vacinij, n.g. à quibusdam flos dicitur. à quibusdam viola seu hyacinthus. Virg. Alba ligustra cadunt, vacinia nigra leguntur.
Vacinia vaciniæ, arbor est Plinio lib. 16. cap. 18, Item vacinia Italiæ in aucupijs fata, Galliæ verò etiam purpurea, tingendi caussa ad seruorum vestes.
VACO, vacas, vacare, Dare operam, Mettre peine, son estude a quelque chose. Datiuo iungitur. Plin. epist. 49. e, In itinere, quasi solutus cæteris curis, huic vni vacabat. Idem epist. 8. a, Petiturus sum enim vt rursus vaces sermoni, quem apud municipes meos habui, bibliothecam dedicaturus.
Vacare corpori. Plin. epist. 9. a, Quod euenit mihi, postquam in Laurẽtino meo aut lego aliquid, aut scribo, aut etiam corpori vaco.
Vacare postulationibus, vide POSTVLO.
Vacare in. Ouid. primo de ponto, In nullum mea mens grande vacabat opus.
Vacare, vacuum esse. Absolute aliquando ponitur. Plaut. in Casina, 11. 7, Fac vacent ædes. Quil ny ait rien en la maison. Cæsar in comment. Id ea maxime ratione fecit, quod noluit eum locum, vnde Heluetij discesserant, vacare. Estre vuyde.
Ablatiuo aliquando. Virg. Hoste vacare domos, sedésque astare relictas. Cic. Nullũ est tempus quod iustitia vacare debeat. Ou quel on ne doibue exercer iustice. Idem de Senect. 31, Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra, muneribus ijs quæ nõ possunt sine viribus sustineri. Ibidem, 66, Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentis vacare.
Vacare culpa, Nestre en rien coulpable. Cic. lib. VI. epist. Torquato, Nec enim dum ero, angar vlla re: cum omni vacem culpa. Et apud Plinium in Panegyrico, 67. & 143, Vacare culpa.
Ablatiuo cum præpositione, vt vacas à labore. Cic. pro Deiotaro, Sed tamen quicquid à bellis populi Romani vacabat, cum hominibus nostris consuetudines, amicitias, res, rationésque iungebat. Tout le temps quil nestoit point empesche es guerres &c. Plin. epist. 51. b, Doctissimis sermonibus dies transigebat, cum à scribendo vacaret, Quant il nescriuoit point. Liuius ab vrb. cond. Nequando à metu, ac periculis vacarent.
Vacat impersonale, ad nihil vtile est, superabundat, superfluum est.
Vacat, Otiũ vel vacuũ tẽpus est, Iay loysir. Datiuo & infinitiuo iũgitur. Virg. lib. 2. AEneid. Sed si tantus amor casus cognoscere nostros, Et vacet annales nostrorũ audire laborum. Iuuenalis, Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam. Ouidius, Non vacat exiguis

rebus adeſſe Ioui.

Vacat, Curæ eſt. Quintil. Et cui eſſe diſerto vacat. Qui ha cure & ſoing.

Vacuus, vacua, vacuum, Vuyde, ou il ny a rien. Virg. Saltibus in vacuis errant. Idem, Vacua atria ditis.

Vacuus animus, Qui eſt ſans ſolicitude, ou ſouci, & melancholie. Plin. epiſt. 172, Imperare enim dolori vt ſcriberem, potui: vt vacuo animo, lętóque, non potui. Idem epiſt. 212, Sed eam reuerentiam cum literis ipſis, tum ſcriptis tuis debeo, vt ſumere illa, niſi vacuo animo irreligioſum putem.

Vacuæ aures. Plaut. in Trin. 2. 11, Accipite, & date mihi vacuas aures dum eloquor, Neſcoutes a autre choſe.

Vacuus noxijs. Plaut. in Merc. 24. 23, Vacuum eſſe iſtac ætate his te decebat noxijs. Plin. in Paneg. 94, Quod momentum, quod imò temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude?

Vacuus à periculo, & id genus. Cic. Attico, Sin eris ab iſto periculo vacuus. Idem in Verrem, Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu mœnibus portúque ornata ſit, ab ijs rebus quibus iſte delectatur, ſanè vacua ac nuda eſt. Idem Q. Fratri, Sin eris ab iſto vacuus, ages ſcilicet, ſi quid agi poſſe de nobis putabis. Idem de finib⁹, Quòd is locus ab omni turba id tẽporis vacu⁹ eſſet

Vacuus ad. Terent. in And. 4. 2. 23, Dies hic, mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandũ credas. Affin que tu ne penſes point que iaye loyſir de. &c.

Vacuum tempus laboris. Terent. in Heaut. 1. 1. 38, Sine me, vacuũ tempus ne quod dem mihi laboris.

Vacuus virium, Qui na nulles forces. Plaut. in Bacchid. 2. 46, Valens afflictat me nunc iam vacuum virium.

Vacatio, vacationis, f. g. Vacation, ceſſe, relache, exemption. Cic. pro P. Sylla, Si me non modo non rerum geſtarum vacatio, ſed neque honoris, neque ætatis excuſatio vendicat à labore. Idem Philipp. v, Et confeſtim gerendam cenſeo, tumultum decerni, iuſtitiũ indici, ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi, ſublatis vacationib⁹ in vrbe. Vacations oſtees, ou ceſſees. Plin. in Paneg. 142, Qui petentibus vacationem, inuitus quidem, ſed tamen tribuas. Valerius libro 1, Et cuſtodia liberatus, & inſuper agro vacatione donatus. Il a eſte exẽpte de &c.

Vacuitas, vacuitatis, f. g. Cic. de. off. Adhibenda eſt vacuitas ab angoribus.

Vacuo, vacuas, vacuare, Vuyder.

Vacuefacio, vacuefacis, vacuefeci, vacuefactum, vacuefacere, Idem.

VADIS, huius vadis, m. g. primo dicebatur, deinde per ſyncopen vas: eſt ſponſor alterius in re capitali, vt inquit Feſtus. Pleige. Vas (inquit Varro de lingua latina) dictus eſt qui pro altero vadimonium promittebat. Cic. lib. 2. de off. Factus eſt alter vas eius ſiſtendi, vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ſibi. Liuius lib. v. ſecundi belli Punici, Tribuni, omiſſa multæ certatione rei capitalis diem Poſthumo dixerunt, ac ni vades daret, prehendi à viatore, atque in carcerem duci iuſſerunt. Poſthumius vadibus datis non affuit.

Vas dictus eſt, quòd qui vades dederit, vadere ei, id eſt diſcedere interim liceat. Horat. Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem eſt.

Vadimonium, vadimonij, Sponſio quædam ſiſtendi, comparendíque in iudicio ad diem præſtitutam per ſe, vel per aduocatos, quod deſerere non licet. Cic. pro Quintio ad vadimonium non venit, qui tibi prẹſto ſemper fuit. non dubitauit, inquit, cum vadimonium deſertum eſt. Plaut. in Curcul. 4. 6, Vbi tu es qui me conuadatus Venerijs vadimonijs?

Vadimonium promittere. Cic. in Verrem, act. 4, Iam verò illud cõtra omnia iura Siculorum quæ habent à Senatu, populóque Romano, ne extra ſuum forum vadimonium promittere cogantur, ſtatuit iſte vt arator, decumano quo vellet decumanus vadimonium promitteret. vt hic quoque decumano cum ex Leontino Lilybæũ vſque aliquem vadaretur, ex miſeris oratoribus calumniandi quæſtus accederet.

Vadimonium miſſum facere, eſt vadimonij obligationem remittere, condonaréque. Cicero, Qui quo tempore primùm agere cœpit in vadimonijs differendis tempus omne conſumpſerit, qui poſtea vadimonium miſſum fecerit.

Vadimonium conſtituere, Donner pleige. Cic. de ſenect. 19, Omnia quæ curant, meminerũt, vadimonia conſtituta: qui ſibi, quibus ipſi debeant.

Vadimonio obſtricti hodie dici poſſunt, qui ob crimina in iudicium vocati, ab iudicibus (vt

fit)impetrauerunt,vt aut ſua,aut ſponſorum fide dimittantur,ea lege vt in diem certum, aut quandocunque iudici viſum fuerit,ad iudicium ſiſtantur,quos elargitos vocant.

Vador,vadaris,vadari.Verbum commune eſt ſecundum Priſcianũ,Pleger aucun,& demander pleige pour aucun,ou reſpondant.Cic.pro Quintio, Debere tibi dicis Quintium, procurator negat.vadari vis,promittit.in ius vocas,ſequitur.iudicium poſtulas,non recuſat. Plaut. in Aulul.9.40.Infit ibi poſtulare plorans,eiulans,vt ſibi liceret miluium vadarier. Idem in Perſa,8.18,Abi in malam rem. P.at tu domum: nam ibi tibi parata præſto eſt. S.vadatur hic me. P.vtinam vades deſint, in carcere vt ſis. Idem in Bacchid.4.3,Mirum eſt me vt re deam, te opere tanto quærere, qui abire hinc nullo pacto poſſim,ſi velim: ita me vadatum amore,vinctúmque attines.

VADO,vadis,vaſi,vaſum,vadere,Iter facere,quaſi viæ dare, Se partir,marcher,aller. Virg. Vadimus immiſti Danais,haud numine noſtro.

Vadere,Vadem,hoc eſt fideiuſſorem præſtare,Donner reſpondant,ou pleige.

VADVM,vadi,n.g.Fundum fluminis,lacus maris, & cuiuſcunque aquæ, per quod via datur.Plin.Lignum vado hærebat.

Vadum, Locus,qui propter breuitatem aquæ pedibus tranſiri poteſt. Vnde prouerbiũ eſt, Res eſt in vado,Id eſt in tuto.Nam vt in profundo,periculum conſiſtit,ita in vado ſecuritas.Terentius in And.5.2.4, Quẽnam hic laudat? D.omnis res eſt iam in vado. Plaut. in Aulul.26.73,Hæc propemodum iam eſſe in vado ſalutis res videtur.

Vado,vadas,vadare,Per vadum tranſire.Solinus, Flumen quod propter breuitatem facilè vadari poterat. Ouid.de Remedio amoris,Iámque vadaturus lectica prodeat inquit.

Vadoſus, vadoſa, vadoſum. vt vadoſus amnis, qui frequentia habet vada , quæ tranſiri pedibus poſſunt.

VAE,interiectio in his rebus quas execramus.Datiuo iungitur, Martialis,Carpore cauſidicus fertur mea carmina:quis ſit,Neſcio:ſi ſciero,væ tibi cauſidice. Terent.in And.2.1.3, Væ miſero mihi,vt animus in ſpe atque in timore vſque antehac attentus fuit. Aliquando ſine caſu. Virg.Mantua væ miſeræ nimium vicina Cremonæ.

Nonnulli veh ſcribunt,alij Væh.

VAENEO,vide VENEO.

VAFER,vafra,vafrum,Callidus,aſtutus.quaſi valde afer,Cault,fin.Mira enim ſemper fuit Afrorum calliditas.Cic.Non ſunt in diſputatione vafri , non veteratores, non malitioſi. Idem libro 1.de nat. deorum , Chriſippus qui Stoicorum ſomniorum vaferrimus habetur interpres.

Vafrè,aduerbium,Finement.

VAGINA,vaginæ,f.g. Alicuius rei theca. Vne gaine, fourreau, ou couuerture de quelque choſe que ce ſoit.

Vaginula,vaginulæ,diminutiuum.Plin.lib.38,Et far in vaginulis ſeruant ad ſatus.

VAGIO,vagis,vagiui,vagitum, vagire,Proprium eſt infantium.Crier comme faict lenfant qui eſt nouueau né. Terent.in Hecyra,4.1.2,Nam audiſſe vocem pueri viſus eſt vagientis. Cicero de ſenectute 75,Quòd ſi quis deus mihi largiatur, vt ex hac ætate repueraſcam, & in cunis vagiam.

Vagitus,vagitus,vagitui,m.g.Vox infantium.

Vagor,vagoris,m.g.Idem. Lucretius lib.2,Et ſuperantur item,miſcere funere vagor.

VAGVS,vaga, vagum, Qui ſine negotio modo huc modo illuc inutiliter diſcurrit. Dictus quòd vacuus,id eſt ſine negotio agatur,Vng vagabond,vng trotier,ou troteur.

Vagor,vagaris,vagari,Inutiliter peragrare,Troter,aller dung coſté & dautre.Plaut.in Amph. 16.56,Per freta Ionium & AEgeum & Creticum vagati vi vortebant pyratica.

Vagatur etiam oratio.Cic.lib.1.de Orat.Ne vagari & errare cogatur oratio.

Vago,vagas etiam legitur apud Plautũ in Milite,Te alloquor vitij, probríque plenus, qui circum vicinos vagas.

Vagabundus,vagabunda,vagabundum,Abundè vagans.

VAH,interiectio admirantis.Plautus in Curcul.8.78, Subegit ſolus intra vinginti dies. LY. vah. C.quid mirarere?

Vah,exultantis vel lætitiæ.Plaut.in Bacchid.19.38, Quid fit? CH.ducentis Philippeis rem pepigi. N.vah,ſalus mea ſeruaſti me. Terent.in And.3.4.10,Vah conſilium callidum.

Vah, insultantis aliquando. Plaut. in Mostell. 4.98, Vah quid illa potest peius quicquam muliere memorarier? Terent. in And. 2.1.34, Vah, leno iniqua me non vult loqui.

Vaha, interiectio exultantis, vel ridentis. Plaut. in Casina, 20.25, Vaha. s. quid negoti est? o. obsecro vt valentula est, penè expositi cubito.

VALDE, aduerbium, id est multũ. À valide factum est, detracto i. vt, valdè doctus, Fort docte. Positiuis iungitur, etiam verbis. Cic. de senect. 75, Quòd si quis deus mihi largiatur vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valdè recusem.

Valde quàm. Decius Brutus ad Ciceronem, Nam suos valde quàm paucos habet.

VALEO, vales, valui, valitum, valere, Sanum vel potentem esse. Estre sain & en bon point, ou puissant & fort. Plaut. in Amphit. 7.24, Equidem valeo & saluos sum rectè Amphitruo. Idem in Persa, 15.36, Si valetis gaudeo, ego valeo rectè, & rem gero. Idem in Mil. 20.8, Nam matri oculi si valerent, mecum venisset simul.

Valere, Estre fort & puissant. Ablatiuo iungitur. Plaut. in Amphit. 4.236, Non loquar, nisi pace facta, quãdo pugnis plus vales. Cic. lib. 1. de off. Alios videmus velociter ad cursum, alios viribus ad luctandum valere. Iuuenalis, Quæ mœchum sequitur stomacho valet.

Valere perfidia. Plaut. in Bacchid. 4.48, Dum quidem hoc valebit pectus perfidia meum.

Valere gratia. Plin. epist. 17.a, Pulchrum & magna laude dignũ, amicitia principis in hoc vti: quantúmque gratia valeas, aliorum honoribus experiri.

Valere, Pouoir. Terent. in Eunuc. 5.2.42, Neque tam imperita, vt quid amor valeat, nesciam. Quelle puissance & vertu il ha. Idem in prol. Heaut. 26, Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit. Ibidem, 3.1.79, Ibit ad illum illico, quo maxime apud te se valere sentiet. Cic. de Senect. 45. Non tãtum valet vt tollat è vita amicitiã. Idem de Amicitia, 12, Plus apud me antiquorum authoritas valet. Iestime plus les anciens &c.

Valere à pecunia. Plaut. in Aulul. 7.9, Aín' tu valere te? E. pol ego haud à pecunia perbene. Idem in Epid. 3.26, À morbo valui, ab animo æger fui.

Valere, ad pretium refertur, túncque pretium in ablatiuo ponitur. Plin. lib. xxx, Aureus nũmus post annum sexagesimum secundum percussus est, quàm argenteus, ita vt in singulis valeret sestertijs vicenis.

Accusatiuum dedit Varro, dicẽs, Denarij quòd dænos æris valebãt: quinarij quòd quinos.

Vale imperatiuus, quo vtimur cum recedimus: vel cum remanentes respondemus abeunti. Plaut. in Aulul. 6.48, Vale. E. & tu frater. Terent. in Eunucho, 1.2.110, In hoc biduum Thais vale. Id est sana sis. Cic. Vale mi Tiro, vale, & salue. Plaut. in Trucul. 8.57, Quãdo otium tibi sit, me reuisas. D. valeas. P. vale.

Valeas, Interdum pro discedas ponitur, & cum stomacho & indignatione loquimur. Allez. Terent. in Adel. 4.4.13, Hem quid istuc obsecro inquam est? valeas, habeas illam quæ placet. Idem in And. 5.3.18, Imò habeat, valeat, viuat cum illa. Ibidem, 4.2.13, Valeant qui inter nos dissidium volunt. Arriere de nous. Cic. Si deus talis est, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat.

Vale & salue (inquit Varro) cum ad mortuos referũtur, non id dictum est quod aut valere, aut salui esse possint, sed quod ab his recedimus, nos nũquam visuri. Virg. Salue æternum mihi maxime Palla, AEternúmque vale.

Valens, valentis, o. g. Participium, Qui se porte bien.

Valens, valentior, valentissimus, puissant. Plaut. in Bacchid. 2.46, Valens affligat me nunc iam vacuum virum. Idem in Casi. 2.64, Valentiorem nactus aduersarium. Plin. epist. 177.b, Male terrore veneratio acquiritur, longéque valentior amor ad obtinendum quod velis, quàm timor.

Valentulus, valentula, valentulum, Diminutiuum. Plaut. in Casina, 20.26, Obsecro vt valentula est, penè expositi cubito.

Valentia, valentiæ, f. g. Potentia, firmitas: cuius contrarium est inualentia. Gellius, Non morbus in lege febriculosus, neque nimiũ grauis, sed vitiũ aliquod imbecillitatis atque inualẽtiæ.

Validus, valida, validum, Fort & robuste. Plaut. in Menæh. 18.2, Qui me vi cogunt, vt validus insaniam. Idem in Amph. 4.7, Ita quasi incudem me miserum homines octo validi cædãt.

Validus facundia. Plin. epist. 53.d, Ex quibus duos statim classico iunximus, Bæbium Probum, & Fabium Hispanũ, vtrunque gratia, Hispanum etiam facundia validum.

Validus fons. Plin. epist. 161.a, Adeò validus, vt illa qua properat, ipse tanquam per solum planum remis non adiuuetur.

Validæ opes, Grandes richeſſes. Plaut. in Caſina, 5. 18. Et apud Plinium in Paneg. 26, Validiſſimum præſidium.

Validum ac ſaluum. Terent. in Hecyra, 3. 5. 7, Bene factum te adueniſſe Pãphile: atque adeò, quod maximum eſt, ſaluum atque validum. Sain & en bon point.

Validè, aduerbium, Fort, puiſſamment. Plautus in Merc. 3. 42, Amare validè cœpi hic meretricem. Idem in Rud. 8. 13, Atque vt nunc validè fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Idem in Mil. 11. 36, Non hercle tam iſtoc validè quaſſabant cadi.

Validè cupere, Fort deſyrer. Plin. epiſt. 212, Ideo nondum eum legi, cum alioqui validiſſimè cupiam. Idem epiſt. 59. a, Nam & poeticen ipſam religioſiſſimè veneror, & te validiſſimè diligo.

Valitudo valitudinis, f. g. vel potius valetudo, Tam bona quàm mala dicitur. Sante ou maladie. Bona. Cic. Sed nunc valetudini tribuamus aliquid.

Mala. Cic. Seruio Sulpitio, Scripſit ad me te moleſtè facere, quòd me propter valetudinem tuam, cum ad vrbem acceſſiſſem, non vidiſſes. Plin. epiſt. 22. a, Perturbat me longa & pertinax valetudo Titi Ariſtonis.

Dicimus item bona valetudo, Sante: & Mala valetudo, Maladie.

Valetudo infirma, Maladie. Cic. Tironi, Valetudinem iſtam infirmam, ſi me amas, noli vexare. Eidem, Vix in ipſis tectis & oppidis frigus infirma valetudine vitatur, nedum in mari. Idem pro Aulo Cluentio, Cecidiſſe ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendiſſe vehementer. Idem pro eodem, Erat illo tempore infirma valetudine habitus.

Infirmitas valetudinis, Idem. Cic. pro M. Mario, Si te dolor aliquis corporis, aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo, quàm ſapientiæ tuæ. Idem de officijs, Propter infirmitatem valetudinis non potuit ſimilis eſſe patri.

Valetudo perdita. Cic. Philipp. 8, Ego C. Scæuolam augurem memoria teneo, bello Marſico, cum eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine, quotidie ſimulatque luceret, facere omnibus conueniendi ſui poteſtatem.

Valetudinarius valetudinaria valetudinarium, Qui male ſanus eſt, & frequenter ægrotat. Maladif, mal ſain.

Valetudinarium valetudinarij, Locus in quo valetudinarij & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent. qualia ſunt in cœnobijs. Vne enfermerie. Columella lib. x i i, Siue quis ſauciatus noxã ceperit, adhibeat fomenta: ſiue languidior eſt, in valetudinariũ deducat.

Valetudinarius, Medicus, qui valetudine affectos curat, vel potius qui in valetudinario, miniſterio fungitur.

Valor valoris, m. g. Pretium. Pris, valeur. Plin. Victoriati valore redimi poteſt.

VALGVS, valga, valgum, Qui altrinſecus prominentes ſuras habet, & in diuerſum actas, quales cancri habent & lacertæ, authore Ariſtotele, qui AEgyptios huiuſmodi eſſe tradit in problematis. eadem ratione qua capillum criſpum habent, & à calore intortum. Plautus in Mil. 10. 127, Aut varum, aut valgum, aut compernam, aut petum, aut brochum.

Valgum ſuauium, Id eſt intortum. Plaut. in Mil. 4. 16, Itaque hic meretrices labijs dum ducant eum, maiorem partem videas valgis ſauijs.

VALLES, vallis, f. g. vel, hæc vallis huius vallis, Planities duobus lateribus incluſa vt inquit Feſtus: dicta quòd hinc atque hinc vallata ſit. Vallee. Virg. lib. x i, Eſt curuo anfractu valles accommoda fraudi. Seruius ait valles plenum eſſe: ſed metri neceſſitate compellimur vt vallis dicamus. Stathius, Vallis in amplexu nemorum ſedet.

Vallecula valleculæ, diminutiuum, Vne petite vallee. Vel Vallicula, vt legitur apud Feſtum.

VALLVS, valli, m. g. Firmior palus, quo vitis alligatur, & caſtra muniũtur. Pieu. Virg. Exacuunt alij vallos, furcáſque bicornes.

Vallum valli, n. g. Munitio ipſa ex vallis enim, id eſt, palis fit vallum. Rempart.

Vallus etiam maſculino genere dicitur, Rempart. Tibullus, Non arces, non vallus erat.

Vallus, ſignificat nonnunquam vannum. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 52, His tritis, oportet è terra iactari vallis aut ventilabris, cum ventus ſpirat lenis: ita fit vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream.

Vallaris & hoc vallare, Quod ad vallum pertinet. vt vallaris corona, qua donari ſolebat qui primus vallum hoſtium fuiſſet ingreſſus.

Vallo vallas, vallare, Munire, firmare, & quaſi vallum facere. Fortifier.

VALOR, vide VALEO.

VALVA, valuæ,f.g. Vne porte qui ha deux parties. Cic.in Verrem,act.6 , Confirmare hoc liquido iudices poſſum,valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vllo tempore fuiſſe.

VALVVLVS,valuuli,m.g.Folliculus fabæ,& aliorum leguminum. Columella lib.6.cap. 1x,Interdũ magis proſunt gramina conciſa,& his admiſta freſa faba. Lentes quoque valuulis exemptæ & minutæ molitæ,miſcentur aquæ calidæ.

VANITAS,vide VANVS.

VANNVS,vanni,f.g.Vas vimineum latum,hoc eſt cribrum cereale,in quo propter capacitatem, ruſtici cógere primitias frugum ſolent, & frumenta purgare . Vng van . Columella lib.2, Ipſæ autem ſpicæ melius fuſtibus tunduntur, vannis purgantur. Virg. Et myſtica vannus Iacchi.

Vanno,vannas,vannare,Ventillare,vt fit vannis cum frumenta purgantur.Vanner.

VANVS vana vanum,Vacuus,Vuyde.Virg.Sed illos Expectata ſeges vanis eluſit auenis.

Vanus,Stultus,quaſi mente vacuus,qui in rebus inanibus ſtudium collocat. Iuuenalis,Sic libitum vano qui nos diſtinxit Othoni.

Vanus,Mentiens & infidus,leuia inaniáque pro grauibus & veris aſtutiſſimè cõponens.Virg. Ni fruſtra augurium vani docuere parentes.

Vanus & mendax.Virg.lib.2.AEneid.Nec ſi miſerum fortuna Sinonem Finxit,vanum etiã, mendacémque improba finget.

Vanum,Nec poſſibile,nec veriſimile, inquit Donatus. Terent.in Eunucho,1.2.24,Sin falſum,aut vanum,aut fictum eſt,continuò palàm eſt.

Vanitas,vanitatis,f.g.Mendacium,fallacitas,& leuitas. Cic.lib.3.de off.Quòd ſi vituperandi qui reticuerunt,quid de ijs exiſtimãdum eſt,qui orationis vanitatem adhibuerunt? Salluſt. Huic homini non minor vanitas inerat,quàm audacia.

Vanitudo vanitudinis,f.g. Idem.Plaut.in Capt.11.39,Pol ego vt rem video,tu inuentus vera vanitudine qui conuincas.

Vano,vanas, vanare, Verbum antiquum, Fallere ſignificat. Actius, Sic illum vanans in angiportum deduxit.

Vaniloquentia vaniloquentiæ,f.g.Apuleius,Nihil hominis vaniloquentia commotus.

Vanidicus,vanidica,vanidicũ,Qui vana dicit.Plaut.in Trin.5.37, Cum probis potius,quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vaniloquus,vaniloqua,vaniloquum.Idem.Plaut.in Amphit.4.225,Ergo iſtoc magis,quia vaniloquus,vapulabis magis.

Vaniloquidorus vaniloquidori.Idem.Iocoſa Plauti dictio,in Perſa,18.19, Vaniloquidorus virginiſuandonides.

VAPOR,vaporis,m.g.Exhalatio calida,Vapeur.Dicitur & vapos.Lucretio in quinto,Peruolitans permanat odos,frígúſque,vapóſque.

Vaporarium vaporarij,n.g. Accipitur pro tepidario. Cic.ad Q. Fratrem lib.3. Vaporarium ex quo ignis erumpit,eſſet ſub tectum cubiculi.

Vapóro vaporas,vaporare,Vaporem emittere.

VAPVLO,vapulas,vapulare,Eſtre batu.Plaut.in Amphit.4.180,Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem,quæ hunc verberat.

Vapulat peculiũ.Plau.in Sticho,15.10,Vapulat peculium,actũ eſt,fugit hoc libertas caput.

VAPPA,vappæ,f.g. Genus vini quod ſponte deferbuit, & odorem, ſaporémque amiſit,vt illud quod in exhauſto vaſe reliquum fuit,& euaporauit.Vin eſuenté.Horatius, Qui Veientanum feſtis portari diebus Campana ſolitus trulla,vappámque profeſtis. Plinius,Vitiúmque muſto quibuſdam in locis ſponte feruere, qua calamitate cum deferbuit, deperit ſapor, vappæque accipit nomen.

Vappa,Pro homine ignauo,vilíque aliquando ponitur,ac nugatore, & in quo nihil prudentiæ eſt.Horat.in Serm.Non ego auarum,Cum veto te fieri,vappã iubeo,aut nebulonem.

VARICO,vide VARIX.

VARIVS,varia,varium,Multiforme,De diuerſes ſortes & couleurs.Plaut.in Pſeud.4.12, Niſi ſomnum ſecordiámque ex pectore oculíſque amouebitis, ita veſtra ego latera loris faciã vt valide varia ſient. Terent.in Eunucho,4.4.16,Ita viſus eſt dudum,quia varia veſte exornatus eſt. Plin.lib.8,Nunc varias & pardos qui mares ſunt, appellant in eo omni genere creberrimo in Africa,Syriáque.

Varius, Qui varis in facie diſtinctus eſt. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilianũ in VI, in Iſauricum, Miror quid ſit quòd pater tuus homo conſtantiſſimus, te nobis varium reliquit.

Varie, aduerbiũ, En diuerſes manieres. Plin. epiſt. 104. a. lib. V, Veriè me affecerunt literæ tuæ: nam partim læta, partim triſtia continebant.

Varie valui. Plaut. in Epid. 2. 15, Quid agis? perpetuòn' valuiſti? T. varié. E. qui variè valent, caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus. Maintenãt bien, maintenant mal.

Vario varias, variare, Faire de diuerſes ſortes, & de diuerſes couleurs. Plaut. in Pœn. 2. 26, Domum abeant, vitent ancipiti infortunio, ne & hic variẽtur virgis, & loris domi.

Variare otium labore, Beſongner par fois. Plin. epiſt. 161. a, Iucundum vtrunque per iocum ludúmque fluitantibus, vt flexerint curſum, laborem otio, otium labore variare.

Varietas varietatis, fœm. gen. Varieté.

Variantia, variantiæ, f. g. Idem. Lucillius, lib. 3, Principis, vnde hæc oritur variantia rerum.

Variatio variationis, fœm. gen. Idem.

VARIX, varicis, maſcu. gen. vel fœm. Varices venæ plus æquo intumeſcẽtes atque obtortæ, in temporibus, in ventre, in teſtibus, & inguine, & potiſſimum in cruribus. Plin. lib. XI. cap. 45, Varices in cruribus viro tantum, mulieri rarò. Horatius, Varice ſucciſo.

Varicoſus varicoſa varicoſum, Qui tumidiores habet huiuſmodi venas.

Varicor varicaris, varicari, Tranſgredi eſt, quaſi varices tranſcendere, & currẽdo præterire: quoniam huiuſmodi curatio periculoſa eſt. Tractum à medicis: qui cum varices curare non audent, eas tranſgrediuntur, atque prætereunt.

VARVS, vara, varum, Qui pedes habet incuruos, & in ſe contractos, cuiuſmodi ſpadones & caſtratos videmus. Plaut. in Mil. 10. 12, Aut varum, aut valgum. Idem in Merc. 12. 54, Canum, varum, ventrioſum, buculentum.

Varæ manus, Id eſt incuruæ. Ouid. lib. IX, Metamorph. Tenuíque à pectore varas In ſtatione manus.

Vari apud Celſum, lib. 6, Maculæ ſunt oris, vt lenticulæ & ephelides. Vnde homines varij dicti. à varis, varius dictus: Vide paulo ſupra in VARIVS.

VAS, vadis, m. g. Vng pleige. Vide VADIS.

VAS, vaſis, n. g. tertiæ declinationis. In plurali ſecundæ declinationis, Vng vaiſſeau.

Vaſculum vaſculi, n. g. diminutiuum, Vng petit vaiſſeau.

Vaſum vaſi, in neutro genere dixere veteres teſte Gellio. Plaut. in Trucul. 3. 23, Aut aliquod vaſum argenteum.

Vaſcularius vaſcularij, m. g. Qui vaſa conficit.

VASTVS, vaſta, vaſtum, Magnus. Virg. Vaſtúmque caua trabe currimus æquor. Plaut. in Amphit. 16. 1, Quis tam vaſto impete has fores toto cõuolſit cardine? Plin. epiſt. 250, Cũ diuerſam partem prouinciæ circumirem, Nicomediæ vaſtiſſimum incẽdium multas priuatorum domos, & duo publica opera &c. aſſumpſit.

Vaſtus, deſertus. Accius, Hanc vrbem ferro vaſtam faciet.

Vaſtitas, vaſtitatis, f. g. Magnitudo. Columella lib. 4, Pari tamen in hac terra vaſtitate, belluas progenerari quis neget? Idem lib. 6, Sed cum ſim profeſſus ruſticæ rei præcepta (ni fallor) nõ aſſeueraueram quæ vaſtitas eius ſcientiæ contineret.

Vaſtitas, Vaſtatio, Deſtruction. Actius, Propterea tot, tantáſque habemus vaſtitates funerum.

Vaſtitudo, vaſtitudinis, fœm. gen. Idem.

Vaſtities, vaſtitiei, f. g. Idem. Apul. Cui in primis tanti corporis vaſtities horrori fuit.

Vaſtities, Separatio, Deſtructio. Plaut. in Pſeud. 3. 68, Harum mihi voluptatum omnium, atque itidem tibi diſtractio, diſſidium, vaſtities venit.

Vaſto vaſtas, vaſtare. Gaſter & deſtruire.

VATES, vatis, cõm. g. à fando dictus eſt, quaſi fates. Diuinator, ſacerdos, & propheta. Virg. lib. 6, Cunctantem & vatis portat ſub tecta ſibyllæ. Plaut. in Mil. 12. 37, Bonus vates poteras eſſe, cum quæ ſunt futura videas.

Vates poetæ dicti ſunt, à viendis verſibus. Viere enim, vincire eſt.

Vaticinor vaticinaris, vaticinari, Diuinare, quaſi faticinare. Plaut. Pſeud. 5. 128. Vetera vaticinamini.

Vaticinium vaticinij, Ipſa diuinatio.

Vaticinatio vaticinationis, f. g. Idem. Cic. Attico, lib. 8, Nã pridie quidẽ quoquomodo potue-

ram, ſcripſeram ipſe eas literas, quarum vaticinationem falſam eſſe cupio.

Vaticanus, vaticana, vaticanum. vt, vaticanus ager, vaticanus collis non procul à Tiberi, ſupra molem Adriani, conterminus Ianiculo: ſic dictus, quod populus Romanus eo potitus ſit, vatum reſponſo expulſis Hetruſcis, vt inquit Feſtus. Vel vt Gellius ſentit, à vaticinijs quæ ibi dari ſolebant, vi atque inſtinctu dei Vaticani.

VATESCO, vateſcis, vateſcere, Deſtrui, derelinqui, horridũ fieri, authore Nonio. Actius, Iuſſit proficiſci in exilium quouis gentium, ne ſcelere tuo Thebani vateſcant agri.

VATIVS, vatij. m. g. Vatij ſunt qui pedes extrorſus obtortos habent, ijdem (vt arbitror) qui valgi. Varro lib. 2. de re ruſt. de canibus loquens, Sint cruribus rectis ac potius varis, quàm vatijs. Id eſt, in ſe potius, & introrſus intortis, quàm extrorſus. Plin. lib. x i, Vola homini tantum, exceptis quibuſdam. nam & hinc cognomina inuenta Plauci, Planci, Scauri, Panſæ: ſicuti à cruribus vari, variæ, vatij: quæ vitia & in quadrupedibus.

VATRAX, vatracis, o g. & Vatricoſus, vatricoſa, vatricoſum, Qui crura vitioſa habet, teſte Nonio. Lucillius lib. 28, Vt ſi progeniem antiquam, qua eſt maximus Quintus Vacax, qua varicoſus vatrax.

VB

VBER, vberi, m. g vide HVBER.

VBI, aduerbium loci, ſignificat in quo loco.

Interrogatiuè aliquando pronuntiatur. Plaut. in Trucul. 19. 20, Vbi mea amica eſt gentium? Idem in Capt. 16. 28, Vbi eſtis vos? ite actûtum. Terent. in Eunucho, 5. 9. 20, Sed vbi eſt frater? præſto adeſt.

Vbi ego audiuerim? Ou lauroyie ouy? Plau. in Amphit. 8. 115, Audiſtin' tu me narrare hoc hodie? s. vbi ego audiuerim?

Relatiuè nonnunquam. Virg. Vbi AEacide telo iacet Hector. Plaut. in Trucul. 4. 34, Si rem ſeruaſſem, fuit vbi negotioſus eſſem.

Infinitè aliquando. Plaut. in Trucul. 18. 30, Vbi amici, ibidem opus. Terent. in Eunucho, 2. 3. 20, Fac ſis promiſſa appareant, ſiue adeò digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos.

Vbi, Poſtquam, Apres que. Virg. Hæc vbi dicta dedit. Terent. in And. 2. 2. 19, Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum.

Vbi, Quando, Quant. Terent. in Eunucho, 5. 6. 3, Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Ibidem, 5. 9. 58, Vbi vis, accede. Ibidem, 3. 2. 11, Vbi vis, dona adſunt tibi à Phœdria.

Idem in And. 5. 2. 7, Vbi voles, accerſe. Plaut. in Capt. 6. 92, Vbi erunt induciæ, illic tuum qui conueniat patrem.

Vbi vbi, compoſitum. Plaut. in Rud. 26. 6, Vbi vbi erit, tamẽ inueſtigabo, & mecum ad te adducam ſimul. En quelque lieu quil ſoit, quelque part quil ſoit. Terent. in And. 4. 2. 1, Iam vbi vbi erit, inuentum tibi curabo. Plaut. in Curcul. 3. 3, Vbi vbi eſt, prope me eſt. Idem in Caſina, 16. 3, Vbi ſunt, duplici damno multant.

Vbi vbi gẽtiũ. Plau. in Aſin. 7. 21, Perij ego oppidò, niſi Litanũ inuenio iã, vbi vbi eſt gẽtiũ.

Vbi vbi, Incontinent que. Plaut. in Merc. 18. 24, Vbi vbi erit inuenta, mater redimet.

Vbi loci, Idem quod vbi. Plaut. in Capt. 17. 5, Propemodum vbi loci tuæ fortunæ ſunt, facilè intelligis. Idem in Merc. 24. 26, Nam ſi iſtuc ius eſt ſenecta ætate ſcortari ſenes, vbi loci res ſumma noſtra publica?

Vbi terrarum. Idem. Plaut. in Amphit. 4. 182, Non ædepol nunc vbi terrarum ſim ſcio. Cic. Attico, Etſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum, quia quid ageres, vbi terrarum eſſes, ne ſuſpicabar quidem.

Vbi gentium, Idem. Plaut. in Merc. 7. 91, Vbinam eſt is homo gentium?

Vbicunque, En quelque part, ou en quelque choſe que ce ſoit. Terent. in Heaut. 3. 3. 17, Atque vbicunque opus ſit, obſequi. Et vbicunque terrarum. Cic. in Philipp. Vbicunque terrarum ſunt, ibi eſt omne reip. præſidium.

Vbinam gentium. Cic. in Catil. O dij immortales, vbinam gentium ſumus?

Vbi primum, Incontinent que. Plaut. in Amphit. 4. 49, Principio vt illò aduenimus, vbi primùm terram tetigimus, continuò Amphitruo delegit viros primorum principes. Terent. in Eunucho, 4. 1. 14, Hoc eſt ſigni, vbi primùm poterit, ſe illinc ſubducet ſcio.

Vbivis gentium. Terent. in Hecyra, Cui quanto fuerat præſtabilius, vbivis gentium ætatem agere, En quelque autre lieu.

Vbique, Par tout. vt vbique terrarum, locorum, gentium.

V D

VDVS, vda, vdum, quasi sudum, à sudando dicitur humidum. Virg. lib. 3. georg. Nigra sub-est vdo tantum cui lingua palato.

V E

VE, disiunctiua coniunctio est, id significans quod aut. Cic. Attico, Appius enim ad me ex itinere, bis, terve literas miserat. Eidem, Amici regis, duo, tresve prædiuites sunt. Idem in Antonium, Censeo vti Caius Pansa, Aulus Hircius consules, alter, ambove defendant.

Geminata eleganter postponitur negatiuæ. Cic. Lentulo, Peto à te vt id à me, neve in hoc, neve in alijs quæras. Ne en cestuy, ne es autres. Idem in Oratore, Componere & struere verba sua, vt neve asper eorum concursus, neve hiulcus sit, sed quodammodo coagmentatus & lenis. Ibidem, Id assequimini si verba extrema cũ consequentibus primis ita iungegetis, vt neve asperè concurrant, neve vastius deducantur. Virg. in georg. Neve tibi ad solem vergant vineta cadẽtem, Neve inter vites corylum sere, neve flagella Summa pete.

VECORS, vecordis, o. g. Quasi sine corde, qui est turbati & mali cordis. Qui est dung meschant cueur, & lasche, fol.

Vecordia, vecordiæ, f. g. Terent. in And. 4. 1. 2, Hoccine credibile est aut memorabile, tanta vecordia, innata cuiquam vt siet, vt malis gaudeãt, atque &c. Sallust. Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus incessus, prorsus in facie, vultúque vecordia.

VECTIGAL, vectigalis, n. g. Quod ex vectura penditur. Peage. Vnde & à vehendo dicitur, cum ex fundis fruges in vrbem vehuntur. Vectigal duplex est, publicum & priuatum.

Vectigal publicum, Ex quibus vectigal accipit viscus.

Vectigal priuatum, quod quisque sumit ex reditibus & fructibus. Cic. in Paradoxis, Ex meo tenui vectigali capio ego ducenta. Paulus iurisc. Cæsæ arundinis, vel pali compendium, si in eodem fundo vectigal esse consueuit, ad fructuarium pertinet. Cic. lib. 2. de off. Vt bona valetudo voluptati anteponatur vires celeritati: AEternorum autem, vt gloria diuitijs, vt vectigalia vrbana rusticis ædibus & mercibus. Id est, prouentus, reditus.

Vectigalis & hoc vectigale, Tributaire, qui rẽd tribut. Sic prouinciæ, agri, homines qui tributa persoluunt, vectigales dicuntur. Cic. lib. 3. de off. Quas ciuitates L. Sylla pecunia accepta ex senatusconsulto liberasset, vt hæ rursus vectigales essent. Suetonius in Cæsare, Agrum Campanum ad subsida reip. vectigalem relictum, diuisit extra sortem. Cic. in Catil. Et syluas, lucósque publicos Romani vectigales habuere. Liuius, Vtrum Annibal hic sit æmulus itinerum herculis, vt ipse fert, an vectigalis stipendiariúsque, & seruus populi Romani à patre relictus.

VECTO, vectas, VECTVRA, vide VEHO.

VEGEO, veges, vegui, vegere, In sanitate esse. Nonius, Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum est. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus.

Vegetus, vegeta, vegetum, Quod sanum & incolume est: & ad corpus proprie pertinet. Gellius lib. 2, Quid igitur inquit, dicimus, quòd multos videmus esse pecuniæ cupidos, & eosdem cum corpore esse vegeto ac valenti? Suetonius de Cæsare, Nigris, vegetisque oculis, valetudine prospera.

Vegeta mens, apud Ciceronem, lib. 1. Tusc. Horum (inquit) animus est aliquid, ne tam vegeta mens, aut in corde, cerebróve, aut empedocleo sanguine demersa iaceat.

Vegeto, vegetas, vegetare, Fortificare, recreare, vegetum facere, conseruare, seu longo tempore in sanitate esse facio. Gellius, Memoriæ vegetandæ gratia. Quod dicimus, bonæ memoriæ faciendæ gratia.

VEGRANDIS, & hoc vegrande. Festus, Vegrande significari alij aiunt male grande, vt vecors, vesanus, mali cordis, maleque sanus. Alii paruum siue minutum: vt cum dicimus vegrande frumentum. Et Plautus in Cistell. Qui nisi iteres, nimium is vegrandi gradu. Hæc Festus. Varro lib. 2. de re rust. Quódque postea concipiunt vegrandes atque imbecillæ.

VEHEAM, non viam veteres dicebant, quòd per eam vehebant.

VEHEMENS, vehementis, o. g. Graue magnum vrgens, acre. Grand, aspre. Terẽt. in And. 1. 1. 123, Næ hæc quidem satis vehemens caussa ad obiurgandum. Idem in Heaut. 3. 1. 31, Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis.

Vehementer, aduerbium, Fort, vehementement, asprement. Plaut. in Merc. 18. 19, Id cum resciscit pater, insanit vehementius. Terent. in Eunucho, 5. 9. 38, Principio ego vos credere

ambos hoc mihi vehemẽter velim. Idem in Adel. 4. 5. 48, Ita velim me promerẽtem ames dum viuas, mi pater, vt me hoc delictum admisisse in me id mihi vehementer dolet, & me tui pudet. Idem in Trucul. 10. 62, Vehementer mihi nunc est irata, sentio atque intelligo.

VEHES, vehis, m. g. Plaustrum, Chariot. Plin. lib. 36, Amplitudinem canis eam fecisse proditur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Columella lib. x i, Satis erit in singula iugera veh es stercoris comportare numero decem & octo. Vehes autem stercoris habet modios octoginta.

Vehis, Mensuræ nomen in fœno, stercore, aliáve materia. Columella lib. x i. cap. 2, Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedũ x x, hæc erit vehis vna. Pinus autem v & x x pedum æquè ab vno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur.

VEHIA, vehiæ, Oscorum lingua plaustrum dicitur.

Vehiculum vehiculi, n. g. In quo aliquid vehitur: quod cum quatuor rotis Phryges traduntur inuenisse, Vng chariot.

Vehicularius vehicularij, Qui vehiculum ducit.

Vehicularis & hoc vehiculare, Quod ad vehiculum pertinet. vt equus vehicularis: & rotæ vehiculares.

VEHO, vehis, vexi, vectũ, vehere, Proprie de naui, equo, cæterisque quadrupedibus & plaustris dicitur. Porter a cheual, ou en nauire, & semblable. Plaut. in Mostell. 9. 82, Vehit clitellas, vehit hic autem alter senex. Et paulò pòst, Magni sunt oneris, quicquid imponas, vehunt. Idem in Bacchid. 1. 73, Nam vt è naui vecta es, credo timida es aliquantum forõr.

Vecto vectas, vectare, Frequentatiuum.

Vectatio vectationis, f. g. Passionem semper significat, Charge, ce qui est porté.

Vectito vectitas, vectitare, Frequentatiuum à vecto.

Vectabulum vectabuli, n. g. Vehiculum.

Vector vectoris, m. g. Qui in aliena naui vel equo vel plaustro vehitur prętio. Quintil. In nauim filij mei malè permutatus vector imponor.

Vector, Is qui vehit. Cic. Etiam summi gubernatores in magnis tempestatibus à minoribus vectoribus admoneri solent.

Vectarius, vectaria, vectarium, Quod vehit, ac aptum est ad vehendum. Varro lib. 2, cap. 7, Neque idem qui vectarios facere vult (scilicet equos) neque eodem modo parãtur ad ephippium, vt ad prædam: quòd vt ad rem militarem, quòd ibi ad castra habere volunt acres.

Vectura, vecturiæ, f. g. Actus ipse, Chariage. Varro de re rust. lib. 2. cap. 7, Equi quod alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, &c.

Vectura, Merces quę pro vectura soluitur, vt puta pro naui, siue vehiculo, seu equo meritorio

Vecticularius, vecticularia, vecticularium. Vecticularia vita dicitur eorum qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furandi gratia. Cato, Vecticularíam vitam viuere, est repentè largiter habere, repentè nihil.

VEL, coniunctio plerunque disiunctiua, vt, vel scribam, vel ad te veniam. Ou ie escriray, ou &c. Plaut. in Mil. 14. 28, Vel adest, vel non.

Vel, copulatiua. vt, maxime me tibi amicum facit, vel virtus vel doctrina tua. Terent. in Eunucho, 2. 3. 27, Hanc tu mihi vel vi vel clàm vel precario fac tradas.

Vel, Veluti, inquit Donatus. Terent. in Hecyra, 1. 1. 3, Per pol quàm paucos reperias meretricibus fideles euenire amatores, Syra: vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi &c. Idem in Eunucho, 3. 1. 7, Est istuc datum profectò, vt grata mihi sint quæ facio omnia. G. aduorti hercle animum. T. vel rex semper maximas mihi agebat.

Vel, Etiam, interprete Donato. Terent. in And. 3. 2. 9, Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortũ? Virg. Vel Priamo miserãda manus. Idem, Carmina vel cælo possunt deducere lunã. Terẽt. in Heaut. 4. 6. 2, Nulla est tã facilis res, quin difficilis siet, quam inuitus facias. Vel me hæc deambulatio quàm nõ laboriosa, ad languorẽ dedit. Cic. Attico, Vt vel perire maluerit, quàm perdere omnia. Eidem, Occupationum mearum vel hoc signũ erit, quòd epistola, librarij manu est. Plaut. in Epid. 14. 14, Dum sine me quæras hũc mea caussa, vel in medio mari. Sunt qui in his locis interpretentur non pro etiam, sed, Quid tibi videtur de hoc? vel, quid nunc dices?

Vel, A tout le moins. Terent. in Phor. 2. 1. 71, Postremo si nullo alio pacto, vel fœnore.

Vel etiam. Plaut. in Menæh. 15. 17, Vtere vel tu vel tua vxor, vel etiam in oculos cõpingite.

Vel hercle. Plaut. in Aulul. 27. 23, Vel hercle enica, nunquam hinc feres à me. Quant tu me debuerois tuer.

Vel quaſi egomet, qui filij cauſſa cœperam me excruciare animi. Plaut. in Epid. 9.7.

VELABRVM, velabri, n.g. à velo velas, Locus in quo vela obtendebãtur, ſub quibus olearij venditabant. Plaut. in Capt. 8.29, Quaſi in velabro olearij.

VELAMEN, velaminis, n.g. Res qua aliquid velatur, id eſt tegitur. Vng voyle.

VELARIVM, velarij, n.g. Velaria dicebantur vela quibus theatra tegebantur. Papinius, Iam velaria lintea pluebant.

Velaria, loca abdita quæ velis clauduntur. Iuuenalis, Et pueros inde ad velaria raptos.

VELATVRA, velaturæ, f.g. Pretium quod nautæ datur ab his qui nauigio vehuntur.

VELATVS, vide VELO, velas.

VELES, velitis, m.g. Qui leuiſſimè omniũ armatus, qui & velatus & ferẽtarius dicitur, Auanturier. Refert AElianus ordinẽ pedeſtrem in militia diuidi trifariam: In armatos, quæ grauis armatura dicitur: Et velites, qui leuiſſime omnium armantur, vnde & expediti nuncupãtur: non enim ocreas aut loricam induunt, ſed tantum iaculis & fundis vtuntur. In tertio ordine ſunt peltati, à pelta paruo & leui ſcuto. hi medij erant inter grauem armaturam & leuem.

Velites quaſi volites dicuntur. Cic. de rep. Militari more veterum velociſſimi, cum ſcutis leuibus, pedites ad hoc ipſum exercitati, ijſdem miſcendi, quos expeditos quaſi volitãtes, volites appellabant. Inde verſa litera o in e, velites. Vel ἀπὸ τοῦ βάλλειν, id eſt à iaculatione, eo quòd tela tantum miſſilia ſecum gerant.

Velites, per tranſlationem, Qui verbis altercantur. Ouid. in Ibin, Vtque petit primo plenum flauentis arenæ, Nondum calfacti velitis haſta ſõlum.

Velitor velitaris, velitari, Digladiari, Pugnare, Se battre lung contre lautre.

Velitari ad verba tranſfertur, pro iurgari, Tenſer lung a lautre, auoir parolle lung contre lautre. Plaut. in Menæh. 17.20, Neſcio quid velitati eſtis inter vos duos. Cic. Cum inquinatiſſimis hominibus non eſt conuitio decertãdum, neque maledictis aduerſum imprudentes & improbos velitandum: quia tantiſper ſimilis & compar eorum fias, dum paria & conſimilia dicas, atque audias.

Velitatio, velitationis, Pugna, digladiatio, Combat. Plaut. in Rud. 13.41, Equidem meam velitationem exerceo. nam omnia corruſca præ tremore fabulor.

Velitatio, inquit Feſtus, Eſt vltro citróque verborũ obiectatio, ab exemplo velitaris pugnæ. Debat, noiſe, parolles que on ha lung contre lautre. Plaut. in Aſin. 7.41, Verbis velitationem fieri compendio volo.

Velitaris & hoc velitare, Quod ad velites pertinet. Vnde velitaris pugna. Salluſt. in Iugurtha, Præterea iere ſagittarij & cohors peligna cum velitaribus armis itineris properandi cauſſa. neque his ſecus, atque alijs armis aduerſum tela hoſtium, quòd ea leuia ſunt, muniti erant.

Velitatim aduerbium, Significat per ſaltus & interualla, quòd velites pugnando, ſaltibus vtantur. Siſenna, Nos vna æſtate in Aſia & Græcia geſta idcirco continentia literis mandauimus, ne velitatim aut ſaltuatim ſcribendo, lectorum animos impediremus. Quidam legunt vellicatim.

VELIFICO, vide VELVM.

VELIVOLVS, veliuola, veliuolum, Mare dicitur veliuolum, quòd velis velatur. Virg. Deſpiciens mare veliuolum.

Veliuolæ naues, quæ velis volant, apud Ennium.

VELLA, vellæ ab antiquis dicebatur pro villa. Vnde

Vellaturam facere, quod Varro declarat his verbis, lib. 1. de re ruſt. cap. 2, Aquo ruſtici etiã nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas, & vellam non villam, quò vehunt, vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

VELLO, vellis, velli & vulſi, vulſum, vellere, Extirpare, Arracher. Suetonius de Cæſare, Circa corporis curã moroſior, vt non ſolum tonderetur diligenter, ac raderetur, ſed velleretur etiã.

Vellere, Mouere. Virg. Poſtéſque à cardine vellit.

Vulſus vulſa vulſum, Arraché. Vulſa corpora à Quintiliano dicuntur fœdiſſima.

Vellico, vellicas, vellicare, Frequẽter vellere: quod propriè fit cũ extremas corporis partes vellimus, & preſſando infeſtamus. Pinſer, Propertius, Nec mihi tã duris inſultes moribus, & te Vellicet, heu ſerò flebis amata diu. Plaut. in Moſtell. 10.62, Vidén' pictum vbi ludificatur cornix volturios duos? cornix aſtat: ea volturios duo viciſſim vellicat? Pique de ſon becque.

Vellicare, per tranſlationem ponitur pro criminari, mordere, lacerare, Reprendre, deſpriſer.

meſdire. Plaut. in Merc. 7. 66, Contemplent, conſpiciant, nutent, nictẽt, ſibilent, vellicent, vocent, moleſti ſunt. Gellius lib. 4, Plura in Salluſtio, inſcite aut maligne vellicant. Horat. Vellicet abſentem Demetrius.

VELLVS, velleris, n. g. Lana ex ouibus detonſa. Laine. Varro de re ruſt. lib. 2. cap. x 1, Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne flocci intereant. Dies ad eam rem ſumuntur ſereni, & ijs id faciunt ferè à quarta ad decimam horam: quoniam ſole calidiore tonſa, ex ſudore eius lana fit mollior & ponderoſior, & colore meliore. Quam ademptam & conglobatam, alij vellera, alii vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulſuram, quàm tonſuram inuentam.

VELO, velas, velare, Tegere, Cacher. Plin. in Paneg. 93, Quare non alia maior imperator Auguſte gloria tua, quàm quòd agentibus tibi gratias nihil velandum eſt, nihil omittendum.

Velare, Ligare, Pomponius, Reſte velet gulam. Plaut. in Amphit. 4. 103, Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum.

Velare, Veſtire. Plaut. Muliebri velatus toga. Vnde velati, authore Feſto, appellabãtur veſtiti & inermes, qui exercitum ſequebantur, quique in mortuorum militum locum ſubſtituebãtur. Hi poſtea mutatis literis velites dicti ſunt, qui & ferentarij ab auxilio ferendo.

Velatus velata velatum, Ornatus, vittatúſve. Virg. Iámque oratores aderant ex vrbe Latina, Velati ramis oleæ. Seruius, Velati, inſtructi & ornati, id eſt, in manibus ramos oliuæ tenẽtes.

Velanda corporis, pro pudendis dixit Plinius epiſt. 1 10, lib. v 1, Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis vlceribus putreſcebat.

VELOX, velocis, o. g. Celer. À volando, quaſi volox. Legier.

Velocitas, velocitatis, fœm. gen. Legierete.

Velociter aduerbium, Legierement.

VELVM, veli, n. g. Tegmen, à velo velas. Vng voille. À volo volas, nonnulli deriuant, quòd vela ventis aptata, volitare videantur. Varro à velleribus, quòd ex ouium velleribus fierent.

Velum, Vne curtine dung lict.

Velis equíſque, id eſt, omnibus neruis, omni conatu. De toute ſa force, de tout ſon pouoir. Cic. ad Q. Fratrem, lib. 2, Sic ego qui in iſto homine colẽdo tam indormiui diu, te me hercle ſæpe excitante, curſu corrigam tarditatem tum equis tum velis. Idem lib. 3. de off. Quibus obſoletis floret Epicurus eiuſdẽ ferè author, adiutórque ſententiæ. Cum his, equis, veliſque (vt dicitur) ſi honeſtũ tueri ac retinere ſententia eſt, decertandum eſt. In his exemplis reſpexit Cicero ad vtriuſque pugnæ genus, equeſtre ac nauale.

Remis, veliſque, Idem cum priore ſignificat. Inde trãſlatum, quòd cũ nauis ſimul & remigio, & velo impellitur, ſummus eſt nautarum conatus. Cic. lib. 3. Tuſcul, Tertia enim res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contẽtione, velis (vt ita dicam) remíſque fugienda. Idem in prima Philippica, Tum verò tanta ſum cupiditate incenſus ad reditum, vt mihi nulli neque remi neque venti ſatiſſacerent. Plaut. in Aſin. Remigio, velóque, quantúmque poteris, feſtina & fuge.

VELVT, veluti, aduerbia ſimilitudinis, imaginẽ potius innuunt. Subiunctiuis verbi SVM iungũtur, ferécque ſi præſens præcedit, præterito imperfecto. vt, Incedis veluti rex eſſes. Aliorum verò verborum potentialibus potius. vt, Incedis veluti rex incederet. Et, Facis veluti vir probus faceret.

VENA, venæ, f. g. Conceptaculum ſanguinis mixti, confuſíque cum ſpiritu naturali, in qua plus ſanguinis, minus ſpiritus. Veine. Dicta quòd per eam ſanguis veniat. Cic. de fato, Si cui venæ ſic mouentur, is habet febrem, & is febrem non habet. Ouid. Saliunt tentatæ pollice venæ. Celſus, Periculoſiſſimum tum eſt, ſi venæ quoque ibi vehementer agitantur.

Plin. lib. x 1. cap. 37, Vbi ſunt nerui, interiores conducunt membra, ſuperiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id eſt, ſpiritus ſemitæ. His innatant venæ, id eſt ſanguinis riui.

Venæ arborum. Plin. lib. 16. cap. 38, In quarundam arborum carnibus pulpæ, venæque ſunt. Diſcrimen earum facile. Venæ latiores, candidioréſque: pulpæ fiſſilibus inſunt. Ideò fit, vt aure ad caput trabis quãlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel grauis ſentiatur, penetrãte rectis meatibus ſono. vnde deprehẽditur an torta ſit materies, nodíſque cõciſa.

Venæ per tranſlationem in terra dicuntur ſubterranei meatus, per quos vnda manat, aut alius liquor.

Vena trãſfertur etiam ad orationẽ, quæ tanquam corpus conſtruitur, quod ſuccũ & ſanguinẽ

habet, & venas & ossa, & neruos, & carnem, & toros, & robur, & colorẽ, decorémque. Vndè à Persio dictus est liber neruosus, pro aspero, duro, & horrido, cum ait, Est nũc Brisei quem venosus liber Acci.

VENABVLVM, venabuli, n.g. Telũ quo venantes vtũtur, aciei longissimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Vng vouge, vng epieu. Martialis, Si directa geres longo venabula ferro, Hic breuis in grandem cominus ibis aprum. Virg. Supra venabula ferro. Plin. lib. 7, cap. 56, Pisteum venabula inuenisse dicunt.

VENALIS, & hoc venale. vide VENEO.

VENATICVS, VENATVS, vide VENOR.

VENDICO, vendicas, vendicare, à venum fit, quasi conueniens sibi dicere. Sattribuer. Est enim vendicare (vt ita dicam) appropriare. Plin. epist. 47. b, Quam curam, etiã si nõ mãdasses, vendicassem. Id est, vltrò suscepissem. Idem epist. 77. a, Hæredes scribæ sibi, præfecti ærario, populóque vendicabant. Id est, proprium faciebant. Quintil. Rusticus petit partem bonorum, orator totum sibi vendicat.

VENDO, vendis, vendidi, venditum, vendere, Vendre. Ex venum & do compositum.

Cum ablatiuo cõstruitur, si pretiũ exprimatur. Plaut. in Trin. 14. 47, Talento inimicũ mihi emi, amicũ vendidi. Idem in Merc. Viginti minis opinor me posse illam vendere.

Cum genitiuis tanti, quanti, pluris, & minoris. Cic. lib. 3. de off. Vendo meũ nõ pluris, quàm cæteri, fortasse etiam minoris cum maior est copia.

Quanto pretio vendidisti? dicimus: non, quanti pretii.

Magno vendidit, dixit Varro, cum ait, Venerunt propter penuriam magno.

Vendax vendacis, o. g. Qui facile seu libẽter vendit. Cato de re rust. Patremfamiliâs vendacem & non emacem esse oportet.

Venditarius venditaria venditarium, Qui vendere solet. Plaut. in Sticho, 4. 103, Neque aliud quicquam nisi quod hoc habeo pallium, præter vnam linguam quoque etiam venditariam.

Vendito venditas, venditare, Sæpe vel continuò vendere. Plaut. in Curcul. 9. 21, Ibi sunt homines qui ipsi sese venditant. Plin. lib. 25, Hæc est quam Aristophanes Euripidi poetæ obiecit ioculariter matrem eius, ne holus quidem legitimum venditasse, sed scandycen. Idem, epist. 24, Tranquillus cõtubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur.

Venditare, Ostentare. Tracta ab institoribus metaphora, qui merces suas ostentare præcupidè solent. Quintil. lib. x i, Summouendũ verò est (inquit) vtrunque ambitus genus, vel potentibus contra humiles venditandi operam suam, vel illud etiam iactantius minores vtique contra dignitatem attollendi.

Venditare sese alicui, Est per assentationem, operam suam vltro spondere, quasique venalem ostentare. Cic. ad Atticum, Sermo hominum à Philotimo ad me scribitur. is enim me ab optimatibus ait conscindi. Quibus optimatibus dii boni? Qui nunc quomodo occurrunt? Quomodo autem sese venditant Cæsari? Id est, sese in clientelam Cæsari dedunt, & in eius partes adiungunt.

Venditatio venditationis, f. g. Ventance, ostentation, monstrance. Cic. in Lælio, Quanquam à multis ipsa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque ostentatio esse dicitur.

Vendibilis, & hoc vendibile, Quod facilè vendi potest, Vendible. Cic. in Rullum, Accedent falicta, ad Minturnas adiungentur, & illa via vendibilis Herculantea, multarum fit deliciarum & magnæ pecuniæ.

Vendibilis, Vulgaris, & vulgo gratus. Cic. in Lælio, Tamen illius vendibilem orationem religio deorũ immortaliũ nobis defendentibus facilè vincebat. Id est, fauorem populi captãtem. Idem in Bruto, Horum ætati propè coniunctus L. Gellius non tam vendibilis orator, quàm vt nesciret quid ei deesset.

VENEFICVS, venefici, m. g. & venefica veneficæ, Qui vel quæ venenũ conficit, & qui incantationibus & cæteris malis artibus vtitur. Enchanteur, ou empoisonneur.

Veneficium veneficii, n. g. Ipse actus venenandi. Enchantement, empoisonnement. Plin. Hæc arbor ante atrium sata, omnibus veneficiis remedio est.

VENENVM, veneni, n. g. Venin. Dictum quòd cito per venas eat, siue salubre, siue noxiũ. quod Græci φάρμακον dicunt. nam & medicamenta venena sunt. Et est generale ad omnia quæ naturam eius cui addita sunt, mutant. Plinius, Galbanum aduersatur venenis, maximè toxicis cum myrrha & vino.

Venenum, Color qui à veſtibus imbibitur.

Venenum, Color purpureus. Virg. lib. 2. georg. Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.

Omne quod ſumptum vel tactum nocet, venenum dicitur.

Venenoſus venoſa venenoſum, Venimeux. Quod venenum habet.

Veneno venenas, venenare, Enuenimer. Veneno contaminare.

Venenatus venenata venenatum, In quod eſt venenum coniectum, Enuenimé, empoiſonné.

Venenatum animal, Venimeux, plein de venin. Plin. lib. 21. cap. 32, Agyptia herba eſt, & magnum contra venenata animalia præbet auxilium.

Venenarius venenaria venenarium, Qui parat vel cõficit aut vendit venena. Apuleius, Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit.

Veneficus & Veneficum, vide ſuo ordine.

VENEO, venis, veniui, venum, venire, Vendi, Eſtre vendu. Quod venditur, in nominatiuo ponitur: & is à quo venditur, in ablatiuo cum præpoſitione: & pretium in ablatiuo ſine præpoſitione. Cic. Pro Roſcio Amerino, Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venire potuerũt, aut quomodo venire potuerũt. Idem in Verrem, act. v, At Ameſtratinos homines tenues, cum eorum decumas, D C C C vendidiſſes, Banobali Venerio (cognoſcite nomina publicanorum) cogis eos plus lucri addere, quàm quanti venierant, cum magno veniſſent. Idem de Aruſpicum reſponſis, Atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectantibus venditaret. Varro, Veneunt propter penuriam magno. Plaut. in Menæh. Quibus hic pretiis porci veneunt.

Veneor, Paſſiuum antiqui protulerunt. Plaut. Egóne illi venear?

Venum ire, & venum ibit dicimus, Eſtre vendu, Il ſera vendu. Salluſt. in Iugurtha, Quippe cui omnia venum ire, in animo hæſerat. Que tout ſeroit a vendre. Liuius lib. 3, Tum etiam legem fecerunt, ſanciendo vt qui tribuniplebis, ædilibus, iudicibus, decemuiris nocuiſſet, eius caput Ioui ſacrum eſſet. Familia ad ædem Cereri, liberi, liberæque venum irent. Fuſſent vendus.

Venalis, & hoc venale, Quod vendendum eſt, vel venditioni expoſitum. Qui eſt a vendre. Cic. lib. 3. de off. Venales ortos ſe non habere dicit.

Venalis, Sordidus, auarus, qui pecuniæ gratia ſeipſum vendit. Salluſt. O vrbem venalem, & cito perituram.

Venales, Si nihil addas, ſerui nouitij intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti. Seruorum enim alii nouitii ſunt, alii veteratores. Vlpianus, AEdiles præcipiunt ne veterator pro nouitio veneat.

Venalitius venalitii, m. g. Venditor. vt in oratione Corneliana, Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes Aphricanos & Lælios multi venalitii mercatores ſuperarunt.

Venalitius adiectiuum, Venditum corpus. Plin. lib. 35, Alióſque deinceps, quos enumerare iam non eſt, è ſanguine Quiritiũ, proſcriptionis licentia ditatos, hoc inſigne venalitiis gregibus, opprobriúmque inſolentis fortunæ. Id eſt venditis ſeruis. Põponius iuriſconſ. libro 24. digeſt Quòd ſi familiam domeſticam vxoris aut venalitiam parauit.

Venalitium, Corpus ipſum, vel venditio, vel locus vbi nouitii venduntur. Paulus de ædilitio edicto, Nam quicũque ex venalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit, ſtatim eum è veteratorum numero eſſe.

Venalitiarius venalitiarii, m. g. Apud Varronem & Plinium dicitur mango, & nouitiorum ſeruorum negotiator.

VENEROR, veneraris, venerari, Ex venia & orando compoſitum eſſe videtur, quaſi veniã orare. Eſt colere, Auoir en reuerance & honorer, prier. Plaut. in Rud. 6. 29, Eſt deus, veneror, vt nos ex hac ærumna eximat miſeras.

Veneratio veneratiónis, f. g. Honor & cultus.

Veneratus venerata veneratum, Qui eſt prié.

Veneratus, pro venerabili aliquando ponitur. Virg. Curſúſque dabit venerata ſacerdos.

Venerabilis, & hoc venerabile, Qui cultu & veneratione dignus eſt. Plin. Vir grauis, & ipſa ſenectute venerabilis. Idem epiſt. 177. a, Reuerere conditores deos, numina deorum, reuerere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt. Idem de viris illuſt. 22, Anguis è ſedibus eius elapſus venerabilis, non horribilis.

Venerandus veneranda venerandum, Idem quod venerabilis.

Veneranter ſignificat cum veneratione. Apul. Et ab eo veneranter exceptus paululum quieui.

VENETVS, veneta, venetum, Quod è Venetijs eſt. vt Veneti ciues. Color Venetus, vt ait Vegetius, cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis.

VENIA, veniæ, Remiſſio culpæ, & cõdonatio erroris. Pardon. Quintil. Peccaui, veniã peto.

Venia, Beneficium, indulgẽtia, permiſſio, Congé, permiſſion. Plin. de viris illuſt. 12, Cum Porſena rex vrbem obſideret, Mutius Scæuola Cordus vir Romanæ conſtantiæ, ſenatũ adijt, & veniam trãſfugiendi petijt, necem regis repromittens. Cic. lib. 1. de Oratore. Date nobis hanc veniam, vt ea quæ ſentitis de omni genere dicẽdi ſubtiliter proſequamini. Id eſt, concedite. Terentius, Da pater veniam, ſine te exorem.

Cum venia, A voſtre congé.

Venia ſit dicto, Ne deſplaiſe a vous & a la cõpagnie de ce que ie dis. Plin. epiſt. 101. p. lib. v, Mei quoque nuſquam ſalubrius degunt: vſque adhuc certè neminem ex ijs, quos eduxeram mecum (venia ſit dicto) ibi amiſi.

VENIO, venis, veni, ventũ, venire, Venir. Plaut. in Amphit. 3. 140, Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu. Idem in Aſin. 12. 151. Hac quidem non venit angiporto.

Venire pro imminere vſurpant poetæ. Virg. Se ſatis ambobus Teucriſque venire Latiniſque.

Venire, Creſcere. Virg. lib. 1. Georg. Hic ſeges, illic veniunt fœlicius vuæ.

Venire, Portari. Plin. Species ſinopidis tres: rubra, & minus rubens, & media inter has. Eius quæ ex Africa venit, octoni aſſes.

Venit ad aures vox. Plaut. in Rud. 6. 12, Mulier eſt, muliebris vox mihi ad aures venit.

Venies ad illud quod refert tua. Plaut. in Perſa, 15. 53, Nunc ad illud venies quod refert tua. Tu liras maintenant, tu viendras a lire &c. Terent. in Heaut. 2. 3. 33, Mane, hoc quod cœpi primum, enarrem, ô Clitipho: pòſt, iſtuc veniam.

Veniam ad te comeſſatum. Plaut. in Perſa, 16. 101.

Venire aduorſum, Aller au deuant. Plaut. in Moſtell. 5. 1, Aduorſum mihi venire ad Philolachem volo tempori.

Venit deriſum. Plaut. in Aulul. 7. 46. Et apud Terentium in Eunucho, 4. 6. 14, Venit ereptũ.

Venire in confeſſum. Plin. epiſt. 302, Vt neceſſe ſit in ea re quæ & in confeſſum venit, & exẽplis defenditur, deliberare. Qui eſt notoire.

Venire in crimen. Terent. in Hecyra, 3. 1. 55, Hera in crimen veniet, ego verò in magnum malum. Elle ſera blaſmee.

Venire in diuitias. Plaut. in Capt. 19. 3, Vt nunc liber in diuitias faxo venies.

Venire in dubium. Terent. in Adelph. 3. 2. 42, Tua fama & gnatæ vita in dubium veniet. Sera en danger.

Venire in inuidiam. Plin. de viris illuſt. 66, Deinde ex gratia in inuidiam venit.

Venire in manus. Plin. epiſt. 1, Neque enim hiſtoriam componebam, ſed vt quæque in manus venerat. Comme il me venoit au deuant.

Venit in mentẽ, Il me ſouuient. Plaut. in Epid. 13. 32, Non noſti me? v. quod quidem nunc veniat in mentem mihi. Non point que ie ſache. ou, de quoy me ſouuienne. Idem in in Perſa, 10. 60, Ergo iſtuc facito vt veniat in mentẽ tibi. Qui te ſouuienne de ce. Idem in Amphit. 4. 139, Quem in mentem venit, illic homo hoc denuo volt pallium detexere. Ie ſcay bien. Idem in Mil. 20. 48, Vah ah, cum venit in mentem, mores vt mihi mutandi ſient. Idem in Trucul. 19. 37, Venitne in mentem tibi, quod verbum in cauea dixit hiſtrio? Terent. in Eunucho, 2. 2. 2, Hoc adeò ex hac re venit in mentem mihi. Ibidem, 3. 2. 45, Et illud de Rhodio dictum in mentem venit. Idem in Phor. 4. 3. 47, Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum.

Venire in periculum. Terent. in Adel. 2. 2. 32, Vide, ſi ſatis placet, potius quàm venias in periculum Sannio.

Venire in ſpem, Sperare. Cic. lib. 2. de Orat. Nonnullam in ſpem veneram, poſſe me aliquid ex iſtis diſcere.

Venire in tempore. Terent. in And. 4. 4. 19, Veni in tempore.

Venire proſpere. Plautus in Pſeud. 8. 1, Proh Iuppiter, vt mihi quicquid ago, lepidè omnia proſpereque veniunt.

Venire palam. Terent. in Heaut. 4. 1. 27, Nẽpe anui illi prodita abs te filia eſt planiſſimè, per te vel vti quæſtum faceret, vel vti veniret palam. Que on le ſceuſt.

Venit rumor. Terẽt. in prologo Hecyræ, 39, Primo actu placeo: cum interea rumor venit datum iri gladiatores.

Venit vſus. Terent. in Heaut. 3. 2. 45, Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnificè, Chreme, tractare poſſim. Sil vient a point.

Venitur impersonale. Plin. epiſt. 190. g, Venitur ad me, conſurgo.

Ventum gaudeo. Plaut. in Ciſtell. 2. 12, Quod ille dixit qui ſecundo vectus eſt mari, ventum gaudeo ad te ecaſtor.

Ventio ventionis, fœm. gen. Plaut. in Trucul. 11. 61, Quid tibi huc ventio eſt? A quoy es tu venu icy?

Vento ventas, ventare, Frequenter venire.

V E N O R, venaris, venari. Feras indagare. Vener, chaſſer aux beſtes ſauuages.

Venari per tranſlationem, artificio quodam & ſolertia quærere. vt, venari laudem, gloriam.

Venari de verbis alicuius. Plautus in Mil. 14. 37, Tu contrà cura & contempla, & de verbis meis venator.

Venari apros in mari, Perdre ſa peine. Plautus in Aſin. 3. 88, Iubeas vna opera, me piſcari in aere, venari autem iaculo apros in medio mari.

Venatus, venatus, venatui, maſc. gen. Ipſa venatio. Chaſſe. Plaut. in Rud. Hunc qui cepi in venatu meo.

Venator venatoris, m. g. Veneur, chaſſeur.

Venator noſtris conſilijs, Qui eſcoute nos conſeilz. Plaut. in Mil. 10. 14, Noſtro conſilio venator aſſit cum auritis plagis.

Venaticus venatica venaticum, Quod ad venationem pertinet. vt venaticus canis, Vng chien de chaſſe. Plaut. in Mil. 10. 14, Si ita non reperio, ibo odorans quaſi venaticus, vſque donec perſecutus vulpem ero. Varro, Canum duo genera: vnum venaticum, alterum quod cuſtodiæ cauſſa paratur.

Venatici paraſiti. Plaut. in Capt. 3. 17, Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus.

Venatorius venatoria venatorium, Idem quod venaticus.

V E N T E R, ventris, m. g. Capitur pro eo qui videtur, hoc eſt, qui à pectore ad pubem terminatur. Le ventre. Iuuenalis, Montani quoque venter adeſt, abdomine tardus.

Venter, Stomachus. Iuuenalis, Ventre nil noui frugalius.

Venter, Aluus. Plaut. in Capt. 13. 86, Proin tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas. Celſus lib. 3, Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt, ventrem eius antè ſoluendũ eſſe.

Ventriculus ventriculi, m. g., Diminutiuũ, Le petit ventre. Cor. Celſus, Ventriculus autem qui receptaculum cibi eſt, conſtat è duobus tergoribus: iſque inter lienem & iecur poſitus eſt.

Ventrioſus ventrioſa ventrioſum, Qui magnum habet ventrem. Plaut. in Aſin. 8. 20, Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventrioſus. Idem in Merc. 12. 54, Canum, varũ, ventrioſum.

Ventricoſus ventricoſa ventricoſum, Idem.

Ventralis, & hoc ventrale, Veſtimentum ventrem contegens. Plin. Patris mei memoria cœpere amphimala noſtra, ſicut villoſa, etiam ventralia.

V E N T I L A B R V M, ventilabri, n. g. Inſtrumẽtum quo aliquid ventilatur. Vng vent. Columella lib. 2, Nam cum acerinis paleis graniſque miſtus in vnum fuerit congeſtus, paulatim ex eo ventilabris per longum ſpatium iactetur. À ventilo ventilas.

V E N T I L O, ventilas, ventilare, Ad captandũ ventum ponere, iácere, Eſuenter. Propertius, Hanc Venus vt viuat ventilat ipſa facem.

Ventilare frumentum, Vanner. Plin. Multi ventilare quoque granum vetant.

Ventilare, Per manus verſare, è digitis eximendo. Apul. Ad hæc ego inſperato lucro diffuſius in gaudium & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam. Iuuenalis, Cum verna canopi Criſpinus Tyrias humero reuocante lacernas, Ventilet æſtiuum digitis ſudantibus aurum.

Ventilator ventilatoris, m. g. Vng vanneur.

V E N T O S V S, vide V E N T V S.

V E N T V S, venti, m. g. À venio fit. Vent. Propriè eſt cum impetu ventans aer: cũ nihil aliud ſit ventus, quàm aer cõmotus atque agitatus. Victruuius, Ventus eſt aeris fluẽs vnda, cum incerta motus redundãtia. Plaut. in Moſtell. 9. 41, Sed ita Simo nunc ventus nauem deſeruit. Idem in Pœn. 11. 9, Vtcunque eſt ventus, exin' velum vortitur.

Ventus operam dat, Le vent eſt a gre. Plaut. in Mil. 16.50, Niſi eat, te ſoluturum eſſe nauim, ventum operam dare.

Ventus popularis. Cic. pro A. Cluētio, Verū omnes intelligimus in iſtis ſubſcriptionibus ventum quendam popularem eſſe quæſitum.

Ventulus ventuli, m.g. Vng petit vent. Terēt. in Eunucho, 3.5.47, Cape hoc flabellum, & ventulum huic ſic facito dum lauamur.

Ventoſus ventoſa ventoſum, Vento plenum. vt ventoſa regio.

Ventoſus, Inanis. Plin. in Paneg. 50, Superbiebat ventoſa & inſolēs natio. Cic. Philipp. x1, Nam extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt, minimè veſtræ grauitatis, minimè huius ordinis.

VENVNDO, venundas, venundedi, venundatū, venundare, Vendre. Plin. lib. 35, Octoginta talentis venundatas.

Venundatio venundationis, fœm. gen. Vente. Permutatio rerum & contractus ex conuentione proueniens.

VENVS, veneris, f.g. Dea putata eſt. Cicero, Quæ autem dea ad res omnes veniret, Venerem nominauerunt.

Venus, Infima quinque errantium ſtella, & terræ proxima, quæ phoſphoros græcè dicitur, & lucifer latinè.

Venus, Libido.

Venus, Pulchritudo. Quintil. Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Plaut. in Sticho, 5.5, Profecto amœnitates omnium venerum & venuſtatum affero.

Venerius veneria venerium, Quod ad Venerem pertinet. vt venerius nepotulus, apud Plautū in Milit. 22.20. Et apud eundem Veneria ſacerdos, in Rud. 9.24.

Venuſtus venuſta venuſtū, Pulcher. Terent. in And. 1.1.93, Et vultu Soſia adeò modeſto, adeò venuſto, vt nihil ſuprà.

Venuſtulus venuſtula venuſtulum, diminutiuum. Plaut. in Aſin. 5.70, Compellando blanditer, oſculando, oratione vinula, venuſtula.

Venuſtas venuſtatis, f.g. Pulchritudo: item gratia dicēdi, amabiliſque ſuauitas. Beaute, amiableté, doulceur. Plaut. in Pœn. 4.34, Pulchrum & celebrem, & venuſtatis diem plenum. Idem in Hecyra, 5.4.17, Antiquámque adeò tuam venuſtatem obtines. Ibidem, 5.48, Quis me eſt fortunatior? venuſtatiſque adeò plenior?

Venuſtè, aduerbium, Elegamment, amiablement.

Venuſto venuſtas, venuſtare, Ornare.

VEPRES, vepris, tam in ſingulari, quàm in plurali, generis maſculini eſt ſecūdum Probum, & fœminini ſecundum Priſcianum, Rubus, ſiue ſpina dicitur: quòd vehementer prehendat. Vne eſpine. Ouid. lib. v. Metamorph. Aut lepori qui vepre latens hoſtilia cernit Ora canum.

Veprecula veprecula, diminutiuū. Cic. pro Sextio, Vt illa ex vepreculis extracta nitedula, rēp. conaretur arrodere.

Vepretum vepreti, n.g. Locus vepribus plenus, Buyſſon.

VER, veris, n.g. Anni pars temperatior. À veniendo dictum, quòd tum venire, id eſt oriri & creſcere incipiunt virgulta, & frondes ac flores arborum atque herbarum. Print temps.

Ver, in tres partes diuiditur, Nouum, adultum, & præceps.

Ver ſacrum dicebant veteres, in quo ſacra & ludos faciebant. Siſanna, Quoniam Sabini ferūtur vouiſſe, ſi res communis melioribus locis conſtitiſſet, ſe ver ſacrum facturos.

Vernus verna vernum, Quod eſt veris.

Verno vernas, vide ſuo ordine.

Veruactum veruacti, n.g. Terra vere proſciſſa, quia vere actū aruum, id eſt verſum, eſt. Plinius lib. 18, Quidam vtique ab æquinoctio verno proſcindi volūt: quódque ſemel vere aratū eſt, à temporis argumento veruactum vocatur.

VERACITAS, vide VERVM.

VERATRVM, veratri, n.g. Herba, quæ & helleborum dicitur, teſte Plin. lib. 25. cap. v. Perſius ſatyra 1, Non hic eſt Ilias Acci Ebria veratro. Vide HELLEBORVM.

VERAX, veracis. vide VERVM.

VERBASCON, Herba, vide VERBENACA.

VERBENA, verbenæ, Propriè, vt ait Seruius, herba ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabantur fœciales & pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Plin. lib. 22.

cap.2,Siquidē authores imperii Romani,cōditoréſque,immenſum quiddā & hinc ſumpſere, quoniam non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere,& in ſacris legationibus,quàm verbenæ.Certè vtroque nomine ſignificatur,hoc eſt,gramen ex arce,cum ſua terra euulſum.Hac ſemper & legati cum ad hoſtes, clarigatúmque mitterentur vſi, id eſt res raptas clarè repetitum.vnus vtique verbenarius vocabatur. Plaut.in Trucul.9.27, Fer huc verbenam mihi, thus,& bellaria.

Verbenas abuſiuè vocamus omnes frōdes ſacratas,vt eſt lautus,oliua,myrtus.Terēt.in And. 4.4.5,Ex ara hinc ſume verbenas tibi,atque eas ſubſterne.Nam myrtū fuiſſe Menāder teſtatur.Hæc Seruius.

Verbenas Donatus ait eſſe omnes herbas,& frondes feſtas ad aras coronandas,ex aliquo loco puro decerptas,quaſi herbenas.

Verbenam eſſe Perottus putat quam nunc herbam ſancti Ioannis vocamus.

Verbenaca verbenacæ, Herba eadem quæ & verbena dicitur. Plin.lib.25.cap.19,Nulla tamen Romanæ nobilitatis plus habet quàm hierobotane. Aliqui periſtereon, noſtri verbenacā vocant.Hæc eſt quam legatos ferre ad hoſtes indicauimus.Hac Iouis mēſa verritur,domus purgantur,luſtrantúrque.Genera eius duo ſunt.Folioſa,quam fœminam putant.Mas rarioribus folijs.Ramuli vtriuſque plures,tenues,cubitales,anguloſi,Folia minora quàm quercus,anguſtioráque, diuiſuris maioribus, colos glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur vbique in planis aquoſis . Et paulò pòſt,Eſt ſimilis verbaſco herba ,quæ ſæpe fallit pro ea capta, folijs minus candidis,cauliculis pluribus,flore luteo. Hæc abiecta,blattas in ſe cōtrahit,ideóque Romæ blattariam vocant.

VERBER,verberis,n.g.Inſtrumentum longum & exile,qualis eſt virga, baculus,fuſtis,lora,flagellum,ferula,arundo, & ſiquid eſt ſimile. Terent.in And.1.2.25, Verberibus cæſum te in piſtrinum Daue dedam vſque ad necem. Propriè autem ſignificat ſummitatem ſarmentorum.Quintil.Ignéſque ex proximo raptos,verberáque quæ caſus obtulerat in vado.

Verbera,nonnunquam pro ipſa verberatione,ſiue pro ictibus accipimus.Terent.in Heaut.2. 3.115,Tibi erunt parata verba,huic homini verbera.

Verbero verberas,verberare,Verbere cædere.Battre.

Verberat alas hirundo.Plaut.in Bacchid.1.17,Duæ vnum expetitis palumbem,parua hirūdo alas verberat.Bat des ailes.

Verberare de verbis etiam dicitur:quoniam vt teſtatur Nonius,verberare nō ſolum à verberibus dictū,ſed etiam à verbis. Plaut.in Amph.4.179, Hinc enim mihi dextera vox aures vt videtur,verberat. Idem in Trucul.4.15,Me illis quidem hæc verberat verbis.

Verberito verberitas,verberitare,Sæpe verberare.Feſtus,Verberitare idem Cato frequentatiuè ab eo quod verbero dixit.

Verbero verberonis,m.g.Qui eſt verbere dignus.Plaut.in Amphit.4.130,Aín' verò verbero? Ibidem,7.10,Tún' me verbero audes herum ludificarier?

Verbereus,verberea verbereum,Quod eſt dignum vt verberetur. Plaut.in Perſa,6.2,Aín' verò verbereum caput? Idem in Pſeud.14.9,Sed video eccum verberam ſtatuam.

Verberabilis,verberabilior,verberabiliſſimus.Plaut.in Aulul.20.6,Verberabiliſſime etiam rogitas,non fur,ſed trifur?Iocus Plautinus.

Verberatus verberatus,verberatui,m.g.Ipſa verberatio.

VERBVM,verbi,n.g.Vng mot ou parolle.à verberatu:quòd verberato lingua intra palatum aere,omnis oratio promatur.Varro à veritate deducit,quòd verum nos loqui oporteat. Terēt.in And.5.2.19,Verbū ſi addideris. Idem in Hecyra,3.1.33, Fortaſſe vnum aliquod verbum inter eas iram hanc cōſciuerit. Ibidem,3.4.2,Verbis dici nō poteſt tantum,quàm re ipſa nauigare incōmodum eſt. Idem in Eunucho,1.2.8,De excluſione verbum nullum.

Verbum de verbo exprimere,Traduire de mot a mot. Terent.in prologo Adel.11,Eum hic locum ſumpſit ſibi in Adelphos,verbum de verbo expreſſum extulit.

Verbū verbo.Terēt.in Phor.1.4.36,Hem iſtuc ſerua:& verbū verbo par pari vt reſpōdeas.

Verbum,Prouerbe,commun dict. Plautus in Moſtell.10.6,Heus tu,ſi verbum hoc cogitare voles,ſimul flare,ſorberéque haud factu facile eſt. Idem in Merc.16.31,Nunc ego verum illud verbum eſſe experior vetus, aliquid mali eſſe propter vicinum malum. Terent.in Adelph.5.3.17, Non æquum dicis,non. nam vetus verbum hoc quidem eſt,cōmunia eſſe amicorum inter ſe omnia. Idem in And.2.5.15,Verum illud verbum eſt vulgo quod dici ſolet,omnes ſibi melius malle eſſe,quàm alteri.

Verba iſtæc ſunt, Ce ne ſont que parolles. Terent. in Phor. 3.2.32, Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit. D. verba iſtæc ſunt.

Verba mortuo facere, Perdre ſa peine. Terent. in Phorm. 5.9.26, Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego: ſed eam, quæ ſit ignoſcenda. P. verba fiunt mortuo.

Verbum, pro tota ſententia. Terent. in And. 5.3.14, Olim iſtuc olim, cum ita animũ induxti tuũ, quod cuperes, aliquo pacto efficiundũ tibi, eodem die iſtuc verbum verè in te accidit. Idem in Eunuch. 1.2.95, Vtinã iſtuc verbũ ex animo ac verè diceres. Ce que tu dis. Idem in Adelphis 5.8.30, Poſtremo non meũ illud verbum facio, quod tu Mitio bene & ſapienter dixti dudum.

Quid iſtuc verbi eſt? Plaut. in Ciſtell. 7.62, Queſt ce a dire cela? Que veulx tu dire par ces parolles?

Verbis meis ſalutem adſcribito, En mon nom, de par moy. Plaut. in Bacchid. 15.81, Scribe ſalutem tuo patri verbis tuis.

Verbum ſat eſt, Il ne fault que vng mot. Plaut. in Bacchid. 19.37, Tu aurum rogato, cæterũ verbum ſat eſt. Idem in Trucul. 12.9, Sequere me hac, verbũ ſat eſt. Idem in Rud. 20.28, Hic verbum ſat eſt, ſequere.

Verba dare, Decipere. Terent. in And. Cui verba dare difficile eſt.

Verba ad rem conferre, vide CONFERO.

Verbi gratia, & Verbi cauſſa, Pour exemple. Cic. de arte Rhet. Verbi cauſſa, maieſtatem minuere, dicere aduerſariũ maieſtatem minuiſſe. Idem de Fato, Si quis, verbi cauſſa, oriente canicula natꝰ eſt, in mari nõ morietur. Idem in Acad. Verbi cauſſa, tria pauca ſunt, ánne? Et ſubdit, Sin autem vſque ad nouem, verbi gratia. Idem de finibus, Verbi gratia, propter voluptatem.

Verbum, Vna pars orationis grammaticæ, in quo omnis vis orationis eſt.

Verbigero verbigeras, verbigerare, Verba facere. Apul. Nimis multa eſt oratio, ſi velim memorare quæ ego contrà reſponderim, quandiu & quoties inter nos verbigeratum ſit.

Verbalis & hoc verbale, Quod à verbo deſcendit. vt lector à lego, doctor à doceo.

Verbulum verbuli, n. g. Diminutiuum.

Verboſus verboſa verboſum, Multiloquus. Qui ha trop de parolles, grãd languager. Cic. Habes epiſtolam verboſiorem fortaſſe quàm velles.

VERE, vide VERVS.

VERECVNDIA, verecundiæ, f. g. Honte.

Verecundor verecundaris, verecundari, Verecundia teneri. Auoir honte. Plaut. in Trin. 8.60, Verecundari neminem apud menſam decet. Cic. lib. 4. de Oratore, Alterum cunctãtem, & quaſi verecundantem incitabat.

Verecundus verecunda verecundũ, Qui verecundia tenetur, Qui eſt honteux. Plaut. in Aſin. 15.6, Decet verecundum eſſe adoleſcentem.

Verecundus, pro audaci quandoque ſumitur. Plautus, Sic eſt, vera prædico: niſi etiã hoc falſò dici inſimulaturus es, nimis verecunda es.

Verecundè, aduerbium, Cum pudore, Honteuſement, auec honte.

VEREOR, vereris, veritus ſum, vereri, Liberorũ eſt, Auoir en reuerãce, & crainte doffenſer. Plaut. in Amphit. 3.23, Quippe qui intellexerat vereri vos ſe, & metuere, ita vt æquum eſt, Iouem. Plin. epiſt. 110. b. lib. v, Tum ego, qui vir & quãtus eſſet, altiſſimè inſpexi, cum ſe querer vt magiſtrum, vt parentem vererer.

Vereri, Timere. Terẽ. in Phor. 2.2.1, Itáne patris ais cõſpectũ veritũ hinc abijſſe? G. admodũ

Vereor dicere, Ie ne loſe dire. Terẽt. in And. 2.1.25, Si id facis, hodie poſtremũ me vides. P. quid ita? c. hei mihi, vereor dicere. Ibidem, 3.2.8, Cúmque huic veritus eſt optimæ adoleſcẽti facere iniuriã. Plaut. in Epid. 2.39, Ea cauſſa, qua cauſſa mecum ire veritus eſt.

Vereor ne. Terent. in Phor. 5.8.8, Quid ad me ibatis ridiculum: an verebamini ne id facerem quod recepiſſem ſemel? Plaut. in Rud. 10.58, Vbique habebat qui ſuos parentes noſcere poſſet: veretur ne perierit.

Vereri ab aliquo, Craindre que aucũ ne face quelque mal. Terẽt. in And. 3.4.3, Ego dudũ nõ nihil veritꝰ ſũ Daue abs te, ne faceres idem quod vulgꝰ ſeruorũ ſolet, dolis vt me deluderes

Vereor quid fiet. Terẽ. in And. 1.4.7, Sed quidnã Pãphilũ exanimatũ video? vereor quid fiet.

Vereor quorſum. Terent. in And. 1.2.5, Mirabar, hoc ſi ſic abiret, & heri ſemper lenitas verebar quorſum euaderet.

Vereor vt. Terent. in Hecyra, 1. 2. 26, Sed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ. Idem in Phor. 5. 8. 72, At vereor vt placari poſſit. Idem in And. 4. 2. 22, Dies hic, mihi vt ſit ſatis vereor, ad agendum.

Verenda verendorum, Dicuntur loca quæ non niſi cum verecundia nominantur.

VERGO, vergis, verſi: ſecundũ Diomedem verxi, verſum, vergere, Declinare, Pãcher, ſe tourner vers quelque coſté. Virg. lib. 12, Quo vergat pondere lætam.

VERGILIAE, vergiliarũ, Stellæ ſunt quæ & Pleiades, & inſtitor veſtis dicuntur. Ita appellatæ, quòd earum exortu ver finem facit: ſeu quòd circa æquinoctium vernum ſit earum ortus matutinus. Sunt autem ſeptem in tauro locatæ, quarum ſigno exoriente, æſtas ſignificatur, occidente hyems oſtenditur. Earum exortus fit circa quintum Idus Maias, diſtans ab æquinoctio verno vndequinquageſimo die. Plaut. in Amphit. 4. 121, Nec iugula, nec veſperus, neque vergiliæ occidunt.

VERIDICVS, & VERISIMILE, vide VERVS.

VERMIS, huius vermis, m. g. Vng ver. À vertendo dicitur, quòd ſeſe torquendo repat.

Vermiculus vermiculi, m. g. Vng petit ver.

Vermina verminorum, n. g. pluralis numeri, Dolores corporis, qui quodam minuto motu quaſi vermes ſcindere videntur. Plin. Magi eo vermina & dyſenteriam curari putant.

Vermino verminas, verminare, Vermes habere. Cornelius Celſus, Nihil eſt perniciоſius pueris, dum verminant.

Verminari pro torqueri legitur apud Varronem, Septimo (inquit) mẽſe verminari cœpit, partum putauit propinquum.

Verminatio verminationis, f. g. Morbus ipſe, præſertim in iumentis.

Verminoſus verminoſa verminoſum, Qui vermes habet. Vnde verminoſæ aures, quæ intus vermes habent.

Vermiculor vermicularis, vermiculari, Vermiculos facere. Plinius, Vermiculantur magis minutæ quædam arbores, omnes tamen ferè: idque aues caui corticis ſono experiuntur.

Vermiculari, Minuta opera facere, Faire du marquetage. Vnde vermiculata opera dicuntur, quæ paruis teſſellis inſitijs apta atque conſuta ſunt. Plin. lib. 35, Interraſo marmore, vermiculatiſque ad effigies rerum & animalium cruſtis.

VERNA, vernæ, cõm. g. Seruus & ancilla domi noſtræ nata. Plaut. in Amph. 4. 25, Satius eſt me queri illo modo ſeruitutem hodie qui fuerim liber, eam nunc potius pater hic ſeruitutis, qui verna natus eſt, queritur. Idem in Milite, 10. 103, Quid nutrici nõ miſſurus quicquam quæ vernas alit?

Vernula vernulæ, Diminutiuum.

Vernaculus, vernacula, vernaculum, Omne quod domi noſtræ naſcitur, vel quod in patria noſtra eſt. Vnde

Vernacula lingua dicitur, vel ſeruilis, vel plebeia: qua tãquam communi ac naturali omnes vulgo loquuntur. Langaige commun.

Vernaculus mos, Id eſt domeſticus, vel patriæ.

Vernaculum cõſilium. Plaut. in Pœn. 14. 106, Et illud autem inſerendũ eſt cõſiliũ vernaculũ.

Vernaculum, Proprium ac peculiare. Plini⁹, Potiſſima nobilitas datur vuis peculiaribus atque vernaculis Italiæ.

Vernaculum, Quod à nobis domeſtica conſuetudine vſurpatur. Cic. in Bruto, Neſcio quo ſapore vernaculo. Idem in Verrem, act. 6, Non vt ſolemus interdum in defenſionibus dicere, crimen domeſticum ac vernaculum.

Vernaculum aliquando dicitur quod eſt veris. Plin. lib. 17, Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus, circunueſtit arborem.

Vernaculi, Malis morib⁹ homines, & lingua proterua: quòd vernarum ſimiles ſint, quibus ars eſt adulari & maledicere.

Verno vernas, vernare, Pullulare. Martialis, Dum tibi vernarent tenera lanugine malæ. Id eſt, pilos emittere inciperent.

Vernare, Canere. Plaut. Dum auiculæ vernãt. Quippe verno tempore omnia lætari videtur.

Vernilitus verniliti, verbum obſoletum pro adulatore vſurpauerunt veteres. Cæcil. Credo nimis tandem hic ſit vernilitus.

Vernilis & hoc vernile, Idem quod ſeruilis, ſiue ſcurrilis.

Verniliter, Scurriliter, ſeu adulatorié.

Vernalis,& hoc vernale,Quod eſt veris.

Vernaliter,aduerbium,Id eſt ſeruiliter.Horatius libro Serm.Necnon vernaliter ipſis Fungitur officijs.Quod alij pro luxurioſè,alij pro adulatoriè exponunt,quibus hæc viuendi ars eſt.

Vernatio vernationis,fœ.g.Corium vetus quo ſerpẽtes exuuntur:quoniam id vere fit.Notum eſt ſerpẽtes quotannis verno tempore exuere membranam corporis, hyberno ſitu obductam. Plinius,Lendes tolluntur adipe canino,vel anguibus in cibum ſumptis, anguillarum modo, aut vernatione quam exuunt pota. Idem,Anguillæ vernationis membrana cum oleo tedæ que reſina calefacta,auribus prodeſt.

VERO,Diſcretiua coniunctio.vt,Achilles quidem fortis fuit,Vlyſſes verò aſtutus.

Verò,his dictionibus ſolet iungi,Neque,nec,tum,age,ſanè,iam,enim,at,quaſi,ceu,nunc.vt, Neque verò, Nec verò, Tum verò, Age verò, Sanè verò, Iam verò,Enim verò,At verò, Quaſi verò,Ceu verò.Raro cum his iungitur AVTEM.

Verò,cum pronomine EGO, non tam diſcretionem interim ſignificat, quàm(vt Hermolao placet)confirmationem,pro quinetiam,vel etiam. Plin.Proinde occupantibus locũ faueo: ego verò & poſteris.

Ego verò,Sæpe veluti in reſpondẽdo adhibetur,ſignificátque profectò,vel certè,vel potius. γὲ græcum. Cic.ad Atticũ,Nam quod ſcribis te audire, me etiam mentis errore & dolore affici,mihi verò mens integra eſt. Idem, Quòd laudas quia obliuiſci me ſcripſi ante facta & dicta noſtri amici,ego verò ita facio. Plin.ad Fabatũ,Adijcis poſſe eos nongentis milibus venire,ac tanto magis quæris an quod geſſit,ratum ſeruem.Ego verò ſeruò. Idem ad Gallum,Quare ego verò Coreliæ adero promptiſſimé.

Tu verò,ſimilẽ vſum habet,quem Ego verò. Terẽt. Quem tu verò videre velles Phædria.

Ille verò,Idem. Cic. Attico,De Lepido verò & Tullio, quòd quæris,Illi verò nõ dubitant quin Cæſari præſto futuri,in ſenatúmque venturi ſint.

Legitur & cum nominibus. Terẽt.Illa illico vbi me accepit,læta verò ad ſe abducit domũ.

Verò,authore Donato,particula eſt quæ ironiam aliquando iuuet. Virg.in.4.AEneid.Egregiam verò laudem,& ſpolia ampla refertis Túque puérque tuus.

Verò,expletiua vel ornatiua eſt aliquando.vt Terent.Id verò eſt quod ego puto mihi palmarium me reperiſſe.Vbi ait Donatus,Niſi ornatiuum eſſet,nihil ſignificaret.

Verò,Pro interiectione ſtomachãtis accipi ait Donatus in illo Eunuchi, Moue verò te ocyus nutrix.

VERPVS,verpi,m.g.Medius digitus eſt:à vertendo podice dictus. Verpus, Decorticatus, pellem non habens.

Verpi dicti ſunt Iudæi, quòd ſanguinis fluxum patientes, hoc digito verrendo podici vtuntur.Iuuenalis,Eadem niſi ſacra colenti,Quæſitum ad fontem ſolos deducere verpos.

VERO,veras,verare,Verum dicere.Gellius ex Ennio,Satín' vates verant ætate in agenda.

Verare,Vera repræſentare.Sidonius,Quoties verba Graia Carmine verat.

VERRES,verris,m.g.Vng verrat. Varro de re ruſt.lib.2.cap.4.de ſue loquens, Cum hæc eadem vt habeant verres videndum,tum vtique ſint ceruicibus amplis, boni ſeminis. Ibidem,in fine capitis,Caſtrãtur verres commodiſſimè anniculi,vtique ne minores quàm ſemeſtres:quo facto nomen mutant,atque è verribus dicuntur maiales.

Verrem ad hominem maſculum tranſtulit Plautus in Mil.14.66,Audín' tu mulier?dixi hoc tibi dudum,& nunc tibi dico,niſi huic verri affertur merces, non hic ſeminio ſuo quanque porculenam partiturus eſt.

Verrinus verrina verrinum,Quod eſt verris.Plin.lib.XXVIII.cap.x,Simili modo verrinum iecur exemptis duntaxat fibris,quatuor obolorum pondere.

VERRICVLVM,verriculi,n.g.Rete piſcatorium,Quòd trahẽdo è vado educitur.Vne rets,vng filé à peſcher poiſſons.

VERRO,verris,verri,verſum,verrere,Trahere.Virgil.Hinc verſa puluis inſcribitur haſta. Idem,Quippe ferant rapidi ſecum,verrántque per auras.

Verrere,Vertere.Virg.Adnixi torquent ſpumas,& cærula verrunt AEquora.

Verrere,Mundare,Ballier,nettoyer. quòd trahendo ſordes mundentur. Apud Plautum in Merc.7.57,Verre ædes. Iuuenalis,Verre pauimentum,nitidas oſtende columnas.

VERRVCA,verrucæ,fœ.g.Locus in mõte editior.Cato in libris originũ,Cenſeo(inquit) ſi rem ſeruare vis,faciundum vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illam ire iubeas: eam vti occupent,imperes. Apud Nonium verrunca legitur.

Verruca, Caruncula eminẽs in corpore ſine pruritu, & vulgo porr⁹ dicitur, Vng porreau. Plinius lib. 20. cap. 12, Ocimum miſto atramento ſutorio verrucas tollit.

Verrucula verruculæ f.g. diminutiuũ. Columella lib. 8, Caper cui ſub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur.

Verrucoſus verrucoſa verrucoſum, Homo verrucis plenus, & varias eminentes partes habens.

Verrucoſa loca, Inæqualia, & diuerſas partes eminentes habentia.

Verrucaria, verrucariæ, f.g. Herba, quæ verrucas tollit. Plin. Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio. Vnde noſtri verrucariam herbam appellauere.

VERSATILIS, & hoc verſatile, Quod huc & illuc verſatur: ſiue quod idoneum eſt vt verſetur. Qui ſe tourne ca & la, de coſte & dautre, ou facile a tourner. Plin. lib. 36, Idem molas verſatiles Volſinæ inuentas.

VERSICOLOR, verſicoloris, o.g. Apud iuriſconſultos dicitur quod mutat colorem.

Verſicolor propriè dicitur quod varijs coloribus conſtat: quaſi eos mutare inuicem videatur, vt eſt cauda pauonis, & collum columbę, & aqua maris. Liuius ſcribit Punico bello interdictum fuiſſe mulieribus ne verſicoloribus veſtirentur, id eſt coloris varietate diſtinctis.

Verſicoloribus armis, apud Virgiliũ Seruius exponit depictis: propter quod bellicoſus oſtenditur.

VERSIPELLIS, & hoc verſipelle, Quod facile vertit pellem, hoc eſt vultum & apparentiam, & quomodolibet faciem mutat. Plautus in Amphit. 3. 123, Eccum Iupiter in Amphitruonis vertit ſeſe imaginem, omnéſque eum eſſe cenſent ſerui, qui vident: ita verſipellem ſe facit quãdo lubet. Idem in Perſ. 6. 49, Ne vbi capillus verſipellis fuat, fœde ſemper ſeruias.

VERSO, verſas, vide VERTO.

VERSVRA, verſuræ, à verto vertis dicitur, cum aliquid vertitur, Rẽuerſure. Varro lib. 1. de re ruſtica, Notant aliqui ex quibuſdam folijs, propter eorum verſuram, quòd ſit anni tempus vt dici poſſit, vt olea, & populus alba, & ſalix. Horũ enim folia cum conuerterunt ſe, ſolſtitium dicitur fuiſſe.

Vorſura per o, pro verſura ferè ſemper apud comicos leges.

Verſura, Locus ad quem cum quis peruenerit, reuertitur. Columella lib. 2, Sulcũ autem ducere longiorem, quàm pedum centum viginti, contrarium pecori eſt, cum ventum erit ad verſuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, vt colla eorũ refrigeſcãt.

Verſura, Flexus ipſe angulorum in ædificiis & parietibus exterior, vt eſt apud Victruuium.

Verſuram ſoluere, vt Donatus inquit, eſt æs alienum ære alieno ſoluere. Faire vne debte pour paier lautre. Terent. in Phorm. In eodem luto hæſitas, verſuram ſolues Geta: præſens quod fuerat malum, in diem abiit, plagæ creſcunt, niſi proſpicis. Id eſt, vt nunc vulgo dicunt, Tu ny pers que lattente. Quia debitas tandem pœnas dabis etiam cum fœnore. Simili conditione atque ii ſolent qui vt ſyngrapham vnam diſſoluant, & vna cautione ſe liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionem ſuam faciunt, quod frugi homines non ſolent.

Verſuram facere, honeſta locutione apud Romanos dicebatur, quod nos nunc dicimus pecuniam ad intereſſe mutuari, vel ad perditam financiæ, Emprunter argent a ſa perte. Cicero ad Atticum, lib v, Salaminii cum Romæ verſuram facere vellent, non poterant, quòd lex Gabinia vetabat.

VERSVS, verſa, verſum, Participium à verto, Tourné, renuerſé.

Verſus animi, nomen. Tacitus, Qui verſus animi modo numen paueſcere, modo minis aduerſantis populi terreri.

Verſus verſus verſui, maſcul. gen. Ordo ſeu tractus. Virgilius, Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos.

Verſus cantus. Plin. Cantũ imitãtur luſciniæ iuniores, verſúmque quem imitẽtur, accipiũt.

Verſus, Aliquãdo carmen dicitur. Cic. pro Archia poeta, Nam ſi quis minorem gloriæ fructũ putat ex Græcis verſibus percipi, quàm ex Latinis, vehemẽter errat: propter ea quòd græca leguntur in omnibus ferè gentibus: latina ſuis finibus, exiguis ſanè, continentur.

Verſus, Linea vulgo vocatur. Plin. in epiſt. lib. 3, Nempe cum ille annuiſſet, cur ergo reuocabas? decem amplius verſus hac tua interpellatione perdidimus. Idem lib. 4, Non paginas tantum epiſtolæ, ſed etiam verſus, ſyllabáſque numerabo. Suet. in Auguſt. Non diuidere verba, non ab extrema parte verſuum abundãtes literas in alterum tranſferre ſolitus erat.

Verſus, Virgilius vocat etiam remorum & vitium ordines.
Verſiculus verſiculi, m.g. Diminutiuum.
VERSVS, Præpoſitio, accuſatiuum requirit, & ferè ſemper poſtponitur. Plaut. Ego portum verſus pergam, & perquiram: quem ſi inuenero, domum verſus reuortar.
Quaqua verſus, & Vtroque verſus, id eſt in vnãquanque partem, quocũque, in vtranq; partẽ.
Habet quãdoque adiunctam præpoſitionem, vt ad occidentem verſus, in forum verſus. Cic. in Lælio, Is primò in forum verſus inſtituit agere cum populo.
Verſus, aliquando aduerbium, vt ſurſum verſus.
Verſum etiam dicimus, vnde aduerſum & aduerſus. Plautus in Epid. 5.64, Verſum ad illam cœpi accedere.
VERSVTVS, verſuta, verſutũ, Quod vertitur. Variable. Plaut. in Epid. 8.35, Verſutiores quàm rota figuralis.
Verſutus, Qui mentem ad malitiam vertit. Fin, cauteleux. Cic. lib. 3. de natura deorũ, Verſutus à verſando dicitur, cuius tanquam celer rota, mens verſatur. Plaut. in Sticho, 9.55, Hercle ille quidem certè adoleſcens doctè verſutus fuit.
Verſutus, Peritus. Plaut. Nec magis verſutum, nec quo careas ægrius.
Verſutia verſutiæ, f.g. Calliditas. Fineſſe, malice.
Verſutè, aduerbium, Finement, cautement. Plaut. in Pſeud. 16.1, Peiorem ego hominem, magíſque verſutè malum nunquam ædepol quenquam vidi.
VERTEBRA, vertebræ, ſiue vertibulum vertibuli, n.g. Vbi ſummæ oſſium partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdã craſſioribus nodis conglobatæ, & ſubſtringuntur facilius neruis, & tutius vertuntur.
VERTEX, verticis, m.g. & Vortex vorticis, m.g. à vertendo. Vertices propriè dicũtur contorti venti, ac rotati, à quibus fit qui typhon vocatur, id eſt vibratus. Vertice (inquit Apuleius in Coſmo) torquetur humus arida, & ab imo erigitur ad ſummum.
Verticem Quintilianus lib. 8. docet eſſe contortam in ſe aquam, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Virg. Ingens à vertice pontus.
Vertices dolorũ dixit Cicero lib. 2. Tuſcul. pro vertigine, rotationéque quæ in doloribus circumagit, lancinátque præcordia.
Vertex capitis etiam dicitur, Le ſommet de la teſte. propter flexum capillorum. Inde à vertice ad calcem, id eſt, à principio ad finem.
Vertices, Altiſſimæ cæli partes, quas Græci polos dicunt: quòd circa hos mundus rotetur. Virgilius, Hic vetex nobis ſemper ſublimis, at illum Sub pedibus nox atra videt, manétque profundi.
Vertex montis etiam dicitur, eminentiſſima montis pars: quòd quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtram vertantur.
Vertices, Cardines, circa quos fores vertuntur. Gonts.
Vertex, pro aquilone poſuit Virgilius in Georgicis, Tempeſtas à vertice ſyluis Incubuit.
Vortex antiqui per o pronuntiabant: primus Aphricanus per e vertices dixit.
VERTICVLVM, verticuli, neut. gen. Inſtrumẽtum quod fuſo adhibetur, vt facilius vertatur. Vng peſon.
Verticulum verticuli, Diminutiuum.
VERTIGO, vertiginis, fœ. g. Morbus capitis, qui ex frigidis & lentis humoribus deuocatis oritur, ita vt ſic affecti, occaſione parua ſuccidant. Auertin. Dicta, quòd ob oculos eorũ vertícoſa quædam & rotatilia circumagi videantur. Plin. lib. 20. cap. 17, Vertigines à partu cum ſemine cucumeris & lini pari menſura trinum digitorum, vini albi tribus cyathis diſcutit.
VERTO, vertis, verti, verſum, vertere, Tourner. Virgil. Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Plaut. in Merc. 4.15, Perii, animam nequeo vertere. Terent. in Heaut. 5.1.73, Retundam, redigam, vt quò ſe vertat neſciat.
Vertere ſeſe in faciem alterius, Se deſguiſer. Plaut. in argumento Amphit. 1.1, In faciem verſus Amphitruonis Iuppiter. Ibidem, 3.121, In Amphitruonis vertit ſeſe imaginem.
Vertere ſeſe in hirundinem, Plaut. in Epid. 5.5, Iam ego me vortem in hirundinem.
Bene tibi vertat. Dieu vueille que la choſe ſe tourne a bien pour toy. Plaut. in Aulul. 26.57, Nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ bene, fœlicitérque vortat, ita di faxint, inquito. Ibidem 6.48. Nunc verba ne facias ſoror. ſcio quid mihi dictura es, hãc eſſe pauperem. hæc pauper

placet. E. di bene vertant. Terent. in Adelph. 2.1.37, Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vertat malé. Plaut. in Trin. 17.31, Volo deos conſilia veſtra rectè vertere.

Malè tibi vertat. Plautus in Trin. 8.31, Neque vnquam quiſquam ſi cuius ager ille fuit, quin peſſumè ei res vorterit, Quil ne luy en ſoit mal prins. Idem in Trucul. 4.43, Malè vortit res pecuniaria mihi apud vos.

Vertunt res malé, Les choſes vont mal. Plaut. in Perſa, 13.5, Si malus aut nequam eſt, malè res vertunt quas agit.

Vertere, Verſuram facere. Plaut. in Curcul. 9.23, Vel qui ipſi vertant, vel qui alij ſubuerſandos præbeant.

Vertere culpam in gloriam. Plin. epiſt. 171.d, Viuebat tamen, & viuere volebat, ſuſtentante maximè vxore, quæ culpam inchoati matrimonij in gloriam perſeuerãtia verterat. Apud eundem in Paneg. 59, Vertere beneficiũ in grauiſſimam iniuriam. Et epiſt. 18.b, Proinde diſpice, an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas.

Vertere ſtultitiæ, vertere vitio. Plaut. in Capt. 6.9, Neque pol tibi nos, quia ſeruas, æquũ ſtultitiæ vertere. Te reputer ſol. Idem in Epid. 3.5, Quis erit, vitio qui id non vertat tibi? Qui ne te blaſmera de ce? Idem in Mil. 20.40, Nos palàm ferre nũc per vrbem hæc omnia, ne quis tibi vitio vertat.

Vertitur res in meo foro. Plaut. in Moſtell. 15.10, Quem cum vocaui, atque illi me è ſenatu ſegregant, Vbi ego video rem verti in meo foro, quantum poteſt facio idem quod plurimi quibus res timida aut turbida eſt. Id eſt de mea re agi, & in meam ceruicem cuncta ruere.

Vertere ſŏlum, vide S O L V M ſŏli.

Vertere in religionem. vide R E L I G I O.

Vertitur res in periculo. Plautus in Merc. 4.12, Quàm maximè reſiſto, tam res in periculo vertitur.

Vertere ex Græcis, Tranſlater. Terent. in prologo Eunuchi, 7, Qui benè vertendo, & eas deſcribendo malè, ex Græcis bonis, Latinas fecit non bonas.

Vertor, Deponens, eiuſdem ſignificationis cum verto. Virgilius, Vertitur interea cælũ, & ruit Oceano nox.

Verſo, verſas, verſare, Frequentatiuum. Horatius, Vos exemplaria græca, Nocturna verſate manu, verſate diurna. Plaut. in Trin. 5.1, Multas res ſimul in meo corde verſo.

Veſare aliquem. Plaut. in Perſa, 13.21, Quid ais tu crux, ſtimulorũ tritor? quo modo me hodie verſauiſti? vt me in trichas conieciſti? Idem in Bacchid. 16.6, Ego verſabo illũ hodie, ſi viuo, probè.

Verſor verſaris, verſari, deponens, In aliqua re aſſiduũ eſſe. Plaut. in in Trin. 13.62, Modo verſabatur mihi in labiis primoribus. Cic. In quibus propter inſanas ſubſtructiones facile mille hominũ verſabatur. Hantoit. Plaut. in Amphit. 3.128, Verſari crebro hic quũ viderent me domi.

Verſari in errore. Plin. epiſt. 55.b, Nam in hoc vno interdum, vir alioqui prudentiſſimus, honeſto quidem, ſed tamen errore verſatur. Apud Terentium in And. 4.1.25, Neſcis quantis in malis verſer miſer. Et apud Plautum in Pſeud. 11.55, Verſari in re aduerſa. Et in Ciſtell. 5.4, Verſari in amoris rota.

Verſari in memoria hominum. Plin. epiſt. 25.c, Viuit enim, viuétque ſemper, atque etiã latius in memoria hominum & ſermone verſabitur, poſtquam ab oculis receſſit. Les hommes auront memoire & parleront de luy.

Verſatur cupido in corde meo, Apud Plautũ in Pœnulo, 3.68. Et in Moſtell. 4.34, Quod malum verſatur domi meæ?

Vertens vertentis, o.g. Qui tourne. Vertens menſis, apud Plautum in Perſa, 13.21.

Verſorius verſoria verſorium. vt verſoriam capere, id eſt reuerti. Plaut. in Trin. 14.19, Perijſſe ducis, cape verſoriam, recipe te ad herum. Et in Merc. 22.34.

V E R T V N N V S, vertunni, m.g. Pro anno legitur apud Horatium, Viuere vertunnis quotquot ſum natus iniquis.

V E R V, indeclinabile in ſingulari, in plurali hæc verua, Inſtrumentum ferreum cum cuſpide quo carnes ad ignem torrere ſolemus. Vne broche. Virgilius, Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis.

Veru, Telum ad eius ſimilitudinem factũ. Virg. Et tereti pugnant mucrone, verúque ſabello.

Plaut.in Trucul.11.66, Machæram longiorem habes,quàm hæc eſt:ſed veru ſine dum petere,ſi quidem belligerandum eſt tecum.

Veru,dicitur à Græcis ὀβελός.

Verutus veruta verutum,Pila quæ verua habet præfixa.

Veruculum veruculi,n.g.diminutiuum,Inſtrumentum quo fabri vtũtur è ferro. Plinius, Spuma ex argento ſublata, veruculis ferreis, atque in ipſa flamma conuoluitur veruculo, vt ſit modici ponderis.

VERVEX,veruecis,m.g. Mas eſt inter oues:cui inuerſi ſiue adẽpti ſunt teſticuli. Le belier, mouton. Plaut.in Capt.13.51,Qui patroni nomen indunt verueci ſectario.

Veruecem hominem amantem vocauit Plautus in Merc.11.6,Itáne verò veruex intrò eas?

Verueceus veruecea verueceum, Ad ſimilitudinem veruecis factum. Plaut.in Capt.16.29, Vos ite intrò,interibi ego ex hac ſtatua veruecea volo erogitare,meo minore quid ſit factum filio. Id eſt,ſeruo qui veluti imago veruecis eſt,hoc eſt, ſine ratione & prudentia, non aliter quàm veruex.

Veruecinus veruecina veruecinum,Quod ex veruece eſt. Dung belier ou mouton.

VERVM,Cõiũctio,idem quod SED ſignificat. Plaut.in Merc.16.15, Satis ſcitum filiũ mulieris ſi verùm hercle an net hoc? Idem in Amphit.4.46,Verùm quaſi affuerim,tamen aſſimulabo. Ibidem,3.24,Verùm profecto hoc petere me precario à vobis iuſſit leniter dictis bonis. Terẽt.in Eun.2.3.96,Si certũ eſt facere,facias:verùm ne pòſt conferas culpã in me.

Verùm, Toutesfois. Plaut.in Amph.4.244,Verùm vtvt es facturus,hoc quidem hercle haud reticebo tamen.

Verùm vt aliud ex alio incidit,Terent.in Heaut.3.3.37.

Verùm enim.Terent.in Adelph.2.1.47,Verùm enim quoniã benè promeruit,fiat,ſuum ius poſtulat.

Verum enimuero. Plautus in Capt.19.2,Verum enimuero nullus adæque eſt acherons,atque vbi ego fui in lapicidinis. Terent.in Adelphis 2.3.2,Abs quiuis homine,cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas:verum enimuero id demum iuuat, ſi quem æquum eſt benefacere,is facit.

Verùm hercle verò. Plaut.in Curcul.8.5,Verùm hercle verò conuellere illis cogito.

VERVS,vera,verum, Solidum,ſyncerum,non falſum. Vray. Terent.in Heaut.3.1.81,Videre verum,atque ita vti res eſt, dicere. Idem in And.3.1.7, Actum eſt, ſi quidem hæc vera prædicat. Idem in Eunucho, 2.3.26, Color verus, corpus ſolidum,& ſucci plenum. Point fardee,naturelle. Ibidem,5.4.3,Di voſtram fidem quantam,& quàm veram laudem capiet Parmeno. Idem in And.1.1.20,Quas credis eſſe has,non ſunt veræ nuptiæ.

Verum vis dicam? Terent.in And.4.2.25,Verum vis dicam? D.imò etiam.narrationis inciſpit mihi initium.

Verum id eſt,Reſponſio.Plaut.in Merc.18.18,Quantum intelligo,& hanc male habet Demipho. P.id verum. Idem in Aſin.13.45,Scio,captiones metuis. DI.verum.

Verum ſit velim.Plaut.in Rud.20.39,Perii. C.verum ſit velim.

Verè,aduerbium, Vrayement,a la verité, ſans faintiſe. Terent.in Eunucho,3.5.57, Tum pol ego is eſſem verè qui aſſimulabar. Idem in Heaut.1.1.102,Hoc ibi fit,vbi nõ verè viuitur.

Vero veras,Vide ſuo ordine.

Verax veracis,o.g.Qui vera dicit,qui non mentitur,Veritable.

Veracitas,veracitatis,f.g.Sermonis integritas.Verité.

Verimonia verimoniæ,f.g.Idem. Plaut.in Trucul.4.62, Planius qui antehac amator ſummus habitus eſt,iſtunc ad amicam verius verimonia referre.

Verum modo,Pourueu quil ſoit vray. Plaut.in Caſina,16.23,Tam mihi mea vita,quàm tua tibi cara eſt. S.verum modo.

Veriſimilis,& hoc veriſimile.Plautus in Aulul.5.34, Nam veriſimile non eſt,hominem pauperem &c. Idem in Pſeud.6.10,Facit illud veriſimile quod mendacium eſt. Terẽt.in Heaut. 5.2.37,Eſt veriſimile.Il eſt vray ſemblable. Et in And.1.3.20,Fabulæ:mihi quidem hercle non fit veriſimile:atque ipſis commentum placet.

VESANVS,veſana,veſanum, Vecors, crudelis, furioſus. Plautus in Trinũmo,12.7,Spurcificum,immanem,intolerandum,veſanum. Inſenſé. Veſanus, Malè ſanus, inquit Feſtus. Hors du ſens.

Veſania, veſaniæ, Vecordia.

VESCVS, veſca, veſcum, à ve & eſca compoſitum, & ſignificat cum edēdi faſtidio. Sic Lucilius appellat veſcum, vt id dicatur quod in eſca & cibatu appetitur, & id faſtidioſum eſt.

Veſcum, Faſtidioſum & edacem ſignificare ſcribit Feſtus.

Veſcum, Quicquid ad eſcam pertinet, & quicquid edule eſt, ab edendi intenſione. Vnde Lucanus, Veſcum ſalem appellat.

Veſcæ, Salicum frondes, quoniam eſcis iumentorum ſunt accommodatæ.

Veſcum, Paruum & minutum. Vnde & apud Marſos, lingua vernacula cum dicunt maluam veſcam, intelligunt de ea quam paruam dicunt. Ouid. lib. 2. Faſtorum, Nunc vocor ad nomen vegrandia farra coloni, Qua malè creuerunt, veſcáque parua vocāt. Plin. lib. 7, Corpore veſcos eſſe, ſed eximiis viribus.

Veſculus veſcula, veſculum, diminutiuum, Malè curatus & gracilis. Maigret.

VESCOR, veſceris, veſci, Cibo vti, Manger. Virg. Veſcitur AEneas ſimul, & Troiana iuuentus Perpetui tergo bouis.

Veſci pro vti impropriè vſus eſt Virgilio, Quòd ſi fata virū ſeruēt, ſi veſcitur aura AEtherea.

Veſci pro videre accipiebatur aliquando apud veteres. Actius, Priuſquam infans facinus admittat, oculi veſcuntur tibi.

VESICA, veſicæ, Folliculus in quo vrina colligitur infra aluum à priore parte. Veſſie. Plin. lib. x1, cap. 37, Veſica, membrana conſtat: quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit.

Venſica per n, Caper proferri cenſet: quòd nō ſit ſine vento. Horatius, Et diſploſa ſonat quātum venſica pepedit.

Veſicaria veſicariæ, Herba quæ veſicæ medetur. Plin. lib. 21. cap. 31. de ſtrychno loquēs, Quorū alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi, helicacabū vocant, & alii callion. Noſtri autem veſicariam, quoniam veſicæ & calculis prodeſt.

VESPA, veſpæ, Animal paruum, volatile, api ſimile, quod veſperi muſcās venetur in cibum. Vide Plinium de his abundè tractantem, lib. x1. cap. 21. Vne mouche gueſpe.

VESPER, veſperis, pro ſtella quæ Ven⁹ dicitur, ſeu pro vltima parte diei, generis maſculini eſt. Stathius lib. 10, Theb. Sed veſper opacus Lunares iam ducit equos. Apud antiquos fœmininum etiam reperitur.

Veſper, Le veſpre. Plaut. in Bacchid. 23. 83, Hic veſper eſt, vos ſequimini.

Veſpera veſperæ, pro eodem dicitur. Plautus in Curcul. 2. 4, Si media nox eſt, ſiue eſt prima veſpera.

Veſperi, aduerbium, Id eſt principio aduētus noctis. Au veſpre. Plaut. in Mil. 14. 5, Quique aucupetur, tanquam quidem qui veſperi viuat ſuo? Cic. C. Matio, lib. x1. epiſt. Nam cum in Tuſculanum veſperi veniſſem. Idem Tironi, Septimo idus Nouembris, actio veſperi.

Veſper veſpera veſperum etiam dicitur. Vnde cum veſperum dicimus neutro genere, intelligimus tempus. Plin. lib. 18, His horæ rigandi matutina atque veſpera. Idem, Matutinū tempus atque veſperum.

Veſpertinus veſpertina veſpertinum, Quod fit veſperi. Vnde orationem veſpertinam dicimus.

Veſpero veſperas, veſperare, Veſperam fieri, Faire veſpre. Gellius, Taurus philoſophus accipiebat nos Athenis cœna, plerunque ad id diei vbi iam veſperauerat. Id enim eſt tempus iſtic cœnandi.

Veſperaſcit, In tertijs tantum perſonis, Le veſpre vient, le veſpre commence. Terēt. in Heaut. 2. 3. 7, Portant quid rerum. CLIN. hei mihi. s. aurum, veſtem, & veſperaſcit, & non nouerunt viam.

VESPERNA, veſpernæ, fœ. g. Cœna apud veteres dicebatur. Nam vt Feſtus inquit, cœna vocabatur, quod nunc eſt prandiū: Veſperna, quam nunc cœnam appellamus. quod conuiuiū, non niſi aduentante nocte inibant priſci.

VESPERTILIO, veſpertilionis, m. g. Plin. lib. x. cap. 61, Volucrū animal parit veſpertilio tantum, cui membrana ceu pennæ. Eadem ſola volucrum lacte nutrit vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes, ſecúmque deportat. Eidē coxendix vna traditur, & in cibatu culices gratiſſimi.

Veſpertilio dictus, quòd veſpere ſe ad volatum proferat noctis. Vne chauue ſouris.

VESPERVGO, veſperuginis, f. g. Idem quod veſper, ſtella Ven⁹ dicta, æmula Solis & Lunæ. quæ cū ſolem præcedit, dicitur Lucifer, vt alter ſol. Et ante ortū ſolis apparet in oriēte.

Et in occaſu ſolis refulgens veſper appellatur, quaſi vicem Lunæ reddens: videturque in occaſu ſtatim poſtquã ſol occidit. Plaut. in Amphit. 4. 121, Nec iugula, nec veſperugo, neque vergiliæ occidunt.

VESPILLO, veſpillonis, m. g. Vilis cadauerum funerator, quòd veſpertino tempore mortuos efferre ſoleret, qui funebri pompa propter inopiam non poterant efferri. Martialis, Qui fuerat medicus, nunc eſt veſpillo diaulus.

VESTER, veſtra, veſtrum, Pronomen poſſeſſiuum, Voſtre. Terent. in And. 4. 4. 26, Cuium puerum hic appoſuiſti, dic mihi. M. tu neſcis? D. mitte id quod ſcio: dic quod rogo. M. veſtri. D. cuius noſtri? M. Pamphili. Idem in Eunucho, 5. 9. 36, Nõ cognoſco veſtrum tã ſuperbũ.

VESTIBVLVM, veſtibuli, n. g. Locus ante ianuam domus, per quem à via ad ædes itur. Gellius Cæcilium Gallum in libro de ſignificatione verborum quæ ad ius pertinent, ita tradidiſſe affirmat, Veſtibulum non in ipſis ædibus eſſe dicit, nec partem ædium, ſed locum ante ianuã domus, vacuum, areámq; per quam à via publica acceſſus eſt ad ædes. Siquidem olim, quibus ampliores domos habere licebat, ij ante ianuam locum relinquebãt, qui medius inter viam & fores domus eſſet: qui locus erat ſtatio ſalutatorũ. Plaut. in Moſtell. 10. 32, Vidén' veſtibulum ante ædes, & ambulacrum cuiuſmodi?

VESTIGIVM, veſtigij, n. g. Pedis impreſſio, id eſt ſignũ quod à pede relinquitur. Traſſe. Virg. lib. 4. Georg. Et gradiens ima verrit veſtigia cauda. Plaut. in Ciſtell. 10. 14, Nunc veſtigia hic ſiqua ſunt, iam noſcitabo. Et paulò pòſt, 30, Sed is hâc, aut hâc, ſocii video veſtigiũ in puluere. Et paulò pòſt, 63, Veſtigium hic requiro quà aufugit mihi quædam.

Veſtigium, Extrema pars pedis. Virg. lib. v, Veſtigia primi Alba pedis, frontémque oſtentans arduus Albam.

Veſtigo veſtigas, veſtigare, Quærere, quaſi veſtigia indagare. À veſtigijs tãquam indicijs dictum. Chercher, traſſer, chercher par la traſſe. Plaut. in Rud. 4. 23. Quid tu id quæritas? an quò furatũ mox venias, veſtigas loca? Idem in Truc. 8. 39, Hæc vna opera circumit per familias, puerum veſtigat. Cic. lib. 3. de Orat. Ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid, quod cum deſidioſa delectatione veſtiges.

VESTIS, huius veſtis, f. g. À velãdo: quòd corpus velet, dicitur. Seu à vellere, quod eſt vniuerſæ ouis lana. Generale indumentũ tam virile, quàm muliebre quo continentur omnia lanea, linea, ſerica, bombycina, quæ induendi, præcingendi, tegendi, amiciendi, inſternendi, accubãdique cauſſa apparata ſunt, & quæ acceſſionis iure cedunt, quæ ſunt inſtitæ, picturæ, clauíque qui veſtibus inſuuntur. Habillement. Plaut. in Curcul. 10. 2, Et aurũ, & veſtem omnem, ſuam eſſe aiebat, quidquid haberet.

Veſtio veſtis, veſtiui, veſtitum, veſtire, Veſtir, habiller. Plaut. in Caſin. 20. 4, Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Terẽt. in Heaut. 1. 1. 78, Hem, tot mea ſolius ſolliciti ſunt cauſſa, vt me vnũ expleant? ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi tantos ego ſolus faciam?

Veſtitus veſtem. Plaut. in Epid. 5. 39, Vidén' veneficam? E. ſed veſtita aurata ornamenta, vt lepidè, vt concinnè, vt noué!

Veſtio ad alia trãſſertur. Ad oculos. Cic. de natura deorũ, Primum oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit & ſepſit, quas primùm perlucidas facit.

Ad arbores. Columella lib. v, Vbi ſe frondibus veſtierint teneris caulibus, necdum adultis, modus adhibendus eſt. Et apud Plinium epiſt. 161. a, Veſtiuntur ripæ multa fraxino.

Veſtiarium veſtiarii, n. g. Locus in quo veſtes vel ſeruantur vel venduntur.

Veſtiarij nomine, aliquando veſtitus intelligitur.

Veſtitus, veſtitus, veſtitui, maſcul. gen. Veſtement. Plautus in Epid. 12. 8, Quia veſtitum atque ornatum immutabilem hæc habet. Terent. in Eunucho, 3. 5. 8, Vnde emergam, vbi ſiem veſtitum hunc nactus.

Veſtimentum veſtimenti, n. g. Veſtement.

Veſtiſpicus veſtiſpici, & veſtiſpica veſtiſpicæ, Seruus ſiue ancilla cuſtodiẽs veſtes: quòd frequenti diligentia veſtes inſpiciãt. Plaut. in Trin. 5. 22, Dicitur familia tota, veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos. Afranius, Noui non inſciam ancillulam veſpere veſtiſpicam.

Veſtiſſimus veſtiſſima veſtiſſimum, Quod eſt optimè veſtitum. Columella lib. 8, Id pecus, quãuis ex omnibus animalibus veſtiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt.

VETER, veteris, Adiectiuum trium generum, Senex. Ennius, Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.

Veterior. Plaut.in Bacchid.23.26, Senem illum ego tibi dedo veteriorem lepidè vt lenitum reddas.

Veterrimus. Trebatius Ciceroni, Pro noſtro veterrimo, veriſſimóq; amore. Plaut.in Trucul. 4.64, Certe hercle quàm veterrimus.

VETERANVS, & VETERATOR, vide VETVS.

VETERNVS, veterni, m.g. Morbus ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens. Plaut. in Menæh.19.3, Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?

Veternus, pro pigritia aliquando ponitur. Virg.lib.1.georg. Nec torpore graui paſſus ſua regna veterno.

Veternus, Nimia dormitio. Plin. Primis diebus bis ſeptenis tam graui ſomno vrſi premũtur, vt ne vulneribus quidem excitari queant: tunc mirum in modum in veterno pingueſcunt.

Veternoſus veternoſa veternoſum, Qui graui ſomno premitur.

Veternoſum Eunuchum vocat Terentius in Eunucho 4.4.21, quia ſegnis eſt, & quaſi veternum patitur.

Veternoſum, Cato hydropicum appellat, cum inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit, tam plurimum ſitit.

VETO, vetas, vetaui, vetatum, & vetui, vetitum, vetare, Prohibere, & ne aliquid fiat imperare, Deffendre de faire quelque choſe. Plaut.in Aſin.10.19, Quoties te vetui Argyrippum filium Demeneti compellare? Terent.in Phorm.4.4.28, Aruſpex vetuit, ante brumam aliquid noui negotii incipere. Ibidem, 5.6.24, Ait eſſe vetitum, intro ad horam accedere.

VETVS, veteris, o.g. Vieil. Plaut.in Trucul.6.46, Vetus eſt maceria. Idem in Amphit.3. 118, Veteram atque antiquam rem, nouam ad vos proferam.

Vetus adagium, vetus hiſtoria, Du temps paſſé. Plautus in Amphit.15.40, Vetus eſt adagiũ, fames & mora bilem in naſum cõciunt. Idem in Epid.8.14, Nihil moror vetera & vulgata verba. Idem in Pœnulo, 3.7, Scitum eſt, per tempus, hoc eſt iam verbum vetus. Terent.in Adelph.5.3.17, Nam vetus verbũ hoc quidem eſt, Communia eſſe amicorũ inter ſe omnia. C'eſt vng commun dict du temps paſſé.

Vetus ad vituperationem aliquando refertur. Terent.in prologo Heaut.22, Tum quòd maleuolus vetus poeta dictitat repẽtè ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum. Idem in prologo Phor.1, Poſtquam poeta vetus poetam non poteſt retrahere à ſtudio &c.

Vetulus vetula vetulum, diminutiuũ. Plaut.in Epid.14.1, Satin' ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos habet? Ibidem, 5.4, Quales volo vetulos duos. Et in Bacchid.23.8, Vetulæ oues. Et in Merc.6.43, Vetulus, decrepitus, ſenex.

Vetuſtus vetuſta vetuſtum, Idem quod vetus. Liuius lib.1, Poſſe quidem ſe vetuſto iure agere. Plin.in Paneg.27, Verùm hęc olim in præſentia quidem quiſquis paulò vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur.

Vetuſtas vetuſtatis, f.g. Ancienneté, antiquité, vieilleſſe.

Vetuſteſco vetuſteſcis, vetuſteſcere, Vetus fieri, Enuieillir. Columella lib.1, Apothecæ rectè ſuperponãtur his locis vnde plerunque fumus exoritur, cum vina celerius vetuſteſcunt, quæ fumi quodam genere præcoquam maturitatem trahunt.

Vetereſco, vetereſcis, vetereſcere, Idem. Columella lib.2, Aptior tamen eſt ſurculis hominis vrina, quam ſex menſibus paſſus vetereſcere, ſi vitibus aut pomorum arboribus adhibeas.

Veterator veteratoris, m.g. Authore Donato, eſt homo aſtutia vetus, & in omni re callidus, à multarum rerum gerendarũ vetuſtate. Vng vieux routier, qui de long temps eſt vſité a quelque choſe que ce ſoit, & principalement a fineſſes. Terẽt.in Heaut.5.1.16, Idem iſtuc venit in mentem. c. veterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici & ſæpe commutata ſeruitute aſtutus & vafer euaſit.

Veterator in omni arte & inſtituto dicitur, qui ea aſtutia ac ſubdola ſolertia vtitur, quam lingua vernacula vocamus ruzam, Ruze. Vng homme qui eſt fin & ruſé.

Veterator, & ad liberos homines tranſfertur. Cic.in ſecundo de finibus, Acutum, verſutum, veteratorem, facile vt excogitet quomodo occultè ſine vllo conſcio fallat. Idem in Bruto de Cethego oratore loquens, Huic de rep. ſatis ſuppeditabat oratio: totam enim tenebat eam, penitúſque cognorat. Itaque in ſenatu cõſiliariã dignitatem aſſequebatur: ſed in cauſſis publicis nihil, in priuatis ſatis veterator videbatur.

Veteratorius veteratoria veteratorium, Subdolum, & impoſtorium. Cic. in Bruto, de Turino oratore loquens, At in inueniendis, ſupponendiſque rebus mira accuratio, vt facile in nullo diligentiorem, maioremque cognouerim, ſed eam vt citius veteratoriam quàm oratoriam diceres. Idem de Iulio Cæſare, Qui poſtea remp. oppreſſit, Hanc cum habeat præcipuam laudem in communibus, non video cui debeat cedere. Splendidam quandam minimèque veteratoriam rationem dicendi tenet voce, motu, forma magnifica & generoſa quodammodo. Idem in prætura vrbana, Nihil ab iſto vafrum, nihil veteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perſpicua reperientur.

Veteranus, veterana, veteranum, Idem quod vetus. vnde veterana mancipia, quæ à nouitijs diſtinguuntur. Veterana, quæ anno continuo ſeruiuerunt in vrbe: Nouitia intelliguntur, quæ anno nondum ſeruiuerunt.

Veteraneus veteranea veteraneum, Quod eſt vetus. Columella, Si ſint veteraneæ vineę, vt ſeparatos ſulcorum cuiuſque generis per ſingulos ortos inſeremus.

Veterinus veterina veterinum. Veterina animalia dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere poſſunt: quaſi venterina, quod ad ventrem onus religatum gerant. Plinius, Vngulæ veterino tantum generi renaſcuntur.

Veterinarius veterinarij, m. g. Qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit: qui apud nos cõ ſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Vng courtier de cheuaulx. Columella, Nam & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator & vinitor, tum etiam veterinarius & probus paſtor.

Veterinarius, Medicus veterinorum: Vng marichal. Columella lib. 7, Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas veterinarii vocant.

Veterinarius veterinaria veterinarium, Quod ad veterinarium pertinet. Columella lib. 7. Quare veterinariæ medicinæ prudens eſſe debet pecoris magiſter.

Veteramẽtarius ſutor calcearius, Qui veteres calceos reficit, Vng ſauetier. Suetonius de Vitell. Caſſius Seuerus, nec minus eundem & ſutorem veteramentarium prodiderunt.

VEXILLVM vexilli, n. g. quaſi paruum velum. Vſig eſtẽdart. Signum, quo in exercitu aut claſſe imperatores vtuntur.

Vexillarius vexillarij, m. g. Le porte aſeigne. Liuius libro 8, Ordo ſexagenos milites, duos centuriones, vexillarium vnum habet.

VEXO, vexas, vexare, Agitare, moleſtare, perturbare. À veho vehis, Vexari propriè dicitur, qui huc & illuc trahitur. Plin. epiſt. 234, Atque etiam febriculis vexatus. Tormenté. Virg. Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris Dulichias vexaſſe rates.

Vexata domus vetuſtate, apud Plinium epiſt. 116. lib. v1, Villa Camiliani, quam in Campania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata.

VI

VIA, viæ, f. g. Dimidius actus quo poteſt ire vehiculum. Voye. Via (inquit) Paulus, conſtitui vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculũ ire poteſt: alioqui iter ſit, non via.

Via, abuſiue pro omni loco per quem habere iter omnibus licet. Chemin. Plin. Cum de via vocaſſem. Terent. in Eunucho, 3.2.41, Haud conuenit vnà ire amica cum, imperatorem in via.

Via, Ipſe eundi actus. Cic. Cum de via languerem, & mihimet diſplicerem.

Via, Ratio, La maniere, moyen. Virg. lib. 4. AEneid. Inueni germana viam, gratare ſororꝰ. Terent. in Heaut. 3.3.22, Eho quæſo, vnà accedundi via eſt. Idem in And. 4.1.46, Hac nõ ſucceſſit, alia aggrediamur via. Idem in Eunucho, 2.2.16, Hoc nouum eſt aucupium, ego adeò hanc primus inueni viam.

Via prima, Du premier coup. Plaut. in Mil. 5.98, Dũmodo nunc prima via inducamus, vera vt eſſe credat, quæ mentibimur.

Vias omnes amoris noui, Tous les tours damours. Plaut. in Trin. 10.41, Scio te ſponte, nõ tuapte erraſſe: ſed amorem tibi pectus obſcuraſſe, atque ipſe amoris teneo omnes vias.

Via, Conſuetudo, Couſtume. Plaut. in Heaut. 1.1.49, Neque vt animum decuit ægrotũ adoleſcentuli tractare, ſed vi & via peruolgata patrum.

Tota via errare. Prouerbium in eos qui vehementer aberrant. Terent. in Eunucho, 2.2.14, Quid tu his rebus credis fieri? tota erras via. Translatum à viatoribus, qui nunquam ita solent aberrare à via, vt non sine dispendio quidem, tamen quò tendebant perueniant: nõ nunquam sic aberrant, vt longè diuertant, & in diuersum tendant.

Viam facere, Est locum, vbi non erat via, aperire.

Viam munire, Vide MVNIO.

Viator viatoris, m.g. Qui iter facit. Voyagier, qui va sur les chãps, vng passant. Plaut. in Pœnu. 2.58, Vos viatores estis, quæso operam date.

Viatores etiam dicebantur, qui magistratibus parebant: eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magistratus, & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat. Columella in præf. Illis temporibus proceres in agris morabãtur: & cum consilium publicum desyderabatur, à villis arcessebãtur in senatũ: ex quo qui eos arcessebãt, viatores nominati sunt. Plin. in Paneg. 128, Tanta viatoribus quies, tãtus pudor fascibus, vt plerunque aliena turba subsistere & consulem & principem cogeret.

Vio, vias, viaui, viatum, viare, Iter facere, Cheminer.

Viatorius viatoria viatorium, Quod ad viam pertinet. Vnde viatorium vas, Vne bouteille a porter sur le chemin. Plin. Vasa viatoria ex taxo vinis in Gallia mortifera fuisse cõpertũ est.

Viaticum, viatici, Quicquid iter agendi caussa, necessarium est, siue cibus sit, siue pecunia ad vsctum expendenda. Ce quil fault pour le chemin. Plaut. in Capt. 7.90, Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi. Idem in Menæh. 22.38, Sic sine igitur, si tuum negas me esse seruũ, abire liberum cum viatico. Auec argent pour faire mes despens sur le chemin. Plin. epist. 160, Eidem ciuitati imputata sunt terna milia, quæ viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum.

Viatica cœna, Le banquet quon faict a aucun qui sen veult aller. Plaut. in Bacchid. 1.62, Nũc ego te facere hoc volo: ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam.

Viaticor viaticaris, viaticari, Viaticum parare. Plaut. in Menæh. 7.30, Quum inspicio marsupium, viaticati hercle admodum æstiuè sumus.

VIBEX, vibicis, m.g. Signum verberis in humano corpore remanens, quòd vi fiat. La marque de quelque coup quon a donne sur le corps daucun. Plaut. in Mostell. 12.9, Malam rem prius cauendam multo esse, quàm vt meum tergum subijciam culcitrã vibicibus. Plin. lib. 30, Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ouiũ recentibus impositis, obliterantur. Persius, Si puteal multa cautus vibice flagellas.

VIBRISSAE, seu vibrissi, sunt pili in manibus hominũ: quòd his euulsis, caput vibretur.

VIBRO, vibras, vibrare, Mouere, & quasi vi agitare. Virg. lib. 2. AEneid. Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

VICARIVS, vide VICIS.

VICENARIVS, vicenaria, vicenarium, Vingtieme. Plaut. in Pseud. 5.70, Tũ lex me perdit quina vicenaria.

Vicenus, vicena, vicenum, Idem.

Vicies, aduerbium, Par vingt fois.

VICIA, viciæ, f.g. Genus grani, à vinciẽdo dicta. Vesse. Plin. lib. 18. cap. 15, Et vicia pinguescunt arua, nec ipsa agricolis operosa: vno sulco sata, non saritur, non stercoratur, nec aliud quàm deoccatur. Sationis eius tria tẽpora: Circa occasum arcturi, vt decembri mense pascat: tunc optimè seritur in semen, &c.

Viciarius viciaria viciarium, Quod ad viciam pertinet. vt cribrum viciarium apud Columellam lib. 9.

Viciarium substantiuum posuit Columella lib. 12, dicens, Hoc eodem tempore stercoris pars in prata egerenda, pars oleis inspergenda, tum etiam viciaria diligenter facienda.

VICINIA, vide VICVS.

VICINVS, vicina, vicinum, vide VICVS.

VICIS, vici, vicem, vice: Pluraliter vices, vicibus. Rarissimè leges, vicis, vici. Est alternatio, Tournee. Plaut. in Trucul. 5.11, Vertere sese memoria est vices sic. Iay memoyre que les choses vont ainsi par tournees.

Vice pro loco accipitur. Plin. in Paneg. 133.a, Qui erga omne hominũ genꝰ vice sua fungere-

ris. Plaut. in Amphit. 4. 180, Metuo vocis ne vice hodie hic vapulē. Horatius, Vtar vice cotis, acutū Reddere quæ ferrum valet, excors ipſa ſecandi. Ien vſeray comme dune queue.

Pro vice mea, tua, &c. Plaut⁹ ferè ſemper accuſatiuū poſuit, vicē meā, tuā &c. vt in Capt. 10. 11, Neque vllū pol de hac re negotiū eſt quando male occidam, oppetámque peſtē, heri vicem mei. Au lieu de mon maiſtre. Ibidem, 7. 37, Vt eum redimat & remittat huc noſtrûm amborum vicem. Au lieu de nous deux. Idem in Rud. 19. 33, Si appellabit quampiam, vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem. Pour icelles. Idem in Moſtell. 6. 8, Ecquis homo eſt, qui facere argenti cupiat aliquantum lucri, qui hodie ſeſe excruciari meam vicē poſſit patí? En ma place. Idem in Trucul. 4. 54, Ea omnia tibi dicis Dinarchæ, & noſtram & illorum vicem. En lieu que nous deuions la dire, tu le dis.

Vicem ſolis ſupplet. Plin. epiſt. 101. g. lib. v, Cohæret hypocauſtum: & ſi dies nubilus, immiſſo vapore, ſolis vicem ſupplet. Il ſert de ſoleil.

Vices, Pœnæ, & incommoda. Horat. lib. 1. Carm. Vicéſque ſuperbæ Te maneant ipſum. Terent. in Heaut. 4. 5. 1, Ita me di amabunt, vt nunc Menedemi vicem miſeret mei. Ie ſuis marri de ſa fortune, de ſon dōmage. Cic. Attico, lib. 4, Nóſque malo ſolatio, ſed nō multo tamen conſolamur, quod ipſius vicem minimè dolemus. Idem ad Brutū, Velim deinceps meliora ſint: ſin aliter fuerit, (quod dij omen auertant) reip. vicem dolebo.

Vices, Pericula. Virg. 2. AEneid. Nec tela, nec vllas Vitauiſſe vices Danaûm.

Vicarius, vicaria, vicarium, Qui vicem alicuius gerit. Qui tient la place dung autre, qui faict pour vng autre.

Vicaria opera. Quintil. Vicariam ei operam impendi. Ie luy ay rendu le ſeruice quil mauoit faict. Cicero, Vicaria ſolutio rerum creditarum.

Vicaria mors, Quæ pro altero ſubitur.

Vicarius, Dicitur etiā ſeruus qui ſerui vices gerit, Qui ſeruo maiori in familia ſeruit. Plaut. in Aſin. 9. 27, Cui datum eſt? L I. Sticho vicario ipſi tuo. L E. vah, delenire apparas: mihi ſcio vicarium eſſe, neque eſſe ſeruū in heri ædibus qui ſit pluris quàm ille eſt. Cic. in Verrē, Peculia omniū, vicariique retinentur. Horatius, Siue vicarius eſt, qui ſeruo paret vt eſt mos Veſter ait, ſeu conſeruus. Paulus de noxialibus act. L. ſi in re, Si ſeruus tuus nomē exercuerit: eiúſque vicarius ſeruus, & idem nauta in eadem naui damnum dederit.

Viciſſim, aduerbiū, Par tournees, lung apres lautre. Terēt. in Eunuch. 4. 7. 45, Vti fortes decet milites, domíque, focique fac viciſſim vt memineris. De fois a autre. Virg. Nos tamē hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim Dicemus, Noſtre fois. Plaut. in Aſin. 12. 92, Inambulandum eſt, nunc mihi viciſſim ſupplicabunt. Idem in Sticho. 3. 58, Dic viciſſim nunc iam tu. Idem in Moſtell. 16. 31, Sine me viciſſim loqui.

Viciſſim, Secundo loco, ſiue econtrario, Pareillement, auſſi. Cic. in Lælio, Sed ego admiratione quadam virtutis eius, ille viciſſim opinione fortaſſe nonnulla, quam de moribus meis habebat, me dilexit. Ibidem, 26, Vt in dādis, recipiēdíſque meritis, quod quiſque minus per ſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſímque redderet. Terēt. in Heaut. 4. 3. 10, Sed nunc Clinia, da te mihi viciſſim: nā amici quoque res eſt prouidenda. Ayde moy pour la pareille.

Viciſſatim, aduerbium. Idem. Plaut. in Pœnu. 2. 46, Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. A ceſte fois. Idem in Sticho, 9. 27, Hodiéne exoneramus nauem frater? P. clementer volo: potius oneremus noſmet viciſſatim voluptatibus. Lung lautre.

Viciſſitudo, viciſſitudinis, f. g. Alternatio. Tournee, maintenant dung, maintenant dautre. Cic. de Amicitia, Nihil eſt enim remuneratione beneuolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum, officiorúmque iucundius. Idem Luceio, Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas, fortunæ viciſſitudines. Terent. in Eunucho, 2. 2. 45, Hoc nunc dices, eiectos hinc nos. Omnium rerum heus viciſſitudo eſt.

Viciſſitas, viciſſitatis, f. g. Idem. Actius, Viciſſitatémque imputandi tradit.

VICTIMA, victimæ, f. g. Quæ poſt victoriam dextra victrice immolabatur. Ouid. Victima quæ dextra cecidit victrice vocatur.

Victimari⁹, Qui victimas emebat vt vēderet. Plin. Vnde victimarij negotiatores vili mācipio.

Victimarius, Victimarum miniſter, qui in ſacrificijs victimas ligabat, cultrum, aquam, & molam parabat, & reliqua quæ ſacris erant neceſſaria. Valerius lib. 1, Petilius prætor vrbanus & authoritate ſenatus, per victimarios facto igne in conſpectu populi cremauit.

VICTITO, vide VIVO.

VICTORIA, VICTRIX, VICTVS, victa, victum, vide VINCO.

VICTVS, victus, victui, m.g. vide VIVO.

VICVS, vici, m.g. Pars vrbis eſt, qui ex multiplicatis domibus fit: & ex plurib⁹ vicis vrbs cõſtat. Diuiditur enim vrbs in vicos quaſi in membra minora. Rue.

Vic⁹ pagan⁹ dicitur, Si plures ſimul villæ, quæ pagi dicũtur, hoc eſt, plures ruſticanæ dom⁹ cõiũctæ ſunt, & aliquo ſpatio remotæ ab vrbe, dũmodo nõ ſint clauſæ mœnib⁹. Vng village.

Viculus viculi, m.g. diminutiuum, accipitur pro pago & ruſticanis domibus.

Vicinus vicini, & vicina vicinæ, Qui eundem locum colit, quique prope domum noſtram habitat. Voiſin ou voiſine. Plaut. in Merc. Tuus amicus & ſodalis, ſimul vicinus proximus. vide Proximus in PROPE.

Vicinus, vicina, vicinum, vt vicinum malum, Id eſt proximum. Plaut. in Merc. 16.32, Nũc ego illud verbum eſſe experior vetus, Aliquid mali eſſe propter vicinum malum.

Vicinitas, vicinitatis, f.g. Vicinorum propinquitas, & aliquando vicinorum multitudo. Voyſinage. Terent. in Heaut. 1.1.4, Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas, &c.

Vicinia viciniæ, f.g. Locus vicinus, ſeu ipſa vicinitas. Voyſine, ou voyſinage. Plaut. in Mil. 6.2, Certo ædepol ſcio vidiſſe, hic proximæ viciniæ. Idem in Moſtell. 15. 14, Sed quid hoc quod foris increpuit proxima vicinia? Ches noſtre prochain voyſin.

Vicatim aduerbium, Per varios vicos, Par rues. Plin. Meſopotamia tota Aſſyziorum fuit, vicatim diſperſa, præter Babylona & Nilum.

Vicatim, De rue en rue. Cic. Attico lib. 4, Ille vehemens furere: poſt hunc verò furorem, nihil niſi cædem inimicorũ cogitare: vicatim ambire: ſeruis apertè ſpem libertatis oſtendere:

VIDELICET, aduerbium confirmandi, Quaſi videre licet. Plaut. in Mil. 18.67, Eſt profectò Nauclerus, hic quidem eſt, videlicet accerſit accitam hinc credo. Certainement, il ny a point de faute que &c. Idem in Capt. 6.36, Videlicet & propter diuitias inditũ id nomen quaſi eſt. Terent. in Heaut. 3.2.3, Num me fefellit hoſce id ſtruere? videlicet eſt ille Cliniæ ſeruus tardiuſculus. Ibidem, 2.3.22, Hic de noſtris verbis errat videlicet, quæ hic ſumus locuti. Idem in Adelp. 3.4.4, Videlicet de pſaltria hac audiuit.

VIDEO, vides, vidi, viſum, videre, Veoir. Pertinet ad oculos. Plaut. in Bacchid. 20.67, Heu litteras minutas. c. qui quidẽ videat parũ. verum qui ſatis videat, grandes ſatis ſunt. Terẽt. in Eunucho, 5.3.4, Moue verò ocyus te nutrix. s. moueo. c. video, ſed nihil promoues. Idem in Adel. 5.4.13, Duxi vxorem. quam ibi miſeriam vidi! Idem in Eunucho, 5.1.22, Vide amabo, ſi non cum aſpicias, os impudens videtur.

Vide vt incedit. Plaut. in Aulul. 4.7, Ironia. Idem in Mil. 5.45, Vide quemadmodum aſtitit ſeuera fronte.

Videre oculis. Plaut. in Pſeud. 9.29, Nunquam adueni, neque te vidi ante hunc diem vnquã oculis meis. Terẽt. Hunc oculis ſuis noſtrarũ nunquam quiſquã vidit Phædria. Idem in Adel. 3.2.31, Certe, hiſce oculis egomet vidi. Cic. in Catil oratione tertia, idque cũ coniectura conſequi poſſumus, quod vix videtur humanis conſilijs, tantam molem rerum gubernatio conſequi potuiſſe, tum verò præſentes ita his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos penè oculis videre poſſemus.

Videre ſomnum. Terent. in Heaut. 3.1.82, Somnũ hercle ego hac nocte oculis nõ vidi meis. Ie nay point dormi toute ceſte nuyct.

Videre ſpem. Terent. in Heaut. 4.1.51, Si potis eſt reperiri SY. plus ſpei video quàm volo.

Videre tranſfertur ad animum, Preuoir, conſyderer, ſe donner de garde, & ſe auiſer ou eſtre cault. Terent. in Heaut. 4.2.3, Niſi aliquid video, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex. Idem in Eunucho, 1.3.88, Vide ne nimiũ calidũ hoc ſit modo. Idem in Heaut. 4.1.30, Melius, peius: proſit, obſit: nihil vident niſi quod lubet. Idem in And. 5.1.6, Vide quàm iniquus ſis præ ſtudio, dũ efficias id quod cupis. Idem in Eunuc. 2.1.18, Vide quid agas. Idem in Heaut. 3.1.94, Itáne comparatam eſſe hominum naturam omnium, aliena melius vt videant & iudicent quàm ſua? Idem in Phor. 1.4.12, Rectè ego mihi vidiſſem. Plaut. in Amphit. 7.71, Sed vide efferantur ex naui.

Me vide. Terẽt. in And. 2.2.13, Atque iſtuc ipſum nihil pericli eſt, me vide. Idem in Phor. 4.4.30, Fient, me vide. Reſgarde moy hardiment.

Videro, Ie y prouuoieray. Plaut. in Merc. 7.107, Nõ potes tu lege vendere illã? D. ego aliquid videro. Idem in Adel. 5.3.59, Modo facito vt illam ſerues. D. ego iſtuc videro. Ie tacheray a ce faire. Idem in And. 2.6.25, Ego iſtæc recte vt fiant, videro.

Videor, Il meſt aduis. Plaut. in Epid. 11.11, Noſcito ego hanc ſnam videor, neſcio vbi, me vidiſſe prius. Idem in Capt. 4.11, Omnes profectò liberi libẽtius ſumus, quàm ſeruimus. AE. non vidêre ita tu quidem. Tu ne le monſtre pas, il ne le ſemble pas a te veoir. Idem in Aulul. 5.36, Nam nunc cum cælo ſedulò, omnes ne ſciant, omnes videntur ſcire. Idem in Trin. 8.3, Cum conſydero, meminiſſe videor fieri. Idem in Aulul. 27.7, Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum.

Videre videor, Il me ſemble que ie voys. Terent. in Adel. 3.3.30, Videre videor iam diem illum, cum hinc egens profugiet aliquò militatum. Il me ſemble a veoir.

Videris. Terent. in Eunucho, 5.2.61, Parùm perſpexiſſe eius vidêre audaciã. Il ne ſemble pas aduis que tu &c. Idem in Heaut. 3.1.81, Vidêre verum, atque ita vti res eſt, dicere.

Videbitur, On y pouruoiera, on ſaduiſera. Plaut. in Aſin. 12.95, Da mihi iſtas viginti minas: vides me amantem egêre. LI. videbitur.

Videtur ita mihi, Ceſt mon aduis. Plaut. in Ciſtel. 10.67, Mala merx hera hæc & callida. P. ecaſtor mihi ita videtur. Il me le ſemble. Terent. in Phor. 2.4.10, Mihi ſic hoc videtur, quod te abſente hic filius egit, &c. Idem in And. 3.3.32, Tibi ita videtur: at ego non poſſe arbitror. Plaut. in Epid. 12.9, Quid ſi ſeruo aliter viſum eſt?

Viderit Epicurus, Id eſt, videat, hoc eſt, huius rei illi cura ſit, vel huius opinionis rationem reddat, non ego.

Viſus ſum audire, Il me ſemble que iay ouy. Plaut. in Ciſtell. 7.1, Audire vocem viſa ſum an te ædes modo. Terent. in And. 1.5.20, Id mihi viſus eſt dicere, abi citò, & ſuſpende te. Plaut. in Curcul. 6.10, Hac noctu in ſomniis viſus ſum viderier.

Vidén' pro vidéſne. Terent. in Eunucho, 2.2.10, Vidén' me ex eodem ortum loco?

Viſus viſa viſum, Qui eſt veu. Terent. in Heaut. 3.2.9, Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Idem in And. 3.5.10, Viſus ſum. Il ma apperceu.

Viſa eſt pedum via. Terent. in Phor. 2.2.12, Factum eſt periclum, iam pedum viſa eſt via.

Viſo viſis, & Viſito viſitas, Vide ſuo ordine.

Viſum viſi, n.g. vt viſo eſt opus. Plaut. in Capt. 5.32, Tamen viſo opus, cauto eſt opus, vt ſobrie, ſinéque arbitris hoc agatur.

VIDVA, viduæ, f.g. Vne vefue. Dicta eſt quaſi valde idua, ab iduum die qui menſem diuidit: hoc eſt, à viro diuiſa. Plaut. in Sticho, 2.2, Quæ tandiu vidua viro ſuo caruit.

Vidus vir, Vng hõme vefue. Plau. in Merc. 20.13, Plures viri ſũt vidui, quàm nũc mulieres.

Viduo viduas, viduare, Diuidere, priuare.

Viduus, vidua, viduum, Priuatus. Horatius lib. Carm. Voce dum terret, viduus pharetra Riſit Apollo. Cic. lib. 2. Tuſcul, Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias.

Viduitas viduitatis, f.g. Veufage.

Viduitas, Priuatio. Plaut. in Rud. 17.2, Nunc demũ eſt, cum omnium copiarum atque opũ, auxilii, præſidij, viduitas nos tenet.

Viduertas, viduertatis, f.g. Apud Catonem calamitas dicitur, teſte Feſto.

VIDVLVM, viduli, n.g. In quo aliquid ſeruatur. Plaut. in Epid. 2.20, Vbi ergo eſt? niſi ſi in vidulo, aut ſi in mellina attuliſti? Idem in Menæh. 8.12, Eccum in vidulo ego ſaluum ferro. Ibidem, 22.45, Rectè obſignatum in vidulo eſt marſupium.

VIEO, vies, vieui, vietum, viere, Ligare, inflectere: quia vietis virgis ligare poſſumus quod libet, Plier, relier, comme on faict les tonneaulx.

Viere, In obliquum flectere. Plaut. in Menæh. Vides tu illi oculos viere, vt viridis exoriſtur colos?

Vietus vieta vietum, Mollis, languidus, Flexibilis, ſine vi. Varro, Ne cum humorem amiſerint, pertinaci vento mala vieta fiant. Id eſt, flexa & obliqua. Cic. de ſenect. 5, Sed tamen neceſſe fuit eſſe aliquod extremum, & tanquam in arborum baccis, terræque frugibus maturitate tẽpeſtiua, quaſi vietum & caducum, quod ferendum eſt molliter ſapienti.

Vietus homo. Terent. in Eunucho, 4.4.2, Hic eſt vetus, vietus, veternoſus ſenex.

Vietor, vietoris, m.g. Qui vaſa vinaria religat, ſtipátque. Vng tonnelier.

VIGEO, viges, vigui, vigere, Viuere, potentẽ eſſe, & in vigore eſſe, Eſtre en vigueur. Cic. li. 1. Tuſcul. Multáque ſecula poſtea ſic viguit Pythagoreorum nomen, vt nulli alij docti viderentur. Plin. epiſt. 139.a, Inſident febres, tuſſis increſſit, ſumma macies, ſumma defectio, animus tantum & ſpiritus viget. Apud eundem in Paneg. 81, Vigentes domus.

Viget mos. Plaut. in Curcul. 7. 20, Nam ita nunc mos viget, ita nunc ſeruitiũ eſt, profectò haberi modus nõ poteſt. Cic. de ſenect. 33, Vigebat in ea domo patricius mos, & diſciplina.

Vigor vigoris, m. g. Firmitas, robur. Vigor oculorum, apud Plinium epiſt. 45. d.

VIGESIMVS, vigeſima, vigeſimum, Quod & Viceſimus dicitur. Vingtieme.

Vigeſima vigeſimæ, f. g. Tributum ſeu exactio ſicut decima. Plin. in Paneg. 58, His vigeſima reperta eſt, tributum tolerabile.

Vigeſimarium aurum à Liuio dicitur, quod ex vigeſimis exigebatur.

VIGIL, vigilis, cõm. g. Qui nõ eſt torpens, quales ſunt dormientes. Veillant, & ſoingneulx.

Vigil, Nocturnus cuſtos, Vne veille, qui veille & faict le guet de nuyct. Plaut. in Amphit. 4. 197, Rex Creon, vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat.

Vigilo vigilas, vigilare, Veiller, ne dormir point. Terent. in Eunucho, 2. 1. 15, Opus faciam vt defatiger vſque: ingratus vt dormiam. P. vigilabis laſſus: hoc plus facies. Ibidem, 2. 2. 47, Ne ſurſum deorſum curſites, néve vſque ad lucem vigiles. Plaut. in Moſtell. 6. 26, Quis iſtic dormit? PHILO. Callidates. T. ſuſcita iſtum Dẽlphium. D. Callĩdates Callĩdates vigila. C. vigilo. cedo vt bibam, Eſueille toy.

Vigilare, Diligenter audire. Iuuenalis, Sed vigilat conſul.

Vigilare, Studium & diligentiam adhibere. Veiller, mettre peine, auoir ſoing. Plaut. in Rud. 22. 12, Vigilare decet hominem qui vult ſua tempori conficere officia.

Vigilans vigilantis, Participium, Veillant. Plaut. in Cap. 13. 79, Vigilans ſomniat. Terent. in And. 5. 6. 8, Num ille ſomniat ea, quæ vigilans voluit? Plaut. in Amphit. 7. 65, Vigilans vidi, vigilans nunc video, vigilans fabulor, vigilantẽ ille me iamdudũ vigilans pugnis cõtudit.

Vigilãtia, vigilantiæ, Soing & diligẽce. Terent. in Adel. 3. 3. 44, Vigilantiã tuã tu mihi narras?

Vigilanter, aduerbium, En veillãt, ſoingneuſemẽt. Plin. epiſt. 105, lib. VI, Homullus deinde noſter vſus vigilanter hoc conſenſu ſenatus, ſententiæ loco poſtulauit vt conſules &c.

Vigiliæ vigiliarũ, Veilles que on faict de nuict. Plaut. in Aulul. 3. 36, Is adoleſcẽtis illius eſt auũculus, qui illam ſtuprauit noctu, Cereris vigilijs.

Vigiliæ militares, in quaterna horarum ſpatia diuiduntur, ita vt prima, ſecunda, tertia, & quarta vigilia dicatur. Cæſar, Vbi per exploratores Cæſar certior factus eſt tres iam partes copiarum Heluetios id flumen traduxiſſe, quartámque ferè partem circa flumen Ararin relictã eſſe, de tertia vigilia cum legionibus tribus, ex caſtris profectus, ad eam partẽ peruenit, quæ nondum flumen tranſierat.

Vigiliæ, Ipſi cuſtodes qui vigilant. Salluſt. Et ab incendio intelligebat vrbem vigilijs munitã.

VIGINTI, nomen numerale, indeclinabile, Vingt.

VILIS, & hoc vile, Quod parum valet. Qui eſt de vil pris, a bon marché. Plaut. in Trin. 3. 7, Neque quicquã hic vile nũc eſt, niſi mores mali. Idem in Mil. 10. 139, Et poſtea qui homines probi eſſent, eſſet his annona vilior. L. Piſo, Romulũ dicunt ad cœnã vocatum: ibi non multum bibiſſe, quia poſtridie negotium haberet. Ei dicunt, Romule, ſi iſtuc omnes homines faciant, vinum vilius ſit. Is reſpondit, Imò verò carum, ſi quantum quiſque volet bibat: nam ego bibi quantum volui.

Vili, ablatiuus qui verbis pretij ſolet addi. Plaut. in Epid. 2. 49, Iſtanc quam emit, quanti eam emit? T. vili. A bon marché.

Iſtoc vilius. Terent. in Adel. 5. 9 24, Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paululum præ manu dederis, vnde vtatur: reddet tibi cito. M. iſtoc vilius. Donatus, Quaſi, nihil minus. Negatio enim eſt floccũ oſtendentis, aut quid tale: cũ ἐλλειψει, qua ſubauditur QVICQVAM. &, NON DABO.

Vile, Pro abundanti ponitur: quia quicquid nimis abundat, vile eſt, hoc eſt, paruo venditur pretio. Virg. lib. 1. georg. Si verò viciámque ſeres, vilémque faſellum.

Vilitas vilitatis, f. g. Bon marché, Contrarium caritati, Chierté.

Vileo viles, vilui, vilere, Vilem eſſe, De quoy oñ ne tient conte.

Vileſco, vileſcis, vileſcere, Vilem fieri. Deuenir a vil pris.

Vilito vilitas, vilitare, Vile facere. Turpilius, Et quærat tua vitia quæ te vilitant.

VILLA, villæ, f. g. Domus extra vrbem, caſa villatica, & ſuburbia, quæ habitandi cauſſa cõſtituta eſt. Vne metairie, maiſon aux champs. Plin. Modus hic probatur, vt neque fundus villã, neque villa fundum quærat. Cic. lib. 1. de Orat. Quin tu igitur facis idem quod faceres, ſi in aliquam domum plenam ornamentorũ vel in villam veniſſes? Villæ deſcriptionem habes in epiſtolis Plinij 41. & 101. d.

Villa ruſtica, Eſt ea pars villæ quam villicus colonus vel vinitor, vel arborator habitandã ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo aut continendo.

Villa vrbana, quæ & prætorium dicitur, ea pars eſt quam dominus ſibi recepit : quæ quia elegantius, amœniúſque ædificari ſolet & inſtrui, ideò vrbana vocatur, quaſi vrbani nitoris, & elegantiæ plus quàm ruſticæ. Varro lib. 1. de re ruſt. Fructuoſior certè fundus eſt propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiã, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim ad fructuum rationem faciebant, hi ad libidines indomitas. Itaque illorũ villæ ruſticæ erãt maiores quàm vrbanæ quæ nunc ſunt pleræque. Idem paulò pòſt, Item cætera vt eſſent in villa huiuſmodi quæ cultum quærerent, prouidebant: nunc contrà, villã vrbanam quàm maximam ac politiſſimã habeant, dant operam: ac cum Metelli ac Luculli villis peſſimo exemplo ædificatis certant.

Villa dicta eſt (inquit Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 2) quòd à villico in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum væneunt.

Villula villulæ, diminutiuum.

Villicus villica villicum, Villæ gubernator: vel qui præeſt pago & toti rei ruſticæ curæ. Vng fermier dune meſtairie. Varro de re ruſt. lib. 1. cap. 2, Villicus agri colendi cauſſa conſtitutus, atque appellatus à villa: villa, quòd ab eo in eam conuehuntur fructus, & euehuntur cum væneunt. À quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas: & vellam, non villam. quò vehunt, & vnde vehuntur.

Villicus, Ruſticus agricultor. Horat. Villice ſyluarum & mihi me reddis agelli. Columella lib. 12, Villicus ſemper caueat me improuidus ab opere vincatur. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctanti.

Villico, villicas, villicare: & Villicor villicaris, villicari, deponens, Ruſticari, Demourer ou ſe tenir aux champs. Pomponius, Ego rus eo, vt aliquot diebus villicer. Terent. in Hecyra, Hic villicor ante vrbem.

Villicari, Villæ præeſſe. Pomponius, Longe ab vrbe villicare, quò herus rarenter venit, non villicari, ſed dominari, mea ſententia eſt.

Villicatio villicationis, f. g. Ruſtica negotiatio, vel villæ diſpenſatio.

Villaticus villatica villaticum, Quod ad villam pertinet. Vnde villatica paſtio dicitur alimentũ quod pertinet ad animalia muta quæ ruri nutriuntur, vt puta pecudes, aues, piſces. Sic dicitur villaticus canis, qui in villa tenetur.

Villanus villana villanum, Qui in villa habitat.

Villaris & hoc villare, Idem quod villaticus. Plin. lib. x, Villaribus gallinis & religio ineſt, inhorreſcunt edito ouo, excutiúntque ſeſe.

Villico, villiconis, m. g. Idem quod villicus, vel præfectus villicationis. vt eſt apud Apuleium in Apologia, qui & Epiſtate dicitur.

VILLVS, villi, m. g. Pilus, Poil. Martialis, Calfaciunt villi pallia noſtra mei.

VILLVM, villi, n. g. diminutiuum à vinum, ſicut ab vnus, vllus. Petit vin.

VIMEN, viminis, n. g. Omne virgultum molle, & ad ligandũ aptum, quaſi vincimen. Ozier, & autre ſemblable. Columella, Nec refert cuius generis vimen ſeras, dum ſit lentiſſimum. Plin. Et aliæ arbores virgas ſequaces habent ad iuncturas lentitiæ: aliæ prætenues viminibus tegendis ſpectabili ſubtilitate.

Vimina fiunt ex populorum virgis, vlmi, & ſanguineorum fruticum, & betulæ, & vitis, & coryli intortæ, & ſalicis, quæ principatum obtinent.

Vimineus viminea vimineũ, Quod eſt ex vimine. vt vaſa viminea. Doſier. Plaut. in Epid. 2. 26, Viminei faſces virgarum.

Viminalis & hoc viminale, Quod eſt ad ligandum aptum, ſeu quod pertinet ad vimina. Plin. Hæc eſt viminalis cultura.

Viminalis collis dictus eſt Romæ, quòd ibi viminum ſylua fuit.

VINACEVS, vide VINVM.

VINCIO, vinci, vinxi, vinctum, vincire, Lier. Virg. Purpureóque alte ſuras vincire cothurno. Plaut. in Menæh. 3 .3, Homines captiuos qui catenis vinciunt. Et paulò pòſt, 12, Quẽ tu aſſeruare recte ne aufugiat, voles, eſca atque potatione vinciri debet.

Vinctus vincta vinctum, Lie.

Vincto pectore virgo, Id eſt tenui, & velut vincto. Linge. Terẽt. in Eunuc. 2. 3. 22, Quas ma-

tres ſtudent demiſſis humeris eſſe, vincto pectore, vt graciles ſient.

Vincta amicitia inter aliquos. Plaut. in Ciſtell. 2.21, Vt ſanctè amicitiã colunt, atque vt eam vinctam bene habent inter ſe.

Vinculum, vinculi, n.g, Ligamen, Vng lien. Dicimus & vinclum vincli per ſyncopam. Columella lib. 3, Salix humida loca deſyderat, geniſta etiam ſicca, vtræque tamen circa vineam ſeruntur, cum palmitibus idonea præbent vincula.

Vincula vinculorum, Per tranſlationem, Carcer in quo noxii vincti ſeruantur.

VINCO, vincis, vici, victum, vincere, Vaincre, ſurmonter. Plaut. in Perſa, 6.34, Fatear ſi ita ſim. s. iam abi, viciſti. Plaut. in Mil. 9.86. Vincam animum meum, ne malitioſè factum id eſſe abs te arbitrer.

Vincere animũ ſuum, Ne croire point ſon courage, Eſtre maiſtre de ſoy. Plaut. in Trin. 6.29.

Vincere ceruum curſu. Plaut. in Pœnu. 7.27. Ibidem, Cocleam tarditudine vincere. Courir plus vitte que vng cerf: & eſtre plus tardif que vng limacon.

Viceris. Terent. in And. 5.3.21, Adducti qui illam ciuem hinc dicant. viceris.

Vincere, Per tranſlationem, pro exprimere ponitur, & quaſi difficultatem rei dicendo ſuperare. Virg. Nec ſum animi dubius, verbis ea vincere magnum Quàm ſit.

Victor victoris, m.g. Victorieux, ou qui a ce quil demandoit. Virg. lib. 3. Georg. Illi victor ego, & Tyrio conſpectus in oſtro, Centum quadriiugos agitabo ad flumina currus.

Victrix, victricis; f.g. Victorieuſe. Plaut. in Caſina, 20.3, Atque vt potior polẽtia, vt vincáſque virum, victrixque ſies.

Victoria, victoriæ, f.g. Victoire. Plaut. in Trucul. 6.20, Hic ſunt quas habes victorias.

Vincibilis & hoc vincibile, Facile a vaincre. Terent. in Phor. 1.4.50, Iuſtã illam cauſſam, facilẽ, vincibilem, optumam. Columella lib. 4, Grauem terram, vix vlla cultura vincibilem.

VINDEMIA, vindemiæ, f.g. Vendange. Quaſi vinidemia, à vino demendo. Virg. lib. 2. georg. Non eadem arboribus pendet vindemia noſtris.

Vindemia mellis. Plin. Prima mellis, vindemia melior. Columella lib. x, Mox vere tranſacto ſequitur mellis vindemia.

Vindemio vindemias, vindemiare, Vendanger.

Vindemiator vindemiatoris, m.g. Vendangeur. Horat. in Serm. Vindemiator, & inuectus cui ſæpe viator.

Videmitor apud Ouidium legitur in faſtis, At non effugiet vindemitor hoc quoque cauſſam. Columella lib. v, Vindemitoribus quoque hæ ſemitæ, & iugum, pedamentáque ſarrientibus opportunam laxitatem præbent, per quam vel fructus vel ſtatumina portentur.

Vindemiator, Sydus quod tertio nonas Martij apparet.

Vindemialis & hoc vindemiale, Quod ad vindemiam pertinet.

Vindemiatorius vindemiatoria vindemiatorium, Idem. Varro, Nihilo magis torcula, vaſa vindemiatoria, aut ſerias olearias, ac trapetas.

VINDEX, vindicis, o.g. Vltor iniuriæ: & qui alterius cauſſam ſuſcipit vindicãdam, vt quos nunc procuratores vocamus.

Vindex qui ſe ex ſeruo in libertatem vindicat. À vindicio ſeruo ex vrbe Setia: qui quoniam coniurationem de reducendo Tarquinio detexit, liberatus eſt, vt inquit Liuius lib. 3.

Vindiciæ vindiciarum, f.g. Sententiæ quæ in libertatem aſſerunt.

Vindiciarum lis eſt, qua controuerſæ rei poſſeſſionem fiduciariam petimus, interea dum lis de re ipſa, aut de poſſeſſione diſceptatur, quam recredentiam dicimus. Cic. in prætura vrbana, Si habuiſſet iſte edictum quo ante iſtum, & poſtea omnes habuerunt prætores, poſſeſſio Minutiæ genti eſſet data. Si qui teſtamenti ſe hæredem eſſe arbitraretur, quod tum nõ extaret, lege ageret in hæreditatem, aut præde litis vindiciarum cum ſatis accepiſſet, ſponſionem faceret, ita de hæreditate certaret, Hoc opinor iure & maiores noſtri, & nos ſemper vſi ſumus. Quæ verba Pædianus exponens, ita inquit, Aut peteret vt poſſeſſor eſſet, aut acciperet ab aduerſario ſatis pro præde litis vindiciarum, & ipſe ſponſionem faceret, & ita de hæreditate certaret.

Vindico vindicas, vindicare, Vlciſci, Venger. Plin. epiſt. 76. e, Ex quo tamen poſtea clementia diui Neruæ tranſlatus eſt in Siciliam, vbi nunc profitetur, ſeque de fortuna præfationibus vindicat.

Vindicare, Ab iniuria, contumeliáve aut damno defendere, ſeu liberare. Cic. Et eſt ſenectus natura loquacior, ne ab omnibus eam vitijs videar vindicare. Affin quil ne ſemble point a

veoir que ie vueille deffendre quelle nait aucun vice. Liuius lib.3, à cuius crudelitate vos metipſos armis vindicaſtis.

Vindicare ab interitu. Plin. in Paneg. 82, Ingentia opera eodem quo extructa ſunt animo, ab interitu vindicat. Garder quil ne ſoient gaſtes & perdus.

Vindicare, Protrahere, & in libertatem aſſerere.

Vindicta, vindictæ, f.g. Vltio. Vengeance.

Vindicta, libertas, ſiue virga qua ſerui libertate donabantur. Nam faciendi liberi tres partes ſunt. Vna vt cenſu liber fiat, cenſebantur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Si quis conſentiente vel iubente domino nomen detuliſſet in cenſum, ciuis Romanus fiebat, & ſeruitutis vinculo ſoluebatur. Altera pars adipiſcendæ libertatis, quæ vindicia vocabatur, ſcilicet virgula quam prætor manumittendi ſerui capiti imponens, eundem ſeruũ in libertatem vindicabat, dicens quædam verba ſolennia: atque ideò illa virgula, vindicta vocabatur. Plin. epiſt. 136, Spero, imò confido facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumiſiſti. Tertia pars faciendi liberi eſt, ſi quis ſuprema voluntate, in teſtamenti ſerie ſeruum liberum ſcripſerit.

VINEA, vineæ, f.g. Locus vitibus conſitus. Vne vigne.

Vinea, Inſtrumẽtum bellicum ex lignis compactum, latum pedibus octo, altum ſeptem, longum ſexdecim, tectum duplici ligno, cratibuſque contexitur. latera quoque vimine ſepiũtur, ne ſaxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinſecus, ne crementur, crudis ac recentibus corijs integuntur. Cum plures fuerint, iungũtur ordine, ſub quibus oppugnantes tutius ad muros ſubruẽdos pugnãt. Plaut. in Mil. 5.111, Ad eum vineas, puteoſque agam.

Vinearius, vinearia, vinearium, Quod eſt vineæ, vel quod ad vineam pertinet. Columella lib.6 Validam vitem in ramos deducere cenſeo, & traducibus diſpergere, atque durare, certoſque vinearios colles præcipitare.

Vineaticus, vineatica, vineaticum, Quod ad vineam pertinet. vt falces vineaticæ. Varro, Sic alia quoque nonnulla genera ſpecies habent plures, vt falces. nam dicuntur vineaticæ opus eſſe ſex. Columella lib. v, Ais vnum atque alterum reprehendiſſe, quippe feminibus vineaticis nimium me profundos cenſuiſſe fieri.

Vinealis & hoc vineale, Quod eſt aptum ad vineam. Columella lib.4, Sed ne nunc per infinitas terreni ſpecies euagemur, non intempeſtiuè commemorabimus Iulij Græcini cõſcriptam velut formulam, ad quam poſita eſt imitatio terræ vinealis.

VINETVM, & VINITOR, vide VINVM.

VINVM, vini, n.g. Du vin. Martialis, Reſinata bibis, vina falerna fugis. à vi deducitur, vt nonnulli volunt, quòd vim inferat menti. Ouid. Et Venus in venis, ignis in igne fuit.

Vini ſapores quatuor, Dulce, acutum, lene, & auſterum.

Vinum vetuſtate edentulum, Qui a perdu de ſa force. Plaut. in Pœn. 9.87, Vbi tu Leucadio, Leſbio, Thaſſio, Coo, vetuſtate vino edentulo ætatem irriges.

Vinum vetus. Plau. in Aulul. 16.35, At ego iuſſero cadum vnum vini veteris à me afferrier.

Villũ, villi, n.g. Diminutiuũ. Terẽt. in Adel. 5.2.11, Aliquò abeã, atque edormiſcam hoc villi.

Vinolentus, vinolenta, vinolentum, Ebrioſus, vino ſe ingurgitans, yurongne. Plaut. in Aulul. 23.8, Te eam compreſſiſſe vinolentum virginem.

Vinoſus, vinoſa, vinoſum, Qui ad vinum affectus eſt, Qui aime bien le vin. Plinius ait idcirco vinoſos dici homines, quòd ſoli animalium non ſitientes bibunt.

Vinoſus, yure. Plaut. in Curcul. 2.79, Quid opus eſt verbis? Vinoſiſſuma eſt.

Vinoſus ſuccus (vt author eſt Plinius) propriè eſt moro, pyro, myrto, Vineulx. Idem inter mala Punica genera vinoſa quædam appellat, qua aluum ſiſtunt & ſtomachum.

Vinetum, vineti, Locus vbi multitudo vitis conſita eſt, hoc eſt vbi multæ vites, vel multæ vineæ ſunt. Vng vignoble. Columella lib.4, Cui vineta facere cordi eſt, faciat vitiariũ, ex quo poſſit agrum vineis veſtire.

Vinitor, vinitoris, m.g. Ruſticus vinearum cultor. Columella lib. 2, Separandi ſunt aratores à vinitoribus. Virg. lib. 2. georg. Iam canit extremos effœtus vinitor antes.

Vinarius, vinarij, m.g. Vini venditor. Vng tauernier. Vnde Lampridius ſcribit Alexandrum Romanum imperatorem conſtituiſſe corpora vinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. Plautus in Aſin. 9.30, Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, &c. Idem in Pœn. 14.16, Ita vinariorum habemus noſtræ delectum domi. Suet. de Claud. Cum de lamijs aut vinarijs ageretur, exclamauit in curia.

Vinarius, vinaria, vinarium, Quod ad vinum pertinet. vt taberna vinaria, vas vinarium, Vng tonneau a mettre du vin.

Vinacea, vinaceorũ, Grana vuæ iã preſſæ. Marc de raiſins preſſes. Columella lib. 9, Vinacea quãuis tolerabiliter paſcãt, dari non debent, niſi quibus temporibus anni auis fœtum nõ edit.

Vinulus, vinula, vinulum, Molliter ſe gerens, minimè viriliter, quod facit ebrioſus. Plautus in Aſin. 5. 70, Oſculando, oratione vinula, venuſtula.

VIOLA, violæ, f. g. Violette. Plin. lib. 21. cap. 6, Violis honos proximus. Earum plurima genera: purpureæ, luteæ, albæ. Plantis omnes, vt olus ſatæ. Ex ijs verò quæ ſpõte apricis, & macris locis proueniunt purpureæ, latiore folio, ſtatim ab radice carnoſo exeunt. &c. Abunde de violis in hoc capite tractat. Ibidem, cap. x 1, Florum prima ver nũtiantium, viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme emicat. Poſtea quæ appellatur purpurea: proxime flammea, quæ & phlox vocatur, ſylueſtris duntaxat.

Violariũ, violarij, Locus vbi naſcuntur violæ. Virg. lib. 4. georg. Irriguũ bibant violaria fontẽ.

Violaceus, violacea, violaceum, Idem quod purpureus, qui in violæ florem tendit. Cornelius Nepos, Me iuuene violacea purpura vigebat.

Violarius, violarij, m. g. Violacei coloris infector. Plaut. in Aulul. 15. 38, Flammearij, violarij, carinarij.

VIOLO, violas, violare, Corrumpere, polluere. Violer, ſouiller, & gaſter, Quaſi vim inferre. Et proprie de virgine dicitur.

Violare ad alia tranſfertur. Plin. in Paneg. 54, Sibi maledici, in illis ſuam diuinitatem, ſuum numen violari interpretabatur.

Violentus, violenta, violentũ, Quod vim facit. Terent. in Eunucho, 5. 5. 12, Ille vbi reſciuit factum frater violentiſſimus.

Violabilis, & hoc violabile, Qui aptus eſt vt violetur.

Violenter, aduerbium, Violemment, auec violence.

Violenter tolerare, Enui, Par force, maulgre ſoy. Terent. in Phor. 5. 1. 4, Nam vereor hera ne ob meum ſuaſum indigne iniuria afficiatur: ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter.

VIPERA, viperæ, f. g. Genus ſerpentis. Dictum quòd vi pereat. De quo Plinius abũdè multis locis, maxime verò lib. x. cap. 62. Viperæ mas caput inſerit in os, quod illa abrodit voluptatis dulcedine. Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris, & mollia vt piſces. Tertia die intra vterum catulos excludit, deinde ſingulos, diebus ſingulis parit, viginti ferè numero. Itaque cæteræ tarditatis impatientes, perrumpunt latera, occiſa parente.

Viperinus, viperina, viperinum, Quod eſt ex vipera. Plin. libro x 1. cap. 53, Scythæ ſagittarum vngunt aciem viperina ſanie & humano ſanguine.

VIR, viri, m. g. Reſpectum ætatis aliquando dicit. Plin. Quod non modo in puero ſiue adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur.

Vir, Reſpectu ſexus etiam dicitur, Vng homme.

Vir, Maritus. Plaut. in Caſi. 20. 2, Soſpes iter incipe hoc, vt viro tuo ſemper ſis ſuperſtes. Terent. in And. 3. 3. 40, Tibi generum firmum, & filiæ inuenies virum.

Vir, Fortis, qui præſenti, excellentique animo eſt præditus. Terent. in Adelph. 4. 2. 26, Laudo Ctefipho, patriſſas, abi, virũ te iudico. Idem in Eunu. 1. 2. 74, Heu heu noſter, laudo, tandẽ perdoluit, vir es. Curtius, Exurgite, inquit, aliquãdo, ſi viri eſtis, atque arma capeſſite.

Vir de brutis etiam dicitur. Virg. Vir gregis ipſe caper.

Viripotens, viripotentis, f. g. Quæ apta eſt connubio. Plaut. in Perſa, 7. 1.

Virago, viraginis, f. g. Mulier fortis, quæ viro ſimilis ſit, & virilia opera faciat. Plaut. in Merc. 7. 73, Rectè ego emeto matri tuæ ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala.

Virilis & hoc virile, Quod eſt viri, vt opus virile.

Virilis animus, Id eſt fortis, qualis debet viri eſſe. Terent. in Phor. 5. 8. 64, Animo virili, præſentique vt ſis para.

Viritim, aduerbium, Per ſingulos viros, Dhomme en homme. Plautus in Pſeud. 7. 26, Populo viritim potuit diſpartirier. Plin. de viris illuſt. 33, Quaterna dena agri iugera viritim populo diuiſit. Cato, Præda quæ capta eſt, viritim diuiſa.

Viritim, de vno etiam dicitur. Homme a homme. Curtius, Si quis viritim dimicare vellet, prouocauit. Horat. in epiſt. Quod legeret, tereretque viritim publicus vſus.

Viroſus, viroſa, viroſum, Fortis.

Viroſus, à virus fit interdum, & ſignificat quod eſt mali odoris, vel ſaporis. Virg. Viroſáque pontus Caſtorea. Varro, Rancidam carnē adpoſuit nobis, & viroſam. Id eſt, mali ſaporis.

VIREO, vires, vide VIRIDIS.

VIRGA, virgæ, f.g. Vne verge.

Virgella, virgellæ, f.g. Diminutiuum.

Virgula, virgulæ, Aliud diminutiuum.

Virgeus, virgea, virgeum, Quod eſt factum ex virgis. Virg. lib. 1. georg. Virgea præterea Celei, viliſque ſupellex.

Virgulatus, virgulata, virgulatum: vel, Virgatus, virgata, virgatum. Virgata veſtis dicebatur (vt Iulius Pollux inquit) in qua intexebātur virgæ purpureæ, hoc eſt lineæ, quas Græci ῥάβδους vocant. Sed eas veſtes, grammatici interpretātur purpureas: quod virga, Gallorum lingua dicatur purpura. Virg. lib. 8, Virgatis lucent ſagulis.

Virgultum, virgulti, Multitudo virgarum ſurgentium.

Virgator, virgatoris, m.g. Qui bat de verges. Plaut. in Aſin. 11. 19, Vbi ſæpe cauſſam dixeris pendens aduerſus octo aſtutos, audaces viros, valentes virgatores.

Virgindemia, virgindemiæ, f.g. Collectio virgarum ob verbera, aut aliquid vinciendum. Varro in Aga. Quid triſtiorem video te eſſe an ideò quia ſcapulæ metuunt virgindemiam? Plaut. in Rud. 19. 22, Tergúmque obteſtor tuum, vt tibi vberem vlmeam eſſe ſperes virgindemiā.

VIRGO, virginis, comm. g. Vne vierge. Cic. Obiurgātibus quod ſexagenarius Popiliam virginē duxiſſet, Cras mulier, inquit, erit. Vlpianus, Quod ſi ego me virginem emere putarem, cum eſſet mulier, emptio non valebit.

Virginem, Omne incorruptum & intactum dixerunt veteres. Cic. Philoſophia caſta, verecūda, incorrupta virgo.

Virgineus, virginea, virgineum, Quod eſt aut fuit virginis.

Virginalis, & hoc virginale, Quod eſt dignum virgine.

Virginalis, Idem quod virgineus. Plin. epiſt. 111. a. lib. v, Et tamen ſuauitas puellaris cum virginali verecundia erat.

Virginarius, virginaria, virginarium, Idem quod virgineus. Plaut. in Perſa, 11. 14, Sceleſta fides eſt virginaria.

VIRIDIS, & hoc viride, à vigore dicitur. Qui eſt en ſa vigueur. Vnde dicimus virides plātas, quæ nondum aruerunt, & in vigore ſuo ſunt. Virg. Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiſque ſenectus.

Viridis mulier, Vne femme qui eſt en ſa force. Plin. epiſt. 144. a, Numidia Quadratilla paulominus octogeſimo ætatis anno deceſſit, vſque ad nouiſſimam valetudinem viridis.

Viridis, Verd.

Vireo, vires, virui, virere, Eſtre verd. Virg. lib. 6, Quale ſolet ſyluis brumalis frigore viſcū Fronde virere noua.

Virere, Eſtre fort & en vigueur.

Vireſco vireſcis, vireſcere, Viride fieri, Deuenir verd.

Vireſcere, Croiſtre en force. Maiorum virium fieri.

Virido viridas, viridare, Viridem facere.

Viridans, viridantis, Quod eſt viride, Verdoyant. Plin. Viridantium & alia plura ſunt genera.

Viror, viroris, m.g. Verdeur.

Viriditas, viriditatis, f.g. Idem.

Viridarium, viridarij, n.g. Locus in quo ſunt herbæ & plantæ virentes, & amœnitate refertæ. Vng vergier. Suet. in Tib. Militem prætorianum, ob ſurreptum è viridario pauonem, capite puniuit.

Viretum, vireti, n.g. Locus viriditate plenus. vel ipſæ herbæ virentes.

Viretus, vireta, viretum, Viride, & malè maturum. Columella lib. x 1 1, Ficus neque nimium vireta, neque nimium matura legi debet: & in eo loco expandi, qui toto die ſolem accipit.

Viridicatus, viridicata, viridicatum. Cic. ad Q. fratrem, Equidem hoc quod melius intelligo affirmo mirifica ſuauitate te villam habiturum, piſcina, & ſalientibus additis, palæſtra, & ſylua viridicata.

VIROR, vide VIRIDIS.

VIRTVS, virtutis, f.g. à viro dicta eſt: & propriè fortitudinem ſignificat, quòd viri maxime fortitudo ſit, Force, puiſſance, pouoir. Virg. Tunc pudor incendit vires, & conſcia virtus.

Plaut. in Aulul. 6.39, Ego virtute deûm & maiorum noſtrorum diues ſum ſatis. Idem in Pſeud. 7.118, Virtutem regis Agathocli anteceſſeris. Terẽt. in Eunucho, 4.7.8, Egóne imperatoris virtutem noueram, & vim militum, ſine ſanguine hoc fieri non poſſe?

Virtus mercis, Le valoir, ou value. Plaut. in Mil. 10.132, Sicuti merci pretium ſtat pro virtute vt veneat: quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Virtus formæ. Plautus in Mil. 17.12, Saltem id volupe eſt, cum ex virtute formæ venit tibi mea opera ſuper hac vicina, quam ego nunc concilio tibi, De force de beaute. Idem in Moſtell. 4.17, Virtute formæ id euenit, te vt deceat quicquid habeas. Ceſt de grande beaute que tu as.

Virtus, Perferendorum malorum fortis atque inuicta patientia. Virtutes, rectæ animi affectiones appellantur à Cicerone libro 2. Tuſcul. dicente, Atqui vide, ne cum omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellentur, non ſit hoc proprium omnium nomen, ſed ab ea vna quæ cæteris excellit, omnes nominatæ ſint. Appellata eſt enim ex viro virtus. Viri autem propria maximè eſt fortitudo, cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloríſque cõtemptio. Vtendum eſt igitur his, ſi virtutis compotes, vel potius, ſi viri volumus eſſe: quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata. Plautus in Perſa, 7.16, Virtus eſt, vbi occaſio admonet, deſpicere.

Virtutes pro vitijs, per ironiam aliquando ponuntur, authore Donato. Terent. in Adel. 2.1.22, Si poſſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus. Plaut. in Pſeud. 11.36, Qua facie? P. malum, callidum, doctum: qui quando principium prehenderit, porrò virtute ſua teneat quid ſe facere oporteat.

Virtute tua, Par toy, par ton moyen. Plaut. in Truc. 16.28, De eo nũc benè ſum tua virtute.

Virtus, Vis illa qua res, cuius eſt virtus, perfecta redditur. Cic. lib. 5. de finibus, Atqui in ſenſibus eſt & ſua cuique virtus.

Viriatus, viriata, viriatum, Magnarum virium. Lucilius, Contra flagitium neſcire bello vinci à barbaro viriato Annibale.

VIRVS, Indeclinabile & neutrius generis, Significat aſperitatẽ odoris in homine iam adulto: quippe talis odor in puero non eſt, nec ante coitum mulieris. Plin. Prodeſt & ad virus alarum. Idem, Signum eſt vernis temporibus odoris virus.

Virus, Aliquãdo aſperitatẽ ſaporis ſignificat. Plin. Aqua marina vetuſtate virus deponit. Id eſt, amaritudinem illam & ſalſedinem. Idem, Viris mali medici. Id eſt, Acor & amaritudo.

Virus, Aſperitas coloris. Plin. de ſanguine purpuræ, Tum ſuperadditum decoquitur virus.

Virus, Genitura, Id eſt, humor qui è genitalibus fluit. Plin. Virus verrinum à ſcropha, à coitu exceptum, prius quàm terram attingat, grauitati aurium prodeſt.

Virus, Virtus naturalis. Lucretius lib. 2, Concoctóſque ſuo contractus perdere viro. Plin. de magnete, Sola hæc materia virus ab eo lapide accepit, retinetque, longo tempore aliud appendens ferrum.

Virus, Viror, ſeu herbæ virentes. Stathius lib. 1. Sylu. Atque omne benigne Virus odoriferis arabum quod creſcit in aruis.

Virus, Venenum. Virg. Ille malum virus ſerpentibus addidit atris.

Virulentus, virulenta, virulentum. Plenum veneno. Gellius, Vt ſerpentium virulentorum dimitores ſint.

VIS, huius vis, hanc vim. Pluraliter vis, accuſatiuo vis, vocatiuo vis.

Vis in accuſatiuo plurali. Salluſt. lib. 3. hiſt. Male iam aſſuetum ad omnes vis controuerſiarũ.

Vis, Virtus, Vértu, force. Salluſt. Sed omnis noſtra vis in animo & corpore ſita eſt. Terent. in Phor. 1.2.5, Ipſa horrida, lachrumæ, veſtitus turpis: vt ni vis boni in ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent. Si elle neſtoit naturellement belle.

Vis, Poſſibilitas, fortitudo, Pouoir, puiſſance. Virg. Non ea vis animo, nec tanta ſuperbia victis. Terent. in Heaut. 4.3.32, Hic me magnificè effero, qui vim tantam in me, & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ.

Vis ſumma, De tout ſon pouoir, & ſa poſſibilite. Plaut. in Aulul. 2.2, Aulam repertam auri plenam domi Euclio vi ſumma ſeruat, miſeris affectus modis. Idem in Merc. 3.45, Vi ſumma, quicquid poterat, rapiebat domum. Terent. in Adel. 3.4.47, Summa vi hanc defendam, atque illum mortuum.

Vis, Violentia, Violence, effort. Virg. libro 2. AEneid. Fit via vi, rumpunt aditus, primóſque trucidant. Plautus in Bacchid. 5.37, Vi coactus reddidit ducentos & mille philippûm.

Terent. in Eunucho, 1.4.38, Vi coactum te esse inuitum, lege, iudicio. Idem in And. 1.5. 24, Sed vim vt queas ferre.

Vis, Multitudo & copia. Multitude. Liuius, Magna vis ex Sicilia aduecta. Salluſt. Secunda tempestate ex ponto vis piscium erumpit. Plaut. in Amphit. 4.37, Id vi, & virtute militum, victum atque oppugnatum oppidum est.

Vis negotij. Plaut. in Pœnulo, 4.1, Negotij sibi qui volet vim parare, nauem & mulierem hæc duo sibi comparato. Qui veult auoir fort a faire.

VISCVS, visci, m.g. & Viscum visci, n.g. Glutinum quod ad aucupium pertinet. De la glu. Horat. in Ser. Summus ego, & propè viscus turrinus. Plin. lib. 16. cap. 44, Viscum fit ex acinis qui colligũtur messium tempore immaturi: nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco verò macrescunt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis ferè diebus. Vnúmque hoc rerum putrescendo gratiam inuenit. Inde in profluentem rursus malleo tusi, amissis corticibus, interiore carne lantescunt. Hoc est viscum pennis auium tactu ligandis: iuglandis oleo subactum, cum libeat insidias moliri. Plaut. in Bacchid. 1.16, Viscus merus vestra est blãditia. Ibidem, 23.36, Visco tactus sũ vehemẽter.

Viscum, Frutex, Du guy. Virg. in 6. AEneid. Quale solet syluis brumali frigore viscum Fronde virere noua (quod non sua seminat arbos) Et croceo fœtu teretes circundare ramos. Vide Plinium lib. 16. cap. 44.

Viscosus, viscosa, viscosum, Quod est tenax. Gluant.

Visco, viscas, viscare, Engluer.

Viscatus, viscata, viscatum, Englué.

Viscata munera. Plin. epist. 207, Hos ego viscatis, hamatisque muneribus non sua promere puto, sed aliena corripere.

VISCVS, visceris, n.g. Caro non tantum intestina, sed quicquid sub corio est, id est caro, quæ est inter ossa & cutem. Virg. lib. 2. AEneid. Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.

Visceratio, visceration is, f.g. Vne donnee de chair crue a lenterrement de quelque gros personnage. Crudæ carnis distributio quæ fieri solebat vel in solenni solennitate, vel in funere alicuius excellentis personæ. Gellius, Tum in Albano visceratio Latinis data. Liuius lib. 8, Et populo visceratio data à M. Flauio in funere matris. Plin. de viris illust. 32, Mortuo huic tantum æris populi liberalitate cõgestum, vt inde filius visceratione & epulas publicè daret.

Visceror visceraris, visceri veteres dixerunt carnem populo distribuere.

Visceratim aduerbium, significat per viscera. Ennius dissipat visceratim membra.

VISO, visis, visi, visum, visere, Ad videndum ire. Plaut. in Merc. 3.66, Neque nisi quinto quoque anno posse tum visere vrbem. Idem in Mostell. 10.8, Vise, specta tuo arbitratu. Terent. in And. 4.2.25, Ego hanc visam.

Viso ad. Plau. in Epid. 5.115, Ego visam ad forũ. Idem in Capt. 13.125, Postremo AEgio, si parua iurniurando est fides, vise ad portũ. Terent. in Hecyra, 3.2.4, Nunc ad eã visam.

Viso ecquid. Plaut. in Bacchid. 21.10, Nunc Mnesilochum, quod mandaui, viso ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera sua compulerit.

Viso si. Terent. in Eunucho, 3.4.7, Idque adeò visam si domi est. Idem in Heaut. 1.1.118, Ibo vt visam si domi est, nihil opus fuit monitore.

Viso redierítne domum pater, Terent. in Phor. 2.4.5.

Viso, Ad videndum venio, interprete Donato. Terentius in And. 3.3.4, Id viso, tũne, an illi insaniant.

Viso iunctũ cum venio, aut eo is, significat video. Plaut. in Rud. 4.6, Nunc huc ad Veneris fanũ venio visere. Terẽt. in Hecyra, 1.2.114, Nostra illico it visere ad eã, admisit nemo. Idem significat iũctum cum Gratia, Causa, Studio, & huiusmodi. Salluſt. Multi autem qui è castris visendi aut spoliandi gratia processerant, voluentes hostilia cadauera, amicum alij, pars hospitem, pars autem cognatos reperiebant. Terent. in Hecyra, Ne mittas quidem visendi causa quenquam. Virg. lib. 2. AEneid. Vndique visendi studio Troiana iuuentus Circunfusa ruit.

Visito, visitas, visitare, Frequentatiuum à Visere, visiter. Plaut. in Curcul. Ibi me interrogat in Epidauro, Lycaonem trapezitam si nouerim, dico me nouisse. Quid lenonem Cappadocem, annuo visitasse.

Visitatio, visitationis, f.g. Visitation.

VISVS, visus, visui, m.g. Ipse videndi actus. Veue. Virgil. Horrendum visu.

Viſus, Id quod videtur. Virg. lib. 7, Rite ſecundarent viſus.

Viſum, viſi, n. g. Somnium, & nocturnum ſiue etiam diurnum phãtaſma, quod etiam vigilantibus apparet. Virg. Hoc viſum nulli non ipſi effata ſorori eſt.

Viſio, viſionis, m. g. Ipſe videndi actus.

Viſio phantaſia etiam dicitur. Quintil. Quas phantaſias Græci vocant, nos ipſi viſiones appellamus, per quas imagines rerum abſentium ita repreſentãtur animo, vt eas cernere oculis ac præſentes habere videamur.

VITA, vitæ, Vie. Plaut. in Perſa, 15.26, Faciam vt memineris mei, dum vita viuas. Idem in Trucul. 5.11, Neceſſe eſt nos patier à vita.

Vitalis, & hoc vitale, Quod vitam præſtat. Plaut. in Pœn. 18.15, Iuppiter qui genus colis, aliſque hominum, per quem viuimus vitale æuum.

Vitalis, Qui viuit. Plaut. in Bacchid. 20.73, Si eſſe ſaluum vis me, aut vitalem tibi.

VITELLVS, vitelli, m.g. à vita dictus eſt, Pars oui rubra, quòd ex eo viuat pullus. Le moyeu dung oeuf. Horatius in Serm. Quatenus ima petet voluens aliena vitellus. Martialis, Candida ſi croceos circunfluit vnda vitellos.

VITEX, viticis, f.g. Salicis genus, ex quo vaſa viminea fiunt. Plin. lib. 24. cap. 9, Nõ multum à ſalice vitilium vſu diſtat vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Et paulò pòſt, Duo genera eius, Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit: minor, ramoſa, folijs candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo, quæ & cãdida vocatur: Nigra, quæ tantum purpureum.

VITIARIVM, vide VITIS.

VITILIGO, vitiliginis, f.g. Diuerſi coloris maculæ per omnia membra diſperſæ. Vitiligo quamuis per ſe nullum periculum affert, tamen fœda eſt. Fit ex malo corporis habitu. Eius tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, vbi color albus eſt, ſubaſper, & non continuus, vt quædam guttæ quaſi diſperſæ eſſe videantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger eſt, & vmbræ ſimilis: cætera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius aſcendit, in eáque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, ſed in alijs celerius, in alijs tardius. Feſtus, Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci Alphon vocant, à quo nos album, ſiue à vitio dicta, etiam ſi non lædit. Siue à vitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Lucilius, Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, num dolet inquit? Plin. lib. 20. cap. 15, Radix eius vitiligines albas tollit, ſi tritæ in ſole fricetur.

Vitilitigator, vitilitigatoris, m.g. Vitioſus litigator, hoc eſt obtrectator, & calumniator. Meſdiſant. Hi enim vitilitigatores ſunt, cum ſola prauitate cõtentionem quærunt. Plin. in Prologo naturalis hiſtoriæ, Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato elegãter ex vitijs & litigatoribus compoſuit.

Vitilitigo, vitilitigas, vitilitigare, Criminari, damnare, Meſdire, detracter de quelque choſe. Plinius in prologo naturalis hiſtoriæ, Scio ego quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palàm proferantur, multos fore qui vitilitigent.

VITILIVM, vitilij, n.g. Quicquid ſic lentum eſt vt commodè flecti poſſit, à vinciendo dictum, vt vitex, vitis, vimen, viticula. Plin. lib. 19. cap. 5, Cucurbita omni modo faſtigiatus vaginis maximè vitilibus. Idem, Non multum à ſalice vitilium vſu diſtat.

VITIOSVS, vide VITIVM.

VITIS, huius vitis, f.g. Vne vigne. Varro, Et vitis, eo quòd inuitetur ad vuas percipiendas dicta primo videtur.

Vitis, Geſtamen centurionis, non carnificis, aut lictoris. honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore eſſet illata. Iuuenalis, Nodoſam poſthæc frangebit vertice vitem, Si lentis pigra muniret caſtra dolabra.

Viticula, viticulæ, Diminutiuum à vite.

Vitiarium, vitiarij, n.g. Vitium ſeminarium. Columella lib. 4, Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginoſa faciẽdum eſt, ſuccoſa tamen, ac mediocri, potius quàm pingui. Et paulò ſuprà, Cui vineta facere cordi eſt, præcipuè caueat ne alienæ potius curæ, quàm ſuæ credere velit, néve mercetur viuiradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciátque vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire. Vng complent.

Vitiarium, Locus in quo ſunt vites, Vng vignoble. Sicut pomarium in quo ſunt poma. Varro lib. 1. de re ruſt. Ideò in vitiario primitus cum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat, atque in pariendis colibus, vites habeat maiores.

Vitiſco, vitiſcis, vitiſcere, Vitem fieri, Deuenir vigne. Columella lib. 3, Reliquas gemmas, quæ in terram abſconduntur, exceptis quatuor imis, fac adradas, ne in ſumma radice vitiſcat.

Vitigineus, vitiginea, vitigineum, Quod ex vite fit, vt, vitigineum ſimulachrum.

Vitiſator, vitiſatoris, m.g. Qui vites ſerit, Vng vignerõ. Quo nomine dictus eſt Saturnus. Virg. Vitiſator curuam ſeruans ſub imagine falcem.

Viticulus, viticuli, m.g. Capreolus vitis. Plin. Frutex folio hederæ, minus tamẽ longis viticulis.

VITIVM, vitij, n.g. Propriè dicitur quod virtuti opponitur. À vito, quòd vitandum ſit, ac fugiẽdum. Vice. Cic. pro Aulo Cluentio, Nullam quidem ob turpitudinem, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, ſed erratũ. Plautus in Trucul. 4.82, Hoc nobis vitium maximum eſt, cum amamus, tunc perimus. Terẽt. in Heaut. 5.3.17, Nam illi nihil vitij eſt relictum, quin id itidem ſit tibi.

Vitium, Error. Plin. Librum vitijs plenum. Plein de faultes. Plaut. in Moſtell. 4.118, Quæ vitia corporis fuco occultant.

Vitio vini. Plaut. in Trucul. 17.51, Quod animi impos, vini vitio fecerim.

Vitium, Corruption. Plau. in Moſtell. 3.17, Hoc vitium iam additur ædibus. Idem in Mil. 10.133, Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat. Cic. Pæto, Si nihil eſt in parietibus aut tecto vitij, cætera mihi probabuntur.

Vitium offerre virgini, pro vitiare virginem dixit Terentius in Hecyra, 3.3.23.

Vitio dare, Culpare, vituperare. Vide DOdas.

Vitioſitas, vitioſitatis, fœm. gen. vt Cicero lib. 4. Tuſcul. inquit, eſt habitus aut affectio in tota vita inconſtans.

Vitioſus, vitioſa, vitioſum, Vitieux, plein de vices.

Vitioſus, Corrumpu, pourri. Plaut. in Mil. 6.45, Non ego emam nũc vitam tuã vitioſa nuce.

Vitioſi magiſtratus dicuntur vitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatum eſſe, vt vitioſus dictator per augures fieret. Cic. in Philipp. Vitioſum conſulem appellat, hoc eſt vitio creatum, & augurum diſciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur cauſſa magiſtratuum creandorum, ſolebant augures de cælo ſeruare ſi aut fulmen vidiſſent, aut tonitrua audiuiſſent. Quare per augures nuntiata, illi magiſtratus vitio creati eſſe dicebantur, & ita ſe abdicare cogebantur.

Vitio, vitias, vitiare, Corrumpere, Deſtruere. Plau. in prol. Aulul. Eius filiã Lyconides vitiarat.

Vitiare, Fœdare. Apul. Vtroque oculo vitiatus. Hinc vitiatos corpore dicimus, qui cæci, vel manci, vel claudi nati, factive ſunt.

Vitiatio, vitiationis, f.g. Corruptio.

Vitioſitas, vitioſitatis, f.g. Vitium ipſum.

VITO, vitas, vitare, Cauere, Fuyr, ou effuyr quelque mal. Plaut. in Pœn. 2.25, Domũ abeant, vitent ancipiti infortunio, ne & hic varientur virgis & loris domi.

Vitabundus, vitabunda, vitabundum, Idem quod vitans. Salluſt. Marius vitabundus claſſem hoſtium, ad oppidum peruenit.

VITRVM, vitri, n.g. Materia tranſlucida, quæ ex arena & cinere fieri dicitur. Voarre. De orgine vitri, & ratione faciẽdi, & obſidiano vitro, & generibus multiformibus vitri, vide Plinium lib. 36. cap. 26.

Vitriolum, vitrioli, n.g. Diminutiuum.

Vitriarius, vitriarij, m.g. Vng voarrier.

Vitreus, vitrea, vitreum, Qui eſt de voarre.

Vitreus, Reſemblant a voarre, cler comme voarre. Plin. epiſt. 161.a, Hunc ſubter fons exit, & exprimitur pluribus venis, ſed imparibus: eluctatúſque facit gurgitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus.

VITTA, vittæ, Ligamen capitis. Vne coeffe. Plaut. in Mil. 10.196, Capite compto, crines, vittáſque habeat.

VITVLA, vitulæ, Vacca viridioris ætatis, Vne geniſſe. Virg. in Bucolicis, Egloga 3, Ego hanc vitulam (ne forte recuſes, Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus) Depono.

Vitulus vituli, m.g. à vitulando, id eſt laſciuiãdo dictus, De bobus dicitur, Vng veau.

Vitulus, etiam de alijs quadrupedibus maioribus dicitur. Plin. de elephantis, Atque ita ſalutato ſydere, in ſyluas reuertuntur vitulorum fatigatos præferẽtes. Virgilius ad equos tranſtulit, Iam vitulos hortare, viámque inſiſte domandi. Quinetiam ex piſcibus. Plin. de balenis, Irrumpunt orcæ in ſecreta, & vitulos earum ac fœtus lacerant morſu.

Vitulus, Piſcis genus. Plin. lib. 9. cap. 13, Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt, vt priſtes, balena, vitulus. Hic parit in terra, pecudum more: ſecundo partus reddit initu. Canum modo cohęret, & parit nunquam geminis plures, educat mămis fœtum. Non ante XII diem deducit in mare, ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus, vnde nomen vituli accipiunt. Tenent diſciplinam: vocęque pariter & viſu populum ſalutant, incondito fremitu, nomine vocati reſpondent. Nullum animal grauiore ſomno premitur.

Vitulinus, vitulina, vitulinũ, Qui eſt dung veau. Vt vitulina caro, apud Plautũ in Aulul. 13. 5.

Vitulor, vitularis, vitulari, veteres vſurparunt pro voce lætari, teſtibus Feſto & Nonio. Et vitulantes dicuntur lætantes. Plaut. in Perſa, 7. 2, Commodanti lubens, vitulórque merito.

VITVPERO, vituperas, vituperare, Vitio aliquid dare. Vituperer, blaſmer. Plaut. in Aulul. 9. 4, Vituperas me. Terent. in Andriæ prologo, Id iſti vituperant factum.

Vituperare, datiuo iunxit Plautus in Caſina, 8. 5, Cur omine mihi vituperat malo?

Vituperatio, vituperationis, f. g. Deſpriſement blaſme.

Vituperatio, ſi cum verbo VENIO vel ſimilibus iungatur, paſſiue accipitur. Cic. Vt propter eum in ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret.

Vituperium, vituperij, n. g. Idem. Cic. Vel etiam à vitio dictum vituperium.

Vitupero, vituperonis, m. g. Meſpriſeur, qui blaſme autruy.

Vituperator, vituperatoris, m. g. Idem.

VIVAX, VIVACITAS, vide VIVO.

VIVARIVM, viuarij. n. g. Locus in quo vel aues, vel piſces, vel feræ continentur, quæ ad victum duntaxat pertinent. Plin. lib. 9. cap. 54, Oſtreorum viuaria primus Sergius Orata in Baiano inuenit. Idem lib. 8. cap. 52, Viuaria eorum, cæterorúmque ſylueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit.

VIVERRA, viuerræ, f. g. Animal paruũ quidẽ, ſed magni vigoris: muſtela ruſtica dicitur, vt ait Strabo, Africa primùm importata, Vng furon. His vtuntur adoleſcentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Plin. lib. 9. cap. 55. Magna propter venatũ eorum (ſubaudi cuniculorum,) viuerris gratia eſt. Inijciunt eas in ſpecus, qui ſunt multifores in terris: vnde & nomen animali, atque ita eiectos ſupernè capiunt.

VIVIRADIX, viuiradicis, f. g. Vitis quæ cum radice ſeritur, quaſi viuam radicem habẽs. ad differentiam malleoli & talearum. Plin. lib. 17. cap. 22, In arido ſolo viuiradix quoque fruſtra ſeritur. Columella, Sationis autem duo ſunt genera, malleoli vel viuiradicis.

VIVO, viuis, vixi, victum, viuere, Viure. Plaut. in Mil. 14. 86, Quin mille annorum perpetuo viuunt ab ſeculo ad ſeculum. Idem in Trin. 14. 66, Liberi quid agunt mei, quos reliqui hic, filium atque filiam? S. viuunt, valent nempe.

Viuere, Lætam vitam agere, Viure ioyeuſement. Plaut. in Mil. 20. 30, Conſerui, conſeruæque omnes benè valete & viuite.

Viuere ætatem. Plaut. in Amphit. 14. 3, Quo modo? M. eo modo, vt profectò viuas ætatem miſer. Que tu viues toute ta vie miſerablement.

Viuere bene & fortunate. Plaut. in Mil. 10. 111, Nunc benè viuo, & fortunatè, atque vt volo, atque animo vt lubet.

Viuere ſuo labore. Plaut. in Aulul. 3. 14, Agri reliquit ei non magnum modum, quo cum labore magno & miſere viueret.

Viuere ex more alterius. Terent. in Heaut. 1. 2. 29, Hunccine erat æquum ex illius more, an illud ex huius viuere?

Viuit pauper in patria. Terent. in And. 4. 5. 6, Quæ ſe inhoneſte optauit parare hic diuitias potius, quàm in patria honeſtè pauper viuere.

Viuere moribus antiquis. Plaut. in Trin. 6. 16, Neu imbuas ingenium meo modo, moribus viuito antiquis.

Viuere negligentius. Plin. epiſt. 12. e, In ſumma dicam, quod recenti dolore, cõtubernali meo Galuiſio dixi, vereor ne negligentius viuam.

Viuere in diem, vel in horam, vide IN diem viuere, & IN horam viuere.

Viuere vitã. Plaut. in Merc. 8. 5, Quãdo mihi adimitur qua cauſſa vitã cupio viuere. Terẽt. in Adel. 5. 4. 5, Nã ego vitã durã, quam vixi vſq; adhuc, propè iam excurſo ſpatio, mitto.

Viuere alicui. Plaut. in Bacchid. 11. 24, Benè valens viuit tibi: nam ni ita eſſet, tecum orarem vt ei quod poſſes malefacere, faceres.

Viuitur, impersonale. Plaut. in Pers. 2. 18, Quid agitur? T. viuitur. Terẽt. in Adel. 1. 1. 102, Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur.

Viuendo vincere aliquem, Viure plus que vng autre. Plaut. in Epid. 4. 11, Quia licitũ est eam tibi viuendo vincere.

Victurus victura victurum, à supino victum. Cic. Nemo est tam senex, qui se annum non putet victurum.

Victo victas, victare, frequẽtatiuum. Plaut. in Capt. 3. 15, In occulto miseri victant suo succo.

Victito victitas, victitare, Vesci, & quasi victu vti, Plaut. in Mostell. 3. 50, Victitabam volupe parsimonia & duritia. Ie faisoie ioyeuse chiere, ie viuoye ioyeusement. Ibidem, 2. 51, Licet me amare, & te bubulcitarier. me victitare pulchrè, te miseris modis. Terent. in Eunucho, 5. 9. 44, Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas.

Victus, victus, victui, m. g. Vlpianus de verb. signif. Victus verbo continentur quæ esui, potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini sunt necessaria. Plaut. in Bacchid. 23. 61, I hâc mecum intrò, vbi tibi sit lepidè victibus, vino atque vnguentis. Idem in Capt. 4. 82, Victus meus scrupulosam commeat viam.

Victi genitiuus legitur apud Plautum in Capt. 13. 86, Próin' tu tui quotidiani victi vẽtrem ad me afferas.

Viuus viua viuum, Quod vitam habet. Qui ha vie, vif.

Viuus, Naturalis. Virg. lib. 2. georg. Et viua sua plantaria terra.

Viua cutis. Plaut. in Bacchid. 5. 8, Itaque tondebo auro vsque ad viuam cutem.

Viuus & naturalis animus, apud Plinium in epist. 159. g.

Viuus lapis, Ignitus, quòd vim habeat emittendi ignem.

Viuus, Validus, vehemẽs. Virg. lib. 1. AEneid. Paulatim abolere Sichæum Incipit, & viuo tentat præuertere amore.

Viuax viuacis, o. g. Validus. Vigoureux, vif.

Viuidus viuida viuidum, Plein de vie, vif, & vertueulx. Propertius, Quatuor artificis viuida signa boues. Quasi spirantia, atque viuentia. Plin. in Paneg. 71, Amas constantiam ciuium, rectósque ac viuidos animos.

Viuidum rete, id est integrum. Plaut. in Rud. Non vides me referre viuidum rete, sine squãmoso pecu? Legitur & vuidum.

VIX, aduerbium, significat cum vi ac difficultate & labore, A grand peine. Plaut. in Pseud. 15. 17, Nam in foro vix decumus quisque est qui ipsus sese nouerit. Idem in Amphit. 4. 176, Vix incedo inanis, ne ire posse cũ onere existimes. Terẽt. in Eunucho, 3. 2. 19, Hic sunt tres minæ. G. vix. Idem in Phor. 1. 1. 9. Quod ille vnciatim vix de demenso suo comparsit miser. Donatus, Vix potuit & vnciatim & cito conflari peculium: vt multa pauxillatim & citò fiunt maxima. Meritò ergo additum est VIX.

Vix, Multis modis, vel statim, interprete Donato. Terent. in Hecyra, Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater. Vix me illinc abstraxi, atque impeditũ in ea expediui animum meum.

Vix ægré. Plaut. in Pœn. 4. 20, Nam cum sedulò munditer nos habemus, vix ægrè amatorculos inuenimus. Encore a grand peine.

Vix dum. Terent. in Phor. 4. 2. 4, Vix dum dimidium dixeram, intellexerat.

Vix tandem. Terent. in Phor. 2. 1. 3, O facinus audax! ô Geta monitor. G. vix tandem. A la parfin. Idem in Andria, 3. 2. 12, Vix tãdem sensi stolidus. Cic. Appio Pulchro, Vix tandem legi literas dignas Appio. Virg. Vix tandem Ithaci magnis clamoribus actus Compositò rupit vocem.

Vix, Refertur ad tempus. Virg. Vix è cõspectu Siculæ telluris in altum Vela dabãt læti. Id est, statim. Idem, Et quos Sidonia vix vrbe reuelli. Id est, nuper.

Vix, Non, authore Donato. Lucanus, Carcer, vix carcere dignus. Ouid. Vix Priamus tanti, totáque Troia fuit.

Vix ita tamen viuimus. Plautus in Cistell. 2. 22, Si idem istuc imitamur, ita tamen vix viuimus. Encore a grand peine.

V L

VLCISCOR, vlcisceris, vltus sum, vlcisci, Vindicare, & iniuriam non impunitam relinquere. Soy venger daucun, prendre vengẽce daucun, ou de quelque chose. Et dicimus, Vlciscor te, Vlciscor te pro, Vlciscor me, & Vlciscor scelus. Plaut. in Amphit. 16. 74, Ego pol illũ vlciscar

hodie Theſſalũ veneficum. Terẽt.in Eunuch.5.4.20,Ego pol te pro iſtis dictis & factis ſcelus vlciſcar,vt ne impunè in nos illuſeris. Idem in Adel.3.2.15,Satis mihi id habeam ſupplicij,dum illos vlciſcar modò.

Vlciſci aliquod factum. Plaut.in Menæh.11.6, Ni hanc iniuriam,méque vltus fuero. Terent.in Phor.1.4.12,Rectè ego mihi vidiſſem,& ſenis eſſem vltus iracundiam.

Vltor vltoris,m.g.Qui ſe venge.

Vltrix vltricis,f.g.Celle qui prend vengeance.

Vltio vltionis,f.g.Vengeance.

VLCVS,vlceris,n.g.Sanies concreta intra cutem latitans:quæ vt properè abrupta cute erũpat,emplaſtris ſupernè alligatis ſolet confoueri.Virg.lib.3.georg.Quam ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum Vlceris os,alitur vitium,viuítque tegendo.

Vlcus tangere,Eſt mouere dolorem,eiúſque rei facere mentionem,quæ nos magnopere vrat. Terẽt.in Phor.4.4.9,Quid minus neceſſe fuit,quàm hoc vlcus tangere? Hanc metaphoram M.Tullius oppidò quàm eleganter expreſſit in Clodium, qui populum fame iam exaſperatum, cõcionibus inſuper ſeditioſis in rabiem agebat. Vt tu(inquit)in hoc vlcere tanquam vnguis exiſteres.

Vlcus à nonnullis ſcribitur cum h,quòd græce ὅλκος dicatur.

Vlcero vlceras,vlcerare,Dilaniare,& quaſi vlcus facere.

VLIGO,vliginis,f.g.Terræ humor,ex ea nunquam recedẽs,Moyteur.Varro,Sõlum oportet eſſe eruderatum & procliuum,vt euerri facilè poſſit,ac fieri purum.Non enim ſolum ea vligo lanam corrumpit ouium,ſed etiam vngulas ſcabras fieri cogit.

Vliginoſus vliginoſa vliginoſum,Humidus.vt,vliginoſus aer,qui ſemper eſt humidus. Moyte.

VLLVS,vlla,vllum,Aliquis,Aucun. quaſi vnus aliquis:nunquam affirmatiuè ponitur. Sed ponitur vel negatiuè,vt,Non eſt vllus qui currat.Vel interrogatiuè,vt,Éſtne vllus qui currat? Vel ſubiunctiuè,vt,Si vllus me vocabit,ſtatim veniam.Terentius,Si vllo modo eſt,vt poſſit, quod ſpero fore.

VLMVS,vlmi,f.g.Arbor,Vng horme. Plin.lib.16.cap.40, Rigorem fortiſſimè ſeruat vlmus,ob id cardinibus,aſſamentíſque portarum vtiliſſima,quoniã minimè torquetur:permutanda tantum ſic,vt cacumen ab inferiore ſit cardine,radix ſuperior.

Vlmeus vlmea vlmeum,Quod ex vlmo eſt,vt virgæ vlmeæ apud Plautum in Aſin.7.75.Et in Epid.13.20,Vlmeis pigmentis pingent corium meum. De verges dhorme. Et in Perſa,8.8,Vlmitriba,Qui vlmum terit,id eſt qui virgis vlmeis cæditur.

Vlmarium vlmarij,n.g.Locus vlmis conſitus. Plin.lib.17.cap.xi, Deferendæ ex arearum venis poſt annum in vlmaria,interuallo pedali in vnamquanque partem.

VLNA,vlnæ,fœ.g.Cubitus,ſeu brachium,quantum vtriuſque manus extẽſio. Vlna (inquit Seruius in Buc.)propriè eſt ſpatium quantum vtraque extenditur manus.Vne aulne.

VLPICVM,vlpici,n.g.Græci appellauere genus allii grandius inter pulmentaria ruris,authoribus Plinio & Columella.Des eſchalottes. Plaut.in Pœnul.19.35,Amán' tu autem plenior allii vlpici quàm ſint Romani remiges? Columella,Luna infra terram ſit,quando alliũ vel vlpicum ſerimus,vel in tabulatum reponimus. ſic enim neque acerrimi ſaporis exiſtere, neque mandentium halitus inodorare exiſtimantur.

VLTIMVS,vltima,vltimum.Ab vltra ſuperlatiuus,idem quod poſtremus.Le dernier.

Vltimæ ædes.Terent.in Heaut.5.1.19,Eſt mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retró. Au derriere de la maiſon.

Vltima platea,Le bout de la rue. Plaut.in Mil.10.15,Sterilis hinc proſpectus vſque ad vltimã plateam probè eſt. Idem in Curcul.6.28, Ellum vſque in platea vltima. Terent.in Phor.1.4.39,Sed quis hic eſt ſenex,quem video in vltima platea?

Vltimus pro primus aliquãdo ponitur.Virg.lib.8,Tu ſanguinis vltimus author. Dictus vltimus quòd vltra omnia ſit,ſiue antè reſpicias,ſiue retró.

VLTIO,vide VLCISCOR.

VLTERIOR,vide VLTRA.

VLTRA,Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, Oultre. Plautus in Merc.3.24, Sed amori accedunt etiam vltra hæc quæ diximus. Salluſt.in Iugurtha, Maurique vagum genus, vt alii Aphricæ,contendebant Antipodas vltra AEthiopiam cultu Perſarum, & iuſtos & egregios agere.

Vltrà,Aduerbium eſt,cum ſine caſu ponitur:vt, aſſiduè lego, nihil vltrà faciens.Plautus in Sticho,5.24,Nunc vltra hoc deportem? haud placet:neque id verò officium ego arbitror.

Vltra, ab VLS deriuatur, quo veteres vtebantur, ſicut citra à Cis.

Vlterior, ab vltra comparatiuus, Plus oultre. Terẽt. in Phor. 4. 2. 10, Sed eccum ipſum. quis eſt vlterior? atat Phædriæ pater venit. Plin. epiſt. 34. c, Sit modo ſilentiũ acre, & intentum, & cupidum vlteriora audiendi.

VLTRO, aduerbiũ, Ab vltra fit: & ſignificat vltra ſiue inſuper. Virg. Et miſereſcimus vltrò. Id eſt, vltra id quod rogauit, præſtitimus.

Vltrò, De franc vouloir, ſans eſtre requis, de ſoymeſme. Plaut. in Epid. 3. 52, Cõtinuò te orabit vltrò, vt illam tranſmittas ſibi. Idem in Pœnul. 4. 119. In vendibili merce oportet vltrò emptorem adducere. Idem in Menæh. 15. 15, Nec te vltrò oraui vt dares, tute vltrò ad me detuliſti, dediſti eam dono mihi. Idem in Amphit. 7. 29, Venis vltrò irriſum dominum. Terẽt. in Phor. 2. 3. 13, O audaciam! etiã me vltrò accuſatum aduenit. Sans cauſe. Idem in Andria, 1. 1. 73, Hac fama impulſus Chremes vltrò ad me venit. De ſon bon gre, ſans en eſtre requis. Idem in Eunucho, 1. 1. 8, Infecta pace vltrò ad eam venies, indicans te amare.

Vltrò, citróque, Quod vulgo dicitur, huc & illuc. & tã in factis, quàm in dictis dicitur. Ca & la, dung coſté & daultre, dune part & dautre. Quintil. Iuuenis, ſicut ſolet, vltrò citróq; cõmeare. Cic. Multíſque verbis vltrò citróque habitis, ille nobis cõſumptus eſt dies. Plin. lib. 13. cap. 17, Quin & exercitus paſtos accepimus, vltrò, citróque cõmeantes per Africã.

VLVLA, vlulæ, Auis nocturnæ genus. Cheueche. À fletu denominata, ἀπὸ τοῦ ὀλολύζειν, quod eſt vlulare, & flere. Virg. Certent & cygnis vlulæ.

Vlulo vlulas, vlulare, Heurler. Virg. in 1. georg. Et alte Per noctem reſonare lupis, vlulantibus, vrbes.

Vlulatus, vlulatus, vlulatui, m. g. Heurlement. Virg. in 4. AEneid. Et fœmineo vlulatu.

V M.

VMBILICVS, vmbilici, m. g. Le nombril.

Vmbilicus, Quicquid in aliqua re eſt mediũ. Plau. in Menæh. 4. 43, Dies quidem iam ad vmbilicum eſt dimidiatus mortuus. Plinius vmbilicũ Italiæ circa lacum Reatinum dixit.

Vmbilici, interprete Porphyrione, ornamenta quædam oſſea, quæ aut lignea, corneáve, vmbilici noſtri formam imitantia, voluminibus iam abſolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura nata, ad vmbilicum ducere, quod ſignificat librum finire, atque abſoluere. Horatius in Odis, Deus deus nam me vetat Incœptum celeres promiſſum carmen iambos Ad vmbilicum ducere. Martialis in quarto libro, Ohe iam ſatis eſt, ohe libelle, Iam peruenimus vſque ad vmbilicos, Tu procedere adhuc & ire quæris. Idem libro v, Qui cedro decorata, purpuráque, Nigris pagina creuit vmbilicis. Idem in tertio, Cedro nunc licet ambules perunctus, Et frontes gemino decẽs honore, Pictís luxurieris vmbilicis. Rurſum in x 1, Explicitum nobis vſque ad ſua cornua librum, Et quaſi perfectum Sextitiane refers.

Vmbilicus, Paruus circulus in terra deſcriptus ad cognoſcendos ventos. Plin. Per huius mediam longitudinem duci ſarculo ſulcum, vel cinere lineam, mediámque circunſcribi circulo paruo, qui vocatur vmbilicus.

Vmbilici, Parui, ac rotundi, politíque lapilli. Cic. Tunc duo excellentiſſimi viri repueraſcere maximè videbantur, cum ex vrbe, tanquam è vinculis ambulaſſent, & ad Caietam Laurentúmque conchas & vmbilicos legere conſueuiſſent.

Vmbiliculus vmbiliculi, diminutiuum.

Vmbilicatim aduerbium, Per vmbilicos.

VMBRA, vmbræ, f. g. Aer carens ſole: quod fit alicuius corporis obiectu, præſertim nubiũ.

Vmbra es amantum. Plaut. in Mil. 10. 31, Nihil amas, vmbra es amantum.

Quaſi vmbra me perſequitur, Plaut. in Caſina, 3. 4, Decretum eſt mihi, quaſi vmbra quoquò ibis, te perſequi.

Vmbræ dicuntur quas faciunt pictores, vt imagines quæ planæ ſunt, ſolidæ videantur.

Vmbræ, inferorum imagines. Virg. Vmbrarum hic locus, ſomni, noctíſque ſoporæ, Corpora viua nefas Stygia vectare carina.

Vmbella vmbellæ, diminutiuum ab vmbra.

Vmbraculum vmbraculi, neut. gen. Locus in quo eſt vmbra. Vmbrage. Varro libro primo de re ruſtica, Prope aream faciunda vmbracula, quo ſecedãt homines in æſtu, tempore meridiano.

Vmbraculum, Quod facit vmbram, & à ſole defendit, ſeu quod ponitur pro vmbra, vt ſunt aulæa, lintea, frondes. Valerius lib. 2, Q. Catullus primus ſpectantiũ cõſeſſum velocem vmbraculis texit.

Vmbro vmbras, vmbrare, Tegendo vmbram facere. Cuius compoſita magis ſunt in vſu.

Vmbraticus vmbratica vmbraticum, Quod eſt ex vmbra, ſeu ad ſimilitudinem vmbræ.

Vmbraticus homo dictus eſt à Plauto in Curcul. 11.24, Trapezita qui in vmbra ſub tecto vitam agit otioſam.

Vmbraticæ literæ. Plin. epiſt. 179, Nos quàm anguſtis terminis claudamur, etiam tacente me perſpicis: niſi forte volumus ſcholaſticas tibi, atque (vt ita dicã) vmbraticas literas mittere.

Vmbratilis, & hoc vmbratile, Quod eſt vmbratum. vt vita vmbratilis, quæ vmbra atque opaco marceſcit, ſeu in vmbra & otio domeſtico degitur.

Vmbratiles res dicuntur quæ per inuolucra fiunt, & inanitatem, qualis eſt vmbra.

V N

VNA, aduerbiũ, acuitur in fine, vná, ad differentiã ablatiui nominis vnus: ſignificátque ſimul.

Vnà inter ſe. Plaut. in Mil. 4.60, Qui amantes vnà inter ſe faciam vt conueniant.

Vnà mecum. Terẽt. in Adel. 4.3.7, Sed quæſo vt vnà mecum ad matrem virginis eas.

Vnà cum. Cic. de Amicitia, 33, Quòd ſummi puerorũ amores ſæpe vnà cum prætexta & toga deponerentur.

Vna geminatũ aliquando in oratione ponitur, & eandem vim habet quam cum & tum. Cic. Vnà & id quod facio probabit, vnà & in hac cauſſa profectò neminem præponendm mihi eſſe exiſtimabit.

VNANIMIS, & hoc vnanime, & Vnanimus vnanima vnanimum, Quod vnius eſt animi, & vnius ſententiæ cum altero. Tout dung courage ou vouloir. Virg. Cum ſic vnanimem alloquitur male ſana ſororem.

Vnanimitas vnanimitatis, f.g. Cõcorde, vng meſme vouloir que on ha enſemble, Plau. in Trucul. 8.58, Proh di immortales, non amantis mulieris, ſed ſociæ vnanimitatis fidentis fuit officium facere.

VNCIA, vnciæ, f.g. Vne once. Dicta quòd vna ſit ex duodecim partibus aſſis. Vncia, menſuræ genus exiguæ. Plaut. in Menæh. 12.3, Atque huic vt addas auri pondo vnciã. Idem in Rud. 22.6, Neque piſcium vllam vnciam pondo hodie cepi.

Vnciola vnciolæ, diminutiuum. Iuuenalis. Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.

Vnciatim, aduerbium, Once a once, petit a petit. Terent. in Phor. 1.1.9, Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defrudans genium comparſit miſer &c.

Vnciarius vnciaria vnciarium. vt lex vnciaria apud Feſtum.

VNCTVM, vide VNGO.

VNCVS, vnci, m.g. Fuſtis ab vno latere incuruus ac ſeſe retorquens, quo inſtrumento puniebantur damnati. Iuuenalis, Impactus Scianus ducitur vnco. Plin. in Paneg. 53, Nemo ſpectator ſpectaculum factus miſeras voluptates vnco, & ignib⁹ expiauit.

Vncus, Vng croc, ou crochet.

Vncus vnca vncum, Incuruus, Crochu.

Vncinatus vncinata vncinatũ, Vncinis armatus. Cic. lib. 4. Acad. quæſt. Nec vt ille qui aſperis & leuibus, & hamatis, vncinatiſque corpuſculis concreta hæc eſſe dicat.

VNDA, vndæ, f.g. Propriè pars aquæ in ſe collecta, & in vnã partem tendens: dicta quòd ſit vna, & in ſe coacta. Vne onde deaue.

Vnda ponitur pro aqua, vt pars pro toto. Ouid. Et terris miſcuit vndas. Apud Plautum in Mil. 9.33, Vndarum plenum mare.

Vndoſus vndoſa vndoſum. Mare dicitur vndoſum, id eſt fluctuoſum. Plein de ondes.

Vndo vndas, vndare, Vndas facere.

Vndans vndantis, Qui faict des ondes. vt vndans mare.

Vndantem chlamydem facere, Se marcher en demenant ſa robbe de coſte & dautre, cõme ondes, Plaut. in Epid. 9.52, Sed hic quis eſt, quem huc aduenientem cõſpicor, ſuam qui vndantem chlamydem quaſſando facit?

Vndabundum mare apud Gellium dicitur, Abundè vndas faciens.

VNDE, aduerbiũ. Ex quo loco. Plaut. in Trin. 13.34, Quid eos quæris? aut quis es? aut vnde es? aut vnde aduenis? Dõt viens tu? Idem in Ciſtell. 11.3, Here, vnde is? D. ex ſenatu. Terent. in Eunuch. 2.3.13, Quid tu es triſtis? quidve es alacris? vnde is? C H. ego neſcio hercule. Idem in Adel. 3.2.4, Tot res repentè circũuallant, vnde emergi non pot eſt.

Vnde, De quoy. Terent. in Eunucho, 1.2.42, Eſt (dis gratia) & vnde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.

Vnde, De ches qui. Terent. in And. 4.5.9, Eho Myſis, puer hic vnde eſt? quiſve huc attulit? Idem in Eunucho, 2.3.29, Quid virgo, cuia eſt? CH. neſcio hercle. P. vnde eſt? CH. tantundem. Idem in Andria, 4.5.11, Quem igitur rogem, qui neminem alium video? C. miror vnde ſit.

Vnde, À quo, De qui. Plaut. in Moſtell. 14.6, Nam eccum, ædes vnde filius meus emit. Ibidem, 8.15, Conueni illum vnde haſce ædes emeram. Idem in Epid. 2.75, Nunquam hominem quenquam conueni, vnde abierim lubentius. Virg. Genus vnde Latinum. Terent. in Eunucho, 1.2.35, È prædonibus vnde emerat.

Vnde, Du coſte. Plaut. in Caſina, 8.25, Vide quod ſcriptum vnde villicus eſt.

Vnde, Ad quid, A quoy faire. Horatius, Vnde mihi lapidem, quorſum eſt opus? vnde ſagittas? Quintil. Vnde hunc illi animum? Idem alibi, Vnde tantum virium cæco?

Vnde gentium, Idem quod vnde. Plaut. in Aſin. 3.78, Face id vt paratũ iam ſit. L. vnde gentium? Idem in Ciſtell. 9.16, Nam obſecro vnde hæc gentium? Idem in Epid. 10.47, Vnde hæc igitur gentium eſt? Idem in Pſeud. 15.11, Vnde ego hominem hunc eſſe dicam gentium?

Vnde, De quoy, ou comment. Terent. in And. 3.2.31, Vnde id ſcis? D. audiui & credo.

Vnde vnde, ſignificat gallicè, De quelque lieu quil ſoit, ou de quelque lieu quil vienne.

Vndecunque, De quelque part que ce ſoit. Plin. in Paneg. 133, Poſtremo velociſſimi ſyderis more omnia inuiſere, omnia audire, & vndecũq; inuocatũ, ſtatim numẽ velut adeſſe, & adſiſtere.

Vndeuis, Dont tu vouldras. Vndelibet, idem ſignificat.

Vndeuiginti, Vno dempto de viginti. Dixneuf. Et vndeuigeſimus annus apud Ciceronem de Senectute, 13.

VNDIQVE, aduerbiũ, Par tout, de tous coſtez. Plaut. in Merc. 3.76, Nauim metretas quæ trecentas tolleret, paraſſe, atque ea ſeſe cis vectatum vndique.

VNDO, vndas, vide VNDA.

VNDVLATVS, vndulata, vndulatum. Vndulata veſtis, quæ fit ex hircorum & caprarum pilis, potius quàm lanis, quòd ad vndarum ſimilitudinem picta ſit. Vne robe de camelot. Varro de vitis patrũ, à quibuſdam dicitur eſſe fortunæ virginis, ab eo quòd duabus vndulatis togis eſt opertum, perinde vt reges noſtri vndulatas & prætextatas togas ſoliti ſunt habere. Nonius, Varro (inquit) vndulatum nouè pro puro poſuit. Plin. lib. 8. cap. 48, Vndulata veſtis primo lautiſſimis fuit, inde ſoriculata defluxit.

VNEDO, vnedonis, f. g. Arboris gen⁹, cuius fructus etiã vnedo dicitur. Plin. lib. 15, cap. 24, Aliud corpus eſt terreſtribus fragis, aliud cõgeneri eorũ vnedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruticoſa, fructus anno matureſcit, paritérque floret ſubnaſcens, & prior coquitur.

VNGO, vngis, vnxi, vnctum, vngere, & Vnguo vnguis, vngui, vnctum, vnguere, ſecundũ Priſcianũ, Quaſi vnum agere. vngẽdo enim copulatur atque vnitur caro. Oindre ſon corps doudeurs, ou ſenteurs. Plaut. in Mil. 10.50, Quidni nouerim magnum illum cincinnatum, mœchum vnguentatum? Idem in Trucul. 6.32, Iam ego iſtos fictos, cõpoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro expellam.

Vnctito vnctitas, vnctitare, frequẽtatiuum. Plaut. in Moſtell. 4.117, Nam iſtæc veteres quæ ſe vnguentis vnctitant, interpolles.

Vngentum, quod & vnguentum dicitur, Non eſt medicamentum, ſed commiſtio diuerſorum odorum, addito oleo aut balſamo ad vngenda corpora, deliciarum & luxuriæ cauſſa inuenta. Plautus, Non poſſunt omnes olêre vnguenta exotica. Pomponius tamen iuriſconſ. ſcribit vnguenta eſſe, quæ voluptatis & valetudinis cauſſa comparãtur. ſed hæc magis medicamenta dicuntur. Odeurs, ou ſenteurs faictes pour oindre le corps.

Vngentum non recipit u, ſicut nec vngo, authore Seruio.

Vnguen vnguinis, n. g. Idem quod vnguentum. Significat omne id quod ſuccum habet, ex quo aliquid vngi poteſt. Plin. Epiphoras bubulo ſeuo cum oleo cocto allinunt. Ceruini cornus cinis ſcabrities eodem vnguine ſanat.

Vnguen ab vncto deduci quidam exiſtimant: & eſſe vnctũ, pingue in ſuis dorſo, ſiue axungiã vel ſeuum. Palladius, Sumes tantundem vnguinis quod vocamus axungiam vel ſeuũ. Perſius, Fœniſecæ craſſo vitiarunt vnguine pultes.

Vnguentarius vnguẽtarij, m.g. Qui vnguẽta conficit ac vendit, qui à Græcis Myropola dicitur. Vng apoticaire. Plin. epiſt. 35. lz, Ipſe præterea accepiſſe ſeſtertia decem milia, fœdiſſimo quidẽ titulo, nomine vnguẽtarij: qui titul⁹ à vita hominis cõpti ſemper, & pumicati nõ abhorrebat.

Vnguentaria vnguentariæ, Ars ipſa cõficiendorum vnguentorum. vnde vnguentariam facere. Plaut. in Pœn. 9.90, Vt balneator faciat vnguentariam.

Vnctio vnctionis, f.g. Plaut. in Stich. 4.73, Vel vnctiones græcas ſudatorias.

Vnctor vnctoris, Qui oingt le corps dodeurs & ſenteurs. Plaut. in Trin. 5.22, Vnctor, auri cuſtos, flabelliferæ, ſandaligerulæ.

Vnctũ vncti, n.g. Pingue illud quod in porci dorſo eſt mollius. Oingt, ou ſain. Columella lib. 7, Frigoris fomenta adhibentur, capite & ſpina tepenti, adipe vel vncto linuntur.

Adiectiuè poſuit Perſius. Vncta vixiſſe patella Semper.

Vnctiuſculus vnctiuſcula vnctiuſculum, diminutiuũ ab vnctus vncta vnctum. Plaut. in Pſeud. 4.84, Nunc tua etiam eſt mihi hodie & tuorum opera conſeruorũ caput nitidiſſimum, ac nõ ipſe ego pulmento vtor magis vnctiuſculo.

VNGVIS, huius vnguis, maſc.gen. Propriè eorum animaliũ eſt, quæ digitos habent ſeparatos, vt ſunt homines, ſimiæ, aues. Ongle. Plin. Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure pleriſque dependet. Idem de aquila, Vngues quoque huic generi inuertuntur. Terent. in Eunucho, 4.3.6, Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico.

Vnguem latum nõ diſcedere, aut tranſuerſum digitũ, frequẽter apud Ciceronem, pro eo quod eſt, quàm minimo ſpatio. fit autem feſtiuior metaphora, quoties his verbis perfectam imitationẽ, ac plenũ vndequaq; cõſenſum ſignificam⁹. vt Idem in Acad. quæſt. lib. 2, Ab hac regula mihi nõ licet trãſuerſum (vt aiunt) vnguem diſcedere. Idem Attico, lib. XIII, Curãdum eſt, atque hoc in omni vita ſua, quenque à recta conſcientia tranſuerſum vnguem non oportere diſcedere. Idem in epiſt. famil. Vrge igitur tranſuerſum vnguem, quod aiunt, à ſalo. Sunt illa quidẽ minus figurata, ſed tamẽ prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulul. 4.18, Si tu hercule ex iſtoc loco digitũ tranſuerſum, aut vngem latum exceſſeris.

Vnguiculus vnguiculi, m.g. diminutiuum. Plaut. in Epid. 13.17, Contempla Epidice vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum. De puis le hault iuſques en bas.

À teneris vnguiculis, Eſt eſt ab infantia. Cic. Lentulo, Sed præſta teipſum qui mihi à teneris vnguiculis es cognitus.

VNGVLA, vngulæ, f.g. Ab vnguis denominatiuũ, nõ diminutiuũ. De his dicitur quæ digitis carẽt, La corne du pie dung cheual, ou autres beſtes qui nont point des doits. Plin. lib. XI. cap. 45, Solidas habent vngulas, quæ non ſunt cornigera. Ibidem, Omnia digitos habent, quæ pedes: excepto elephanto. Huic enim informes numero quidem quinque, ſed indiuiſi, ac leuiter diſcreti, vngulíſque non vnguibus ſimiles. Plautus in Aulul. 14.8, Vbi erat hæc defoſſa occœpit ibi ſcalpurire vngulis. De gallo gallinaceo loquitur.

Omnibus vngulis prouerbiale eſt, quod ſignificat omnibus viribus, manuúmque pedúmque & conatu totius corporis, vt etiã vngues qui ſunt in extremitate collocati, intẽdãtur, quos Plinius exiſtimat eſſe ſummas neruorum clauſulas. Cic. lib. 2. Tuſcul. Toto corpore, atque omnibus vngulis, vt dicitur, contentioni vocis aſſeruiunt.

VNICAVLIS, huius vnicaulis, m.g. Herba, quæ vnũ caulẽ habet, nec in ramos ſpargitur.

VNICOLOR, vnicoloris, o.g. Vnius coloris, Dune couleur.

VNICORNIS, huius vnicornis, m.g. ſiue Vnicornius vnicornii, vel Vnicorniũ vnicornij, Animal, quod vnicũ in fronte cornu longum gerit, quod ad ſaxa limat, & cum ipſo perforat elephantem. Græcè monoceros dicitur. Plin. lib. 8. cap. 21, Aſperrimã autem feram monocerotem, reliquo corpore equo ſimilẽ, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente.

VNICVS, vnica, vnicum, Singularis, Seul. vt Phœnix eſt vnica auis.

Vnicè, aduerbiũ, Vniquemẽt. vt, vnicè eũ diligo, Singulieremẽt. Plaut. in Trucul. 4.85, Aín' tu te amare? A. imò vnicè vnum. Idem in Bacchid. 4.29, Imò vnicè vnũ plurimi pendit. Et apud Plinium epiſt. 115. a, Vnicè illum diligit. Deuant tous autres.

VNIGENITVS, vnigeniti, m.g. Filius qui vnicus eſt, Seul né. quaſi ſolus genitus, nec fratrem vllum habuit, aut ſororem.

VNIOCVLVS, vnioculi, m.g. Qui vnum tantum oculum habet. Plautus, Vniocule ſalue. Fortaſſe legendum vnocule. Quædam exemplaria legunt vne ocule.

VNIIVGAE, vineæ dicũtur, ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in vnã tantum partem ordinis adnectuntur.

VNIO, vnis, vniui, vnitum, vnire, Quaſi vnum facere. Vnir.

Vnio vnionis, f.g. Concorde & accord.

Vnio, Vne perle. Plin. lib. 9, Dos omnis vnionum eſt in candore, magnitudine, orbe, læuore, pondere, haud promptis rebus, intantum vt nulli duo reperiantur indiſcreti. vnde nomen vnionũ Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ. nam apud Græcos non eſt, nec apud Barbaros inuentores eius aliud quàm margaritæ.

VNIVERSVS, vniuerſa, vniuerſum, Quaſi omnis ad vnum verſus. Id eſt, ſine aliqua exceptione. Tout entieremẽt. Et in ſingulari quidem idem eſt quod totus, vt vniuerſus ager, vniuerſus exercitus. In plurali ſignificat omnes cõiunctim. Nam ſi dicimus, Omnes ſibi domiciliũ conſtituerũt, intelligitur, domiciliũ ſibi vnũquenque cõſtituiſſe. Si verò dicimus, Vniuerſi ſibi domiciliũ conſtituerunt, ſignificatur omnes ſimul vnũ ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Plinius epiſtol. 108. lib. v, Tu velim quid de vniuerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi. Terent. in Phor. 1. 1. 11, Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo ſuum defrudens geniũ comparſit miſer, id illa vniuerſum abripiet.

Vniuerſalis & hoc vniuerſale, Quod ad vniuerſos pertinet. Appartenant a tous, vniuerſel.

Vniuerſitas vniuerſitatis, f.g. Plin. epiſt. 8. a, Ideò nunc rogo vt nõ tantum vniuerſitati eius attendas, verũetiam particulas, qua ſoles lima perſequaris.

VNIVSMODI, nomen indeclinabile, Tout dune ſorte. Terent. in Heaut. 1. 2. 31, Nam parentum iniuriæ vniuſmodi ſunt fermè: paulò qui eſt homo tolerabilis &c.

VNIVOCVS, vniuoca, vniuocum, Cuius & nomen cõmune eſt, & eadem ſubſtantiæ ratio, quod græcè ſynonymum dicitur. Homo & equus vniuoca ſunt, quia ſub vno animalis nomine comprehenduntur, & eadem eſt vtriuſque ſubſtantia.

VNQVAM, aduerbiũ, ſignificat aliquo tempore, Quelque fois, ou quelque temps. Plaut. in Aulul. 13. 2, Neque id in tantis periculis vnquã cõmittam vt ſiet, Iamais nendureray quil &c. Terẽt. in Heaut. 5. 4. 8, Et caue poſthac (ſi me amas) vnquam iſtuc verbum ex te audiam.

Vnquam hodie. Plaut. in Amphit. 4. 1. 10, Neque ego hunc hominem hodie ad ædes has ſinã vnquam accedere.

VNVS, vna, vnum, Numeri principium eſt. Vng. Ouid. Vnus erat toto naturæ vultus in orbe, Quem dixere chaos.

Vnus, Solus. Plaut. Vnus tum domi eram, & fores erant clauſæ. Idem in Bacchid. 4. 29, Imò vnice vnum plurimi pendit. Terent. in Adel. 3. 3. 82, Illum curo vnum, ille ad me attinet. Plaut. in Capt. 6. 81, Eum ſi reddes, mihi præterea vnũ nummũ ne duis. Ne me baille point vng ſeul denier. Idem in Trin. 15. 15, Hic vnus (vt ego ſuſpicor) ſeruat fidem.

Vnæ ædes. Terent, in Eunucho, 2. 3. 75, Aderit vnà in vnis ædibus. En vne meſme maiſon.

Vna ætas. Plau. in Capt. 2. 20, Hic poſtquã hunc emit, dedit eum huic gnato ſuo peculiarem, quia quaſi vna ætas erat. Ils eſtoient preſque tout dung eage. Idem in Merc. 9. 22, De lanificio neminem metuo vna ætate quæ ſit. Qui ſoit de mon eage. Apud eundem in Sticho, 14. 47, Vno cantaro potemus.

Vnum aliquid inſigniter facere. Plin. epiſt. 206.

Vno animo. Terent, in Hecyra, 2. 1. 4, Itaque adeò, vno animo omnes ſocrus oderunt nurus, Tout dung accord.

Vnus & alter. Terent. in And. 1. 1. 56, Sed poſtquam amans acceſſit, pretiũ pollicens, vnus & item alter. Maintenant vng, maintenant deux.

Vna, altera. Terent. in Phor. 5. 8. 90, Vna iniuria eſt tecum. D. lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme.

Vnus atque idem. Plin. epiſtol. 167. h, Quòd ſi vnus atque idem & perdendos cenſeret, & relegandos.

Vnus aliquis. Cic. in Antoniũ, Cur nũquã tam frequẽs ſenat⁹ fuit, quòd vnus aliquis tuã ſententiam ſecutus ſit? Idem de finibus bonorum & malorum, Vtilitati hominum pluſquam vnius alicuius, aut ſuæ conſulit. Idem pro Cluentio, Vnum aliquem nominate. Idem de prouincijs conſularibus, Tanquam vnum aliquem portum tutum & clauſum teneri.

Vnus quiuis, Aucun qui que tu vouldras. Terent. in And. 5. 4. 1, Mitte orare, vna harũ quæuis cauſſa me, vt faciam mouet.

Vnus eſt dies, dum argentum eripio: pax, nihil amplius. Terent. in Heaut. 4. 3. 39,

Vni ſex dies. Plaut.in Trin.4.95, Quia rure dum ſum,ego vnos ſex dies,me abſente atq; inſciente, inconſultu meo,ædes venales haſce inſcribit literis. Six iours durans.

Vno exemplo omnes viuunt, Tous ont vne meſme maniere de viure. Plaut.in Mil.10.131.

Vno ictu, Dung coup. Plaut.in Mil.3.54, Ni hebes machæra foret,vno ictu occideres.

Vna opera, Tout dung train. Plaut.in Caſina,7.1, Vna ædepol opera in furnum calidum cõdito. Idem in Trucul.8.39, Sed vna opera circumit per familias.

Vna res. Plaut.in Capt.8.28, Abeo ab illis, poſtquã video me ſic ludificarier,pergo ad alios, venio ad alios,deinde ad alios:vna res,omnes compacto rem agunt. Ceſt tout vng.

Vna ſpes. Terent.in Eunucho,2.3.4, Vna hæc ſpes,vbivbi eſt,diu cælari non poteſt.

Vno verbo, A vng mot. Plaut.in Merc.12.17, Vno verbo eloquere vbi ego ſum. Idem in Trucul.16.42, Vno verbo eloquere.

Vnum, in neutro genere, Vne choſe. Plaut.in Aulul.12.3, Niſi vnum hoc faciã, vt in puteo cœnam coquant. Terẽt.in Eunucho,5.9.54, Vnũ etiã hoc vos oro, vt me in veſtrũ gregem recipiatis. Idem in And.3.2.26, Hoc ego ſcio vnũ, neminẽ peperiſſe hic. Ibidem, 1.5.46, Vnum hoc ſcio, hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui. Ie ſcay cela certainement.

Vnum venit in mentem modo, Il me ſouuient maintenãt dune choſe. Plaut.in Caſ.8.26.

Vnum quicquid. Terent.in Adel.4.2.52, Nam iam adibo:atque vnum quicquid, quod quidem erit belliſſimum, carpam. Tout le plus beau & le meilleur.

Vnus ex multis. Plaut.in Sticho.2.11, Vnice qui vnus ciuibus ex omnibus probus perhibetur. Idem in Trucul.4.78, Te vnũ ex omnibus amat. Vng ſeul. Plin.epiſt.3.b, Si poſſident, fœlix, beatúſque es:ſin minus vnus ex multis &c.

Vnus genitiuo aliquando iungitur. Plinius, Acipẽſer vnus omnium ſquamis ad os verſis cõtra aquam natando meat.

V O

VOCABVLVM, vocabuli,n.g. Quo res ſingulæ nominantur. Mot,ou nom. Terent.in Eunucho,2.2.33, Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis vocabula.

VOCALIS,& hoc vocale, Quod eſt ſonorũ & ſummæ vocis. Qui ha voix haúltaine,& reſonante. Plin.lib.18, Ranæ quoque vltra ſolitũ vocales, ſunt ſigna tempeſtatis. Idem,epiſt. 72.a, Scripſit publicè vt à decurionibus eligeretur vocaliſſimus aliquis ex ipſis qui legeret eum populo.

Vocales literæ, dictæ quia per ſe voces faciunt.

Vocalitas vocalitatis,f.g. Conſonantia,quam Græci euphoniam vocant.

VOCIFEROR,vociferaris,vociferari, Cum dolore vel indignatione maiorem vocẽ emittere. Bruyre.

Vociferare,actiuũ protulit Cicero,ſi locus mendo vacat in Verrem, act.4, Nam me dies,vox, latera deficiant,ſi hoc nunc vociferare velim, quàm miſerum indignúmque ſit &c.

VOCO,vocas,vocare,Clamare,Hucher,appeller,nommer.

Vocare ad cœnã, Semondre a ſoupper. Plaut.in Mil.6.75, Primus ad cibum vocatur. Idem in Capt.4.70, Sed num quò foras vocatus ad cœnã? Terẽt.in And.2.6.22, Quẽ(inquit) vocabo ad cœnam meorum æqualium potiſſimum nunc?

Vocare eſum. Plaut.in Menæh.10.11, Qui eſum neque vocãtur, neque vocãt. Idem in Sticho,14.4, Quiſquis prætereat,comeſſatum volo vocari.

Vocare conuiuam. Idem. Plaut.in Aſin.13.23, Vocet conuiuam neminem. Quelle ne ſemonne perſonne a banqueter.

Vocare, Appeller, hucher. Plautus in Capt.6.110, Quæ ad patrem vis nuntiari? vín' vocem huc ad te?

Voca illũ verbis mais, Dis luy que ie lappelle. Plaut.in Amph.15.66, Hũc tuis verbis voco.

Vocaueras me in hunc diem, Tu mauois faict dire que ie veinſſe auiourdhuy. Plaut.in Sticho,9.12, Nam ille heri me vocauerat in hunc diem.

Vocare, Nõmer. Plaut.in Aſin.12.62, Quo nos vocabis nomine? A R. libertas. Idem in Aulul.26.49, Ego vocor Lyconides. Idem in Menæh.2.42, Vocatus eſt eodem nomine.

Vocare, Semondre aux nopces. Terent.in Phor.4.4.21, Spatium quidem tandem apparãdis nuptijs, vocandi, ſacrificandi.

Vocari ad exẽplar alteri9, Eſtre incité a faire cõme vng autre,& lenſuyure. Plin.in Paneg.97, Non te ad exemplar eius voco, qui continuis conſulatibus fecerat longũ quendã & ſine diſcrimine annum.

Vocari ad ſummum nefas, aut ad ſummum otium. Plin. epiſt. 167. d, Quid tunc dici potuit, quid didiciſſe iuuit, cum ſenatus aut ad otium ſummum, aut ad ſummum nefas vocaretur?

Vocare ad cõputationem. Plin. in Paneg. 62, Nemo recẽtem & attonitam orbitatem ad computationem vocet, cogátque patrem quid reliquerit filius ſcire.

Vocare in ius, Faire adiourner aucun. Plaut. in Aſin. 9. 75, Hodie in ius voco te. L E. non eo. Idem in Pœn. 18. 60, Moramini, in ius vos voco.

Vocare in periculũ, Mettre en danger. Plin. epiſt. 3 17, Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis vtriuſque ſexus, etiam vocantur in periculum, & vocabuntur.

Vocata eſt opera. Plaut. in Sticho, 8. 19, Cœnabis apud me, quoniã ſaluos aduenis. E. vocata eſt opera. G. num quidem hoc tibi tam graue eſt? promitte. On ma requis de quelque choſe faire.

Vocare, Poſcere, ſeu vendere. Iuuenalis, Bis quinquaginta dedit, tanti vocat ille pudicam.

Vocare, Denũtiare. Virg. lib. 1. georg. Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce.

Vocito vocitas, vocitare, Frequentatiuũ. Plaut. in Capt. 18. 7, Pægnium vocitatus eſt.

Vocator vocatoris, m. g. Vocatores dicti ſunt quibus inuitãdi datum eſt negotium, ſiue qui per ſe vocant ad cœnas. Semonneurs. Plin. Inuitatus, ad regis cœnam venit. Indignantíque Ptolemæo, ac vocatores ſuos oſtentanti, vt diceret à quo eorum inuitatus eſſet, arrepto è foculo carbone extincto, imaginem in pariete delineauit.

Vocatiuus, vocatiua, vocatiuum, Vocatiuus caſus dictus eſt, quòd per eum vocamus.

VOCVLA, voculæ, f. g. diminutiuũ, Parua vox. Cic. ad Q. fratrem, Quanto moliores ſunt, & delicatiores in cantu flexiones ac falſæ voculæ, quàm certæ ſeu ſeueræ.

Vocula, Quaquet, detraction. Cic. M. Cælio, Si incurrit hæc noſtra laurus non ſolum in oculos, ſed etiam in voculas maleuolorum.

VOLA, volæ, f. g. Media pars manus ſiue pedis.

VOLATILE, vide VOLO, volas.

VOLO, volas, volare, Proprium eſt pennas habẽtium. Voler. Virg. Volat ille per aera magnũ Remigio alarum.

Volare, tranſfertur ad alia quæ celeriter currũt, vt nauis volat, fama volat, & huiuſmodi, pro celeriter vadit. Terent. in Hecyra, 3. 4. 24, Ne me fruſtra illic expectet, vola.

Volito volitas, volitare, Frequenter volare. Plin. Super aquas aſſiduè volitans.

Volitare, Diſcurrere. Cic. Qui per forum volitant.

Volatus volatus volatui, m. g. Ipſa volatio, & volandi actus.

Volatilis, & hoc volatile, Quaſi volans. Volucres, volatilia dicuntur, quia volant.

Volatura volaturæ, f. g. Idem quod volatus. Volee. Varro, Ibi in prima volatura cum veniunt, morantur dies paucos, requieſcendi cauſſa.

VOLO, vis, vult, volui, velle, Vouloir quelque choſe. Plau. in Moſtell. 10. 59, Dormiũt? T R. illæ quidem vt conniuent, volui dicere.

Volo tuam gratiã, Ie deſyre eſtre en ta grace. Plaut. in Curc. 8. 55, Id te orare iuſſerat profecto vt faceres, ſuam ſi velles gratiam. Si tu voulois eſtre en ſa grace.

Volo te, Subaudi alloqui. Plaut. in Capt. 17. 24, Philocrates per tuum genium obſecro exi, te volo. Idem in Epid. 10. 24, Volo te verbis pauculis, ſi tibi moleſtũ nõ eſt. Idem in Trin. 13. 118, Te tribus verbis volo. Ie veulx parler a toy trois mots. Terent. in And. 5. 3. 1, Quis me volt? Qui eſt ce qui me demãde? Terent. in Heaut. 4. 4. 21. Idem in And. 2. 6. 26, Quidnam hic volt inueterator ſibi? Que veult dire ceſtuy?

Eſt paucis vos quod monitos voluerim, Plaut. in Capt. 2. 53.

Volo oratũ à vobis rẽ iuſtã, Plaut. in Amphit. 3. 33. Et volo vos oratos. Plaut. in Caſi. 2. 20.

Volo obſequutum amori illius, Plaut. in Aſin. 3. 63.

Velim, Ie deſyre. Plaut. in Trucul. 9. 28, Nunc ecaſtor vt veniret miles velim.

Velint nolint, Vueillent ou non. Plin. in Paneg. 33, Præterea futuri principes velint nolint, ſciant.

Apud comicos volt pro vult ferè ſemper legitur.

Volens, volentis, Participiũ. Vueillãt. Plaut. in Curc. 2. 89, Potate, ſite mihi volentes propitiæ.

Voluntas volũtatis, f. g. Voulenté. Plaut. in Mil. 15. 31, Quin ſi voluntate nolet, vi extrudam foris. De ſon bon gre ou vouloir. Idem in Sticho, 3. 2, Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum, nec voluntate id facere meminit, ſeruus &c. Terent. in Adel. 3. 4. 44, Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.

Voluntarius voluntaria voluntarium, Quod fit ſponte. Voluntaire. Plin. de viris illuſt. 24, Voluntarium militem ſe obtulit.

Voluntariè, aduerbium, Franchement dung franc vouloir.

Volentia volentiæ, Voluntatem ſignificat, quæ quid cum ratione deſyderat. Vouloir.

Volentia plebis, pro placentia ſcripſit Salluſtius.

VOLONES, dicti ſunt ſerui, qui bello Punico cum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatē recepti ſūt. Et volones appellati, quia hoc ſpōte voluerūt.

VOLVBILIS, vide VOLVO.

VOLVCER, hæc volucris, & hoc volucre, Celer, viſte, ſoudain, legier. Martialis, Et volucrē longo porrexit vulnere pardum. Plaut. in Amphit. 4. 172, Volucrem vocem geſtito.

Volucris, huius volucris, f. g. Omne id quod volat, non ſolum aues, ſed apes quoque, veſpæ, tábani, & reliqua huiuſmodi.

VOLVMEN, voluminis, n. g. À voluendo, quòd maiores noſtri in libris arborum, id eſt, codicibus ſcribebant, & libellos illos, quò ferrent commodius, complicabant. Ideóque volumina appellata ſunt, libellis ſimiliora, quàm libris. Eſt enim volumen, pars codicis, vt puta Metamorphoſeōn liber in XV volumina diſtinctus eſt. Ouid. Sunt mihi mutatæ ter quinque volumina formæ. Plin. Iunior, Libri tres in ſex volumina, propter amplitudinē diuiſi. Quaſi in ſex minores libros, vt ſint volumina aliquanto minora quàm libri. Volumen igitur, pars libri eſt. Liber verò pro toto codice & pro volumine accipitur.

VOLVNTAS, vide VOLO vis.

VOLVPTAS, voluptatis, f. g, Eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicuius boni. Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, voluptas dicitur. Plaut. in Mil. 16. 25, Voluptatem mecaſtor mihi imperas. Tu me commande choſe fort aggreable. Idem in Rud. 12. 2. Prò di immortales, in aqua nunquam credidi voluptatem ineſſe tantam. Terēt. in Heaut. 1. 2. 10, Voluptatem magnam nuntias.

Voluptas mea, Mon plaiſir, mon ſouhait. Plaut. in Caſina, 3. 47.

Voluptas, mala eſt aliquando. Plaiſir, volupte. Plaut. in Merc. 2, 32, Demipho, ſapientum illud dictum te audiſſe reor ſæpius, voluptas eſt malorum eſca. Cic. Diuinus Plato eſcam malorum appellat voluptatem.

Voluptuoſus voluptuoſa voluptuoſum. Voluptuoſus homo, qui perquàm amat voluptatem.

Voluptuoſa res, Quę in ſe habet voluptatem, & plena eſt voluptatis, & quæ voluptate afficit. Choſe plaiſante.

Volup, vel volupe, Id eſt delectabile. Plaut. in Caſina, 18. 5, Facite animo veſtro volup. Idem in Moſtell. 3. 50, Victitabā volupe parſimonia & duritia. Idem in Aſin. 17. 1, Hic ſenex, ſi quid clam vxore ſuo animo fecit volup. Terent. in Phor. 4. 3. 5, Venire ſaluum volupe eſt. Ce meſt choſe moult aggreable, & plaiſante.

Voluptarius, voluptaria, voluptarium, Quod voluptatem affert. Plaut. in Pœnu. 8. 25, Liberū vt commonſtraremus tibi locum, & voluptarium, Plaiſant, Lieu de plaiſance.

Voluptarius, ſubſtantiuū, Qui ſe voluptati dat, qui prent ſes plaiſirs & voluptez. Plautus in in Menæh. 7. 34, Nāque Epidamnea natio eſt hæc ita hominū, voluptarii atque potatores maximi. Idem in Rud. 2. 54, Ibi eſſe homines voluptarios dicit.

Voluptabilis, & hoc voluptabile, Gratus, voluptuoſus. Plaut. in Epid. 20. 19, Pugilice atq; athletice voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium.

VOLVO, voluis, volui, volutum, voluere, Rouler.

Voluto volutas, volutare, Frequentatiuum, Souuent rouler.

Volutare, Mente voluere, & cogitatione perquirere. Virg. Id quidem ago & tacitus Lycida mecum ipſe voluto.

Volutatim aduerbium, En roulant. Plaut. in Mil. 8. 38, Volutatim domum te rapiam.

Volutabrum volutabri, Locus vbi ſues volutātur. Vng bourbier. Virg. Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros Latratu terrebis agens.

Volubilis, & hoc volubile, Quod facilè voluitur.

VOLVOX, voluocis, m. g. Vermis qui & cōuoluolus dicitur, & inuoluolus. Plin. lib. 17. cap. 18, Alij voluocē appellāt animal prærodēs pubeſcētes vuas. Vide CONVOLVOLVS.

VOMER, vomeris, m. g. Vide VOMO

VOMO, vomis, vomui, vomitū, vomere, Eiicere. Propriè de cibis. Vomit. Plin. li. XI. cap. 37. His ſolis animalium inferiore parte angūſtior venter, itaque & ſola vomunt.

Vomer vel vomis vomeris, m.g. Le ſoc de la charrue. Plin. li. 18. cap. 18, Vomerũ plura genera. Culter vocatur, prædẽſam, prius quàm proſcindatur, terrã ſecãs, futuríſque ſulcis veſtigia prę-ſcribens inciſuris, quas reſupinus in arando mordeat vomer. Alterũ genus eſt vulgare, roſtratum vti vectis. Tertium in ſõlo facili, nec toto porrectũ dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro.

VOMICA, vomicæ, f.g. Tumor excreſcens, ſiue groſſities illa quæ naſcitur in aliqua parte corporis, ſaniem frequenter emittens.

Vomicam non infeſtiuiter Plautus vocat crumenam plenam argenti, in Perſa, 9.11, Quid hoc quod in collo tibi tumet? S A. vomica eſt, preſſare parce.

Vomitus vomitus vomitui, m.g. Vomiſſement.

Vomitio vomitionis, fœ.g. Idem. Plin. lib. 20. cap. 14, Stomachi aut ex aqua item roſiones ſiſtit, & vomitiones cum aceto & polenta. De pulegio loquitur.

VOPISCVS, vopiſci, m.g. Dicitur qui ex duobus conceptis, vno abortu excluſo, ad partũ legitimum ducitur. Quo nomine dictus eſt hiſtoricus quidam qui de imperatoribus ſcripſit.

VORO, voras, vorare, Cibum non confectum deglutire.

Vorare, Auidè ſumere. Plaut. in Trucul. 3.16, Interim ille hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit meré. Il eſt perdu, il eſt mort. vt moriuntur piſces qui hamũ vorant. Idem in Merc. 4.28. Reſinam ex melle AEgyptiam vorato.

Vorago voragínis, f.g. Barathrum dicitur: quòd in eam cadentia, non emergunt.

VORTEX, vide VERTEX.

VORSVRA, vorſuræ, vide VERSVRA.

VORTO, vortis. vide VERTO.

VOS, veſtrum vel veſtri, Pronomen pluralis numeri à TV.

Voſmetipſi, Vouſmeſme. Plaut. in Moſtell. 3.9, Atque hoc voſmetipſi (ſcio) perinde vt nunc ego eſſe autumo, &c.

VOTVM, vide VOVEO.

VOVEO, voues, voui, votũ, vouere, Deo aliquid ſanctè promittere, Vouer. Liuius, In re trepida, duodecim vouit Salios, fanáque Pallori & Pauori.

Votum voti, n.g, Promiſſio facta deo. Veu. Plin. epiſt. 268, Ad vota confugio, deóſque precor.

Votum, Volũtas & deſyderium: quòd ea valdè deſyderamus quæ voto à deo poſcimus. Plaut. in Trin. 8.45, Abín' hinc dierecte? S. ſi hercle ire occipiã votis. Selon mõ deſyr, ou ſouhait. Plin. epiſt. 45. d, Hanc ego vitã voto & cogitatione præſumo. Idem in Paneg. 21, At nũc redijt omnibus terror, & metus, & votum imperata faciendi.

Voto aliquem fingere. Plin. epiſt. 112, Tibíque, vt qui explorauerim, ſpondeo habiturum, te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit. Non pas ſeulement par ſouhait.

Votiuus votiua votiuum, Quod ex voto dari promittitur. Horatius, Paſcitur in veſtrum reditũ votiua iuuenca. Votiua verba, quibus in faciendis votis vtimur. Votiuæ preces, quibus aliquid cum voto poſcimus. Plin. lib. 7, Ludis pro ſalute diui Auguſti votiuis. Cicero in Verrem, act. 2, ludos votiuos appellat quos vouerat.

Votiuũ, Quod voto deſyderatũ eſt. Apul. lib. 6, Tota ciuitas ad votiuũ conſpectũ effunditur.

Votiuæ aures, Quæ cupiũt aliquid audire. Plautus in Caſina, 2.28, Aures votiuæ ſi ſunt, animum aduortite.

VOX, vocis, fœ.g. Omne quod ſonat, La voix. Virg. Fractáſque ad littora voces. Fit ἀπὸ τοῦ βοάω, quod eſt voco.

V P

VPVPA, vpupæ, f.g. Auis, criſtis à capite exuntibus galeata, in fimo ſemper cõmorans. Vne huppe. Plin. li. x. cap. 29, Mutat & vpupa, vt tradit AEſchylꝰ poeta, obſcœna aliàs paſtu auis, criſta viſenda plicatili, cõtrahẽs eam, ſubrigénſque per longitudinem capitis. Plaut. in Capt. 19.7, Itidem huc mihi adueniẽti vpupa quæ me delectet, data eſt. De meretrice intelligit.

V R

VRBS, vrbis, f.g. Oppidum muro cinctũ. Vne ville fermee. Dicta ab vruo, aratri curuatura, quòd antiqui iunctis bobus tauro & vacca, Hetruſco ritu, in cõdendis vrbibus, interiore aratro circũagebant ſulcum, intra quem vrbem ædificarent. Hoc faciebant religionis cauſſa die auſpicato, vt vrbs foſſa muróque munita eſſet: & locum vnde terram fodiſſent, foſſam vocabant. Virg. lib. 3. georg. Apta dies legitur qua mœnia ſignet aratro. Plaut. in Trucul. 1.2, Tres vnã pereunt adoleſcentes mulierem, ſure vnus, alter vrbe. Qui eſtoit de la ville. Virg. AEneid. 1, Vrbs antiqua fuit, Tyrij tenuere coloni, Carthago.

Vrbs propriè dicta eſt Roma, per antonomaſiam, cum cætera dicantur oppida.

Vrbs, pro ciuitate ipſa aliquādo ponitur, id eſt, pro ciuib⁹ ipſis. Virg. lib. 2, AEneid. Inuadūt vrbem, ſomno, vinóque ſepultam.

Vrbicula vrbiculæ, diminutiuum, Parua vrbs.

Vrbicus vrbica vrbicum, Quod ad vrbem pertinet. Gellius, Si quod autem poſſet remediū eſſe, vt ne tā aſſiduè domus Romæ arderēt, vænū hercle dediſſem res ruſticas, & vrbanas emiſſem.

Suet. in Auguſto, Vt feraciorem, habiliorémque annonæ vrbicæ redderet.

Vrbanus vrbana vrbanum, Idem quod vrbicus, Qui eſt de la ville, & appartenant a la ville.

Plaut. in Caſina, 3. 12, Id curas, atque vrbanis rebus te abſtines? Idem in Merc. 15. 15, Vrbani fiunt ruſtici?

Vrbana vita. Terent. in Adelph. 1. 1. 17, Ego hanc clementem vitam, vrbanam, atque otium ſecutus ſum.

Vrbanus, Cultus, diſertus, facet⁹, hoc eſt qui in verbis & ſono & vſu proprium quēdam præſefert vrbis geſtū, & ſumptā ex cōuerſatione doctorū tacitā eruditionem. Gratieux. Plaut. in Trucul. 13. 10, Nunc ego iſtos mundulos vrbanos amaſios hoc ictu exponam.

Vrbanitas vrbanitatis, f. g. In qua nihil abſonū, nihil agreſte, nihil inconditum, nihil peregrinum neque ſenſu neque verbis, neque ore geſtúve poſſit deprehendi. Gratieuſeté.

Vrbanè, aduerbium, Gratieuſement.

Vrbanatim aduerbium, Idem. Modeſte, & eleganter. Pomponius, Ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio. A la mode de la ville.

VRBINA, vrbinæ, f. g. Iaculi genus. Plaut. in Bacchid. 19. 46, Si tibi eſt machæra, & nobis vrbina eſt domi. Fulgentius legit hoc loco veruinam, & interpretatur iaculi genus, quod verutum vocant.

VRCEVS, m. g. Eſt vas quo aqua in vrnā infunditur, authore Paulo iuriſcōſulto. Vng ſeau, ou ſeille. Plaut. in Mil. 11. 18, Neque equidem heminas octo exprompſi in vrceum.

Vrceolus vrceoli, diminutiuum.

VREDO, vredinis, f. g. Morbus herbarum, fruticum, arborúmque, qui in vitibus etiā carbunculus dicitur, & in cæteris rubigo, piſa, plantas, arboréſque adurens. Bruyne.

Vredo, Incēdium, ac pruritus. Plin. de vrtica piſce, Hæc tactio vredinem excitat. Bruſlemēt, ou demangement.

VRGEO, vrges, vrſi, vrſum, vrgere, Cogere, premere, impellere. Contraindre. Virgil. lib. 3. Georg. Ima Soluūtur latera, atq; oculos ſtupor vrget inertes, Verſáque in obnoxios vrgentur cornua vaſto Cum gemitu. Cic. in Hortēſio, Itaque nunc Democriti manus vrgebatur. Eſt enim non magna. Plaut. in Pœnulo, 14. 34, At vrget onus.

Vrgere, Inſiſtere. Lucillius, Cæde hoſtium, gnato vrgere reſtant, perijmus. Quadrigarius in annalibus lib. 4, Sed circiter horas duas graui prælio vrſerunt, deinde in fugā ſunt cōiecti.

Vrgere, Tegere. Virg. lib. 2. Georg. Qui ſaxo ſuper, atque ingenti pondere teſtæ Vrgerent.

Vrgere, Accelerare. Haſter. Virg. lib. 9, Tibi quam noctes feſtina, diéſque Vrgebam.

VRINA, vrinæ, f. g. Vrine, piſſat. À græco οὐρέω meio. À quo οὖρος vrinam dicunt Latini. Columella lib. 2. cap. 15, Aptior eſt tamen ſurculis hominis vrina, quam ſex menſibus paſſus fueris veteraſcere.

Vrina genitalis, Genitale ſperma. Plin. lib. 8, Incontinens aſinæ vterus genitalem vrinā reddit, ni cogatur in curſum verberibus à coitu.

Vrino vrinas, vrinare, Piſſer.

Vrinare, vel vrinari, deponēs, In aquā mergi, & natādo emergere. Plin. lib. 11. Eadē eſt cauſſa, quia ſub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur. Se plongent & nagent ſoub leaue.

Vrinator vrinatoris, Qui ſub aqua natat. Calliſtratus iurecōſultus appellat eos qui merces è mari extrahunt, nauigij gratia iactatas.

VRNA, vrnæ, f. g. Vas aquariū. Vne cruche. Dicta quòd in aqua hauriēda vrinat, id eſt mergitur atque emergitur. Plaut. in Pſeud. 4. 24. Tu qui vrnam habes, aquam ingere. Idem in Rud. 11. 25. Dabitur tibi aqua nequicquā ames, cedo mihi vrnam. Idem in Caſina, 2. 74, Id ni fit, mecum pignus ſi quis volt, dato in vrnam mulſi.

In vrnam antiqui non tantū ſuffragia iudicum, ſed & nomina cōijciebantur, cum prætor iudices ſortiretur. Cic. ad Q. fratrem, de Sexto Cælio, Senatorū eum vrna copioſè abſoluit, equitum adæquauit, tribuni ærarij condemnauerunt. Plin. epiſt. 220, Vt eſſemus in ſena-

tus poteſtate, pateremúrque nomina noſtra in vrnam coniici. Virg. lib. 6, Quæſitor Minos vrnam mouet.

Vrnarium vrnarii, n.g. Menſa quadrata, quòd vrnas cum aqua poſitas ibi potiſſimum haberent in culina. Vng eſgouſt, ou eſuier. Varro, Sed quæ neceſſitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, ſi vaſa habes pertuſa, plumbũ non habẽt, ad quam rem nobis eſt confluuium, ad quam rem vrnarium.

Vrnula vrnulæ, diminutiuum, Vas aquarium. Varro de vita populi Romani, lib. 1, Item ex ære vt vrnulæ aquales, matulæ, ſic cæteras.

V R O, vris, vſſi, vſtum, vrere, Bruſler quelque choſe.

Vrere, de frigore etiam dicitur. Lucanus, Vrebant mõtana niues. Virg. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat.

Vro hominem, per trãſlationem ſignificat dolere cogo, interprete Donato. Terent. in Eunucho, 2.2.43, Non malum hercle. G. vro hominem. P. vt falſus animi eſt!

Vrere, Cruciari. Plaut. in Bacchid. 22.5, Quàm magis id repeto, tam magis vror. Dautãt ſuys ie plus tormenté, & enflamblé. Idem in Perſa, 13.25, Poſterius iſta hæc te magis peragere eſt. D. vritur cor mihi. Idem in Menæh. 17.68, Vidén' tu illi oculos vrier? vt viridis exoritur color ex temporibus?

Vrit atrox Iuno, Dixit Virgilius, pro cruciatur.

Vrito vritas vritare, frequentatiuum. Plaut. in Moſtell. 8.79, Calidum hoc eſt: etſi procul abeſt, vritat malé.

V R R V N C V M, vrrunci, n.g. Quid ſit, Varro his verbis declarat, lib. 1. de re ruſt. cap. 48, de ſpica loquens, Illud autẽ ſumma in ſpica iam matura quod eſt minus quàm granũ, vocatur frit: quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt, appellatur vrruncum.

V R S V S, vrſi, Animal ferum. Vng ours.

Vrſulus vrſuli, diminutiuum.

Vrſinus vrſina vrſinum, Qui eſt dung ours.

Vrſa vrſæ, fœmininũ ab vrſus. Plin. lib. 10. cap. 63, Informia etiam magis quàm ſupradicta vrſæ pariunt, rarúmque eſt videre parientes.

Vrſa, Sydus cæleſte, figuram habens ſimilem plauſtri: vnde antiqui Græcorum Amaxam, hoc eſt plauſtrum dixerunt. Noſtri quoque à bobus iunctis, ſeptentriones appellauerunt, hoc eſt à ſeptem ſtellis ex quibus quaſi iuncti triones figurantur. Sunt autẽ duæ vrſæ, Maior & minor, quas Græci ἄρκτους vocant.

V R T I C A, vrticæ, fœ. g. Genus herbæ, ab vrendo: quòd eius folia tacta acerrimè vrant. Vne ortie. Plin. lib. 21. cap. 15, Ex omnibus his generibus vrtica maximè noſcitur, acetabulis in flore purpuream lanuginem fundentibus, ſæpe altior binis cubitis. Plures eius differentiæ. Sylueſtris, quam fœminam vocant, mitior. Et in ſylueſtri quæ dicitur cania, acrior. Caule quoque mordaci, fimbriatis folijs. &c. Ortie grieſche.

Vrtica, Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 45, Vrticæ noctu vagantur, noctúque mutantur, carnoſæ frondis. ijs natura vt carne veſcantur. Vis pruritu mordax, eadémque quæ terreſtris vrticæ. Et paulò pòſt, Eadem noctu pectines & eſchinos perquirit, Dum admoueri ſibi manũ ſentit, colorem mutat, & contrahitur. tacta vredinem mittit.

V R V V M, vrui, n.g. Aratri curuatura. À quo vruo vruas, vruare, quod eſt aratro definire.

V S

V S I A, vſiæ, Latinè eſſentia ſiue ſubſtantia dicitur.

V S P I A M, id eſt vſquam, En quelque lieu. Et in loco, & ad locum ſignificat. Plaut. in Caſina, 19.14, Num me expertus vſpiam? En quelque affaire? Idem in Mil. 8.19, Enim ne noſmet perdiderimus vſpiam. Terent. in Adel. 1.1.3, Si abſis vſpiam &c. Et paulò pòſt, 12, Aut vſpiam cecideris. Cic. Attico, Sed tamen hoc me ipſe cõſolabar, quòd nõ dubitabam quin te ille aut Dyrachii, aut iſtis locis vſpiã viſurus eſſet. Eidem, Inde vtrũ cõſiſtere vſpiã velit, in mari tranſire neſcit. Idem in Acad. Siue eſt illa ſcripta vſpiam, ſiue nuſquam.

V S Q V A M, Id eſt alicubi, En quelque lieu. Terent. in Heaut. 2.3.38, Huc ſciri potuit, haud vſquam alibi. Idem in Andria 5.3.7, Vide num eius color, pudoris ſignum vſquam indicat? En quelque facon, ou maniere? Ibidem, 2.5.9, Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora. En quelque affaire que ce ſoit.

Vſquam gentiũ. Plaut. in Aulul. 11.8, Neq; ligna ego vſquã gentiũ præberi vidi pulchrius.

Idem in Mil. 10.90, Nam bona vxor, ſi ea quidem deducta eſt vſquam gentium, vbi ea poſſit inueniri? Terent. in Hecyra, 3.1.13, An quiſquam vſquam gentiũ eſt æquè miſer?

VSQVE, Præpoſitio, Gallice Iuſque. Ad locum, & de loco dicitur. Terent. in Adel. Miles tum vſque obſecro? Iungitur plerunque cum alijs præpoſitionibus.

Vſque ad. Plaut. in Menæh. 4.60, Inde vſque ad diuinam ſtellam, craſtinam potabimus. Terent. in And. 1.2.28, Verberibus cæſum te in piſtrinũ Daue dedam vſque ad necem. Cic. Attico, Ibi eſſe volo vſque ad pridie Cal. Maias. Ibidem, Nos in Formiano eſſe volumus vſque ad pridie Nonas Maias. Eidem, De Q. fratre nuntij nobis triſtes, nec varij venerunt, ex ante diem Nonarum Iunij vſque ad pridie Cal. Septembris. Plin. epiſt. 35.h, Aſſenſerunt conſules deſignati, omnes etiam conſulares vſque ad Pompeium collegam. Tous excepté Pompee.

Vſque ante. Liuius, Vſque ante diem, quinto Calendas Maias.

Vſque à. Plaut. in Pſeud. 11.48, Quid ſapit? CH. vſque à cunabulis, Des le berceau. Idem in Moſtell. 9.7, Sol ſemper hic eſt vſq; à mane ad veſperũ. Depuis le matin. Idem in Aulul. 16.2, An audiuiſti? E. vſque à principio omnia. Des le cõmencement. Idem in Rud. Lõge vſque à cãpis vltimis. Terẽt. in Adel, 5.9.5, Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſeduló. Cic. pro Aulo Cluẽtio, Comperi mulierem quandam Larino, atque illã vſque à mari ſupero, Romam proficiſci cum magno comitatu. Idem in Vatinium teſtem, Quod augures omnes vſque à Romulo decreuerunt. Virg. Vſque à proauis vetus ordinis ætas. Vſque ab. Plaut. in Aulul. 7.72, Si hercle ego te non elinguandam dedero vſque ab radicibus. Idem in Trin. Vſque ab ſtirpe. Terent. in Phor. 2.3.48, Progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferens. Cic. in Verrem, Hoc illi nauigio ad omnes populi Romani hoſtes vſque ab Diano, quod in Hiſpania eſt, ad Synopẽ, quæ in Ponto eſt, nauigauerũt. De puis ce lieu la.

Vſque è. Plaut. in Perſa, Quas tu attuliſti mihi ab hero meo vſque è Perſia.

Vſque ex. Plaut. in Aſin. 3.28, Age quæſo hercle vſque ex penitis faucibus. Terent. in Eunucho, 3.2.18, Ex AEtiopia eſt vſque hæc.

Vſque antehac. Terent. in And. 2.1.4, Vt animus in ſpe, atque in timore vſque antehac attentus fuit. Donatus, Id eſt, Antè quàm tua verba audirem.

Vſquedum, Significat vſquequo vel quoad. Tant que. Plaut. in Menæh. 16.27, Vſquedum regnum obtinebit Iupiter. Iuſque a ce que. Cicero in Verrem, Fatetur id, quod negari non poteſt, ſe priuatum hominem, prædonũ duces viuos atque incolumes domi ſuæ, poſteaquã Romam redierit, vſque dum per me licuerit tenuiſſe. Idem pro P. Quintio, Tacet res in controuerſijs iſto calumniãte, biennium vſquedum inueniretur. Plaut. in Trucul. 7.1, Piſces ego credo, qui vſque dum viuũt, lauant, minus diu lauare, quàm &c. Terẽt. in Heaut. 1.1.84, Nam vſquedum ille vitam illam incolit, inopem, carens patria ob meas iniurias, interea vſque ille de me ſupplicium dabo.

Interdum aliquid interponitur inter VSQVE & DVM. Plaut. in Perſa, 2.54, Vſque domi ero, dum excoxero lenoni malum. Terent. in Heaut. 5.2.30, Imò & ibi nunc ſum, & vſque dudum id egi, dum loquitur pater.

Vſque donec. Plaut. in Mil. 5.113, Ibo odorans quaſi venaticus, vſque donec perſecutus vulpem ero.

Vſque adhuc. Plaut. in Aulul. 8.18, Quod cælatum eſt atque occultatũ vſque adhuc, nunc nõ poteſt. Iuſques a cy, iuſques a preſent. Idem in Pſeud. 20.11, Nam in taberna vſque adhuc ſineret Syre, cui ſymbolum dedi. Idem in Militẽ, 9.107, Vſque adhuc actum eſt probè. Idem in Menæh. 24.53, Optimè vſque adhuc cõueniunt ſigna, Paulò poſt, 76, Et tu frater, quem multis miſeris laboribus vſque adhuc quæſiui. Terẽt, in And. 1.5.27, Tum patris pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc, quæ meo cunque animo libitum eſt, facere.

Vſque affatim. Plaut. in Pœnul. 7.31, At verò non iuſta cauſſa eſt quò curratur celeriter vbi bibas, edas de alieno quantum velis vſque affatim.

Vſqueadeò, Tandiu, Tant que. Et accipit poſt ſe DONEC. Plaut. in Ciſtell. 7.41, Non deſtiti inſtare vſqueadeò donec adiurat ſe anus eã mihi monſtrare. Idem in Trucul. 3.13, Piſcis ne effugiat cauet, dum huc, dum illuc rete ore impedit piſcis, vſqueadeò donicum foras eduxit. Terent. in And. 4.1.38, Suadere, orare, vſqueadeò donec perpulit.

Vſqueadeò, dum. Terent. in Eunucho, 4. 6. 3, Vſqueadeò ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba, verba dum ſint. Iuſques a la, ou, tant que.

Vque eò, Idem. Cic. de natura deorũ, Vſque eò premere earum capita mordicus, dum captum amitterent. Idem pro Sex. Roſcio Amerino, Sed vſque eò quod arguas non habes.

Vſque iſtinc. Cic. Attico, Noſti ſonitus noſtros, tanti fuerũt, vt eò breuior ſim, quòd deos vſque iſtinc exauditos putem. Dicy, des icy.

Vſque aduerbium, inquit Donatus, ſignificat diu aut multùm, vel valdè. aliquãdo penè. Terẽt. in Adel. 2. 2. 5, Ego vapulando, ille verberãdo vſque, ambo defeſſi ſumus. Idem in Hecyra, 3. 4. 9, Dies triginta, aut plus eo in naui fui, cum interea ſemper mortem expectabã miſer, ita vſque aduorſa tẽpeſtate vſi ſumus. Idem in Adel. 4. 2. 20, Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum, & iſtã pſaltriã vſque occîdit. Hic VSQVE, poteſt ſignificare PENE, authore Donato. Preſque. Plaut. in Aſin. 3. 27, Age age, vſque excrea. Cranche fort. Terẽt. in Eunucho, 2. 1. 14, Opus faciam, vt defatiger vſque ingratus vt dormiam.

Vſque, Aſſidue, perſeuerãter, Touſiours. Cic. Cornificio, Mihi curæ vſq; erit quid agas. Virgil. lib. 6, Nec vidiſſe ſemel ſatis eſt, iuuat vſque morari. Plaut. in Caſina, 11. 16, Caue in quæſitione mihi ſis. A. vſque adero domi. Ie ne bougeray de la maiſon. Terent. in Adel. 2. 2. 7, Quid potui melius, qui hodie vſque os præbui? Plaut. in Amph. 3. 143, Has ego habebo vſque in petaſo pinnulas. Terent. in Heaut. 4. 3. 6, Audiſtin' obſecro? s. quidni? qui vſque vnà affuerim? Idem in Phor. 2. 1. 19, Herus ſi redierit, molendũ vſque in piſtrino. Vſque voluiſti? Plau. in Moſtell. 7. 19, Saluũ te aduenîſſe gaudeo: vſque inualuiſti? Tes tu touſiours bien porte? TE. vſque, vt vides. Idem in Merc. 7. 47, Vſquéne valuiſti? c. perpetuò rectè, dum quidem illic fui. Idem in Epid. 3. 26, Benéne vſque valuiſti? s. à morbo valui, ab animo æger fui.

Vſque opperiar. Plaut. in Epid. 5. 117, Ne abeas, prius quàm ad te venero. A. vſque opperiar.

Vſque omne. Terent. in Adelphis, 4. 6. 3, Perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum, quò non?

VSQVEQVAQVE, Paſſim, aſſiduè, quaſi in vnoquoque loco, ſiue in quocunque tempore. Plaut. in Pœnul. 2. 105, Mari, terráque vſquequaque quæritat. De tous coſtez, par tout, en tous lieux. Idem in Rud. 30. 7, Cubitum hercle lõgis literis ſignabo vſquequaque in vrbe, ſi quis perdiderit vidulũ cum auro atque argento multo. Idem in Mil. 15. 41, Satín' vt cõmoditas me vſquequaq; adiuuat? En tous ſens, en toutes mes affaires. Idem in Bacch. 15. 85, Chryſalus mihi vſquequaque loquitur, nec rectè pater, quia tibi reddidi aurum &c. Par tout ou il me trouue. ou, touſiours. Idem in Moſtell. 9. 70, Imò ædepol verò, cũ vſquequaq; vmbra eſt, tamen ſol ſemper hic eſt. Plin. epiſtol. 7. b, Cur enim non vſquequaque Homericis verſibus agam tecum? Touſiours. Idem epiſtol. 159. e, Imaginare ſenatum vſquequaque teſtantem meritò libentérque ſe hanc ſummam inter reliquos honores Pallanti cœpiſſe decernere. Idem epiſt. 207, Quæ cuncta ſi facit iſte, vſquequaque laudandus eſt. Columella, Sed neque eodem modo, neque ijſdem temporibus vſquequaque fieri placet.

VSQVEQVO, Iuſques a quant. Ferè ſemper interrogatiuè accipitur.

VSTVLO, vſtulas, vſtulare, Ab vro fit, & ſignificat vrere, Bruſler. Pacuuius, Candenti ferro crines vſtulare.

Vſtrina vſtrinæ, f. g. Locus in quo metalla candeſcunt vt laborentur. Plin. In vſtrina ter ſiccantur, ita vt torreantur carbone puro, ac toties vino reſtingantur albo.

VSVCAPIO, vſucapis, vſucepi, vſucaptum, vſucapere. Vnde vſucaptio, vel vſucapio vſucapionis, f. g. Ab vſu dicitur acquiſitio, ſiue adiectio dominij per cõtinuationẽ poſſeſſionis longi temporis definiti, vtputa triginta aut quadraginta annorũ, ſi res immobilis ſit quam poſſidemus, item trium annorum, ſi res mobilis ſit. Recẽtiores primam illam, præſcriptionẽ vocant: hanc verò vſucapionem. Paulus, Qui alienam rem mortis cauſſa traditam vſucepit, nõ ab eo videtur accepiſſe cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui vſucapionis præſtitiſſet.

VSVSFRVCTVS, vſuſfructus, vſuſfructui, m. g. Dicitur cum res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atque vtilitatem capimus ac ſi noſtra eſſet. Definitúrque ab Vlpiano, quòd ſit ius alienis rebus vtendi, fruendíque, ſalua rerum ſubſtantia.

VSVRA, vſuræ, f. g. Vſus dicitur, Luſage, ou luzance. Plaut. in Amphit. 3. 108, Vſurámque eius corporis cepit ſibi. Plin. epiſt. 94. b, Vt Attilio meo ſalua ſit non ſors modò, ſed etiam vſura plurium annorum.

Vſura, Pecunia quæ in fœnore ſorti accedit. Vſure.

Vſurarius vſuraria vſurarium, Ex quo capitur vſus. Plautus in Amph. 1.3, Alcmenam vxorem cepit vſurariam. Idem in Trucul. 3.39, Vſuraria accipiat ilico expẽſa. Et in Curcul. 8.12, Vſurarius puer.

VSVRPO, vſurpas, vſurpare, In frequẽti vſu habere: ſiue verbis ſiue factis. Auoir en vſage, vſer ſouuẽt de quelque choſe. Columella lib. 1, Nam illud quod in quibuſdã prouincijs vſurpatur, vt cornibus illigetur iugum ferè repudiatũ eſt ab omnibus. Cic. Quod ſemper vſurpamus in orationibus, dictis ac factis, minimis aut maximis, cum hoc decere dicimus, illud non decere.

Vſurpare, Præter ius vti, interpretãtur iuriſcõſulti. Vſurper, vſer de quelque choſe ſans y auoir droit. Gellius lib. 3. cap. 2, Q. quoque Mutiũ iuriſcõſultũ dicere ſolitũ legi, nõ eſſe vſurpatã mulierẽ, quæ cum Calẽdis Ianuariis apud virum, cauſſa matrimonij eſſe cœpiſſet, ante diem IIII Cal. Ianuarias ſequentes vſurpatum iſſet. Non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro vſurpãdi cauſſa ex XII TAB. deberet, quoniam tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calendis.

Vſurpare regionem pedibus. Plau. in Trin. 13.4, Aduenio ex Macedonia atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedibus vnquam vſurpaui.

Vſurpant aures meæ ſonitum. Plaut. in Caſina, 15.9, Perii, vnde vſurpant aures ſonitũ meæ?

Vſurpare barathrum. Plaut. in Bacchid. 2.41, O barathrum, vbi nunc es! vt ego te vſurpem lubens!

VSVS, huius vſus, m. g. Vſance, vſaige. Vtendi actus. Plin. epiſt. 115.a, Vſus, optimus dicendi magiſter. Apud eundem epiſt. 20.e, Vſus, magiſter egregius. Plaut. in Merc. 21.3, Vſus, fructus, victus, cultus, iam mihi harũce ædium interemptus eſt. Idem in Bacchid. 1.29, Eadem in vſu, atque vbi periculũ facias, aculeata ſunt. Virg. Nã neque erat corijs vſus. Cic. lib. 2. de Orat. Adiungatur vſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat.

Vſui eſſe. Plaut. in Pſeud. 4.50, Cur ergo veſtem, aurum, atque ea quibus eſt vobis vſui, perhibeo? De quoy vous aues a faire. Idem in Ciſtell. 10.24, Quæ neque illa illi quicquã vſui eſt, mihi poteſt eſſe.

Vſu eſt. Plaut. in Mil. 10.6, Nam benè conſultum, inconſultũ ſi ſit, inimicis vſu eſſe poteſt.

Vſus eſt hominem ad. Plaut. in Pſeud. 5.150, Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutum, doctum, ſcitum & callidum. Id eſt opus eſt homine &c.

Ex vſu eſſe. Terent. in Hecyra, 4.1.34, Si ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium. Sil eſtoit a noſtre prouffit.

Vſus venit. Plau. in Ciſtell. 3.28, Si quid vſus venerit, memineris. Sil en eſt beſoing, ſil eſt neceſſaire. Idem in Bacchid. 5.128, Aufugero hercle, ſi magis vſus venerit. Terent. in Heaut. 3.2.42, Non vſus veniet, ſpero. Ieſpere quil nen ſera point de beſoing. Idem in Phor. 3.2.20, Nec cum huiuſmodi vnquã vſus venit, vt conflictares malo. Ibidem, 1.2.23, Mihi vſu venit hoc, ſcio: memini relinqui me deo irato meo.

Vſus, Conſuetudo. Quintil. Mulierem cum qua illi longus fuerat vſus. Auec la quelle il auoit hanté. Terent. in Heaut. 1.1.28, Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus facto eſt, face.

Vſus, Opus. Virg. lib. 8, Arma acri facienda viro: nunc viribus vſus, Nunc manibus rapidis. Il eſt beſoing de force, il eſt de neceſſité de monſtrer ſa force. Plaut. in Aſin. 3.77, Viginti iam vſus eſt filio argenti minis. Idem in Epid. 11.9, Credo illi ego, hoſpitio vſus inerit.

Vſu venit, Id eſt accidit, Aduient. Cic. in Catone, Nam ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſu venirẽt omnia, & reliquis maiorib⁹ natu. Maduiendroiẽt cõme aux autres. Plin. Id enim frequenter vſu venit, vt mali bonis præferantur. Il aduient ſouuent. Cic. pro Quintio, Nam quid homini poteſt turpius, quid verò miſerius aut acerbius vſu venire? quod tantum euenire dedecus?

VT

VT, Coniunctio cauſatiua. Dedi tibi librum vt legeres. A celle fin. Cic. Lentulo, Non illi quidem vt mihi ſtomachum facerent. A fin. Terent. in Heaut. 3.1.40, Nam vt tu ſcias, quàm ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem ſiet &c.

Vt, Adiunctiua. Plaut. Is mihi ſuaſit vt ad te irem. Que &c.

Vt, Comme. Plautus in Moſtell. 12. 10, Vt adhuc mihi fuit corium, eſſe oportet ſyncerum. Idem in Trin. 10. 85, Vt animus eſt, eloquar. Cicero lib. 2. queſt. Tuſculanarum, Nanque vt videtis, vinculis conſtrictus Iouis, arcere nequeo diram volucrem à pectore.

Vt, Elegantiæ cauſſa aliquando ponitur. Cic. Inuitus feci, vt Caium Flaminium de ſenatu eij cerem. Hic nihil ſignificat, niſi Inuitus eieci.

Vt, Quod. Terent. Nihil do: vt etiam impuratus ille me irrideat.

Vt, Aduerbium temporis, Statim poſtquam, ex quo primum. Virgil. Vt regem AEquæuum crudeli vulnere vidi. Incontinẽt que. Idem, Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos. Plautus in Amphit. 8. 99, Neque meum pedem huc intuli etiam in ædes, vt cum exercitu hinc profectus ſum ad Theleboas hoſtes. Depuis que. Idem in Epid. 12. 36, Quid ego, qui illam vt primum vidi, nunquam vidi poſtea? Depuis que ie la vis la premiere fois.

Vt, Similitudinem dicit. Plaut. in Rud. 24. 55, Vt tute es, item omnes cenſes eſſe. Tu eſtimes les autres ſemblables a toy.

Vt &, ita cũ ſuperlatiuo pro tantò & quãtò. Cic. de Oratore, Vt quiſque optimè græce ſciret, ita eſſe nequiſſimum. Idem in eodem, Vt enim quiſque optimè dicat, ita maximè dicendi difficultatem, varióſque euentus orationis, expectationémque hominum pertimeſcit.

Vt & ita, pro talis & qualis. Plaut. in Pſeud. 5. 12, Vt voles eſſe me, ita ero.

Vt, Quippe. Quintil. Nec ignoro quos tranſeo: nec vtique damno, vt qui dixerim in omnibus vtilitatis aliquid &c. Car iay dict &c.

Vt, ſuppreſſo ITA, ſæpe accipitur pro ita vt, vt ſi dicã, Quotidie hoſpites ad me veniunt, vt incipiam iam ſtomachari tantam frequentiam, Tellement que.

Vt præcedente ITA. Cic. lib. 2. quæſt. Tuſculanarũ, Molliunt animos noſtros: ita ſunt deinde dulces, vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur.

Vt, Secundum quod. Quintil. At verò orator, vt eſt ſemper ad dicendum paratus. Selon ce que &c. Cic. Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis, ſcientia iuris augurum. Multæ etiã, vt in homine Romano, literæ. Terentius in Hecyra, 3. 3. 20, Vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.

Vt, Quàm, Virg. Vt te poſt multa tuorum funera, Poſt varios hominúmque, vrbíſque labores, Defeſſi aſpicimus!

Vt, ponitur eo loco quo multi NE NON ineptè ponunt, & ſignificat dubitationem, & coniungitur cum metuo, vereor, timeo. Terent, Metuo vt ſubſtet hoſpes. Idem in Andria, Dies mihi vt ſit ſatis vereor ad agendum. Idem in Hecyra, Sed firmæ vereor hæ vt ſint nuptiæ. Quelles ne ſoient point aſſes &c. Cæſar in commentarijs, Vt ſatis commodè ſupportari poſſet timere dicebant. Cicero pro M. Marcello, Sed cũ ita late pateat eius poteſtas, quem veremur, vt terrarum orbem complexa ſit: nónne mauis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cum periculo alienæ? Idem Attico, Et tamen vereor vt ijs ipſis contentus ſit. Eidem, Quòd enim tu abfuiſti, vereor vt ſatis diligenter actum in ſenatu ſit de literis meis. Idem pro Milone, Accepi à te literas, quibus vereri videris vt epiſtolas illas acceperim. Idem Terentiæ, Omnes labores te excipere video, timeo vt ſuſtineas. Eidem, Si homo amens diripiendam vrbem daturus eſt, vereor vt Dolabella ipſe nobis ſatis prodeſſe poſſit. Idem pro P. Quintio, Tamen ne vereris vt poſſit hæc contra Hortenſium contendere. Idem contra Rullum, Veretur Hiempſal vt ſatis firmum ſit & ratum. Idem in Antonium, Ne verẽdum quidem eſt, vt tenere ſe poſſit, vt moderari. Horatius, O puer, vt ſis Vitalis metuo.

Vt, Quemadmodum. Terent. in And. 1. 1. 8, Ego poſtquam te emi à paruulo, vt ſemper tibi apud me iuſta ac clemens fuerit ſeruitus, ſcis. Tu ſcais comment &c. Idem in Eunucho, 1. 2. 48, Tute ſcis, poſt illa quàm intimum te habeã, & mea conſilia vt tibi credam omnia, Cõment ie te dis tous mes &c. Plautus in Moſtellaria, 9. 15, Neſcio vt moribus veſtræ ſint. Cicero ad Brutum, Age verò teſte producto, credo te exclamationem Clodij aduocati audiſſe, quæ conſurrectio iudicum facta ſit, vt me circunſteterint, vt aperte iugula ſua pro meo capite P. Clodio oſtentarint. Idem in Rullum, Sed omitto vt ſit factus vterque noſtrum. Virgilius in Bucolicis, Aſpice vt antrum Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Ouidius de morte Tibulli, Aſpice demiſſis vt eat miſerabilis alis. Hora-

tius, Vidén' vt geminæ ſtent vertice criſtæ? Idem, Vidén' vt alta ſtet niue candidum Soracte?

Vt, pro Quomodo, & interrogantis. Plaut. in Perſa, Vt vales? R. vt queo. Commẽt te portes tu? Ibidem, Vt munitum tibi viſum eſt oppidum? Idem in Trinummo, Quid agit tua vxor? vt valet? Idem in Merc. 7.51, Vt videtur mulier? c. non ædepol mala. Horatius, Vt valet? vt meminit noſtri? Ouidius de Ponto, Cernis vt exiguum corrumpant otia corpus?

Vt, pro quomodo, ſed cum quadam admiratione interrogat. Plaut. in Captiuis, Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent! Ibidem, 6.26, Vt facetè orationem ad ſeruitutem contulit. Idem in Rudente, Vt afflictantur miſeræ! Ibidem, Vidéſne alteram illam vt fluctus eiecit foras? Ibidem, Vt præ timore ingenua in vndas concidit! Ibidem, vt te amplector lubens! Ibidem, Vt ego amo te mea Ampeliſca! vt dulcis es! Idem in Mercatore, Vt diſſimulat malus! Idem in Sticho, Vt ego te nunc conſpicio lubens! vt præ lætitia lachrymæ profiliunt mihi! Cicero pro Milone, Vt contempſit! vt pro nihilo putauit! Eidem, Gneus autem noſter, ô rem miſeram, & incredibilem, vt totus iacet! Terentius in Heaut. 4.1.56, Vt præter ſpem euenit! O quela choſe &c. Idem in Eunucho, 2.2.43, Vt falſus animi eſt! O quil eſt abuſé. Virgilius, Vt te fortiſſime Teucrûm Accipio, agnoſcóque libens, vt verba parentis! Idem in ſecundo AEneidos, Vt te poſt multa tuorum Funera, poſt varios hominúmque, orbíſque labores, Defeſſi aſpicimus! Horatius, Vt iuuat paſtas oues videre properantes domum! Idem, Vt ſemper gaudes illudere rebus Humanis! Idem in Odis, Vt gaudet inſitiua decerpens pira!

Vt, pro licet, vel poſito, vel dato, vt nunc loquimur. Ia ſoit: ou, prenés le cas, ou poſés le cas. Cæſar in comment. Ac iam vt omnia contra opinionem acciderent, tamen multo ſe pluribus nauibus poſſe proſpiciebant. Cicero Attico, Quis autem locus erit tutus, vt placatis vtamur fluctibus? Idem Bruto, Nos te tuúmque exercitum expectamus, ſine quo vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore. Idem in Oratore, Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent nõ reperies. Idem pro Publio Quintio, Ad me ventum eſt, qui vt ſumma haberem cætera, temporis quidem certe vix ſatis habui, vt rem tantam, tot controuerſijs implicitam poſſem cognoſcere. Idem pro lege Agraria, Etenim vt circunſpiciamus omnia quæ populo grata, atque iucunda ſunt: nihil tam populare quàm pacem, quàm concordiam, quàm otium reperiemus. Idem in Antonium, Quod ſi pacis, id eſt timoris noſtri nomen audiuerit, vt non referat pedem, inſiſtet certé. Idem in Philippicis, Legem illam appellare fas non eſt, & vt ſit lex, non debemus illam Hircij legem putare. Cato de re Ruſtica, Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturæ, vt tamen multum ſit in nobis. Plinius epiſtola, 148, Sed vt norint, quid inuident mihi fœliciſſimo errore? Ouidius de Ponto, Vt mihi dij faueant, quibus eſt manifeſtior ipſe, Pœna poteſt demi, culpa perennis erit. Ibidem, Luce minus decima dominam venietis in vrbem, Vt feſtinatum non faciatis iter. Idem, Vt multum demas noſtro de corpore curæ, Non minus exhauſto quod ſuperabit erit. Idem in epiſtolis, Vt terram inuenias, quis eam tibi tradet habendam? In eiſdem, Vt pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas, Multa tamen latus triſtia pontus habet. Horatius in epiſtolis, Multæ ſunt plateæ nihil vt meditãtibus obſtet. Titus Liuius ab vrbe cond. Ex Brutio agro, qui vt omnis coleretur, exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. Idem de Bello Macedonico, Vt trium numero ſcriptorum parum fidei ſit, magnam tamen victoriam fuiſſe apparet.

Vt, pro ſicut, Comme, ſelon, ou veu. Cæſar in commentarijs, Horum authoritate finitimi adducti, vt ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia, eadem de cauſſa Trebium Terraſidiúmque retinent. Terentius in Heaut. 3.3.37, Verùm, vt aliud ex alio incidit, c. quidnam eſt Syre? s. peſſuma hæc eſt meretrix? Comme. Idem in Adel. 3.3.35, Eho, an domi eſt habiturus? s. credo, vt eſt dementia. Veu la folie de lhomme. Plaut. in Trucul. 2.14, Vt mos eſt mulierum. Comme eſt la couſtume des femmes. Terent. in Phor. 1.2.5, Vt nunc ſunt mores. Veu les meurs de maintenant. Plautus in Trin. 11, 1, Vt mihi rem

narras, nullo modo poteſt fieri, Veu ce que tu dis. Cicero ad Brutum, Habes vt breuiſſime potui, genus iudicij. Au plus brief que iay peu. Idem de ſenectute, 11, Multæ etiam vt in homine Romano literæ. Idem de finibus, Pueri in quibus, vt in ſpeculis, natura cernitur. Idem in Bruto, Fuit vt temporibus illis Luculentus iuris valdè peritus. Ibidem, Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis (vt temporibus illis) ſatis eruditus. Titus Liuius ab vrbe condita, Sacra publica, vt à Numa erant inſtituta, facere. Ibidem, Vt in tali tumultu portas inuadit. Terent. in Heaut. 1.2.38, Tu vt tempus eſt diei, videſis ne quò hinc abeas longius. Ibidem, 1.1.116, Sed vt diei tempus eſt, monere oportet me hunc vicinum Phaniam. Veu lheure.

Vt, pro vtinam, Execrando, vel optando. Plautus in Perſa, Vt iſtum di, deæque perdant. Idem in Moſtellaria, Vt di, deæque omnes me peſſimis exemplis interficiant, niſi ego illam interfecero ſiti, fameque, atque gelu. Terentius in Heaut. Vt te omnes quidem di, deæque quantum eſt Syre, cum tuo iſto inuento, cúmque incœpto perdant. Idem in Adelphis, Vt Syre te cum tua monſtratione magnus perdat Iuppiter. Idem in Eunucho, Vt illum di deæque omnes ſenium perdant.

Vt, pro poſtquam. Plautus in Sticho, 2.20, Nam viri noſtri domo vt abierunt, hic tertius annus eſt, Il ya trois ans quil &c. Terent. in Phor. 4.3.12, Vt abij abs te, fit fortè obuiam mihi Phormio. Cic. in Ant. Eſt enim annus vt repulſam tulit, Il ya vng an quil fut &c. Idem in Bruto, Nam vt illos de repub. libros ædidiſti, nihil à te ſanè poſtea accepimus. Depuis que. Eidem, Vt veni in Arpinũ, cũ ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo, iſque multus de te fuit. Eidem, Vt primùm iudices conſederunt, valde diſſidere boni cœperunt. Eidem, Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſi diem, quin aliquid ad te literarum darem. Idem Attico, Vt Athenas ad xv Cal. Quintiles veneram, expectabam quartum diem Pompeium. Ouidius de Ponto, Nec quicquam ad noſtras peruenit acerbius aures, Vt ſumus in Ponto, perueniátque precor.

Vt. Terent. in And. 1.1.29, Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli, vt animum ad aliquod ſtudium adiungant. &c.

Iam vt in limine, iam vt intra limen auditur, Comme ſil eſtoit. Plin. epiſt. 147. d.

Vt, Tellement que. Terent. in And. 1.1.108, Tum illa, vt conſuetum facilè amorem cerneres, reiecit ſe in eum flens quàm familiariter. Idem in Phor. 1.2.57, Lachrumæ, veſtitus turpis: vt ni vis boni in ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent. Plaut. in Pœn. 4.26, Olent, ſalſa ſunt, tangere vt non velis.

Vt, Pourueu que. Plaut. in Curcul. 6.7, Interea huic ſomnium narra: meliorẽ quàm ego ſum, ſuppono tibi: nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. C A. operam vt det. P A. dabit.

Vt, Comme ainſi fuſt que. Plau. in Menæh. 2.61, Nam rus vt ibat, vt multum fortè pluerat, ingreſſum fluuium rapidum.

Vt numerabatur forte argentum, Ainſi comme, ou a lheure quon nombroit, en contant. Terentius in Adelphis, 3.3.52, Nam vt numerabatur fortè argentum, interuenit homo de improuiſo. &c.

Vt quenque viſco offenderant, Autant quilz en touchoient. Plaut. in Pœn. 6.36, Quid multa verba? vt quenq; viſco offenderant, tam crebri ad terrã decidebant, quàm pyra. Idem in Mil. 18.50, Omnes mulieres te amant, vt quæque aſpexit. Terent. in Hecyra, 5.3.4, Vt quiſque venerat, accedebam, Adoleſcens dic dum quæſo &c. A chaſcun qui venoit.

Vt qui. Plaũ. in Curcul. 5.3, Migrare certum eſt iam nunc è phano foras, quam AEſculapi ita ſentio ſententiam, vt qui me nihili faciat, ſaluum velit.

Vt qui veriſſime: ſubaudi amat. Plinius epiſt. 199, Amat vt qui veriſſimè: dolet vt qui impatientiſſimé.

Vt ad pauca redeam, vxorem deducit domum, Pour le faire brief, ou en brief. Terẽtius in Hecyra, 1.2.60.

Vt ne addam. Terentius in Phormione, 1.3.16, Tu conijcito cætera, quid ego ex hac inopia nũc capiam, & quid tu ex iſtac copia: vt ne addam quòd ſine ſumptu ingenuam, liberalem nactus es.

Vt ne, elegãtiſſimæ particulæ hæ binæ, idẽ ſignãt quod N E particula ſola. Sed dicẽdi modus, quo literatiſſimi illius fœlicis ſeculi vtebãtur, pro ratione eſt. Plau. in Ciſtell. 2.33, Neque hanc ſuperbiæ cauſſa reppuli ad meretricũ quæſtũ, niſi vt ne eſurirem. Idem in Aulula-

ria: Vt ne abſtuliſſe intelligam. Idem in Merc. At ego expurgationē habebo, vt ne ſuccēſeat. Idem in Aſinaria, Licet laudē fortunā, tamen vt ne ſalutem culpem. Terentius in Hecyra, Nempe ea cauſſa, vt ne id fiat palàm. Idem in Eunucho, Vlciſar, vt ne impunè in nos illuſeris. Ibidem, Itaque vt ne id videam, miſera huc effugi foras. Idem in Andria, Vt ne pater per me ſtetiſſe credat. Cicero Curioni, Petiui non vt decernatur aliquid noui, quod ſolet eſſe difficilius, ſed vt ne quid noui decernatur. Eidem, Sed tamen ita velim, vt ne quid properes. Idem pro Milone, Opera datur, vt iudicia ne fiant. Ibidem, Si hic illi, vt ne ſit impuné. Idem pro P. Sextio, Vt lex Helia, lex Fuſia ne valeret.

VTCVNQVE, id eſt, quomodocunque. Plaut. in Amphit. 4. 189, Seruúſne an liber? s. vtcunque animo collubitum eſt meo. Tout ainſi quil ma pleu.

Vtcunque, Selon que. Plaut. in Epid. 2. 46, Vtcunque in alto ventus eſt Epidice, ex imo velum vortitur. Idem in Pœn. 11. 9, Vtcunque eſt ventus, exin' velum vortitur. Du coſté queſt le vent.

Vtcunque, En quelque ſorte & maniere. Terent. in And. 4. 4. 15, Tu obſeruias orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide. Idem in Heaut. 3. 3. 17, Sed noſtrum eſt intelligere: vtcunque atque vbicunque opus ſit obſequi.

Vtcunque erit, Quoy quil en ſoit. Liuius, Vtcunque erit, iuuabit tamen rerum geſtarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte & me ipſum conſuluiſſe.

VTENSILE, vtenſilis, n. g. Quod eſt ad vſum neceſſariū. Vtenſile. Columella lib. 12, Vtēſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur.

VTER, vtra, vtrum, Quis vnus ex duobus. Lequel des deux. Ponitúrque interrogatiue, vt Vter veſtrum fecit hoc? Plaut. in Trucul. 4. 48, Sed vtris cum rem eſſe mauis? Idem in Menæch. 17. 21, Vter meruiſtis culpam? Infinite: vt, Scio vter veſtrum hoc fecerit. Lequel de vous deux.

Vter alterum. Plin. Vter alteri dixerit, neſcio.

Vter vtrum. Cic. pro Mil. Vter vtri inſidias fecerit. Lequel des deux a guetté lautre.

Neuter vtri. Plau. in Sticho, 14. 41, Neuter vtri inuidet. Ils non point dēuie lung ſur lautre.

VTER, vteri, m. g. vel, Vterus vteri, Qui continet, & tanquam vter eſt, ad prægnantéſque pertinet. Loci alias appellantur. Le lieu ou ſe tient lenfant au ventre dune femme, Lamarris. Plin. lib. x1, cap. 37, Fœminis eadem omnia, prætérque veſicæ iunctus vtriculus, vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant. Plaut. in Aulul. 23. 10, Perij mea nutrix, obſecro te, vterus dolet.

Vterus pro ventre aliquādo accipitur. Virg. 2. AEneid. Vterúmque armato milite complent. Cecil. Nunc vter creſcit, nō poteſt cęlari. Plaut. in Trucul. 4. 91, Nam equidem vterū illi, quod ſciam, nunquam extumere ſenſi.

Vterculus, vterculi, diminutiuum, Vng petit vētre. Plin. Et inter vterculos congeſtus apum liquor: ore enim eum euomunt.

VTER, vtris, m. g. Pellis, qua vinum aut oleum deferri ſolet.

Vtricularius, vtricularij, m. g. Qui inflat ex vtre fiſtulam. Suet. in Nerone, Vouerat ſe proditurum hydraulam, & choraulam, & vtricularium.

VTERLIBET, Lequel des deux quil te plaira.

VTERQVE, vtriuſque, Lung & lautre. Plau. in Amph. 1. 7, Vterque deluduntur dolis mirum in modum. Idem in Trin. 9. 22, Celeri gradu eunt vterque. Idem in Curcul. 4. 32, Vtrique inſaniunt. Les vngs & les autres des deux parties ſont fols. Sic dicimus vtrique exercitus, Les deux armees. Terēt. in Phor. 3. 2. 16, Vterque eſt ſimilis ſui. Idem in Eunucho, 5. 2. 1, Apud Antiphonem vterque mater & pater quaſi dedita opera domi erant.

Vterque, vtrique. Terent. in Phor. 5. 3. 17, Quia vterque vtrique eſt cordi. Ils plaiſent lung a lautre.

Vtrique, ab vtriſque. Terent. in Heaut. 2. 4. 14, Hoc beneficio vtrique ab vtriſque vero deuincimini. Hic in plurali duo ſignificat, ſed ſic, vt in ſingulis multi ſint.

Vterque alterū verberauit, Id eſt, hic illum, & ille hunc verberauit. Ils ſe ſont batus lung lautre. Cic. Quorum vterque ſuo ſtudio delectatus, contempſit alterū. Quintil. Cum enim vterque alteri obijciat, palàm eſt vtrunque feciſſe.

Vtraque tempora dixit Virgilius, Super vtraque quaſſat Tempora.

VTERVIS, Lequel quil te plaira des deux.
VTERVS, vide VTER vteri.
VTI, idem ſignificat quod VT. Comme. Plaut. in Amphit. 7.6, Tamen qui loquar hæc vti facta ſunt, nunquam vllo modo me potes deterrere. Plaut. in Amphit. 3.8, Et vti bonis vos veſtróſque omnes nuntijs me afficere vultis.
VTILIS, & hoc vtile, Quo vtimur. Vtile, Dequoy on ſe ſert, prouffitable. Terent. in And. 5.1.16, Quibus id vtile eſt illum eſſe quàm deterrimum. Idem in Adel. 3.2.43, Fateatur, cum amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari.
Vtilis ad. Plaut. in Epid. 5.103, Quem hominem inueniemus ad eam rem vtilem?
Vtibilis, & hoc vtibile, Idem. Plaut. in Trin. 11.13, Vide ſi hoc vtibile magis. Idem in Menæch. 21.17, Hi ſolēt eſſe heris vtibiles. Terēt. in Phor. 4.4.9, Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere, aut nominare vxorem?
Vtibilitas vlli. Plaut. in Merc. 24.45, Non vtibile hic locus factis tuis.
Vtibile ad. Plaut. in Mil. 10.19, Magis ad rem non poteſt eſſe vtibile.
Vtilitas, vtilitatis, f.g. Vtilité, prouffit. Terent. in Eunucho, 2.3.17, In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam.
Vtiliter, aduerbium, Vtillement, a prouffit. Plin. epiſt. 256, Etiam aliquantum erogauerūt, periculum eſt ne parum vtiliter.
VTINAM, Aduerbium optantis, A la miēne voulente, ie vouldroye. Plaut. in Merc. 20.7, Vtinam lex eſſet eadem quæ vxori eſt, viro. O que fuſt la couſtume. Terent. in And. 5.4.28, Vtinam id ſit quod ſpero. Idem in Heaut. 1.1.109, Vtinam di ita faxint.
O vtinam. Ouid. O vtinam cum Lacedæmona claſſe petebat.
VTIQVE, ſignificat certe. Aduerbium affirmandi. Plaut. in Merc. 22.44, Reſtituam iam ego te in gaudium vtique vt ſis maxumé. Quintil. Solent huiuſmodi negotiatores aliquid proprium ac priuatum ſtipulari, vtique cum rem alienam vendunt.
VTOR, vteris, vſus ſum, vti, Vſum habere, Vſer de quelque choſe que ce ſoit. De omnibus rebus dicitur, vt, vtor domo, diligentia, conſuetudine, ſtudio & huiuſmodi.
Vtor, accuſatiuo aliquando iungitur. Plaut. in Epid. 5.79, Si placebit, vtiminor conſilium. Idem in Aſin. 5.47, Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Cic. in Acad. Et quæ à ſuperioribus acceperant, vtebātur. Varro, Vtile vtamur potius, quàm ab re abutamur.
Nihil te vtor, Ie ne veulx en rien auoir affaire auec toy. Plau. in Trin. 5.26, Apage te amor, non places, nihil te vtor.
Vti, Cum de perſonis loquimur, accipitur pro cōuerſari. Cic. Lentulo, Trebonio multos annos vtor familiariter. Plin. de viris illuſt. 58, Caio Lælio plurimum vſus. Il auoit grāde familiarite & conuerſation auec Lelius.
Vti aliquo, amico. Plaut. in Aſin. 3.52, Quippe qui mage amico vtantur gnato, & beneuolo. Leur enfant les aymera mieulx. Idem in Aulul. 7.55, Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. Tu ſerois plus inique enuers moy. Terent. in Heaut. 2.1.5, Mihi ſi vnquam filius erit, næ ille facili me vtetur patre, Ie luy ſeray fort doulx.
Vti amicitia alicuius, Auoir amitie auec aucun. Plaut. in Ciſtell. 2.18, Beneuolentes inter ſe, benéque vtier amicitia. Idem in Perſa, 2.19, Nimis ſtultè amicis vtere. Idem in Curcul. 4.50, Vti amore ſurreptitio, Aimer en cachette. Terent. in Hecyra, 5.1.37, Noſtra vtere amicitia, vt voles. Employe nous a tout ce que tu vouldras.
Vti diſciplina. Plaut. in Aſin. 6.69, Eadem diſciplina vtimur. Et in Rud. 31.30, Vti fide lenonia.
Vti foro, vide FORVM.
Vtar illis vt meis, Plin. epiſt. 132.
Vti inuidia minore, Neſtre point ſi enuié. Plaut. in Aulul. 15.8.
Vti oculis. Plaut in Epid. 2.4, Epidicúmne ego nunc cōſpicor? E. certe oculis vteris. Tu vois cler. Idem in Mil. 19.25, Maris cauſſa hercle hoc ego oculo vtor minimé. Ie ne voy gouſte de ceſte oeil.
Vti officio improbi viri, Faire le faict dung meſchant homme. Plaut. in Sticho, 2.12.
Vti opera alterius, Se ſeruir daucun. Plaut. in Aulul. 6.21, Da mihi operam ámabo. M. tua eſt, vtere, atque impera, ſi quid vis. Idem in Pſeud. 4.28, Num qui minus ea gratia tamen omnium opera vtor? Idem in Perſa, 9.26, Vtere vt vis, mea opera.

Vti ratione. Plau. in Caſina, 2.26. Tranquillũ eſt, alcedonia ſunt circa forũ, ratione vtuntur.
Vti ſermonibus morologis. Plaut. in Pſeud. 22.15.
Vti duplici ſpe, Gallico prouerbio dicitur, Auoir deux cordes tendues en ſon arc. Terent. in Phor. 4.2.13, Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier : Petam hinc vnde à primo inſtitui: is ſi dat, ſat eſt: ſi ab hoc nihil fiat, tum hunc adhoriar hoſpitem.
Vti valetudine. Plinius epiſt. 25.b, Vſus eſt firma valetudine, niſi : quòd ſolebant ei manus trẽmere.
Vtendus, vtenda, vtendum. Plaut. in Aulul. 5.18, Quæ vtẽda vaſa ſemper vicini rogant. Terent. in Heaut. 1.1.81, Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea eſt.
Vſus, vſus, vſui, vide ſuo ordine.
Vſura, & Vſurarius, vide ſuo ordine.
VTPOTE, aduerbium confirmantis, Id eſt quoniam, quãdoquidem. Salluſt. Antonius abẽrat à bello, vtpote æger ac iacens. Pourtãt, en tant quil &c. Suet. in Auguſto, AEdes ſacras vetuſtate colapſas, aut incendio abſumptas refecit, eáſque opulentiſſimis donis adornauit, vtpote qui in cellam Capitolini Iouis ſexdecim milia pondo auri vna donatione contulerit.
VTPVTA, ſignificat quemadmodum.
VTRINQVE, De coſté & dautre. Plaut. in Amphit. 4.65, Poſtquam vtrinque exitum eſt maxima copia. Dune part & dautre. Idem in Pſeud. 5.156, Ergo vtrinque tibi nunc delectum para.
Vtrinque, De lung & de lautre. Plaut. in Amphit. 3.110, Vtrinque eſt grauida, & ex vino, & ex ſummo Ioue.
VTROBIQVE, In vtroque loco, aduerbium eſt. Plaut. in Mil. 8.54, Neque eques, neque pedes præfectus quiſquam tanta audacia eſt, qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt, vt vtrobique orationem doctè duint. Dune part & dautre.
VTROQVE, aduerbium loci, Ad vnum aliquem locum, & ad alterum. Plaut. in Sticho, 7.43, Per ortum vtroque commeatus continet. Pour aller a lung & a lautre lieu. A tous les deux lieux.
Vtroque verſum. Plaut. in Capt. 7.8, Vtroque verſum rectum eſt ingenium meum, ad te, atque ad illum.
VTRVM, aduerbium, Aliquando interrogandi. Aſcauoir mont. Plautus in Amphit. 3.56, Vtrum ſit, an non, voltis? Idem in Rud. 29.1, Vtrum tu leno cum malo lubentius quieſcis, an ſic ſine malo, ſi copia eſt? Idem in Sticho, 15.9, Vtrum tibi accumbo? S A. vtrum vbi tu vis?
Dubitantis aliquando. Plaut. in Capt. 6.18, Sed vtrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per perpectinẽ, neſcio. Terent. in Phor. 4.3.54, Vtrum ſtultitia facere ego hunc, an malitia dicam, ſcientem an imprudentem incertus ſum.
Quid tu curas vtrum crudum, an coctum edam? Plaut. in Aulul. 12.15.
VTVT, ſignificat vtrumque, ſiue quoquo modo. Plaut. in Amphit. 17.49, Ita profecto ſine dolore peperit. A. iam iſtuc gaudeo, vt vt erga me merita. Quelque choſe quelle mait faict. Idem in Ciſtell. 2.100, Si me abſente Alceſimarchus veniet, nolite acriter eum inclamare: & vt vt erga me eſt meritus, tamen incordies. Idem in Merc. 10.15, Verùm hercle poſtremo vt vt eſt, non ibo tamen. Quoy quil en ſoit. Terentius in Heaut. 1.2.26, Dicam: vt vt erat, manſum tamen oportuit, Quoy quil en fuſt. Plaut. in Amph. 4.243, Verùm vt vt es factus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen. Quoy que tu doibues faire. Idem in Pſeud. 5.35, Non poteſt pietati obſiſti huic, vt vt res ſunt cæteræ. Quoy quil en ſoit des autres choſes. Terent. in Phor. 4.1.4, Nam vt vt erant alia, illi certe, quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres. Idem in Adelph. 2.2.40, Imò hercle hoc quæſo Syre, vt vt hæc ſunt facta, potius, quàm lites ſequar, meum mihi reddat. Ibidem, 4.4.21, Hæc adeò mea culpa fateor fieri, non me hanc rem patri, vt vt erat geſta, indicaſſe. Tout en la ſorte quil auoit eſte faict.

V V

VVA, vuæ, f.g. Fructus vitis. Vne grappe. Dicta ab vuido.
Vua, pro vite aliquando ponitur. Virg. Et turpes auibus prædam fert vua racemos.
Vua, dicitur in apibus, quando examen congregatum ad ſimilitudinem botri dependet. Iu-

uenalis, Examen apium longa conſederit vua. Columella, Cum examen glomeratum in proximo frondētis arbuſculæ ramo conſederit, animaduertito an totum examen in ſpeciem vnius vuæ dependeat. Plin. lib. x i, Tunc oſtenta faciunt priuata ac publica vua dependente in domibus templíſque. Virgil. Et denſis vuam demittere ramis. Seruius, Vuam demittere, id eſt, in morem vuæ botryonem defluere.

Vua appellatur in homine, quæ inter tonſillas vltimo palato depẽdet, ſub qua eſt minor lingua, quæ dicitur epigloſſis: ita dicta quòd aliquãdo ad ſimilitudinem vuæ intumeſcat, cum vehementi inflammatione ac dolore.

Vueus, vuea, vueum, Vnde vueus ſuccus, id eſt, vinum.

VVIDVS, vuida, vuidum, Humidum, Quod habet aliquid humoris intrinſecus. vnde & vua dicta.

Vuida veſtis, Qui eſt mouillee. Plau. in Rud. 6. 25, Siccine hic cum vuida veſte graſſabimur? Ibidem, 23. 5, Non vides me referre vuidum rete, ſine ſcammoſo pecu?

VVLCANVS, Vulcani, m. g. Deus antiquis putatus eſt, qui præeſſet igni.

Vulcanus pro ipſo igne aliquando ponitur. Plautus in Amphit. 4. 187, Quò ambulas tu, qui vulcanum in cornu concluſum geris? Idem in Menæh. 8. 55, Accubuere, cum ego hæc appono ad vulcani violentiam. Au feu aſpre. Virg. in 2. AEneid. Vulcano ſuperante domus.

VVLGA, vulgæ, Sacculus ſcorteus, ſiue ex alia materia, in quo pecuniam, vel alia vitæ neceſſaria ferre ſolent homines. Dicta quòd nummos, aliáſque res inuoluat. Lucilius, In vulgam penetrare piloſam. Varro, Vt viaticum ex arcula adderem in vulgam.

Vulga, ſiue bulga, Folliculus ad brachium pendens, gerendæ pecuniæ gratia. Lucil. Cui neque iumentum eſt, nec ſeruus, nec comes vllus, bulgam, & quicquid habet nummorum, ſecum habet: cum bulga cœnat, dormit, lauat.

Vulga, aliquãdo dicitur vulua. Lucil. Ita vt quiſque noſtrũ è vulga eſt matris in lucẽ editus.

VVLGVS, vulgi, m. g. & hoc vulgus indeclinabile, Significat multitudinem ignobiliorem. Le commun peuple. Virg. Sæuítque animis ignobile vulgus. Cic. Saturnum maxime colunt vulgi. Virg. In vulgum ambiguas, & quærere conſcius arma.

Vulgus ſeruorum. Terent. in And. 3. 4. 4, Ego dudum nonnihil veritus ſum Daue abs te, ne faceres idem quod vulgus ſeruorum ſolet, Que font les ſeruiteurs communement.

Vulgò, aduerbialiter poſitum, ſignificat paſſim, cateruatim. Virg. Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis. Par tropeaux. Terent. in And. 2. 5. 15, Verum illud verbum eſt, vulgò quod dici ſolet, omnes ſibi melius male eſſe, quàm alteri. Communement, par tout. Plaut. in Amph. 15. 39, Scín' quid vulgò dici ſolet? Plin. epiſt. 168, Vt planè ſcirẽ tibi vacaturum (quod vulgò dicitur) librum legere. Idem epiſt. 171. a, Falſum eſt nimirum, quod creditur vulgò, teſtamenta hominum ſpeculum eſſe morum.

Vulgaris, & hoc vulgare, Quod eſt vulgi, hoc eſt vile ac commune. Cic. in arte veteri, Magna an parua: facilia, an difficilia: ſingularia ſint, an vulgaria.

Vulgare, Tritum & conſuetum. Commun. Quintil. Simul ne vulgarem viam ingreſſus, alienis demum veſtigijs inſiſterem.

Vulgo, vulgas, vulgare, In vulgus dare, & quaſi multis audientibus ac non taciturís dicere, commune omnibus facere, manifeſtare. Virg. Quid me alta ſilentia cogis Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem? Diuulguer, dire, & reueler a tous.

Vulgare corpus ſuum dicitur meretrix. Plautus in Amphit. Cui me abſente corpus vulgauit ſuum. Liuius libro 1, Sunt qui Laurentiam vulgato corpore lupam inter paſtores vocatam putent.

Vulgatus, vulgata, vulgatum. Vulgata verba. Plaut. in Epid. 8. 14, Nihil moror vetera & vulgata verba.

VVLNVS, vulneris, n. g. Eſt hians, patẽnſque apertura corporis, ictu facta. Playe.

Vulnus, Angor animi, aut damnum. Plin. Maximum illi fortuna vulnus intulerat, duobus filijs immatura morte ſublatis.

Vulnero, vulneras, vulnerare, Vulnus inferre. Bleſſer.

Vulnerare, ad animum refertur, & ſignificat angere. Mettre aucun en angoiſſe & triſteſſe.

Vulnerarius, vulnerarij, m. g. Qui vulnera curat. Chirurgien.

VVLPES, vulpis, & volpes, f. g. Animal maxime aſtutum. Vng regnard.

Vulpecula, vulpeculæ, Diminutiuum, Vng regnardeau. Horatius, Forte per anguſtam tenuis vulpecula rimam.

Vulpinus, vulpina, vulpinum, Qui eſt dung regnard. Suetonius, Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt.

Vulpinus, Aſtutus. Plautus, Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vulpinor, vulpinaris, vulpinari, Mẽdacijs ac fraudibus vera peruertere, ſiue effingere. Tractum ab intorto vulpium curſu.

VVLTVR, vulturis, m.g. & Vulturis huius vulturis, & Vulturius vulturij, Auis rapax, carniuora, à volatu tardo dicta, quòd propter magnitudinem corporis tardè volet. Vng autour. Plaut. in Trucul. Iam quaſi vulturij, triduo prius prædiuinabãt, quo die eſurituri ſient. Ennius, Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. Vide Plinium lib. 10. cap. 46.

Vulturinus, vulturina, vulturinũ, Qui eſt dung autour. Plin. lib. 30. cap. 4, Vulturinus ſanguis cum chamæleonis albæ (quam herbam eſſe diximus) radice & cedria tritus, &c. lepras ſedat.

VVLTVRNVS, vulturni, m.g. Ventus qui ab oriente hiberno flat. Plin. libro 2. cap. 47, Ab oriente æquinoctiali, ſubſolanus: ab oriente brumali vulturnus: illum apeliotem, hunc Græci Eurum appellant.

VVLTVS, vultus, vultui, m.g. Dicitur voluntas hominis, quæ pro motu animi in facie oſtenditur. Trongne, ou mine. Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Piſonem, Vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt.

Vulta, neutro genere protulit Lucretius lib. 3, Sed quo vtriuſque figurę Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum.

Vultus, à volendo dicitur, ſicut à colo cultus.

Vulticulus, vulticuli, Diminutiuum, quo vſus eſt Cicero.

Vultuoſus, vultuoſa, vultuoſum, Triſtis. Cic. de opt. genere dicendi, In quo cum effeceris nequid ineptum ſit, aut vultuoſum.

VVLVA, vuluæ dicitur in animalibus quod vterus in mulieribus. Plin. lib. x1. cap. 37, Fœminis eadem omnia, prætérque veſicæ iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellant: hoc in reliquis animalibus vuluam. La matrice galice dicitur. In eo cõtinetur fœtus.

Vuluam ex porca in delicijs habuere aliquando Romani. Plin. lib. x1. cap. 37, Vulua eiecto partu melior quàm edito: Eiectitia vocatur illa, hæc porcaria. Primiparæ ſuis optima. Contrà, effœtis à partu, præterquam eodem die ſuis occiſæ, liuida ac macra.

V X

VXOR, vxoris, f.g. Vne femme mariee. Terẽt. in Adelph. 4. 7. 40, Vxor ſine dote veniet?

Vxor, quaſi vngor dicitur. Seruius lib. 4. AEneid. Virgilij, Mos fuerat vt nubentes puellæ, ſimul cum veniſſent ad limen mariti, poſtes antequam ingrederẽtur, ornarent laneis vittis, & oleo vngerent. Et inde vxores dictæ ſunt, quaſi vnxores. Plinius quoque ſcribit nouas nuptas lupino adipe poſtes inungere ſolitas, ne quid mali medicamenti inferretur.

Vxorcula, vxorculæ, Diminutiuum. Plaut. in Caſina, 20. 19, Eia vxorcula.

Vxorius, vxoria, vxorium, Quod eſt vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. Plaut. in Aſin. 2. 2, Sub imperio viuens volt ſenex vxorio.

Vxorius, vxorij, Qui vxori nimis inſeruit. Virg. Pulchrámque vxorius vrbem Extruis.

X E

XENIVM, xenij, n.g. dici poteſt munus hoſpitalitatis, Eſtraine. Vnde Martialis librum decimumtertium quo eiuſmodi munera diſtichis deſcribit, xenia nominauit, quòd verſus ipſos pro xenijs mitteret: Inquit enim,

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Conſtabit nummis quatuor empta tibi.
Quatuor eſt nimium? poterit conſtare duobus:
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hoſpitibus pro munere diſticha mittas.
Si tibi tam rarus, quàm mihi, nummus erit.

XENODOCHIVM, xenodochij, n.g. Locus publicus quo peregrini & hoſpites hoſpita-

liter recipiuntur. Vng hoſpital.

XYSTVS, xyſti, m.g. Quid ſignificat Victruuius lib. 6, de Græcanicis ædificijs loquens, indicat, dicens, Xyſtos græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua Athletæ per hyberna tẽpora exercẽtur. Noſtri autẽ hypætras ambulationes xyſta appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt. Idem lib. v, de palæſtrarum ædificatione loquens, Hæc autem porticus, ξυστος apud Græcos vocitatur, quòd athletæ per hyberna tempora tectis ſtadijs exercentur. Idem, Proxime autem xyſtum & duplicem porticum deſignentur hypætræ ambulationes, quas Græci paradromidas, noſtri xyſta appellant, in quas per hyemem ex xyſto, ſereno cęlo, athletæ prodeuntes exercentur.

Xyſtus igitur & xyſtum ſignificatione differunt, cum tamen ambo græcè ſint idem, ſed aliter latinè vſurpata ſunt. Plinius Iunior meminit xyſti in epiſtola 41.g. & 101.d. Cic. in Bruto, Cum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi.

Xyſticus xyſtici, Qui per hyemen ſub tecto exercebatur. Suetonius in Auguſto, Nec tamẽ eo minus xyſticorum concertationes aut gladiatorum pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit.

ZE

ZEA, zeæ, f.g. Frumenti genus, de quo Plinius lib. 22. cap. 25, Zea, ex qua alicam fieri dixi, mus, efficacior etiam hordeacea videtur, trimeſtris mollior.

ZELO, zelas, & zelor zelaris, zelari, Significat æmulari.

Zelotes, zelotis, m.g. AEmulator dicitur.

Zelotypus, zelotypi, Zelator ſeu æmulator formæ dicitur. nam ζῆλος æmulatio eſt: τύπος forma. Qui igitur ita amat vt ſolicitus ſit ne quis amore ſuo perfruatur, zelotypꝰ eſt. Vng ialoux Iuuenalis, Ponere zelotypo iuuenis poſitus Hyarbæ.

Zelotypia, zelotipiæ, f.g. Ialouzie.

ZEPHYRVS, zephyri, m.g. Fauonius ventus occidẽtalis. flat enim ab occaſu æquinoctiali aduerſus Eurum.

ZETA, pro nomine loci, vel bibliotheca quidam legunt apud Plinium Iuniorem, in epiſtola 41, h libro ſecundo, Horti zeta eſt. Cum ex veterum exemplarium fide, legi debeat diæta.

ZEVGMA, zeugmatis, n.g. Latinè connexio ſiue adiunctio dicitur. Figura cum plures ſenſus vno connectuntur verbo. Quod tribus modis fit: Aut præpoſito verbo, ad quod reliqua reſpiciant: vt, Vicit pudorem libido, timorem audacia, rationem amentia. Aut verbo poſtpoſito: vt, Neque is es Catilina vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio a furore reuocarit. Aut in medio ſenſuum poſito verbo: vt, Troiugena interpres diuûm.

ZI

ZIZANIA, zizaniæ, f.g. vel zizanium zizanij, n.g. Lolium & reliqua adulterina ſemina, quæ frugibus ſæpe miſcentur.

ZIZIPHA, ziziphæ, f.g. Genus arboris. Pli. lib. 15. cap. 14, AEquè peregrina ſunt zizipha, & tuberes, quæ & ipſa non pridem venêre in Italiam.

ZO

ZODIACVS, zodiaci, m.g. Circulus in quo duodecim ſigna ſunt, in formam animalis formatus. vt aries, taurus, &c. Græce ζῶα animalia dicũtur. Plin. lib. 2. cap. 4. Signiferũ appellat.

ZOILVS, zoili, m.g. Poeta fuit Ptolemæi temporibus, qui Homeromaſtix cognomen ſortitus eſt. Qui aliquando pro inuido ponitur.

ZONA, zonæ, f.g Cingulum quo cingimur. Vne ceincture. Martialis, Longa ſatis nũc ſumi dulci ſed pondere venter Si tumeat, fiam tum tibi zona breuis. Plin. de viris illuſt. 46, Zona impoſita, nauim mouit.

Zonam perdidit, Prouerbium caſtrenſe in eos qui nihil habent nummorum: quòd quicquid habent milites in zona ſecũ portant, vt inquit Porphyrion. Horatius in epiſt. Ibit eò quò vis qui zonam perdidit. Plaut. in Pœnulo, 16.47, Tu qui zonam non habes, quid in hãc veniſtis vrbem? aut quid quæritis? In quibus Plauti verbis, duplex eſt alluſio, & ad veſtem Pœnorum more diſcinctam, & ad pecuniam quæ in zona geſtatur, citra quam in vrbè ſumptuoſa, non ſat commodè viuitur.

Dictiones aliquot, quas poſt ABSOLVTVM OPVS, NOBIS EXCIDISSE deprehendimus.

Admodum quàm. Gellius, Voce admodum quàm ſuaui. Plaut. in Amphit. 6.43, Ex amore hic admodum quàm fæuos eſt.

ADMVGIO, admugis, admugiui, admugitum, admugire, Poſt mugire. Claud. lib. 3, Omnibus admugit, quocunque it.

ADNICTO, adnictas, adnictare, Sæpe & leuiter oculis annuere, inquit Feſtus. Næuius in Tarentilla, Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.

ADNO, adnas, adnare, Iuxta nare, ſiue ad aliquem locum nare. Virg. Huc pauci veſtris adnauimus oris.

ADOBRVO, adobruis, adobrui, adobrutum, adobruere, Subtus obruere, & in terrã defodere. Columella lib. 2, Nam ſi plus quatuor digitis adobrutum eſt ſemen eius, non facile prodit. Sil eſt plus de quatre doigs couuert en terre. Ibidem, Atque ita iaciunt ſemina, & ſarculis adobruunt.

ADRADO, adradis, adraſi, adraſum, adradere, Iuxta radere, Couper ou nettoyer au pres. Columella lib. 3, Reliquam partem quæ continens matri eſt, adradito, ne ſuperuacua ſarmenta procreet.

ADREVOCO, adreuocas, adreuocare. Rappeller. Cic. lib. 1. de off. Dãda igitur opera eſt, vt ſi etiam aberrare ad alia cœperit, adreuocetur oratio.

ADSERVIO, adſeruis, adſeruiui, adſeruitum, adſeruire, Idem ſignificat quod ſeruire. Cic. lib. 2. Tuſcul. Toto corpore contentioni vocis adſeruiunt.

ADSICCO, adſiccas, adſiccare, Valdè ſiccare. Columella lib. 2, Ea cũ ſpicas ederint, priuſquàm ſemina hient æſtibus, manu carpuntur, & ſuſpenſa in ſole cum adſiccauerint, manu retunduntur, atque ita repoſita perennant æuo diutius quàm cætera.

ADSONO, adſonas, adſonare, Idem quod ſonare. Perſius, Reparabilis adſonat echo.

AFFVNDO, affundis, affudi, affuſum, affundere, Verſer enſemble. Plin. Exprimitur foliis ſuccus, molliſſimis in pila tuſis, affuſo paulatim vino auſtero.

ALLATRO, allatras, allatrare, Valde latrare, vel ad aliquid latrare.

Allatrare per tranſlationem dixit Columella, Sed ne caninum quidem, ſicut dixêre veteres, ſtudium præſtantius locupletiſſimum quenque allatrandi.

Allex allecis. Plaut. in Pœn. 19.31, Tũne etiam amator audes eſſe allex viri? Hoc loco allecem viri, fœcem & ſordes interpretantur nonnulli. quòd allex, fæculentus ſalſamentorum liquor ſit, authore Plinio, lib. 31. cap. 8, cum inquit, Vitiũ huius eſt alex, imperfecta nec colata fæx. Et ſimplici l ſcribunt. Alij ab allicio deductum volunt, id eſt, quæ allicere ad te viros ſoles.

AMODO, aduerbium, Id eſt, Poſthac. Apul. Vt nemo me amodò tam mane egredientem ſolum videbit.

ANNECTO, annectis, annexui, annexum, annectere, Iuxta vel ad aliquid nectere, Lier ou nouer a quelque choſe. Columella lib. v, At ſi regionis conditio permittit, de veteribus haſtilia quibus annectuntur ſingula, tranſuerſæ perticæ alligentur.

ANTHRACINVS, Niger. à Græco deducitur. ἄνθρακες enim græcè, carbones latine appellãtur, & eſt lugentis veſtis. Varro de vita populi Rom. lib. 3, Propinquæ adoleſcentulæ etiam anthracinis proximo amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerẽtur luctũ. Nonius Marcellus. Apud Plautum legitur in Rud. 13.49, Anthracina fortuna. Quo loco nonnulli legunt anatina: fortaſſe magis ex Plauti ſententia.

APPLVDA, appludæ, f.g. Purgamentum milij. Plin. lib. 18. cap. 10, Milij & panici & ſeſamæ appludam vocant purgamenta, alibi alijs nominibus.

APPLVO, appluis, applui, applutum, appluere. Plin. Niſi appluat, exanimatur

ARRODO, arrodis, arroſi, arroſum, arrodere, Ronger a lentour. Cic. pro Seſtio, Vt illa ex vepreculis extracta nitedula, remp. conaretur arrodere.

ARTEMISIA, artemiſiæ, f.g. Herbæ nomen, Armoiſe, autrement dicte Herbe de S. Iehã.

Plin.lib.25.cap.7, Sunt qui ab Artemide artemiſiam cognominatam putent, quoniam priuatim medicatur fœminarum malis. Abſinthij autem modo fruticoſa, maioribus folijs, pinguibúſque &c.

ASSVEFACIO, aſſuefacis, aſſuefeci, aſſuefactum, aſſuefacere, Accouſtumer. Liuius lib.1, Sed initium turbandi omnia, à fœminis ortum eſt. Ea ſecretis viri alieni aſſuefacta.

ASTIPVLOR, aſtipularis, aſtipulari, Conſentire.

Aſtipulator aſtipulatoris, m.g. Cic.in Acad. Falſum eſſe Stoici dicunt, & eorum aſtipulator Anthiocus.

ATRAMENTVM, atramenti, n.g. Ancre. Plin.lib.35. cap.6, Atramentum quoque inter factitios erit. Et paulò pòſt, Fit enim & fuligine pluribus modis, reſina vel pice exuſtis.

ATTERGO, attergis, atterſi, atterſum, attergere. Cic.in Verrem, Quod ſanum denique, quod non auerſum, neque atterſum reliqueris?

ATTONO, attonas, attonare, Attonitum reddere.

Attonitus attonita attonitum, Stupefactus. Virg. Talibus attonitus iuſſis.

ATTVMVLO, attumulas, attumulare, Quaſi iuxtà tumulum facere. Plin.lib.19, Dein ſi terram fugientes cauliculos ſeres, à terráque proceritate luxurioſa attollentes ſe exaggerando aliam attumules.

AVRATA, auratæ, f.g. Genus piſcis à colore auri dicti. Martialis, Non omnis laudem, pretiúmque aurata meretur. Dicitur & Orata, vide ſuo loco.

B

Bimatus bimatus bimatui, m.g. Leſpace de deux ans. Plin.lib.9. cap.30, Neque his bimatu longior vita.

BVCOLICA, bucolicorum, n.g. pluralis numeri. À cuſtodia boum dicta ſũt, ἀπὸ τῶν βουκόλων, qui dicuntur armentarij, quòd præcipua ſint animalia apud ruſticos boues.

C

CARDAMVM, cardami, n.g. Latine dicitur naſturtium. Strabo lib.15, de Perſarum victu ſic refert, Quotidianus eorum cibus poſt exercitum eſt duriſſimus panis, & cardanum, & ſalis granum, & carnes aſſæ, ſiue elixæ: potus eſt aqua.

CHALYBES, populi iuxta Thermodoontem fluuium, Strabone & Plinio teſtibus. Hi ferrũ nudi effodiũt. Virg. India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi. At Chalybes nudi ferrum, &c.

Chalybs, Ipſa ferri materia. Acier. Ouid.lib.4.Faſt. AEs erat in pretio, chalybis iam maſſa placebat.

Chalybs, Inſtrumentum ex chalybe factum. Virg. Fuluificúſque chalybs. Lucanus, Chalybem, Frenóſque momordit.

CHOENIX, chœnicis, f.g. Vel chœnica chœnicæ, Græca dictio, menſuræ genus, ſiue demenſum & cibus diurnus.

CHOLERA, choleræ, Pluraliter Choleræ cholerarũ, Morbi genus eſt præcipitis, in quo & vomitus, & deiectio ſimul fiũt. Plin.lib. 20.cap.7, In cholera quoque coctas patellis dederũt. Ibidem, cap.12, Choleras eo & diſtillationes ſtomachi inhiberi. Idem lib.24. cap.13. Eadémque compoſitione vel cum hypociſtide tantum & melle bibuntur in cholera, & à cardiacis, & contra araneos. Vulgo tamen choleram bilem appellant, & bilioſos cholericos ſed hoc corruptè.

Cholericus cholerica cholericum, Qui eo morbo laborat. Plin. in prol.lib.23, Vtilis vrinæ, incineri, capitis doloribus, dyſentericis, cœliacis, cholericis.

CIRCVNFODIO, circunfodis, circunfodi, circunfoſſum, circunfodere, Fouyr & cauer a lentour. Columella lib.3, Arborem quam depoſueris, ſæpius circunfodito.

CIRCVNLIGO, circunligas, circunligare. Plin. Id ſicut in pilo quadratum circunligabãt.

CIRCVNLVO, circunluis, circunlui, circunlutum, circunluere, à lauo dicitur, ſignificat circunfluere. Pomponius, Eum vndique ſtagnum circunluit, & militi inacceſſum facit.

CIRCVMPANGO, circumpangis, circumpegi, circumpactum, circumpangere, Circum defigere. Plin.lib.17, Ramis, terráque circumpactis.

CIRCVMPLICO, circumplicas, circumplicare, Plier & entourtiller. Gellius, Surculo cõpari ei quem habebat, capto, ad finem, perinde vt debere fieri ſciebat, circumplicabat.

CIRCVNRADO, circunradis, circunrasi, circunrasum, circunrádere. Columella lib. 4, Quamrecentissimũ eligatur sarmentum, & leniter circunrasum, vt cortex tantũ detrahatur.

CIRCVNSCALPO, circunscalpis, circunscalpsi, circunscalptum, circũscalpere, Gratter, ou racler a lentour, soit des pieds, ou des ongles, ou dautre chose. Plin. lib. 20. cap. v, Radice eius circunscalpti dentes, dolore liberantur.

CIRCVNSONO, circunsonas, circunsonui, circunsonitũ, circunsonare. Cic. Tamen conconducere arbitror talibus aures tuas vocibus vndique circunsonare.

CIRCVNSPERGO, circunspergis, circunsperssi, circunspersum, circunspergere, Espandre a lentour. Plin. lib. 8, Ibique se purificantes solenniter aqua circunspergi.

CIRCVNTENDO, circuntendis, circuntendi, circuntensum, circuntendere. Plin. Circuntendit retia, & omnis occupat saltus.

CIRCVNTONO, circuntonas, circuntonui, circuntonare, Strepitum facere in circuitu. Horat. in Serm. Hinc circuntonuit gaudens Bellona cruentis.

COHONESTO, cohonestas, cohonestare. Cic. Bruto, Quos cohonestaris, Imprimísque me, si resp. & municipium tuo studio & diligentia bene administrata erit.

COLLACHRYMO, collachrymas, collachrymare, Plourer auec vng autre. Terent. in And. Tristis interim, nonnunquam collachrymabat.

COLLEVO, colleuas, colleuare. Columella lib. 7, Pastinacæque agrestis semina & succus amoraceæ cum melle cólleuant, & sedant oculorum dolorem.

COLLIQVO, collíquis, collíqui, colliquere, Simul, vel vnà resolui. Varro, Quod aurum cum colliquísset, in forma fuit infusum.

COLLVCEO, colluces, collucere, Simul vel in totũ lucere. Plin. lib. x, Inusitata genera alitum accepimus, quarum plurimæ ignium modo colluceant noctibus.

COLLVO, colluis, collui, collutum, colluere, Simul lauare, & purgare. Plin. Prodest etiam gingiuis, si eo sæpius colluantur.

COLLVSTRO, collustras, collustrare, Regarder de tous costez, de toutes pars, par tout. Virg. lib. 3. AEneid. Omnia collustrans, hanc primum ab littore classem Inspexi venientem. Collustrare oculis. Cic. lib. v. Tusc. Ego autem cum omnia collustrarem oculis, animaduerti columnellam.

Cultus, cultus, cultui, m. g. Ornatus, Ornement. Cic. de Amicitia, 45, Quid enim tam absurdum, quàm delectari multis inanibus rebus, vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt vestitu, cultúque corporis: animo autem virtute prædito eo qui vel amare, vel (vt ita dicam) redamari possit, non delectari? Sallust. in Catil. Sed libido stupri, ganeæ, cæterique cultus non minor incesserat.

Cultu optimus amor. Plaut. in Mil. 4. 23, Is amabat meretricem mactè Athenis Atticis, & illa illum contrà, qui est amor cultu optimus. Qui est vng amour tresbone a entretenir & aisee, qui est loyale amour.

Cultor cultoris, m. g. Laboureur de terres, iardinis, & autres.

Cultor, Vng habitant. Plaut. in Amphit. 17. 13, Et tibi, & tuis omnibus propitius cæli cultor aduênit.

COMMALASSO, commalassas, cõmalassare, Molle facere, exercere, maturũ facere. Varro, In dolore adiaphoron esse, quod philosophia commalassaret eam partem, quæ cupiditatibus concuti solet.

COMMARITVS, commariti, m. g. Plaut. in Casina, 18. 18, Meus socer, compar, commaritus villicus.

COMMASCVLO, commasculas, commasculare, Roborare, firmare. Apul. lib. 2. de Asino, His cognitis, animum meum commasculaui.

COMMENTO, commentas, commentare, Apud Plautum legitur, in Menæh. 22. 29. Agite, abite, fugite hinc in malam crucem. hem tibi etiam, quia postremus cedis, hinc hoc præmi feres. Nimis haud benè ora commẽtaui, atque ex mea sentẽtia. Hoc loco, alij cómentaui, pro communiui, pugnis scilicet, interpretãtur. Vt in Amphit. 11. 16, Fac commentus sies. pro, fac sis communitus, ex Nonio. tametsi, vt dictum est in dictione Commentus: locus Nonij corruptus videatur, & commonitus, non communitus, legendum sit. Alij, Ora commẽtaui, ora cõfinxi, vt mens mea cogitauit, Exponunt. Nay ie pas faict bonne mine: Fortasse in Amphitruonis loco, significat, Fais bõne mine, Confinge &c. similiter interpretandum erit.

COMMVRMVRO, commurmuras, commurmurare, Faire bruit ensemble. Plin. lib. 10,

Vbi congregatæ, inter ſe commurmurant.

COMPLACO, complácas, complacare, Appaiſer. Gellius, Conciliare ſibi atque complacare iudices debent, ſenſuſque eorum expectatione cauſſæ ſuſpenſos, rigentéſque, honorificis, ferendiſque ſententijs commulcere, non iniurijs atque imperioſis minitationibus confutare.

COMPLORO, comploras, complorare. Simul plorare.

Comploratio complorationis, f.g. Vng pleurement faict de pluſieurs enſemble. Liuius lib. 1, Tum demũ palã facta, & comploratione in regia orta, Seruius præſidio firmo munitus, primus iniuſſu populi, voluntate patrum regnauit.

COMPVNGO, compungis, cõpunxi, compunctum, compungere, Totum pungere, ferire, ſeu ſignare. Cic. lib. 2. de off. Ad eam ex epulis in cubiculum veniens, barbarum, & eum quidẽ vt ſcriptum eſt, compunctum notis Thracijs, diſtricto gladio iubebat anteire. Id eſt, ſignatũ.

CONFLAGITO, conflagitas, conflagitare, Simul flagitare. Plin. lib. 34, Tanta populi Romani cõtumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi Apoxiome non cõflagitauerit.

CONFORMO, conformas, conformare, Simul formare, configurare. Gellius lib. 2, Hippocrates in eo libro de quo ſuprà ſcripſi, cum & numero dierum quibus conceptum in vtero coagulum conformatur. Cic. ad Heren. lib. 2, In primo loco, rei totius imaginem cõformabimus. Id eſt, in formam componemus.

Conformatio conformationis, f.g. Figuratio. Cic. lib. 1. Tuſcul. quæſt. Quaſi verò intelligant qualis ſit in ipſo corpore, quæ conformatio, quæ magnitudo, qui locus.

CONLVTVLO, conlutulas, conlutulare, Ordir, embouer, gaſter, ſouiller. Plaut. in Trin. 10.66, Hæc famigeratio te honeſtet, mecum conlutulet.

CONSANO, conſanas, conſanare, Simul vel omnes ſanare. Columella lib. v, Et ſic vitijs laniata, ſcabratáque putreſcat humoribus, nec plagæ conſanentur.

Conſaneſco, conſaneſcis, conſaneſcere, Sanum fieri, Se guarir. Columella lib. v, Tum etiam vitem minus cicatricoſam reddit, quoniam id ex quo viride & tenerum decerptum eſt, celeriter conſaneſcit.

CONSECO, conſecas, conſecui, conſectum, conſecare, Totum ſecare. Cic. lib. 1. de off. Id agendum etiam eſt, vt ne ea facere videamur irati, ſed vt ad vrendum & conſecandum, ſic & ad hoc genus caſtigandi, rarò, inuitíque veniemus. Alij legunt ſecandum.

CONSOPIO, cõſópis, conſopiui, conſopitũ, conſopire, Idem quod ſopire. Cic. lib. 1. quæſt. Tuſcul. Num igitur eum curare cenſes, cum luna laborat, à qua conſopitus putatur, vt eam dormientem oſculetur?

CONTABEFACIO, contabefacis, contabefacere, In tabem conuertere, Faire deuenir maigre, & en langueur. Plaut. in Pſeud. 3.19, Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi quæ te miſeria & cura contabefacit.

CONTABVLO, contabulas, contabulare, Tabulis conſtruere. Suet. in Calig. Quod non ſine admiratione Helleſpontum contabulauerat.

CONTERMINVS, contermina, conterminum, Vicinus. Columella lib. 1, Priuatos quoque memoria tradidit & in regionibus Græciæ, & in hac ipſa Heſperia deteſtabiles fuiſſe vicinos: niſi Autolicus ille cuiquam potuit tolerabilis eſſe cõterminus, aut Auentini montis incola, Palatinis vllum gaudium finitimis ſuis Cacus attulit.

CORREPO, corrêpis, correpſi, correptum, correpere, Simul repere, ſimul tenere. Varro in prolog. lib. 2, de re ruſt. Igitur quòd nunc intra murum ferè patreſſamiliæ correpſerunt, relictis falce & aratro. Columella in præf. Patreſſamiliæ falce & aratro relictis, intra murum correpſimus: & in circis potius ac theatris, quàm in ſegetibus ac vinetis manus mouemus.

D

DECAPVLO, decapulas, decapulare. vide Capula. Plin. lib. 15. cap. 6, Oleum in tabulato minui, deteriúſque fieri. item in amurca & fracibus. eæ ſunt carnes, & inde fæces. quare ſæpius die decapulandum.

DEFRAENATVS, defrænata, defrænatum. Ouid. lib. 1. metamorph. Et defrænato voluuntur in æquora curſu. Id eſt, curſu concitato, in morem equorum ſine fræno currentium.

DEFVNDO, defundis, defudi, defuſum, defundere, Deorſum fundere. Cic. lib. 2. ad Heren. Nam vt forte hic in balneas venit, cœpit poſtquam defuſus eſt, defricari.

DEGLVTINO, deglutinas, deglutinare, Deſcoler, deſioindre. Plin. lib. 25, Purgant vlcera oculorum, explentque, & ad cicatricem perducunt.

DELEVO, deleuas, deleuare, Deorſum leuare. Columella lib. 3, Et ſi fieri poteſt iuxta aliquẽ nodum, ſerrula deſecato, & plagam acutiſſimo ferro deleuato.

DELOQVOR, deloqueris, deloqui. Varro, Hinc in fanis Sabinis à cella dei deloquuntur.

DEMERGO, demergis, demerſi, demerſum, demergere, Plonger & enfoncer en leaue. Columella lib. 2, Neque pecora maiora, niſi cum ſicciſſimum eſt, quoniam demergunt vngulas, & atterunt, ſcinduntque radices herbarum.

DENOMINO, denominas, denominare, Nommer, bailler nom. Columella lib. 4, Quippe vniuerſæ regiones, regionúmque penè partes habent propria vitium genera, quæ conſuetudine ſua denominant.

DEOCCO, deoccas, deoccare, Bene occare, Bien hercer vne terre. Plin. lib. 18, Nec ipſa agricolis operoſa, vno ſulco ſata, non ſarritur, non ſtercoratur, nec aliud quàm deoccatur.

DEPARCVS, deparca, deparcum, Nimium parcus ac tenax. Apul. At verò contraria acuſaſtis vnum ſeruum, vt deparci: tres liberos, vt profuſi.

DEPLVO, depluis, deplui, deplutũ, depluere, Plouuoir. Tibullus, Multus & in terris deplueret que lapis.

DESTERTO, deſtertis, deſtertui, deſtertere, Dormir. Perſius, Cor iubet hoc Ennij poſtquàm deſtertuit, eſſe Mæonides quintus pauone ex Pythagoreo.

DESTILLO, deſtillas, deſtillare, Degouter. Columella lib. 12. cap. 18, Nam ea quæ demerſa ſunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt: & cum pix in fundũ deſtillauit, ſublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur quod deſtillauit, aut quod in lateribus hæſit. Dicitur & Diſtillo.

DETERGEO, deterges, vel detergo, detergis, deterſi, deterſum, detérgere, Tergere, & ſordes auferre. Columel. Tum etiam ſpongia labra detergeri. Idem lib. 2, Omnis humor ſole, ventóve deterſus eſt. Id eſt, ſiccatus.

Detonſo detonſas, detõſare, Tondêre. Gellius, Capillos Dialis, niſi qui liber homo eſt, detõſet.

DETORNO, detornas, detornare, Torno aliquid facere, Faire au tournoir. Plin. li. 15, Lignum grande intus, firmáque duritiæ, ex quo velares detornant annulos.

DEVERGO, deuergis, deuergere, Deorſum vergere.

Deuergentia deuergentiæ, f. g. Gellius, Nam quanta partium circulorúmque cæli ex deuergentia conuexionibus, quid varietatis ſit, quis non videt?

DIO, dis, vel duo duis, pro do, dicebant veteres. Terent. in Phor. Di tibi omnes quod dignũ eſt, diunt, Id eſt dent. Plaut. in Caſina, Mea præda eſt, proinde tute in laqueum ne duas.

DISSVLTO, diſſultas, diſſultare. Virg. lib. 8, Impulſu, quo maximus intonat æther, Diſſultant ripæ.

DISTERMINO, diſterminas, diſterminare, Separare, diuidere. Plin. lib. 12. cap. 21, Quæ Iudæam ab AEgypto diſterminat.

E

ECLEGMATA, eclegmatorum, Choſes que on faict pour ſucer. Plin. È ſemine lini fiunt eclegmata.

EIACVLO, eiaculas, eiaculare, Extra iácere, proijcere. Gellius, Arionem cum fidibus & indumentis, cum quibus ſe in ſalum eiaculauerat, extitiſſe.

ELINO, elinis, elini, eliui, eleui, elitum, elinere, Fœdare. Lucilius lib. 6, Si hæc veſtimenta eleuit luto.

ELOCO, elocas, elocare; Extra locare, Bailler a louage. Columella lib. 1, Et maximè vexant, ſecundum qui boues elocant, eóſque vt cætera, male paſcunt, nec induſtria terram vertunt.

ELVCIFICO, elucificas, elucificare, Id eſt elucidare, Bailler a congnoiſtre. Laberius Si cito fulgentis ſplendore pecuniæ volo elucificare exitum ætatis meæ.

ELVXVRIOR eluxuriaris, eluxuriari. Columella lib. 3, Quaſi pingui agro validis vites depoſueris pampinis, magis eluxuriabuntur. Elles ietteront en plus grande abondance.

EMACRO, emacras, emacrare, Faire fort maigre. Plin. lib. 18, Terram emacrari hoc ſatu exiſtimantes.

EMATVRESCO, ematureſcis, ematurui, ematureſcere, Eſtre meur. Gellius lib. 2. cap. 29, Dominus poſtea ſegetum illarum, filium adoleſcentem vocat, Et vidéſne (inquit) hæc ematuruiſſe, & manus iam poſtulare?

EMVNDO, emundas, emundare, Extra mundare. Columella lib. 2, Quædam pluuijs diebus vt bubulia & ouilia debent emundari.

EMVNIO, emunis, emuniui, emunitum, emunire, Extra munire. Columella lib. 1, Sed & hanc curam pauimentorum & parietum probamus, cum, vt retuli, ſic emunita ſŏla & latera horreorum, prohibent curculionem.

ENASCOR, enaſceris, enaſci, Idem quod naſci. Iuſtinus li. 1, Hic per ſomniũ videt ex naturalibus filiæ, quam vnicã habebat, vitem enatam, cuius palmite omnis Aſia obumbrabatur.

ENAVIGO, enauigas, enauigare, Plin. lib. 9, Huius obiectu vaſtus efficitur ſinus, x II dierũ & noctium remigio enauigatus.

ENVNTIO, enuntias, enũtiare, Idem quod nuntiare, manifeſtare. Salluſt. Properè per Fuluiam dolum Ciceroni qui parabatur, enuntiat. Quidam hîc legunt nuntiat.

EVENTILO, euentilas, euentilare, Extra ventilare. Columella lib. 1, Et celeriter frumenta deteruntur non cedente ſolo, pulſibus vngularũ tribularúmque, & eadem euentilata mundiora ſunt, lapilliſque carent.

EVISCERO, euiſceras, euiſcerare, Extrahere viſcera. Virg. lib. x I, Cõpreſſámque tenet, pedibúſque euiſcerat vncis.

EVVLGO, euulgas, euulgare. Extra & in vulgus prodire. Liuius lib. 9, Ciuile ius repoſitũ in penetralibus pontificum euulgauit.

EXORDESCO, exordeſcis, exordeſcere. Valde ſordere. Gel. Cur ergo non patimur nomen philoſophiæ illuſtriſſimum in hominibus deterrimis exordeſcere?

EXPINGO, expingis, expinxi, expictum, expingere. Peindre. Plinius, Iam verò & onerarijs nauibus quoniam & pericula expingimus, ne quis miretur & rogos pingi.

EXPVLLVLO, expullulas, expullulare, Extra pullulare, vel extra, fructum producere. Columella lib. 4, Nec dubium quin gemmæ quæ cacumini proximæ ſunt, infœcundæ in eo relinquantur, ex quibus pampinus expullulat.

EXTABESCO, extabeſcis, extabeſcere, Valde tabeſcere. Cic. lib. 2. Tuſcul. Sic corpus clade horribili abſumptum extabuit. Id eſt, tabo & corrupto ſanguine computruit.
Extẽporalis & hoc extẽporale, Vne choſe taicte ſur le champ, incontinent, ſans ſonger. Plin. epiſt. 20. d, Ideò in optima quaque mille figuras extemporales inuenimus.

EXTEMPÔRALITAS, extemporalitatis, f. g. Suetonius de Tito, Latinæ, græcáque linguæ vel orando, vel in fingendis poematibus facilis, ad extemporalitatem vſque. Tellemẽt quilz les faiſoit ſur le champ.

EXTIMVLO, extimulas, extimulare. Valde ſtimulare. Columella lib. 7, Libidinis extimulatur furijs.

EXTVMEO, extumes, extumui, extumere, Valde tumere. Plautus in Trucul. Equidem veteri illi, quod ſciam, nunquam extumuêre.

G

Geſtus geſtus geſtui, m. g. Geſtes que on faict du corps. Geſtus agere humeris, Faire geſtes des eſpaules, remuer les eſpaules en parlant. Cic. pro Rabirio, Nec mihi longius quicquam eſt Iudices, quàm videre hominum vultus. dixerunt hic modo nobiſcum ad hæc ſubſellia, quibus ſupercilijs renuentes huic decem milium crimini? iam noſtis inſulſitatem Græcorum: humeris geſtum agebant.

I

ILLENTESCO, illenteſcis, illenteſcere, Intus tenerum fieri. Columella lib. 2, Paulũ aqua maceratur, dum illenteſcat.

ILLIQVEFACIO illiquefacis illiquefeci illiquefactum illiquefacere, Valde, ſeu intus liquefacere. Cic. lib. 4. Tuſcul. Quæ ſunt omnes vnius generis ad perdendum animum tãquam illiquefactæ voluptates.

IMMEDEOR, immederis, immederi, Intus mederi. Columella lib. 6, Si oportebit palorũ capita & imas partes místo fimo, cum cinere oblinire, & ita totos eos immederi.

IMMEDITATVS, immeditata, immeditatum, Nomen ex participio, Non meditatus. Cic. lib. 1. de off. Id se in foro optime iam immeditatum facere, quod etiam tum poterat domi cum laude meditari. Sans y auoir pensé.

IMMVGIO, immugis, immugiui, immugitum, immugire, Intus vel valde mugire. Virg. lib. 3. AEneid. Curuísque immugijt AEtna cauernis.

IMPASCOR, impascéris, impastus sum, impasci, Paistre en quelque lieu. Columella lib. 7. Itaque cum ablegabuntur, in ea loca perducenda erunt, quibus nullum impascitur pecus.

IMPLVO, impluis implui, implutum, impluere, Intus siue supra pluere. Columella lib. 2, Tremellius quidem asseuerat prius quàm impluerit, ab auibus aut formicis fata edi, vbi æstiuis serenitatibus ager aret.

IMPROCERVS, improcera, improcerum, Qui nest point long. Gellius lib. 4, Animaduertimúsque hinc elici tarditatem, corporáque eorum improcera fieri, minúsque coalescere.

IMPROPERO, improperas, improperare, Intrò properare, Sauancer dentrer dedens. Plin. lib. 36. cap. 13, Inque basi quadratum intus Labyrinthum inextricabilem, quò si quis improperet sine glomere lini, exitum inuenire nequeat.

IMPVTRESCO, imputrescis, imputrescere, Intus resolui, Se pourrir & gaster par dedẽs. Columella lib. 7, Nam animal ipsum oleo mersum necatur, & cum imputruit, conteritur.

In vnguem, Id est, ad perfectionem. Virg. lib. 2. georg. Nec fecius omnis in vnguem, Arboribus positis secto via limite quadret.

In vniuersum. Quintil. In vniuersum autem præcipue. Id est generaliter. En general.

INAEDIFICO, inædificas, inædificare, Intus ædificare. Liuius lib. 1, Et vt libera cæteris religionibus ara esset tota Iouis, templíque eius, quod inædificaretur exaugurare fana sacellaque statuit.

INEFABILIS, & hoc inefabile, Quod dici non potest, Que on ne peult dire. Plin. lib. v. cap. 1, Populorum eius, oppidorúmque nomina vel maxime sunt inefabilia. Id est, quæ nominari non possunt.

INNECTO, innectis, innexui, innexum, innectere, Lier & serrer ensemble. Virg. lib. v, Vincula linea rupit, Quas innexa pedem malo pendebat ab alto.

INSEMINO, inseminas, inseminare, Intus seminare. Gellius, Talémque & morbos sensim atque in diem longam viscéribus inseminare.

INTABESCO, intabescis, intabescere, Valdè tabescere. Columella lib. 5, Ad vltimam reducitur maciem & sic intabescit, vt nullis deinceps recreari possit.

INTEPESCO, intepescis, intepescere, Valde tepescere. Columella, Nunc mitigato iam & intepescente frigore largissimis oliuitatibus Liberíque vindemijs exuberent.

INTERNITEO, internites, internitui, internitere, In medio nitere. Plin. Tunc enim tellure internitent, quia his ventis maximæ arenæ mouentur. Entreluysent.

INTERRADO, interradis, interrasi, interrasum, interradere, In medio radere. Racle entre deux. Columella lib. 3, Nam si spissè posueris, neque in terra quid ferre poteris, nec ipsæ fructuosæ erunt nisi interraseris.

INTREMO, intremis, intremui, intremitum, intremere, Valde tremere. Virg. lib. 3, Et fessum quoties motat latus.

INVALENTIA, inualentiæ, f. g. Contrarium firmitati. Gellius, Non morbus in lege febriculosus, neque nimium grauis, sed vitium aliquid imbecillitatis, atque inualentiæ.

INVRINO, inurinas, inurinare, Naigier soub leaue. Columell. lib. 9, Locus piscináque fiat, vt sint quibus inurinare possint aues.

INVVLGO, inuulgas, inuulgaui, inuulgatum, inuulgare, In vulgus prodire. Gellius, Libris foras editis inuulgaret.

L

LIENTERIA, lienteriæ, f. g. Intestinorum læuitas, vel dissolutio.

M

MALE, MALEDICO, & huiusmodi vide post MALVS.

Maleuolo maleuis, maleuelle, Malouloir a aucun.

Maleuolentia maleuolentiæ, f. g. Malueillance. Cic. pro Cn. Plancio, Laudanda est, vel amanda vicinitas retinens veterem illum officii morem, non infuscata maleuolentia, non assueto mendacijs.

MANIA, maniæ, f.g. Furor, insania. Cic. lib. 3. Tuscul. Græci autem μανίαν vnde appellent, non facile dixerim. Eam tamen ipsam distinguimus nos melius quàm illi. Hanc enim insaniã quæ iuncta stultitiæ patet latius, à furore disiungimus. Græci volunt illi quidem, sed parum valent verbo, quem nos furorem, melancholiam ipsi vocant.

O

OBTVRGEO, obturges, obtursi, obturgere. Inflari. Plin. Obtursi ebrius.

OPPVTO, opputas, opputare, Circũ putare, Tailler a lentour. Plin. lib. 17, Opputatur autem quicquid proximè tulit fructum.

P

PERSIDO, persidis, persedi, persessum, persidere, Valde seu perfectè sidere, persistere. Virg. lib. 3. georg. Turpis oues tentat scabies, vbi frigidus imber Altius in viuum persedit, & horrida cano Bruma gelu.

PERSTVDIOSVS, perstudiosa perstudiosum, Fort studieux. Cic. in Catone, Attribuito literis græcis: quarum constat eum perstudiosum fuisse in senectute.

PERVASTO, peruastas, peruastare, Deprædari, spoliare, profligare. Liuius, Crotonem vrbem Thrasimenumque lacum omni clade peruastat.

PRAESVDO, præsudas, præsudare, Prius sudare. Claud. lib. 2, Dum matutinis præsudat solibus aer.

PROTVNDO, protundis, protudi, protusum, protundere. Frangere. Gellius lib. 1, Austri verò & Africi ad meridianum orbis circulum, & ad partem axis infimam depressi, inferiores & humiles per suprema æquoris euntis protundunt magis fluctus, quàm eruunt.

R

REDVNCVS, reduncа, reduncum, Crochu. Plin. lib. x. Et acuta volucribus rostra: eadem rapto viuentibus aduncа: collecto rectа: herbas ruentibus, limúmque, reduncа.

Regerere, Emouere, Reiecter Apuleius. Nam & regesta crapula vestem inquinauerat.

Regerere, In librum referre quæ audiẽdo excepimus. Quintil. in secũdo, Vnde fit vt ex diuersis congesta oratio cohærere nõ possit, similísque sit commẽtarijs puerorum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata sunt, regerunt.

Regestum, dicitur quod vulgus registrum appellat. Budæus.

RETERO, reteris, retriui, retritum, reterere, Rursus terere, purgare, excernere. Columella lib. 7, Pura deinde frumenta, si in annos recondantur, reteri debent. Nam quanto sunt expolitiora, tanto minus à curculionibus exeduntur.

RETRVCIDO, retrucidas, retrucidare, Iterum trucidare. Liuius, Offerre se corpora, ira retrucidaret.

REVERBERO, reuerberas, reuerberaui, reuerberatum, reuerberare, Repercutere, impedire. Columell. lib. 4, Vt mota æqualiter humus, nouellis seminis radicibus in quãcunque partẽ prorepserint, molliter cedat, ne incrementa duritia reuerberet: sed tenera velut intimo sinu recipiat.

REVOMO, reuomis, reuomui, reuomere, Rursus vomere. Plin. Simili modo auibus deuoratis solidis, contentione plurima & cætera ossa reuomunt.

S

Secare vomicam. Plaut. in Persa, 9. 14, Quid hoc quod in collo tibi tumet? S A. vomica est, presse parce &c. Secari iubeas. S A. metuo ne immaturã secem, ne exhibeat plus negoti.

SEMITRITVS, semitrita, semitritũ, Dimidia ex parte tritũ, Vt semitritũ frumentũ, Batu a demy. Colu. lib. 1. cap. 6, Huic autẽ nubilariũ adplicari debet, maximè in Italia, propter inconstantiã cæli, quò collata semitrita frumenta protegãtur, si subitaneus imber incesserit.

SEMVNCIARIVM, semunciarij, n.g. Dune demie once. Liuius lib. 7, Semunciarium tantum ex vnciario factum fœnus & in pensione, æquas triennij.

SVBTEXO, subtexis, subtexui, subtextum, subtexere. Plin. lib. 10, Quapropter vt ingeniorum prædictorum, ita & reliqua subtexet disertatio, Id est subiunget.

SVPERTEGO, supertegis, supertexi, supertectum, supertegere, Couurir par dessus. Colu. lib. 10, Nihilominus congestu culmorum & frondium supertegemus: quantúmque res patiatur, à frigore & tempestate muniemus.

SVPERVESTIO, superuestis superuestire, Vestir, ou couurir par dessus. Plin. lib. 16, Imagines rerum tenui folio, breuique & viridi superuestiens.

La copie du priuilege de ce preſent liure.

Francoys par la grace de dieu

roy de France, Au preuoſt de Paris Et a tous noz autres Iuſticiers & officiers ou a leurs lieutenãs ſalut. Receu auons lhumble ſupplication de noſtre bien ame Robert Eſtienne imprimeur libraire demourant a Paris, Contenant que depuys deux ans en ca luy & autres de par luy, & a ſes deſpens ont vacque a recueillir & rediger en bon ordre & forme de vocabulaire, la plus part des motz & maniere de parler de la langue latine, & ce des meilleurs autheurs en ladite langue: & iceulx interprete tant en latin que en Francoys ſelon les autheurs anciens & gens ſcauans, au bien, prouffit & vtilite de la choſe publique. Et pour iceluy imprimer, a dreſſe & faict les moſles. Toutesfois a pres ce quil aura faict ſadite impreſſion, il doubte que autres le voulſiſſent ſemblablement imprimer, & que par ce il perdiſt le merite de ſes labeurs & recouuremẽt des fraiz & miſes quil a faict, ſi par nous ne luy eſtoit ſur ce pourueu, & ſubuenu de noſtre grace humblement requerãt icelle. Pource eſt il que nous ces choſes cõſiderees nõ voulans audict ſuppliant demeurer inutiles ſes labeurs, application de temps, fraiz & miſes par luy ſupportees audict affaire, ains en emporter & ſentir cõmodite. Pour ſes cauſes & autres a ce nous mouuãs, auons voulu & ordonne, voulõs & ordonnons que durant le tẽps & terme de ſix ans prochainemẽt venans a cõpter du iour & dacte de ces preſentes autres que ledict ſuppliãt ou ceulx qui aurõt charge de luy, ne puiſſẽt imprimer ne expoſer en vẽte ledict liure nõme le vocabulaire des motz & maniere de parler de la langue latine deſſus declaire. Si vous mãdons & cõmectons par ces preſentes & a chaſcũ de vous ſur ce requis, que de noſtre preſente grace ordõnance & octroy vous faictes ledict ſuppliãt ioyr & vſer plainement & paiſiblement, en faiſant inhibitions & deffences de par nous a tous libraires & autres perſonnes generalemẽt quelzconques, de non imprimer ne expoſer en vente ledict liure ledict tẽps de ſix ans durãt ſans expres pouuoir & cõſentemẽt dudict ſuppliãt, Et ce ſur grãs peines a nous a appliquer & de perditiõ & cõfiſcation deſdictz liures, & a ce faire & ſouffrir contraingnez ou faictes contraindre tous ceulx quilz appartiendra: & qui pour ce ſeront a contraindre par toutes voyes & manieres deues & raiſonnables, car ainſi nous plaiſt il eſtre faict: non obſtant quelzconques ordonnances reſtrinctions mandemens ou deffenſes a ce contraires. Donne a Paris le X X I I iour de Mars, Lan de grace Mil cinq cens Trente, & de noſtre regne le dixſeptieſme.

PAR LE ROY, leueſque de Senlis ſon confeſſeur preſent.

Hamelin.

EXCVDEBAT
Rob. Stephanus in ſua offi-
cina. Ann. M. D. XXXI.
IIII. Cal. Octob.

